Digitized by Google

4° A lat c. 20

Universitäts-Bibliothek Heidelberg
23583

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Fr. Bleyswyck del. & Excit.

LUGDUNI BATAVORUM Apud SAMUELEM LUCHTM[illegible]S. } 1741.
AMSTELODAMI Apud J: WETSTENIUM et G[illegible]MITH. }

# AUCTORES MYTHOGRAPHI LATINI.

CAJUS JULIUS HYGINUS,
FAB. PLANCIAD. FULGENTIUS,
LACTANTIUS PLACIDUS,
ALBRICUS PHILOSOPHUS

*CUM INTEGRIS COMMENTARIIS*

JACOBI MICYLLI, JOANNIS SCHEFFERI,
ET THOMAE MUNCKERI,

QUIBUS ADCEDUNT

THOMAE WOPKENSII

*EMENDATIONES AC CONJECTURAE.*

CURANTE

## AUGUSTINO VAN STAVEREN,

*Qui & suas animadversiones adjecit.*

Apud {LUGD. BAT. / AMSTELAED.} SAMUELEM LUCHTMANS, / J. WETSTENIUM ET G. SMITH. 1742.

Wb 67 979

Digitized by Google

Digitized by Google

# AUCTORES MYTHOGRAPHI LATINI.

CAJUS JULIUS HYGINUS,
FAB. PLANCIAD. FULGENTIUS,
LACTÀNTIUS PLACIDUS,
ALBRICUS PHILOSOPHUS

*CUM INTEGRIS COMMENTARIIS*

JACOBI MICYLLI, JOANNIS SCHEFFERI,
ET THOMAE MUNCKERI,

QUIBUS ADCEDUNT

THOMAE WOPKENSII
*EMENDATIONES AC CONJECTURAE.*

CURANTE

AUGUSTINO VAN STAVEREN,

*Qui & suas animadversiones adjecit.*

Apud {LUGD. BAT.} SAMUELEM LUCHTMANS, {AMSTELAED.} J. WETSTENIUM ET G. SMITH. } 1742.

Digitized by Google

Digitized by Google

*NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, GRAVISSIMIS*

VIRIS

# URBIS LEIDAE CONSULIBUS

JOANNI VAN DEN BERG, J. C. PRAESIDI. VARIIS PRO PATRIA LEGATIONIBUS SUMMA CUM LAUDE PERFUNCTO. RHENOLANDIAE PRAETORI, ET SUPREMO EJUSDEM AGGERUM PRAEFECTO.

ABRAHAMO VAN HOGENHOUCK, J. C. RHENOLANDIAE PRAEFECTURAE ADSESSORI, ET AERARII ACADEMICI PRAEFECTO.

JOANNI VAN TEYLINGEN, J. C.

JOANNI VANDER MARCK, J. C.

NEC NON

*NOBILISSIMIS ET SPECTATISSIMIS VIRIS*

PETRO MARCUS, J. C. EJUSDEM CIVITATIS SYNDICO.

ET

DAVIDI VAN ROYEN, J. C. AMPLISSIMIS CONSULIBUS, UT ET INLUSTRISSIMIS ACADEMIAE LUGDUNO BATAVAE CURATORIBUS AB ACTIS.

*S. P. D.*

AUGUSTINUS VAN STAVEREN,

Obfero Vobis, Viri Ampliſſimi, antiquiſſimorum Graecorum fabulas, a Latinis ſcriptoribus in unum corpus conlectas, Veſtra quidem, ut vereor, adtentione, qui gravioribus diſtricti eſtis negotiis, indignas. Quis enim ſperare au-

ſit, Viros, qui tot annos ita vivunt, ut a nullius civium eos umquam tempore, aut commodo, aut otium abſtraxerit, aut voluptas avocaverit, aut ſomnus retardaverit, a ſe impetraturos eſſe, ut poëtarum fabulis evolvendis vacarent, praeſertim difficillimis his temporibus, quibus nullum ad ipſam animi corporiſque requiem publicae ſaluti invigilantibus ſpatium conceditur. Eſt autem his diebus in eo quam maxime elaborandum, ut non modo externorum hoſtium telis, quae in aliarum gentium capita intendi, & jam intorqueri videntur, Bataviam forte noſtram brevi petiturorum conatus a Reip. pernicie avertantur, ſed & illa, quae domi, partim quorumdam hominum mercaturis faciendis avide & inhoneſte rem quaerentium fraudibus, partim plebeiae ſellulariorum faecis, fortunas ſuas abligurientis, aliorumque opulentiam iniquo animo ſemper intuentis, & hinc procaci libertate, quam ſibi, neſcio quibus privilegiis, ad detrahendum de negotiatoribus altius eminentibus, quorum tamen opera victum parare ſolet, datam eſſe finxit, plurima miſcentis, & vix concedenda concupiſcentis amentia, perculſa, atque proſtrata jacent, excitentur. Unde nimiae temeritatis nequaquam ſum abſolvendus, Viri ampliſſimi, qui Vos in maximi momenti ponderiſque rebus occupatos interpellare, & id, quod a vobis poſtulare civem publica privatis commodis praeferentem dedecet, petere ſubſtineam. Eſt tamen, Viri Nobiliſſimi, quo me purgem, & culpa, quae fortaſſe Vobis, quam mihi, levior videtur, quodammodo liberem. Magnam enim ad has fabulas, meis aliorumque animadverſionibus inluſtratas, veſtris nominibus dedicandas, mihi addidit fiduciam propenſa illa veſtra in bonarum artium, & liberalium ſtudiorum, quibus animos veſtros a prima adoleſcentia excoluiſtis, cultores voluntas, & ipſa, qua non leviter tincti, ſed penitus inbuti eſtis, cum patriae, tum antiquiſſimarum utriuſque gentis hiſtoriarum peritia, quarum primam cogni-

tio-

tionem e reconditis abditiſque fabularum fontibus hauriendam eſſe didiciſtis. Putavi itaque, has blando ac benigno vultu a vobis exceptum iri, qui, licet nullum temporis ſpatium ad eas vel oculo fugitivo inſpiciendas ſumere poſſitis, nec ullam horam ad animos veſtros graviſſimis de patriae ſalute curis ſollicitudinibuſque defatigatos hoc modo relaxandos reficiendoſque vacuam habeatis, literarum tamen ſtudia inter bellorum minas, variaſque calamitates civitatem adfligentes, a veſtris civibus praeſentem rerum ſtatum, & ipſam magiſtratuum, quorum aetas & reip. adminiſtratio in miſerrima haec tempora inciderunt, ſortem deplorantibus nequaquam negligi, gaviſi, vehementerque fueritis laetati.

Denique, ut proſperos, ac communem patriae, omniumque civium ſalutem reddituros exitus de prudentiſſimo veſtro conſilio, quo cuncta, quae dilapſa jam fluxerunt, praeclariſſime conſtituere conamini, deque praeſenti veſtro, nec umquam in rebus arduis perturbato animo ſibi pollicentur omnes boni, ita omnia fauſta de favore, quo hos fabularum conlectores mea cura nova luce donatos complectemini, & patrocinio, quo eos a male feriatorum injuria tutos praeſtabitis, ſperare me juſſerunt, & ad confidendum quaſi aliquod mihi ſignum ſubſtulerunt innumerabilia illa merita, quibus me onerare non deſiſtitis.

Ut autem alia, quae in me contuliſtis, beneficia tacitus praeteream, Vos eſtis, Viri Ampliſſimi, qui, quando inluſtres Gymnaſii Groningenſis Curatores de ſtudiis meis tam benigne ſentiebant, ut me ad ſcholas pro Rectore gubernandas evocarent, eamque honorifice oblatam mihi provinciam, non adeo repudiabam, ſed ſolo Leidenſis civitatis, in qua primam lucem adſpicere, liberalibus artibus ad ſapientiam concipiendam inbui & praeparari, jucundoque, quod deinceps ſcholaſtico munere Veſtra ſub tutela ac praeſidio temperavi, otio mihi frui, & cujus clavum meis etiam majoribus non ſine gloria

ria tenere contigit, amore ac reverentia modeſte declinabam, hoc meum conſilium inſigni monumento argenteo, & per virum de hac eadem civitate praeclare meritum, qui ampliſſimo Veſtro ordini a ſecretis eſt, aeternitati dicato condecoraſtis. Iidem eſtis, qui cum nobiliſſimis veſtris deceſſoribus, nondum in beneficiis dandis defatigati, anno praeterito Conrectoris munus mihi tale quidquam nec ſperanti, nec merenti detuliſtis, meaeque curae magnificum illud aedificium ad liberalem generoſorum adoleſcentulorum educationem publice exſtructum demandaſtis: quorum beneficiorum memoriam, anima dum ſpirabo mea, gratiſſima mente colam: quibus hunc cumulum inponere mihi non denegabitis, ut domeſticos meos labores ac lucubrationes, gratiſſimi animi teſtificandi cauſſa, inluſtriſſimis veſtris nominibus inſcriptas, & ita veſtro praeſidio patrocinioque munitas non modo in publicum, eruditorumque ora prodire patiamini, ſed & levidenſe hoc munuſculum ſereno ac placido vultu intueamini, eaque, qua Vobis obfero, mente adcipiatis. Huic votorum meorum ſummae ſi ſatisfactum deprehendero, omnia me conſecutum putabo. Interea inluſtriſſima Veſtra nomina, & cum in totam Remp. tum hanc urbem promerita, quorum famam licet jamdudum variis rebus cum fortiter & excellenter, tum moderate ac ſapienter geſtis ab interitu vindicatam, haec ipſa etiam tempora, quae animos veſtros nunc maxime ſollicitos tenent, vehementerque angunt, ac premunt, ad ſeram poſteritatem tranſmittent, ingenua ſimplicitate colere, praeſtrictis oculis ſubſpicere, ac venerari, ut & a Deo T. O. M. ſubpliciter precari non deſiſtam, ut Vos hujus civitatis patres bono publico multos per annos eſſe ſuperſtites, Veſtraque Reip. ſaluberrima conſilia fortunare ſemper velit.

Dabam Lugd. Bat.
Tertio decimo Kalendas Septembris
A. MDCCXLI.

# LECTURO

## S. P. D.

# AUGUSTINUS VAN STAVEREN.

*Tandem aliquando nova luce donati in conſpectum tuum prodeunt, amice Lector, Mythographi latini, de quibus olim tam praeclare meritus eſt Thomas Munckerus, Gymnaſii Delphenſis moderator, ut ad innumerabilia ejus in hos auctores merita vix ullus umquam ab alio quopiam cumulus adcedere poſſe videatur. Cunctas enim ingenii vires, & immenſas profundae eruditionis copias, quas utriuſque linguae ſcriptoribus nocturna diurnaque manu verſandis conlegerat, in illos conferre non dedignatus, doctiſſimis adnotationibus effecit, ut ſcriptores iſti, qui antea in tenebris jacebant, & propter horridum ſtylum vix cognitu videbantur digni, hodie tam a doctis, quam indoctis ſumma cum voluptate, & maximo cum fructu evolvantur. Non modo ipſa ſcriptorum verba a librariorum depravatione liberavit, quae mala manus adſuerat, proſcribendo, & quae ab ipſis auctoribus profecta videbantur, priſtinae dignitati reſtituendo, ſed obſcuriſſimis, quas continent, rebus tantum adfudit lucis, ut denſam, qua occultatae ac circumfuſae erant, caliginem penitus diſcuſſerit. Licet autem inter omnes, qui hos clariſſimi Munckeri commentarios pervolverunt, ſatis ſuperque conſtet, quid debeant huic praeſtantiſſimo viro antiquiſſimarum fabularum conſarcinatores; quam tamen illos emendandi atque inluſtrandi rationem ſuſceperit, atque ingreſſus fuerit, paucis ignarum lectorem docere lubet. In primis conſuluit iſtos ſcriptores, a quibus ea, quae literis mandarunt Mythographi, mutuati eſſe videbantur, unde non modo fabulis, quas commemorabant, inter ſe conlatis, ſed & ſingulis, quibus uſi ſunt, verbis adcurate ad artificum ſtateram expenſis, innumera loca manum medicam deſiderantia feliciſſime ſanavit, & ita ſordidum iſtud Augiae ſtabulum Herculis inſtar, ſi non ſolus, ſaltem pauciſſimis ſibi adſcitis ſociis, purgavit: Hujus enim gloriae in ſocietatem ſeſe obferre vix poſſunt codices manu exarati: quippe nullos, quibus Hygini fabulae deſcriptae ſunt, reperire quavis data opera potuit. Pauciſſimos vero, qui Aſtronomicon poëticum & Fulgentii Mythologicon contine-*

*tinebant, inſpiciendi occaſionem nactus eſt, e quibus acutiſſimo judicio & ipſo rerum pondere magis, quam aberrante ſaepius librariorum manu fretus ſcriptoribus ſua vindicavit, ac reddidit. Nonnullas etiam conjecturas cum eruditorum iſtud aetatis coryphaeis Nicolao Heinſio, & Jacobo Perizonio communicavit, quorum prudentiſſima reſponſa animadverſionibus ſuis inſeruit, ne graculi inſtar pennis, quae pavonibus illis, licet non invitis, deciderant, ſeſe exornare velle videretur. Quae antea Jacobus Micyllus, & Johannes Schefferus, item Caſpar Barthius, aliique eruditi diverſis locis commentati erant, ad examen revocavit, a quorum ſententia modeſte ſaepius diſceſſit, nullum enim, quem aut ipſe, aut bi ſuſpectum habebant, locum reliquit intactum. Haec quum ita ſint, miraberis forſan, amice Lector, ſi hos ſcriptores indefeſſis Cl. Munckeri laboribus egregie inluſtratos, & a frigidis male feriatorum emendationibus ſatis ſuperque defenſos, meis notis, ut inutili quadam veſte, circumtegere, ac velare ſubſtinuerim. Dicam, quod res eſt. Inſtructiſſimam illam fabularum, quo titulo notas ſuas haud inmerito inſignire voluit Munckerus, bibliothecam velut nova, forte quidem ſuperflua, & ad oſtentationem potius, quam veros uſus adcommodata ſupellectile exornare mihi viſum fuit. Quod inſtitutum, ab hujus ſaeculi moribus non abhorrens, ſi & ego ſecutus fuero, neminem ſpero fore, qui maligne interpretetur. Quae vero nova haec inſtrumenta ſint, quibus iſtam bibliothecam auxerim, aut verius oneraverim, quam breviſſime potero, explicabo. Antequam ipſis Auctoribus manus admoverim, inmiſi me in vaſtum illud hiſtoriae mythicae pelagus, cujus ſaevitia diu licet multumque jactatus, in optatum tamen portum pervenire non potui. Nunc enim velut tempeſtate quadam in Minois regnum delatus eſſe videbar, & Daedali labyrintho incluſus, nec ullam reperire poſſe Ariadnen, quae inextricabiles exitus me docere poſſet: nunc iterum in ea litora ejectus, ad quae habitabant Cimmerii, quibus ſolem eſſe negantibus fere adſenſus fuiſſem: tandemque in eas regiones remeare, quae mihi repraeſentabant memoriam AEgypti a Seſoſtri ejus nominis ſecundo gubernatae, qui in tota, quam inhabitabat, urbe nullas faeminas uno viro contentas, praeter hortulani uxorem, invenire potuit. Omnia enim in re mythica, obſcura, mutila, corrupta, adulterata, ac ſpuria eſſe deprehendi. Neque hujus calamitatis, quae rem mythicam, in cujus, veritati hiſtoricae facem, licet nubilam, praeferentis conſervatione totius Reip. literariae ſalus continetur, ita adflixit, ut brevi peritura eſſe videatur, originem ullo modo tolli poſſe comperi. Primo quia ipſi poëtae ac vetuſtiſſimi Mythographi res ab heroibus geſtas variis modis depinxerunt, iſtos auctores ſecuti, quos nobis temporis injuria invidit.*

*Quot*

*Quot enim periere ſcriptores, qui famoſam illam expeditionem Argonauticam memoriae prodiderunt, de quibus non niſi nuda nomina, & lacera quaedam fragmenta ad nos pervenerunt, quos, ut de Varrone taceam, recenſet Scholiaſtes Apollonii Rhodii* I. *Argon.* 1063, 1065, 1290. *ut Heſiodus in Ceycis nuptiis, Dionyſius Mitylenaeus, Demaratus, Euphorion, Euanthes, Deilochus, Herodorus, Poſidippus, Pherecydes, Ephorus, Antiklides, & alii, e quibus Dionyſius ille hanc materiam ex profeſſo inluſtravit, caeteri rebus, quas ſcripto conſignatas ad poſteritatem tranſmittere & aeternitati conſecrare conati ſunt, Argonautarum fata intexuerunt. Si Dionyſius nobis ſupereſſet, noſtris oculis ac mentibus poſſet exponere, quanto opere ipſi poëtae a ſe invicem de his Argonautis diſſenſerint, quippe qui anteriorum Mythologorum ac poëtarum, res a Baccho, Amazonibus, Argonautis, & Graecis ad Ilium geſtas commemorantium, loca diligentiſſime conlegerit, unde ſecum diſcordantes facile conciliarentur, ut patet e Diodoro Siculo Lib.* III. *pag.* 185. & 200. *Nec melius ſeſe habent res Thebanae, quarum pleraque monumenta, licet literarum ope ab interitu vindicare voluerint antiqui, hodie fruſtra quaeruntur. Quis bonae menti litans non deplorat fatum Lyſimachi Alexandrini, qui, ſi non pluribus, ſaltem tredecim libris Hiſtoriam Thebanorum complexus eſt, ut notat Scholiaſtes Sophoclis in OEdipo Colon. vſ.* 90. *nec non Arizeli, hodie etiam deperditi, cujus auctoritatem magni feciſſe videtur Lyſimachus, teſte eodem Scholiaſte. Quis non deflet interitum operum ab Androtione conſcriptorum, quantum enim lucis ex iis, ſi ſupereſſent, mutuaretur hiſtoria Thebana! idque patet e Scholiaſte Homeri ad Odyſſ.* Λ. *vſ.* 270. *Utinam Ibycum videre nobis contingeret, melius certe atque felicius litem de laboribus ab Hercule Thebano exantlatis ortam dirimere atque componere poſſemus, quippe qui adcuratius de cingulo, cuidam Amazoni ab Hercule detracto, ſcripſiſſe videtur, ut conjici poteſt e Scholiaſte Apollonii Rhodii* II. *Arg.* 780. *Utinam Ariſtbenem illum Socraticum praeſentem intueri nobis liceret, qui certiora de Jovis & Alcmenae filio nos doceret, ut liquet ex Eratoſthene cap.* 40. *Cataſteriſm. Neque liberorum, quos idem heros e Megara ſuſcepit, exitus nos lateret, ſi Steſichori Himeraei, & Panyaſis carmina hodie exſtarent, ut adparet e Pauſania Lib.* IX. *cap.* 11. *pag.* 731. *e quibus prior Actaeonis quoque fata verſibus mandavit, ut docet idem Pauſanias, cap.* 2. *ejuſdem libri pag.* 714. *Plura de Amphione in medium proferri poſſent, ſi Myronis Byzantii carmina heroica noſtris hodie manibus tererentur. Vide Pauſan. Lib.* IX. *cap.* 5. *pag.* 721. *De Orchomeniis alia, quae nos hodie fugiunt, in comper-*

*to haberemus, ſi integra eſſet hiſtoria, res ab hoc populo geſtas continens, quam Callippus Corinthius ſcripſit (v. Pauſan. Lib.* IX. *cap. 29. pag.* 765.) *e cujus doctiſſimo opere, quo pretio Hegeſinoi & Cherſiae Orchomenii poëmata habenda eſſent, diſceremus. Quid de Trojae excidio dicemus, cujus memoria ſcriptorum defectu plane velut tumulo quodam obruta eſt. Hodie enim uno Homero contenti eſſe jubemur, cum plures ante hunc Graecorum vatum patrem ejus urbis fata vivis coloribus depinxerint: ſed quoſnam ex iis fuerit ſecutus, hiſce temporibus dijudicari nequit, nimia vetuſtate certum de rebus judicium tollente, nec ullo iſtorum ſcriptorum amplius ſuperſtite, unde nonnulli crediderunt, fabulam eſſe in Homeri cerebro confictam, a qua opinione ego abhorreo. Troja mihi videtur fuiſſe, & quidem a Graecis diruta, nec defuiſſe puto ſapientes viros, qui Apollinis ac Muſarum ſacris operati hanc victoriam a Graecis reportatam verſibus mandarunt, Homeri aetate nondum deperditis. Ridebis forte, Lector Benevole, ſi adjecero, non memoria hominum conſervatos, ſed literarum ope ab interitu eos fuiſſe vindicatos, & ita in Homeri, qui ducentis annis a Troicis temporibus abfuit, vel ut Chronici marmoris Arundeliani auctor ſtatuit, trecentis & duobus annis (conſule J. Palmerium in Obſ. Miſc. Vol.* X. *Tom.* III. *pag.* 337. *& Salmaſ. Exerc. Plin. pag.* 608.) *manus perveniſſe. Quamquam enim Philoſtratus & Fl. Joſephus contra Apionem nec literarum heroicis temporibus uſum, nec ullum antiquiorem Homero ſcriptorem agnoſcunt, literas tamen Pelaſgicas noviſſe Linum, Orpheum, & Pronapidem, doctiſſimum & elegantiſſimum illum Homeri praeceptorem, docet Diodorus Siculus Lib.* III. *pag.* 201. *cujus ſcriptoris auctoritas ſaltem hac in re mihi tanti eſt, quanti Androtionis, qui apud AElianum Lib.* VIII. *V. H.* 6. *Orpheum in literis plane rudem facit, ut, quantum detrahat Thracum laudibus, tantum Athenienſium famae adferat, nec non ipſius Fl. Joſephi, qui Judaeus Graecorum antiquitatem deprimere conatus eſt, alioqui ſcriptor haud incertus, ut ſilentio praeteream Philoſtratum, qui Zoili inſtar Homerum lacerare ſtuduit. Hoc concedere libenter volo, antiquiſſima illa cantica, licet ſcripto conſignata, non eodem modo, quo poſterioribus temporibus, in unum corpus fuiſſe conlecta, & idcirco tanto facilius perdi potuiſſe; quod patet ex ipſis Homeri carminibus, quibus poſteritas caruiſſet, niſi a Lycurgo ex Jonia, ubi apud Creophyli poſteros ſervabantur, in Graeciam delata, deinceps a Piſiſtrato ejuſque ſociis vatis ingenium ſubſpicientibus data opera fuiſſent diſpoſita. Cum Pauſania*

*Lib.*

*Lib.* VII. *cap.* 26. *pag.* 594. *confer, quos laudant interpretes ad AEliani Lib.* XIII. *V. H. cap.* 14. *Habuerit itaque, quibus rerum ad Ilium geſtarum cognitionem debuerit Homerus, quos memoriae mandandos fortaſſe ei tradiderit Pronapides, ut carminis materiam diſcipuli ingenio praeberet. Plurimum autem profeciſſe dicitur Homerus per Daphnen Tireſiae vatis Thebani filiam, teſte Diodoro Siculo Lib.* IV. *pag* 269. *item Helenam Muſaei Attici filiam, patris, qui primus Trojanum bellum cecinit* (*vid. AElian. Lib.* XIV. *V. H. cap.* 21.) *veſtigia aequis paſſibus prementem, de qua Ptolemaeus Hephaeſtionis apud Photium pag.* 482. *nec non Daretem Phrygium, de cujus Iliade idem Ptolemaeus p.* 474. *item Demodocum Corcyraeum, de quo Plutarchus de Muſica Tom.* II. *pag.* 1132. *Ptolemaeus Hephaeſtionis apud Photium pag.* 490. *Pauſanias Lib.* I. *cap.* 2. *pag.* 6. *&* *Lib.* III. *cap.* 18. *pag.* 255. *per Phemium Ithacenſem, de quo Plut. l. l. &* *Philoſtratus Heroic. c.* 2. §. 20. *ut alios omittam, quos dabunt Jac. Nic. Loenſis Lib.* II. *Epiphyll. cap.* 1. *&* *Cl. Kuhnius ad AElian. V. H. Lib.* XI. *cap.* 2. *Idem fatum, quod ſubiere, qui ante Homerum de bello Trojano cecinerunt, obpreſſit eos, qui poſt Homerum eidem materiae detexendae operam dederunt, quorum ſi nobis hodie eſſet copia, in Graecorum merita exſpatiandi campus pateret nobis ſpatioſior. Inter quos fulgent Herodicus, de quo Heraclides in allegoriis Homericis pag.* 424. *Hellanicus, Idomeneus, de quibus Schol. Apoll. Rhodii* I, 916. *Steſichorus, de quo Pauſanias Lib.* X. *cap.* 26. *pag.* 862. *Leſcheus Pyrrhaeus AEſchyleni filius, de quo Pauſ. Lib.* X. *cap.* 25. *pag.* 860, 861. *cap.* 26. *pag.* 862, 863, 864. *nec non carminum Cypriorum auctor antiquiſſimus, de quo tanta lis eſt, ut neque Herodotus Lib.* II. *cap.* 117. *Homeri quidem eſſe negans, neque Pauſanias, a quo ſcripta ſint, definire audeant. quem Scholiaſtes Homeri Iliad.* A. *vſ.* 5. *Staſimum vocat, ubi pro* Staſimus *legendum eſt* Staſinus. *Vide Procli Chreſtomathiam apud Photium p.* 982, 983. *Hujus Scholiaſtae, nec non Tzetzae illa carmina Staſino adſcribentis ſententiam amplexus eſt Jac. Nic. Loenſis Lib.* II. *Epiphyll. cap.* 4. *de quibus Cypriis carminibus & auctore Staſino pluribus diſputavit Th. Ryckius in diſſert. de primis Italiae populis cap.* 10. *pag.* 446, 447, 448. *quae legitur poſt Lucae Holſtenii notas in Stephanum Byzantinum. De aliis ſcriptoribus, quibus haec carmina tribuuntur, J. Perizonius ad AEliani Lib.* IX. *V. H. cap.* 15. *Prima tantae in hiſtoria Mythica confuſionis origine detecta, ad alteram tranſeamus cauſſam, quae ſe mox ipſa aperiet, ſi quaedam de ipſis Homeri fabulis praemiſerimus. Homerus omnem de*

*diis, & univerſi hujus natura diſciplinam fabularum artificioſiſſime fictarum involucris, & loquendi modis a vulgari ſermone longe abeuntibus occultare didicit, ut credo, ab AEgyptiis ſymbolica doctrina ſuperbientibus. Varias enim inter regiones, quas peragravit ac luſtravit Homerus, teſte Pauſania Lib. I. cap. 2. pag. 6. fuit etiam AEgyptus, in quam poſt Orpheum profectus eſſe dicitur a Diodoro Siculo Lib. I. pag. 63. licet praeter eos nemo Graecorum hanc regionem, antequam a Ptolemaeo Philadelpho regeretur, intrare fuerit auſus propter cauſſas, quas idem Diodorus prodit l. l. & pag. 34. Quae ſtatuo, firmantur Protei fabula, de quo Homerus Odyſſ. Δ. 455. canit*

Οὐ δ' ὁ γέρων ἁλίοιο ἐπελήθετο τέχνης,
Ἀλλ' ἅτοι φώκησι λέων γένετ' ἠϋγένειος,
Αὐτὰρ ἔπειτα δράκων, καὶ πάρδαλις, ἠδὲ μέγας σῦς
Γίνετο δ' ὑγρὸν ὕδωρ, καὶ δένδρεον ὑψιπέτηλον.

*Quam fabulam ita explicat Diodorus Siculus Lib. I. pag. 56.* Τούτοις δὲ παραδεδομένοις τοῖς τε πνευμάτων ἔχειν ἐμπειρίαν, καὶ τὴν μορφὴν μεταβάλλειν, ὁτὲ μὲν εἰς ζώων τύπους, ὁτὲ δὲ εἰς δένδρων, ἢ πῦρ, ἔτι τοῖς ἄλλων ὁμολογούμενα συμβαίνειν, καὶ τοὺς ἱερεῖς λέγειν περὶ αὐτῶν. ἐκ μὲν γὰρ τῆς μετὰ τῶν ἀστρολόγων συμβιώσεως, ἣν ἐποιοῦντο συνεχῶς, ἐμπειρίαν ἰσχηκέναι τὴν βασιλέα τοιούτων· ἐκ δὲ τοῦ νομίμου τοῦ παραδεδομένου τοῖς Ἕλλησιν. οὐ γὰρ εἶναι τοῖς κατ' Αἴγυπτον δυνάστοις περιτίθεσθαι περὶ τὴν κεφαλὴν λεόντων καὶ ταύρων καὶ δρακόντων προτομὰς, σημεῖα τῆς ἀρχῆς. καὶ ποτὲ μὲν δένδρα, ποτὲ δὲ πῦρ, ἔστι δ' ὅτε καὶ θυμιαμάτων θυωδῶν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς οὐκ ὀλίγα. καὶ λέγουσι τούτων ἅμα μὲν ἑαυτοὺς εἰς θυηρέπειαν κοσμεῖν, ἅμα δὲ τοὺς ἄλλους εἰς κατάπληξιν ἄγειν καὶ δυσιδαίμονα λόγον. *Et huic praeiverat Orpheus, qui de inferis, Charonte, Cerbero &c. fabulam e mortuorum ſepeliendorum ritu AEgyptiis uſitato callide contextam in Graeciam induxit. conſule eumdem Diodorum Siculum Lib. I. pag. 82, 83, item 86, 87. qui & p. 88. plures fabulas ab Homero ex AEgypto in Graeciam tranſlatas profert. quibus fabulis ſatis per ſe intricatis & obſcuris velut novum quoddam velum obduxerunt inſequentes poëtae, alia adfingendo, quae nec Orpheo, nec Homero in mentem venerant, ut docet expreſſis verbis Pauſanias Lib. III. cap. 25. pag. 275. ubi de Cerbero agit. Has fabulas ad hiſtoricam veritatem revocare conati ſunt inter alios Palaephatus, & ſuperius memoratus Androtion, ut erudite docet Perizonius ad AEliani Lib. VIII. cap. 6. item Heraclides Ponticus, nec non Plutarchus, Strabo, & Pauſanias, ſed figmentis antiquiſſimis uterque aliquando addictiores, ut de Pauſania patet*

*e Lib.*

*e Lib.* VIII. *cap.* 2. *pag.* 600, 601. *Strabone e Libro* I. *pag.* 35, *& ſeqq. cum Iſ. Caſauboni notis. licet egregie ibidem de fabulis, mea quidem ſententia, diſſerat. a quibus etiam, quanto opere ipſi Graeci in iis explicandis diſſenſerint, doceberis. cujus diſſidii cauſſam hanc eſſe detexi, quia etiam fabularum explanatores decipiuntur ſaepe a variis populis, de eodem heroe diverſa narrantibus, uti de Bacchо, Jovis femori inſuto Indi haec memorant apud Diodor. Siculum Lib.* II. *pag.* 123. ὀνομάζεσθαι δὲ τὸ ὄρειον τὸν τόπον τοῦτον μηδὲν, καθ' ὃν ὁ Διόνυσος ἐξέβηλε τὰς δυνάμεις ἐκ τοῦ νόσου, ἀφ' οὗ δὴ καὶ τοὺς Ἕλληνας φασὶ τοῦ Διὸς τοῦτο ψεύδεσθαι τοὺς μεταγενεστέρους τεθάφθαι τὸν Διόνυσον ἐν μικρῷ. *cum ipſi Graeci aliis longe modis hanc fabulam expoſitam dederint, ut docet idem Diod. Siculus Lib.* III. *pag.* 195, 196. *Denique, heroum nomina, ac res geſtae, item ipſa temporis ratio admodum turbata atque confuſa in cauſſa ſunt, cur verum a falſo ſecerni nequeat. Varios Hercules, varios Linos, alioſque plures ejuſdem nominis, conſilii, ac gloriae participes a Graecis numerari, oſtendi in Hygino ac Fulgentio. Eadem de propriis urbium nominibus alibi obſervavi, quae repetere mihi religio eſt, ne in legentis peccem commoda. Unum tamen de ipſa Troja addam exemplum, quo nomine plura loca fuerunt inſignita, imo in AEgypto urbs ejus nominis condita fuit, ut docet Stephanus Byzantinus, qui ſibi conſentientem habet Diod. Siculum Lib.* I. *pag.* 52. *Omnes has difficultates, & hiſtoriae Mythicae tenebras viderunt ipſi ex antiquis hiſtoricis, quare, qui ad veram hiſtoriam conſcribendam animum adpulerunt, omiſſis, quae ab heroibus geſta eſſe fingebantur, exordium ſumſerunt ab Heraclidarum reditu, ut Ephorus Cumaeus, Calliſthenes & Theopompus, teſte Diodoro Siculo Lib.* IV. *in initio. Nec minus, quam hiſtorias ipſas, deorum imagines confuſas eſſe, in Albrico Philoſopho, deprehendi: Jovis enim ſimulacrum, quod ab aliis & quidem plurimis in throno ſedens exprimitur, in urbe Babylone a Semiramide in Beli templo poſitum conſpicitur ſtans & velut pedibus incedens; nec non Junonis, cui in dextram a pleriſque datur ſceptrum, fulget ibidem ſiniſtra ſceptrum gemmatum, dextra vero ſerpentis caput adprehenſum tenens, teſte Diodoro Siculo Lib.* II. *pag.* 98. *qui etiam de Rheae in aureo throno ſedentis, duobus leonibus ad genua poſitis, juxta quos duo ſerpentes erant conlocati, ſimulacro agit. Licet dubitem, an hae tres ſtatuae a Semiramide his diis dicatae ſint, quoniam nulla ab Herodoto, hoc templum deſcribente Lib.* I. *cap.* 181, 182, 183, *&* 184. *earum mentio fit. Imo qui aperte docet, nullam in hoc templo exſtitiſſe imaginem, praeter unam in inferiori ejuſdem templi ſacello ſedentem Jovi conſecratam. Ita ut hae & aliae ſtatuae plurimum mihi negotii exhibuerint. Difficultates tamen, quibus*

*bus plena eſt Mythologia, quodam modo ſuperare conatus ſum diligenter obſervando auctorum de iiſdem fabulis diſputantium diſſidia, & quidem eorum, quos levi digito tetigerat Cl. Munckerus, e quibus ipſa deperditorum ſcriptorum fragmenta in meos uſus converti, unde non exiguum fructum percepiſſe ſaltim mihi videor; quia hoc facto multas lectiones & conjecturas a Munckero propoſitas majori auctoritate firmavi. Diodori vero Siculi res Creticas (v. Lib. v. p. 346.) deſcribentis exemplum ſecutus, maxime eorum ſententiae adhaeſi, qui mihi prae caeteris probati eſſe videbantur. Recluſi etiam doctorum, qui & ante & poſt Munckerum floruerunt, & Hygino inluſtrando operam dederunt, ſcrinia, in quibus ingentes theſauros repperi, quibus Munckerianam bibliothecam locupletavi. Tanaquilli Fabri in Apollodorum notulas perluſtrans didiceram, promiſſos olim Meziriaci in Ovidianas Epiſtolas Heroid. commentarios editum iri, in quos anxie inquirens, audivi antea in Gallia primam lucem adſpexiſſe, deinde in noſtra Batavia recuſos eſſe, quorum mihi copia facta deprehendi, multa Hygini loca eodem modo, quo Munckerus aut conrexerat, aut emaculanda conjecerat, jamdudum ab hoc doctiſſimo viro fuiſſe emendata, quod ſuo loco monere non omiſi, non ut defuncti Munckeri manes laederem, quem ſine dubio hi commentarii latuerint, ſed ut huic viro de felici conjectandi ſucceſſu gratularer. Eodem conſilio Paulli Leopardi emendationum libros viginti a capite ad calcem perlegi, & nonnullas Munckeri emendationes ab hoc etiam viro occupatas comperi. Majori etiam cum cura Jacobi Nic. Loenſis Epiphyllidum libros decem tanto opere a magno Broukhuſio in notis ad Tibullum commendatos evolvi, quem & ſalutiferam Mythicae hiſtoriae opem adtuliſſe ipſum non fugit Munckerum. Adhaec recondita eruditione refertis Celeberrimi P. Burmanni, quo praeceptore ſemper gloriabor, animadverſionibus in Ovidii Metamorphoſes, nec non Valerii Flacci Argonautica plurimum me debere, ſingulae fere notarum mearum paginae indicabunt. Haec ſunt ſubſidia, amice Lector, quae mihi intra domeſticos parietes comparavi, ſed quae foris mihi adlatis praeſidiis munivi. Eximia ampliſſimorum hujus civitatis conſulum benignitate aperti mihi ſunt Bibliothecae publicae loculi, in quibus ingens codicum manu exaratorum adſervatur theſaurus. Ex his tres, qui mihi uſui eſſe poterant, delegi, & cum Munckeri editione contuli. Primus exſtat inter Voſſianos in Octava forma in Membran. N. 269. ſecundus num. 314. tertius num. 290. in Quart. Deinde Celeberrimus vir Tib. Hemſterhuſius, cujus clariſſimo lumine Academia Lugduno-Batava nunc inluſtratur, humaniſſime, quem poſſidebat, codicem membranaceum utendum mihi praebuit, e quo ante aliquot annos adfecta quaedam Hygini loca*

*in*

*in integrum reſtituerat Cl. Weſſelingius Lib.* II. *Obſerv. cap.* 23. *nec non clariſſimus Jac. Phil. Dorvillius mecum communicavit manu ſcriptum librum itidem membranaceum: quibus viris pro inſigni hoc beneficio maximas ago gratias, & habebo immortales. Hi codices non niſi Hygini Aſtronomicon poëticum continent. Munckeri in Hyginum commentariis praetexui etiam marginales notas Jacobi Micylli, quas excerpſi ex editione, quae prodiit Baſileae A.* 1535. *Joannis Hervagii typis expreſſa, & in meos uſus conceſſa a doctiſſimo, mihique conjunctiſſimo viro Adolpho Haganaco JCto. Nec non Joannis Scheffери adnotationes ex editione A.* 1674. *Subtexui vero elegantiſſimas Thomae Wopkenſii obſervationes, quas mihi nec opinanti Harlinga miſit vir ille integerrimus ac doctiſſimus. Ne jam exſpectes, amice Lector, me de Hygini aetate ac ſtylo aliquid eſſe allaturum, de quibus Scheffeſus ac Munckerus erudite ſatis diſputarunt. Illud unum addam, hunc fabularum conſarcinatorem non modo non cum antiquo illo Hygino confundendum, ſed nec antiqui illius Grammatici epitomatorem eſſe adpellandum, ut eum poſt alios temere vocat Berkelius ad Antoninum Liberalem cap.* 2. *In alia omnia nos ire jubet utriuſque ſtylus adeo diverſus, ut vix credam, hunc ſcriptorem antiqui illius grammatici opera umquam vidiſſe, ſed pro certo habeam, antiqui illius grammatici nomen his fabulis ab alio quopiam fuiſſe praefixum, id quod ſaepius hoc ſcriptore antiquioribus auctoribus uſu venit. Quomodo Onomacriti carmina olim Muſaei nomine fulſerunt, teſte Pauſania Lib.* I. *cap.* 22. *in fine, & plura hujus fraudis ab antiquis Criticis detecta exempla profert Phil. Jac. Mauſſacus in diſſertatione de Arte Critica pag.* 397. *& ſeqq. quae legitur poſt Harpocrationis Lexicon. Unde vero hic fabularum conſarcinator Hygini nomine fuerit exornatus, conjicere in facili eſt, quia ille Grammaticus non modo de Virgilio, urbibus ſive Antiquitatibus Italicis, ſed & de Familiis Trojanis, Diis penatibus, ac deorum proprietatibus ſcripſerat. de quo Hygino poſt Servium ad* V. *AEn.* 389. *& ad* VII. *AEn.* 412. *conſulendi Delrius ad Senecam in Hercule Furente vſ.* 337. *& Broukhuſius ad Suetonii cap.* 20. *de Inluſtr. Grammaticis. Si umquam hic Auctor antiqui iſtius Grammatici opera inſpexerit, ac ſcrinia compilaverit, non tamen, ut Juſtinus Trogi Pompei, ejus ſermonem imitatus eſt. Conciſa dictio quidem reſpondere videtur, ut patet e fragmento, quod ſervavit nobis A. Gellius Lib.* XVI. *cap.* 6. Quae bidens eſt hoſtia, oportet, habeat dentes octo, ſed ex his duo caeteris altiores, per quos adpareat, ex minore aetate in majorem tranſcendiſſe. *Videri etiam poſſet vetuſtae caſuum terminationis ſtudioſus*, duo *pro* duos *utens. Servius enim dicit ad Ecl.* 5. *vſ.* 68. *Virgilii eadem hac terminatione uſi* Vetuſte

***

dixit,

dixit, ut ambo. NAM SAEPE SENEX SPE CARMINIS AMBO LUSERAT. Nam hodie ſignificantius duos & ambos dicimus. *Auguſti tamen aetate ita fuiſſe locutos liquet tam ex Hygino, quam Virgilio, quam Accuſativi terminationem reſtituit Caeſari ac Livio ex optimis codicibus Criticorum princeps J. Fr. Gronovius ad Liv.* XXXV. *cap.* 21. *quem poſtea etiam ſecutus eſt Celeb. Oudendorpius ad ipſum Caeſarem Lib.* VII. *B. G. cap.* 33. *Attamen in caeteris toto coelo diſtare credo: non enim antiquus ille Grammaticus, qui Auguſti aetate floruit, tam abſurdis conſtructionibus uſus, nec, qui utriuſque linguae erat peritiſſimus, tam barbare Graecas voces & integras loquendi formulas interpretatus fuerit, aut, quas Latine vertere non poterat, in Latium invexerit. A quibus erroribus haud inmunis eſt noſter Auctor, ut cuivis notum, unde nonnulli haud abſurde putarunt, fabulas, quae hodie ſub Hygini nomine circumferuntur, Graece primum conſcriptas, deinde ab homine in Literis graecis plane rudi in Latinum ſermonem fuiſſe tranſlatas. Conſule Eruditiſſimi Valckenarii diſſertationem de Fragmento Doſitheano in Obſ. Miſcell. Vol.* X. *Tom.* I. *pag.* 118. *Graeciſmis potuiſſe uti antiquum illum Grammaticum, haud negavero, qui, Cornelium Alexandrum Graecum Grammaticum omni ſtudio atque animi contentione imitatus, ſine dubio Graecos ſcriptores, e quorum fontibus ſuae eruditionis rivulos derivavit, quotidie tractaverit; qui graeciſmi ſaepe in ipſis Ciceronis ſcriptis quidem reperiuntur, ſed Romana toga, tam eleganter induti, ut in ipſa Urbe nati eſſe videantur. Integra Graeca vocabula in antiqui illius Grammatici libris exſtare potuiſſe objecerit mihi forte quiſpiam, memor eorum, quae notat Plutarchus, qui ſub imperatore Trajano floruit, in Numa pag.* 64. ὁπάλεν δὲ καὶ τὰς προγενεστέρας φλαμίνας ἀπὸ τῆς θείκρινίων πίλων, ἃς περὶ ταῖς κεφαλαῖς φορῦσι πιλαμύας τινὰς ὄντας, ὡς ἱστοροῦσι, τῇ ἑλλινικῇ ὀνομάτων τότε μᾶλλον, ἢ νῦν τοῖς Λατίνοις ἀνακεκραμένων. *ſed haec de vocabulis ſacros ritus exprimentibus intelligenda ſunt, quae mutare erat nefas. Et quidem de conjectura hactenus. De Fulgentio, Lactantio, & Albrico Philoſopho Munckeri prolegomenis ne unum verbum adjicio, ne actum agere videar. In meis ad Albricum adnotationibus, quas aliquanto prolixiores eſſe fateor, me id egiſſe Lector videbit, ut, quid de ſtatuariis & pictoribus, qui imagines deorum varie expreſſerunt, ſtatuendum eſſet, oſtenderem. Vale Lector, & meis conatibus fave.*

Dabam Lugduni in Batavis
Kalendis Septembr.
A. 1741.

JUDI-

# JUDICIA
## DE
# HYGINI SCRIPTIS.
## DE
# FABULIS.

### *Jacobus Micyllus in Epiſtola Nuncupatoria.*

Eſt hic auctor, ut quidem non ita purus atque elegans, adeo ut in quibuſdam parum etiam Latinus videri queat, ita vetus tamen, & a reliquis Hygini ſcriptis, quae quidem ad nos pervenere, non omnino abſimilis aut abhorrens, praecipue autem utilis iis, qui in hum mioribus hiſce ſtudiis multum ac diligenter verſantur. Ex hoc enim non pauca, quae tum apud Ovidium, tum apud alios pleroſque Poëtas minime haëtenus, aut certe perperam intellecta ſunt, intelligi & explicari tandem poſſe videntur, multaque hic plana jam atque expedita reperias, quae dudum magnos atque eruditos quoque viros varie ac miſere torſerunt.

### *Scioppius in Judicio de Stylo Hiſtorico, ubi de Argentea Scriptorum aetate.*

Et Auguſtales Liberti, Phaedrus & Hyginus, etſi in hunc poſteriorem, quemadmodum & in Aſconium Pedianum, poſterioribus ſaeculis nonnulla minus Latina irrepſiſſe palam eſt.

### *Scaliger ad Euſeb. Chronic. p. m.* 10.

Verum eſt, Deorum generationes & archaeologias in hac parte recenſitas fuiſſe, & Hyginum mythologum ſingulas hiſtorias τ μυθολογημένας conſcripſiſſe. *Et paulo poſt.* Non invitus concedam, Hyginum hunc mythologon ex Graeco converſum fuiſſe.

### *Idem ibidem ad num. CCXI. poſt adductum Scholion ad Statii lib. IV.*

Sed haec omnia collegit ex Hygino. Nam & de Junone. & de regno Hyginus ita. Et ſane Scholia illa in Thebaidem Statianam majorem partem ſunt centones ex Servio, Hygini Mythologicis, & Aſtronomico ejuſdem Arateo.

### *Barthius lib. V. Adverſar. c.* 2.

Eſt ſimilis ſibi hic ſcriptor, licet minime unius auctoris liber ſit, ſed Epitoma ex Hygino & aliis contracta.

### *Idem lib. VI. c.* 22.

In uno tamen eorum (codicum) Hygini fabularum partem inveni, ut captum videas, Aviani aut Avieni nomine praeſcripto.

### *Idem lib. VIII. c.* 6.

Quae phraſis ſtylique facies in Hygini fabulis, & multa in ea notanda ſunt ab uſu Latinitatis hodiernae remota, quae tamen Barbariae damnare non poſſis, multa ob elegantiam commendanda.

### *Et lib. X. c.* 12.

Hygini nomine proſtantem librum ego Rhapſodiam ex omnibus hinc inde Mythologorum libris concinnatam eſſe arbitrer. Nam apud Fulgentium integrae periodi ſunt, quae hic exſtant. Niſi tamen ille Hyginum potius exſcripſit.

### *Ejuſdem libri c.* 20.

In fine perveterum membranarum, quae in noſtram poteſtatem pervenerunt, ita ſcriptum calamo: *Explicit feliciter Avianus de Fabulis Poëtarum & Heſiodi.* Cum vero & in aliis docti Hygini titulum invenerint, quis non dabit ſuſpicioni locum, ex Hygino & aliis Avianum haec excerpta conſtipaſſe?

### *Et lib. XXIII. cap.* 11.

Non inelegans ſcriptor eſt Lactantius ille, ſive Lutacius, qui argumentis Ovidianos Metamorphoſeon libros enarravit. Stilus vero ſimillimus earum fabularum, quae vulgo Hygino adſcribuntur; ſed utique in compendium a neſcio quo redactae ſunt, & fortaſſis ab eodem hoc ſcriptore, qui Epitomas concinnare conſueverat.

### *Reineſius lib. III. variar. Lect. p.* 372.

Sunt in iſto faſciculo (Hygino) nonnulla, quae vix infima Latinitate ſubſiſtant. *Et paulo poſt:* Sunt in iſtum fabularem librum veterum dramatum argumenta, quae interpretes Poëtarum Grammatici tradiderant, conſtipata, eo plane modo, quo periochas in Homeri Iliada & Odyſſeam dedit Auſonius, fabularum Menandri Hypotheſes, Homerus, Gellius Grammaticus, & Metamorphoſeos Ovidianae epitomen Lactantius Placidus. Id vero in Pſeudo-Hygino oſtendemus.

### *Idem lib. III. c.* 8.

Judicium in Grammatico, qui fabularum capitum ducentorum ſeptuaginta ſeptem conſtipavit, & praefixo Hygini nomine aetatem mentitus eſt & auctoritatem, merito requiramus multis de cauſis.

## DE
# POETICO ASTRONOMICO

### *Antonius Riccobonus in Fragmentis Hiſtoricorum.*

Julius Hyginus ſcripſit ad M. Fabium Quintilianum, cui familiariſſimus fuit, de mundi & ſphaerae ratione utile ſane Aſtronomicum. Praeterea de ſignis coeleſtibus opus, in quatuor libros diſtinctum.

### *Modius epiſt. 9. Novantiquarum Lect.*

Nota magis nulli domus eſt ſua, quam Hygino coelum.

### *Scaliger ad Manilium, p.* 34.

Ita omnes veteres, praeter Hyginum, qui τὸν ἱχαῦν τοῦ κοσμοῦ Canopum vocatum ſcribit. Et idem ſcribit Capella ab Hygino mutuatus. *Idem p.* 372. Hyginus enim, qui ex Eratoſthene & antiquioribus Aſtronomicon ſuum concinnavit, vocat eam Sagittarii coronam.

### *Idem in Notis ad Euſebium num. CCCXL.*

At Hyginus in aſteriſmo Ophiuchi eum Triopae filium facit, cujus verba huic hiſtoriae illuſtrandae perneceſſaria apponam.

### *Scioppius in Infamia Famiani p.* 17.

Hygini eſt in Aſtronomico, Herculem inopia armorum deſeſſum ſe ingeniculaſſe, multis jam vulneribus acceptis. Id autem, ut alia Hygini multa, plebejum ſapit. *Idem ibidem p.* 49. Hyginus quoque plebejus bonae aetatis ſcriptor, obſervantia pro cuſtodia dixit.

### *Barthius lib. XXII. adverſ. c.* 22.

Hyginus, ſeu ejus potius Epitoma lib. II. Aſtronomici, c. 43.

### *Palmerius in Exercitationibus ad Laërt.*

Nec in eo fidem adhibeo Hygino, qui Aſtronomicorum II. c. 3. haec ait: *&c. & poſt:* quot verba, tot errores, *&c.*

JU-

# JUDICIA

## NONNULLA DE

# FULGENTIO

## ET EJUS

# SCRIPTIS.

### *Modius Novantiq. Lect. Epist. LXI.*

Nunc volui haec ad te mittere, specimen eorum, quae ex tuo veteri membranaceo codice in Mythologiarum libris iis emendavi, qui hactenus pro Fulgentii Episcopi Carthaginensis, sive ejus, cujus multa pietate & eruditione scripta ecclesiastica multa in manibus habentur, non recte circumlati cusique passim sunt; cum constet ex eodem illo tuo antiquo libro, tribusque aliis venerandae aeque antiquitatis codicibus, quibus olim Lovanii a Gemblacensibus, & nuper Coloniae a Metropolitanae ecclesiae Bibliothecae praefectis, & abbate Sigebergensi usus sum; cum, inquam, ex his omnibus constet, neque divi Fulgentii ejus, cujus scripta hodieque leguntur, quique Ruspensi Ecclesiae praefuit, & multa ab Arianis passus fidei causa, eam sedem Aliatico exilio mutare coactus fuit, neque Carthaginensis aut omnino alterius ullius episcopi has Mythologias esse, sed nescio cujus Fabii Planciadis Fulgentii Clarissimatus dignitate ornati, qui tamen illum fere cum Fulgentio Ruspensi Episcopo temporibus, & in eadem Africa vixerit, ut tum plenius a me differetur, cum hujus auctoris opuscula universa, ex parte nunquam hactenus cusa, ex amplissima tua bibliotheca cum publico communicabo.

### *Vossius Instit. Orat. Lib. IV. p.* 198.

Barbare egit eapse de re Fulgentius, non quidem fulgentissimus ille Episcopus Carthaginensis, cui in antiquioribus editionibus tribuitur, ac a Floridо quoque Sabino adscribitur; sed Grammaticus, qui & Fabius Planciades; cujus de Continentia Virgiliana libellum habemus, & alterum de antiquarum aliquot vocum interpretatione.

### *Jos. Scaliger Com. in Ed. de Ob. Maec.*

Quod signifer Jovis sit Ganymedes, docet doctissimus Mythologus Fulgentius Lib. 1.

### *Idem Auson. Lect. Lib. II. cap. 29.*

Superiores autem Ausonii esse non credam propter stili diversitatem: in quibus postremis animadvertendum Saturnum dictum Pollucis prolem: quod explicatur a Fulgentio doctissimo Mythologo ita de Saturno loquente: *Pollucis*, inquit, *filius, sive a polendo, sive a pollutibilitate, quam nos humanitatem dicimus* &c.

### *Turnebus Adversar. Lib. XVI. cap.* 2.

*Titivilitium* hic Festus lib. 18. nullius esse significationis scribit, ut apud Graecos nullius est σαπρίας & βαλανεί: sed auctor non contemnendus Fulgentius *Textivilitium* videtur legisse, cum libro de vocibus antiquis ita scribat: *Textivilitium dici voluerunt fila putrida, quae de telis cadunt.*

At *Brodaeus Annot. in Q. Calabrum pag.* 238. Fulgentii Mythologia quid ineptius?

### *Et Barth. Comm. ad Stat. Tom. II. p.* 728.

Semeles ineptissimum etymon est apud Fulgentium Lib. II. Mythol. & tamen doctissimi viri eum Mythologum *doctissimi* nomine commendant, qui totus nihil nisi mera est nugacitas.

## *Tom. III. p. 449.*

Haec Fulgentius, quem ſcriptorem legendo miſeratione temporum afficimur: tanta enim jam ruditas a Graeca literatura erat, ut ſibi arrogantiae ſummae homo omnia ſcribere licere crederet, modo vel auctores Graecos vel voces ejuſdem linguae per caputque pedeſque attrahere poſſet in medium, & inde ſuum negotium curare.

## *I. Baptiſta Pius in Epiſt. dedicat. ad Antonium Mariam Bentivolaeum.*

Expiſcati commodum ex penario literatorio, cuius tu fuiſti condus, Mythologicon Placiadem, fratrem, ut fertur, Caſſiodori, hunc chalcitypis officinatoribus tradendum curavimus, nuncupatim tibi dicantes ſine provocatione electo judici aureum librum; quid librum? theſaurum potius: quem Sidonius libro III. eruditiſſimum, & ob ingenii merita quaeſtorium vocat, tanquam quaeſturâ rejectâ epiſcopatum Africae ſumſerit.

## *Pierius Valerianus Hieroglyph. Lib. XLVIII. p. 353. Ed. Baſil.*

Hinc Fulgentius ex auctoritate Theopompi in Cypriaco Carmine, & ex Hellanico ἐν τῇ Δυὸς φιλολογίᾳ, Junonem ait ab Jove vinctam catenis aureis, & incudibus ferreis degravatam; quamvis prave quidam depravatam legunt, ſed longe ſaedius interpretantur, dum exponunt devirginatam. & quod magis rideas (animadverte hominis phraſin & impudentiam) depudicatam, imminutam, incudibus veluti ſtragulis & lecto geniali praepoſitis, ob nimii tendoris & libidinis impatientiam. Sic ille ſtolidus inſanit, & enormia longe magis ſibi confingit ſuper angelis. Nec tamen praeterit me, alicubi legi angelos quoſdam depravari & compedibus coërceri: ſed ibi depravari non ſignificat depudicari, ut ſtupor iſte putat, ſed gratiâ lumineque Dei privari. Homeri autem carmina, unde haec a Theopompo & Hellanico deſumpta ſunt, habentur Iliad. O. vers. 18. Ἥ τ' ἐμὲ μίμνε ἔπι &c.

## *Hadrianus Junius Animadverſ. Lib. V. cap. 7.*

Non ſatis explicata primo occurſu videbatur ratio, cur Venerem concha vectam uterque poëta dicat, praeſertim nullis adjuto commentariis: itaque in altiorem cogitationem incubui, ut cauſam dicti exquirerem rimando, quod aperuit commodum Placiades, qui auctoritate Jubae Mauruſii in Phyſiologis ſcribit, concham marinam toto corpore ſimul τῷ ἀφροῦς aperto, in coitu miſceri, atque inde eſſe, quod Venus pingatur concha vehi.

# ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΛΑΤΙΝΩΝ

# ΜΥΘΟΓΡΑΦΩΝ

## ΥΠ'

# ΑΥΓΟΥΣΤΙΝΟΥ ΣΤΑΒΕΡΕΝΟΥ

## ΕΚΔΟΘΕΝΤΩΝ.

Ὅστις δαιδαλέους ἐθέλεις Μουσέων ἀπὸ κήπους
Στεφάνους, μή μοι, καὶ τὰ λιλαιόμενος,
Τῶν ἱερῶν ἀλσέων πολὺ ἀμείβεο Ἑρμέα, μύθων
Εἴ σοι ἄγνως ἦν οἷμος ἑλικτὸς ἴδμεν.
Τοῖς γὰρ ἐκοσμήθη καλὰ πάμπαν Πιερίδεσσιν
Παντάχθεν· καὶ σφὼν πάμπαν ὑμοσθέντες,
Ὃς μὲν τοῖς ποικίλῃ ἀοιδάς. ὃδε Κόσμον
Κύκνον παιδεύσας Λύκιον λίγεται.
Τῷ τύ χεν, αἴκ' ἀπύσῃ σε πορείαν θυμὸς ἀνώγῃ
Οὐκ ἀλαὸν, φαεραὶς δ' ἀτραπιτὲς πιθέειν,
Τόνδε βίβλον μοι χερσὶν ἔχων, μάλα εἴσιθι σεμνῶν
Ἑρμέα Πιερίδων· ἄ σ' ἔτ' ἰθυντέων.
Ὡς δὲ μίτῳ πίσυνος, τόν γ' οἱ πόρε δῖ' Ἀριάδνη,
Καμπύλον ἠϊόνης ἐς Δαβύρινθον ἔβην,

Ἐκ δ' ἐπέλευσεν ἄεθλοι πολύποτον ὧρ ἐόντα,
Ῥηϊδίως, ἐπεί οἱ ὑκέτ' ἄδηλος ὁδὸς,
Ὡς καὶ σὺ παράγοις ταύτῃ πίσυνος κλυτοεργὰ,
Τλώ σοι τῶν ἀγαθὸν Σταφερέοιο μύθος.
Πολλὰ μάλ' ἢ . τὸ πάροιθε Φαεινοτέρῳ ἀνέφηνε,
Δείξιν τ' θὐοδίης, καὶ ῥύσιν ἀμπλακίης.
Πᾶς δέ σοι ἀνδρὶ μύθοι μεγάλη χάρις. ὑ γὰς ὄϊος
Εἴσω σε περαπίδων ἦτορ ἀπλυὲς ἔχειν,
Ος γ' Ελικωνιάδων τελετῶν βατμαίεσ· αὐτῆς
Εὖαδε γὰς Μύσης ἦθος σὺνὲς ἀεί.
Τῷ ῥα πρήοντος ἀφ' ὧν ὁμαλοῖο κελεύθου
Ἐκπέσοι εὔγνωμον τῦ σόματος τάδ' ἔπος.
Χαίρετε, Πιερίδες, δοῦσαί μοι ἴδεν ὁδηγόν·
Χαίρεις καὶ τυὶν, Μυσόδδ' ἡγεμονεῦ.

ΓΕΡΑΡΔΟΣ ΙΑΚΩΒΟΣ Ο ΣΟΥΙΝΔΕΝΙΟΣ.

# JOANNIS SCHEFFERI
# PRAEFATIO.
## LECTORI BENEVOLO
## S. D.

*Hygini*, quem hic damus, non eodem tempore omnia in lucem ſunt prolata. Illud quod de Aſtris agit & Syderibus, videtur publicatum primitus ab Aldo, anno ſaeculi milleſimi quadringenteſimi nonageſimo & ſexto. Neque multo poſt recuſum eſt Venetiis per *Johannem Baptiſtam Seſſam*, titulo *Mundi & Sphaerae declarationis.* Quo laudatum etiam à Volaterrano reperitur. At vero alterum, quod exponit priſcas Fabulas de Diis, primum lucem vidit ſaeculi milleſimi quingenteſimi anno trigeſimo & quinto in Germania, ſtudio *Jacobi Micylli*, qui id primum eſt adeptus per *Joannem Weyer*, Friſingenſis Eccleſiae Canonicum, ex bibliotheca, ut videtur, Friſingenſi, & id publicavit opera Hergavii Baſileae, adjuncto ſimul altero opere, & à ſe, ut fatetur ipſe, non uno loco emendato. Ad quod exemplum prodierunt mox editiones aliae, una Baſileae A. 1549. alia Pariſiis A. 1578. atque rurſum alia in Galliis Lugduni A. 1608. Nec in libro Fabularum magnopere mutatum quidpiam, niſi quod ex neſcio quo Manuſcripto ſuo *Barthius* tentarit loca aliquam multa emendare in ſuis Adverſariorum libris, quae nuperi editores in Batavia textui, ut vocant, ſubjunxere. At in libro de Aſtris repurgando ſingularem creditur conlocaſſe operam *Guilielmus Morelius* anno ſaeculi ſuperioris quinquageſimo & nono, conlatis manuſcriptis pluribus, praeſertim vetuſtioribus & melioribus duobus, uno Salignacei, altero alterius neſcio cujus, qui eam ſuam operam una cum Arati Phaenomenis anno dicto Pariſiis publicavit. Secutus id exemplum eſt, qui Aſtronomica veterum, interque ea *Hygini* quoque ſcriptum, ſive *Scaliger* is fuerit, quod non pauci cenſent, ſive alius quicunque in Batavia ex Sanctandreana officina anno 1589. edi fecit. Quanquam ſi dicendum, quod res eſt, utraque

 haec

haec editio ut habet non profecto plane nulla, quae merentur laudem, ita ſaepe ſaepius recedat ab editionibus vetuſtioribus abſque cauſſa ulla atque ratione. Obſervamus enim ex conlatione diligenti, codices, quos ſecutus eſt *Morelius*, non fuiſſe tam praeſtantes, quam putabat ipſe, credereque alios volebat, ſed refertos paſſim gloſſis ſciolorum, quas intruſere in locum verarum genuinarumque *Hygini* lectionum, qui locutiones ejus ſatis adſequi non poterant. Quod ex eo patet, quoniam quae vetuſta ſunt, conveniunt cum illis, quae in Fabulis leguntur; quae vero inmutata, plane alia ſunt, & ab eis longiſſime recedunt, ſicuti à nobis in non paucis demonſtratum eſt. Quum itaque Fabularum liber hactenus à nemine debita ſit examinatus cura, ille vero, qui de Aſtris agit, per ſtudium emendationis in non paucis depravatus, facturos nos ſperavimus pretium operae, ſi quae in utrumque habebamus obſervata, proferremus in lucem. Debebamus equidem, fateor, haud ſuſcepiſſe hoc negotium, ſine neceſſario manuſcriptorum codicum ſubſidio. Verum quia illos codices in his remotiſſimis conſtituti terris ſperare difficulter poteramus, nemo vertet nobis vitio, confido, ſi vel conjecturas noſtras, ſecuti ſimiles ſcriptores, locoſve apud ipſum noſtrum, proferre haud dubitaverimus, reſpiciendo ad continuo adflictam noſtram valetudinem, quae coepta quoquo modo jubet nos abſolvere: per hoc, ſi nil aliud, illud ſaltem effecturi, ut ingenioſiores, & à priſcis libris & codicibus inſtructiores, ſuam ad auctorem hunc conferre operam ne longius graventur. Meretur quippe, cum propter argumentum ſic a nemine expoſitum ſermone Latino, (nam Fulgentii quidem paulo aliud eſt inſtitutum) tum propter ipſam ſcribendi rationem, quae in noſtro plane ſingularis. Ipſe namque ſolus eſt propemodum ex antiquis, ex quo licet intelligere aperte, quis ſit ſtylus verè humilis & plebejus. Quod cum viri quidam docti non adtenderint, plurima in eo reprehenderunt, quae ſunt ſtyli hujus propria & peculiaria. Oſtendimus abunde in *Indice*, hoc praecipue à nobis confecto fine. Poſſemuſque pluribus oſtendere, ſi hoc eſſet agendum. Occurrunt enim paſſim exempla, quale illud, quod legitur c. 28. ubi ait: *Hic cum Dianam voluiſſet comprimere, quae cum non poſſet reſiſtere Apollo miſit*, pro *eaque non poſſet*, & quod c. 40. *alii dicunt, Theſeus reduxit*, pro *Theſeum reduxiſſe*. Item c. 46. *Neptunus expoſtulavit, ut Neptuno inmolaretur*, pro, *ut ſibi inmolaretur*, & c. 106. *Filii corpus auro repenſum adcepit, quem ſepulturae tradidit*: pro, *quod ſepulturae tradidit*. debebat enim referri ad *corpus*, quod ipſe refert ad *filium*. &

c. 125.

c. 125. *Superiorem partem muliebrem, inferiorem piſcis habebat*, pro, *ſuperiorem partem mulieris*, hoc enim ſequenti reſpondiſſet. & c. 127. *poſtquam cognovit, qui eſſet, redierunt*, pro *rediit*, propter antecedens, *cognovit*. & c. 146. *cujus timore exagitata, coëgit eam, ut ſe praecipitaret*, pro, *timore exagitatam coëgit, ut*. Ita c. 152. *cui cum flagraret, montem ſuper eum impoſuit*, ubi plane otioſum eſt illud *ſuper eum*. Aliaque non pauca hujus generis, quae ſcientes praeterimus, ne ex praefatione libellum conficiamus, cum praeſertim à quolibet, mediocriter adtento, poſſint deprehendi. Quae omnia non tam vitioſa ſunt, quam huic ſermonis generi propria & peculiaria, licet alibi rariſſime occurrant. Caeterum quod meam curam adtinet, de ea breviter ſic habe. Primum edidiſſe me, quod vocant, *textum* ad exemplar publicatum Lugduni, Anno 1608. Licet enim ſint, qui in Fabulis praeferant editionem Commelinianam, quam ſecuta eſt recentiſſime Lugduni Batavorum publicata à *Gaesbeckiis*, in Aſtronomicis Morelianam; tamen cum non pauca inmutata ſint utroque in opuſculo abſque cauſſa, quod in Notis demonſtravimus non ſemel, editiones vetuſtiores denuo producendae videbantur. Ita tamen, ut adjiceremus *Notas*, quibus quae corrupta ſingulis in capitibus occurrebant non pauca, ſanare atque explicare ſtuduimus; nec omnino infelicem curam hanc fuiſſe noſtram, etiamſi ex ingenio tantum noſtro, ſine Manuſcriptorum librorum ſubſidio ſit profecta, ſperare audemus. Poteramus addere & nomina eorum, qui eaſdem prodidere fabulas; non apud Graecos ſolum, quales ſunt *Apollodorus*, *Diodorus Siculus*, *Pauſanias*, *Antigonus*, *Scholiaſtes Arati* atque *Apollonii*, verum etiam Latinos, quales *Servius*, *Donatus*, *Commentator Germanici*, & id genus. Verum cum haec non ſint uſque adeo repertu difficilia, praeterea & Natalis Comes pleraque in Mythologias ſuas jam congeſſerit, ſumptibus non neceſſariis typographi onerare promptitudinem nefas eſſe duximus. *Indicem* tamen addere novum plane ſuſtinuimus locutionum & verborum, quae occurrunt apud noſtrum, alibi haud ita obvia, vel in vulgus nota. Quo in indice ſimul non pauca, quae ad locutiones ſpectant, explicavimus ac firmavimus, ut & ipſe vicem prolixiorum annotationum poſſit explere. Sed nec veteres & vulgatos Indices abſque cura recudi fecimus, verum ubique & explevimus plurima, & meliori ordine propoſuimus. Unum forte nobis quiſpiam objiciet, quod in Aſtronomicorum Poëticis imagines adponere neglexerimus, quae in prioribus editionibus cernuntur. Verum excuſabit facile, qui cogitare volet, eſſe eas non modo non antiquas

multum, quod ex habitu veſtimentiſque certiſſime colligitur, ſed & in ſtellarum ſingularum ſitu indicando plerumque vitioſiſſimas. Etiam illud neminem debebit offendere, quod cum *Hygini* omnia, quae exſtant, dare polliciti ſimus, ea tamen negligamus, quae illius apud *Plinium*, *Servium*, *Macrobium* occurrunt. Sunt enim non noſtri, ſed alterius *Hygini*, quod in Diſſertatione de *Hygino* planum feciſſe ſperamus. Idem etiam eſt ſtatuendum de Gromaticis; nam & ipſa alium habent auctorem. Ut proinde ipſa quoque hic adponi minime debuerint. De *Cl. Munckeri* curis, quas adjicere typographo eſt viſum, nihil habeo, quod memorem, quoniam à me numquam ſunt conſpectae. Sunt tamen non pauca, quae me jubent credere, feciſſe operam minime inutilem in iis publicandis. Ad poſtremum quisquis es, qui haec leges, ſi quid à me eſt commiſſum, hominem me eſſe cogita, eumque ſi cum magnis illis conferas ingeniis, admodum minutum, quae tamen ipſa hic & illic humana eſſe, quotidie cum deprehendantur, quanto magis mihi parata debebit eſſe venia. Vale ſtudiisque noſtris fave.

# THOMAE MUNCKERI
# PRAEFATIO
## LECTORI BENEVOLO
## S. D.

*Septennium jam eſt, ex quo in Hygini fabulas, quas juventuti id temporis praelegebam, neſcio quid notularum & animadverſionum emiſi, quae adjectae viſuntur ad calcem editionis Schefferianae. Verum nimiſquam feſtinatae eae curae quod nemini minus, quam mihi, placerent, coepi ad incudem revocare id, quod minus exactum hactenus videbatur. Evolvi ergo quicquid antiquitatis Mythicae exſtare noveram, Scholiaſtas praeſertim cum Latinorum, tum Graecorum*

*rum poëtarum, ex quibus iſta Mythologiae, quae Hygini nomen praeferunt, meo quidem judicio, magnam partem aut compilatae ſunt, aut converſae. Quo ſucceſſu id fecerim, quantumque inde non tantum mendorum ex Hygino ſuſtulerim, ſed & lucis omni hiſtoriae fabulari foeneraverim, judicabunt illi, quibus livor oculos non faſcinavit. Conſcius certè mihi ſum etſi jucundi quidem, attamen permagni laboris, quem in commentariis biſce conſcribendis exantlavi, quos fabularum ſi adpellavero bibliothecam, haud valdè ambitioſè fecero. Quamobrem indices etiam ſic ſatis copioſos, in quibus quicquid notatu in illis occurreret, congererem, conficere in animo habebam. Verum cum per valetudinem, quae per ipſum biennium nimis adverſa mihi fuit, laborem ſuſcipere tam taedioſum neutiquam potuerim, alterius uti operâ coactus ſum, qui exſpectationi tuae ut ſatisfecerit multum vereor, certè meae non ſatisfecit. Scriptum fabularum Hygini codicem in his oris non audivi ullum eſſe, niſi penes Cl. Berkelium, ſed mutilum eum, ut ajunt, iis omnibus capitibus, quae & in vulgatis deſiderantur; adhoc infimae etiam vetuſtatis, utpote circa ea ſcriptum tempora, quibus inventa ars typographica. Si credere famae licet, emendaverat jam olim eaſdem fabulas ex Vett. libris, & Hamburgum, ut ibi publicarentur, miſerat Joannes Pricaeus. Verum curis illis viri doctiſſimi quid factum ſit, aut unde libros iſtos antiquos nactus ille fuerit, ignorare me fateor juxta cum ignariſſimis omnium. Fuere etiam, qui perſuadere mihi voluerint Mucium de Berettis, Nobilem Placentinum, manuſcriptum Hyginiani Mythologici habere librum; immo ipſum ſcripſiſſe id ad neſcio quem in Batavis typographum. Vix crediderim, cum ad me quoque Mucius ille non ſemel cum de notis meis in Hyginum, tum de opere ſuo, quod de Origine Deorum & Heroum à ſe inſcribi ait, literas dederit, nec tamen unquam ullius ſcripti codicis vel minimam fecerit mentionem; immo rogatus, ut iſtiuſmodi librum alicunde mihi erueret, reſcripſerit:* dum ego è contra Hygini ſcripta reperire conabor, ſi in hac Italiâ noſtrâ reperire ea fortuna mihi conceſſerit. *Sed quamvis nullo uti mihi licuit MS. abuſum me tamen operam non ſpero, dum Servium, Lactantium Placidum, Anonymum Germanici Interpretem, alioſque id genus ſcriptores cum Hygino contendi, & vel illos ex Hygino, vel Hyginum ex illis, emaculare ſtudui. Quoties, & ubi Fabulae iſtae excuſae ſint, ſcire haud multum refert. Sufficit ſi ſcias primitus Baſileae unà cum aliis nonnullis ſcriptis Mythologicis anno* CIↃ IↃ XXXV. *publicatas eſſe à Jacobo Micyllo, qui eas nactus videtur ex bibliothecâ Friſingenſi. Eam editionem ſequuti ſunt paſſim per Europam typographi,*

*etiam ipſe Commelinus, quem gratis audaciae in novandis nonnullis abſque neceſſitate accuſat Cl. Schefferus. Nihil ille vir ſibi juris ſumſit, niſi in pauculis iiſque perquam manifeſtis operarum erroribus corrigendis. Sed & de hoc, & de aliis non paucis longè, opinor, aliter judicaturus fuiſſet* ὁ μαχαίτης *Schefferus, ſi ei plus otii nacto* δευτέρας *dare* Φεορτίδας *licuiſſet.*

*In Aſtronomico Hygini recenſendo uſus ſum excerptis quinque codicum MSS. quorum quatuor Ianus Vlitius, unum neſcio quis vir eruditus, cum editis contulerat, quem ideo literâ A. vel Anonymi vocabulo deſignavimus. Ea excerpta quam non contemnenda fuerint, quantumque eorum nomine debeamus Illuſtri Viro Nicolao Heinſio, ex cujus inſtructiſſimâ bibliothecâ ad me pervenere, judicabis ipſe, mi lector. Exemplarium autem illorum, quibuſcum Aſtronomicum commiſſum erat à Vlitio, tria Petavianae fuere, Regiae bibliothecae apud Pariſios quartum. Inter editiones, quas conſului, praecipuae ſunt, Veneta anni* M CCCC LXXXII. *& quam Coloniae Agrippinae anno* M IↃ XXXV. *emiſit Soter, ex optimis codicibus emendaſſe ſe illud ſcriptum praefatus. Nec mentitus profecto eſt. Longè enim à tergo relinquit, quidquid editorum ante eum idem publicavit. Eam ergo editionem tantum non* κατὰ πόδα *ſecutum deprehendi Morellium anno* M IↃ LIX. *Sanctandreanam autem anno* M IↃ LXXXIX. *expreſſam ex Morellianâ. Adhoc hic illic non pauca ita video cum à Sotere, tum à Morellio repraeſentari, ut ea in Novantiquis reſtitutum it Modius. Quid dicemus? Neutram ex illis editionibus vidit Modius, an viſas à ſe diſſimulavit? Illud affirmabit, qui candorem hominis noverit. Interim gaudeo me deprehendiſſe, unde orta ſit illa tam felix ſaepe, quam audax, tot locorum caſtigatio, quam in Sanctandreanâ concoquere non poteſt Cl. Schefferus. Nam ab Aldo, quem etiam anno* M CCCC XCVII. *idem Aſtronomicon ſuis typis deſcripſiſſe ajunt, profectam eam non fit mihi veriſimile, cum numquam ejus operam in Hygino audiverim celebrari. Omnino à Morellio eſt: nam in officinâ Sanctandreanâ religioſè ſecutas eſſe operas textum Morellianum vel inde liquido adparet, quod recudere denuo mendas manifeſtas typographicas, quam immutare quidquam, maluerunt. Exempli gratiâ facere non poſſum, quin unum alterum de iſto genere proferam. Legitur ſub finem Lib.* I. Efficit: media finem temperatum, *pro* efficit mediam finem *&c. Lib.* II. *cap.* 15. Vacuum omni adligationi futurum, *pro* omni adligatione, *Cap.* 28. Neque longè jam abeſſet, deſpiciens jam ad terram, *pro* deſpiciens ad terram. *Cap.* 34. Et de inſulâ ejectus. Exiſtimatur autem

tem Lemnum, *pro* ejectus exiſtimatur Lemnum *&c. Lib.* III. *cap.* 9. In quadrato quae ſella deformatur, in angulis, *pro* in quadrato, quo ſella deformatur, una, in angulis *&c. Cap.* 11. Inclinatus caput verſus, *pro* inclinatur ad caput verſus. *At in nulla editione, niſi in Morellianâ & Sanctandreanâ cum haec ſphalmata, tum & alia nonnulla his non diſſimilia, deprehendes, ita ut Sanctandreanam, id quod dicebam modo, ex Morellianâ expreſſam, adhoc errare illos, qui vel à Scaligero eam, vel alio aliquo ex doctis, recenſitam velint, exiſtimare debeamus. Venetam illam modo laudatam intra triennium, anno videlicet* M CCCC LXXXV. *eadem in urbe repetiit idem ille, qui & priorem dederat, homo Germanus, Erhardus Ratholt: nec quidquam in eâ mutatum, ut nec in Pariſienſi, quam Lud. Vives anno* M ID XXXVI. *procuravit, quanquam lucem jam anno* M ID XXXV. *vidiſſet Baſileae Hergaviana à Micyllo recenſita, & nonnullis annotatiunculis in margine adjectis exornata. Micyllum ſecutus deinde, pauculis tantum, & quae nullius ferme momenti eſſent, novatis, anno* M IC LXXVIII. *Jacobus Parantius, qui una cum Hygini fabularum libro, aliiſque Mythographis, adjuncta etiam Micylli praefatione, Lutetiae Pariſiorum Aſtronomicon hoc edidit: id quod & Lugduni anno* M IDC. VIII. *Joannes de Gabiano fecit, eadem illa, quae Pariſienſis ille Parantius dederat, recudens. Atque hujus editionis exemplum ſequi in ſuo Hygino maluit Cl. Scheſſerus, quod ei Morellius & Commelinus temerè multa novaſſe viderentur. De Commelino antea vidimus. Quod ad Morellium attinet; iviſſe eum per veſtigia Soteris dixi modo. Nec tamen temerè, quam viro clariſſimo viſum eſt, multa à Morellio inmutata eſſe liquit mihi* IV. *Codicum MSS. excerpta, quae margini editionis Parantii illita erant, cum Morelliana editione contendenti; adeo ut conſilium, quo initio aliquam ex vetuſtioribus editionibus revocare ſtatueram, abjecerim, cum perquam multa cum texto, quod Morellius dederat, convenire deprehenderem. Hoc textum ergo Morellianum, ſive Soterianum eſt, hoc tibi, ut caeteris multo caſtigatius, denuo exhibendum duximus. Nos nihil, vel parum admodum nobis permiſimus: certè nihil, niſi te ante admonito, immutavimus. Sed haec hactenus. Unum illud doleo, quod tunc demum, cum jam praelo ſe ſubduxiſſet Hyginus meus, pervenerint in manus meas humaniſſimi doctiſſimique viri, Evaldi Rulaei, veteres membranae, quae Poëtici Aſtronomici librum tertium & quartum, nec non partem majorem ſecundi continebant. Nam etſi manu eae valde properante ſcriptae ſunt, ex optimo tamen codice deſcriptas vel inde liquet, quod cum praecipuas lectiones Morellianorum & Vlitianorum codicum plerunque*

*que confirmánt, tum & loca nonnulla vel deſperata hactenus feliciter ſanitati reſtituant, vel malè adfecta reddant meliora; tanquam cap.* 15. *Lib.* II. *quod in illis primum eſt, caeteris injuriâ temporum, ut videtur, deperditis, pro iſtis,* Ejus filium patre fore laude clariorem, *membranae venuſtius,* patriâ fore laude *&c. Pro iſtis,* ut & draconem, de quo ante diximus, interfectum diceret, *membranae eaedem,* ut aquilam, de quâ ante diximus, interfectam diceret. *Optimè mehercules, niſi quod pro* diceret *cum Rulaeo malim* daret. *Pro iſtis,* Quâ demiſſa, homines inſtituerunt *&c. eaedem membranae* quo dimiſſo: *quod omnino melius, & confirmatur ab uno de codicibus Vlitianis. Quod ſi tam diu ſupereſſe me voluerit Dei benignitas, ut demuo, auctioribuſque notis inſtructum proferam illud Aſtronomicon, exhibebo tibi quidquid praeterea boni in illis inveni. Ut Nicolai Heinſii tam notum ubique ſit nomen, quam ipſorum humanitatis ſtudiorum, nec quiſquam, qui quidem literas ſciat, id ignoret, merita Illuſtris illius Viri in literas praeclariſſima effecere. Verum quantopere in eo cum multifariâ illâ exactiſſimaque doctrinâ incomparabilis quaedam certet comitas, credere vix quiſquam poteſt, niſi expertus. Is ergo Heinſius non ſolum Excerpta illa jam ſupra laudata benignè obtulit, verum etiam variis nos libris, quos datâ occaſione laudari audies, nec non conſilio, ſicubi haereremus, inſigniter adjuvit: id quod tanto adcidit mihi gratius, quanto indignior aliorum ſcurrulis petulantia eſt, qui ſeſe mirificè ſperant rem geſſiſſe, ubi rabidi canis inſtar exſertâ linguâ aliorum deriſerint conatus. Quantum autem praeter Heinſium Hygini hanc editionem ornaverit optimus doctiſſimuſque Jacobus Perizonius noſter, commentarii mei te docebunt, quibus exquiſitas quaſdam obſervationes ab eo nobis ſubpeditatas videbis inſertas. Principem fabularum editionem diu quaeſitam nactus ſum tandem ex bibliotheca patrui mei Philippi Munckeri, Gymnaſii, quod apud Harlemenſes eſt, moderatoris prudentiſſimi; cui quantum adoleſcentia noſtra, nimis cito paternâ curâ orbata, debeat, nec haec capit charta, nec ille ambitioſè vult cantari. Obtulit etiam nobis pro caetero ſtudio ſuo ornandi bonas literas librum fratris ſui Alexandri Cl. Jacobus Tollius; in quo quidquid annotatum inveni, quod luce non indignum, nec à me vel aliis erat occupatum, optimâ tibi fide repraeſentatur. Quod ad Icones adtinet, quas Aſtronomici libri* III. *inſertas vides, eae ad illas informatae ſunt, quas è MS. codice Suſiano olim edidit Hugo Grotius. Quod diſcrepare illas interdum ab Hygini deſcriptione objicies forſan mihi, id inficias nullus eo. Sed nec tu inficiaberis, quae vulgo cum*

*eo*

*eo edantur, non ex antiquo aliquo codice, ſed ingenio editorum depromptas. Ne dicam jam, tam variè in MSS. Hygini libris ſtellarum fieri enumerationem, ut nihil certi, etiamſi maximè velis, de iconibus ſtatuere poſſis: id quod & Soterem, credo, movit cur ipſe eas non tam ex Hyginiana expreſſum iverit, quam Ptolemaicâ διαγραφῇ. Atque haec ſunt, mi lector, quae ſcire te volebam, antequam ad Hygini noſtri lectionem adcederes. De Fulgentio, Lactantio Placido, & Albrico vide, ſi tanti putes, quae diximus in praefatione tomo alteri praefixâ.*

# JOANNIS SCHEFFERI ARGENTORATENSIS DE HYGINI

## Scriptoris Fabularum aetate atque Stylo

## *DISSERTATIO.*

De Hygino, cujus fabulas habemus, non eandem virorum eruditorum eſſe video ſententiam. Sunt, qui putant eum ipſum, cujus inter Grammaticos antiquos mentionem facit Suetonius, inque tempora Auguſti aetatem incidere oſtendit. Quos inter poſt alios eſt Schoppius, ut adparet ex libello ejus, quem *Judicium de Stylo Hiſtorico* inſcribit. Item Voſſius, qui propterea, cum non pauca de Hygino illo in libris *de Hiſtoricis Latinis* protuliſſet, ſubjicit, illius ſupereſſe nihil, praeter librum fabularum, & poëticõn Aſtronomicõn libellos. Alii ne Hygini quidem arbitrantur, ſed non neminis alterius, qui Hyginum in compendium contraxerit, cujuſque nomen Avianus ſit, quod in calce codicis antiqui,

tiqui, qui libellum Fabularum, ſub Hygini nomine publicari ſolitum complectebatur, Barthius ſeſe ait reperiſſe. At vero Reineſius pro centone habet conſarcinato a pluribus, iisque rudibus & indoctis, qui contineat multa, quae vix infima Latinitate ſubſiſtant, & frigidos monachiſmos imperiti litteratoris ſapiant. In tanta judiciorum diverſitate quid ſequendum videatur, explicari breviter, nec inutile fortaſſis fuerit, nec prorſus injucundum. Primum autem omnium hoc mihi dari cupio, non diverſos, ſed eumdem eſſe, qui Poëticõn Aſtronomicõn, & fabularum libros ſcripſerit, auctorem. Ac vix poteſt dubitari in hac tanta ſtyli & ſermonis, qui eſt utriuſque operis, ſimilitudine. Habet certe ſcriptum utrumque tam multa, nemini paene uſurpata, & quaſi ſingularia, qualia ſunt ellipſes, pleonaſmi, Graeciſmi, compoſita pro ſimplicibus, ſimplicia pro compoſitis, locutiones, verba denique alias vix occurrentia, & id genus, annotata nobis pluribus in Indice. Ut difficile non ſit, ex tot indiciis cognoſcere auctorem. Fuitque hoc ipſum & Micylli, qui primus fabulas in lucem dedit, judicium. Nam *quod ad dictionem adtinet*, inquit in praefatione ſua, *videas illum cum caeteris Hygini ſcriptis omnino ſimilem ac parem eſſe, interdum etiam ipſas loquendi formulas, velut inde repetitas, prae ſe ferre.* Jam ſi utriuſque ſcriptor operis eſt idem, cur de fabulis deterius, aut aliter, quam libris Aſtronomicõn Poëticõn ſentire debeamus, haud profecto video. Nemo autem fuit hactenus, qui eos libros eſſe dixerit alterius, quam Hygini. Publicati primo ſunt Coloniae Ubiorum, ut exiſtimo, ante annos centum quadraginta circiter; poſt Baſileae ſemel, iterum, tertium; tum per Gallias aliquoties, neque fuit quiſquam, qui negaret, eſſe Hygini. Hoc nomine laudarunt viri docti ſaepiuſcule ſuis in operibus, quos hic omnes nihil adtinet enumerare. Vir doctiſſimus, & in hoc genere, ſi quis alius, exercitatus, Joſephus Scaliger, cum Arato, & nonnullis aliis, hoc titulo per Commelinum publicavit. Quare ſequitur, quod nequidem de libello fabularum aliqua poſſit eſſe dubitatio. Adducunt tamen rationes, quas propterea conſiderabimus pauliſper, ut adpareat, an fidem aliquam & adſenſum mereantur. Prima & praecipua eſt Barthii, quando ait, ſeſe aliud huic operi ſubſcriptum in antiquis ſchedis, quam quod hactenus prae ſe tulerunt, inveniſſe nomen. Nobis equidem in dubium vocare fidem viri eruditiſſimi, propoſitum non eſt, quanquam ſint non pauci, atque illi in auctoritate magna inter litteratos conſtituti, qui vidiſſe ipſum veteres membranas ſchedaſque rejiculas exiſtiment interdum, quas revera numquam viderit. Illud tantum ſcire vel-

vellem, cur, ſi membranae ipſius nomen Aviani habuerunt ſubſcriptum, major fides adhibenda illis ſit, quam codicibus aliorum. Edidit Micyllus ſub Hygini nomine, ſicut ipſe reperit in ſuis. Non debet hac in parte Barthio deterior Micyllus videri. Adde, quod libelli hujus argumentum ſit, quale à ſe ſcriptum ipſe teſtis eſt Hyginus. Quod jam & Micyllus obſervavit, atque ideo ſic hac de re diſſeruit in praefatione ſua ad Ottonem Truchſes: *Cum ſuperiori anno genealogias Deorum, perinde, ut à Bocatio ante annos aliquot collectae fuerant, hortatu amici noſtri Johannis Hervagii relegiſſem, atque idem nuper alium quendam vetuſtum ac manu ſcriptum codicem, in quo per capita EADEM RES, atque idem argumentum ab Hygino (ſic enim inſcriptus liber is erat) tractabatur, viſendum dediſſet*, &c. & poſt aliqua multa: *Adcedit, quod in Aſtronomicorum opere ipſe Hyginus genealogiarum à ſe ſcriptarum meminit.* Dicit, librum fabularem comprehendere genealogias Deorum; Hyginum porro teſtari, compoſuiſſe olim ſeſe genealogias. Itaque ſe facile induci, ut Hygini eſſe credat librum hunc, quemadmodum inſcriptio ipſius teſtetur. Sed hic diceret non nemo, nihil eſt, quo magis tua poſſit ſententia everti. Laudat enim ipſe genealogiarum librum primum, cum fabularum liber non ſit, niſi unicus. Verba Hygini exſtant lib. II. ubi agit de Perſeo, *de quo in primo libro Genealogiarum ſcripſimus.* Non poteſt primus liber dici, niſi reſpectu aliorum, vel ſaltem unius alterius. Ita minimum duos libros Genealogiarum ſcripſerit Hyginus; at vero fabulae uno volumine comprehenduntur. Verum non eſt uſque adeo difficilis reſponſio. Primum enim, quis probabit, eum, librum omni tempore fuiſſe ſolitarium, & non habuiſſe alium, adſociatum ſibi? Ultima profecto eſſe mutila, nemo non intelligit. At cum ipſis poteſt periiſſe totus liber ſecundus, ſicut aliis adcidiſſe ſcriptoribus videmus. Deinde potuit hunc ipſum auctor diviſiſſe in duos, qui deinde coaluerunt in unum, oſcitantia librariorum. Et en conjecturae hujus rationes. Praemittitur in fronte libri ante omnes fabulas Deorum Dearumque ſeries, ut ex ſe mutuo ſunt nati ab ipſo rerum exordio. De qua parte dubitare poteſt nemo, quin referri debeat ad genealogias. Subjicitur deinde aliqua per fabulas expoſitio, qua intelligatur, quomodo ſit natus quiſque, qua occaſione alter venerit in alterius conjugium & conſociationem, & ſic procrearit liberos, qui ſimplicibus vocabulis enumerati ſunt in ſerie praemiſſa. Hoc enim propoſitum eſt noſtri, per univerſum libellum fabularum. At vero nominantur plurimi in dicta ſerie, quorum nulla mentio fit in fabu-

lis, multi memorantur in fabulis, quorum nomina in ſerie ſeu genealogia non occurrunt. Itaque non ſine ratione ſuſpicamur, mutilum ad nos non exigua ſui parte perveniſſe hoc opuſculum, deſiderarique non in fine modo, ſed & medio, & ipſo capite initioque non profecto pauca. De initio ſuſpicionem praebet, quod ſit admodum abruptum, ſicut nunc ſe habet, contraque conſuetudinem paene omnium librorum, cum praeſertim ipſe initio Aſtronomicῶn ſit uſus dedicatione, praeterea ſeorſum quodam oculi exordio inſtruxerit. De medio quod nominantur, quorum nulla mentio eſt in ſerie praemiſſa. Veriſimile namque ſit, amiſſam eſſe aliam ſeriem ſeu genealogiam, quam ſecundo praepoſuerat libello, ſicuti in primo fecit. Ut proinde nihil certi ſolidive hinc adverſus noſtrum adſertum poſſit dici. Suſpicatur nihilominus Micyllus ipſe, hunc, quem publicavit, fabularum libellum eſſe potius *Genealogiarum fragmentum*, *aut epitomen*, *à ſtudioſo aliquo ex illius libris excerptam*, *& abbreviatam*. Barthius quoque paſſim *compendium & breviarium* Hygini adpellat. Verum fateor, me nihil tale, qua nimirum inbecillitate judicii laboro, poſſe intelligere. Compendium videlicet ſeu breviarium exiſtimo debere eſſe operis prolixioris, plurimaque omittere, quae in iſto continentur. At nil tale video in his Hygini fabulis. Non, inquam, intelligo, quid deſiderari debeat in ipſis. Quidquid hic profertur, integrum eſt. Quaelibet fabula ſic exponitur, ut in ea nihil poſſit amplius requiri. Nec eſt copioſior earum expoſitio in Poëticis Aſtronomicis, quae nemo unquam pro compendio majoris operis, epitomave habuit. Sed nec Graeci Latinive, unde ſua noſter deſumſit, copioſius expoſuere. Capiat, qui volet, ſcriptorem veterem eorum, qui Hygino laudantur, Ovidium, exempli gratia, Ciceronem, Homerum; nil in eis amplius inveniet. Unde ergo debuit haurire, quae in corpore integro, quod ipſi credunt, comparebant? Et qui quaeſo debuit aut potuit aliter, qui libellis duobus admodum, aut certe pauciſſimis, quidquid eſt hiſtoriae fabuloſae apud veteres, Graecos pariter ac Latinos, comprehendere ſuſcepit. Agnoſcit ipſe Barthius; itaque hanc *brevitatem tali argumento unice teſtatur convenire*; quae ſunt ipſa ejus verba. Fruſtra igitur in opere, cujus virtus ſumma eſt in brevitate, copiam & amplitudinem deſideramus: fruſtra brevitatem ejus pro compendio habemus. Denique majori ratione Avianum illum, quem in ſuis reperit membranis Barthius (ſi modo reperit) nomen ſcribae ſuſpicamur aut librarii, quam abbreviatoris. Quando adcidiſſe potuit Hygino, quod Cornelio Nepoti, pro quo

nomen

›men AEmilii Probi, à quo fuerat deſcriptus, ſic invaluit, ut & ıris doctis breviarium Nepotis haberetur, qui Nepos ipſe tamen erat. .tque iſta quidem pleraque pertinent ad Barthium praecipue: ad Reieſium vero hactenus, quatenus conſiſus illis Schedis Barthianis ad ›dicandum animoſius de Hygino, quam fortaſſe debuerat, eſt induus. Cauſſae profecto rationesve, quae ab ipſo proferuntur, nihilo ınt ponderoſiores. Equidem agnoſcitur ipſius diligentia in oſtendeno eo, quod compareant in hoc opuſculo argumenta veterum dramaım, eo plane modo, quo periochas in Homeri Odyſſeam & Iliada edit Auſonius, & id genus alia alii compoſuere. Sed num inde ſeuitur, Hyginum non eſſe Hyginum, verum potius epitomen ipſius? :t quid quaeſo continent argumenta iſta, niſi fabulas veteres de Deoum heroumve caſibus, id eſt, quid aliud, quam id ipſum, de quo cribere Hyginus propoſuerat? Cur ergo ſi quae talia invenit apud Graecos, non transferret in uſus ſuos? Illud potius oſtendendum erat, eſſe haec conſarcinata ex ſcriptoribus Latinis, iisque aliis & aiis, & in hunc libellum conjecta, ut conſtaret, Pſeudo-Hyginum nos habere. At hoc nemo fecerit judicii & frontis alicujus, ita omnia ſibi ſunt ſimilia per integrum opuſculum, ut non ovum ovo magis. Quare nobis quidem loco argumenti eſſe nequit, quo credamus, veo nos deſtitui Hygino, quod hic breviter occurrant, quae dramatibus integris Pacuvius, Ennius, Naevius, Livius, & ex Graecis alii dedere; Quod hic canum nomina, qualia leguntur apud Ovidium, ſint enumerata, & id genus. Cum praeſertim ipſe non diſſimilet, ſe aliunde ſua ſumſiſſe, atque alicubi Ovidium ipſe ultro compellet. Nam quod titulos capitum & inſcriptiones adtinet, de iis dubium non eſt exiguum, an omnes ſint Hygini. Quamquam & ſi eſſent, nihil inde pro Reineſio conſequeretur. Potuit nimirum & Hyginus breviter complecti argumentum Dramatis ſive a Graeco, ſive a Latino Poëta conſcripti, ſicut fecerunt, qui periochas ſcripſere, atque in uſus ſuos, & libelli hujus adornationem adhibere. Argumentum vero fabulae de Actaeone, quod iiſdem paene verbis legitur apud Ovidium lib. III. *fab.* 4. quibus apud Hyginum, magis eſt, ut auctorem illorum argumentorum, quiſquis ſit, credamus deſumſiſſe ab Hygino (ſi modo alter ab altero deſumſit, & non caſu quodam inciderint in eadem paene verba) quam Hyginum ab auctore illo. Cujus rei rationem damus iſtam, quod locutionem, *Ex adſidua venatione fatigata*, quae ob ſermonis plenitudinem ex adjecta praepoſitione ſtyli Hyginiani faciem praecipue repraeſentabat, profert in *adſiduo venationis labo-*

re defatigata, inmutatam, qui fortaſſis illam alteram habuit ſuſpectam. Licet eo inclinem magis, ut adcidiſſe caſu credam, quod alter uſus ſit vocabulis & formulis alterius. Cur enim alia argumenta non perinde inter ſe conveniunt? cur hoc unum magis ſibi cenſuit ſequendum Hyginus, vel quisquis ejus, ex opinione Reineſii praefert nomen, quam quodcunque aliud? Sed tamen aliqua, pergit, quae trivialem ſapiunt doctrinam, in his fabulis. Primum dico, nullam noſtrum hic doctrinam magnopere promittere, ſed narrationem fabularum, quales potuit adcipere ab aliis. Deinde quae de Scylla refert in piſcem cirin tranſmutata, ſunt ea ſane, qualia non temere alibi reperias. Sed an ideo in his doctrina trivialis? Credo trivialem magis eſſe eam, quae ſententiam ſequitur communem. Haec cum a communi recedat, aliam oportet eſſe. Nam ut ipſum avem credamus ſuo ex ingenio mutaſſe in piſcem, cauſſa nulla eſt idonea. Habuit ſine dubio ut in caeteris, ita hic, quos ſequeretur. Adde, quod κηὶς ſit piſcis apud Athenaeum, idemque Phavorino dicatur κιὶς: quod is ſit adonis, qui ſubinde ſolet exſpatiari in littus, interque eundum redeundumque multas patiatur inſidias ab avibus littoralibus: quod denique haliaeton avis ſit, qui littora & maria frequentet, unde nomen etiam adcepit. Potuerunt enim iſta omnia non difficulter effeciſſe, ut quis piſcem crederet, quam alii dixerunt avem. Quam deinde ſententiam ut raram minimeque trivialem amplexus eſſe noſter potuit. Nam ut cirin piſcem ab indocto homine, & inperito credamus nominatum, obſtat vel hoc unicum, quod notitia illius minime ſit vulgaris. Quod figmentum adtinet de Cura, hominem formante, num ſit monachiſmus frigidus, cogitandum aliis relinquimus. Sunt in ipſo Phaedro aliqua, quae niſi ejus eſſe conſtaret, audaculus aliquis ſimili ornare poſſet elogio. Certe ipſa oratio, qua ea fabula exponitur, non magis monachiſmum ſapit, quam quaecumque per libellum integrum. Jam quod hic nonnulla proponantur de ſeptem Sapientibus, de inſulis maximis, & ejuſmodi, non tam aliena forte ſunt ab hoc argumento, ut Reineſio videntur. Certe de his ipſis parum aliter, ac de caeteris, ad hiſtoriam fabuloſam pertinentibus, veteres tradidere. Ideo de his ſimilibuſque egit quoque ab initio Bibliothecae ſuae, ubi eam eſt complexus omnem, Diodorus. Sed & initia nonnullorum pertinent ad Deos, fabulasque, quae ſunt proditae de ipſis. Cur itaque tam ſit ineptus noſter, quod earum fecerit in hoc libello mentionem? Venio ad adcuſationem ultimam, orationem ſcilicet, in qua ipſe aliique dicunt eſſe multa inepta, & Latinitati verae repugnantia. Micyl-

llus: *Eſt hic auctor non ita purus atque elegans, adeo, ut in quibuſdam parum etiam* Latinus videri *queat.* Reineſius: *Sunt in iſto faciculo nonnulla, quae vix infima Latinitate ſubſiſtant.* Mihi, quod rorum eruditiſſimorum pace volo dictum, longe aliter videtur. Eidem negare nolo, hic occurrere, quorum exempla difficulter ex obatis aliis ſcriptoribus oſtendas. Pleraque tamen eſſe, quae vel ranibus idoneis, & ſimilitudinibus formularum optimarum, vel auoritate ipſa, licet minime in vulgus forſan nota, nitantur, certum tbeo, & in Indice clariſſime oſtendo. Deinde hoc obſervo, eſſe raeſens opuſculum a manibus ſordidis hic illic inquinatum, ac ne c quidem ad nos perlatum, ut in manuſcripto ipſo comparebat. Fatur, ut de poſteriore primo loco dicam, Micyllus ipſe, *librum ſuum vternis & Longobardicis notis ſcriptum fuiſſe, itaque ſe a principio eu filum quoddam ſecutum exemplum* neſcio cujus, *qui prior illum Latine deſcribendum coeperat.* Quis vero novit, qua is, quem ſecutum ſeſe ait, fide ſit in hoc negotio verſatus, quam bene adſecutus ingula? Deinde *verba ipſa*, inquit, *ſic pleraque inter ſe impedita ac perturbata erant, ut alia nobis dividenda, alia aliis abolenda: quorundam principium cum fine praecedentium, & rurſum praecedentium uorundam finis cum principio ſequentis conjungendus eſſet. Item multa vetuſtate oblitterata, expuncta, atque corroſa fuere; quorum alia, eſtimationem & conjecturas ſecuti reſtituimus; alia, ubi certum* aliuid, *quod ſequi poſſemus, non erat, prorſus intacta reliquimus.* Habemus igitur ipſius Micylli confeſſione, non ut erat in manuſcripto ejus, ſed ut ipſe conjecturis ſuis reformaverat reſtitueratque, Hyginum. Quae quam ſint felices dextraeve, vel ex iis licet aeſtimare, quas in margine adpoſuit. Sed & jam ante Micyllum fuerunt, qui longe pejus ipſum excepere. Cujus rei teſtimonium habemus evidens clariſſimumque non in tot lacunis modo, quae ubique comparent, ſed & capitibus male conſutis, aut divulſis. Quomodo exempli gratia capiti CLXVIII, in quo agitur de Danao, caput ſubditur de Amymone, cum dubium poſſit eſſe nullum, quin Hyginus ipſe ſubſequens *ſubjecerit*, quod agit de filiabus Danai, & ipſarum caede. ita namque ipſa ſeries narrationis exigebat. Ita caput, cujus lemma, *Typhon*, comprehendit nunc & Phaëtontis fabulam, de qua nil in lemmate, quod jam & Micyllus obſervavit. Simile quid factum capite praecedenti, ubi filii Meduſae memorantur, de quibus tamen nihil eſt in capitis inſcriptione. Item caput CLXIV, quod agit de Athenis, ſi lemma reſpicias, ſimul Orphei fabulam, atque Myrrhae com-

complectitur. Atque quoniam, haec ipſa ad eumdem modum ſeſe habent in indiculo fabularum, qui a fronte operis conlocatur, ne ipſum quidem, niſi ab inperito quopiam vel oſcitante factum, non Hygino, fors abſque cauſſa credideris. Quo & illud pertinet, quod nonnulli tituli fabellis iplis ſunt inſerti, quorum nulla mentio in indice. Quomodo in capite CLXXIII. inter alia ſic habetur, *quae civitates auxilium miſerint:* id quod eſſe titulum novi capitis, nemo ſane eſt, qui non intelligat. Ut fortaſſis ex his titulis indiceque tam multa contra Hyginum ſibi ſumere Cl. Reineſius haud debuerit. Denique ipſae fabulae occurrunt alicubi male otioſeque repetitae, ſtulteque interpolatae, ut exemplo fabulae ſexageſimae octavae, atque ſeptuageſimae primae conſtat, & a nobis demonſtratum eſt in notis. Quare cum non habeamus integra, quae ad nos pervenere, injuriam Hygino facimus, ſi ex his contra ipſum pronuntiare ſuſtinemus. Atque hoc jam eſt, quod agnovit quoque Gaſpar Schoppius, quando ſic de hoc opuſculo in de ſtylo Hiſtorico: *Nonnulla in Hyginum hunc, quemadmodum in Aſconium Paedianum poſterioribus ſaeculis minus latina inrepſere.* Pergat aliquis, tu ergo ea es ſententia, quaſi etiamnum ſuperſtitem Hyginum habeamus, non epitomen ſolummodo ipſius, ab Aviano ſcriptam, ut putabat Barthius, non Pſeudo-Hyginum, ut Reineſius volebat. Cui reſpondeo, ſi qua fides titulis librorum ac inſcriptionibus habenda, me aliter non poſſe. Eccur enim Hygini magis eſſe negem, quod Hygini eſſe dicitur in titulo, quam Phaedri, quam Cornelii Nepotis, vel alterius ſcriptoris, quod dicitur ipſorum? Deinde tam hic fabularum liber ſimilis eſt Aſtronomicõn Poëticõn quod jam alibi oſtendi, ut nil poſſit magis. At hos citra controverſiam Hygini dicunt eſſe, non Aviani, vel epitomatoris alicujus alterius. Sed eſt alia quaeſtio, ſi quis de Hygino illo loquatur, quem deſcribit Suetonius, & fuiſſe dicit libertum Auguſti. Hic ſane haererem, facileque in diverſum irem. Equidem in titulo ſicut eum exhibent vulgati, nihil legitur, quod alio quem trahat. In utroque opuſculo C. JULIUS HYGINUS dicitur perinde, ſicut apud Suetonium, quin imo expreſſe additur, etiam in codicibus antiquis librorum ſaltem Poëticõn Aſtronomicõn, & teſtatur Voſſius in de Idolol. II. c. 28. *Auguſti libertus.* Quo intuitu & Gyraldus in Hiſtor. Deor. Synt. V. p. 177. *Hyginus, qui Auguſti libertus fuit, multos reliquit libros à ſe ſcriptos, quorum plerique deſiderantur. Inter eos, qui habentur, eſt fabularum liber.* Item Turnebus libro XVI. Adver. Cap. I. *Sed quae offuſa eſt caligo ſenſui, diſcuſſa eſt ab Hygino, Auguſti liberto lib. II.*

*de*

*e Sig. coeleſt.* Et Andr. Schottus lib. II. Obſerv. Hum. c. 19. *Adjio, alios pereruditos exſtitiſſe libertos, ſcriptis etiam claros, Auguſti idem Hyginum*, &c. Et Schoppius de Stylo Hiſtorico. *Auream argentea excipit aetas poſtremis Auguſti annis, & ſub Imperatoribus Tiberio, Caligula, Claudio, & Nerone*, &c. *Ejus aetatis ſunt Ovidius, Manilius, Cornelius Celſus, & Auguſtales liberti, fabularum alter verſu, alter ſoluta oratione ſcriptores; Phaedrus & Hyginus.* Putat Phaedro aequalem Hyginum, & ſaeculi Auguſtaei vergentis ſcriptorem. Mihi ſecus videtur, ut qui metuam, quod de Auguſti liberto habet adjectum nomen ejus in titulo, eſſe primum ſcioli cujuſdam, qui Hyginum Auguſti libertum apud Suetonium invenerat. Quod ut clarius oſtendam, primum volo diligenter obſervari, quod, quae teſtimonia Ciceronis & Ovidii ab ipſo adducuntur, proferantur tanquam eorum vivorum, ſed eorum, qui jam pridem obiere. At vero libertus Auguſtalis Ovidii fuit aequalis, & *familiariſſime cum ipſo vixit*, ut Suetonius eſt teſtis. Quod ſine dubio noſter verbo unico indicaturus erat, ſi Hyginus ille fuiſſet. Deinde cum diverſa opera commemorentur à liberto Auguſtali ſcripta, nemo eſt ex omni numero veterum, qui vel fabularum, vel Poëticōn Aſtronomicōn uno tantum verbo faciat mentionem, non Gellius, non Macrobius, ac ne Servius quidem, aut Sarisberienſis, ut vix dubium poſſit eſſe, quin ignotus is fuerit Hyginus noſter. Huc adcedit vel praecipue, quod, cum Plinius Hyginum, libertum Auguſtalem, laudet libris bene multis, ibi tamen nullam ejus faciat mentionem, ubi ſi cum noſtro fuiſſet idem, maxime debuerat. Libro enim ſeptimo, ubi agitur de iis, quae quis invenisſet in vita, item de litteris antiquis, de quo utroque noſter, & capitibus peculiaribus, nullam Hygini facit mentionem inter ſcriptores, unde, quae ſunt ejus libri, deſumſerit, qui tamen libris praecedentibus, ubi ſitus regionum deſcribuntur, ejus ſeſe uſum monumentis teſtatur. Nempe ſcripſerat libertus Auguſtalis opus aliquod de urbibus, quod Plinio adjumento eſſe poterat. Macrobius: *Hernicum quidem hominem Pelasgum, ducem Hernicis fuiſſe, Julius Hyginus in libro ſecundo urbium non paucis verbis exponit.* Putant viri docti, per hos libros urbium intelligi opus, quod ſcripſit idem de urbibus Italiae, ac Gellio aliisque memoratur. Mihi aliter eſt viſum vel propterea, quia quae a Plinio libro quarto, quinto, & ſequentibus, ad librum uſque ſeptimum commemorantur, nil commune habent cum Italia, in quibus tamen omnibus Hygini opera teſtatur ſeſe uſum. Vix autem poteſt aliud Hygini opus ei profuiſſe, cum caetera illius plane ſint diverſa.

† † †

Igitur

Igitur exiſtimo, diverſos eſſe libros, *de urbibus*, & *de urbibus Italiae*, hunc illorum partem tantum cenſeo fuiſſe, atque adeo exemplo Graecorum multorum ſcripſiſſe de urbibus non unius tantum gentis, verum omnium, quorum poterat notitiam habere. Ad eumdem modum nominat Hyginum Plinius libro decimo, undecimo, ſequentibuſque uſque ad vigeſimum ſecundum, ſine dubio propter ova, gallinas, apes, vites, arbores, & id genus, de quibus egerat pluribus in libris, quos de agricultura ſcripſiſſe Chariſius teſtatur. Conſtat ergo, Plinium non habuiſſe fabulas, aut libros Aſtronomicõn Poëticõn. Qui cum non ita diu ante ſcripti fuerint, ſi auctorem habuere Hyginum, Auguſti libertum, fieri vix poteſt, ut praeterierint Plinianam diligentiam, undique colligentem omnia, cum praeſertim caetera ipſius viderit opera conſulueritque. Quare mea ſententia eſt certum, iſtos libros aetate Plinii necdum fuiſſe conſcriptos, atque adeo non poſſe Hyginum auctorem ipſorum eſſe eumdem cum Hygino altero, liberto Auguſti, qui de urbibus, itemque agricultura libros edidit in lucem. Huc adcedit, quod libertus Augaſtalis fuerit Grammaticus, eoque nomine laudatus ſit Suetonio, & in numerum Grammaticorum relatus. At vero noſter Mathematicus potius, quod de ſe ipſe in praefatione libris Poëticõn Aſtronomicõn praefixa docet, ac ex toto conſtat illo opere, ac ne Hiſtoriae quidem longius fortaſſe deditus, quam fabulae ad cognoſcendum aſtrorum titulos neceſſariae poſtulabant, & occaſione illarum ſciri de caetera hiſtoria fabuloſa dabatur. Atque haec eſt mea de Hygino fabulatore ſententia etiam Manuſcriptis conveniens: in quibus ſine additis, ſimpliciter HYGINUS nominatur, ut in Notis amplius oſtendam. De cujus porrò aetate, ſi quis volet ſcire, ei fateor à me haud poſſe ſatisfieri. Si M. Fabius, ad quem eſt praefatio librorum Aſtronomicõn, Quintilianus eſſet, quod Volaterranus quidem ac Populierius exiſtimarunt, res expeditu foret facilis. At vero non eſſe ipſum, non tam temporis oſtendit intervallum, quod volebat Voſſius, cum Hyginus fabulator, non ſit C. Julius Hyginus, libertus Auguſtalis, ut jam ſatis demonſtravimus, quam quod ſtudio commendetur non orationis eloquentiaeque, quo tamen unice Quintilianus cenſebatur ſuo tempore, verum artis Grammaticae, verſuumque, ac hiſtoriarum. Ita namque incipit praefatio: *Etſi te ſtudio Grammaticae artis inductum, non ſolum verſuum moderatione, quam pueri perviderunt, ſed hiſtoriarum quoque varietate, qua ſcientia rerum perſpicitur, praeſtare video*, &c. Hic Hyginus nullam facit mentionem Eloquentiae inter laudes Fabii, quod feciſſet nunquam, ſi de illo egiſſet, quem Quintilianum nuncupamus. Cum ergo alius ſit Fabius, cujus alibi,

libi, quod ſciam nulla mentio, difficile eſt definire, qua Hyginus noſter vixerit aetate. Poſt Ovidium ſcripſiſſe manifeſtum eſt. Plinio quoque fuiſſe incognitum, conſtat ex ſuperioribus. Nec tamen multo his inferior videtur, cum recentiorem nullum hiſce in libris nominet ſcriptorem. Adde, quod utatur verbis formuliſque doctioribus, quam ut ſaeculis conveniant recentioribus. Poteſt forſan & hoc argumento eſſe, quod aetate ſua dicat ſuperfuiſſe adhuc oleam Minervae, apud Athenienſes. Verba ejus Fab. 64. *Primum in ea terra oleam ſevit, quae adhuc dicitur ſtare.* Quamquam enim mentionem ejus faciat & Pauſanias, qui floruit ſub Antonino Philoſopho, tamquam ſuo quoque tempore ſuperſtitis, vix tamen diu poſt videtur exſtitiſſe, propter invaleſcentem ibi religionem Chriſtianam, & mutationes alias, quas ſubire urbs compulſa fuit. Floruit igitur Hyginus noſter Antoninorum circiter aetate, quantum licet conjecturis adſequi, verum ita floruit, ut in cenſum magnorum ingeniorum veniſſe minime videatur. Itaque à nullo veterum ſcriptorum, quotquot nobis quidem cogniti, ejus iſthaec opera laudantur. Quo fortaſſe faciebat, quod in prima eſſent ſcripta aetate. Quod teſtatur ipſe in praefatione librorum Aſtronomicõn, quando eos ait ſe compoſuiſſe, *ne nihil in adoleſcentia diceretur laboraſſe.* Quibus in libris cum & Genealogiarum à ſe ſcriptarum mentionem faciat, quas putamus eſſe, quae nunc fabulae dicuntur, eas eſſe ſcriptas ipſi adhuc in minori conſtituto aetate, manifeſtum eſt. Poteſt & hoc adceſſiſſe, quod ſermone uteretur minus compto, & ad guſtum ſaeculi parato. Unde quoque Schoppius *plebejum* eum vocat. Ut in libello de Stylo Hiſtorico: *Hujus notae vox eſt quadriga, pro curru quatuor equis juncto, apud plebejum ſcriptorem Hyginum.* Item in opuſculo, cujus titulus, Infamia Famiani. *Hygini eſt, Herculem inopia armorum defeſſum ſe ingeniculaſſe multis jam vulneribus adceptis: id autem, ut alia Hygini multa multa, plebejum ſapit.* Et paulo poſt: *Hyginus quoque plebejus bonae aetatis ſcriptor obſervantiam pro cuſtodia dixit.* Item in Catalogo Auctorum linguae Latinae, quem inſeruit ſuis Conſultationibus. *In Mythologicis familiam ducit C. Julius Hyginus Auguſti libertus, qui ſaepius plebejam loquendi conſuetudinem amplecti videtur.* Manet interim judicio quidem noſtro fabularum auctor Hyginus, licet alius, quam libertus Auguſtalis; manet ſaeculi, ſi non optimi, non profecto peſſimi ſcriptor, adeoque non Rhapſodus, non ſordibus clauſtralibus inquinatus, ut in eo docta quoque non pauca, & ſingularia, & alibi non occurrentia legantur; denique in hoc argumento hiſtoriae fabuloſae unicus, qui Latine quidem ſcripſerit, unde deſideriis alicujus poſſit ſatisfieri.

# THOMAE MUNCKERI

# DISSERTATIO

DE

*Auctore, ſtylo, & aetate Mythologiae, quae* C. JULII HYGINI *Auguſti Liberti nomen praefert.*

*Fabularum hic ſcriptor, qui ab aliquo jam tempore non parum exercitum me habuit, C. Julii Hygini Auguſti Liberti ſibi arrogat nomen: an merito, nec ne, fidenter pronunciare, poſt tot & tam diverſa doctorum hominum de eo judicia, non eſt meum; certè liquido jurare haud poſſum. Eſt ubi blanditur, & neſcio quid antiquitatis lectori pollicetur; eſt contra, ubi adeo ſui, & melioris aevi diligentiae eſt diſſimilis, ut paene ad barbarorum ſubſellia detrudendus videatur. Cur ita judicem facile intelliget, qui paucula iſta, quae ex multis inter legendum* ἐκ ἀναμφισβήτητα *in eo obſervavi, ſine praejudicio mecum examinabit. Sed ante, quam in rem venianus praeſentem, patere ut praemittam, mi lector, non unum in veterum laudari ſcriptis Hyginum: id quod & Cl. Scriverii pridem animum advertit, cujus commentatiunculam de Hyginis haud contemnendam ex libro, quem nunc nobilis & eruditi viri Gulielmi Goeſii bibliotheca poſſidet, à me deſcriptam tecum communicabo.* CAJUS JULIUS HYGINUS AUGUSTI LIBERTUS. *Huic duo nomina propria ſunt à patrono Cajo Julio Caeſare Octaviano Auguſto. Tertium valde variat in MSS. utique in iis occurrit Hyginus, Higinus, Iginus, Hygenus, & Yginus, quomodo bis terve apud Servium ſcribitur. De Hygini ſcriptis vide Indicem Gellii: de hoc Cajo Julio Auguſti Liberto Suetonium de claris Grammaticis. Iginus nomen aliquoties in veterum monumentis occurrit. L. Iginus Plinta, Q. Iginus Merops, & Q. Iginus Stevinus. Ex illis omnibus placet mihi Hygenus ſeu Higinus; undecunque tamen ſit neſcio.*

*Hoc*

*Hoc ſcio etiam in vett. monumentis legi, & maximè in Veronenſium marmoribus. Scripſit hic, ut opinor, de origine & ſitu urbium Italicarum, ſive de urbibus Italicis; quo titulo citantur à Servio Virgiliano interprete, & Macrobio. Commentaria & ejus eſſe cenſeo ad AEneida, quorum Gellius & Servius meminerunt. Ejus & eſſe Mythologicon poteſt, & utile illud Aſtronomicon Poëticon de mundi & ſphaerae enarratione ad M. quendam Fabium; quem eſſe Quintilianum, quod vult Raphaël Volaterranus, perſuadere mihi nondum potui. De diis Penatibus & proprietate deorum laudat libros Macrobius. Praeterea Hyginum ſcripſiſſe de ſignis coeleſtibus opus in* IV. *libros diſtinctum tradunt urbana commentaria. Chariſius de Agriculturâ citat, & in Cinnae praemptico. Non omittenda heic inſignis allucinatio viri cactera doctiſſimi Raphaëlis Volaterrani, qui libellos Gromaticos, ſive de limitibus conſtituendis, adſcribit huic Cajo Julio Hygino; cum alium omnino eſſe conſtet ex ipſo illo Hygino, qui ſic inquit:* Nuper ecce quidam evocatus Auguſti, vir militaris diſciplinae, profeſſionis quoque noſtrae capaciſſimus, quum in Pannoniâ agros veteranis ex voluntate & liberalitate imperatoris Trajani Auguſti adſignaret. *Inſignis, inquam, allucinatio. Ex hoc loco vir ille conjecturam facere potuit, non ſub C. Julio Caeſare Octaviano Auguſto, verum ſub Trajano vixiſſe, qui annis poſt natum Chriſtum plus centum imperare coepit. At Julius Higinus annis jam multis ante Chriſtum natum illuſtris erat, ut Chronica Euſebii teſtantur. Haec* SCRIVERIUS. *Operis Julii Hygini de Agriculturâ non unus Chariſius, ſed & Columella Lib.* I. *cap.* I. *meminit: de Arte militari Sarisberienſis, ſed ex Gellio, ad cujus indicem, ſi plura deſideres, cum Scriverio te remitto. Scripſiſſe praeter illa, quae à Gellio laudantur, Hyginum de Familiis Trojanis docet nos Servius ad AEn.* V. *vers.* 389. Sanè, *inquit*, ſciendum hunc ſecundum Iginum, qui de Familis Trojanis ſcripſit, unum Trojanorum fuiſſe, de quo Virgilius notat hiſtoriam. Iginius *ſcribitur apud eundem ad AEn.* VII. *vers.* 47. Sed quia temporum ratio non procedit, illud adcipiendum eſt Iginii, qui ait Latinos plures fuiſſe. Iginus *pro* Hyginus *reperitur quoque apud Phocam in Arte. Sed* Hyginus *rectius putem. Inſcriptio urnae apud Rhodium in Scribonium Largum pag. 76.* HYGINO I. TESTAMENTO FIERI JUSSIT. *Incertum ex quo opere depromptum ſit, quod in Gloſſatorio Philoxeni inveni:* Paleta, σφυδάη δακτυλίου, ὡς Ὑγῖνος ἐν τῷ. *Leg.* Pala. *Cicero* III. *Offic.* Gyges cum palam eius annuli ad palmam converterat. *Gregor. Naz.*

Θέλεις τὰ Γύγεω σα
Τῦ Λυδίυ γενέσθαι,
Καὶ δακτύλῳ τυραπεῖν,
Τῳ σφενδόνῳ ἐλίσσων
Κρύπτεσαι, εἰ κρύπτοιτο &c.

*Quod putat Scriverius opus illud de ſignis coeleſtibus in* IV. *libros diſtinctum aliud eſſe ab Aſtronomico, in eo vereor ne fallatur. Quis enim neſcit in Aſtronomico, quod in quatuor libros antiquiſſimae editiones tribuunt, ſigna coeleſtia tantum non utramque paginam facere? Innuit idem Hygini ſcriptum etiam Sarisberienſis, cum ſcribit Policrat. Lib.* II. *cap.* 18. Eorum, qui ſcientiam profitentur aſtrorum, alii opinionis errore prolabuntur ad fabulas, in quo deprehenditur & Hyginus. *Iſidorus vero in libro de Naturâ rerum tota interdum capita ex Hygini Aſtronomico tranſſcribit. Sed de eo dicetur inferius. Caeterum rectè Scriverius cenſet, ſcriptorem illum rei agrariae alium ab eo eſſe Hygino, cujus Euſebii meminere Chronica: quos itidem, ut Volaterranus, perperam confundit Dial.* XVIII. *Giraldus. Interim pariter & Giraldus & Scriverius errant, quod hunc Mythographum exiſtimant fuiſſe libertum illum Octaviani Auguſti à Suetonio & Euſebio laudatum: in quo etiam errore cum Scioppius in Diſſertatione de Stylo Hiſtorico, tum Voſſius in libris de Hiſtoricis Latinis verſantur. Errorem voco illam quantumlibet doctorum hominum ſententiam, cum nihil minus, quam Auguſtaeum aevum ſapiat ſtylus ejus, qui fabellas iſtas conſarcinavit. Ut donem ei, quod, quaſi ſui oblitus, bis interdum idem narret, & ἀσύστατα non ſemel loquatur, quanquam homini polito, quem Illuſtribus Grammaticis annumeret Tranquillus, parum conveniat; concoquere tamen non poſſum illam tam apertè ſoloecam, ſive ἀναχόλυθον dicam, orationem: tanquam fab.* 174. Illa timens puerum in terram deponere, apium altiſſimum erat ad fontem, in quo puerum depoſuit. *Fab.* 164. Quam pater gladio feriens, Adonis exinde natus eſt. *Fab.* 45. Procne cognita ſorore, & Terei impium facinus, pari conſilio machinari coeperunt regi talem gratiam referre. *Aſtron.* II. 40. Demiphonta permotum ferunt miſiſſe ad Oraculum Apollinis, remedium quaerens vaſtitatis. *Nec ſtribliginis notam effugiunt loca illa, in quibus copula & diverſos modos conjungit, ut fab.* 27. Cum productus eſſet, ut mendacium morte puniretur, & illa aliter eſſe vidit. *Fab.* 165. Minerva & Venus cum eam irriderent, quod & caeſia erat, & buccam inflaret. *Plura vide annotata à nobis ad fab.* 148. *Nec ſana utique, ubi* qui *pro* is *vel* & is *uſurpatur, de qui-*

*ibus egimus ad fab.* 4. & 21. *ubi habes*, Qui cum caſus ſuos exoſuiſſent laſoni, ſe, cum ad avum Athamanta feſtinarent ire, naufragio facto ibi eſſe ejectos, quos laſon receptos auxilio juvit. *Nibi meliora haec talia: Fab.* 55. Exporrectus jacere dicitur, & ſerens ei adpoſitus eſt. *Fab.* 84. Dicitur aquam recedere. Item poma i ſuper caput pendent. *Fab.* 3. Dicitur veniſſe juſſitque *&c. ad quae erba pluſcula id genus congeſſi. Jam de illis quid dicemus, ex quibus aec ſunt? Fab.* 19. Ab Jove eſt excoecatus, & adpoſuit ei Harpyias. ic. *Jupiter. Fab.* 56. Apud Buſiridem Neptuni filium cum eſſet ſterilitas, ex Graecia augures convocavit. *Sc. Buſiris. aliaque complura, uae ad Fab.* 8. *conſtipavi. Certè Auguſtaei ſaeculi non eſt rectam rationem inniſcere obliquae, ut fab.* 185. Cui reſpondit ſe in compreſſione nocturna neſcio cui eduxiſſe *&c. Nec* navigium *dicere pro navigatione, ut prolixè oſtendit vir ſummus Job. Fredericus Gronovius Obſervat. in Eccleſ. Script. cap.* 25. *Facit id tamen Hyginus Aſtron.* 11. 25. Neque navigio quenquam uſum eſſe, ſed agris colendis vitam agere conſueviſſe. *Vel* crucifigere *pro agere in crucem, quod invenitur fab.* 194. *Plura proferre exempla nihil, opinor, adtinet. Iſtiusmodi crebra eſt ſtribligo apud* τὺς ὁ, *qui ſoloeciſmos non erubeſcunt.* 1 *Reg. cap.* XIX. 19. Καὶ ἀπηγγέλη Σαὺλ, λέγοντες, ἰδὺ Δαβὶδ ἐν ναυὶθ ἐν ῥαμᾶ. *Crederes de rudi & indoctâ plebe aliquem fuiſſe Hyginum. Idiotae, quorum ſermo ſoloecus ſaepe & barbarus, in antiquis tumulis:* Se vivus fecit ſibi. Se vivos fecerunt *&c. Inſpice indicem magni operis inſcriptionum Gruteri, & ſaecis bujus ingentem ibi invenies modum. Idiota erat Trimalchio, idiotae etiam ejus ſocienni, quos propterea deridiculi gratiâ barbarè loquentes in feſtivo illo convivio introduxit Petronius, quemadmodum primus rectiſſimè obſervavit incomparabilis ille Nic. Heinſius. Non debebant ergo docti homines mutare illa pag.* 36. *Edit. Blav.* Quibus prae mala ſua cornua naſcuntur. *pag.* 40. Scimus te prae literas fatuum eſſe. *Sed quod ſtudio peccat Petronius, id ignorantiae vitium eſt in vetere interprete Coſmographiae à Godofredo edit. pag.* 19. Tamen viros ſapientes prae omnem mundum AEgyptus habundat. *Cl. Scheffero in Hygino, quis ſtylus verè humilis ſit & plebejus, adparere contendit. Qui, quaeſo, magis, quam in Servio, Luctatio ſive Lactantio, Scholiaſte Germanici, & id genus aliis ſcriptoribus? Humilem novi ſtylum Terentii, Nepotis, Phaedri; verum quam longè ab Hygino abſunt illi, tam longè Hyginus ab optimo aevo. Tamen ita loquebatur plebs Antoninorum aetate, circa quam vixiſſe Hyginum hunc credit vir clariſſimus. Ve-*

*rum*

*rum plebs rudis & literarum expers, quae ita ſoloeciſſabat, non iis de rebus, quae ad haec humanitatis pertinent ſtudia, ſcribebat libros. Plebeitatem vocat, quae mihi ſtribligo eſt. Sed cur plebeitatem illam exemplis illorum, qui circa Antoninorum vixere tempora, non adſerit? Fieri hoc potuiſſe dicet forſan aliquis, ſi aliorum plebeiorum, qui iſto ſcribillabant aevo, opuſcula ad nos perveniſſent. Divinare hoc, non probare eſt. Migratur lex metrica fab.* 221.

Mileſiuſque Thales ſponſori damna minatur.
Plures eſſe malos Bias autumat ille Prieneus.

*Quemadmodum per* συνζήσεις *&* συστολὰς *excuſari iſta poſſint non ignoro. Sed an is ſcriptor hic eſt, vel verſificator iſte, unde gnomas illas* ἐμμέτρους *adducit, qui tam artificioſè peccaſſe videri debeat? Tamen auctores habet poëtas vel optimos, vel non contemnendos. Nam, ut de poſteriori aliquid dicam, quoniam in primis* τὸ as *in* Bias *corripi mirum videri poſſit; ita ultimam ſyllabam in* poteſtas *corripuit Prud. Catb.* VI. *vers.* 6. Vis ac poteſtas una. *Salmaſius, notante Nob. Heinſio, Auſonii addiderat locum:*

Majeſtas uniuſmodi
Sociata Sancto Spiritu.

*At tu* Bias, *ut monoſyllabum, legi malis, quemadmodum* frui *in horridâ illâ inſcriptione, quam Comi in Inſubriâ repertam ajunt:*

Cum frui debueram aetate, horrida fata negarunt.

*Et in iſta:*

Digna quidem frui perpetua de luce benigna.

Suo *in hac:*

Anchialus dulcis cum ſuo homine Spurio.

*Ita dedit Fabricius. Sed Gruterus*, cum ſuave homine. *Sic diſſyllaba ſunt in aliis tumulis* diebus, Laelia, *triſyllaba* luctuoſus, factionis. *Hoc ſynizeſeon genus non animadverſum fecit, ut corruptè hodie legatur*

*ur Catal. Pith. Lib.* III. *Labbaei Theſ. Epitaph. part.* I. 168.

Exercere tuo quondam data munera ſumptu
Plaudentis populi gaudia per cuneos.

*Lege* exercuere *per quatuor ſyllabas, ut triſyllabum eſt* connubio *apud Virgil. AEn.* I. 77. *quanquam Servius ibi annotat:* Nu brevem poſuit, cum naturaliter longa ſit. *Verum ſynaereſin agnoſcit in iſtâ voce etiam Scholiaſtes Statii ad illa Theb.* II. *vers.* 340. Connubiisve ſuper moveor, viduaque juventa. *Prorſus barbara ſunt Fab.* 14. Gubernator navis Argo. *Fab.* 224. Arcas Jovis & Calliſto filius. *Nam quod apud Prudent. Lib.* I. *contr. Symm. vers.* 117. *legitur*, In trantris jactatae efferbuit Argo: *id libenter cum Illuſtri Heinſio mutem in* Argus. *Vide tamen quae annotavimus ad locum Hygini poſteriorem. Sed haec talia non optimae notae facile illis redimi dicas, quae, ceu gemmulae quaedam, paſſim huic operi interſperſa viſuntur. Offendunt tamen valde me iſta, & Hebraicum neſcio quid, etſi forſan nihil minus, quam Hebraicè, noverit hic ſcriptor, olere videntur. Fab.* 126. Cui cum ulularet (*ita corrigit Barthius*) Ulyſſes ei os compreſſit. *Fab.* 152. Cui cum flagraret, montem AEtnam ſuper eum impoſuit. *Sic phraſes Hebraicas Graecis verbis ſuo more exprimunt* αἰ ὁ. *Pſ.* 146. *vers.* 5. Μακάριος οὗ ὁ Θεὸς Ἰακὼβ βοηθὸς αὐτῷ. *Joſ. cap.* 2. *vers.* 10. Οὓς ἐξωλοθρεύσατε αὐτούς. *Quod autem Heraldus ad Arnob. Lib.* IV. *in quo*, Quod quanam ratione iſtud dicatur; & *poſt paullo*, Quae tamen haec ipſa, quae laeva adpellamus; *helleniſmum reſipere hujuſcemodi pleonaſmos cenſet, me judice, error eſt, non judicium. Probatum it ſententiam ſuam ex digeſti Lucae cap.* 3. Ὃν ὑμεῖς παρεδώκατε εἰς κρίσασθε αὐτόν. *Quaſi vero quidquid Graecè exararint ſacri illi ſcriptores, helleniſmus eſſet. Sed dabitur de his alibi differendi locus commodior. Interim conſule Gatakerum in Diatribe de Stylo novi Inſtrumenti, & Salmaſium in Helleniſticâ; quaeque nos ad loca illa, quae Hebraiſſare videntur, annotavimus. Ad genuinum ἑλληνισμὸν majori jure referas iſta Fab.* 92. Ut deducas eas in Ida monte. *Fab.* 186. Cum in venatione exirent. *multaque id genus alia. Homer.* A. *vers.* 593. Κάπρειοι ἐν Λήμνῳ. *Ammonius in vitâ Ariſtotelis pag.* 13. Ἐπαίσχυται ἐν Μακεδονίᾳ. *Verum, ut verum animi mei ſenſum tibi fatear, non adeo mihi neceſſe videtur ad helleniſmum hoc confugere, cum Latini non minus crebro, quam Graeci, hac circa communes praepoſitiones uſi fuerint licentiâ. Vide Serv. ad Virgilii illa Lib.* I. *AEn.* Rapuit-

†† ††

que

que in fomite flammam. *Et inter recentiores Heraldum ad Arnob. Lib.* 1. *qui hoc amplius inferioris illud aevi ſcriptoribus, quam vetuſtioribus, eſſe familiarius obſervat: in quo*

Et ſapit, & mecum facit, & Jove judicat aequo.

*Nollem tamen, ut nuper factum, tanquam minus Latinum, in Petronio damnatum:* Vetui hodie in hoc diverſorio quenquam mortalium admitti. *Multo minus illud*, Benè mane ſurrexi. *Benè adverbium* αὐξητικὸν *eſt, ut* pulcrè *&* probè. *Phaedrus*, Pulcrè intelligo. *Plautus*, Appotum probè. *Confer Laurenb. Antiquar. in* BENE. *Loquantur ſanè ita hodie Gallo-Franci. Quid tum poſtea? Aliud* ἰδιότης, *ut ita loquar, aliud* ἰδιωτισμός. *Atque haec* ὡς ἐν παρόδῳ. *Nunc ad Hyginum revertamur. Quod* Amazona *pro* Amazon, Briſeida *pro* Briſeis, Chryſeida *pro* Chryſeis, Ortyga, *pro* Ortyx, aega *pro* aex *vel* αἴξ, Sphinga *pro* Sphinx *uſurpat, forſan non magnam reprehenſionem, cum, ut ad Flor. Lib.* IV. *cap.* II. *annotat Salmaſius, etiam veterum quidam nominandi caſu dixerint* Leucada, Elida, Chalcida, Tritonida. *Referenda huc & illa à me obſervata, tanquam* Salamina *apud Hieron. Epiſt. pag.* 475. *&* 592. *ed. Caniſ. & Juſtin. Lib.* XLIV. *quae Ptolemaeo eſt* Σαλαμίς. Lampada *pro* lampas *apud Fulgent. Lib.* 1. *Mythol. Et* Gorgona *pro* Gorgon. Perſeum, *inquit*, ferunt Meduſae Gorgonae interfectorem. *Ita etiam Hyginus Aſtron.* II. Gorgonam ſomno ſopitam interfecit. *quanquam ortum hoc ex Graeco* Γοργόνη *videri poteſt, quo uſa interdum ſequior aetas.* Hebdomada *eſt apud Cic. Lib.* XVI. *epiſt.* 9. *pro* hebdomas. Narbona *apud Vibium Sequeſtrum, Eutropium & Ammianum ex Gr.* Νάρβων. Calcedona *pro* Chalcedon *apud Leon. Epiſt. Decret.* XLVII. Troezena *pro* Troezen *apud Lactant. Lib.* XV. *Argum. Ovid. Met. fab.* 14. Crotona *apud Juſtin. pro* Croton XX. 4. *Qua analogia tolerari poſſit* Icona *pro* Icon *in Caeſario Lib.* VIII. *Mir. cap.* 76. *quamvis inter barbara numeret Voſſius. Sanè* Sphinga *pro* Sphinx *reperitur etiam apud Sidonium Lib.* V. *epiſt.* 7. *Auguſt. C. D.* XVIII. *cap.* 13. Striga *pro* Strix *in Capit. Caroli Magni & Gloſſ. Phil. ubi legas*, Striga, γυνὴ Φαρμακίς. Tomica *pro* tomex *& alia nonnulla in veterum ſcriptis obſervata apud Rutgerſ. Var. Lect. Lib.* III. *cap.* 9. Perſida *pro* Perſis *apud Iſidor. Orig. Lib.* XIV. *cap.* 3. *&* XVI. 13. *Etiam apud Frontin. Lib.* II. *cap.* 3. *MSS.* 4. *Reg. &* 3. *Hill. habere* Perſidam *obſervavit Clariſſimus Tennulius noſter à recto* Perſida. *quod fruſtra refugerunt editores.* Thebaida *a-*

*pud*

pud *Marcellin. Lib.* XXII. Ptolemaida *apud Vet. Interpret. Actor.* XXI. 7. *pro* Thebais *&* Ptolemais. Chlamyda *pro* Chlamys *eſt apud Apul. Met. Lib.* X. *pag.* 233. *ed. Pric.* Lacedaemona *apud Dictyn Cretenſ. Lib.* I. *pag.* 6. *&* 12. Nereida *pro* Nereis *apud eundem Lib.* VI. *pag.* 147. Aulida *pag.* 20. *Lib.* I. Syringa *pro* Syrinx *apud Serv. ad Ecl.* II. *vers.* 31. *&* *Lactant. Argum. Lib.* I. *fab.* 12. *Metam. ubi plura hoc genus invenies à me annotata.* Sirena *pro* Siren *apud Hieron. epiſt. pag.* 225. *ed. Caniſ.* Eleuſina *pro* Eleuſin *p.* 132. *&* *Dictyn Cretenſ. Lib.* VI. *p.* 145. Cratera *apud noſtrum Aſtron.* II. 40. *&* Tritonida *ejuſdem Libri cap.* 12. *Adde his, quae congeſſit Grotius ad Capellam pag.* 302. *Feſtus:* Caſſilam antiqui pro Caſſide ponebant. *Puto legendum* Caſſidam. *quo uſus Virgil. AEn.* XI. 775. *Propert. Lib.* III. *El.* 9. *Agnoſcit etiam Chariſ. Lib.* I. *adducens loca illa Virgilii & Propertii. Erravit ergo Servius, cum accuſativum pro nominativo poſitum cenſebat. In fragmento Veteris Grammatici, quod publicavit Barth. Adverſ. Lib.* XXXVII. 13. Caſſidem dicimus nos ab eo, quod eſt haec caſſis, ſed multi caſſidam dicunt. Propert. Aurea . . . . quam nudavit caſſida frontem. Et Virgilius: Aurea vati caſſida. *Locum Propertii corruptum ita reſtitue,* Aurea cui poſtquam *&c. In pleriſque Davidis Hymnorum argumentis apud Apollinarium legas* Δαβὶδ ἀντὶ τοῦ Δαβίδ. Daniëlus *apud Prudent.* IV. *Hymn. Cathem. vers.* 70. Caninefati *apud Vellej. Lib.* II. *cap.* 105. *Feramus ergo etiam in noſtro cap.* 150. *&* 167. Titani *pro* Titanes. *Sic Scholiaſt. German. Capricorno:* Ad Titanorum bellum cum Jove eſſe profectum. *Immo & Plautus eo uſus eſt, ut & Ennius apud Lactant. Firm. Lib.* I. *cap.* 14. *At prorſus alienum eſt ab uſu adſiduorum & locupletum ſcriptorum* exulari *pro pelli in exilium cap.* 26. *licet & Fulgentius ita loquatur Prolog. Lib.* I. *Myth.* Alexandriae conciliabula exulata poſſederam. *Et Dictys Lib.* V. *pag.* 124. Antimachum ex omni Phrygiâ exulandum. Remediari *pro* ſanari *cap.* 101. *Nec ſuſpicione caret* aeſtimare *pro* exiſtimare *quod cap.* 27. 29. 88. 106. 191. *legitur. Victoris epitomatorem cap.* 8. *ſcribentem* AEſtimantem ex animo eum longâ oratione imperialis moleſtiae magnitudinem declinare, *nihil moror. Multo minus Alcuinum:* Sem, ut aeſtimant, Aſiam, Cham Africam, Japhet Europam ſortitus eſt. *Vel Valerianum in de Bono Diſciplinae pag.* 13. *ed. Gold.* Nemo illum homicidii crimen evaſiſſe aeſtimet *&c. Vel Celſum in Rhetor.* Nos primum aeſtimamus actorem quaſi membra quaedam facere debere. *Vel Solinum cap.* 28. AEſtimant enim quidam ſinus iſtos à Gaditano freto naſci. *Vel Marcellinum Lib.* XVI. Aſylum mundi totius adeſſe aeſtimabat. *Lib.* XVII. Accidit autem, ut

opiniones aeſtimant &c. *Vel Ambroſ. Hexaëm. Lib.* III. *cap.* 7. Beatus populis aeſtimatus. *Vel Junil. Comment. in Geneſ. pag.* 42. Neque huic ſententiae contrarium debet illud aeſtimari. *Loquitur tamen ſic & Phaedrus optimae notae ſcriptor Lib.* III. *cap.* 5. Ridiculè magis hoc dictum, quam verè, aeſtimo. *Sed dubitat Schefferus, an non ſcripſerit Hyginus* extimo *pro* exiſtimo. *quo uſum Bapt. Mantuanum video Ecl.* III. Extimo nil duros hominum curare labores. *Et Capellam Lib.* II. *pag.* 25. *ed. Grot.* Prudens Samius extimavit. *Sed membranae Leid. Biblioth.* aeſtimavit. *quod praeferam, cum frequenter admodum* aeſtimo *pro* exiſtimo *apud eum occurrat. Macrob. Lib.* I. *Sat.* 6. Admoneor non ludicrae (ut extimo) quaeſtionis. *Cap.* 7. Mellis & fructuum repertorem Saturnum extimantes. *Et poſt paulo*, ut nonnulli extimant. *Cap.* II. Illa origo verior extimatur. *Omitto prudens complura alia loca, in quibus vetuſtiſſimae ejus ſcriptores editiones, & inter illas etiam illa, quae MS. inſtar eſt, & Venetiis prodiit anno* 1482. extimo *diſertim repraeſentant. At id an rectè mutaverint in* aeſtimo *editores poſteriores ipſi viderint. Ego ſcire non poſſum, cum nullum Macrobii codicem MS. inſpexerim. Poſſit per compendium ſcripturae corruptum videri ex* exiſtimo. *Simili certè errore depravatum eſt illud in vet. verſione Concilii Epheſini pag.* 57. *ed. Contii:* Dicentes vero, erat quando non erat, & quia de non extentibus factus eſt &c. *pro* exiſtentibus. *Hoc ſcio* aeſtimo *pro* exiſtimo *uſurpatum jam olim ab Attio in Hellenibus apud Feſtum in* PROBRO. Qui, niſi probrum, alia omnia indelicta aeſtimant. *Et à Salluſt.* I. *Hiſtor.* Ne aut ipſi, nefanda quae aeſtimatis, ea parum credendo de aliis, circumveniamini. *Nec non à Munatio apud Aſcon. in orat. pro Milone:* Apud quaeſtorem aeſtimare futurum &c. *Paulus Feſti compilator:* Prox bona vox, ut extimo, quaſi proba vox. *Ita MS. Leid. non* exiſtimo, *ut editum. Gloſſ. Philox.* Inextimabilis, ἀτίμητος. *Contra* exiſtimo *pro* aeſtimo *Livium, Ciceronem, & Trogum uſos oſtendit Vir Celeberrimus I. F. Gronovius ad Liv. Lib.* XXXIV. *cap.* 2. *Addas illis licet Terentium Phorm. A.* I. *vers.* II. Haud exiſtimans, quanto labore partum. *Ibi Donatus:* Pro aeſtimans. Salluſtius. Si, Quirites, parum exiſtimatis. *Salvianus in Praefat. ad Salonium.* Omnia enim admodum dicta tanti exiſtimantur, quantus eſt ipſe, qui dixit. *Caeterum ridiculum illud dictum apud Phaedrum*, Quale caput eſt, talis praeſtatur ſapor, *nondum vidi, qui rectè interpretaretur. Exiſtimo jocantem lanium hoc dicere:* Qualis ſpecies eſt cujuſque rei, talis & ſapor. *Quali ſit forma ſimius, vides ipſe: meliorem eſſe ejus ſaporem*

cave

*cave praeſtaturum me tibi credas. Simile eſt illud, quod de ipſomet AEſopo dixit quidam è Xanthi convivis:* Οἷα ἡ μορφὴ, τοιαδὶ καὶ ἡ ψυχή. *Sed nos ad Hyginum revertimur. Non quantivis porro illa pretii? Cap.* 125. Ad priſtinam figuram reſtituere. *Et*, hoſpitio libere adcipere. *Cap* 61. Quadrigam ſedere. *Cap.* 18. Extra venatum exire. *Cap.* 92. Praeſtare praeter alios. *Cap* 107. Abjurgata ab Agamemnone *pro* abjudicata. *Sed duo illa poſtrema, licet nullo, quod ſciam, auctore dicta ſint, habent tamen neſcio quid veneris.* Nec venire ad Italiam, *quod cap.* 260. *legitur, exemplis caret. Ita inter alios etiam Servius ad AEn.* I. 574. In hoc autem monte dicitur etiam Anchiſes ſepultus, licet ſecundum Catonem ad Italiam venerit. *Totidem plane verbis Hyginus noſter, ut utervis ex altero ſua deſcripſiſſe non hoc tantum, ſed & cap.* 164. 177. 258. *&* 259. *videatur. Quod quo minus mirere, confer cap.* 130. *&* 194. *cum Scholiaſte Germanici in Cane & Orione, & utramque inde totam tantum non ad verbum mutuatum dicas hunc ſcriptorem, ut & ex parte cap.* 197. *ex eodem in Piſcibus, niſi potius furti reum Scholiaſten iſtum, vel utrumque ex eodem libro, qui jam interciderit, furatum iviſſe iſta, ſtatuere velis: de quorum quidem alterutro tanto minus tibi repugnavero, quod hominem illum meum* ἐπ' αὐτοφώρῳ *deprehendi in notis ad cap.* 183. *At enim Germanici ipſius nomine laudat eum Lactantius. Dederim hoc tibi libentiſſimè; ſed ita, ut viciſſim mihi concedas, ſcriptum aliquod Germanici exſtare potuiſſe, unde verba illa, quae adducit Lactantius, ſublegerit bonus meus manibus ſuis piperatis. Quod ſi tamen Germanici eſſe eam enarrationem, quam hodie habemus, propter Lactantii auctoritatem pertinaciter defendere quis voluerit, fatendum ei erit, miſerabiliter eam eſſe deformatam, ita ut vix vola vel veſtigium eorum, quae dederat Germanicus, appareat amplius. Chriſtianum ſe eſſe & barbarum oſtendit iſtis verbis, ubi de Lunâ agit:* Jam vero quia de ejus curſu vel ordine ſub brevitate diximus, reſtat, ut quid de eâ gentiles ſenſerint edicamus. *In Eridano:* A quibuſdam vero Nilus, qui & Gion, exiſtimatur. *Quod ex Geneſ. cap.* 2. *hauſiſſe videtur. Certè barbarum eſt* ſub brevitate *pro* breviter. *Caſſianus, Gregorius, Victor, & id genus alii ſcriptores ita loquuntur, non Latini. Victoris eſt in de Perſecut. Vand. Lib.* III. Sub feſtinatione viro dimittuntur. *Marcialis epiſt. ad Burdigal.* Sub omni celeritate tanquam oriens ſol *&c. Et poſt paullo*, Pertranſibunt ſub omni celeritate. *Gregorii Dial. Lib.* I. Patri Equitio ſub celeritate nunciatum eſt. *Et poſt paullo:* Ut ipſum ad ſe ſub celeritate perducerent. *Ejuſdem eſt* ſub feſtinatione *pro* feſtinan-

ſtinanter, ſub aſperitate *pro* aſperè, *& alia talia non pauca in iisdem dialogis. Germanicum nemo dixerit parum noviſſe Graecè. At hic commentator per ſaepe* παρερμηνεύῃ, *velut in Argo:* In ſingulis temonibus quinque. ἐν ἑκάστοις πηδαλίοις. h. e. gubernaculis. *In Arctis:* Quam Sidones aſpicientes continuo navigant. *Quaſi* εὐθὺ, *vel* εὐθύτατα *Arati idem eſſet, quod* εὐθύς. *Calpurnio ergo Baſſo, non Germanico, commentarium iſtum Delrio, Vectio Baſſo adſcribit P. Valerianus, Fulgentio Planciadae Barth. Adverſ. Lib.* XLVII. *cap.* 18. *quod & ambitio utriuſque ſcriptoris & ſtylus ſit ſimilis. De ſtylo pernego. Ambitionem fateor parem videri, quod & hic aequè ac Fulgentius tot Graecos ſcriptores Latinè loquentes introducat. Sed hoc inde arbitror ortum, quod iſta enarratio ex Graecis ſcholiis traducta ſit magna ex parte in Latinam linguam. Laudat Iſidorum in Naturalibus fab. Hydrae; quem Hiſpalenſem à primo putabam Iſidorum eſſe, cujus liber exſtat de Naturâ rerum, in quo crebro Hygini Aſtronomicon laudatur, immo compilatur, ut in notis meis ad illud ſcriptum demonſtro; verum, quod inde adducit, apud Hiſpalenſem illum nondum inveni. Caput Mythologiae* 181. *quin ex Lactantio Placido, qui Ovidii Metamorphoſcon concinnavit argumenta, depromptum ſit, negari haud poteſt. Certè ex Fulgentio hauſta ſunt, quae cap.* 164. *leguntur. Adeo ut non fruſtra Barthius Adverſar.* V. 2. *& Reineſ. Var. Lect. Lib.* III. *has fabulas ab aliquo literione non ex uno Hygino, ſed & aliis in unum faſciculum collectas, cenſuerint. Locutio porro iſta* ſimultatem conſtituere *adeo ei placet, ut tantum non in eâ faciat delicias. Vide cap.* 22. 84. *&* 185. *Sed qui veterum ita loquatur inveni hactenus neminem.* Nuptiarum conditionem *in re ſimili appellat interpres vitae Apollon. Tyrii à Marco Velſero editus:* Rex, *inquit*, ut audivit, quae audire nolebat, reſpiciens ad juvenem, ait, noſti nuptiarum conditionem? *Cujus aures non radat illud cap.* 257. Exclamat à longe? *Barbarorum haec lingua eſt. Albricus de imaginibus deorum cap.* 4. A longe vero Python ſerpens maximus. *Vetus interpres Pſalm.* 137. *vers.* 7. Alta à longe cognoſcit. *Et* 138. *vers.* 2. Intellexiſti cogitationes meas de longe. *Scio Graecos dicere* ἀπὸ μακρόθεν. *Latinè ergo dicas* à coelitus? *Atqui hoc eorum linguâ eſt* ἀπ' ὑραιόθεν. *Apollinarius Metaphraſi Pſalm.* 148. Μέλψατέ μοι κῦδος ἀπ' ὑραιόθεν βασιλῆος. *Ita Alcimus Avitus Lib.* II. ex tunc *pro* ex illo tempore, *quia Graeci* ἐκ τότε:

Ex tunc paulatim retro ſublapſa referri.

*Et*

*Et Fortunatus:*

Sumpſit ab ipſo ex tunc Adam patre terra dolorem.

*Eugeſippus de diſtantiis locorum Terrae Sanctae:* Ex tunc uſque ad tempus Theodoſii Imperatoris. *Auguſtin. Soliloq.* Ex tunc confitear tibi in aeternum. *Sed ἐκ τότε apud Graecos etiam Attici damnarunt, ut docet Phrynichus, pro quo ἀπὸ τότε legas apud Matth. cap.* XVI. *vers.* 21. Ex hoc nunc *interpres vetus Pſalm.* 112. *vers.* 2. *quod Graecè eſt ἀπὸ τοῦ νῦν. quod Luc. cap.* V. *vers.* 10. *vertitur*, ex hoc jam. De peregrè *Interpres Coſmographiae à Godofredo editae pag.* 35. *quod Graecè eſt ἀπὸ ξένης.* Amodo *pro ἀπ' ἄρτι, vel ἀπαρτὶ, de quo Schol. Ariſtoph. ad Plut. Act.* I. *ſc.* 3. *Hieron. vitâ Hilarionis:* Amodo videre deſiderans, quos horrebat audire. *Cyprian. Sermone de Nativ. Chriſt.* Ipſi gloria & imperium modo & uſque in ſempiternum. *Adde quae annotavi ad Hygini modo adductum locum, & Fulgent. Lib.* III. *cap.* 6. *Mythol. nec non ad Libellum de Priſco Sermone.* Ποιητικώτερα *etiam videri poſſint illa* Euandrus, Periandrus, Maeandrus. *Chariſ. Lib.* I. *Omnia, quae apud Graecos per γρ, aut per τρ, aut per δρ, aut per κρος efferuntur, haec omnia, amiſſâ Graecâ extremitate, & per ER elata, ut ſecundae declinationis declinantur, ut ἀγρὸς, ager, agri,* Ἀντίπατρος, *Antipater, tri.* Μένανδρος. *Menander, dri.* Τεῦκρος, *Teucer, cri. Quanquam Virgilius extulit Teucrus, Euandrus. Imitatur id* ψευδώνυμος *ille Cres Dictys Lib.* I. *Theſſandrus Polynicis. Cenſorinus in de die Natal. Caſſandrus. Schol. German. Leone. Periandrus Rhodius. Immo & Varronis eſt de R. R. Lib.* I: *Ariſtandrus. Juſtini Lib.* VI. *Piſandrus. Vellej. Lib.* I. *Menandrus. Teſtem laudat Ovidium cap.* 184. *Et cap.* 80. *verbis iſtis*, ideoque dicitur alternâ morte redemptus, *alludit ad verſum Virgilii AEn.* VI. Si fratrem Pollux alternâ morte redemit. *Quod quam conveniens ſit utriuſque aequali, judicent Critici. Ego, ſi ὁμόψηφον aliquem invenirem, libenter hoc opuſculum non Auguſti Liberto, ſed terrigenae alicui Aviano, qui tempore propemodum jam emorientis rei Romanae undique illud ex veteribus utriuſque linguae ſcholiaſtis & mythologis conſarcinaverit, adſcribendum cenſerem, cum ob dictionem ipſam, quae non plebeitatem tantum, quâ unâ videri poſſit aſſumptum referre patronum Hyginus iſte, ſed peregrinitatem nonnunquam & barbariem ſapit; tum quod clarè in Barthii membranis viſatur:* Explicit feliciter Avianus de fabulis poëtarum & Heſiodi. *Haec ſcripſeram, cum illa inveni*

*apud*

*apud Thomam Gale virum doctiſſimum Diſſertatione de Scriptoribus Mythologicis cap.* 5. Ut autem Apollodorus Anaximenem Lampſacenum habuit, quem ſequeretur, ita & Diodorus & Hyginus (cujus Genealogiae epitomen tantum habemus, quam Grammaticus quidam penes V. D. Iſaacum Voſſium ait ſe feciſſe Maximo & Apro Coſſ.) utrumque videntur expreſſiſſe.

*Ut credamus ergo bonam partem harum fabularum ex Hygino eſſe deſumptam, negari tamen haud poteſt, cum non pauca illis eſſe alicunde aſſuta, tum nonnulla ab homine Graece non valde docto in Latinum ſermonem verſa, ut liquet ex iis, quae annotavimus ad Mythol. cap.* 3. 14. *&* 31. *& Aſtron. cap.* 2. *Lib.* II. *Et tu jam oſcitas forſan, mi lector, & me taedet quoque diutius his immorari. Suſtine, oro te, adhuc pauliſper: paucis te abſolvam. Si librum hunc fabularum & poëticon Aſtronomicon ejuſdem eſſe volumus parentis foetum, id quod praeter Volaterranum etiam Scaliger, Schefferus, aliique exiſtimarunt, tenemus impoſtorem, tanquam ſoricem ſuo ſe prodentem indicio. Lib.* IV. *ubi de planetis agit, hi Prudentii verſus ex Lib.* I. *contra Symmachum leguntur:*

Eſt qui conſpicuis ſuperos quaeſivit in aſtris,
Auſus habere deum ſolem, cui tramite recto
Conditio impoſita eſt vigilem tolerare laborem.

*Sequuntur paulo inferius etiam iſti ex eodem libro:*

Denique cum Luna eſt, ſubluſtri ſplendet amictu:
Cum ſuccincta jacit calamos, Latonia virgo eſt:
Cum ſubnixa ſedet ſolio, Phœbonia conjux.

*Quid dicemus? Alterutrum profecto, aut è margine in textum irrepſiſſe eos verſiculos, aut Prudentii aevo inferiorem eſſe Hyginum fatearis neceſſe eſt.*

*Sed, ut verum tibi fatear, prius verius eſſe puto, cum nec in Veneta editione* 1482. *quam principem eſſe cenſemus, nec in MSS.* 2. *Vlitianis compareant. Procul dubio nec in ſuis eos invenit Morellius, cum & ipſe omiſerit. Teſtatur tamen Barthius ad Stat. Tom.* II. *pag.* 1079. *codicem chartaceum ſibi eſſe ante ducentos annos ſcriptum, in quo utrumque locum tueantur illi verſus, quorum poſtremum ex Manil. Aſtron. Lib.* IV. *adducit Vlitius ad Nemeſ. pag.* 342. *verum memo-*

*memoriâ lapſus, ut apparet. Etiam in Scholiis in Germanici Aratea, ſed perquam appoſitè, iidem verſus adducuntur de Lunâ:* Diana autem Luna dicta eſt, quaſi Duana, eo quod die ac nocte appareat ipſa, & Luna eo quod luceat *&c. Vide ibi reliqua, quae exſcribere operae non eſt. Animadverti etiam τὸν πάνυ Gronovium plumbei plura, quam aurei ſaeculi, veſtigia in hoc deprehendiſſe ſcripto, cum haec notaret ad Virgilii vitam:* Facelinam puto reliquiſſe auctorem, etſi Faſcelitis dicatur à Servio in prooemio ad Bucolica, & ad AEn. 11. ut & Hygino fab. 116. quorum utervis, quod ibi habet, ex altero deſcripſit, & juvari uterque ex altero poteſt. *Dubitat, ut vides, utrum Hyginus an Servius cenſendus ſit antiquior. Quid? quod & Voſſius, re, ut videtur, poſtea accuratius penſitata, mutavit ſententiam illam ſuam, qua Auguſtaeo aevo vixiſſe illum prius cenſuerat, ita ſcribens in libro de Scient. Mathem. pag.* 170. Auguſti etiam Libertus fuiſſe creditur C. Julius Hyginus, cujus habemus Aſtronomicum poëticum, ſive hiſtoriam ſiderum: item de ſideribus fabulas. Sed cum meminerit imperatorum, poſſit videri ſub Antoninis vixiſſe; quae ſuſpicio Barthii eſt Lib. 11. Adverſar. cap. 20. *&c. Circa Antoninorum tempora Schefferus quoque vixiſſe eum autumabat. Barthius ſibi non conſtat. Ad Stat. Tom.* 111. *pag.* 1493. *Pauſaniâ, qui ſub Antonino vixit, antiquiorem facit. Verum Hyginum iſtum Tertulliani aevo inferiorem fuiſſe liquet ex illis verbis:* Ubi ſacrificii conſuetudo adoleſcentum verberibus ſervabatur, qui vocabantur Bomonicae, qui aris ſuperpoſiti contendebant, qui plura poſſet verbera ſuſtinere. *Loqui eum vides de illâ flagellatione tanquam re jam deſitâ, quae tamen Tertulliani aevo adhuc in uſu erat. Audi eum Lib. ad Martyr. cap.* 4. Nam quae hodie apud Lacedaemonios ſolennitas maxima eſt διαμαστίγωσις, id eſt, flagellatio, non latet. *At ſi conſideres, quae habet cap.* 71. *&* 68. *non tantum parentationem ad buſta Eteoclis & Polynicis etiamnum fieri ſolitam, ſed & oleam illam à Minervâ olim Athenis ſatam, ſtetiſſe adhuc credendum videtur. Sed iſti ſequioris aevi ſcriptores integras periodos ſaepe ex aliis ita ſuis inferciunt narrationibus, ut non tam ipſi loquantur, quam illi, unde ſua ſublegerunt. Voſſius certè in Comment. de vit. Sermon. Lib.* 111. *cap.* 12. *in Barthii ſententiam, quod epitome ſit ab Aviano vel Ammiano ex Hygini opere confecta, diſcedit. Caeterum incomparabilis ille Nicolaus Heinſius, de Hygino quid ei videretur, à me conſultus, ea reſpondit, quibus, quod ſententiam meam mirificè adſtruant, concludere non male poſſe videor hanc diſſertatiunculam.* Apud Hyginum, *inquit*, offerri non pauca parum

Latina & faeces ſequioris aevi redolentia ſatis eſt manifeſtum : tum frequenter illum in narratione fabularum diſſentire à ſemetipſo, ac variare. Unde convinci poſſit interpolatus non ab una manu, Scholiaſtas poëtarum ac Mythologos praeſertim Graecos compilante. Sic in pervetuſtis Puteanae bibliothecae membranis cum Arateorum Germanici Scholiaſten inveniſſem Latinum, ab edito ſatis diverſum, jamque deſcribendum hunc mihi propoſuiſſem, deprehendi paullo poſt eſſe Graecum Arati Scholiaſten Latinitate donatum. Certè ſi ita ſcripſit, ut nunc circumfertur nobis, Hyginus ille, quicunque is tandem eſt, vix ad Theodoſii junioris tempora aſſurgit. Sed cum & Servius & reliqui poëtarum Latinorum commentatores adeo mutili ac interpolati ad nos pervenerint, ut vix umbram ſuimet ipſorum circumferant, potuit id ipſum fati Hyginus quoque ſubiiſſe. *Hactenus Heinſius: cujus nos ſententiae lubentes meritoque ſubſcribimus. Atque haec exercitii cauſſa dicta ſunto. Tu interim, lector benevole, contentus eſto hoc Catone. Plura bis & meliora tibi dabit, qui ab ingenio & doctrinâ, quibus nos aeſtive nimis viaticati ſumus, copioſius inſtructus eſt. Caeterum loca illa, quae hic obiter tetigimus, accuratius à nobis in ipſis animadverſionibus ad Hyginum examinabuntur.*

THO-

# THOMAE MUNCKERI
# PRAEFATIO
## FULGENTIO PRAEFIXA.
## LECTORI BENEVOLO
### S. D.

*THOMAS MUNCKERUS.*

Ad Fulgentium accuratius, quam factum adhuc eſt, recenſendum adhibuimus MSS. duos codices membranaceos Leidenſis Bibliothecae: quorum alter, ſic ſatis antiquus, Mythologicon & Continentiam Virgilianam una cum duobus prioribus libris Martiani Capellae de Nuptiis Philologiae complectebatur: in altero, vetuſtatis item non contemnendae, deſcriptus erat libellus de Priſco Sermone, ut & Excerpta Paulli ex Feſto, Gloſſae in I. & II. librum Georgicorum Virgilii, nonnullaque alia ad rem grammaticam pertinentia. Per hos ergo codices ſi quid boni forte obtigiſſe Planciadae noſtro judicaveris, gratias eo velim nomine agas Friderico Spanhemio & Theodoro Ryckio, Profeſſoribus in Batavo noſtro Athenaeo longe celeberrimis, quorum beneficio eorum ad tempus uſuram minime, ut reor, inutilem inpetravi. Mythologici editiones praeter Commelinianam anni CIↃ IↃ LXXXIX. à nobis conſultae variae; quas inter viſae praecipuae ſunt cum Auguſtana cum Jacobi Locheri commentariis anni CIↃ IↃ XXI. tum tres Baſileenſes; quarum prima Hervagiana, à Micyllo anno CIↃ IↃ XXXV. annotatiunculis nonnullis hic illic inſtructa: ſecunda ex officinâ Henrici Petri anno CIↃ IↃ XXXVI. prodiit: tertia à filio ejus Sebaſtiano anno CIↃ IↃ LXXXVII. emiſſa eſt, & curâ Henrici Juſti Fulgentii Epiſcopi operibus conjuncta. Pariſinam, quam anno CIↃ IↃ LXXVIII. protulit Johannes Parant, & Lugdunenſem, an-

no CIↃ IↃC VIII. in officina Johannis de Gabiano excuſam, ex Micyllianâ, quae varios Mythographos in unum velut faſciculum conjunxit, fideliter expreſſas deprehendi, ſi paucula, & quae in cenſum vix veniant, excipias. Antiquiſſima, immo princeps omnium, quam Baptiſtae Pii commentariis illuſtratam anno CIↃ CCCC LXXXVII. Mediolanenſes nobis dederunt. Eam diu multumque quaeſitam tandem aliquando ex Bibliothecâ nobis Daventrienſi ſuppeditavit doctiſſimus ille Conſul & Profeſſor Gisbertus Cuperus. Verum pro theſauro carbones, quod ajunt, reperi; adeo exigui viſa momenti ſunt, quae ad illum ſcriptorem congeſſerat vir ille alioquin eruditus. Interim religio nobis fuit non dare tibi textum Commelini, cum perquam fidenter ille nitori ſe priſtino reſtituiſſe Fulgentium glorietur. In libello de Priſco Sermone ſequuti ſumus Mercerum, qui illud ſcriptum cum Nonio Marcello anno CIↃ IↃC XIV. recenſuit, & notis perquam elegantibus illuſtravit. Sed quam licenter Hadrianus Junius, cujus ipſe veſtigiis inſiſtit, in eo refingendo graſſatus ſit, docebunt te noſtrae animadverſiones. Caeterum ne fucum nobis faciat in iſto libello Fulgentius, non de nihilo vereris. Nam cum ejus aetate magnâ ſui parte non à Gothis tantum, ſed ab ipſis Chriſtianis praepoſtero religionis zelo ſpoliatae eſſent bibliothecae, licere ſibi arbitratum dicas, ut auctoritatem advocet complurium ſcriptorum, qui nunquam videntur exſtitiſſe, certè aliis incomperti ſunt. Quia tamen nihil ſperni debet, in quo vel minimum antiquitatis relucet, & chartae non multum poſcebat hoc opuſculum, ut nec alterum illud de Virgilianâ Continentiâ, Mythologico utrumque ſubjungendum cenſui, ne quid eorum, quae Planciadae hujus ſuperſunt, à te deſideraretur. Virgilianae Continentiae rariores inveniuntur editiones: ego certè praeter Commelinianam non aliam vidi, quam quae Servio Danielis anno CIↃ IↃC XXXVI. praemiſſa eſt, & ab homine literato cum MSS. 2. collata, unde excerptae lectionum varietates marginem occuparunt. Quâ autem aetate Planciades noſter floruerit, affirmare pro certo non poſſum. Modius Novantiquarum Lectionum epiſt. LXI. aequalem fuiſſe, vel certè ſupparem Ruſpenſi Epiſcopo, & vixiſſe in Africâ, arbitratur. Afrum fuiſſe quam manifeſtè arguat ſtylus, multis heic demonſtrare poſſem, ſi opus foret; ſed hoc facimus alibi. Accedit huc, quod Presbyter ille Catus, cui inſcribit ſuas mythologias, Carthaginenſis fuerit, ut volunt vett. editiones: id quod & à membranis Leidenſibus confirmatur. Nec diſpliceat forte admodum, quod aequalem faciat fulgentiſſimo

mo illi Fulgentio, qui in Numidiâ epiſcopum geſſit, cum ex praefatione Lib. 1. appareat, gravem & ejus tempore orthodoxorum fuiſſe perſecutionem, quae alterum illum vel in primis nobilitavit. Adverterunt me ſtatim, ut primum in manus ſumſi hunc ſcriptorem, verba illa pag. 2. *Quia nunquam eſt malum immortale mortalibus, tandem domini regis felicitas adventantis velut ſolis crepuſculum mundo, tenebris debiſcentibus, pavores abſterſit.* Quis ille dominus, ſive domnus, ut membranae habent, rex eſt? Gloſſa interlinearis codicis Leidenſis Zenonem intelligendum monet: in quo etſi errat, apparet inde tamen, circa quae ſcriptorem hunc tempora vixiſſe exiſtimatum olim ſit. Locherus rectius, meo quidem judicio, Hildericum innui cenſet, qui in Africâ eccleſias orthodoxas reſtituit, & epiſcopos ab ejus patre Thraſamundo in exilium actos revocavit. Sed turbat paullulum, quod paullo ante dixit, *Sopitis in favillâ ſilentii rauciſonis jurgiorum claſſicis, quibus me Galagetici quaſſaverant impetus.* Salmaſius in orâ codicis ſui emendaverat *Gallogetici. Gallogetae* eſſent turba miſcellanea ex Gallis & Getis conflata. Sed an ita vocari poſſent Vandali? Deinde, an ita loqueretur ſub rege Vandalo? Illud, inquam, turbat me, & item alterum iſtud, quod libellum de Virgiliana Continentiâ, ut & de Priſco Sermone ad Chalcidium ſcripſit. Quod ſi Chalcidius ille is eſt, qui Timaeum Platonis interpretatus eſt, ut videtur exiſtimaſſe Geſnerus in Bibliothecâ, & affirmare non dubitat Godofredus, cum titulum libelli de Priſco Sermone ita conceptum ediderit, *Fulgentii libellus de Priſco Sermone ad Chalcidium Grammaticum, Platonis Timaei Ecphraſten;* vixerit tempore Conſtantini Magni, ut ex illis non vanè admodum colligas, quae Adverſar. Lib. XLVIII. cap. 8. congeſſit Barthius. Sed ego inclinaverim magis in priorem ſententiam, in quâ Modius & Locherus conſpirant, niſi quod hic epiſcopum illum fuiſſe ſenſerit. Nec longè ab eâ, quod ad aetatem attinet, diſcedit Gloſſator ille modo laudatus, ſiquidem Zeno annis non admodum multis praeceſſit Juſtinianum, ſub quo Hildericus regnum obtinere coepit in Africâ. Nam Fulgentius ille Ruſpenſis *claruit*, ut ait Iſidor. Illuſtr. cap. 27. *ſub Thraſamundo rege Wandalorum, Anaſtaſio Imperatore regnante.* Iſidorum ſecutus eſt Trithemius cum de eodem Ruſpenſi epiſcopo ait: *Claruit temporibus Thraſamundi regis Vandalorum Catholicas eccleſias perſequentis ſub Anaſtaſio Imperatore, anno domini quingenteſimo.* Videtur Gloſſator reſpexiſſe id, quod in de Perſecut. Vand. Lib. 1. extremo narrat Victor,

ctor, intercedente Zenone, Carthagini Orthodoxis reſeratam eſſe eccleſiam ſuam, & epiſcopum redditum. Verba ejus adſcribam: *Poſt haec Geiſericus Eccleſiam Carthaginis claudi praecepit, diſſipatis atque diſperſis per diverſa exiliorum loca, quia epiſcopus non fuerat, presbyteris & miniſtris: quae vix reſerata, Zenone principe ſupplicante per patritium Severum, & ſic univerſi ab exilio redierunt.* Ridicularium ergo eſt, quod in praefatione ſcribit Baptiſta: *Tempore Galeni floruit Imperatoris: epiſcopatum iniit ſub Athanaſio. Anaſtaſio* ſcribere voluit forte. In Catalogo ſcriptorum Fulgentii nullius Mythologici meminit Iſidorus, quod alioquin ille, amator tantus ſaecularis doctrinae, non reticuiſſet, ſi ullum ab eo relictum eſſet. Caeterum ut aetas hujus ſcriptoris, ita & ipſum nomen controverſum eſt. Lundorpius in Homologumenis de Petronio auctorem Mythologiarum appellat Furium Publium Fulgentium; Continentiae Virgilianae, Flavium Calpurnium Fluentium; Libelli de Priſco Sermone, Fabium Fulgentium Planciaden. Sed fallitur multum vir doctus. Nec diverſorum ſcriptorum ſunt foetus opuſcula iſta, nec auctor eorum Furii vel Flavii habuit nomen. Diſertim enim vett. membranae *Fabium Planciaden Fulgentium* vocant cum Mythologiarum, tum & Continentiae Virgilianae ſcriptorem. Fabium fuiſſe dictum liquet ex ipſiuſmet verbis, quibus unam de Muſis ſe alloquentem introducit in Praefat. Lib. I. *Eia, inquit, Fabi, Anacreonticis* &c. Nec rectè *Placiaden* pro *Planciaden* videntur facere editi antiquitus, cum *Planciades* habeatur in libris manu exaratis; id quod Voſſio in de Vitt. Sermon. Lib. I. cap. 16. videtur factum à *Plancius*. Scribit tamen Rivetus Critici Lib. IV. vidiſſe ſe iſtas Mythologias in bibliothecâ Gemblacenſis monaſterii ſub nomine cujuſdam *Placiadis Fulgentii*. Atque ita edidit quoque Baptiſta Pius. Sed fugiſſe videtur oculos eorum lineola ſuper A literam ducta. Addit Rivetus Mythologias Carthaginenſi epiſcopo adſcribi à nonnullis. Intellexerunt, opinor, illi epiſcopum eum, ad quem libros de Divinis Officiis ſcribit Iſidorus. Haec ſcripſeram, cum, ecce, literae ab illuſtri viro Nicolao Heinſio docent me ſcriptoris hujus duo exemplaria pervetuſta reperiri in armariis Vaticanis, quorum alterum hanc praeferat inſcriptionem, *Fabius Placius de Fulgentio moralis expoſitio Virgilianae Continentiae.* Adhaec in Mediceis exſtare perantiquum codicem, literis exaratum Longobardicis, illique adnexum Servio, cujus beneficio conſervata ſint nobis erudita in Maronem ſcholia ſub nomine Junii Philargyrii. Atque iſta

ſunt,

ſunt, lector benevole, quae de Fulgentio noſtro dicere nunc habui: quibus ſi quis certiora me docuerit, gratias ei meminero multo gratiſſimas. Nec de auctore Argumentorum Metamorphoſeon Naſonis quicquam habeo, quod certum ac indubitatum eſſe affirmare auſim; immo nec Illuſtris Heinſius habet, cujus haec verba ſunt in litteris ea de re ad me datis: „ Scriptor ille, inquit, cujuſcunque nomi„ nis, qui argumenta Metamorphoſeon Naſonianarum concinnavit, „ viſus mihi ſemper eſt vixiſſe poſt belli Gothici tempora: quo fa„ ctum eſt, ut bibliothecae pleraeque libris ſpoliarentur, atque in„ gens penuria ſuboriretur auctorum veterum. Certè ſublata jam „ tum videntur, ſi quae in Metamorphoſes haſce exſtiterant, ut „ exſtitiſſe non dubito, commentaria. Secutus enim eſt mendas, „ quae jam tunc exemplaribus hujus poëmatis inoleverant; ut Lib. „ VII. vers. 760. ubi *Lajades* pro *Najades* ſcribendum monui, cum „ argumenti auctor prava illic lectione ſit deceptus. Libro eodem „ vers. 466. idem confirmat veterem in Naſone ſcripturam, *quamque* „ *impia prodidit Arne*, & docet bello Minoio id geſtum, cujus ſi „ quis exſtaret ſcriptor, rem expeditam haberemus; nunc omnia in „ obſcuro ſunt. Curis ſecundis multa huc congeſſi, ac pertendi in „ Naſone corrigendum:

*—— Quamque impia prodidit Arne*
*Siphnon; at accepto, quod avara popoſcerat, auro,*
*Mutata eſt in avem.*

„ Nam ſcripti vetuſtiores, *Sithon & accepto.* Siphni quoque nomen „ in argumento reſtituendum. Haec Heinſius, ut & iſta, ſed in „ aliâ epiſtolâ: Ipſarum Metamorphoſeôn cum inter codices numero „ propemodum infinitos, quos oculis uſurpare mihi in pulvere vete„ rum bibliothecarum contigit, nullum viderim exemplar hoc S. Mar„ ci *libro* praeſtabilius, de argumentis, quae in pleriſque membra„ nis recentioris notae aut omittuntur, aut foedè exhibentur in„ terpolata, facile per te judicabis. De auctore horum cum nec Flo„ rentinus ille codex, nec alii à me inſpecti libri quicquam prae ſe „ ferant, non habeo quod dicam. Nec ſatis compertum eſt, unde „ fiat, quod ad Lactantium libellus is referatur. Oblatus mihi eſt, „ cum agerem apud Etruſcos, in bibliothecâ magni Ducis Lauren„ tianâ codex chartaceus hujus ſcripti parum vetuſtus, & ſeorſim

„ ſine

„ ſine Naſoniano opere exaratus, qui *Donati breviationem fabula-*
„ *rum Ovidii* libellum hunc nuncupabat &c. “. Codex ille Florentinus, cujus vir magnus meminit, is S. Marci fuit apud Dominicanos Florentiae, ante annos, ipſo judice, octingentos ſcriptus, in quo liber xv. deſiderabatur. In eodem cum & argumenta Metamorphoſeôn continerentur, conferre ea cum editione Raenerianâ operae pretium duxit, quod praeter illum, & alterum Neapolitanum, aetatem annorum circiter quadringentorum habentem, haud ullum alium alicujus invenerit vetuſtatis, in quo exſtarent. Ea ergo codicis illius antiquiſſimi excerpta cum proxime cum editione Venetâ anni CIↃ CCCC LXXXVI. convenire deprehenderem, cauſſa non erat, cur non protinus prae omnibus aliis ſequendam eam mihi, &, ſicubi aberratum eſſet, ex MS. emendandam proponerem. Si nihil aliud, hoc certè à me effectum ſpero, ne in poſterum Raeneriani Centones, ex Regii ſaepe commentariis malè conſuti, pro Lactantianis legantur. Non otioſè lectum à me eſt, quod praefatur Raenerius, *Vetere ſe exemplari adjutum correxiſſe innumeros locos, multaque, quae deerant, adjeciſſe.* Adjecit ſanè ille multa, ſed audace mehercules exemplo, vel de ſuo, vel ex Regii commentariis: id quod primus haud vanè odoratus, nec dicere veritus eſt Victor Giſelinus, in quem eo nomine immerito ita invehitur Barthius Adverſar. Lib. VIII. cap. 17. *Nec vero Joannis Raenerii in hoc auctore diligentia tam eſt vituperabilis, quam cenſet Victor Giſelinus in Epiſtolâ ad Georgium Fabricium, nec Regii ille notas intruſit, ſed Regius hunc potius exſcripſit, ut ex MSS. libris & ſtilo Lutacii perſimili ſibi clarum eſt. Itaque melius de Lutacio judicandum, quam ut phraſin ejus à Regii nequeas diſcernere, quae adeo res diverſae ſunt, ut nigra ſunt diſſimilia fulvis, ut plumbo argentum.* Quod ſi tam diſſimilis Regii & Lactantii eſt ſtylus, mirari ſubit, quod non animadverterit Barthius argumentum fab. 2. Lib. v. quod ipſe Adverſar. Lib. x. cap. 8. illuſtrat, ut ſi à Lactantio eſſet profectum, ad verbum è Regianis Commentariis eſſe deſcriptum. Sed Regius, inquit, hunc potius exſcripſit. Quem, oro te, exſcripſit? Lactantiumne Raenerii? Atqui Raenerius longè Regio aetate inferior fuit. Quod ſi Regium dicas Lactantium, ut in MSS. eum invenerit, exſcriptum inſeruiſſe notis ſuis, jam ratio tibi reddenda erit, primum cur nunquam eorum MSS. unde tantum ſupplementorum acceſſerit Lactantio, mentionem fecerit Regius? deinde, cur nihil ſimile vel in codicibus Germanicis Giſelinus,

is, vel in Italicis invenerit Heinſius? Sed actum ne agam, remittam te neceſſe eſt ad animadverſiones noſtras, quibus vindicare Lactantium, & ſibi reſtituere anniſi ſumus; quod fieri à nobis, quin aliquoties reprehenderemus Raenerium, nequaquam potuiſſe, facile conjectas. Emendare jam ante ſaeculum haec argumenta ex neſcio quius libris Walterianis aggreſſus erat Giſelinus: verum quod in illis a quibuſdam locis mutila eſſent, adeoque magnam partem evariarent b Hervagii, Birckmannorum, & Raenerii editionibus, ut non ab uno, ſed pluribus facta viderentur, coepit diffidere probitati librorum ſuorum, & ad libri quarti initium ſubſtitit. Nos ivimus ulterius, & ad librum uſque xv. qui in MS. deſiderabatur, Lactantii contextum, ſive τὸ κείμενον, ut Graeci magiſtri loquuntur, ex editione Venetâ, & codice illo Florentino jam aliquoties laudato, tantum non in integrum reſtitutum, bonâ tibi fide exhibemus. Liber autem quintus decimus an fide ſeu auctoritate Raenerii tueri poſſit, viderit is, cui fortuna ejus aliquod MS. obtulerit exemplar. Lactantium Placidum hunc eundem eſſe arbitratur Raenerius, cujus in Statium habeamus Commentaria; immo, ut mihi videtur, etiam argumenta Tragoediarum Senecae; quanquam Donato opuſculum hoc inſcribant Colonienſes editores, ut & chartaceus ille codex, quem in Florentinâ inſpectum bibliothecâ ab Ill. Heinſio audiſti modo. At Barthio non eſt Grammaticus, neque fabularum Ovidii argumenta concinnavit, ſed totum Metamorphoſeon opus luculento ſtylo redegit in compendium. Cauſſam nullus video; quin omnia ſuadere mihi contrarium videntur. Sed quod dictionem adeo ſtylo ejus ſimilem cenſet, qui eas fabulas, quae ſub Hygini nomine exſtant, conſarcinavit, ut utrumque ſcriptum propemodum ejuſdem parentis videatur foetus, in eo perlibenter ei adſentior.

Quod ad Albrici, ſive is Alfricus eſt, qui Anglus fuiſſe, & annis abhinc ſexcentis vel ſeptingentis floruiſſe videtur, Commentariolum de *Imaginibus* Deorum integrum exſtare in Voſſianâ Bibliothecâ ex Cl. *Tollii* notis in Palaephatum didiceram, ſperaveram fore, ut meâ operâ non amplius mutilus is ſcriptor in hominum manibus verſaretur. Verum *illuſtris* Voſſius eâ de re appellatus, ſe vel donaſſe Tollio, cum is Palaephatum ederet, vel certè commodaſſe Albricum iſtum, reſpondit, nec poſt illa, cum diem ſuum obiiſſet Tollius, reſciſſe quid eo libro factum ſit. At haeredes Tollii negant in ſupellectile ejus librariâ ullum à ſe Albricum inventum. Οἴχεται ἀϱ' ἐπαιϱῶν, καὶ ἀφάνισεν ἑαυτὸν εἰς ἀτοπίαν.

†† †† ††

Jam

Jam manum tollebam de tabulâ, cum in mentem mihi venit à Cl. Revio in Hiſtoriâ Daventriae praefationem in Fulgentii Mythologias longè aliam, atque hactenus nos habuimus, ex MS. Vet. à Jacobo Fabro depromtam, afferri. Verum ſuppoſititium omnino ſcriptum illud eſſe, nec Planciadis noſtri, tametſi abunde vel ſola dictio oſtendat, ut repraeſentarem id heic tibi, qualecunque ſit, ſatius duxi, quam praetermiſiſſe quicquam, quo ſcriptor hic vel illuſtrari vel ornari poſſit, jure merito arguerer. Audi ergo Revium Hiſtoriae modo laudatae pag. 141. Autographum, inquit, Jacobi Fabri Daventrienſis, qui praefationem hanc in fabulas Fulgentii Placiadis reperit, eſt in Bibliothecâ Daventrienſi. Sic autem habet: *Subeuntem praefationem in ſubjectum librum ipſius Fulgentii inveni Lovanii in bibliothecâ ſqualenti, prob dolor, apud Auguſtinenſes in foro piſcario, in libro ſqualido ob incuriam poſſidentium. FULGENTIUS: Multa viri veteres cum ſcribendo gloriam ſibi quaerere viderentur planâ, poſteris oratione detexerunt, multa typo, ne vulgata vileſcerent, competenti involverunt. Multa velut myſtica, etſi jucunditatis tantum gratia, acute tamen conſinxerunt. Horum primis, utpote planiciem ſectatis, itemque ultimis, ut qui involucris nihil adumbraverunt enodationis minus egentibus, medii, figurarum quae tradunt cuniculis tegentes, ſine interpretationis adminiculo, ad intelligentiam non perveniunt. De his ergo tractatum, non praeſumtionis meae oſtentaria (forte: oſtentatoriâ) commentitiave adinventione, ſed authenticarum commodiore traditionum aggregatione, publicae utilitatis ſtudio ſuſcepi; fortaſſe non otioſum. Neque enim vel omnibus tot grandia, in quibus omnem Philoſophiae haurirent dulcedinem, contigere volumina, vel haec adeptis ſaepe non parum, ſacpe nequicquam tanta in rerum multiplicitate, unam rem quamlibet quaerendo, placet laborare. Nec quidem haec omnia, vel poene omnia figmentorum explicem genera, ſed quae hic facili conjunctione praeſto habentur paucula, alioqui difficiliori indagatione invenirentur, vel incaſſum nonnunquam quaererentur diſperſa. Ex hoc ergo fonticulo cyathum quem ad Auſidum, ut tantundem haurires, deferebas, aliquanto, quod mihi videtur, commodius adimplens, ſi quid quod guſtum offendat, nihil enim in humanis actionibus perfectum eſt, ſenſeris, id vel ad interiora transmiſſum ex ſe ſapiat, vel ſi adhuc quoque inſipidum perſtiterit, congrui amica medicaminis infuſione dulceſcat, vel ſi condimentis dulcorari nequiverit, ne magis amareſcat, penitus evomatur. Neque enim parum cognoſſe, ſed in parum cogni-*

cognito perſeveranter & obnixe perſtare, juxta Tullium crimen voces. Quid autem ſequens opus velit, à diviſione fabulae reor inchoandum.

Fabularum, quarum nomen (ut ait Macrobius) indicat falſi profeſſionem, aliae delectationis tantum, aliae etiam utilitatis cauſa conſcriptae ſunt. Eas vero, quae tantum delectant, Philoſophi repudiantes, alteram fabularum ſpeciem hoc modo ſubdividunt: Inventarum autem utilitatis cauſa fabularum, in quibuſdam & materia ficta eſt, & per mendacia ipſe relationis ordo contexitur, ut in fabulis AEſopi elegantiâ fictionis illuſtribus: at in aliis materiae etiam veritas ſubeſt, ſed haec ipſa veritas per quaedam compoſita & ficta profertur. Et haec jam vocatur fabuloſa narratio, non fabula. Ut myſticae Heſiodi & Orphei de Deorum progenie ortuve traditiones. Ex hac ergo ſecunda diviſione, quam diximus, prior ſpecies, quae concepta de falſo per falſum narratur, à Philoſophiae libris prorſus aliena eſt. Sequens in aliam rurſus diſcretionem ſcinditur. Nam cum veritas argumento ſubeſt & ſola ſit narratio fabuloſa, non unus reperitur modus figmenta rerum referendi.

Aut enim contectio narrationis per turpia & indigna numinibus ac monſtro ſimilia componuntur, ut Dii adulteri, ut Saturnus pudenda Coeli patris abſcindens, & ipſe rurſus à filio, regno potito, in vincula conjectus; quod genus totum philoſophi neſcire malunt; aut ſacrarum rerum notio ſub pio & competenti figmento honeſtaque relatione enunciatur. Et hoc eſt ſolum figmenti genus, quod cautio de divinis rebus Philoſophantis admittit. Nos vero non minus poëticis quam & Philoſophicis ſubſervientes diſciplinis, utraſque fabularum ſpecies, quas poſuimus poſtremas, quantum ſe ad praeſens facultas dederit, juxta patrum veſtigia proſequemur. Nec te moveat, quod ab admirandi beati Auguſtini traditione, quam in libro de Civitate Dei promit, in aliquibus videar diſſentire: ego neque illum in ſcribendo prae manu habui, neque Catholicae fidei traditores in hoc opuſculo imitari aggreſſus ſum. Ille quidem altiora, & fortaſſis veriora proponit, ſed haec mediocres apud antiquos viri tradiderunt. Ut autem ad promiſſa veniamus, de ortu idolatriae tractatum inchoëmus, de cujus ſcaturigine omnia pene figmenta manaverunt.

Explicatio notarum, quibus in Commentariis Fulgentianis uſi ſumus.

*M. Edit. Baſil. anni* 1535.
*H. Baſ. anni* 1536.
*I. Baſ. anni* 1587.
*A. Auguſtana anni* 1521.
*L. Lugdunenſis anni* 1608.
*P. Pariſina anni* 1578.
*B. Mediolanenſis anni* 1487.
*MS. vel Cod. Leid. membranae vett. Bibliothecae Leidenſis.*

FABU-

# C. JULII HYGINI,

## AUGUSTI LIBERTI,

# FABULARUM LIBER.

1 EX CALIGINE, CHAOS.

5 Ex Chao & Caligine, Nox, Dies, Erebus, Aether. Ex Nocte & Erebo 6 Fatum, Senectus, Mors, 7 Lethum, 8 Continentia, Somnus, Somnia, 9 id eſt, Lyſimeles, Epiphron, 10 Dumiles, 11 Porphyrion, Epaphus, Diſcordia, Miſeria, Petulan-

1 C. JULII HYGINI] Sic editi communiter. Sed illud *C. Julii* codices Manuſcriptos non exiſtimo agnoſcere. Certe Aſtronomicōn librorum auctor *Hyginus* ſimpliciter, non *C. Julius Hyginus* in ipſis reperitur, quod jam obſervavit & Morelius. Sed & Jacobus Micyllus *Hyginum* nude praeſcriptum huic opuſculo, non *C. Julium Hyginum* ait. *Idem argumentum*, inquit in Praefatione, *ab Hygino (ſic enim inſcriptus liber is erat) tractabatur.* Inſcriptum dicit fuiſſe Hyginum, non, C. Julium Hyginum. Ut proinde illud *C. Julii* non careat dubio, adjectumque à ſciolo videatur. SCHEFFERUS.

2 AUGUSTI LIBERTI] Hoc vero falſum eſt. Non fuit hic Hyginus libertus Auguſti. non certe ejus, qui poſt Julium Caeſarem Imperio Romano praefuit, ſicut ſatis oſtenſum eſt a nobis in peculiari diſſertatione de Hygino noſtro. Itaque & hoc pro adjectamento habemus cujuſdam, qui Suetonii Grammaticos ſe legiſſe, hoc pacto voluit teſtari. Vide quae notavi ad initium Poët. Aſtron. SCHEFF.

3 FABULARUM LIBER] Etiam de hoc dubito, an recte ſeſe habeat. Laudat ipſe Hyginus libros Genealogiarum, a ſe ſcriptos, in ſecundo poëticōn Aſtronomicōn, ubi agit de Perſeo, qui non alii fuiſſe videntur, quam hi fabularum, id quod & Micyllus cenſuit. *Ita* titulus non *fabularum* fuerit, ſed *Genealogiarum*, neque *liber*, verum *liber primus*. Adde, quae de hac re nobis dicta ſunt in memorata diſſertatione. SCHEFF.

4 EX CALIGINE, CHAOS] Admodum abrupta mihi haec videntur. Saltem iſta primum ita nata dicere debuerat, non ſic ſtatim ab initio uti genere Ellyptico. Itaque vix dubito, quin deſint aliqua, quibus Caliginem eſſe primam rerum omnium, nec ante ipſam extitiſſe quidquam oſtenderat. Sed & praefationem quandam ſuſpicor praemiſiſſe ſaltem ex libris Poëticōn Aſtronomicōn, in quibus occurrit. Conſuetumque hoc fuiſſe noſtro, non levi indicio demonſtratur. SCHEFF.

5 EX CHAO ET CALIGINE] Aliter θεογονίᾳ Heſiod. Θ. 124. cui ex Chao Erebus & Nox: ex Nocte autem Aether & dies naſcuntur. Aliter etiam Varro, ſecundum quem Nox non foror, ſed filia eſt Erebi. Quâ de re videndus Victorius Var. Lect. lib. III. cap. 4. Feſtus in *Erebum*. Caliginem εἰδωλοποιεῖ heic Hyginus, ut in Aſpide Ἄχλυϊ Heſiodus, Heraclid. Alleg. Hom. p. 143. ed. Geſn. Περὶ τῆς ἀλληγορίας τῶν περὶ βλεπτήριδα, νὺξ δὲ τὸ σύμπαν, ὃ δὴ καὶ ποιητὴν ἀναμάζειν παιδίς. MUNCK. Dies tamen phyſice Solis filius vocatur a Pindaro Olymp. II. vſ. 59. ubi Scholiaſtes haec adnotat. παῖδα δ' ἥλιε τὴν ἡμέραν. ἐπεὶ ὁ ἥλιος τὴν ἡμέραν φησὶ ἀνατέλλειν. Praeterea de *Erebo* & *Nocte* conſule etiam Theonem ad Arati Phaenomena pag. 47. Ed. Morell. & Columnam ad Ennii fragmenta pag. 121.

6 FATUM] Debent iſta omnia litteris majuſculis a capite pingi, quia nomina ſunt propria, & veluti quarundam perſonarum, a quibus poſtea editi ſunt Dii. SCHEFF. Cum & hoc, & quae deinde ſubjunguntur, carum ſint rerum vocabula, quae inter εἴδωλα repoſuerunt olim οἱ ἔξωθεν, majuſculis a capite literis pingenda omnia cum Cl. Scheffero duxi. MUNCK.

7 LETHUM, CONTINENTIA] Quid inter mortem, ſomnum, & id genus faciat Continentia,

tulantia, Nemeſis, Euphroſyne, Amicitia, Miſericordia, Styx, Parcae tres, id eſt, [1] Clotho, Lacheſis, Atropos: Heſperides, [2] AEgle, [3] Heſperie, [4] AErica.

[5] Ex AEthere & Die, Terra, Coelum, Mare.

Ex

non intelligo. Sed nec mors & lethum differunt; mallem, *Mors*, *Letbe*, *Incontinentia*. Ac de Lethe quidem, id eſt fluvio infernali, parum dubito. At vero de incontinentia haud aſſero. Certe hactenus inter prima rerum principia non eſt mihi obſervata. SCHEFF. Hinc lucem verbis illis Virgilii Æn. VI. vſ. 278. *Tum conſanguineus Letbi Sopor*, fœnerat Turneb. Adv. lib. XXVIII. 43. Celeberrimus Schefferus mallet, *Letbe*, propter illud praecedens *Mors*. Et ſane non de nihilo dubitat. Videntur tamen mihi, dum intentius cogito, Hyginiana ita, *Fatum*, *Mors*, *Letbum*, exprimere velle illa Heſiodea, Μόρος, Κῆρ, Θάνατος. Mythol. illam, quâ ſomnus lethi frater dicitur, eleganter alluſit Demophilus in Sent. Pyth. Ἄγρυπνος ἴσα κατὰ πᾶν, συζυγὴς γὰρ ὁ ἀλαθὴς θανάτῳ ὁ ὕπνος. Interpres, *morti affinis eſt*. verte, *mortis conſanguineus*. MUNCK. Νυκτὸς μιλαίνης ἐκπαίδευμα phyſice vocatur ὕπνος etiam ab Euripide Cyclop. vſ. 597. De Somno Mortis fratre Plut. conſol. ad Apoll. p. 107. Cl. Scheff. ad AElian. lib. II. V. H. cap. 35. & Homerus ipſam mortem ὕπνον vocavit. ut ad Sophocl. Ajac. vs. 843.

Πομπαῖον Ἑρμῆν Χθόνιον δόμοι κοιμίσαι.

docet Scholiaſtes vetus θαυμαστῶς γὰρ γλαφυρῶς κοιμίσαι εἶπεν ὡς ἐπὶ ὕπνου τὸ θάνατον. καὶ Ὅμηρος κοιμίσαι χάλκεον ὕπνον, & ὑπνῶν τὸ καταδαπῆν dixit Euripides in Hippolyto, quem locum Ariſtophanem in Ran. vs. 1526. partim imitatum eſſe docet Scholiaſtes. (De iſto Euripidis loco conſule Menag. ad Diogenis Laërtii lib. IX. ſegm. 73.) & ita δόδυ pro mori Meurſ. ad Lycophron. vs. 430. ſic Latinis ſomnus pro morte. vide Ampliſſ. Cuper. in add. ad Apotheoſ. Homer. p. 178. & Munck. ad fab. 254. Cur vero TERRA vocetur mater ſomniorum, docet Schol. Eurip. Hecub. vs. 68.

8 CONTINENTIA] Puto legendum, *Contentio*. Iſta παρ' ἰμείρῃ κεδῇ eſt Ἔρις Heſiodi, vel Νεῖκος Empedoclis, de quo praeter alios Clemens Paraen. pag. 42. Ed. Morell. MUNCK.

9 ID EST, LYSIMILES] Scribe, *Item Lyſimeles*. Agitur hic enim de aliis ex Nocte Erebóque creatis. SCHEFF. Cl. Schefferus emendat, *Item Lyſimeles*. Sive gloſſatoris haec, ſive [illegible] mihi dicere nos velle videtur, quae ſomniorum ſint vocabula. Ita mox habes: *Parcae tres*, *id eſt*, *Clotho*, *Lacheſis*, *Atropos*. Et paulo inferius, *Furiae tres*, *id eſt*, *Alecto*, *Megaera*, *Tiſiphone*. Cap. 24. *Peliades*, *id eſt*, *Alceſtis*, *Peloſia*, &c. 178. *Quinque ſuperfuerunt*, *id eſt*, *Cithonius*, *Udaeus*, &c. 276. *Inſulae ſunt novem*, *id eſt*, *Andros*, *Micos*, &c. Protenus iſtas voculas, *id eſt*, expellerem, niſi illis ad eundem modum etiam uſum Fulgentium animadvertiſſem. velut lib. I. *Equis condigna ſic poſuerunt nomina*, *id eſt*, *Erythreus*, *Actaeon*, *Lampos*, *Philogeus*, lib. II. *Filias ſolis amore ſuccendit*, *id eſt*, *Paſiphaen*, *Medeam*, &c. Servius eo ſenſu τὸ ut uſurpat ad Ecl. VI. 52. *Sobolem ejus inhoneſtis amoribus ſubjecit*, *ut Circen*, *Medeam*, *Paſiphaen*. Naſoni lib. XI. Met. Fab. 10: Somnia dicuntur *Icelos*, *Phobetor*, *Morpheus*, *Phantaſos*. Pro *Dumiles*, quod mihi valde ſuſpectum, vide, an reſtitui Hygino poſſit, *Bumeles* vel *Epimeles*. MUNCK.

10 DUMILES] Hoc ſine dubio corruptum. An ſcribendum, *Amelii*? SCHEFF.

11 PORPHYRION, EPAPHUS] Ovidius Morphea, Icelon, & Phantaſum appellat. MICYLLUS.

1 CLOTHO] Non inſulſa eſt horum nominum ἐτυμολογία, quam ad Eurip. Oreſt. vs. 130. dat Scholiaſtes, ſed hauſtam, ut poſtea deprehendi, ex auctore libri de Mundo. Invenies eandem apud Diacon. in Heſiod. Aſpidem pag. 208. Edit. Heinſianae, & anonym. in Θεογ. pag. 249. Adde Phornutum c. 13. Tzetz. in Lycophr. pag. 29. MUNCK. De his Plut. de Fato pag. 568. & de Gen. Socr. p. 591.

2 AEGLA, HESPERIE, AERICA] Heſiodus & alii, *Heſperuſam* & *Aretuſam* appellant. Non tamen dixerim continuo, haec vitioſe ſcripta eſſe nomina, cum innumera ſint hujus generis apud noſtrum, quae ſine dubio is reperit in iis, quos ſecutus eſt, nobis vero perierunt. SCHEFF.

3 HESPERIE, AERICA] Hae Heſpertuſa & Aretuſa ab aliis dicuntur. MICYLL.

4 AERICA] Ut nihil certius, quam corruptum hoc eſſe vocabulum, ita, quemadmodum reſtitui debeat, incertum. Vide tamen, an fuerit *Erythia* vel *Aeſtia*: niſi mavis, *Veſta*, ut digammos ſit adjecta, quemadmodum Servius loquitur ad Aen. I. 296. Apollodorus: l. II. Ἑσπερίδες, Αἴγλη, Ἐρυθία, Ἑσπερία, Ἀρετοῦσαι. Apollonio l. IV. vs. 1427. ſunt Αἴγλη, Ἑσπερίη, Ἐρυθίς.

Lae

Ex AEthere & Terra, Dolor, Dolus, Ira, Luctus, Mendacium, Jusjurandum, Ultio, Intemperantia, Altercatio, Oblivio, [6] Socordia, Timor, [7] Superbia, [8] Ingeſtum, Pugna, Oceanus, Themis, Tartarus, Pontus, & Titanes, Briareus, [9] Gyges, Steropes, [10] Atlas, Hyperion, & [11] Ptolus, Saturnus, Ops, [12] Moneta, Dione, [1] Fu-

Lactant. ad 11. Stat. Theb. vs. 285. *Aegle, Heſperie, Aretbuſa.* Fulgentio Virgil. Continentiâ: *Aegle, Heſperie, Meduſa, Aretbuſa.* Sequitur Heſiodum heic Hyginus Θ. vs. 215. Alii Heſperi vel Atlantis filias faciunt Heſperidas. vide Serv. ad Aen. IV. 484. MUNCK.

5 Ex AEthere et D.] Ex aethere Deos i. e. ſidera nata eſſe docuere Graeci & Aegyptii Theologi. vid. Olear. ad Philoſtrati lib. III. cap. 34. de Apoll. Tyan.

6 Socordia, Metus] Plut. in Amatorio pág. 763. *ὅτι καὶ σωφροσύνῃ ποιηλοὺς Ἔρωτας, ἐ Λιτὰς, ἐ Δεισιδαιμονίαν, καὶ Φόβον ἱλικοῖς θεοῖς εἶναι παῖδας Ἀριστοδημολογεῖν.*

7 Superbia, Ingestum, Pugna] Quid hic eſt *ingeſtum*? An legendum, *ſuperbia in geſtu*? Non exiſtimo, cum haec ſint velut nomina propria. Et per ſe ponuntur caetera, ſine ulla adpoſitione. Suſpicor fuiſſe primum, *ſuperbia, vis, bellum, pugna, &c.* deinde *vis* & *bellum* coaluiſſe in unum, ità factum *vibellum* & *imbellum*, & *inbeſtum*, & denique *ingeſtum*. Quanquam cum *vis* paulo poſt dicatur proles Pallantis & Styges, haeream & ab allo expectem emendationem certiorem. SCHEFF.

8 Ingestum] Egeſtas. MICYLL. Nobiliſſimus Heinſius legit, *Inceſtum*. Cl. Schefferus, *Vis, Bellum*. Heinſianam conjecturam praefero; quam & margini libri olim ſui, quem nunc poſſidet vir Ampliſſ. Wil. Goeſius, illeverat Joſ. Scaliger. Ortum arbitror vitium ex corruptâ pronuntiatione, quâ ſeducti librarii veterum ſcriptorum loca non pauca corruperunt. Servius ad Georg. l. I. v. 194. *Amurca per C ſcribitur, & per G pronuntiatur, C. Gajus, Cn. Gneus.* Quint. l. I. 7. *Quid quae ſcribuntur aliter, quam enuntiantur? Nam & Gajus C litterâ notatur, quae inverſa Ↄ. mulierem declarat.* Hinc eſt ergo, quod *Lygurgus* in vetuſtis Petronii & Macrobii editionibus; *Pyragmon* apud Servium, *Progne* apud noſtrum Hyginum; *Curgulio* legitur apud veterem Horat. Commentatorem. Talia ſunt, *Satirigon* pag. 171. *Verruga* 180. *Carruga* 181. not. Tyr. & Senecae. *Tegmeſſa* pro *Tecmeſſa*. Dict. lib. II. Lexicon Cyrill. Ἐλαία τρυγία, *amurga*. Adde not. ad Cap. 45. MUNCK.

9 Gyges] Scribendum, *Gyes*, Graecis enim eſt Γύης. Vide Apollodorum, ſtatim ab initio. SCHEFF. *Gyges* Heſiodus Θ. 149. Palaephatus cap. 20. Schol. Apollon. ad lib. I. Argon. Aeſchyli ad Prometh. vs. 351. Servius ad Aen. X. v. 565. Etymol. magni Auctor in τελχινάπτης. Schol. Nicandri pag. 42. Sen. Herc. Oet. 177. Apollodoro autem lib. I. eſt Γόης. fors ſuat an librarii vitio, quanquam Horatianam lectionem, lib. II. Od. 17. *Centimanus Gyas*, illo Apollodori loco defenſum eat Muret. Var. lect. VI. 12. Confer omnino, quae ad lib. II. Amor. El. I. & lib. IV. Triſt. El. 7. notavit nobiliſſimus Heinſius. MUNCK. Ad Horatii locum Bentlejus conſulendus, ut monuit Celeb. P. Burm. ad Ovidii loc. *Briareus* & *Aegeon* idem eſt. V. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 125. non vero *Gyges*, licet Phavorinus & Scholiaſtes Apollonii Rhodii lib. I. Argon. vs. 1165. pro iisdem eos habeant. Conſule Celeb. J. Perizonium ad Aelianum lib. V. V. H. cap. 3. De *Briareo* vide Servium ad VI. Aen. vs. 287.

10 Atlas] Atqui Atlas inferius ex Japeto & Clymene dicitur natus. An *Arges* fuit? Cyclops enim ille & Steropis ſocius. Non dixerim. Nam Atlantem Titanorum ducem facit c. 150. ut & Lactantius ad Stat. Thebaïd. lib. II. v. 4. MUNCK. Audi Servium ad Virg. IV. Aen. 247. *Atlas Aetheris & Diei filius, cui poenae gratia coelum impoſitum dicitur, quod, ut quidam volunt, cum Titanibus ſteterit.* Ex aethere & Clymene natus dicitur a Theone ad Arati Phaenomena pag. 30. Ed. Morell. Tres Atlantes fuiſſe docet Servius ad VIII. Aen. 134.

11 Ptolus] Polus. MICYLL. Suſpicor, ſcribendum *Pholus*. SCHEFF. Etſi idem videtur, non eſt tamen, qui mox, ut & cap. 140. *Polus* audit. Heſiodi Theogoniam ſi ſequare, *Coeus* reſcribendum dicas. Sed ille inferius ponitur inter Gigantes. At etiam apud Apollodorum lib. I. inter natos ex Coelo & Tellure bis comparet. Verum priore loco, ubi Centimanos recenſet, pro Κεῖον cenſeo reponas Κόττον ex Heſiod. Θ. Κόττός τε Βριάρεώς τε Γύης θ', ὑπερφίαλα τέκνα, *Pholus*, qui propius ad Hygini ſcripturam accedit, Centauris accenſetur a Mythologis. Ne alios nunc memorem, noſtrum vide Aſtron. II. 38. Supereſt ergo, ut *Cottus* & heic ſcribatur. MUNCK

12 Moneta] Illa eſt *Mnemoſyne* Heſiodo & Apollodoro. Vidit id Turnebus, cum ſcriberet Adverſ. l. XXVIII. 3. *Moneta Hygino eſt, quae Mnemoſyne à Graecis vocatur.* Confirmant id Gloſſaria Steph. *Moneta*, Μνημοσυνή. *Muneta*, μνημοσυνή. Μνήμη appellatur Anthol. lib. I.

[1] Furiae tres, id eſt, Alecto, Megaera, Tiſiphone.
Ex Terra & Tartaro, [2] Gigantes, Enceladus, [3] Coemſe, [4] Lenteſmophius, Aſtraeus, Pelorus, [5] Pallas, [6] Emphitus, [7] Phorcus, [8] Jenios, Agrius,

ſect. VIII. 1. *Memoria* Arnob. lib. III. Alia *Dea Moneta* eſt, cujus meminit Schol. Juvenal. ad Sat. XI. v. III. Arnobii, quem adduxi locum ex lib. III. pag. 121. Ed. Leid. *Jovis caeteri praedicant ex Memoriâ uxore vel mente.* corruptum eſſe cenſet nobiliſſ. Heinſ. legitque, *vel Mneme.* Vide quae idem huc facientia notavit ad lib. V. Met. v. 268. Iſidor. lib. I. Orig. c. 14. *Inde à Poëtis Jovis & Minervae eſſe eas filias conſtitutum eſt.* Nimirum Minervam quidam memoriam eſſe dixerunt. Arnob. pag. 118. lib. III. *Unde ipſum nomen Minerva, quaſi quaedam Meminerva, formatum eſt. Quod ſi ita eſt, nulla eſt ergo Mentis filia, nulla Victoriae, nulla Jovis enata de cerebro.* An & heic reponendum *Mnemes filia?* Sane Minervae puerorum memoriam forte hac de cauſa attribuerunt. vide Auguſt. C. D. c. 3. lib. VII. Sed verius puto *Metis filia*, de qua paulo inferius. MUNCK. Certe *Moneta* eadem eſt, quae *Mnemoſyne*, nam auctor infra dicet matrem eſſe Muſarum *Monetam*, quae a Pindaro O. Iſthm. VI. vs. 110. ab Antonino Liberali cap. IX. Metam. a Phaedro lib. III. prol. Schol. Apoll. Rh. l. III. Arg. vs. 3. & Plutarcho de Liberis Educandis pag. 9. *Mnemoſyne* dicitur. vide etiam Stanlei ad Aeſchylum Prom. Vincto vs. 460. Junonem *Monetam* a Romanis cultam vel pueri norunt, de qua, praeter Schol. Juvenalis, Schol. Lucani l. I. v. 380. dicit Junonem a Romanis *Monetam* eſſe dictam, quod eos dormientes per anſerem (vide Plut in Quaeſt. Rom. pag. 287. Tom. 2.) de adventu Gallorum, ne Capitolium introirent, monuit; quamquam alii aliam reddant hujus rei rationem, in eo tamen conſentientes, quod a *monendo* nomen habet. Sed haec non ſunt hujus loci.

1 Furiae] Secundum Aeſchylum Nox eſt Furiarum mater, ut ad Aen. III. 212. notavit Serv. Ab Aeſchylo rurſus abeunt Epimenides & Iſter apud Sophocl. Schol. Oedip. Colon. v. 41. Tzetzes ad Lycophron. pag. 72. Καὶ μὲ Ἡσίοδον, καὶ λοιπὸς ἐκ τῆ σαγήνης τῆ αἵματος τῆ αἰδοίου τῆ Κρόνου ἐχθέντος. vide Heſiod. Θεογ. vs. 183. Erravit ergo Criſpinus, ſive alius eſt, qui Theogoniam in tabulas redegit, quando inter natos ex Coelo & Terrâ Furias, Gigantas & Melias ponit; quos omnes Terra ex guttis ſanguinis genitalium Coeli produxit καθὰ τ Ἡσίοδος. MUNCK. Ipſe Sophocles l. l. & vs. 105. σκότου κόρας, σκότου παῖδας vocat. De hiſce ſic Apollodorus lib. I. pag. m. 5. καὶ Κρόνος ἀκρωτηρίασε τὰ αἰδοῖα τῆ πατρὸς (Οὐρανοῦ) εἰς τὴν θάλασσαν ἀφῆκεν, ἐκ δὲ τῆ σαλάγμου τῆ ῥέοντος αἵματος Ἐρινύας ἐγένετο, Ἀλεκτὼ, Τισιφόνη, Μεγαίρα. De his Furiis Lactant. ad Statii I. Theb. v. 477. Ex aethere & Terra praeterea natos dicunt Cyclopas, *Harpen, Steropen, Bronten*, ut idem Apollodorus lib. I. p. m. 3. quos etiam reſpicit Proclus Chreſtomathia apud Photium pag. 981.

2 Gigantes] Hi alii ſunt à Titanibus. Nam Terra irata, quod in Tartarum conjeciſſet Titanas Jupiter, Gigantes produxit. Ita docet Scholiaſt. Apollon. ad lib. II. 40. Hinc ergo Γηγενεῖς Graecis, & *Terrigenae* Latinis. Gloſſ. Iſid. *Terrigenae, Gigantes.* Servius ad Aen. VI. 580. *Titanas contra Saturnum genuit: Gigantes poſtea contra Jovem.* Iſacius in Lycophron. à Terra productos ait Titanibus iratâ. vide pag. 16. Sed monſtra illa ut συγχῦναι ſunt, ita confundi ſaepe animadvertas. Procopius Gazaeus ad lib. II. Reg. cap. 5. τὰς γίγαντας καὶ τιτῆνας ἀνόμαζον· ἃς ῥαφανὶς Ἐφεσίους φασιν. Iſidor. lib. XV. cap. I. *Hanc conſtruxiſſe perhibentur Titanes, id eſt, gigantes.* Juſtin. XLIV. 4. *In quibus Titanas bellum adverſus Deos geſſiſſe proditur.* Imo Heſiodus ipſe Θεογ. v. 207. Gigantas cognomento Titanas vocatos à Coelo ait. MUNCK.

3 Coemse] Coeus. MICYLL. Haec prodigia ſunt vocabulorum, neque quiſquam emendabit, niſi bono codice adjutus. Poſſet videri *Coëne, Helenius, Ophius*, legendum. Item *Stenius, Agrius*, pro *jenios agros*, pro *Alemone, Alcyoneus*, pro *Erylus, Erytus*; pro *Abſeus, Aſius.* Caetera ne tento quidem. SCHEFF. Micyllus, *Cëus.* Et ita legendum eſſe velle videtur. Virgil. Aen. IV. v. 179. *Extremam, ut perhibent, Coeo Enceladoque ſororem Progenuit.* MUNCK. *Coëum* etiam inter gigantas recenſet Servius ad I. Georg. vs. 279.

4 Lentesmophius] Cl. Scheffërus conjicit: *Helenius, Ophius.* Niſi *Ophius* idem eſt, qui *Ophion*, malim *Ophion.* Apud Apoll. enim lib. I. v. 503. Titanum quidam *Ophion* celebratur, cujus & Homeri Scholiaſtes meminit ad Iliad. Θ. 479. & Claud. R. P. III. 348. MUNCK. De hoc Ophione conſule Tzetzen & Potter. ad Lycophron. 1192. qui dicunt eum ante Saturnum regnaſſe. An igitur ad Gigantas referri poſſit, videndum, quos Terra irata, propter Titanas jam a Jove in tartara dejectos, progenuiſſe fingitur, ut notum eſt ex Schol. Apoll. Rhodii II. 40. & aliis, quibus tamen paullo ante, quam Luna adparere coepit, Hercules jam bellum feciſſe memo-

ratur

Agrus, [9] Alemone, Ephialtes, [10] Eurytus, Effra, Corydon, [11] Pheomis, Theodamas, [12] Otus, Typhon, [13] Poliboetes, Meniphiaraus, Abſeus, [14] Colophomus, Iapetus.

Ex Ponto & Mari piſcium genera, Oceanitides, [15] Heſtyaea, [1] Me-

ratur ab Eudoxo, & Ariſtone Chio ἐν τοῖς χρόνοις, ut recte legit Rutgerſ. IV. Var. Lect. 18. & Dionyſio Chalcidenſi apud Schol. eundem ad lib. IV. vs. 364. Nihil vero certi ſtatui poteſt.

5 PALLAS] Agnoſcit illum inter gigantes. Claud. Gigant. 95. Etymol. auctor in Παλλάς. *Empbytum*, qui mox ſequitur, non invenio apud alios. *Hippolytus* eſt apud Apollodorum. MUNCK. De Pallante gigante etiam Tzetz. ad Lycophron. vſ. 355. item Apollodor. lib. I. pag. 21. Edit. Salmur. A. 1661.

6 EMPHITUS] *Ophion* fortaſſis. de quo Orph. apud Apollonium lib. I. MICYLL.

7 PHORCUS] Hic Ponti & Terrae eſt filius aliis. Forte *Pbrutus* reponendum, quem inter gigantes numerat Heſiod. Schol. ad Θεογ. pag. 248. ed. Heinſ. MUNCK.

8 JENIOS ARGUS] Repono, donec alter melius divinet, *Clytius*, *Agrius*. hi enim apud Apollodor. inter Gigantes recenſentur. Tum *Agrius* ſane perquam aptum viro feroci nomen. cap. 175. *Agrius Parthaonis filius*. Nec aliam ob cauſam, quam ob ferocitatem, cani datur. cap. 181. MUNCK.

9 ALEMONE] Volui antehac *Alemon*, deleto τὸ *E*. quod ex ſequenti voce adhaeſiſſe mihi videbatur. Sed cum inter Gigantum vocabula necdum illud nomen repererim, adſentior non invitus Cl. Scheffero reponenti, *Alcyoneus*; niſi mavis, *Alcon*. Uterque enim Gigas fuit. MUNCK.

10 ERYLUS] *Eriolas*. MICYLL. Lego, *Eurytus* ex Apollodoro, & mox *Echion* pro *Effra*. De *Corydone* dubito. Pegasius eſt Apollodoro. ſed & ille mihi ſuſpectus. MUNCKERUS. *Coeus* etiam, ut ſupra vidimus, gigas fuiſſe dicitur, qui a Tzetz. ad Lycophron. v. 1175. Οὔρειος παῖς nuncupatur, & a Schol. Homeri *Iliad.* A. vs. 9. unus e Titanibus perhibetur. *Briareus*, quem Noſter ſupra dixit eſſe filium Aetheris & Terrae, etiam unus e gigantibus fuiſſe perhibetur. ut docet Perizonius ad Aelian. lib. V. V. H. cap. 3. *Typhoeum* etiam inter Gigantes recenſet Serv. ad Virg. I. Georg. vs. 279. imo plures alii Gigantum numero habentur, quia *Gigantes* a poëtis vocabantur antiqui mortales, aut qui in deos furere, & impie ſe gerere ſunt auſi: vide ill. Spanh. ad Call. H. Cer. vs. 35. vel qui (ut de Typhone Noſter loquitur cap. 152.) ingenti magnitudine, ſpecieque ſunt portentoſa, conſule Schol. Apoll. Rhod. lib. I. Arg. 761. & ad lib. II. vs. 38. denique etiam bellicoſi & audaces e Gigantibus orti feruntur. Tzetz. ad Lycophron. vs. 1357. A Latinis Graecos imitatis homines obſcuriſſimi, ignobiles, & ignoti vocantur *terrae filii*, & *Gigantes*. vide Serv. ad lib. I. Georg. vſ. 8. & Graevium ad Cic. lib. VII. ad Fam. Ep. 9. & ſic *Erytus*, ſive *Eurytus* etiam gigas dici potuit, quamvis Cl. Bentleius ad Horat. l. II. O. 19. v. 25. pro *Eurytus* h. l. & apud Apollodorum legit *Rhoetus*. Sed de vocis hujus terminatione diſſentiunt viri docti. Ab aliis enim *Rhoecus* gigas, qui cum fratribus Jovi bellum intulit, fuiſſe dicitur. conſule, Lector, Cell. V. V. Schefferum ac Perizonium ad Aelianum l. XIII. V. H. cap. I. n. 35. nec non P. Burmannum ad Val. Flaccum lib. I. Argon. v. 140. Attamen in Bentlei ſententia eſt Cl. Oudendorpius ad Lucanum lib. VI. v. 390. de Rhoeto rege Marrhubiorum Serv. ad X. Aen. v. 388. Confuderunt forſan librarii *Rhoetum* cum *Rhoeco* artifice iſto Samio, ſive primo aerario fabro, qui templum exſtruxit omnium templorum tum temporis maximum, ut narrat Herodotus lib. III. cap. 60. & ex eo Euſtathius ad Dionyſium Pericget. vs. 533. & de quo Pauſan. lib. VIII. cap. 14. aut cum *Rhoeco* quodam Cnidio, de quo videnda ſunt Scholia Theocriti, Idyll. III. vs. 13. Quidquid ſit; facilius *Rhoetus* quam *Rhoecus* ex *Eryto* confici poteſt. vide & Heinſ. ad Virgilii II. Georg. vſ. 455. conſule de *Euryto* Cel. Burm. Catal. Argon.

11 PHROMIS] *Memphis*, *Apis* fortaſſe. MICYLL.

12 OTHUS] Scribe ſine aſpiratione, *Otus*. cap. 28. Oto. & Ephialten Aloei & Iphimedes facit filios. Sequitur hoc Eratoſthenem, qui & ipſe inter Terrigenas memoravit olim Oton & Ephialten. Quod autem ab Aloei uxore eſſent educati, inde fictum Aloei eſſe liberos. vide Schol. in Apollon. lib. I. 482. MUNCK.

13 POLIBOETES] Lego *Polybotes* ex Apollod. (lib. I. p. m. 21.) *Menephiaraus*, *Aſius*, pro *Meneptiarus*, *Abſeus*. MUNCK.

14 COLOPHEMUS] Mallem, *Polyphemus*, vel *Colyphemus*. Alia gigantum nomina, ſi deſideres, invenies apud Heſiod. Schol in Theog. pag. 248. Edit. Heinſianae. & Claud. in Gigantom. MUNCK.

15 HESTYAEA] Corruptum hoc vocabulum arbitror. *Petraea* ex Heſiod. Θ. v. 157. vel *Iothea* ex cap. 182. libenter reſcripſerim. MUNCK.

[1] Melie, Ianthe, [2] Admeto, [3] Siluo, [4] Paſithoe, [5] Polyxo, Euſrynome, [6] Euagoreis; Rhodope, [7] Lyriſcitia. [8] Teſchinoeno, Clitemneſte, [9] Piecus, Menippe, Argia. Ejuſdem ſeminis flumina, Strymon, Nilus, Euphrates, Tanais, Indus, Cephiſus, [10] Iſmarus, [11] Axenus, Achelous,

1 MELIAE ] Non melius ſe iſta habent. Ex ſequentibus hic *Melie* ſcribendum. Mox pro *Admeto*, *Admete*, item pro *Paſiphe*, *Paſithoë*, & pro *Erynome*, *Evagereus*; *Eurynome*, *Evagore*, pro *Lyriſcitia*, *Lyſianaſſa*, pro *Clytemneſte*, *Picus*; *Clitemneſtra*, *Dione*, Heſiodum & Apollodorum ſequendo, fortaſſis ſubſtituendum. Reliqua deſperata ſunt. SCHEFF. Meliae arborum Nymphae ſunt, de quibus Tzetzes ad Heſiod. p. 48. & Call. interpretes ad Hymn. 1. & 4. Scribas heic *Melie*. Nomen id mulicbre, quod occurrit etiam infra c. 17. Nec movet me, quod *Melie* Apollodoro Nereiſin accenſetur. Haec enim cognatorum numinum vocabula confundit non ſemel in his Indiculis Noſter. Auctor Etymol. in Ἀπία. Τὸ δὲ παλαιὸν ἐκαλεῖτο Αἰγιάλεια ἀπὸ Αἰγιαλίνης τῆς Ἰνάχου τοῦ Ἄργεϊ πόσαντος, ἧς Μελίης τὰ ἀκιακὰ. lego Μιλίης. Μιλία vocatur à Tzetze & Scholiaſt. Euripidis. MUNCK. Fuit nomen proprium diverſarum Nympharum. Pherecydes apud Scholiaſt. Apoll. Rhod. lib. III. Argon. vs. 1185. ait, *Meliam* eſſe filiam Agenoris, Neptuni filii & Damnûs filiae Beli. Pherecydes idem in Schol. Euripidis in Phoeniſſ. vs. 162. *Meliam* inter Niobes filias recenſet. Alia dicitur Oceani filia & Iſmeni ſoror, materque Teneri. v. Tzetz. & Potter. ad Lycophron. vs. 1211. Spanh. ad Call. H. Del. 80. ſed vide & ad fab. 17.

2 SILVO ] Zeuxo, ni fallor, ex Gr. Ζεύξω. MUNCK.

3 ADMETO] Gr. Ἀδμήτη. An ergo *Admete* ſcribendum? dubito. Inferius *Xantho* habes ex Graeco Ξάνθη. MUNCK.

4 PASIPHE] *Paſithoe* eſt in Oceanitidum Catalogo apud Heſiodum. atque ita heic reſcripſerim. MUNCK.

5 POLYXO] Malis forte *Pluto* vel *Calypſo* ex Heſiod. Θ. 359. Cave tamen quicquam temere mutes. Vide noſtrum cap. 182. MUNCK.

6 EUAGOREIS] Scribo ex Heſiodo & Apollodoro *Euagore*, quanquam inter Nereidas eam, ut & *Menippen*, uterque numerat. MUNCK.

7 LYRISCITIA] Cl. Scheſferus, *Lyſianaſſa*. Non improbo. invenitur enim inter Nereidas apud Heſiodum & Apollodorum. Suſpicatus tamen ſum aliquando *Liriopen* & *Criſien* in unam iſtam vocem coaluiſſe. MUNCK.

8 TESCHINOENO] Lego *Tyebe*, *Phoeno*. Et mox pro *Clitemneſte*, *Clytie*, *Menesibo*. ex Graec. Κλυτίη, Μενεσθώ. utraque eſt apud Heſiodum. MUNCK.

9 PIECUS] Suſpicor ab Hygini manu eſſe, *Perſeis*, ex Heſiod. Θ. ubi. Περσεὶς. MUNCK.

10 ISMARUS ] Iſmenus. MICYLL. Probo *Iſmenus*, quod Micyllus ſubminiſtrat. Nam *Iſmarus* mons eſt. At noſtri ſermo de fluminibus. SCHEFF. Merito probat Micylli conjecturam, *Iſmenus*, Cl. Scheſferus. non enim Iſmarus fluvius, ſed mons, urbs, & palus eo nomine. MUNCK. *Iſmenus* eſt fluvius Thebarum Boeoticarum v. Sophocl. Antig. vſ. 1135. in hunc fluvium fons & rivulus Dirce inlabitur. v. Eurip. Phoeniſſ. vſ. 834. & Perizon. ad AElian. l. XII. V. H. c. 57. Ab hoc fluvio dictum *Iſmenium* Apollinis oraculum, & Iſmenii Apollinis templum. V. Schol. Apoll. Rh. 1. Arg. vſ. 537. Schol. Soph. OEd. Tyr. vſ. 20. & Spanh. ad Call. H. Del. vſ. 77. in cujus Apollinis templum Boeotii τῷ δαφνηφορείῳ inferebant, ut refert Procli Chreſtomathia apud Photium Bibl. pag. 989. & de cujus ſacerdotibus δαφνηφόρους etiam Pauſanias in Boeoticis ſive lib. IX. cap. 10. agit. in hoc templo aureum tripodem Apollini dicaſſe dicitur Rex Croeſus ab Herodoto lib. 1. cap. 92. Unde vero hic fluvius nomen habeat, diſſentiunt ſcriptores. Apollodorus tradit hunc fluvium ab *Iſmeno* Aſopi & Metopae filio eſſe denominatum. Plutarchus refert, hunc fluvium, antea Κάδμου πόδα dictum, poſtea demum ab *Iſmeno* Amphionis & Niobes filio hoc nomen accepiſſe. vide Cl. Burm. ad Ovid. III. Metam. 169. Pauſanias l. l. juxta fin. capitis, dicit, famam eſſe, hunc fluvium, qui ante *Ladon* vocabatur, nomen hoc accepiſſe ab *Iſmeno* Apollinis & Meliae filio. Quid? Si nomen habet ab *Iſmeno* Oceani filio, & fratre Meliae, de quo Tzetz. ad Lycophr. vs. 1211. & hoc convenit huic lectioni; nam hic igitur iſte *fluvius* ab Hygino fingitur filius Ponti & maris, quamvis de hiſce nihil certi ſtatui poſſit, nam Pauſanias fratrem Meliae alio nomine adpellat.

11 AXENUS ] Lego *Axius*. Axenum flumen hactenus non obſervavi. SCHEFF. Cl. Scheſferus, *Axius*. quod amplector. Facit ejus mentionem Anton. Liberalis c. 8. Euſtath. p. 272. Homerus Iliad. Φ. 141. & 157. ubi Schol. Πεζαιὸς Παιονίας. Sed cum heic non niſi nobiliſſimi fluvii recenſeantur, Axius autem ignobilis ſit, Pontum Euxinum denotari cenſet Nob. Heinſius. Rationem reddit in ſuis

Ious, Simois, Inachus, Alpheus, Thermodoon, Scamandrus, Tigris, [12] Maeandrus, Orontes.

Ex Ponto & Terra [13] Thaumas, [14] Tuſciverſus, Cepheus.

Ex Nereo & Doride Nereides quinquaginta, Glauce, [15] Thalia, [16] Cymodoce, [17] Neſaea, Spio, Thoe, [18] Cymothoe, [19] Actaea,

ſuis ad me literis, ex quibus, quae huc faciunt, excerpta tecum, lector, communicabo. Sic ergo ille: Hygini, cum non longe ab initio operis *Axenum* recenſeat inter fluvios, locum vacare mendâ alias, puto, ſubindicavi: deſignari enim hoc nomine pontum Euxinum, qui Ἄξενος. & licentia Poëtica Ἄξεινος olim perhibebatur, uti teſtantur cum alii ex antiquis, tum Naſo in Ponticis. *Frigida me cohibent Euxini littora ponti: Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.* Uti inde liqueat Hyginum hoc, ut multa alia, hauſiſſe è Graecorum Commentariis. Hyginum dico, vel quicunque ſub hoc nomine auctor Mythologiae deliteſcit. At quis locus, inquis, Euxino inter tot flumina? Fluvii nomen cum ſeſe latius extendat apud Poëtas Graecos, quam Latinos, eorum auctoritati id datum ab Hygino crediderim: praeſertim cum Euxini aquam marinâ dulciorem eſſe, ac proinde gelu facilem in modum concreſcere veteres obſervent, compluribus ſeptentrionis fluviis in eum ſeſe exonerantibus. Magis mirum utique, quod Heſiodus in Θεογονίᾳ dixit ὑγιαινὸν πέλαγος, & de Aegaeo mari Apollonius. l. IV. Αἰγαίῳ ἐδάμασσεν ἰερσοτόμῳ πελάγεϊ. MUNCK. Procul omni dubio *Euxinus* olim a Graecis fuit dictus *Axenus*. vide Cl. Weſſeling. l. I. Obſ. cap. 22. & Schol. Apoll. Rhod. lib. II. vs. 250. ſive gr. Ἄξενος, Ἄξεινος. ſed, an recte inter fluvios e Ponto ortos numeretur, dubito, qui ipſe a Graecis Poëtis per excellentiam, *pontus* & *mater ponti* dicitur, ut docet Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 135. & 147. & per periphraſin ab Herodoto l. II. c. 33. Θάλασσα ἡ πόντος Εὔξεινος. Neque *Axius* tam ignobilis fuit fluvius. Audi Euripid. Bacch. vs. 568. Τὸν τ' ἀκτεάνου Διὸς ΑΞΙΟΝ Εἰλισσομένᾳς τε Μαιάνδρου Ἄξιος, Λυδίαν δ', ἃ τὰς εὐδαιμονίας Βροτοῖς ὀλβοδότειραν, πατέρα τε, ἃ ἵππιον εὔκτιτον χώραν ὕδασι Καλλίστοις λιπαίνει. imo avus dicitur fuiſſe Aſteropaei. vide Philoſtratum Heroic. cap. 19. §. 8.

12 Meandrus] *Macandrus* ſcribendum. Servat ſuo more Graecam terminationem. Μαίανδρος enim Graece dicitur. MUNCK.

13 Thoumas] Pro *Thaumas*, *Thaumas* legendum. Deinde abeſſe aliqua videntur. Cepheum ſane ex Ponto & Terra natum ſcio neminem. Sed & *Tuſciverſus* depravatum, pro quo quid reſtituam, ignoro. SCHEFF. Lege *Thaumas* ex Heſiod. & Apollodoro. MUNCK.

14 Tusciversus Cepheus] Ex conjecturâ emendare iſta, quae aliena partim, partim monſtroſa ſunt, ſi liceat, legerim, *Ceto*, *Nereus*, *Phorcus*. Alius eſt Phorcus, cujus inter Gigantes eſt facta mentio. Ita, ut emendavi, tantum non ſcribendum clamant Heſiod. Θ. 233. & ſeqq. Apollod. lib. I. pag. 5. Edit. Commel. Schol. Aeſchyli ad Prometh. vs. 792. Tres enim illos, quos reſtitui Hygino, praeter Thaumantem, ex Ponto & Terra genitos tradunt. MUNCK.

15 *Thalia*] *Halia* eſt Apollod. p. 5 Nihil tamen mutaverim. Tzetzes ad Heliod. de Θαλείᾳ p. 39. Αὕτη ὁ ἡ ὑγρὰ καὶ χάος καὶ ἡ Νηρεύς. MUNCK.

16 Cymodoce] Ex Apollodoro ſuſpicor diviſim *Cimo*, *Doto*, ſcribendum. Item mox pro *Cymotboëa*, *Cymatboë*; pro *Melite*, *Melie*; pro *Iraea*, *Iſnea*; pro *Amphitboë*, *Amphitrite*; pro *Dynomene*, *Dynamene*; pro *Nimertis*, *Neomeris*; pro *Clymene*, *Eutimene*; nam ſequitur poſt, Clymene. pro *Janira*, *Deianira*; pro *Panopaea*, *Panope*; pro *Janaſſa*, *Lyſianaſſa*. Quanquam, quod ſuperius quoque monui, mira ſit varietas in his nominibus, noſterque longe, alios ſecutus ſcriptores eſſe potuit, quam quos nunc habemus. SCHEFF. Homero eſt Κυμοδόκη. nec quicquam mutandum MUNCK.

17 Nesaea] Maro Georg. IV. 338. & Aen. v. 826. *Neſaeae*, *Spioque*, *Thaliaque*, *Cymodoceque*. MUNCK. De *Neſaea* vide etiam Tzetzen ad Lycophron. vs. 399.

18 Cymothoea] Lego, *Cymotboë* ex Graeco Κυμοθόη. Virg. Aen. I. v. 148. *Cymothoë ſimul & Triton*. Claud. Epith. Honor. v. 166. *Cingula Cymotboës*, &c. Propert. II. 20. *Candida Neſaee*, *caerula Cymotboë*. Non ignoro tamen, quomodo vulgatum defendi poſſit. Didici enim de Servio Latinos in Graecis, quae in η definunt, illud η plerunque vertere in IA. addere debuiſſet, vel EA. Talia ſunt *Hippodamia* pro *Hippodame* & *Penelopea* pro *Penelope*. Unde hoc autem? nempe inde, quod Graeci id genus vocabula ſine diſcrimine in η vel ια terminent, ut Περσεφόνη, Περσεφόνεια. Πηνελόπη, Πηνελόπεια. Εὐρώπη, Εὐρώπεια apud Moſch. Eid. II. Sed enim cum in caeteris nominibus id non frequentetur Hygino, quamobrem hoc admitti debeat, non video. Adde nota ad cap. 28. Obſervo praeterea, cum quinquaginta ex Nereo & Dori-

de:

[1] Actaea, Limnoria, [2] Melite, Iaera, Amphithoe, Agave; [3] Doto, [4] Proto, Pheruſa, [5] Dynamene, Dexamene, Amphinome, [6] Callianaſſa, Doris, [7] Panope, Galatea, [8] Nimertis, Apſeudes, [9] Clymene; [10] Ianira, [11] Panopea, [12] Ianaſſa, [13] Maera, Orithyia, [14] Amathea, [15] Drymo, Xantho, Ligea, Phyllodoce, [16] Cydippe, Ly-

de natas dicat, hoc indiculo quadraginta novem tantum recenſeri. Quamobrem ſuſpicor, quod eaedem eſſent proxime præcedentis vocis ſyllabae, *Thoen* omiſiſſe librarium. Repono ergo, *Cymathoë*, *Thoë*. Numeratur utraque inter Nereidas ab Homero. Ἰλιαδ. Σ. In numero Nereidum deſignando forte ſequitur Euripidem in Iphig. in Aul. 1056. cui itidem ſunt πεντήκοντα κόραι Νηρῆος. Propertio lib. III. El. 6. & aliis nonnullis ſunt centum. MUNCK. Hae deae Aegyptiis erant incognitae, ſed a Pelaſgis in Graeciam delatae, ut cenſet Herodotus lib. II. cap. 50.

1 ACTEA, LYMNOREA] Scrib. *Actaea*, *Limnorea* ex Graec. Ἀκταίη, Λιμνώρεια. Apud Apollodor. haec, illa apud Heſiodum eſt. MUNCK.

2 MELITE, IAERA, AMPHITOE] Homero Μελίτη, Ἰαίρα, Ἀμφιτόη ſunt Il. Σ. Ergo nihil mutandum. *Melites* meminit quoque Virgil. Aen. v. 825. MUNCK. Melites Naiadis meminit Apollonius Rhodius l. IV. Arg. vs. 545. & 1149. Ad quae loca Vetus Scholiaſtes filiam eſſe docet maris Aegaei, & nupſiſſe Herculi; unde Hyllus natus v. & Schol. Soph. Trachin. vs. 54. Haec poteſt referri ad Nereidas in genere. i. e. maris nymphas a Nereo i. e. mari dictas, ut docet Tzetz. ad Lycoph. v. 164.

3 DOTO] Virg. IX. 102. *Nereïa Doto*. Ubi male quidam *Clotho*. Claud. Epithal. Honor. 169. *Vellitque Coralia Deto*. Δωτὼ eſt Heſiodo, Homero, & Apollodoro. MUNCK.

4 PROTHO] Lege *Proto* ſine aſpiratione ex Graec. Πρωτώ, Homeri, Heſiodi, Apollodori. Pariter peccatum in *Galathea* & aliis. MUNCK.

5 DYNOMENE] Lege *Dynamene* ex Homer. Heſiod. & Apollodoro. MUNCK.

6 CALLIANASSA] Nihil muta. Καλλιάνασσα eſt Homero Ἰλιαδ. Σ. MUNCK.

7 PORNOPE] Refingas. *Panope*, ex Homero, Heſiodo, Apollodoro & Val. Flacco. MUNCK. V. Serv. ad Virg. I. Georg. v. 437. Virginem fuiſſe ſolam de Nereidibus docet ad lib. V. Aen. vs. 240.

8 NIMERTIS] Ita ſcribit more ſui ſaeculi, pro *Nemertes* ex Gr. Νημερτής. Solebant η Graecum exprimere in multis per i Latinum. Vide notas ad cap. 31. MUNCK.

9 CLYMENE] Celeberrimus Graevius ad Heſiodi Theog. 245. recte, *Eulimene*. Sequitur enim inferius *Clymene*. MUNCK.

10 IANIRA] Ἰάνειρα inter Oceaninas eſt Heſiodo Θ. Homerus autem Iliad. Σ. cum noſtro Nereiſin eam annumerat. MUNCK.

11 PANOPEA] Cl. Schefferus, *Panope*. Sed Panopea eadem, quae Panope, ut Penelopea, quae Penelope. Panope autem cum jam praeceſſerit, quaerendum aliud. Puto cum Cl. Graevio ad Heſiodi Theog. vſ. 256. ſcripſiſſe, *Pontoporia*. Nereis enim illa in Apollodori indiculo. MUNCK.

12 IANASSA] Ἰάνασσα Homero eſt. nihil ergo mutandum. MUNCK. Verum rectius Cl. Schefferus *Lyſianaſſa* legit, quae inter Nereidas recenſetur ab Heſiodo Theogon. vſ. 258. ad quem locum Celeb. Graevius pro ea mendoſe in Hygino legi *Alamiſſa* notat, quod nomen in Hygino nuſquam repperi.

13 MERA, ORITHYA] Scribe *Maera*, *Orithyia*, Μαίρη & Ὠρείθυια Homero ſunt. MUNCK. Plures hujus nominis foeminae fuere. Vide Micyll. & Burm. ad Ovid. l. VII. Met. vs. 362. *Orithyiam* eſſe dictionem quadriſyllabam docet Pierius etiam ad Virg. IV. Georg. vs. 463.

14 AEMATHEA] Scribe *Amathea*. Ἀμάθεια enim Homero eſt. MUNCK.

15 DRIMO, XANTHO, PHYLLODOCE] Virg. Georg. IV. 336. *Drymoque*, *Xanthoque*, *Ligeaque*, *Phyllodoceque*. MUNCK.

16 CYDIPPE, LYCORIAS] Virg. *Cydippe & flava Lycorias*. MUNCK.

17 CLEIO, BEROE] Virgilius Oceanitidas facit. *Clioque Beroë ſoror Oceanitides ambae*. MUNCK.

18 AGIA, DEIOPEA] Vide Turneb. Adv. lib. 28. cap. 143. MUNCK.

19 EURYDICE] Doctiſſimus Graevius emendat, *Eunice*. ad Heſiodi Theog. 247. Et ſane ea eſt Nereis, non Eurydice, Heſiodo & Apollodoro. MUNCK.

20 TETOA] *Ceto* fortaſſe, ſic enim Heſiodus habet. Ex Iliados Σ. & Virgilii quinto nomina, ex Heſiodo autem numerum tranſtulit. *Panopaeam* vero & *Clymenen* repetit, numerum explendi gratia. Nam apud Heſiodum quinquaginta, ſed tamen aliis nominibus recenſentur. MICYLL. *Phorco* & *Ceto* ſcribendum ex Apollo-

doro

Lycorias, [17] Cleio, Beroe, Ephyre, Opis, [18] Aſia, Deiopea, Arethuſa, Clymene, Crenis, [19] Eurydice, Leucothoe.

Ex Phorco & [20] Ceto, Phorcides, [21] Pamphede, Enyo, Cherſis. Pro hac ultima [22] Dino alii ponunt.

[23] Ex Gorgone & Ceto, [24] Stheno, Euryale, Meduſa.

[25] Ex Polo & Phoebe: Latona, Aſterie, [26] Aphirape, Perſes, Pallas.

[1] Ex

doro & Heſiodo. Ex quo Apollodoro malim mox *Pembredo*, *Ento*, *Cherſis*. Iſta vero, *pro hac ultima*, cum ſequentibus habeo pro gloſſemate. SCHEFF. Mycillus: *Ceto fortaſſe. Sic enim Heſiodus habet.* Atque ita res eſt. Vide Θ. v. 270. Ex Phorco & Ceto cum φορκυάδας illas Γοργίας, tum Gorgonas natas vult non ille tantum, ſed & Apollodorus lib. II. ἐκ δὲ Φόρκυ γίνονται θυγατέρες, Ἔντω καὶ Πεμφρηδὼ καὶ Δεινώ. ἴσασι δὲ αὐτὰς Κῆτος καὶ Φόρκυς Γοργόνων ἀδελφὰς γεγονέναι καὶ Γραίας. Leg. θυγάτηρ cum Fabro. MUNCK.

21 PAMPHEDE] *Memphale.* MICYLL. *Pephredo* & *Enyo* eas appellat Heſiodus. Atque ita reſcriberem apud Apollodorum, niſi Ἔντω & Πεμφρηδὼ eas quoque Apolloniano Scholiaſtae ad lib. IV. 1515. appellari obſervaſſem. Zenobio ſunt Ἔνυω, Πεμφηδὼ, καὶ Δεινώ. Unde *Memphede* ſcripſiſſe Hyginum ſuſpicor. MUNCK.

22 DINO ALII PONUNT] Zenobius & Apollodorus, ut jam vidimus. Quibus adde Aeſchyl. Schol. ad Prometh. 792. Καὶ αἱ μὲ Φορκίδες ἦσαν τρεῖς, ἡ Ἔνυω, ἡ Πεφυδὼ, (ſcrib. Πεφρηδὼ) καὶ ἡ Δεινώ. Totus hic locus, ut ei cum Heſiodi Θεογονίᾳ conveniret, poſſet ita conſtitui: *Ex Phorco & Ceto Memphede, Enyo, Graeae: & Gorgones Stheno, Euryale, Meduſa.* Pro *Cherſis* repoſui *Graeae.* Duas enim Graeas tantum narrat Heſiodus Πεφρηδὼ & Ἔνυω. Deinde pro *ex Gorgone* legi, *& Gorgones.* Illa vero *& Ceto* male ex praecedentibus huc tranſlata videri poſſunt à librario. Denique iſta *pro hac ultimâ*, &c. pro gloſſemate habet Schefferus. Sed nihil eſt mutandum. Gorgonem enim Meduſae patrem etiam cap. 151. facere hunc ſcriptorem videas. MUNCK. *Pephredo, Ennyo. Perſo* apud Heraclitum de Incredib. legi docet Cl. Burm. ad Ovid. l. IV. Met. 773. putans ex hoc Heraclito Noſtrum eſſe emendandum, vel e Noſtro Heraclitum. Sane a Tzetze ad Lycophron. vs. 838. docemur Graeas Phorci filias eſſe Gorgonum ſorores dictas *Pephredo* & *Enyo*, (ubi pro πιφρηδὼ, ex Heſiodo & Heraclito πεφρηδὼ legendum) & quia Tzetzes Heſiodum imitatus duas tantum memorat, legendum hic ſtatuo *Ex Phorco & Ceto, Pephredo, Enyo, Graeae.* Hae non tantum unius luminis, ſed & dentis uſum fuere partitae, ut praeter loca a Cl. Burm. ad l. l. citata etiam docet Schol. Apoll. Rh. IV. Arg. vſ. 1515. qui tamen tres Graeas enumerat Πεμφρηδὼ, καὶ Ἔντω καὶ Ἰαινὼ, lege Δεινώ. *Phorcus* Deus marinus eſt, ut docet Servius ad Virg. V. Aen. vs. 240, unde *Phorci domus* pro mari dicitur. Tzetz. ad Lycophr. vs. 376. itaque hic recte Hyginus poſt *Nereidas* ponit *Phorcidas.* Praeterea *& Gorgones* cum Cl. Munckero amplector; erant enim Graeae Gorgonum ſorores, ut docet etiam Tzetz. ad Lycophron. vs. 846. & *Gorgonas* Phorci genus vocantur a Pind. O. Pyth. XII. vs. 24.

23 EX GORGONE ET CETO] Haec tota pagina in vet. exemplari ita vetuſtate obliterata & corrupta erat, ut praeter veſtigia literarum, propemodum nihil deprehendi certo poſſit. MICYLL.

24 STHENNO] Veteres habent, *Stenyo* SCHEFF. Corruptius German. Scholiaſt. Perſeo. *Stenio. Sthenno* ſcribe ex Heſiodo, Apollodoro, Palaephato, Fulgent. lib. I. 26. Servio ad AEn. VI. 289. Schol. Pindari ad Pyth. Od. 12. qui & Σθεννὼ appellatam eandem ibidem tradit. Στενὼ eſt Zenobio Cent. I. 41. Ἀσθενὼ Schol. Aeſchyl. ad Prometh. v. 792. Apud Tzetzen praeterea Chil. v. 22. Μορμολύκεια & Μορμώνας dictas iſtas Gorgonas invenies. Etymol. Magn. Sylb. Γοργὼ, τὰ τερατικὰ φαντάσματα, ἤτοι μορμολύκεια. MUNCK. De *Gorgonibus* vide etiam Servium ad Virgil. II. Aen. vs. 616. ubi tres *Sthenno, Euryale* & *Meduſa* vocantur. item a Tzetze ad Lycophron. vſ. 17. *Cyclopas μορμολύκεια* fuiſſe Graecis pueris docet Ill. Spanh. ad Callim. H. Dian. v. 67.

25 EX POLO] Mallem *Pholo.* Certe illum ipſum puto hic ſignari, qui paulo ante nominatur *Pholus.* Quanquam Phoebae maritus, ex quo Latona & Aſterie, Apollodoro Coeus ſit, non Pholus. SCHEFF. *Polum* appellat, qui Coeus eſt Apollodoro, Heſiodo, Diodoro, Scholiaſtae Homerico, Etymologicographo, aliisque. Unde & Κοιακὶς audit Latona Callimacho Hymn. IV. 150. Sed Κοιὴς rectius ſcribas cum viris doctis. Schol. Κοῖος γὰρ καὶ φοίβης θυγάτηρ Λητώ. Vix ergo me ſuſtineo, quin etiam Hygino reddam, *Ex Coeo & Phoebe.* Apollodorum audiamus lib. I. *Ex Coeo & Phoebe Aſterie & Latona: ex Cri & Eurybiâ Ponti filiâ nati ſunt Aſtraeus, Pallas, Perſes.* Eadem Heſiodus habet Θ. 239. niſi quod pro Εὐρυβίης nobis Εὐρυβίῃ exhibet. Videtur ergo non tantum vitioſus, ſed etiam man-

1 Ex Japeto & Clymene, Atlas, Epimetheus, Prometheus.
2 Ex Hyperione & AEthra, Sol, Luna, Aurora.
3 Ex Saturno & Ope, Veſta, Ceres, Juno, Jupiter, Pluto, Neptunus.
4 Ex Aſtraeo & Aurora, Zephyrus, Boreas, Notus, Favonius.

Ex

cus heic Hyginus, & ita ſupplendus ac corrigendus: *Ex Coeo & Phoebe Latona, Aſterie: ex Crio & Eurybie Aſtraeus, Perſes, Pallas.* Atqui Aſtraeus jam inter Gigantes fuit. Quid tum poſtea? Etiam *Pallas*, quod tamen vocabulum heic iterum vides poni. *Atlas* eſt inter Titanes & natos ex Japeto & Clymene. Corruptus Diaconus in hac fabula in Heſiodi Θεογ. pag. 266. Edit. Heinſ. ὁ Φοῖβος τῇ Βίᾳ συνελθὼν τὴν Λητὼ τίκτει. Lege τῇ Κοίῳ. Hypot. Pyth. Pind. Λητὼ ὁ Κοῖος ἐν Οὐρανῷ, καὶ Γῆς, καὶ Φοίβης ἐν Κοίῳ. MUNCK. Latonam Coei filiam fuiſſe docet etiam aperte Athenaeus lib. x. cap. 21. pag. 455. item Schol. Apollon. Rh. II. Arg. 712. cum vocantis κοιοχθόνιαν. quod jam notatum vidi ab Ill. Spanh. ad Call. H. Del. 150. *Aſteriae* plures fuerunt. Fuit enim etiam hoc nomine dicta Teucri & Eunes Cypri filiae filia. vide Tzetz. ad Lycophron vs. 450. de aliis vide Cl. Burm. ad Ovid. VI. Met. v. 108. Ceterum Hyginum hic corruptum ſine Miſtorum ope ſanari non poſſe ſtatuo.

7 APHIRAPE] Hoc vero corruptum eſt, ſed & deeſſe quaedam videntur. SCHEFF.

1 EX JAPETO ET CLYMENE] Proclus in Heſiod. p. 23. ὁ δ Προμηθεὺς ὑὸς παῖς Ἰαπετοῦ καὶ Ἀσώπης, ἢ Κλυμένης, ἢ Θέμιδος. Vide ibi plura. Secundum Tzetzen in Lycophr. p. 189. ex Japeto & Aſiâ, quod & alii voluere. MUNCK. *Atlas* Japeti filius dicitur a Servio ad Virg. I. Aen. 745. Japeti & Clymenes Oceani filiae filius nuncupatur etiam a Schol. Aeſchyli Prom. Vinct. vs. 347. De Promethei matre etiam varia traduntur. Alii Aſiae, Alii Themidis ſeu Terrae filium faciunt. Vide Stanlei ad Aeſchyl. Prom. Vinct. vs. 209. Sed Noſter & Servius ad Virgil. Ecl. VI. vs. 42. recte cum plerisque Heſiodum ſequuntur, qui e Japeto & Clymene progenitum adſeruit. conſule Potter. ad Lycophron. vs. 1283. De patre conſentiant auctores praeter Theonem Arati Scholiaſten, qui e coelo & Clymene natum refert. pag. 30. Ed. Morell. (ut Potterus monet l. l.) Ἰαπετιωνὶς παῖς vocatur etiam ab Apoll. Rhod. III. Arg. vs. 864. ubi pro αὐτὸς, αὐτὼς non male legendum conjicit Cl. Burm. ad Val. Flacc. VII. Arg. 368. Ad Apoll. l. l. docet etiam Schol. unum fuiſſe e Titanibus, ita & Eurip. Ione 455 qui tamen ſe Jovi junxit contra Titanas & Saturnum. v. J. Perizonius ad AElian. l. XII. V. H. cap. 25. n. ult.

2 EX HYPERIONE ET ÆTHRA] Heſiod. Θ. 371. Schol. Hom. ad Iliad. Θ. 480. Schol. Pind. ad Iſth. Od. v. pag. 352. Apollodorus. Lib. I. *Ex Hyperione & Thia.* Atque ita forte heic ſcribendum. Confirmatur ea conjectura ab Etymol. magni Auctore: Θεία, inquit, σημαίνει τὴν μητέρα Σελήνης καὶ Ἡλίου. Vocabulum illud nonnulli ἀπὸ τοῦ θέειν, alii ἀπὸ τοῦ θεῖν derivant, ut annotat Pindarites interpres. MUNCK. Plane cum Munckero hic *Thia* legendum exiſtimo. Heſiodum enim Noſter ſequitur, ut ſaepius videmus. Audi & ita Schol. Apoll. Rhod. lib. IV. v. 54. Ἥλιον καὶ σελήνην ὑπερίονος καὶ τιτῆνος, καὶ θείας εἶναι παῖδας, ὡς ἡσίοδος φησί. θεία δ' ἠέλιόν τε καὶ λαμπρὴν σελήνην, qui locus aliter hodie in textu legitur & melius, ſed certum eſt, hos Criticos ſaepius extempore Poëtarum verſus citaſſe. Sic Schol. Euripidis Phoeniſſ. vs. 180. etiam probaturus lunam Solis juxta Mythologos eſſe ſororem, hunc Heſiodi verſum ita ad partes vocat: θείαντ' ἠελίῳτε μίγαν λαμπρὴν σελήνην. a quo Scholiaſte docemur, Euripidem, AEſchylum & alios Lunam Solis filiam phyſice adpellaſſe. vide ibi plura, nec non Theon. ad Aratum pag. 50. Ed. Morell. De Solis matre nunc *Thia*, nunc *AEthra*, nunc vero *Eurypbaëſſa* dicta, & de hoc *Hyperione*, cujus patre latius diſputavit poſt Feſtum in h. v. Cel. Burm. ad Ovid. lib. VI. Met vſ. 192.

3 EX SATURNO ET OPE, VESTA, CERES, JUNO, JUPITER.] Hinc canit Pind. O. Nem. XI. vſ. 1.

Πᾶ Ῥέας, ἄγι πρωτοτύπῳ λίλογχε, Ἑστία,
Ζηνὸς ὑψίστου κασιγνήτα καὶ ἀμφέπεις Ἤρας,

Verum Veſta, Ceres, Juno & Minerva pro iiſdem deabus fuere habitae. De Veſta & Cerere videndi Ill. Spanh. ad Call. H. Cer. vſ. 109. & Doctiſſ. D'Arnaudtius de Diis Paredris cap. 22. imo Proſerpina, Cybebe, Rhea (quae etiam Ops dicitur. V. Broukh. ad Tibull. l. 1. El. IV. vſ. 62.) Tellus, Iſis & Diana ſive Luna, ut docuere Lactant. ad Statii IV. Thebaid. 457. Tzetzes ad Lycophron. vſ. 710. Utrique eruditionis fama illuſtriſſimi, Th. Stanlei ad AEſchylum Prom. Vincto vſ. 210. G. Cuperus in Harpocrate

Ex Atlante & Pleione, [5] Maja, [6] Calypſo, Alcyone, Merope, Electra, Celaeno.

[7] Ex Pallante gigante & Styge, Scylla, Vis, Invidia, Poteſtas, [8] Victoria, Fontes, Lacus.

Ex Neptuno & [9] Amphitrione, Triton.

Ex

crate p. 110, 124, 125. & in Addendis ad Apotheos. Homer. p. 199. Steph. Le Moyne de Melanophoris pag. 260. & P. Burm. ad Ovid. l. IX. Met. vſ. 687. Spanh. ad Call. Hymn. in Jov. vſ. 129. nec non ipſa Juno, quae etiam pro *Terra* ponitur. V. Serv. ad Virg. II. Georg. vſ. 326. & eadem quae Venus nuncupatur Spanh. ad Call. H. Pall. 21. Serv. ad X. AEn. 83. & ad VIII. AEn. 84. Minervam & Cererem eamdem eſſe docemur, utramque pro Pacis Dea cultam legentes. Spanh. ad Call. H. Pall. 74. & Broukh. ad Tibull. I. XI, 67. & rurſus eodem honore culta Diana, eademque habita. Haec enim diſcordias abigere creditur. V. Bentlei ad Horat. I. O. 21. vſ. 13. ἀπ' ἰσίχω. Quidquid ſit per *Opem* Terra intelligenda eſt, quae non tantum Jovis, Veſtae, Cereris, & Junonis, ſed omnium deorum dearumque, ut & hominum mater dicitur a Pindaro O. Nem. VI. vſ. 1. & ibi Schol.

4 Ex Astraeo et Aurora] Apollod. lib 1. Ἧς ὁ καὶ Ἀστραῖός ἄνεμοι καὶ ἄστρα. Etiam virgo *Aſtraea*, teſte Arato Phaenomenis. Servius ad I. AEn. 136. *Aſcraeus* (Leg. *Aſtraeus*) *unus de Titanibus, qui contra Deos arma ſumpſerunt, cum Aurorâ concubuit: unde nati ſunt venti ſecundum Heſiodum.* MUNCK. De *Aſtraeo* Micyll. & Burm. ad Ovid. XIV. Met. vſ. 545. inprimis Theon. ad Arati Phaenomena pag. 15. Ed. Morell. & de his ventis Lactant. ad Statii II Theb. 4.

5 Maja] Ab aliis Atlantis & Steropes filla dicitur. vide Serv. ad VIII. AEn vſ. 330. qui ad vſ. 138. unam de Pleiadibus eſſe docet.

6 Calypso] Haec inter Pleiades non comparet apud Diodor. lib. III. nec apud Noſtrum cap. 191. Sed ejus loco *Taygeten* & *Steropen* habes. Erat tamen Atlantis filia. Vide Tib. Panegyr. Meſſall. Noſtrum cap. 125. & 243. Inter Oceaninas eam numerat Heſiodus Θ. 359. Apollodorus lib. 1. aliique. MUNCK.

7 Ex Pallante gigante] In vetuſto exemplari legebatur *ex Pallante gigante, Scylla, Stygia vis*, quae verba ex Heſiodo nos tranſpoſuimus. MICYLL. *Ex Pallante & Styge.* Notat ad hunc locum Micyllus: *In vetuſto exemplari legebatur, ex Pallante Gigante, Scylla, Stygia vis, quae verba nos ex Heſiodo tranſpoſuimus.* Haec ille. Scripſera: nimirum auctor: *Ex Pallante & Stygâ Vis, Invidia, Poteſtas, &c.* Talia ſunt *Syringa, Sirena, Striga*, & alia, de quibus in diſſertatione noſtra egimus. Deinde *Scyllam* ut non ex Pallante, ſed librariorum ſupinitate natam, expellendam hinc cenſeo. Auctor ipſe ex Typhone & Echidnâ natam eam dicit; ne dicam jam nec ab Heſiodo, nec ab Apollodoro inter Πάλλαντος Pallantis agnoſci. *Poteſtas* eſt Hygino, quae illis Κράτος. *Robur* eorum interpretes reddunt. minus recte, ut arbitror. MUNCK.

8 Victoria] Vid. Vid. Serv. ad AEn. VI. pag. 423. Edit. Genev. MUNCK. Adde Lact. ad Statii III. Achill. vs. 84.

9 Amphitrione] Repono cum Micyllo, *Amphitrite*, donec me aliquis *Amphitriten* etiam *Amphitrionen* dici doceat. Tzetzes in Lycophron. pag. 144. Τρίτων κυρίως ὁ Ποσειδῶνος καὶ Ἀμφιτρίτης κατὰ Κάλλιον. Soror ea Tethyos fuit, vel Tethys ipſa, ut alii volunt. Aceſander Neptuni & Celaenus eum facit filium apud Tzetzen. Serv. ad AEn. I. 148. *Triton ſimilis Deus Marinus, Neptuni & Salatiae* (ſcrib. *Salaciae*) *filius Deae marinae ab aquâ ſalſâ dictae.* De Tritone praeterea conſulendus Phornutus cap. 22. Gloſſ. Philox. *Salmacia*, ἀμφιτρίτη. Leg. *Salacia*. Varro IV. L. L. *Salacia Neptuni ab ſale.* Corrupta & illa in eodem Gloſſario: *Salmacidum.* ἁλμυρόν. Leg. *Salinacidum.* quod dictum ut *Dulcacidum. Dulcacidum*, ἡδύλυκον. Leg. ἡδύλυκυ cum Vulcanio. Sammonicus: *Dulcacidum laticemque cumini ſemine junges.* Γλυκύκιμον transfertur in Cyrilli lexico. Corrigenda ergo & illa: *Salmacia aqua* ἁλμυρὸν ὕδωρ. Lege, *Salinacida.* Neque enim amplius ſe mihi probat, quod antehac conjeceram, *Salinacea*; quamvis ſciam, ut à vinum, vinaceus, à ſalum ſalacius, à roſa roſaceus, ita à ſalina ſalinaceus, vel ſalinacius poſſe deduci. Nam in talibus licentia derivationis eſt, ut loquitur Servius ad AEn. I. 181. Notavit idem Grammaticus ad Georg. I. 31. quam Tethyn vocent alii, à Cicerone in Timaeo appellari Salaciam. Ni fallor, haec verba reſpexit: *Oceanum Salaciamque coeli terraeque conceptu generatos editoſque memoremus.* Adhaec ad vſ. 724. AEn. I. *Venerem meretricum Salaciam dictam veteribus.* Gloſſ. Iſid. *Venilia, unda quae ad littus venit. Salacia, quae ad mare redit.* Quae ex Varrone habet,

Ex Dione & Jove, Venus.
[1] Ex Jove & Junone, Mars.
Ex Saturno & Philyra, Chiron, Dolops.
[2] Ex Jovis capite, Minerva.
Ex Junone [3] ſine patre, Vulcanus.
[4] Ex Jove & Eurynome, Gratiae.
Ex Jove rurſus & Junone, [5] Juventus, Libertas.

Ex

bet, cujus verba laudat Auguſtinus C. D. VII. 22. Confer Feſtum in *Salacia*, qui à ſalo ciendo dictam eam divam autumat. MUNCK. Tzetz. ad Lycophron. vſ. 886. Ἀμφιτρίτης καὶ Ποσειδῶνος οἱ παῖς εἰς ἰμὼ καὶ τὰς λοιπάς. Vid. Meziriac. ad Ovid. VII. Epiſt. p. 180. De Tritonis forma conſule Tzetz. l. l. & vſ. 892. Schol. Apoll. Rh. IV. Arg. vſ. 1613, 1619. qui ad vſ. 269. ejuſd. libri refert, hoc nomine Nilum fuiſſe inſignitum, ut & Tzetzes ad Lycophron. vſ. 119. Tritonem pro deo a nonnullis populis fuiſſe cultum docet Ampl. Cuperus in Monumentis Antiquis pag. 241. & in Addendis juxta finem.

1 Ex Jove et Junone Mars] Quidam matrem ejus *Enyo* faciunt. Vide Phornutum cap. 21. Schol. Hom. Iliad. E. MUNCK.

2 Ex Jovis capite] Hinc cognominata *Coryſaſia* Minerva, teſte Arnobio lib. IV. Vide Phornut. cap. 20. Niſi potius à matre *Coryphe* illud cognomentum traxiſſe dicendum eſt, de quâ Cicero III. Nat. Deor. & Clemens Protrept. Quare ex Jovis capite orta fingatur, non male explicat Euſtath. ad Hom. Iliad. pag. 93. Alii ex *Metide* & Jove natam volebant. qua de re idem pag. 63. Edit. Baſ. Apud Euſeb. Praep. Ev. lib. II. pag. 38. ex Jove & Themide naſcitur. Ipſum adi. Vide & praeter Heſiodum Scholiaſt. Hom. ad Il. A. v. 195. MUNCK. Chryſippus Philoſophus, Jovem non ex ſe, ſed deglutita prius Metide, & ex ea veluti praegnantem factum, poſtea e capite, i. e. per ſermonem ſeu ex ore, Minervam peperiſſe contendit, & Symbolice Minervam dici e Jovis vertice procreatam, quum os etiam pars ſit capitis. Ut e Galeno refert Ill. Spanhem. ad Call. H. Pall. vſ. 135. Vide & Phurnutum cap. 20. qui etiam de Metide deglutita agit. Accolae paludis Tritonidis jactant, Minervam e Neptuno & paludе Tritonide progenitam, ſed poſtea a Jove adoptatam eſſe. Quod ex Herodoto docet Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vſ. 267. Sane Τριτογένεια appellatur a Graecis; ſed quia prope hanc Africae paludem, vel Boeotiae fluvium & urbem Tritonem fertur nata, ut docent Schol. Apoll. Rh. IV. Arg. vſ. 1311. Schol. Pind. O. Pyth. IV. vſ. 36. Schol. Ariſtoph. Equit. vſ. 1186. Lactant. ad Statii II. Theb. 722. Serv. ad Virg. III. AEn. vſ. 171. Sine matre vero prognata paſſim ab antiquis perhibetur, unde & ἀμήτωρ. Conſule Ill. Spanh. ad Call. H. Pall. 134. & Cl. Weſſeling. Lib. II. Obſ. cap. 10. Cetera de Minerva e Jovis cerebro nata ſunt notiſſima, quamvis inter ipſos Mythographos haud ſatis conſtiterit, Vulcanuſne, an vero alius quis Jovis verticem fregerit. ut Juvenis lector videre poterit in Scholiis Pindari ad Olymp. VII. vſ. 66. Antiquos vero per Minervam nil niſi ipſam ſapientiam indicaſſe declarat Schol. Apoll. Rh. I. Arg. 763. p. 78. indeque e Jovis cerebro, ſapientiae ſede, generatam finxiſſe, ac pro artium inventrice coluiſſe, praeter alios recte nos docuit Servius ad Virg. Ecl. II. vſ. 61. & ad II. AEn. vſ. 615. & Lactant. ad Statii lib. II. Thebaid. vſ. 715. de qua re pluribus ad cap. 14. agemus. Unde *ἐργάνη* etiam dicitur & a Theſpeſienſibus colitur. V. Spanh. ad Call. H. Pall. vſ. 60. & quae dixi ad Nepot. Them. cap. 6. & ideo omnes fabri artiumque cultores a poetis Palladis i. e. ſapientiae miniſtri vocantur. v. Graev. Lect. Heſiod. cap. XI. & Munck. ad c. 92. h. l. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vſ. 340. Palladique ſacra facere dicuntur. Spanh. ad Call. H. Jov. vſ. 76. nec alia de cauſſa Medicinae inventrix pronuntiatur; de quo honore ei a gentilibus habito Sphanh. ad H. Pallad. vſ. 98. Plures etiam fuere Minervae. Vide Tzetzen ad Lycophron. vſ. 111. & Ampelium. cap. IX.

3 Sine Patre] Ita Heſiod. Lucianus περὶ Θυσ. Περὶ τ῎Ηφαι ἄδουσιν ἅπαν τ ἀστὸ τ ἀνδρὸς ἀμιλίας ὑπενίμιον αὐτῷ παῖδα χρύσεον τ῎Ηφαιστον. Alii ex Jove & Junone editum eum tradidere, ut Phornut. cap. 19. Homerus: Ἥρη δ῎Ηφαιστον κλυτὸν ἐν φιλότητι μιγεῖσα γείνατο. MUNCK. Haec non Homerus, ſed Heſiodus Theogon. vſ. 927. de Vulcano cecinit; ſed pro ἐν φιλότητι legunt ex Schol. Apollonii Rhodii ἀ φιλότητι, ut Vulcanum e Junone ſola natum ceciniſſe Heſiodum probent. Vid. Cl. Graev. Lect. Heſiod. cap. 25. hinc ἀπάτωρ dictus. Vid. Celeb. P. Weſſeling Lib. II. Obſ. cap. 10. pag. 180, 181. & hinc Pindarus

Ex Jove & Themide, Horae.
Ex Jove & Cerere, Proſerpina.
[6] Ex Jove & Moneta, Muſae.
Ex Jove & Luna, Pandion.
Ex Venere & Marte, Harmonia & [7] Formido.
[8] Ex Acheloo [9] & Melpomene, Sirenes, [10] Telxiepia, [11] Molpe, Piſinoe.

Ex

rus Vulcanum ἀπὸ χαείτων ὑπὸ τῆ Ἥρας eſſe natum dixit. Vide Plutarch. Tom. II. pag. 751. Sed conſule tamen Ill. Spanh. ad Callim. H. Pall. vſ. 134. Cur vero e Junone fingatur progenitus Vulcanus, docet Servius ad VIII. AEn. vſ. 454.

4 EX JOVE ET EURYNOME] Ita Apollodorus quoque lib. I. & Heſiod. Theog. Sed alii Veneris & Liberi eſſe filias, alii ex Jove quidem natas, ſed matrem earum *Eurydomenen* vel *Eurymeduſam* tradunt, ut Phornutus cap. XV. ἀπὸ χαείτων. Nec deſunt, qui Jovis & *Eunomiae* filias faciant, ut Orpheus in Hymnis. Catalectorum, quae Pithaeus edidit, lib. IV. legitur vulgo epigrammate de Charitibus: *Jupiter eſt genitor: peperit de ſemine Coeli Hemonia, & Veneris turba miniſtra fuit.* Corrigo, *Eunomia*; niſi mavis *Harmonia*. Lactantius ad II. Stat. Theb. vſ. 286. *Nomina Gratiarum ſunt tria, Paſitbea, Aglaie, Euphroſyne, Jovis & Harmiones filiae. Cornicem* earum matrem appellat Nonnus Dionyſ. lib. VIII. Pro *Paſitbea Pitbonem* exhibet Proclus ad Heſiod. pag. 30. Alii *Thaliam*. MUNCK. Servius ad Virg. I. AEn. vs. 724. dicit, non immerito Veneris & Liberi filias cenſeri, quoniam per horum fere numina *Gratiae* conciliantur: Quidam Junonem earum matrem ſtatuunt, ſed incertum, an ex Jove. Vid. Cl. Burm. ad Ovid. III. Met. 269. *Thaliam* ipſam, quae a nonnullis Gratiarum mater dicitur, unam e tribus Gratiis (quamvis de earum numero & nominibus inter Mythographos parum conveniat. v. Ampl. Cuper. Apotheos. Homer. p. 27.) fuiſſe docet Schol. Ariſtoph. Nub. vſ. 771. quae tamen una ex novem Muſis totius agriculturae inventrix fuiſſe perhibetur a Schol. Apoll. Rh. l. III. Argon. vſ. I.

6 JUVENTUS] Privigna Jovis eſt apud Ovid. IX. Met. vers. 417. Vide Natal. lib. II. 5. Volui antehac *Juventas*. Auguſtinus C. D. lib. IV. 11. *Dea Juventas, quae poſt praetextam excipiat juvenilis aetatis exordia.* Et lib. VI. cap. I. *Et multi colentes Juventatem Deam minime in illâ aetate viguerunt.* Agraetius in Gloſſis: *Juventus ipſa hominis aetas. Juventas Dea* Ἥβη. Adde, quae ad Flor. lib. I. cap. 7. notavit Freinshemius. Nunc nihil neceſſe puto. Vide quae ad Antonini Liberalem. cap. 41. ſcripſimus. Servius ad AEn. I. v. 594. *Juventus eſt multitudo Juvenum: Juventas Dea, ſicut Libertas: Juventa vero aetas. Sed haec a Poëtis confunduntur plerunque.* Praeferunt eam confuſionem etiam vett. Gloſſae, in quibus legas: Νεότης, *Adoleſcentia*, *Juventas*, *Juventus*. Γῆρας, *Senecta*, *Senectus*, *Senectas*, *Senium*. Et Servius ipſe ad AEn. v. 134 *Hebe Graece eſt Juventus, filia Junonis.* Feſtus: *Juventutis ſacra pro Juvenibus ſunt inſtituta.* Plinius lib. XXXV. cap. 10. *Supra aediculam Juventutis.* Quanquam *Juventatis* ibi Plinio reſtituit Gronovius. Ejus ſoror Εἰλείθυια, de quâ Pind. Nem. Od. 7. Sed cum Diana confundunt eam nonnulli. Vide Horat. Carm. Saec. & ibi Schol. Lactant. Argum. lib. IX. Met. Ovid. Euſeb. Praep. Euangel. pag. 52. Edit. Steph. MUNCK. De Εἰλείθυια egit Ill. Spanh. ad Call. H Jov. vs. 12.

6 EX JOVE ET MONETA] De duplici Muſarum geneſi conſulendus Apollon. Schol. ad v. I. lib. III. Phornut. cap. 14. Diodorus initio lib. IV. Livius Odyſſ. *Nam diva Moneta filia docuit.* h. e. Muſa. Vide Scal. ad Feſt. in *Corniſcarum*. Euſeb. Praep. lib. II. pag. 35. MUNCK. De Muſarum parentibus diſputat Lil. Greg. Gyraldus in ſyntagmate de Muſis.

7 FORMIDO] Schol. AEſchyl. ad Ἑπτ. v. 46. Φόβῳ ἢ Δείμῳ διεφθείρεις Ἄρεως. Adde Heſiod. Aſpid. v. 188. Θ. 934. Eſt nempe *Formido* Hygino, quod Δείμῳ Heſiodo, & Schol. Homer. ad Iliad. Δ. 440. MUNCK.

8 EX ACHELOO ET MELPOM.] Commentarius in Odyſſeam μ. *Telxiepiam*, *Agloaphemen*, *Piſineen*, & *Lygiam* vocat, quatuorque eas facit. MICYLL.

9 ET MELPOMENE] Apollodorus Steropen, Parthaonis filiam facit earum matrem. v. lib. I. SCHEFF.

10 TELES, RAIDNE] pro his omnibus ſcribendum cenſeo *Telxiope*, *Molpe*, *Piſione*. ita namque alii appellant. SCHEFF.

11 MOLPHETES, TIONE] Repono, *Molpe*, *Piſione*. Et pro *Teles*, *Raidne*, *Telxiepia*; niſi mavis *Telxiope*, quod Cl. Scheffero venit in mentem.

Ex Jove & Clymene, Mnemoſyne.
Ex Jove & Maja, Mercurius.
Ex Jove & Latona, Apollo & Diana.
[1] Ex [*Demogorgone*] & terra, Python, [2] draco divinus.
[3] Ex Thaumante & [*Electra*] Iris, Harpyiae, Celaeno, Ocypete, [4] Podarge.
Ex Sole & [5] Perſa, Circe, Paſiphae, AEeta, Perſes.

Ex

tem. Controverſa Sirenum origo, controverſa etiam nomina. Servius ad AEn. v. vers. 864. & Lactantius in argumentis lib. v. Metam. Ovidianarum Calliopes Muſae & Acheloi fuiſſe filias ſcribunt. Apollodorus autem lib. 1. pag. 8. cum noſtro Acheloi & Melpomenes; at pag. 25. quoſdam ex Sterope eas natas velle. Schol. Hom. ad Odyſſ. M. 39. Καλὰ μὲν τὰς Ἀχελῶος καὶ Στερόπης τ' παρθένου αἱ Σειρῆνες, καί' οἱόν τ (Apollonium certè libr. IV. 895.) Ἀχελῶος καὶ Τερψιχόρες μοῦσας τ Μουσῶν. Ὀνόματα αὐτῶν Ἀγλαοφήμη, Θελξιέπεια, Πισινόη, καὶ Λίγεια. Alia nomina ex aliis tibi dabit Natalis lib. VII. Myth. cap. 1. Tzetzae Chil. 1. 14. & VI. 15. Iſacio ad Lycophr. pag. 116. Scholiaſtae Apolloniano (lib. IV. vs. 892.) ſunt, Θελξιέπη ἢ Θελξινόη, Μολπὴ, Ἀγλαόφωνος. MUNCK. Sirenas Telluris filias vocat Euripides in Helena vs. 168. A multis Muſarum filias dici refert Servius ad Virg. lib. 1. Aen. vs. 12. ſed de harum parentibus conſule Cl. Burm. ad Ovid. Lib. v. Met. 551. Euſt. ad Dionys. Perieg. vs. 358. dicit ſecundum Homerum duas tantum eſſe Sirenas, & absque nomine; ſed ſecundum alios poetas tres eſſe *Parthenopen*, *Ligeiam* & *Leucoſiam*. Acheloi & Terpſichorae, ſive Muſarum filiae eadem de cauſſa nuncupantur, ſcilicet ob ſuavem cantum v. Tzetz. ad Lycophr. vs. 671, qua Linus Apollinis filius dicitur, ut videbimus fab. 161. qua Hymenaeus, Jalemus & Orpheus, licet hi revera Apollinis & Calliopes filii nuncupentur ab Aſclepiade apud Schol. Pindari o. Pyth. IV. vs. 313. qui pluribus de hac phraſi egit. & qua Palaemonius e Vulcani genere dicitur, quod erat altero pede claudus, ab Apollonio Rhodio Lib. 1. Arg. vs. 204. licet hoc argumentum explodat Hoelzlinus Iſtius auctoris interpres. Omnes reges vocabantur Jovis filii aut poſteri, Vide Theon. ad Arati Phaenomena pag. 23. Id quod notum ex Heſiodo in D. G. vs. 94.

Ἐκ δ' Μουσάων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος
Ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν ἐπὶ χθόνα καὶ κιθαρισταί.
Ἐκ δ Διὸς βασιλῆες. ——

A Vulcano Achillis arma finguntur fabricata, quippe artificioſiſſime facta. Philoſtrat. cap. XIX. Heroicon. §. 4. in fine. Sic *Martis Alumnae* vocantur aves pugnaciſſimae Stymphalides V. Munck. ad fab. 30. & bellicoſiſſimi Sauromatae, item Amazones ita Martis vocantur genus, V. Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. vs. 654. & Graev. Lect. Heſiod. cap. 20. e Neptuno orti, & a Neptuno amari dicuntur rei nauticae periti, viri fortes & audaces, aut peregrini, quorum parentes ignorantur. vid. Tzetz. ad Lycophron. vs. 156. Schol. Pindari in ſec. Hypotheſi Iſthmiorum, & Serv. ad III. AEn. 241. Τέκνα σοφίας vocantur fideles Eu. Lucae 7, 35. Revera meretrices fuiſſe cum Servio, quem Cl. Burm. ad Ovidii l. l. citavit, cenſuit Plutarchus, ut docet Tzetzes ad Lycophron. vs. 654. p. m. 74. Item Heraclitus de Incredibilib. c. 14.

7 Ex [*Demogorgone*] ET TERRA] Pingunt hoc loco aſteriſcum, quaſi deſit aliquid. Ego abundare puto conjunctionem, quia Python ex Terra ſola dicitur natus, ſicut apud Ovidium videmus. SCHEFF. Quis eſſet Demogorgon ille, quem heic, ubi aſteriſcum poſuerat Micyllus, Commeliniana, & quae eam ſecutae ſunt, editiones, repraeſentant, diu quaeſiveram, cum tandem haec mihi ſuggeſſit Statii Scholiaſtes ad IV. Theb. v. 519. *Dicit Deum Demogorgona ſummum, cujus nomen ſcire non licet.* Sed quis praeter Hyginum ex ſummo illo Deo ortum Pythona dixit? Terrae filium dicit cap. 140. Pythonem, nec patrem nominat. Etiam Ovidio ex ſolâ terrâ naſcitur 1. Met. Quocirca Cl. Scheffero τὸ & videtur delendum. Ego *ixíχω*. Heraclides Alleg. Hom. pag. 75. *Draco tellus eſt, utpote indigena & e terrâ natus.* MUNCK. *Incognita Serpens* vocatur ab Ovidio L. 1. Met. 439. ubi pluribus de Pythone egit Cl. Burmannus.

2 DRACO DIVINUS] H. e. Μαντικός. Heſych. Πύθων, δαιμόνιον μαντικόν. Gloſſ. Philox. *Divinum*, Θεῖον, καὶ μάντιν. MUNCK.

3 EX THAUMANTE ET] *Electra* fortaſſis addendum, ſic enim Heſiodus habet. MICYLL. Deeſt, *Electra*, ut ex Heſiodo & Apollodoro ſci-

Ex AEeta [6] & Clytia, Medea.

Ex Sole & Clymene, Phaethon & [7] Phaetontides, [8] Merope, Helie, AEtherie, Dioxippe.

Ex Typhone & [9] Echidna, Gorgon, Cerberus, [10] Draco, qui pellem auream arietis Colchis ſervabat: Scylla, quae ſuperiorem partem foeminae, inferiorem canis habuit, quam Hercules interemit: Chimaera, [11] Sphinx, quae fuit in Boeotia: Hydra ſerpens, quae novem capita habuit,

ſcimus. Idem & Micyllo viſum. SCHEFF. Ita ex conjectura Micylli ſuppleverunt. Convenit hoc cum illis, quae Heſiodus habet Θ. 265. & Apollod. lib. 1. Alii Ponti & Terrae fuiſſe filias volunt. Vide Servium ad AEn. III. 241. Jovis canes cur ab Apollonio dicantur, egregie explicat Heinſius ad Heſiod interpretes pag. 89. MUNCK. Haec etiam ex Heſiodo adnotat Serv. ad Virgil. III. AEn. 212. & Tzetzes ad Lycophron. vs. 167. late de hiſce diſputans dicit filias eſſe Thaumantis & Electrae, Oceani filiae, Iridis ſorores. De *Iride* Schol. Apoll Rh. II. 286. & Serv. ad Virg. v. AEn. vs. 606. & ad IX. AEn. vs. 2. & vs. 5, 16. Lact. ad Statii Lib. II Achill. 28 & pro Dea etiam fuiſſe habitum docet Ill. Spanh. ad Call. H. Del. vs. 226.

4 PODARCE] Repone *Polarge*. vide quae notamus ad cap. 14. MUNCK. Pro *Podarce* Tzetzes *Aello*.

5 PERSA] *Perſeis* eſt Heſiodo Ciceron. III. Nat. Deor. & noſtro cap. 156. ad quod diximus, cur tamen nihil ſit heic mutandum. Sed in Schol. recent. ad Olymp. Od. 13. *Antiope* appellatur AEetae mater. Quod habet ex Chio Eumeli. Vide Schol. Lycophr. pag. 35. Edit. Steph. MUNCK. De Matre AEetae videndus Cel. Burm. ad Val. Flacc. l. VII. Argon. vs. 238.

6 ET CLYTIA] ſcribe *Idyia*. Sic enim vocatur infra fab. 25. Neque aliud apud Heſiodum caeterosque ejus nomen SCHEFF. Reſcribas *Idyia* ex Heſiod. Θ. 960. Cicer III. Nat. Deor. Atque ita ab Hygino ipſo appellatur c. 25. ut jam Cl. Schefferus obſervavit, & nobiliſſ. Heinſius Not. in Ovid. Heroid. XVII. MUNCK. Conſule etiam Tzetz. ad Lycophron. vs. 174, 1018.

7 PHAETONTIDES] An *Phaethontiades*, ut aliis appellantur? Non opus videtur. Sic Φαεθούσης ſunt Heraclito & Eratoſtheni, quae Heſiodo Φαεθούσης; *Thaumantis* Statio II. Achill. v. 23. quae aliis *Thaumantias*; *Heliconides* Feſto; quae Graecis *Heliconiades*. *Atlantis Calypſo* Tibullo, quae non paucis *Atlantias*, ut notavi nuper ad Anton. Liberal. pag. 336. Adjungamus his *Phaſis Phaſias* pariter indifferenter poëtis uſurpata. Tzetzae quinque ſunt *Phaëthontides*, *AEgle*, *Lampetie*, *Phaëthuſa*, *Hemitlea*, *Dioxippe*. Ovid. lib. II. Met. tres tantum. Noſter cap. 154. ſeptem numerat: Scholiaſtes Germ. Eridano octo. Verba ejus adſcribam: *Sorores quoque Phaëtontis in arbores populos verſae ſunt, lacrymaeque earum in electrum durare* (lege *durari*) *dicuntur, Heliadeſque appellatae, ipſas autem nomina habuiſſe: Merope, Helie, AEgle, AEgiale, Petre, Phoebe, Charie, Dioſippe.* Lege, *Dioxippe*, quomodo recte exhibet Sanctandr. Editio. In Hygino hoc loco *Merope*, pro *Merore*, *AEtherie* pro *Etherie* reponendum ex cap 154. Nam quod ibi legitur, *Phoebea*, *Etherie*, peccatum eſt librariorum: tu ſcribe *Phoebe*, *AEtherie*. Corruptum prius vocabulum etiam Heracl. περὶ Ἀπίστων cap. 36. Φοῖβη, Λαμπετίη, Αἴγλη. Scribe Φοίβη, ut recte Noſter habet cap. 156. Lactantius Arg. lib. II. Met. Ovid. *Sorores Phaëtontis*, *Phaëthuſa*, *Lampetio, & Phoebe, quam quidam Lampetuſam appellant.* Caeterum Λαμπετίη eadem eſt, quae Λαμπετίη, quam cum Phaëthuſa ex Neaera ſuſcepiſſe Solem canit Homer. Odyſſ. M. Meminit quoque ejus Heſychius: Λαμπετίη, Ἠελίου Κόρη. Adde quae ad Fulg. lib. 1. c. 15. notavi. MUNCK.

8 MEROPE] Ex fab. 154. ſcribendum *Merope*, ubi nominantur caetera, quae hic forſan exciderunt. SCHEFF.

9 ECHIDNA] Filia haec Phorcynis erat, ut vult Pherecydes ad Apollon. lib. II. 1752. quod firmatur ab Heſiodo Θ. 205. MUNCK. De hac Typhonis uxore etiam Tzetz. ad Lycophron. vs. 1353.

10 DRACO, QUI PELLEM, &c.] Eum natum Typhonis ex ſanie eſſe, quae de vulnere ejus, cum à Jove eſſet fulminatus, manarit, Apollonianus Scholiaſtes tradit ad lib. II 1214. Nicandri Gloſſographus hoc amplius omnia δράκοντα ex Typhonis ſanguine orta tradit. *Dracones dicti ſunt* ἀπὸ τοῦ δρακεῖν, *quod eſt videre. Clariſſimam enim dicuntur habere oculorum aciem. Quod ex cauſa eos theſauris incubantes cuſtodiae cauſa finxerunt antiqui.* Feſtus. Adde Macrob. Sat. I. cap. 20. MUNCK.

11 SPHINX] Alii ex Chimaera & Typhone na-

scitur

buit, quam Hercules interemit: & [1] draco Heſperidum.
Ex Neptuno & Meduſa, Chryſaor, & equus Pegaſus.
Ex Chryſaore & Callirhoe, [2] Geryon trimembris.

FA-

tam eam tradidere, ut Diaconus in Heſiod. pag. 261. Edit. Heinſ. Heſiodus ipſe v. 326. Θ. ex Ortho & Chimaera ortam refert. De Chimaerâ vide noſtrum cap. 57. MUNCK.

1 DRACO HESPERIDUM] De eo Ovid. conſulendus lib. IV. Met. 646. Probus ad Virgil. I. Georg. 205. *Ladonem* cum nominat Apollonius lib. IV. vers. 1396. Ad quem verſum non perdideris operam, ſi inſpexeris, quae Scholiaſtes annotavit. Heſiod. Θεογ. 333. ex Phorco & Ceto natum hunc vult. MUNCK. Hunc Draconem ſive ſerpentem ex arbore pendentem Lector ad oculum videre poteſt in nummo, quem profert Ill. Spanh. ad Call. H. Cer. p. 670. ſed quid de hoc dracone Palaephatus de Incredib. ſenſerit, indicat Cl. Burm. ad Ovid. IV. Met. 646. Adde Heraclitum de Incredibilibus cap. 20

2 GERYON TRIMEMBRIS] H. e. tricorpor. Loquitur ſic etiam cap. 30. Et Serv. AEn. VII. 662. *Geryones Rex fuit Hiſpaniae, qui ideo trimembris fingitur*, &c. Gloſſ. Philox. *Bimembris*, δίμελος, δίμορφος, δίσωμος. *Triformis* eſt Senec. Agam. 841. Τρικάρηνος alii, ut Heſiod. Θεογ. 287. Alii *tergeminum* appellant. Lucret. lib. 5. *Quidve tripectora tergemini vis Geryonai.* Symm. Lib. I. Epiſt. 1. *Eruta Geryonis de Lare tergemini.* Heſiod. Θ. 287. Χρυσάωρ δ' ἔτικε Τρικάρηνον Γηρυονῆα. Juſtinus lib. XLIV. cap. 4. *Geryonem non triplicis naturae*, &c. Alia notione *bimembris Peliacus* dicitur Chiron Sidonio Carm. 23. quod ſemifer ſcilicet eſſet, ut *bimembres* pro centauris apud Ovid. XV. Met. fab. 9. Et *nubigenae bimembres* apud Claudian. I. Ruf. 331. quemadmodum ex Mſſ. reſtituit Nobiliſſ. Heinſius. Fabulam ſuo more explicat Apoſtolius verbis Palaephati. Cent. XIX. 64. Heſiod. Theog. eandem Geneal. tradit. Quid ergo ſibi vult Diaconus in ſuis allegoriis? Ἡ Καλλιρόη ἡ τοῦ Ὠκεανοῦ θυγάτηρ χρυσάορι Πηγάσῳ μιγεῖσα Γηρυόνην ἔτικε. Chryſaor idem eſt qui Pegaſus? Nec praetercundem, quod *Geryon* Latine dicatur, qui Graecis eſt Γηρυόνης. Seneca Hercule Furent. v. 487. *Nec una Geryon victus manu.* Quem locum opportune nobis ſubjecit Nobiliſſimus Heinſius. Sic *Bellerophon* cap. 57. & apud Fulgent. lib. III. cap. 1. qui Graecis eſt Βιμιγερῶν. Quanquam Βιμιγερῶν τετρασώμασον agnoſcit etiam Euſtath. ad Iliad. π. 488. Edit. Baſ. & Γηρύων Schol. Heſiod. pag. 310. Imo & Euſtath. in Dionyſ. pag. 81. Λέγεται, inquit, καὶ Γηρυὼν, καὶ Γερυόνης, καὶ Γηρυσάδης. De Callirhoë fabulam non protritam habes apud Servium ad AEn. IV. vſ. 250. Alhricus quoque cum Hygino: *de quo ſcribitur, quod ipſe Geryon habebat*, &c. Et Feſtus Avienus Ora maritima pag. 436. Ed. Pith. *Geryona quondam nuncupatum accepimus.* Atque haec dicta mihi ſunto ad Hygini Genealogiam, ſive potius Epitomen ejus. Nam, referente Thoma Gale, viro doctiſſimo Diſſertat. de ſcriptoribus Mythologicis cap. V. Epitomen iſtam a ſe factam ait Grammaticus quidam in Iſacii Voſſii Bibliotheca Maximo & Apro Coſſ. niſi potius totum ille hoc mythicum opuſculum eo vocabulo deſignavit: id quod verius puto. MUNCK. Schol. Ariſtophanis Acharn. vſ. 1082. ὁ δὲ γηρυόνης, ὁ ἰμηνόθη, τρικέφαλος ὢν, καὶ πολὺν ἀγῶνα παρέχει τῷ Ἡρακλεῖ. Vid. & ad Equit. v. 1414.

## Ad CAP. I.

3 ATHAMAS AEOLI FILIUS] De Athamante, ejusque parentibus Apollodorus lib. I. pag. m. 27. Schol. Apoll. Rhod. I. Arg. 143. ad II. 1166. ad III. 359, & 1239. Lutat. ad Statii IV. Theb. 571. Schol. Ariſtoph. Nub. 256. Praeter hunc & alius fuit Athamas Phanoſyrae e Paeone natae & Minyae filius, cujus fratres fuerunt Orchomenus ac Diochthondas. Schol. Apoll. Rhod. lib. I. vs. 230. Prior hic Athamas in Theſſalia regnaſſe dicitur a Noſtro cap. IV. qui ab Apollodoro pag. 39. δυναστεύων βοιωτίας, imo Thebanorum rex dicitur a Tzetze ad Lycophron. vſ. 22. & rurſus ab aliis Rex Orchomeniorum. Vid. Serv. ad V. AEn. 241. quod ultimum certo certius eſt juxta Hellanicum apud Schol. Apoll. Rhod. I, Arg. v. 763. & ad III, Arg. vs. 265. qui ad lib. II. vs. 1090. Phrixi filios, quorum, avus fuit Athamas, Orchomenum, ut paterna regna haereditatis jure obtinerent, petiiſſe docet. Denique in Phthia a Palaephato de Incredibilib. cap. 31. ſi MSS. Codd. ibi habenda ſit fides, Imperium habuiſſe fertur Athamas. Quae

opi-

# FABULA PRIMA,

## THEMISTO.

[3] ATHAMAS Aeoli filius, habuit ex [4] Nebula uxore filium Phrixum; & filiam Hellen: & [5] ex Themiſto Hypſeï filia, filios duos, [1] Sphin-

opinionis varietas inde orta eſt, quia variae fuere urbes *Orchomeni* a diverſis heroibus hoc nomine inſignibus conditae. Fuit *Orchomenus* in Arcadia, ab Orchomeno Arcadis patre condita, ut teſtatur Duris apud Schol. Apoll. Rhod. IV. 264. & ex eo Cl. Salmaſ. de L. Hellenиſt. pag. 305. Eadem ex hoc ſcriptore adſirmat Schol. Ariſtophan. Nub. vs. 397. qui *Orchomenum* Arcadiae fluvium vocat. Sed h. l. pro κώμαν, πόλιν legendum docet Rutgerſius lib. IV. V. Lect. cap. 18. Praeterea fuit *Orchomenus* in Boeotia, Thebanis contermina, cui & Thebani tributum perſolvere debuerunt juxta Apollodor. lib. IV. pag. 105. & Strabonem lib. IX. pag. 635. & ibi Caſaubon. Haec a Minya Neptuni & Chryſogones, (ſive, ut Tzetzes ad Lycophron. vs. 874. & Schol. Pindari Olymp. Od. XIV. 5. Neptuni & Callirrhoes ex Oceano natae) filio condita, unde & *Orchomenus Minyeius* dicitur, quae Chryſogone Almi filia fuiſſe perhibetur. Conſule Schol. Apoll. Rhodii lib. III. 1093. & plura de hac Orchomeno dabit Munckerus ad Antonini Liberalis Metamorph. fab. 26. Haec autem urbs nomen habere dicitur ab Orchomeno Jovis & Heſiones e Danao natae filio. vid. Schol. Apoll. Rhod. lib. I. vs. 230. in hac Boeotiae urbe regnavit Athamas, unde & Thebanis imperaſſe memoratur. qua ex urbe ob cauſſam, de qua mox agemus, pulſus *Athamantida* deinde a nomine ſuo dictam oraculo monitus condidit. vid. Apollodor. lib. I. pag. 41. Sed de quo loco conſulendi Strabo lib. XIV. pag. 939. & Pauſanias, quem ibi Caſaubonus citat. Tandem ad Noſtrum Hyginum deſcendamus, qui eum in Theſſalia regnaſſe ideo dicit, quia confundit Orchomenum Boeotiae, cum *Orchomeno* Theſſaliae. Nec mirum; nam *AEolus* Athamantis pater in Theſſalia regnavit juxta Apollodorum lib. I. p. m. 27. in qua & Orchomenus urbs olim fuit ſita. Conſule Schol. Apollon. Rhodii lib. II. vs. 1192. Palaephati verba etiam illuſtrantem. οἱ δὲ τὴν Θήβαι Ὀρχομενὸν, πόλιν φασὶν εἶναι. Φίλιν πόλιν Ὀρχομενὸν, παράσον οἱ Ὀρχομένιοι ἄποικοί εἰσι Θεσσαλῶν. Δανάη] ὃ καὶ Ὀρχομενὸν μητροπόλεως δ' μαθεῖν Μακεδόνας, καὶ Θεσσαλίαν. εἰσὶ γὰρ Ὀρχομένιοι, καὶ Φῶκοι, καὶ πόλις Θεσσαλίας, καὶ Βοιωτίας, καὶ Ἀρκαδίας, καὶ Πόντου. Ergo ſi omnes Orchomenii Theſſalorum coloni fuerint, Orchomenii in Boeotia habitantes quin ex Orchomeno Theſſaliae oriundi ſint, nullus dubitaverit ſanus. Nam & aliae multae urbes in Boeotia reperiuntur, quae Theſſalis originem debent, & ab urbibus in Theſſalia ſitis nomen adeptae ſunt. Unde fit, ut haec Theſſaliae, & Boeotiae loca ſynonyma non tantum ab Hygino, ſed & aliis ſaepe ſcriptoribus confundantur. Conſule Cl. Salmaſ. de L. Hellenиſt. pag. 305, 361, 362, 363.

4 NEBULA] Νεφέλη nomen eſt proprium, quod minus rectè *Nebula* Latine efferre videntur Hyginus, & Germanici Scholiaſtes. Quod notatum quoque Barthio video ad Stat. pag. 1607. Tom. III. Secutus illos Lactantius ad Stat. I. Achill. v. 65. Cui illa *Nephele Nubes* eſt. Ut & Noſtro Aſtron. II. 21. Eſt tamen non indoctus auctor, Arnobium dico, quo tueri ſe poſſint. *Mnemoſynen* enim ille Muſarum matrem *Memoriam* lib. II. appellat. Cui accedit Auguſtin. de Ordin. cap. 14. & Capella, cui Eris *Diſcordia* eſt lib. I. Nupt. Philol. Imo nec illis tantum, ſed & aliis haec talia frequentantur. Hinc ergo Phryxus *Nubigena* Columell. lib. X. MUNCK. Alii alio nomine adpellant *Phrixi* & *Helles* matrem. V. Columnam ad Ennii Athamanta pag. 163.

5 EX THEMISTO FILIOS DUOS] Herodotus autem apud Scholiaſtem Apollonii ad lib. II. vers. 1147. ait: ἐξ Ἀθάμαντος καὶ Θεμιστοῦς θυγατρὸς Ὑψέως παῖδας Σχοινέα, Ἐτεόκλειον, Λεύκωνα, Πηῶν. πυνθανεται δ', Φέρεκυδη καὶ Ἑλλάνικος. Apollodor. lib. I. καὶ γήμας Θεμιστὼ τὴν Ὑψέως, ἐγέννησε Λεύκωνα, Ἐρυθρέα, Σχοινέα, Πηῶν. Niſi tu mavis, Lector, corrigam ex Herodoto Apollodorum, & referibam apud eum, Ἐρυθρέα & Πηῶν. Sed retrahit nos Pauſanias in Boeoticis: Εἶναι δ' Ἀθάμαντος καὶ Θεμιστοῦς παῖδα τὸν Πτῶον. Quam putem omnium certiſſimam eſſe ſcripturam, vel certe πτῶον ex Nonni Dionyſiac. extremo lib. IX. Ubi dicuntur Σχοινεὺς, Λεύκων, Περφυρέων, Πτῶος. Τίτανες cum appellat Tzetzes in Lycophronem pag. 7. Verba ejus adſcribam: Ἐκεῖ δ' γαμεῖ Θεμιστὼ τὴν Ὑψέως, ἧς καὶ Λεύκωνα, Ἐτεόκλειον, Σχοινέα, Τίτανες. Lege Σχοινέα pro Σχοινεα. & Ἐτεόκλειον, pro Ἐρυθρέα. MUNCK.

[1] Sphincium & Orchomenum. Et ex Ino Cadmi filia, filios duos, Learchum [2] & Melicertem. Themiſto, quod ſe Ino conjugio privaſſet, filios ejus interficere voluit. Itaque in regia latuit clam, & [3] occaſione nacta, cum putaret ſe inimicae natos interfeciſſe, ſuos imprudens occidit, à nutrice decepta, quod eis veſtem perperam injecerat. Themiſto cognita re, ipſa ſe interfecit.

## II. *Ino.*

Ino Cadmi & Harmoniae filia, cum Phrixum & Hellen ex Nebula natos interficere voluiſſet, iniit conſilium cum totius generis matronis, [4] & conjuravit, [5] ut fruges, in ſementem quas darent, torrerent, ne naſcerentur: [6] ita ut, cum ſterilitas & penuria frugum eſſet, civitas tota par-

1 Sphincium] Mallem *Plinthium*, quomodo Infra fab. 239. vocatur. SCHEFF. Infra cap. 239. *Plinthium* appellat. Utrum rectius ſit, nondum habeo dicere. Et forte neutrum rectum, & *Scheeneus* in locum *Sphincii* ſubſtituendus. MUNCK.

2 Et Melicertem] Etiam filiam Euricliam, ut vult Zenobius Cent. IV. 38. qui Themiſtonem ignorat, ut Nephelen Herodorus. Quam mire in hac fabula varient veteres, diſcere potes ex Scholiaſte Pindari ad Pyth. Od. IV. Ταύτην ὁ μὲν Πίνδαρος Δημοκλείδην φησὶν, Ἱππίας δὲ Γοργάσιν. Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀθάμαντι, Νεφέλην, Φερεκύδης δὲ Θεμιστώ. Nota praeterea, Learchum & Melicerten eundem eſſe quibuſdam. Tzetzes in Lycoph. Εἶτα γήμας Ἰνὼ, ἣν ἔνιοι Καλίαρχον, ἢ Ἀρχόν τινα Λίαρχον, καὶ Μελικέρτην. pro Λίαρχον malim Λίαρχον, quemadmodum aliis appellatur. MUNCK. Conſule Celeb. P. Burm. ad Ovidii IV. Met. vs. 515. Hunc Learchum a patre Athamante furibundo ſagitta occiſum eſſe docent Schol. Eurip. Phoeniſſ. vs. 4. Apollodorus lib. I. p. 41. & lib. III. p. 171. Lactant. ad Statii I. Theb. 13, 230. & ad VII. Theb. 421. & Column. ad Ennii Athamanta pag. 263. cur e Boeotia Athamas ejectus eſſe creditur.

3 Occasione nacta] *inventa.* MICYLL. Ita etiam cap. 8. 28. 120. & 140. loquitur, ut nihil opus ſit *inventa* Micylli. MUNCK. Conſule Paſſerat. ad Propert. I, 2, 5. Cort. ad Salluſt. B. Cat. c. 7. §. 3. & Daviſ. ad J. Caeſar. l. 7. B. G. c. 61. Sic *pollicitus* paſſive. v. Daviſ. & Oud. ad J. Caeſar. l. 2. B. Civ. c. 21. & ipſum Muncker. ad fab. 200. & 198.

## Ad CAP. II.

4 Et conjuravit] Scilicet cum totius generis matronis, quod hic repetendum eſt. Cicero in de Aruſpicum Reſp. *Hi quibuſcum conjuraſti.* Quae hoc loco notat Barthius, ad rem nihil faciunt. Fabulam habes apud Apollod. p. m. 13. lib. I. SCHEFF.

5 Ut fruges torrerent] Ita etiam narrat Tzetzes ad Lycophr. pag. 7. Schol. Stat. I. Achill. 65. Apollod. lib. I. Zenobius loco cap. I. adducto. Scholiaſtes Homeri ad Iliad. H. v. 86. Aliter Apoſtolius ex Sophocle Cent. XIII. 46. MUNCK.

6 Ita ut] pro, ut ita, trajecte. Amat enim noſter iſtiusmodi trajectiones, quod ſtatim ab initio notandum, ne quis habeat pro vitio. SCHEFF.

7 Ita referret] puto, illud *ita* male divelli à ſequentibus, locumque ſic ſcribendum ac diſtinguendum eſſe; *ut falſum reſponſum, ita referret, ſi Phrixum &c.* quo cohaereant, *ita fore finem, ſi immolaſſet.* Nam *ita referre* dicitur otioſe. At vero illud *ita* optimi ſcriptores cum ſequenti *ſi* conjungunt Cicero de Offic. I. *Id ita juſtum eſt, ſi eſt voluntarium.* Trajectiones amare noſtrum, modo dixi. Ita ſtatim poſt: *Inus Athamanti conſilium, pro Inus conſilium Athamanti.* SCHEFF. H. e. iis verbis, quae mox ſubjiciuntur. Sic habes cap. 69. *Atque ita interrogavit.* 171. *Cui fata ita cecinerunt.* 125. *Quos illa conditione ita differt.* Albricus cap. 20. *Cui ſic reſpondet, nil in hoc ei poſſe praeſtare.* Schol. Stat. Thebaid. I. v. 1. *Cui ita locuta eſt.* Adde notas ad cap. 69. MUNCK.

8 Phrixus ultro] Multi juvenes generoſi ſimilibus ſacerdotum aliorumque fraudibus olim decipi ſe paſſi ſunt. De noſtro idem teſtatur Pherecydes apud Schol. Pindari Od. Pyth. IV. vs. 288. Sic in urbe Elide Molpis juvenis nobilis apud Tzetzen ad Lycophron vs. 159. Simile quid de Erechthei filiabus narratur, vid. Celeb. P. Burm. in

Ca-

partim fame, partim morbo interiret. De ea re Delphos mittit Athamas ſatellitem: cui Ino praecepit, ut falſum reſponſum [7] ita referret: Si Phrixum inmolaſſet Jovi, peſtilentiae fore finem. Quod cum Athamas ſe facturum abnuiſſet, [8] Phrixus ultro ac libens pollicetur, ſe unum civitatem aerumna liberaturum. Itaque cum ad aram cum infulis eſſet adductus, & pater Jovem comprecari vellet, ſatelles miſericordia adoleſcentis, [9] Inus Athamanti conſilium patefecit. Rex facinore cognito, uxorem ſuam [10] Ino, & filium ejus Melicerten Phrixo [11] dedidit necandos. Quos cum ad ſupplicium duceret, Liber pater [12] ei caliginem injecit, & Ino ſuam nutricem eripuit. Athamas, poſtea ab Jove inſania objecta, Learchum filium interfecit. At [13] Ino cum Melicerte filio ſuo in mare ſe praecipitavit. Quam Liber [14] Leucotheam voluit appellari: nos matrem Matutam dici-

Catal. Argon. v. *Phalerus*. Item de Coroebo Lactant ad Statii II. Theb. 221. De Anchuro Midae f. Plut. Parall. p. 306. Plura exempla omitto. Conſule de *his* ſacerdotum fraudibus Plut. de Fortun. Rom. pag. 314. Celebb. V. V. J. Perizon. ad Aelian. XII. V. H. 28. & P. Burm. ad Petronii Satyric. cap. 6.

9 INUS CONSILIUM PATEFECIT] Euſtath. ad Iliad. pag. 242. narrat, ancillam Ἄλλοι μιὰν τὴν Ἰνὼ φράσαι τὰ σπέρματα, hoc eſt, prodidiſſe. Mentio hujus fabulae, quod fugit hactenus viros doctiſſimos, fit quoque Aſtron. II. 20. ubi de Ariete ait: *Habere tempus anni, quo frumentum ſeritur. Ideo quod ortum ſeverit ante, quae maximè fugae fuit, cauſa.* Sanctandr. *quod bortum ſeverit.* At legendum. *Quod id Ino toſtum ſeverit.* Duxit me ad eam conjecturam, cum ipſa fabula, tum editio Veneta anni 1485. & π. *ortum quod ſeverit.* MUNCK.

10 INUS] Infr. cap. 186. *Perfidia Theanus.* Gloſſ. Steph. *Gergus*, Γεργίθιος. Virgil. AEn. x. 199. *Fatidicae Mantus, & Tuſci filius amnis.* Ad quem verſum Servius Danielis: *Mantus vero Graece declinavit; nam ſi Latine vellet*, Mantonis *diceret, ut ait Plautus* Jonis. Chariſius lib. 1. *Quae ideo quidam Graece declinare maluerunt, bujus Didus, Sapphus, Inus. Sed melius eſſet ſecundum Latinam conſuetudinem hujus Sapphonis & Didonis dicere. Nam & Paccuvius ſic declinat*: Filios ſibi procreaſſe per eandem Calypſonem autumant. Capella lib. III. pag. 72. *Ea vero, quae primam ſui poſitionem integram ſervant, ut Io, Ino, Graeco more declinantur, ut faciant in genitivo,* Ius, Inus, Priap. Carm. LXVII. *Penelopes primam Didus hac prima ſequatur.* Ita legit Nobiliſſ. Heinſius, non, *Didonis prima ſequatur.* MUNCK.

11 DEDIDIT NECANDOS] Donatus ad Terent. Andr. I. 2. Dare *eſt quod repetas*: dedere *eſt ad perpetuum.* Damus *amicis*: dedimus *tantum hoſtibus.* Horat III. od. 27. *Si quis infamem mihi nunc juvencum dedat iratae.* Hyginus tamen infr. cap. 8. *Dircae uxori Lyci data erat in cruciatum.* Salluſt. in Cat. 45. *velut hoſtibus ſe praeteribus dedit.* MUNCK. An *dare aliquem letho* pro occidere non eſt ad perpetuum? de qua phraſi Cl. Burm. ad Phaedr. l. 1. fab. 22. *Dedit* & *dedidit* ſaepius in MSS. confuſa vidimus ad Nepot. Themiſtocl. c. 1. *totum ſe dedidit Reip.* ut h. l. legit Cl. Oudendorp. ad J. Caeſar. l. III. B. G. c. 22. Si varii codices hic ad manus eſſent, eadem confuſio forſan deprehenderetur.

12 EI CALIGINEM INJECIT] Caligo eſt ἀορασία. Moſchopulus in Heſiod. Ἔργ. Α. Ἐνδυκαθὲς ἀορασίαν, *tecta caligine.* Poëta dixerat, Ἠέρα ἰοειδέα. minus expreſſe interpretes, *aëre indutа.* Οἱ ὁ Gen. XIX. 11. Τοὺς δ ἄνδρας ἐπάταξαν εἰς ἀορασίαν ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου. Ἀποτύφλωσις dicitur Zachar. XII. 4. Gloſſ. vett. *Caligo*, σύγχυσις ὀφθαλμῶν. Noſter c. 24. *Caliginem eis objecit, & ex venenis multa miracula fecit.* 98. *Diana virginem miſerata eſt & caliginem eis objecit.* MUNCK.

13 INO CUM MEL. NUTR.] De loco, e quo ſe praecipitavit Ino, & de pinu, ad quam poſtea Melicertae corpus repertum eſt, a maris fluctibus ejectum, conſule Plutarch. lib. v. Sympoſ. quaeſt. 3. pag. 675. & 677. & Lactant. ad Statii II. Theb. 380, 383. & ad IV. Theb. 58. item Celeb. P. Burm. ad Ovidii IV. Met. 524.

14 LEUCOTHEAM] Male infr. cap. 125. & 224. *Leucothoam* eam fecerunt librarii, ut demonſtravimus ad Anton. cap. 15. Idem vitium occupavit Servium ad I. Georg. 437. *Ino & Melicerta filius, poſtquam ſunt in numina commutati, Graece Palaemon & Leucothoë ſunt appellati: Latine Portunus & Mater Matuta.* Et Lactantium quoque lib. I. cap. 21. *Ino, poſtquam ſe praecipita-*

dicimus: Melicerten autem Deum Palaemonem, [1] quem nos Portunum dicimus. Huic quinto quoque anno [2] ludi gymnici fiunt, qui appellantur ἴσθμια.

## III. *Phrixus.*

PHRIXUS & Helle, [3] insania à Libero objecta, cum in sylva errarent, Ne-

*pitavit, Leucothoa, Materque Matuta, & Melicertes filius ejus Palaemon, atque Portunus.* Ovid. VI. Fast. 545. *Leucothee Grajis, Matuta vocabere nostris.* Nec aliter Cicero I. Tuscul. & II. Nat. Deor. Consentiunt vett. Gloss. Steph. sive Philoxeni: *Mater Matuta,* Λευκοθέα. *Portunus,* Δαίμων θαλάττιος. Nempe qui portubus praeest, ut ait Serv. ad AEn. v. 241. Quo loco recte non *Leucothoam*, sed *Leucothoam* ejus matrem appellat, ut & Cyprianus Tract. IV. Stat. IX. Theb. 402. Augustin. C. D. lib. XVIII. 14. Dictam illam divam etiam *Albuneam* docent me laudatae modo Glossae. *Albunea,* Λευκοθέα. Glossarium Cyrilli: Λευκοθέα, *Albunea, Mater Matuta.* Gloss. Isid. *Albuna, Mater Matuta.* Malim *Albunea.* Βόνη est Graecis. Vide Schol. Lycophr. pag. 23. Adde, quae habet Festus in *Mane*, & *Matrem Matutam.* Festa ejus Deae dicta Matralia, ut docet Lactant. lib. I. cap. 6. qui & Tiburtem Sibyllam Albuneam dictam autumat. Nonnulli Leucotheae nomine auroram appellant. Capella lib. II. *An Leucothea succenderet facem tumenque purpureum.* Caeterum quod Inoni heic Hyginus, id Thaliae tribuit Diodorus lib. V. Unde dicta sit Leucothea, invenies apud Hom. Schol. Odyss. E. 334. Nonn. Dionys. lib. X. MUNCK. Consule de hujus vocis scriptura Celeb. P. Burm. ad Ovidii IV. Met. vs. 796. & 541. De Inone cum Nerei filiabus semper in mari vivente Schol. agit Pindari Olymp. Od. II. 51. & pro maris dea cultam docet, quem laudat Vir Graece doctus in Eruditissima ista Vanno Critica cap. 10. pag. 463. Si plura de Inone ac Melicerte scire desideras, Lector, adi Plutarch. Quaest. Rom. Tom. II. p. 267. (qui quam hic *Nebulam* vocat Hyginus, AEtolam ancillam nomine Antipheram fuisse docet.) Lactant. ad Statii IV. Theb. vs. 85. Celeb. Burm. ad Ovidii IV. Met. 524. Schol. Pindari Od. Pyth. III. vs. 173. Melicertem ab Inone *lebeti* inpositum esse nonnullis dici adfirmat. i. e. naviglo, qui *lebes* ab antiquis adpellabatur. Vid. Junius lib. II. Animadv. cap. 3. quamquam Apollodorus lib. III. p. 171. κιβωτὸν λάρνακα vocat. Alia de hac Leucothea, & ejus festis Plutarch. de Frat. Am. T. II. p. 492.

1 QUEM NOS PORTUNUM, &c.] Portuni nomen non Palaemoni tantum, sed & Neptuno esse tributum ad Capell. lib. I. observat Grotius. Caeterum hunc Melicertem à matre etiam *Inoum* fuisse dictum notat Horat. vetus Scholiastes, in Art. Poët. In quo tamen falli eum libens credo Illustri Heinsio. Virg. I. Georg. 437. *Inoo Melicertae.* Servius recte: *Inoo Patronymicum est à matre Ino: Melicerta proprium numinis.* De eo numine in Gloss. MSS. I. Georg. *Unam clavem tenens pingi solet.* Notandum heic, quod observat Lactant. lib. I. cap. 21. *Solent mortuis consecratis nomina immutari.* vide ibi seqq. MUNCK. Dii fingebantur alia lingua loqui, quam mortales. vid. Schol. Homeri Iliad. A. vs. 403. hinc in Deorum numerum relatis alia dabantur nomina. vid. Antonin. Liberal. cap. 30. Munck. ad Hygini fab. 251. & ad Lactant. explicat Fab. XIV. 18. Lactant. ad Statii II. Theb. 383. aliosque.

2 LUDI GYMNICI] Vide infr. cap. 273. MUNCK.

## Ad CAP. III.

3 INSANIA OBJECTA] Sic infr. cap. 166. *Illae à Minervâ insaniâ objectâ in mare se praecipitarunt.* 184. *Per insaniam à Libero objectam.* Astron. II. 13. *Insaniâ a Minervâ injectâ.* Hoc est, quod Ovidius dicit. I. Met. 725. *Oculis Erinnyon objectare.* MUNCK.

4 JUSSIT] Non est mihi dubium, quin scripserit: *jussisse, & Cadmo.* Vitium est natum ex omissione e unius propter aliud, quod sequebatur. SCHEFF. Scheffer us, vir celeberrimi nominis, emendat *Jussisse.* Et sane ita postularet politior Syntaxis. Ett tamen, cur dubitare possis, an non & hoc caeteris, quae, ut lenissimè dicam, ἀγραφίλεκτα sunt apud hunc scriptorem, sit annumerandum. Cap. 55. *Exporrectus jacere dicitur. Et Serpens ei appositus est,* &c. 84. *Dicitur aquam recedere. Item poma ei super caput pendent.* 14. *Lynceus sub terrâ latentia quaeque vidisse dicitur, neque ulla caligine inhibebatur.* Imo Lactantius ad Stat. II. Theb. 281. qui hanc fabulam ex Hygino transscripsit, tantum non vetat quicquam mutari: *Phrixus & Helles* (scrib. *Helle*) *insaniâ a Libero objectâ, cum in sylvâ errarent, Nebula mater eorum venisse dicitur, & arietem*

au-

Nebula mater eo dicitur veniſſe, & arietem inauratum adduxiſſe Neptuni & Theophanes filium, eumque natos ſuos adſcendere [4] juſſit, & Colchos ad regem AEetam Solis filium tranſire, ibique arietem Marti immolare. [5] Ita dicitur eſſe factum. [6] Quo cum adſcendiſſent, & aries eos

*aureo vellere inſignitum exhibuiſſe, in quo praeditos filios aſcendere juſſit.* MUNCK. Haud diſſimili modo Phaedr. II, 8, 26. *quem convocata jubet occidi familia, praedamque tollit.* ut legit ibi Celeb P. Burm. Verborum modos ſaepe variarant Auctores. Vid. Cl. Oudendorp. ad J. Caeſar. II. B. G. 10. V. II. VII. 13. I. B. Civ. 61.

5 ITA DICITUR ESSE FACTUM] Non ſine cauſa videntur mihi hic aſteriſcum poſuiſſe, non quod aliquid deeſſe, ſed quod locum non omni ex parte ſincerum eſſe putem. Quem enim ſenſum, quem uſum hoc loco habent frigida & inſulſa illa: *Ita dicitur eſſe factum.* Quid liberis praeceperit mater, utique in proxime ſuperioribus abunde exponitur. Quam ſtudioſe vero illi ejus auctoritati obtemperaverint, in ſequentibus declaratur. Conjunctis igitur omnibus, & unâ tantum additâ litterulâ, ſenſum iis reſtituo, ni valde fallor, commodiſſimum: *Ita dicitur eſſe factum, quod, cum aſcendiſſent & ar. e. i. p. d. Helle de ariete decidit:* Senſus eſt. Ea re, hac de cauſa, hoc pacto dicitur eſſe factum, quod Helle decidit de ariete, cum in eum aſcendiſſent ipſa & Phrixus ex praecepto matris. Dixiſſent forſan alii, *ut decideret*; ſed alterum aeque probum eſt, licet minus frequentatum, & utrumque nominativi loco ponitur. Sic fere Virgil. XI. AEn. vs. 177. *Quod vitam moror inviſam Pallante ſerempto, Dextera cauſſa tua eſt.* hoc eſt, per dexteram tuam fit, quod vitam moror, ſeu ut vitam morer. Terent. Hecyra. v. 1. 1. *Non hoc de nihilo eſt, quod Laches nunc me conventam eſſe expetit.* Phorm. v. 8. 9. *Non pol temere eſt, quod tu tam times.* Plaut. Mercat. III. 5. 10. *Id illi vitium maximum eſt, quod nimis tardus eſt.* *Ita* vero tam frequenter cauſſam notat, ut inde *itaque* pro conjunctione cauſſali habeatur Liv. I. c. 22. *Satis ſciebat Albanum negaturum.* " *Ita pie bellum indici poſſe.* Cap. 26. *Provoco, inquit. Ita dein provocatione certatum eſt.* Phaed. fab. 30. *Ita perſtinet furor illorum ad nos.* Jacobus Perizonius. Mihi haec verba gloſſam reſipere, & è margine in textum irrepſiſſe videbantur. Innuere voluit gloſſator *ille*, ita factum eſſe etiam ab aliis dici. MUNCK.

6 QUO CUM ASCENDERUNT] Addunt aſteriſcum, quaſi deſit quidpiam. Nempe non intellexerunt illud *quo*: cui propterea impoſuerunt accentum, quaſi adverbium eſſet. At vero ita poſitum eſt cum Ellipſi praepoſitionis, pro *in quo*. Porro *aſcendere in equo*, pro *aſcendere in equum*. Quomodo & Petronius in fragmento: *In ſalio, quod Trimalchioni parabatur, deſcendimus.* Ubi vide, quae a nobis ſunt notata. Noſter ſimili modo & in ſubſequentibus, adde Indicem. SCHEFF. H. e. in quem arietem. Aſtron. II. 40. *mare, quo ille projectus eſt.* Et poſt paulo: *delium eſſe, quo Mars ab Oro & Ephialte ſit conjectus.* Non agnoſco heic ellipſin; certè neceſſe haud arbitror ad eam confugere. Adverbia locorum pro relativis pronominibus ponere ſolemne eſt optimis ſcriptoribus. Virg. Ecl. I. 21. *Quo ſaepe ſolemnis Paſtores ovium teneros depellere foetus.* Ad quem locum Servius: *Quo, id eſt, ad quam; nam adverbium poſuit pro nomine, ut*, Genus unde Latinum, *id eſt à quo.* Sic apud noſtrum cap. 53. *Haec mobilis fuit, quo poſtea Latona ab aquilone vento delata eſt.* cap. 112. *Hectori donavit balteum, unde eſt tractus.* Vide ibi notata à nobis. Nec aliter *inde* uſurpatum Curtio VIII. 9. *Terra lini ferax, inde ſteriſque ſunt veſtes.* Plaut. Amphitr. I. 273. *Cadus erat vini; inde implevi binearn. Ubi* pro *in quo* apud Servium ad Georg I. 166. *Nonnulli Liberum patrem, apud Graecos λικνίτην dici aſſerunt; vallus autem apud eos λικμὸς dicitur, ubi de more poſitus eſſe dicitur.* Hunc locum eo libentius adduxi, quam ullum alium, quo eum inculis aliquot in tranſitu purgarem. Repono ergo *vannus* pro *vallus*, λίκνον pro λικμὸς, & pro λικμητὴρ denique λικνίτης. Conſule Heſychium in Λικνίτης. & Schol. Callim. ad Hymn. Jov. 48. λίκνα ἐπὶ χοιράδων. ad cujus lucem facit illud Charitii apud Scott. Obſ. I. cap. 14. *Cunae λικνον.* Leg. λίκνον. Schol. Arat. pag. 37. Ed. Lond. Λίκνον ὃ τὸ κοῖλον φασί. Niti jam dudum clamas, *ede jam ſatis eſt*; adde & illa cap. 199. *Quo Scylla cum deſcendiſſet*, h. e. in quam aquam. cap. 219. *Foveam juſſit fieri, & multos carbones eo ingeri.* Ovid. VII. Met. 781. *Tolter eo* h. e. in eum collis apicem. Gloſſ. Philox. *Extar, olla, ubi exta coquuntur.* Schol. Juvenal. ad Sat. VIII. 84. *Habeas licet tripodas aeneos, ubi Heroes lavabantur.* Lactantius in hac fabulâ habet: *Qui cum ex praecepto matris aſcendiſſent.* Ut non male forte reponas: *Qui cum*, &c. MUNCK. Virg. v. AEn. vs. 489. *Quo tendunt ferrum* pro *in quam* ubi vide Servium.

eos [1] in pelagus detuliſſet, Helle de ariete decidit, ex quo [2] Helleſpontum pelagus eſt adpellatum. Phrixum autem Colchos detulit. Ibi [3] matris

1 IN PELAGUS] Tzetzes in Lycophr. pag. 7. per aërem ab eo vectos memorat. Et Auguſtinus C. D. XVIII. 13. *Quod vecti ariete, volaverint.* MUNCK.

2 HELLESPONTUM PELAGUS EST APPELLATUM] Apollod. lib. I. Ὠλισθεν εἰς βυθὸν ἡ Ἕλλη. Καλεῖται θαλάσσης αὐτῆς, ἀπ' ἐκείνης Ἑλλήσποντος θάλασσα. Scholiaſt. German. Ariete: *Quod Pelagus ab Helles nomine Helleſpontus vocatur.* Eadem habes apud Æſchyl. Schol. ad Perſ. v. 70. Quis non inde *Helleſpontus* ſcribendum, eſſe cenſeret? Vel *Helleſponticum*, ut eſt apud Solinum cap. 36. vel *Helleſpontium*, ut apud Tzetzen in Lycophronem. Sed locum illum cap. 3. *In Helleſpontum mare ſe praecipitavit*: illum locum, inquam, dum conſidero, incipio dubitare, an non *Helleſpontium mare*, ut *mare Euxinum* cap. 21. dixerit; idque eo magis, quod & Servium ita loqui obſervaverim ad Georg. III. 152. *Tranſit*, inquit, *per mare anguſtum, quod Boſporum appellatum eſt, nunc Helleſpontum appellatur.* Et Lactant. ad I. Stat. Achill. 28. *Unde mare Helleſpontum nominatum eſt.* Nec diſſimile illud Catulli carm. 114. *Uſque ad Hyperboreas, & mare ad Oceanum*, vel Ampelii cap. I. *Aqua ex quâ mare Oceanum.* cap. 7. *Mare, quo cingimur, univerſum vocatur Oceanum.* Schol. Juv. ad Sat. I. 160. *Inſula Britanniae in Oceano mari.* Nimirum alterum ſubſtantivum adjectivi naturam induit: quâ de re egit Voſſius in de Conſtruct. cap. 2. Et nobiliſſ. Heinſ. ad Epithal. Honor. vers. 88. ubi *littus Oceanum*, *Oceanum pelagus*, *Oceanus fluctus*, *Oceanae aquae*, & alia id genus dixiſſe veteres nos docet. Stant praeter Servium & Lactantium ab Hygino etiam Gloſſ. MSS. in lib. I. Georg. Virgil. *Helle in fretum decidit*, *quod Helleſpontum dicitur.* Si diverſa eſſe contendas *mare Oceanum* & *mare Euxinum*, dicam ſubſtantive ſumptum & neutraliter prolatum τὸ *Helleſpontum*, ut *Peloponneſum* cap. 84. *Cataclyſmum* cap. 153. *Macaroneſum* apud Iſidor. Orig. XIV. 6. *Lecythum* apud eundem lib. XX. cap. 7. Ita enim ibi legendum, non *Licbitum*. *Pentateuchum* lib. VI. cap. I. *Theſaurum* in Fragmento Petron. *Baptiſmum* apud Cyprianum & Ruffinum. *Calathum* apud Feſtum in MS. Leid. in *Talaſſionem*. *Boſporum* apud Propertium III. 9. *Et modo Pompei Boſpora capta manu.* MUNCK. Sic ὁ Αἶμος & τὸ Αἷμον dicitur. vide Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 428. qui ad vs. 414. τὸ ἔθος τὸ ἱρόμακτον dixit, qui ab aliis ὁ ἱρόμακτος adpellatur. ἡ ἔθος & τὸ ἔθος. vide Eund. ad vs. 378. Et ſic nomina adpellativa generis maſculini Jonum more neutraliter efferuntur. Audi Schol. Apoll. Rhod. l. III. Argon. vs. 137. Ἰωνικῶς ὁ τὸ κύκλα αὐτὶ τοὺς κύκλους, ὡς λύχνα καὶ δίφρα. & Ill. Spanhem. ad Callim. H. Dian. vs. 135. Sic πίπλος & πίπλον, vide Eund. ad Pall. vs. 70. & ὁ ποτὸς & τὸ ποτόν. Tzetz. ad Lycophron. vs. 725. δάκτυλος, δάκτυλον &c. vide Munck. ad Antonin. Liberal. cap. 41. Metam. Quid obſtat, quo minus ὁ ἄστρος & τὸ ἄστρον, idem ſignificet, ut videbimus ad cap. 30. Sic χώρος, χῶρον, ὄνος, ὄνον &c. poëtis uſitata. Vide Theon. ad Arati Phaenomena pag. 8.

3 MATRIS PRAECEPTIS AR.] Phrixus hunc arietem MERCURII praeceptis dicitur inmolaſſe ab Apoll. Rhod. l. IV. vs. 120. (qui à Jove etiam miſſus erat, adnuntiatum, Phrixum ut AEetas reciperet, eique filiam daret uxorem V. Schol. Apoll. Rh. III. 587.) Sed l. II. vs. 1150. canit.

Τὸν (κριὸν) μὲν ἔπειτ' ἔρικτυν ἐῆς ὑποδημοσύνῃς
Φυξίῳ ἐν πάτρῃ κρηδέμνῳ δῖος.

Ubi v. Schollaſtes ait. τὸ κριὸν, φησὶν (Apollonius), ἵνα τῆς ἑαυτοῦ ὑποθήκης, τὸν ὃν κατὰ συμβολὴν αὐτῷ ὃ κριός. Sed quid obſtat, quo minus τὸ ἑῆς ad Mercurium paullo ante nominatum referri poſſit? Nonne Graeci ſolutae orationis auctores ſaepius αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ (v. Th. Wopkens l. II. Lect. Tull. c. 10.) & contra poëtae σφὶ pro αὐτοῖ & αὐτοὺς poſuere. vide ipſum Schol. Apoll. Rh. III. 689. Stolberg. ad Sophocl. Ajac. pag. 118. & Spanh. ad Callim. Del. vs. 233. Praeterea lis eſt inter Mythographos, cui Deo Phrixus hunc arietem inmolaverit. Schol. Pindari O. Pyth. IV. vs. 429. ait: Φυξίῳ Διὶ τὸ ἔθνος ἀνίδρυσεν. ἔνιοι δέ φασιν ὅτι ὃ φρίξου ἀναπεμφθὲν τῷ Ἄρει τὸ ὃν χρυσομάλλου κριοῦ ἔθυσε. Cum Apoſtolio, quem hic Cl. Munkerus ad partes vocat, facit Schol. Ariſtophanis Nub. vs. 256. a Tzetze & Apollodoro ſtat ipſe Apollonius Rh. utroque loco ſupra citato; verum ejus Scholiaſtes II. vs. 655. adnotat, quod ajunt Mythographi φθεγγόμενον τὸν κριὸν τὸν λαφυσίῳ Διὶ καὶ (ὅτι) μίσχει ὃ τῶν νόμων ἵνα τὸ φρίξου ἀπαγάγων εἰσενεγκεῖν εἰς τὸ πανυκτίδιον, καὶ θύσαι τῷ εἰρημένῳ Διί. Qui Jupiter Laphyſtius dicitur arietem hunc ſubmiſiſſe, quo Phrixus & Helle vecti aufugerent, quando Athamas eos huic Jovi inmolare vellet; ut docet Pauſanias l. IX. c. 34. Haec ſi ita ſint, Phrixus ſacrificans certe meminerit Jovis Laphyſtii ob memoratum beneficium: juxta alios vero Jovis φυξίου, quod ſalvus & incolumis Colchos adpellens inſtantem necem effugerit. Non adeo itaque, quod Jupiter φυξίος inprimis a

Theſ-

tris praeceptis [4] arietem [5] inmolavit, [6] pellemque ejus inauratam [7] in templo Martis [8] posuit. Quam servante dracone Jason AEsonis & Alcime-

Thessalis propter homines e Deucalionis diluvio in Thessalia servatos colebatur, ut censet Scholiastes Apollon. Rhod. II. 1151. sed quod semper habebatur & dicebatur ὁ βοηθὸν τοῖς φυγάσι, ut ipse Schol. ad l. IV. vs. 699. docuit, id quod Phrixus suo ipsius exemplo jam expertus erat. Praeterea Deucalion olim ex arca sive cymba, qua novem dies noctesque per mare navigaverat, egressus in montem Parnasum huic Jovi φυξίῳ sacra fecisse perhibetur. v. Scholia brevia Homeri Il. A. vs. 10. juxta quosdam Athenis huic Jovi φυξίῳ soteria solvit Deucalion. vid. Salmas. de L. Hellen. pag. 326. Quidquid sit, hoc titulo, ut & pluribus id genus aliis, semper & ubique, prout res & tempora postulabant, Jovem fuisse adoratum docemur a Tzetze ad Lycophron. vs. 288. & Schol. Aristoph. Ran. vs. 768. & ad Equit. v. 498. Denique de *Ariete* ejusque *pelle inaurata* dissentiunt viri docti. Vulgo creditur *Aries* fuisse animal humana voce locutum, (v. Schol. Aristoph. Nub. 256. Schol. Apoll. Rh. l. I. vs. 286. II. 1150. Tzetz. ad Lycophr. vs. 22.) Dionysius Mitylenaeus ait fuisse hominem, Phrixi paedagogum, nomine Κελεόν. v. Schol. Apoll. Rh. I. vs. 177. qui, postquam Inûs consilium resciverat, persuasit Phrixo, ut, se comite, salutem fuga peteret (Vide Eund. ad l. II. vs. 1147. & iterum ad l. IV. vs. 119.) Tzetzes ad Lycophr. d. l. pro certo adfirmat, hunc Κελεὸν fuisse amicum Phrixi & Helles, qui insidiis eorum novercae detectis, una cum iisdem mare ingressus est navigio quodam. Palaephatus de Incredibilibus cap. 31. putat, eum fuisse ἐπίτροπον τῶν χρημάτων sive pecuniarum quaestorem Phrixi. Nonnulli etiam juxta Schol. Apoll. Rh. I. 256. dixerunt, Phrixum conscendisse navigium pro insigni arietem in prora habens. & idem Schol. ad l. I. vs. 763. adnotat, antiquos per Phrixi historiam indicare voluisse salutem insperatam. Plura de Ariete dedit H. Junius lib. v. Animadv. cap. 12. De *pelle arietis inaurata*, quia jam nimius fui, consulat Lector Schol. Apoll. Rh. II. 1147. Schol. Aristoph. l. l. & cum Euripidis Scholiaste, quem citat Munckerus, confer Eund. ad l. IV. Arg. vs. 177. & ab his omnibus dissentientem Eustathium ad Dionys. Perieg. vs. 689. adde Columnam ad Ennii Frag. ex Medea p. 200.

4 ARIETEM] Chrysomallum nempe, qui corrupte *Chrysovellus* dicitur à Germanici Scholiaste. *Genitum autem*, inquit, *hunc arietem dicunt ex Neptuno & Theophane Altidis* (Hyg. cap. 188. *Bisaltidis*) *filiâ: quam cum adamasset, in insulam Chriniſſam traduxit, inque Jovem* (leg. ovem) *convertit, cum quâ in arietem mutatus concubuit; ex quâ aries Chrysovellus natus.* Nisi satis placet *Chrysomallus* Junii Animadv. lib. v. 12. legerim *Chrysovillus*. Villos enim pro lanitio & velleribus recte ponas Virgilio auctore Georg. III. 383. Ovid. Epist. Medeae: *Aureus ille aries villo spectabilis aureo.* Gloss. Philoxeni, *Bibilles*, δίμαλλοι. leg. *bivilles* cum Vulcanio. Corruptum etiam, quod subjungit Glossographus: *Bicerres*, δίμαλλοι, δίκερωτοι. Explicat Vulcanius, *qui sectos villos habent.* quod minus capio, quid sibi velit. Puto legendum, *Bicirres. Cirrus* enim κερατὸν notat. Confer annotat. ad cap. 188. MUNCK.

5 IMMOLAVIT] Cui autem? Τῷ Ἄρει, ἢ πρὸ Ἑρμῆ, ait Apostolius Cent. XIII. 46. Tzetz. in Lycophr. 22. & Apollod. lib. I. Διὶ φυξίῳ. Lact. ad Stat. Achill. l. 65. *Phrixus ad Colchos delatus, arietem, quo vectus erat, mactavit. Et ejus vellus Marti consecrant* (leg. *consecravit*) *quod draco custodiebat informis.* Leg. *insomnis* Confer. Schol. Arati pag. 112. Ed. Valderii. MUNCK.

6 PELLEM INAURATAM] Euripides Med. vers. 5. πάγχρυσον δέρας appellat. vide ibi Scholia. MUNCK.

7 IN TEMPLO MARTIS] Tzetzes & Apollon. II. 406. in luco Martis. Consule ad eum locum Scholiast. & ad Pyth. Pind. Od. IV. Tzetzae verba sunt in Lycophr. pag. 36. Ἐν Ἄρεως ἄλσει τῶν ἀκτερίμαστον. MUNCK. Serv. ad Virg. I. Georg. vs. 219. (e codice Cl. Burmanni) & ad II. Georg. 140. *Vellus aureum, quod dicaverat Marti Phrixus.* Lactantius ad Statii II. Theb. 28. & ad v. Theb. 473. cum Nostro Hygino ait *in templo Martis.*

8 POSUIT] II. e. ἀνέθηκε, ἀνέθετο. Ovid. Heroid. Ep. I. *Ponitur ad patrios barbara praeda Deos.* Sulpitius Severus Histor. Sacr. lib. I. *Gladium postea in templum posuit.* Nepos Pausan. cap. I. *Quod ex praeda tripodem aureum Delphis posuisset.* Schol. Horat. lib. II. Sat. 5 *Veteribus ista consuetudo fuit, ut rerum primitiae Diis Laribus ponerentur.* Frequens vox est in vett. Inscript. Catal. Pithoei lib. IV. *Accipe, quae pietas ponit tibi dona merenti*, Item: *Haec tibi, diva Venus, deponit munera Sulla.* Noster Astron. II. 20. *Arietis interfecti pellem in templo fixisse.* Diodorus lib. IV. pag. 250. Ἀναθεῖναι τὸ δέρας εἰς τὸ τοῦ Ἄρεως ἱερόν. Quod Sulpicius dicit: ita expressit Josephus: Τῷ πομφαίᾳ ἀνέθηκε τῷ Θεῷ. Imo & simplex τίθημι ita usurpabant Graeci. Euripides Phoeniss. vers. 569. Θῆβας πυρώσας, τάσδε Πολυνείκης θεοῖς Ἀσπίδας ἔθηκε. MUNCK.

1 CHAL-

cimedes filius dicitur petiſſe. Phrixum autem AEeta libens recepit; filiamque [1] Chalciopen dedit ei uxorem. Quae poſtea liberos ex eo [2] procreavit. Sed veritus eſt AEeta, ne ſe regno ejicerent, quod ei reſponſum fuit ex prodigiis, [3] Ab advena AEoli filio mortem caveret. Itaque Phrixum interfecit. At filii ejus, Argus, Phrontis, Melas, [4] Cytiſorus, in ratem conſcenderunt, ut ad avum Athamantem tranſirent. Hos Jaſon, cum pellem peteret, naufragos [5] ex inſula Dia ſuſtulit, & ad [6] Chalciopen ma-

1 CHALCIOPEN] Ita enim fere omnes ſororem Medeae nominant. MICYLL. Scribe *Calciopen*, ut habetur infra Fab. 14. & 21. SCHEFF. *Chalciopen* repoſui ex cap. 14. & 21. Apollon. lib. II. & Tzetze. MUNCK. Recte repoſuit Cl. Munckerus *Chalciopen*. Conſule Ill. Spanh. ad Callim. H. Del. 161. Audi tamen Schol. Apoll. Rh. II. vs. 1153. Φερεκύδης δὲ ἴδιόν φησιν ὄνομα τῇ Αἰήτου γυναικὶ τὴν Χαλκιόπην. Ἑλλάνικος δὲ αὐτὴν Χαλκιόπην καὶ Ὀφιάδα. Ἑστιαῖος δὲ αὐτὴν Χαλκιόπην καὶ Ὀφιάδα.

2 PROCREAVIT] Sic infra cap. 25. *Medea cum ex Jaſone filios procreaſſet.* 109. *Quem ex Polymneſtore procreaverat.* 186. *A conjuge Thoano petebat, ut ſibi liberos procrearet.* Aſtron. II. 8. *Ovum procreavit.* Virg. AEn. X. 705. *Caſſeis regina Parin creat.* XII. 271. *Quos fida crearat* &c. Capella lib. I. *Ut neque de ullâ commixtione progenita, neque ipſa procreare quicquam, Arithmeticâ teſte, monſtretur.* Ita habet MS. Biblioth. Leid. quo ad tempus uſus ſum, non *procreari*. Ad eundem modum de ſexu ſequiore *generare* uſurparunt. Feſtus: *Praegnans quaſi occupata in generando.* Servius AEn. VIII. 51. *Alii de eâ fuſe dicunt, habuiſſe eam Trojanos, & ubi primum generaſſet, ibi certam ſpem ſedis concepiſſe.* Et ſuum γεννᾶν Graeci. Judic. cap. XI. vers. 1. Ἐγέννησε τὸν Γαλαὰδ τὸν Ἰεφθάε. Imo & τικτοποιεῖν. Gen. XI. Καὶ ὦν Σάρα στεῖρα, καὶ οὐκ ἐτικτοποίει. MUNCK. Sic παιδοποιεῖν de muliere uſus eſt Soph. Electr. vs. 591. & hinc παιδοποιὸς uxor vocatur ab Euripid. Androm. vs. 4. & τικτοποιὸς γυναῖκας dixit AElianus l. XIII. V. H. c. 6. De verbo *creare* de matribus parientibus adhiberi ſolito egit Cl. Burm. ad Phaedr. l. II. fab. 6.

3 AB ADVENA AEOLI FILIO MORTEM CAVERET] Acriter me primo aſpectu torſit hic locus. Perſpicuum erat, ſimul & de Phryxo capi poſſe oraculum, & tamen eo ſignificari Jaſonem, cum is fab. 245. memoretur inter illos, qui ſoceros ſuos occiderint (licet Juſtinus aliique & ipſe Hyginus aliter tradant) & AEetae fab. 22. *reſponſum fuiſſe* dicatur, *tandiu eum regnum habiturum, quamdiu ea pellis, quam Phryxus conſecraverat, in fano Martis eſſet.* Quae & Servius tradit ad II. Georg. v. 140. Sed tamen non AEoli erat filius Jaſon, verum AEſonis, quod nomen propter Phryxum, ut ad quem nihil pertinet, ſubſtituere non licebat. Expediit tandem me Tzetz. ad Lycophr. pag. 35. ubi ſimile reſponſum Peliae datum refert. ὁ (Peliae) χρησμὸς ἦν ὑπὸ τινὸς τῶν ἐξ Αἰόλου φυγεῖν, ὃν εἰς καὶ Ἰάσων. Et, ὡς γὰρ πάντας ἀνῄρει τοὺς Αἰολίδας ὁ Πελίας, ἔμειναι ὁ καὶ τὸ Ἰάσονα ὡς Αἰολίδην ἀναιρεῖν. Hinc deprehendiſſe me puto & Hygini errorem, & unde in hanc fabulam venerit *AEoli filius*. Scilicet ex Graeco haec in Latinum vertit, & cum illic ſimiliter inveniſſet Αἰολίδου, vel τινὰ τῶν ἐξ Αἰόλου, male & parum conſiderate tranſtulit advenam *AEoli filium*, cum debuiſſet advenam ex AEoli poſteris, vel progenie, ut fab. 27. *Perſi reſponſum fuit ab AEetae progenie mortem cavere*, ubi intelligitur AEetae ex filia nepos. Ita nec Phryxus, nec Jaſon AEoli erat filius, ſed uterque tamen Αἰολίδης. Ille Athamantis filius, AEoli nepos, hic vero AEſonis filius Crethei nepos, AEoli pronepos. Nec eſt, ut quis dicat, Hyginum volentem & ſcientem filium poſuiſſe pro nepote vel pronepote. Quam enim inepta & incerta haec foret ſcribendi ratio? Quis non noſtrum tantum, ſed & ipſius aequalium, niſi ex aliis auctoribus rem planius cognitam haberet, ex illis verbis non certo exiſtimaret, & Phryxum, & cum ipſum, qui oraculo deſignabatur, vere eſſe AEoli filium? Nec ullum veterum ita locutum eſſe credo, ut unum hominem dixerit filium illius, cujus erat nepos vel pronepos. Aliud longe eſt, quando aliquid legatur alicui & *filiis ejus*; qua locutione JCtus *& nepotes accipi, & omnes, qui ex nobis deſcendunt, contineri* vult Dig. de verb. ſign. l. 220. §. 1. & 3. Licet ipſe Juſtinianus Inſtit. qui teſt. tut. dari poſſunt: §. 5. aperte doceat. *Caeterum ſi filios dixerit, non continebuntur nepotes, aliter enim filii, aliter nepotes appellantur.* Negligentiam quoque ſuam, ne de ea dubitemus, Hyginus certiſſimo argumento in eo prodit, quod fab. 273. alt Cloanthum accepiſſe praemium talentum argenti, & auratam chlamydem, cum tamen ex Virg. lib. V. ex quo ſolo haec habere potuit, talentum argenti datum eſſe claſſicis militibus, qui certamen navale certaverant, cla-

matrem reportavit: cujus beneficio [7] ad ſororem Medeam eſt commendatus.

## IV. *Ino Euripidis.*

Athamas in Theſſalia rex [8] cum Inonem uxorem, [9] ex qua duos filios, [10] periſſe putaret, duxit [11] Nymphae filiam Themiſtonem uxorem: [12] ex ea ge-

clariſſime pateat. Alia vero dona dedit AEneas ipſis ductoribus, & Cloantho chlamydem auratam. Tum Eurytionem galeam muneri accepiſſe dicit, cum tamen Virgilius munus non expreſſerit, ſed e galea ſortes duxiſſe eos ſcribat, quam Hyginus male ad munus tranſtulit. Perizonius. Cautius ergo Schol. Stat. lib. II. Theb. 281. *Ut ab advenâ AEoli progenie mortem caveret Phryxum interfecit. At filii ejus ratem aſcenderunt, ut ad avum Athamantem tranſirent: quos naufragos AEſon excepit.* leg. *Jaſon.* MUNCK.

4 Cylindrus] *Cytorus* alii. MICYLL. Alii aliter. Sed ita habes infra quoque in fabulis praedictis, ut nil mutandum videatur. SCHEFF. *Cylindrum* quoque cap. 14. & 21. eum appellat. Vide, an reponi debeat *Cytorus* ex Apollodor. lib. I. & Strabon. lib. XII. vel certe *Cytiſorus*. Nam *Cytiſorus* idem eſt, qui *Cytorus*, Apollon. lib. II. & Melae lib. I. cap. 19. *A Cytiſoro Phryxi filio poſitus Cytoros*, quam lectionem fruſtra olim ſollicitabam. Majori forte jure Κυτίσωρος Herodoti lib. VII. in Κυθίσωρος, quomodo ſcriptum in vita Apollonii, transformes. Tzetzes in Lycophr. p. 7. Chalciopes filios nominat Ἄργον, Μηλάν, Κάτιν, Φρίξον, Σῶν, καὶ Ἔλλον. MUNCK. Schol. Apoll. Rh. II vs. 1125. Ἀκουσίλαος δὲ καὶ Ἡσίοδος ἐν ταῖς μεγάλαις φησὶν εἶναι Ἰοφώσσης καὶ Νύφης, καὶ ἀπὸ μὲν Φασὶν αὐτὰς τίκτειν, Ἄργον, Φρίξον, Μήλανα, ΚΥΤΙΣΩΡΟΝ. Ἐπιμηθὴς δὲ καὶ Πύρρα τὸν Πρίσβον. Verum ultimus ſive quartus hic *Presbon* dicitur fuiſſe filius Minyae & Clytodorae à Scholiaſte ipſo ad l. I. vs. 230. & Cl. Burm. in Catal. Arg. in *Erginus*. Quidquid ſit pro *Cylindrius*, *Cytiſorus* hic legendum eſt. vide ad fab. 14. male etiam Melae locum citavit Salmaſ. Exerc. Plin. p. 624.

5 Ex insula Dia] Sic infr. quoque habes cap. 14. 20. 21. Apollon. II. 1033. Ἀρηϊάδα νῆσον. Scholiaſtes Ἀρείαν νῆσον vocitat ad vers 1092. MUNCK. Sine dubio ſcribendum eſt *Areiade* hic apud Noſtrum. Conſule Catalogum Argonautarum a Cl. Burmanno confectum in voce *Argus Phrixi*, qui Valerii Flacci editioni praefixus eſt.

6 Calliopen] *Chalciopen*. MICYLL.

7 Ad sororem Medeam commendatus est] H. e. ſorori Medeae, apud ſororem. Vide Cl. Scheffer. Indice Hyginiano, & Celeberrimum Gronovium, lib. III. Obſerv. cap. 23. Ubi multa hoc genus locutionum exempla invenies. Uſus eâ loquendi formulâ etiam Servius ad AEn. II. 477. (Scyria pubes) *a Scyro inſula und de Cycladibus, in quâ fuit Lycomedes pater Deidamiae, quam Achilles, commendatus ibi à matre Thetide vitiavit, unde Pyrrhus natus eſt.* Noſter cap. 45. *Philomelam mandat ad Lynceum Regem.* Vide Nobiliſſ. Heinſ. ad Raptum Proſerpinae Claud. lib. III. 214. qui *mandare* pro *amandare*, Ciceronem quoque uſum obſervat. Adde, quae notamus ad cap. 72. MUNCK.

## Ad CAP. IV.

8 Cum Inonem uxorem, ex qua duos filios perisse putaret.] Barthius legebat *ex qua duos filios peperit, p. p.* At cum illud *parere*, de mare inſolens ſit Noſtro aliiſque, melius Munkerus *ſuſcepit* injiciendum cogitabat. Potuit tamen etiam excidiſſe *procreavit*. Sic amat enim Hyginus. Fab. IX. *ex qua* procreavit *liberos ſeptem totidemque filias.* vide Fab. LXVII. & alibi. WOPKENS.

9 Ex qua duos filios] Supple *ſuſceperat*, vel ſimile quid. MUNCK.

10 Periisse putaret] libri quidam habent *peperiſſe*, ex quo recte Barthius, *Ex qua duos filios peperit, periiſſe putaret.* SCHEFF.

11 Nymphae filiam] ſine dubio hic abeſt nomen ejus Nymphae. SCHEFF. An ſcribendum? *Hyſſei filiam.* Ita ſane Hyginus ipſe vult cap. 157. 239. & Apollod. lib. I. pag. 33. aliique. MUNCK. Hypſei filia vocatur etiam a Tzetze ad Lycophron. vſ. 22.

12 Ex ea] An & *ex eâ*? Non putem, cum ſolemne ſit huic ſcriptori omittere copulativam particulam. Inſpice, ut hoc credas, cap. 24. 27. 29. 30. 35. 38. 61. 66. 92. 101. 127. 130. 148. 176. 178. 197. &c. Nec Scheffero id non viſum,

geminos filios procreavit. Poſtea reſciit [1] Inonem in Parnaſo eſſe, [2] quae bacchationis cauſſa eo perveniſſe. Miſit, qui eam adducerent. Quam adductam celavit. Reſciit Themiſto eam inventam eſſe, ſed, quae eſſet, neſciebat. [3] Coepit velle filios ejus necare. Rei conſciam, quam captivam eſſe credebat, ipſam Inonem ſumpſit & ei dixit, ut filios ſuos candidis veſtimentis operiret, Inonis filios nigris. Ino ſuos candidis, Themiſtonis [4] pullis [5] obpoſuit. Tunc Themiſto decepta, ſuos filios occidit. Id ubi reſciit, ipſa ſe necavit. Athamas autem in venatione per inſaniam

ſum, ut liquet ex ejus notis ad cap. 92. MUNCK.

1 INONEM IN PARNASSO ESSE] non ſollicitari debuit a Barthio hic locus, & pro *Inonem* ſubſtitui *Junonem*. Putavit enim Athamas Junonem mortuam, quae vivebat tamen in Parnaſſo. Itaque mox ſcribit *inventam*. SCHEFF.

2 QUAE BACCHATIONIS] *atque*. MICYLL. Micyllus putat, *atque*. Videntur verba trajecta, ſcribendumque, *bacchationisque cauſa*. SCHEFF. Cl. Schefferus trajectè: *bacchationiſque*. Micyllus: *atque bacchationis*. Forte verius eſt, *Quam bacchationis*; ut illud *quam* poſuerit pro *eamque*. Geminum prorſus & germanum eſt illud 11. Aſtron. cap. 1. *Quam Dianae venanti, ut eam interficeret, demonſtraſſe*. Item: *Ad Dianam ſe applicuiſſe, à qua non mediocriter eſſe dilectam*. Apud Feſtum *in Roma: Eumque habuiſſe conjugem Romam, à quo, ut Italiâ ſit potitus, urbem condiderit, quam Romam appellaviſſe*. Pro *à quo* puto legendum *à qua* h. e. ex cujus nomine. Anton. Liberal. cap. 8. Ἐκ ταύτης καὶ Λευκοῖ πόλιν ἐν Ἰταλίᾳ Σύβαριν ἔκτισαν. Juſt. lib. xxx. cap. ult. *Ex nomine ducis gentes Rhaetorum condiderunt*. Scholiaſtes German. Fabulâ Arctorum: *Cynoſuram dicit Jovis fuiſſe nutricem, unam ex Idaeis Nymphis, à qua in Cretae oppido Hiſtoe Nicoſtratus conſtituit portus*, &c. At Hyginus in eadem narratione lib. 11. Aſtron. cap. 2. *Ex cujus nomine*. Vetus interpres Coſmographiae à Godofredo editae p. 35. *Opus qualecunque nomine ſuo fecit*. In Graeco eſt, Ἔργον ὁποῖόν τι ἐν ὀνόματι ἑαυτῆ ἐργάζοιτο. Juſtinus modo laudatus lib. XXIII. cap. 1. *Urbem ex nomine uxoris Lavinid condidit*. Feſtus Pauli in *Indiges: In cujus nomine etiam templum conſtruxit*. Et apud Servium ad Ecl. VI. 42. *Ignem de coelo ſubripuiſſe ferunt, & ideo a Jove religatum ad Caucaſum, & volucribus objectum, quem poſtea ab Jove ipſo reſolutum, quod eum monuiſſet Themide abſtinere*. Nec non Fulg. lib. 1. cap. 4. *Filium genuiſſe, quem velut enormis ſubſtantiae ſucceſſorem ineffabili, ultra quam paternitas exigebat, affectu erga filium deditum*. Sic *quae* habes pro *eaque* cap. 28, *Hi cum Dianam comprimere voluiſſent, quae cum non potuiſſet viribus eorum reſiſtere, Apollo inter eos cervum miſit*. Cap. 29. *Senſit Amphitryon numen aliquod pro ſe fuiſſe, ex quâ die cum ea non concubuit*. Cap. 91. *In quiete vidit, ſe facem ardentem parere, ex quâ ſerpentes plurimos exiſſe*. Nepos Themiſt. cap. 7. *Nam illorum urbem, ut propugnaculum, oppoſitum eſſe barbaris, apud quam jam bis claſſem regiam feciſſe naufragium*. Leid. Ed. *Claſſis regia feciſſet*. temere, ut puto. Sed pro *oppoſitum* legendum *oppoſitam*, & locum, ut a me factum, interpungendum cenſeo. Adde notas ad cap. 21. Nec contemnenda Barthii conjectura eſt: *Quae Bacchationis cauſſa eo perveniſſet*. Sic ſane Aſtron. 11. 24. *Septem ſtellas oſtendit, quas eſſe crinem fingeret*. Imo hanc genuinam eſſe lectionem perſuaſiſſimum habeo. Nec aliter emendaverat in orâ codicis ſui Nob. Heinſius. MUNCK.

3 COEPIT VELLE] H. e. voluit. Inf. cap. 122. *Regnum Mycenis obtinere coepit*. pro quo dicit cap. 67. *Regnum occupavit*. Helleniſmum reſipit, quo praeter alios perquam crebro utuntur Petronius & Notker Hyginus. Lucas Act. 1. vers. 1. Περὶ πάντων, ὧν ἤρξατο Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν: *de omnibus, quae Jeſus fecit & docuit*. Vide Gatakerum Cinn. lib. 1. cap. 3. qui originem ejus locutionis ex Hebraiſmo arceſſit. Geneſ. 1. vs. 3. Ἀπὸ πάντων ὧν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἐποίησεν ὁ Θεὸς ποιῆσαι. MUNCK. Adde Erhard. ad Petron. Satyric. cap. 6.

4 PULLIS] Quis ſit *pullus color* non malè explicat Alciatus Parergon lib. 11. cap. 1. MUNCK.

5 OPPOSUIT.] Themiſtoni videlicet necandos, id eſt, objecit, quanquam vero ſimillius *appoſuit* videatur. SCHEFF. Scio, quomodo hoc verbum explicet Cl. Schefferus. Malebam tamen, *operuit*, vel *cooperuit*, ἐπέβαλε, quod & in margine libri ſui notaverat Tollius. Sed retrahit me Horatii Scholiaſtes in Art. Poët. p. 626. ed. Cruq. *Eique nubes in ſpeciem Junonis oppoſita eſt*. Caeterum filii illi, quos imprudens occidit, Πορφυρίων & Πλάτων fuiſſe dicuntur Nonno IX. Dion.

niam Learchum majorem filium ſuum interfecit. At Ino cum minore filio Melicerte in mare ſe dejecit, & dea eſt facta.

V. *Athamas.*

SEMELE, quod cum Jove concubuerat, ob id Juno [6] toto generi ejus fuit infeſta. Itaque Athamas, AEoli filius, per inſaniam in venatione filium ſuum interfecit ſagittis.

VI. *Cadmus.*

CADMUS Agenoris & [7] Argiopes filius, ira Martis, quod [8] draconem fon-

Dion. Addo, ὡς ἐν παρόδῳ oppoſuit reſtituendum eſſe Feſto in *Plutei* pro *appoſuit*, ex MS. Leid. Bibl. MUNCK.

## Ad CAP. V.

6 TOTO GENERI] Archaiſmus eſt, de quo Giphanius indice Lucretiano, & Scioppius Suſp. Lect. I. epiſt. I. Meurſius ad Caton. R. R. Poene putidos eſſe videas in id genus archaiſmis affectandis quoſdam ſequioris aevi ſcriptores. Fulgentius Virgil. Continentiâ: *Eſto Eyryſibeus alio fortiori.* Item: *Nullo omnia vera noſſe contingit.* Titinnius Barbato: *Namque uni collegii ſumus.* Plura congeſſimus ad Fulgentium in Contin. Virgil. MUNCK. Inſpice, ſi tanti tibi videntur, Lector, quae a me ad Nepot. Eum. c. I. & a Cl. Oudendorpio ad J. Caeſar. I. v. B. G. c. 27. & ad l. VII. c. 66. congeſta ſunt.

## Ad CAP VI.

7 AGRISOPES] *Argyopes.* Ita a Pherecyde dicitur. MICYLL. Infra fabula 178. & ſequenti *Agriope* vocatur. SCHEFF. Micyllus in margine ſuae editionis curavit appingi, *Argyopes, Ita a Pherecyde appellatur.* Hoc debet Natali lib. VIII. Myth. cap. 23. *Cadmum Pherecydes* lib. IV. *Hiſtor. ex Agenore & Argyope Nili fluvio natum eſſe tradidit.* Noſter cap. 178. & 179. *Agriopen* appellat. Ubi vitioſe *Argyrope* margo habet. Nempe Pherecydes Ἀργιόπη ſcripſerat, non Ἀργυόπη. Repone ergo Ἀργιόπη cum Cl. Scheffero, niſi mavis *Antiope* ex Scholiaſte Euripidis ad Phoeniſſ. vers. 5. Λιδύης δ' Ἐπάφῳ καὶ Ποσειδῶνος Ἀγήνορ καὶ Βήλου. Ἀγήνωρ δὲ Ἀντιόπης δ' Βήλου Κάδμος. Sed *Argiope* rectum eſt. Habet hoc Natalis ex Schol. Apollon. ad lib. III. 1185. Φερεκύδης δὲ αὐτὸν φησὶ Ἀγλαύρᾳ δ' ὁ Ποσειδῶνος γαμεῖ Δημοῖ τῇ Βήλου δ' δ γόνου) Φοίνικ καὶ Ἰσαΐη, ἣν ἔχει Δίγυπτος καὶ Μελίᾳ, ἣν ἔχει Δαναός. ἴσως οὖν ἔχει Ἀγλαύρᾳ Ἀργιόπη τὴν Νείλου δ' ποταμοῦ. δ' δ γίνεται Κάδμος. *Agriopen* tamen, ut Noſter bis, Lactantius quoque appellat ad II. Thebaid. 289. ut nec illud *Agriope* temere forſan ſit damnandum; quo nomine & Orphei uxorem Mimnermus vocat. MUNCK. Cadmus per Epaphum originem a Jove ducit. Lactant. ad Statium I. Thebaid. vs. 224. de Cadmi ſtemmate idem ad III. Theb. 286.

8 DRACONEM] De illo vide, ſi tanti putes, quae ad Anton. Liber. cap. 2. notavi. Martis & Furiae Tilphoſae eum facit filium Schol. Sophocl. ad Antig. vers. 130. MUNCK. Conſule de Dracone hoc Eurip. Schol. ad Phoeniſſ. vs. 7, 661. Tzetz. ad Lycophron. v. 1206. Paſſim vero cuſtodes, toparchae crudeles, callide obſervantes vigilanteſque vocabantur olim *Dracones.* (Graecis Δρᾶκων ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι i. e. *videre* dicitur, quia animal hoc acerrime videt, vigilatque vid. Schol. Ariſtoph. Pluto. 733. Philoſtrat. lib. III. de Apoll. Tyan. cap. 8. & Munck. ad praef. in fin.) *Draco Heſperidum* ab Agroeta paſtor agreſtis fuiſſe dicitur, quia inmitis erat. Vid. Schol. Apoll. Rhod. IV. 1396. Cur Neoptolemus Draco ſit appellatus, docet Tzetzes ad Lycophron. 185. Potter. ad v. 327. & de Draconibus aerarii cuſtodibus Meurſius ad Eund. v. 1311. Cur vero Cadmus & Harmonia in Dracones fingantur converſi, dicitur haec eſſe cauſſa, quia poſt hanc caedem ſeſe in ſpeluncam abdiderunt; nam primi homines in antris habitarunt. Vid. Perizon. Orig. Babylon. cap. 3. pag. 35. Stanlei ad Aeſchyl. Prom. Vinct. vs. 449. Burm. ad Ovid. VI. Met. 423. Imo inde antiquitus deorum habitacula fuiſſe antra commenti ſunt, & vetuſtiſſimi populi, ante exſtructa templa, antra Diis conſecrarunt, & in iis rem divinam fecerunt. Hinc ἄντρον per τὰς ἱερωμένους τόπους δ' ναῦς explicat Tzetzes ad Lycophron. vs. 208. & λιτὰς δ' αἰτεῖν, *ſubplicare* derivant. Vid. G. Cuper. Apotheoſ. Homeric. pag. 31. (quamquam Tzetzes ad Lycoph. v. 77. ab ἀιατετηλὰς originem habere confirmat) & μυχὸς de locis ſacris ſive antris a Poë-

fontis Caſtalii cuſtodem occiderat, [1] ſuorum prole interemta, cum [2] Harmonia Veneris & Martis filia uxore ſua [3] in Illyriae regionibus, in dracones [4] ſunt converſi.

## VII. *Antiopa.*

ANTIOPA [5] Nyctei filia, ab [6] Epapho per dolum eſt ſtuprata. Itaque a Lyco viro ſuo ejecta eſt. Hanc viduam Jupiter compreſſit. At Lycus Dircen in matrimonium duxit, cui ſuſpicio incidit, virum ſuum clam cum Antiopa concubuiſſe. Itaque imperavit famulis, ut eam in tenebris vinctam clauderent. Cui poſtquam partus inſtabat, effugit ex vinculis Jovis voluntate in montem Citheronem. Cumque partus premeret, & quae-

tis dici docet Ill. Spanh. ad Callim. H. Del. vs. 161. Adde Lactant. ad Statii I. Theb, 720. *Perſae in ſpelaeis coli Solem primi inveniſſe dicuntur.* Alii alio modo hanc fabulam explicant. ut Euſtathius ad Dionyſ. Perieg. vs. 391. & S. Bochartus Geogr. Sacr. lib. I. cap. 19. cujus viri explicationem probat Olearius ad Philoſtrati Senioris lib. I. Icon. cap. 18.

1. SUORUM PROLE] H. e. τῶν οἰκείων, vel eorum ἐγχωρίως. de quo vide Meurſ. Crit. I. 4. Douſ. Plautin. Explic. pag. 72. Lactant. Arg. IV. Met. 15. *Eveniſſentque multa filiabus ac nepotibus infortunia.* Si quid mutari velis, non male reſcripſeris, *ſuâ omni prole.* MUNCK. Non fuiſſe puto, cur doctiſſimus Munckerus tentaret *ſua omni p. i.* Alterum enim μαχρολογίαν prae ſe fert uſitatiſſimam, pro ſuis, vel ſua prole. Treb. Pollio in D. Claudio. c. 1. *neque enim fas erat, eum tacere principem, qui tantam* generis ſui prolem *habet.* WOPKENS.

2 HARMONIA VENERIS] Schol. Euripid. ad Phoeniſſ. 7. Ἔνιοι δὲ τὴν Ἁρμονίαν Ἡλέκτρᾳ γῆμαι αὐτὸν φασί. Schol. Apollon. ad lib. I. 916. Harmoniam Electræ filiam facit, eamque duxiſſe Cadmum, & a matre ejus Thebanam portam Electridem denominatam. Sed praeter Heſiodum Θ. 975. Lactantium lib. I. 17. etiam Noſter Geneal. Harmoniam Venere editam tradit. Scholiaſt. Horatii in Art. Poët. *Cadmus & Hermione* (Scrib. *Harmonie*) *in angues converſi ſunt. Nam Harmione filia Martis & Veneris dicitur fuiſſe. Dicuntur autem in angues converſi propter occiſum draconem, qui erat Marti conſeeratus.* Hephaeſtion tamen in leones transformatos eos narrat lib. I. Vid. Phot. pag. 473. MUNCK. Harmoniam Martis & Veneris fuiſſe filiam docent Pauſanias lib. IX. cap. 5. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 391. Schol. Pindari O. Pyth. III. 153, 164. Lact. ad Statii I. Theb. 188, 680. & ad II. Th. 267. Plura, eaque egregia de Harmonia habet Celeb. P. Burm. ad Ovid. III. Met. 133. Cur Muſae Athenis Harmoniam genuiſſe fingantur ab Euripide, docet cauſſam Scholiaſtes ad Medeam vs. 834.

3 IN ILLYRIAE REGIONIBUS] Earum enim Rex fuit. Vide Apollod. lib. III. MUNCK.

4 CONVERSI SUNT] Poëticam magis, quam pedeſtrem orationem ſapit. cap. 79. *Theſeus cum Pirithoo raptuerunt.* & cap. 127. *Quem poſtquam cognovit, qui eſſet, juſſu Minervae cum Telemacho & Penelope in patriam redierunt.* Lactantius ad Stat. Thebaid. III. 290. *Cadmus fugiens infortunia Thebarum, exiſtimans ſe cum loco etiam fortunam mutare, cum Harmonie conjuge converſi ſunt in dracones.* Capella lib. I, *Cum virtute Mercurius conſliterunt.* Et lib. III. *Cum ſponſo Delius annuebant.* Salluſt. Jug. 100. *Bocchus cum peditibus poſtremam Romanorum aciem invadunt.* MUNCK. Non poëticam haec magis ſapiunt, quam ſolutam orationem. Quadrigarius apud A. Gell. l. 9. N. A. c. 1. *Sagittarius cum funditore utrimque ſummo ſtudio ſpargunt forticſſime.* Conſule tu Lector Cel. Burm. ad Ovid. lib. I. Met. vs. 320. & Cort. ad Salluſt. B. Cat. c. 43. n. 1. & videbis optimum quemque ſolutae orationis auctorem ita locutum eſſe.

## Ad CAP. VII.

5 NYCTEI FILIA] Sic & Apollodorus lib. III. pag. 144. & Propert. lib. III. eleg. 13. *Aſopi* filiam facit. Apollon. lib. I. 735. Ubi Scholiaſtes: Δύω Ἀντιόπαι ἐγένοντο. ἡ μὲν Νυκτέως, ἡ δὲ Ἀσωποῦ, ἧς καὶ Διὸς Ἀμφίων καὶ Ζῆθος, οἱ καὶ Θήβας ἐτείχισαν. Apollon. ſequutus eſt Tzetzes in Lycophr. pag. 77. Ita famam non ſemper veri nunciam tuliſſe, notavit quoque in Corinthiacis Pauſanias. MUNCK. Conſule Cl. Burm. ad Ovid.

quaereret, ubi pareret, dolor eam in ipſo bivio coegit partum edere. 7 Quos paſtores pro ſuis educarunt, & adpellarunt 8 Zeton, ἀπὸ τοῦ ζητεῖν τόπον. Alterum autem Amphionem, ὅτι ἐν διόδῳ, ἢ ὅτι ἀμφὶ ὁδὸν αὐτὸν ἔτεκεν, id eſt, quoniam in bivio eum edidit. Qui poſtquam matrem agnoverunt, 9 Dircen ad taurum indomitum deligatam vita privarunt. Ex cujus corpore in monte Citherone fons eſt natus, 10 qui Dircaeus eſt appellatus, beneficio Liberi, quod ejus 11 bacha fuerat.

## VIII. 12 *Eadem Euripidis, quam ſcribit Ennius.*

Nyctei regis in Boeotia fuit filia Antiopa. Ejus 13 formae bonitate Jupiter adductus, gravidam fecit. Quam pater cum punire vellet, propter

Ovid. VI. Met. 110. item Schol. Apoll. Rh. lib. IV. vs. 1090. Lactant. ad Statii VII. Theb. vs. 189. & IX. 420.

6 Epapho] *Epopeo*, ut in Corinth. Paſ. MICYLL. Suſpicatur *Epopeus* legendum ex Pauſania Micyllus. Neque aliter Apollodoro nuncupatur. Tamen *Epaphus* eſt & in ſequenti capite. SCHEFF. *Epopeo* ex Pauſaniâ Micyllus. Nec aliter eum appellat Apollodorus lib. III. vel Schol. Apollon. ad lib. IV. 1090. Non nuperum hoc eſſe vitium patet ex Lactantio in Stat. IV. Theb. vers. 570. qui, ut alias multas, ita etiam hanc fabulam ex Hygino tranſcripſit. *Antiopa*, inquit, *Nyctaei* (ſcrib. Nyctei) *regis filia ab Epapho per dolum ſtuprata eſt*, &c. Ἐπωπεύς Σικυωνίων eſt Hephaeſt. lib. I. MUNCK. De hoc *Epopeo* Sicyoniorum rege, Antiopes raptore Cl. Burm. ad Ovid. II. Met. 592.

7 Quos paſtores pro ſuis] Videtur deeſſe *peperitque gemellos*, aut ſimile MICYLL. Putat Micyllus deeſſe, *peperitque gemellos*: mihi non videtur. Solent quippe talia inveniri etiam apud Scriptores optimos, dum ad rem, quam ad verba magis attendunt. Noſter infra quoque fab. 140. *Ex eo conceptu nata eſt Armonia, cui Minerva & Vulcanus veſtem ſceleribus tinctam muneri dederunt, ob quam rem progenies eorum ſcelerata extitit.* De unica Armonia praeceſſit, & tamen ſequitur *eorum*, quia ſimul maritum ejus in animo habuerat. Ita fab. 194. *Navem Corinthum delatam tempeſtate, in qua Arion vectatus fuerat. Quos cum perduci ad ſe imperaſſet.* dicit *quos*, & nautas reſpicit, quos habuit in animo, non navem, de qua ſcripſit. Simili modo fab. 120. *Quorum fuit inſtitutum*, cum praecedat de finibus Tauricis. SCHEFF.

8 Zeton ἀπὸ τοῦ ζητεῖν] Haec cum ſequentibus adjecta ſunt ab intempeſtivo aliquo interprete. Alibi profecto nihil legas ſimile apud Noſtrum. SCHEFF. Interpretationes has ab intempeſtivo aliquo interprete adjectas cenſet Cl. Scheffcrus; Certe haec abſurda mihi videntur. Neque enim ζῆτος Graece, ſed ζῆθος ſcribitur, unde *Zethus* apud Horat. lib. I. epiſt. 18. vers. 42. Male *Zetus* ſcribitur apud Servium ad Eclog. II. 24. Ita ludit more ſuo Fulgentius lib. II. Mythol. *Tereſiam in modum temporis poſuerunt, quaſi θέρος αἰὼν, id eſt, aeſtiva perennitas.* Placuit tamen illa alluſio veteribus. Vide Etymol. Magnum in Ζῆθος. MUNCK.

9 Dirce ad taurum] Vide Schol. Euripidis ad Phoeniſſ. pag. 280. Edit. Steph. & Apollon. loco modo adducto. MUNCK.

10 Qui Dirceus] Scribe, *Dircaeus*, ut apud Horat. eſt & Virgil. ex Graec. Διρκαῖος. Schol. Euripid. ad Phoeniſſ. 102. Καὶ ὁ τόπος, ὅθεν ἱσύρη, Δίρκη καλεῖ, καὶ ὁ ποταμός. & ad vs. 650. Δίρκη ὁ ποταμὸς Θήβης, ὁμώνυμος τῇ πηγῇ. MUNCK. *Fons* & *Fluvius Thebarum* etiam dicitur Dirce a Scholiaſte Sophocl. Antig. vs. 105. Sed conſule, Lector, Ill. Spanh. ad Call. H. Del. vs. 76. inprimis Lactant. ad Statii III. Theb. 205. & ad I. Achill. vs. 11.

11 Bacchia fuerit] Comeliniana, *fuerat*, ſine cauſſa. SCHEFF.

## Ad CAP. VIII.

12 Eadem Euripidis, quam scribit Ennius] In hoc titulo pro *Euripidis Euchemeri* legendum cenſet Barthius. Verum nihil immutandum docet Rheineſius lib. III. Var. Lect. pag. 374. cum Euripidis Ἀντιόπη citetur Stobaeo atque Ciceroni. SCHEFF. Laudat eam in Εὐτυχήμασι. Heſych. MUNCK. Plura de hujus Antiopae fabula narrat Lactant. ad Statii II. Achill. vs. 66.

13 Formae bonitate] H. e. praeſtantia. Phaedrus lib. IV. 8. *Tanta bonitas eſt aquae. Dignitatem* Noſter appellat cap. 106. & 78. MUNCK. Hinc *corporis, animi bona* & *mala* de pulchritudine

pter ſtuprum [1] minitans, periculum Antiopa effugit. Caſu in eodem loco, quo illa pervenerat, [2] Epaphus Sicyonius [3] ſtabat. Is mulierem [4] advectam domo matrimonio ſuo junxit. Id Nycteus aegre ferens, cum moreretur, Lyco fratri ſuo per obteſtationem mandat, cui tum regnum relinquebat, ne inpune Antiopa ferret. Hujus poſt mortem Lycus Sicyonem venit. [5] Interfecto Epapho, Antiopam vinctam [6] abduxit in [7] Citheronem: [8] parit geminos, [9] & reliquit. Quos paſtor educavit, Zetum & Amphionem nominavit. Antiopa Dircae uxori Lyci data erat in cruciatum. Ea occaſione nacta fugae ſe mandavit. Devenit ad filios ſuos. Ex quibus Zetus exiſtimans fugitivam, [10] non recepit. In eundem lo-

& deformitate corporis ac mentis occurrunt, & *bona forma* pro forma praeſtanti. Conſule Celeb. Burm. ad Phaedr. III. 8, 15. Sic ἀγαθὸς Graecis. Theocrit. Idyll. XXIII. 2.

——— ἰφάνης
Τὰν μορφὰν ἀγαθάν, τᾶ δ' ἤθεα οὐκ ἐὸ ὁμοία.

1 MINITANS PERICULUM] Barthius volebat, *vitans*, & mox *auſugit*. Ego mallem omnibus retentis tantum comma ſcribere poſt *minitans*, ut ſenſus ſit, patrem minatum ei poenas; has deinde minas effeciſſe, ut caveret ſibi, atque ſic periculum evaderet. Vide Apollodorum lib. III. quo cum convenit haec expoſitio. SCHEFF. Barthius *vitans* conjecit. Tollius, *inſtans*. Ego antehac *imminens*. Nunc verum mihi videtur, quod divinat Cl. Schefferus, poſt τὸ *minitans*, ponendum eſſe inciſum. Scribe ergo, & diſtingue etiam poſt τὸ *vellet*: *Cum pater punire vellet, propter ſtuprum minitans, periculum effugit.* cap. 10. *In aquilam commutatus mortem effugit.* Apollodorus certe, quod Vir Clariſſimus vidit, id firmat, ita ſcribens: ὁ δὲ ὡς ἤκουσεν ἐγγύθεν, δείσας πατρὸς ἀπειλήν, εἰς Σικυῶνα ἀπεδήμησεν. Sed illuſtri Heinſio *minitans periculum* videtur dictum, ut *minantia fata* apud Silium. Et ſic nihil medicinae flagitat hic locus, niſi ut inciſum poſt τὸ *periculum* tollatur. MUNCK.

2 EPAPHUS] *Epopeus*. MICYLL.

3 STABAT] H. e. commorabatur, diverſabatur, manebat, dum domo aberat. Hinc *ſtabulum & ſtatio* pro taberna & diverſorio apud Veteres. Et *ſtabularius* πανδοχεύς ſive caupo apud Junilium & Cyprianum lib. III. epiſt. 13. *Stabulariae mulieres* apud Auguſt. C. D. XVIII. 18. copae. Praeivit nobis ad hanc explicationem Barthius. Ita σταθμὸς accipitur interdum Graecis. Vide Jerem. cap. X. 5. Heſych. Σταθμοί, ἱκανίαι. Gloſſ. vett. *Stabulum*, πανδοχεῖον Cyrill. Στάσις, καταγωγή, *Statio*. Tertull. Sodom. *Hoſpitioque vocat leuge ſtabulare parantes*. Confer, quae ad Suet. Neron. cap. 37. notavit Torrentius. MUNCK. Ita *Statio* recte praefert πρὸ *ratio* apud Phaedrum I. 1. fab. 30. Cl. Burm. & in pl. *ſtationes* pro *tabernis*, porticibus, baſilicis, in quibus & recitationes fiebant, & otioſi ad conſabulandum conveniebant, ſumi docet idem ad Ovid. I. III. Triſt. El. 1. vs. 79. Hinc, etiam *ſtare* de meretricibus ante lupanaria quaeſtus gratia commorantibus. Vide Wouweren. ad Petron. Satyric. cap. 6.

4 ADVECTAM DOMO, MATRIMONIO] Emenda, *advectum domum*. littera ultima eſt extrita propter ſimilem ſubſequentem. *Domum* autem antique, pro *domum*, ſicut ſaepe apud Noſtrum. SCHEFF. H. e. domum. *Domo* dixiſſe dandi caſu Catonem & Horatium notavit Voſſius, quem figurate nonnunquam poni pro accuſativo volunt. Infr. cap. XIV. *Delatum ſtuctibus Lilybaeo ſervavit.* niſi placet ablativum eſſe per defectum praepoſitionis ſubaudiendae iſtiuſmodi locis poſitum. Vide notata ad cap. XV. quo multa id genus congeſſimus. Cl. Schefferus emendat, *domum*. δρχαϊκῶς. MUNCK.

5 INTERFECTO EPAPHO] Ante haec verba ponendam curavi τελέως τοῦτο, poſtulante omnino id ſententia. MUNCK.

6 ADDUXIT IN CYTHERONEM] Putant locum eſſe mutilum. Ego ſic reſtituo: *Antiopam vinctam abduxit. Ea in Cytherone parit geminos, & reliquit.* Clara ſunt omnia. SCHEFF. *Adducere* pro *abducere* habes etiam cap. 64. 84. 121. 122. 173. & apud Ovid. I. Met. 677. in quibuſdam editt. Juſtin. libr. XVIII. 1. Utrumque certo reſpectu tolerari poſſe exiſtimat Berneccerus. Sed ille, ut video, ſolus relinquitur. Corrige ergo cum Cl. Scheffero, *abduxit*. MUNCK. Plura exempla dabit Cl. Arntzenius ad A. Victor. de Vir. Ill. cap. 21. n. 3.

7 CITHERONEM] Putet aliquis ſcribendum eſſe *Citbaeronem* & hoc & in praecedentibus; Sed *Citheron* pro *Citbaeron* effert etiam Auſonius Gryphe-

locum Dirce per bacchationem Liberi [11] illuc delata eſt. Ibi Antiopam repertam ad mortem extrahebat. Sed ab educatore paſtore adoleſcentes certiores facti, eam eſſe matrem ſuam, celeriter conſecuti matrem, eripuerunt. Dircen ad taurum crinibus religatam necant. Lycum cum occidere vellent, vetuit eos Mercurius, & ſimul juſſit Lycum concedere regnum Amphioni.

## IX. *Niobe.*

[12] AMPHION & Zetus Jovis & Antiopes Nyctei filii, juſſu Apollinis Thebas muro circumcinxerunt uſque ad [13] Semelae buſtum, Lajumque Lab-

pho Ternario, quaſi in Graeco eſſet κιθαρῳδὸν non κιθαρῳδόν: quod & Lactantius ſibi permiſit. lib. I. 22. *Qui* (mons) *cum citharae cantu perſonaret, Citheron appellatus eſt.* Servius ad AEn. IV. 469. *Comperit eum in Citherone monte eſſe.* Obſervavit Feſtus ruſticorum eſſe non pronuntiare diphthongos. MUNCK.

8 PARIT GEMINOS] Cl. Schefferus ita diſtinguit: *vinctam abduxit. In Citherone ea parit gemino.* Fateor minimam iſtam mutationem multum lucis attuliſſe. Poteſt tamen conciſa oratio videri, qua τὸ *Antiopa* ex praecedentibus ſubaudiendum relinquatur. Similiter ex praecedentibus ſubaudiendum relinquitur cap. 53. JUPITER. *A quo* (Jove) *in avem ortygiam commutata eſt, quam nos coturnicem dicimus, eamque in mare abjecit.* cap. 19. *Ab Jove eſt excaecatus, & appoſuit ei Harpyas.* cap. 56. BUSIRIS. *Apud Buſiridem Neptuni filium cum eſſet ſterilitas, ex Graecia augures convocavit.* cap. 72. FILIUS. *Quae cum filium procreaſſet, & ad puberem aetatem perveniſſet.* cap. 77. LEDA. *Jupiter Ledam compreſſit, & ex eo peperit Pollucem & Helenam.* 105. PRIAMUS. *In quâ ſcriptum fuit; Palamedi a Priamo miſſa; tantumque ei auri pollicetur*, &c. cap. 106. AGAMEMNON. *Achilles cum Agamemnone redit in gratiam, Briſeidamque ei reddidit.* cap. 126. MNESTERES. *Quem cum Eumaeus ad Mneſteras perduxiſſet, & cum ancillis diſcumberent, ait ad illos.* cap. 178. CADMUS. *A Cadmo lapide eſt interfectus; denteſque ejus, Minervâ monſtrante, ſparſit & aravit.* cap. 198. PATER. *Illa ſe in mare praecipitavit, ne perſequeretur.* cap. 30. IS. *Veſtigia ejus afflabat, & malorum cruciatu moriebatur.* Tale eſt & illud Scholiaſtae German. Orione: *Cum putarent Arionem obiiſſe, & de monumento prodiiſſet.* ſc. Arion. Neque non iſtud Lactant. ad 11. Stat. Thebaid. vers. 4. *Quos Juno cauſâ Epaphi ex Jove nati contra Jovem excitavit arma ſuſtollere. Unde illi poenas dederunt adjuvantibus Diis, & Atlanti coeli [onus] impoſuit*, ſcil. *Jupiter.* Fulgent. lib. II. cap. 15. *Jupiter cum Semele concubuit, de qua natus eſt Liber pater, ad quam cum fulmine veniens, crepuit.* ſcil. *Semele.* Et lib. I. cap. 27. *Admetus Apollinem atque Herculem petiit, & ei ad currum leonem & aprum junxerunt.* Ita habet MS. Leid. & Baſil. Edit. vetus, non *qui ei.* Loqui ſic nonnunquam etiam Graecos animadverti. Parthen. Erot. cap. 15. Δι' ὃ αὐτὸν μᾶλλον καλοῦμεν ὃν Ἀγρίμιδι, τὸν αὐτὸν ἔτοκεν Ἀγαυὴ ἐκεῖ. nempe Ἀγρίμις. Haec ſtatim ſub initium heic conſtipare volui, ut, cum toties iſta orationis forma in hoc ſcripto deprehendatur, examinet lector, librariiſne ea, an auctori ipſi ſint tribuenda. Conſer notas ad cap. 54. MUNCK.

9 ET RELIQUIT] Malim, *relinquit*, propter τὸ *parit*, quod praeceſſit. MUNCK. Sed vide, quae a me ad Nepot. Dione cap. 8. & ad J. Caeſar. l. v. B. G. c. 11. p. 222. a Cl. Oudendorpio notata ſunt.

10 NON RECEPIT] Vetus, *recipit*, quod magis probo. Porro poſt haec verba ſuſpicor deeſſe aliqua, quibus oſtendebatur, quomodo etiam contra Zeti voluntatem ibi ſubſtiterit. SCHEFF. Vetus *recipit*, inquit vir doctus, *quod magis probo.* Atqui Micylli editio, quae prima eſt, *recepit* exhibet: nec, cur valde improbem, video. MUNCK.

11 ILLUC] Quia praecedit, *in eundem locum*, deletam velſem hanc voculam. MUNCK.

## Ad CAP. IX.

12 AMPHION ET ZETHUS] De horum neco Apollodor. lib. III. pag. 181.

13 SEMEOUSTUM] in *aedificatum* fortaſſe. MICYLL. Barthio aſſentior, qui hic legit *Semeles buſtum.* Semeles ſepulchri meminit & Pauſanias lib. IX. quod fuerit in urbe Thebanorum. SCHEFF.

Labdaci regis filium in exilium ejecerunt. [1] Ipſi ibi regnum obtinere coeperunt. Amphion in conjugium Niobam Tantali & [2] Diones filiam accepit. Ex qua procreavit [3] liberos ſeptem totidemque filias. Quem partum Niobe Latonae antepoſuit, ſuperbiusque locuta eſt in Apollinem & Dianam: quod illa [4] cincta viri cultu eſſet, & [5] Apollo veſtem deorſum, atque crinitus; [6] & ſe numero filiorum Latonam ſuperare. Ob id Apollo filios ejus in ſylva venantes, ſagittis interfecit in monte Sipylo.

SCHEFF. Turnebus, *Semelae buſtum*, Adverſ. lib. XXVIII. 43. Quod & Barthio ac Cl. Cupero Obſerv. lib. III. cap. 17. venit in mentem. Atque ita emendaverat quoque olim in Libro ſuo Salmaſius. MUNCK. Neque aliter legi poteſt. Auctor noſter recte addit *uſque ad Semelae buſtum*, quia locus is ſacer erat, eademque, qua loca alia fulmine tacta, cuſtodiebatur religione. Conſule Celeb. P. Burm. in Diſſ. de Jove Fulgerat. cap. 7.

1 IPSI IBI REGNUM] Τὸ *ibi* abeſt à vetuſtioribus. SCHEFF. Τὸ *ibi* non agnoſcere vetuſtiores ait vir Cl. Sed vetuſtiſſima Micylli omnino agnoſcit. Nec cauſam video, cur aliae expulerint. MUNCK.

2 DIONEI] Scribe *Dionis*. Ex Fab. 83. & aliis. SCHEFF. Scribe *Dionis*. Vide infr. cap. 82. & 83. Longe aliter de Niobe fabulatur Parthenius Erot. cap. 33. Diones vocabulum reſtituendum etiam Lactantio in Stat. Theb. lib. IV. vs. 576. *Niobe*, inquit, *filia Tantali & Peniopes*. Lege, *Dionis*. MUNCK. Conſule Cl. Burm. ad Ovid. VI. Met. vs. 146. & de *Dione* ejus matre una ex Hyadibus ad vs. 174.

3 LIBEROS SEPTEM] H. e. ſeptem filios. Veteres τὸ *liber* ſingulari numero pro filio poſuiſſe probat aliquot exemplis Voſſius Analog. lib. I. cap. 42. & Schottus ad Victoris Caeſar. cap. 26. quibus nos praeter hoc Hygini illud quoque Solini addimus cap. 8. *Tres liberos in Italia procreavit, Tiburtum, Coram, Catillum.* Plinius lib. I. ep. 10. *Liberi tres, duo mares, quos diligentiſſime inſtituit.* Si enim ſingulari numero careret hoc nomen, non *tres*, ſed *ternos* vel *trinos* dixiſſent. Vide Varron. L. L. IX. pag. 136. Quintil. decl. 11. *Liberi ac parentis non alius mihi videtur affectus*, &c. MUNCK.

4 CINCTA VIRI CULTU] H. e. Altè cincta, ut viri ſolent. Petit a Jove & impetrat apud Callim. Hym. III. εἰς γόνυ μίχεσ χιτῶνα ζωνοῦ λιγυσθ. Ovid. X. Met. *Nuda genu veſtem ritu ſuccincta Dianae.* Ad illum virilem cultum reſpexit Petronius: *Et praecincti certe altius eramus.* Minutius Felix: *Diana interim eſt altè cincta venatrix.* Imo & *bis cincta.* Auſon. epigr. 38. Claud. P. R. II. vers. 33. *Criſpatur gemino veſtis Gortynia cinctu, Poplite fuſa tenus. Succincta* eſt Ovid. III. Art. A. 143. & Amor. II. El. 2. *Incincta* Heroid. IV. 87. Alte cincti imprimis venatores, alte etiam viatores. Horat. lib. I. Sat. v. 5. *Hoc iter ignavi diviſimus, altius, ac nos, Praecinctis unum eſt.* Corrige ex hoc loco Servium ad AEn. I. 214. *Aecinctos autem induſtrios dicimus, ut Horatius:* Altius ac nos praecincti ſumus. Lege, inquam, *Praecinctis unum eſt.* MUNCK. Conſule Ill. Spanh. ad Call. H. Dian. vs. 11.

5 APOLLO VESTEM DEORSUM] Videtur deeſſe *haberet*, aut ſimile verbum. MICYLL. Scilicet *cinctus*, quod debet repeti ex praecedentibus. Neque haec lacuna eſt, quod Barthius quoque vidit. Adi indicem. SCHEFF. Supplet Micyllus, *haberet.* Sed tu repete potius cum Scheffero τὸ *cinctus* ex praecedentibus, id quod jam antea Barthius quoque monuerat. Pingit habitum Citharoedicum. Tib. III. 4. *Ima videbatur talis illudere palla.* Pariter de eodem Apolline Ovid. XI. Met. 166. *Verrit humum Tyrio ſaturatâ murice palla.* MUNCK. De Apollinis veſtitu praeter Broukh. ad Tibull. III, IV, 35. videndus Ill. Spanh. ad Call. H. Apoll. vs. 32. p. 63, 64. *Crinitus* & *intonſus* dicebatur paſſim a Poëtis, ob comam ejus ſemper intonſam ac prolixam. Conſule Apollon. Rhod. II. Arg. vs. 710. & conſer vs. 679. videndi Lambinus ad Horat. l. I. Od. 21. vs. 2. & Broukh. ad Tibull. l. I. vs. 27. Sed haec ſatis nota ſunt; illud unum addo, cauſſam hinc adparere, cur ὁ Δαφνηφόρος, ut refert Proclus in Chreſtomathia apud Photium Biblioth. p. 989. fuerit ΤΑΣ ΜΕΝ ΚΟΜΑΣ ΚΑΤΕΙΜΕΝΑΣ, χρυσῆν δὲ στέφανον φέρειν, ἢ ΛΑΜΠΡΑΝ ΕΣΘΗΤΑ ΠΟΔΗΡΗ ΕΣΤΟΛΙΣΜΕΝΟΣ. De luctu Niobes Plutarch. de Conſolat. ad Apoll. pag. 116. De fabula ita Sophocles Electra vs. 150. canit

Ἰὼ παστλήμων
Νιόβα, σὺ δ' ἐγγὺς πήμων θάις,
Ἀτ' ἐν τάφῳ πετρώᾳ
Αἰ Αἰ δακρυόεις.

Ubi

lo. Et Diana filias in regia ſagittis interemit, praeter Chloridem. At genetrix liberis orba, flendo lapidea facta eſſe dicitur 7 in monte Sipylo. 8 Ejuſque hodie 9 lacrymae manare dicuntur. Amphion autem cum templum Apollinis expugnare vellet, ab Apolline ſagittis eſt interfectus.

## X. *Chloris.*

10 CHLORIS Niobes & Amphionis filia, quae ex ſeptem ſuperaverat. Hanc

Ubi v. Schol. ὁ τάφος πετρώδης, τετέχνευται λιθοδομῆσθαι. & Triclinius ad h. l. & Biſetus ad Ariſtoph. Ran. vs. 943. proferunt hoc Agathiae Scholaſtici in Nioben Epigramma:

Ὁ τύμβος ὅτος ἴδεο σὰξ ἔχει νέκυας,
Ὁ νεκρὸς ὅτος σάρξ οὐκ ἔχει τάφον,
Ἀλλ' αὐτὸς αὐτὴ νεκρὸς ἐστι καὶ τάφος.

A Jove in ſaxum mutatam credi docet Triclin. ad Soph. Antig. vs. 836. a Diana Nioben interfectam docet Lactant. ad Statii I. Theb. vs. 711. Fabulam vero explicat Palaephatus cap. 9.

6 ET SE NUMERO] Mallem, *at ſe numero*, quia hoc eſt efficacius. SCHEFF. Cl. Scheffe-rus, *at ſe*, quod hoc ſit efficacius. Sed & pro *at* ita ſaepe in hoc ſcripto poſitum deprehendo, ut vix quicquam mutare audeam. Inſpice cap. 21. 26. 31. 67. 82. 122. 125. 154. &c. Etiam Graeci καὶ pro δ non raro ponunt, ut obſervat Pſochen. Diatrib. de ſtyl. nov. Inſtrum. Tm. 58. Ne dicam jam τὸ & non incommode explicari heic poſſe per *etiam* vel *inſuper*. MUNCK.

7 IN MONTE SIPYLO] Propert. lib. II. 16. *Nec tantum Niobe bis ſex ad buſta ſuperba Sollicito lacrymas depluit a Sipylo.* MUNCK. Vide Lactant. ad Statii VI. Theb. vs. 124. Sophocl. Antig. vs. 834. 835. 836.

Ἥκουσα δὴ λυγροτάτου ὀλέθρου
Τὸν Φρυγίου ξένου
Ταντάλου, ΣΙΠΥΛΩ ΠΡΟΣ ΑΚΡΩ.

Ad quae verba Veteres Critici, ut & ad ſequentia, ſunt conſulendi. Cur autem Apollo filios, Diana vero filias interfeciſſe fingantur, lectorem docebit Ampliſſ. Cuperus in Harpocrate pag. 43. quamquam Plutarch. T. II. p. 170. tam filios, quam filias, interfectos a Diana indicat. &, quid ſit *Apollinis ac Dianae telis interfici*, Cl. Burm. in Jove Fulgeratore cap. 15. p. 335. Adde Servium ad Ecl. v. vs. 66. & Philoſtrat. Heroic. cap. 10. §. 4. ibique Olear.

8 EJUSQUE HODIE] Mallem, ſi addicerent MSS. *Ejus hodieque.* Ovid. VI. Met. 310. *Liquitur, & lacrymas etiam nunc marmora manant.* MUNCK.

9 LACHRYMAM MANERE] Tollius ad Auſonium Epit. 27. emendat, *manare*, quod probo. Ipſum vide. SCHEFF. Praeferam *manare*. quod Cl. Tollio eſſe viſum ex Cl. Schefferi notis didici. Sen. Agam. 378. *& adhuc lacrymas Moeſto aeternum marmora manant.* Etiam *fluere* active comperi uſurpatum. Iſidor. Orig. XVII. 8. *Cujus virgulae inter caniculae ortum catervatim lacrymas fluunt.* Catal. Pith. lib. I. *Effluas dulcem ſaporem comparandum nectari.* Quem verſiculum fruſtra emendare nituntur. *Effluere* eſt producere heic & gignere, ut *emanare*. Incertus auctor de Orthograph. in Corpore vett. Grammat. *Emanat fons ſive terra aquam*, id eſt, gignit ac producit. Contrarium eſt *influere*. Cyprian. lib. II. ep. 2. *Quod in mentes noſtras indulgentiae coeleſtis allapſu clementer dominus influxit.* Minucius Felix Octavio: *Mare influxerit liquor.* Leo Papa de conſilio Vit. & Virt. *Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam?* Apollod. lib. III. Καὶ χαῦν δάκρυα πίνακος καὶ μετ' ὀμβρου ῥεῖ λίθος. Adde quae annotat Schol. Homeri ad Iliad. Ω. 602. Perquam elegantes ſunt hi verſiculi Callimachi Hymno Apollinis: Καὶ νῦ ὁ βακχυλος ἀναβάλλει ἄλγεα πάντα· Ὅσσις σοὶ Φρυγίη δίνοις λίθος ἰσόθεος, Μάρμαρον ἀλλὰ γυναικὸς ἀιζυρῆς χαλέπτει. Haud abſimile eſt, quod de columna ſalis, in quam Lothi uxor converſa eſt, memorat Tertullianus: *Dicitur & vivens alio jam corpore ſexus Munificos ſolito diſpungere tempore menſes.* Unde orta ſit fabula, indagat Euſtath. ad Dionyſ. pag. 18. MUNCK.

## Ad CAP. X.

10 CHLORIS IN URBE SETI AMPHIONIS] Homerus tamen non huius, ſed alterius Amphionis, qui fuit Jaſii, filiam videtur facere Odyſſ. A. MICYLL. Quaenam haec urbs Seti? ſine dubio ſcribendum, *Chloris, Niobes & Amphionis filia.* Ex prima Syllaba *Ni* in voce *Niobes* fecerunt *in*, ultimam litteram S adjecerunt conjunctioni, remanebat *obe*, unde doctus ſcilicet aliquis

Hanc habuit in conjugem [1] Neleus Hippocoontis filius. [2] Ex qua procreavit liberos maſculos duodecim. Hercules cum Pylum expugnaret, Neleum interfecit, & filios ejus decem. undecimus autem [3] Periclymenus, beneficio [4] Neptuni avi in aquilae effigiem commutatus, mortem effugit. Nam duodecimus Neſtor [5] in Ilio erat, qui tria ſecula vixiſſe dici-

quis formavit *urbe*. SCHEFF. Barthius ad Statium, *in urbe Zethi, hoc eſt, Thebis*. Salmaſius in margine libri olim ſui, quem pro benignitate ſuâ utendum nobis dedit Cl. Blancardus, appinxerat, *Niobes & Amphionis*. quod omnino probandum. &, ut video, probat mecum Scheffcrus, idem conjiciens. Sed Schol. Homeri ad Odyſſ. Λ. vers 280. longe aliter ἱστορολογεῖ, matremque Chloridis Περιφύλην appellat. ipſum adi. Nihil tamen movere debet hoc lectorem. Corrigi ita vult Hyginus ipſe cap. 14. *Periclymenus Nelei & Chloridis Amphionis & Niobes Amphionis filiae filius*. MUNCK. Plures fuere *Chlorides*. Vide Burm. in Catal. Argon. in voce *Mopſus*.

1 Neleus Hippocoontis] Scholiaſtae Homer. loco modo laudato cum aliis non paucis eſt Ποσειδῶνος καὶ Τυροῦς παῖς. MUNCK. Plures ejuſdem nominis fuere. Sic *Neleum* Codri filium Mileti conditorem, cum hoc *Neleo* Neſtoris patre confundi a Strabone docet Cel. Perizonius ad AElian. VIII. V. H. c. 5. Neptunus a multis in fluvium *Enipeum*, quo nomine inde a Mileſiis fuit cultus, mutatus dicitur e Tyro Salmonei filia, hunc *Neleum* & Pelian ſuſcepiſſe. Conſule Tzetz. & Potter. ad Lycophron. vs. 722. Paſſerat. ad Propert. I, 13. 21. & Cl. Burm. ad Ovid. VI. Met vs. 117. Verum ab aliis *Cretheus* pater Nelei fuiſſe creditur. Vide Munck. ad fab. 157. Imo Pauſanias lib. IX. cap. 36. juxta finem ait: Νηλεὺς ΚΡΗΘΕΎΣ βασιλεύων Πύλου (quam condidiſſe dicitur ab Apollodoro lib. I. pag. m. 45. unde *Neleia Pylos* Statio Theb. IV. 125.) γυναῖκα ἔσχεν ἐξ Ὀρχομενοῦ Χλῶριν (ita enim legendum) Ἀμφίονος καὶ Ἰλαιρᾶς. & pro Ἰλαιρᾶς legendum ibi eſſe Ἰασίᾶς docet Simſonius Chron. Cathol. A. M. 2661. *Cretheus* juxta Schol. Pindari O. Pyth. IV. vs. 190. eſſet magnus avunculus *Nelei*, frater quippe *Salmonei*, cujus filia *Tyro* V. Tzetz ad Lycophr. vs. 175. Sed jam ſupra confuſionis cauſſam notavi. Rectius itaque *Neleus* Neptuni filius dicitur. Inſpice etiam Catalogum Argonautarum a Cl. Burmanno confectum in hac voce, & in *Periclymenus*; adde notam ſequentem.

2 Ex qua, &c.] Idem Scholiaſtes ex Chloride tres tantum procreaſſe cum tradit, reliquos vero ex diverſis matrimoniis. Calculum illi dat Apollonianus Scholiaſtes ad lib. I. 156. Νηλεὺς ἔσχε παῖδας ἐκ μὲν Χλωρίδος Νέστορα, Περικλύμενον, Χρόμιον. Ἐκ δὲ ἑτέρων γυναικῶν Ταύρην, Ἀστέριον, &c. Habes ibi & caeterorum nomina. MUNCK.

3 Periclymenes] Infra c. 14. eſt *Periclymenus*, quod videtur rectius, quia & Apollodoro ita ſcribitur. SCHEFF. Micyll. Editio exhibet, *Periclymenis*, ſcribe, *Periclymenus*; Apollon. I. 156. Περικλύμενον Νηλέα. Interfectum eum ad illum locum narrat Scholiaſtes, ut & Apollodorus lib. I. pag. 36. ac Tzetzes Chil I. 45. Nonnus Dionyſ. μγ. Ovid. XII. Met. fab. 6. MUNCK.

4 Neptuni avi] Atqui modo Hippocoontis eſſe filium Neleum dixit. In tam brevi narratione diverſas miſcere opiniones, vix veniam mereri videtur. Caeterum συμμάχει τῷ Νηλεῖ τρεῖς θεοί, Ποσειδῶν, Ἥρα, Αἰδωνεύς. Vide Schol. Hom. Iliad. Λ. 689. MUNCK. Hygini locus an corruptus ſit, neſcio, ſed Neptunum recte Periclymeni avum vocari, qui a multis pater Nelei fuiſſe creditur, docet Celeb. P. Burm. in Catal. Argonaut. in *Periclymenus*. Si audacior eſſem, *apis in effigiem* ſubſtituerem, *τοῖς avi* & *aquilae* ejectis; Nam Apollodorus lib. I. pag. m. 45. docet Περικλύμενον μὲν ὑπὸ Ποσειδῶνος δίδωσι μεταβάλλειν τὰς μορφὰς, καὶ μαχόμενον, ὅτι Ἡρακλῆς ἐξεπόρθει Πύλον, γινόμενον ὁτὲ μὲν λέοντα, ὁτὲ δὲ ὄφιν, ὁτὲ δὲ ΜΕΛΙΣΣΑ.

5 In Ilio erat] Barthius commentario ad Stat. emendat, *in exilio erat*. Convenire hoc aliquatenus videtur cum verbis Apollodori: Ἐκπεσὼν δὲ πρὸς Γερηνίους ἐπέφυκε & Scholiaſt. Homeri. ad Iliad. Λ. 691. Τὸν Νέστορά φησι φεύγοντα Ἡλείους παῖδων. ὅτου νέου ὑπάρχων ἔφυγεν ἐπέφυκε πρὸς τοὺς Γερηνίους, &c. Si hoc tamen minus placeret forte, examinandum offert lectori, *Gerenii*. Sed me judice, durum alterum, alterum nimis a vulgatâ ſcripturâ remotum. Scribo: *In Pylo non erat*. Ita infr. habes cap. 154. *Anchiſes item in Ilio*, &c. 273. *fecit in Ilio*. Confer notata ad cap. 243. Interpres Concil. Epheſin. pag. 76. Edit. Contii: *Synodus congregata in Epheſo*. Nec aliter Plaut. Bacch. Act. II. ſc. 3. Adde, quae Voſſius habet conſtruct. pag. 167. MUNCK. De Fabula conſule Schol. Homeri Iliad. A. vs. 250. Huic vero Scholiaſtae & Hygino addatur Philoſtratus cap. 111. Heroic. §. 1. qui Neſtorem Neleo patri, & fratribus Geryo-

nis

dicitur beneficio Apollinis. Nam quos annos [6] [7] Chloris & fratrum, [8] Apollo eripuerat, Neſtori conceſſit.

## XI. [9] *Niobidae.*

[10] THERA, Tantalus, Iſmenus, [11] Eupinytus, Phaedimus, Sipulus, [12] Chiade, Chloris, [13] Aſtycratia, [14] Siboe, [15] Sictothius, [1] Cleo-

nis boves Herculi auferentibus noluiſſe adeſſe, licet poſſet, & ideo Herculem, juſtitiae mercedem Neſtori dediſſe Meſſenen inter alia refert. Vide ibi cetera.

6 CHLORIS] Scribo *Chloridis*. Nihil mutarem, niſi haberetur infr. cap. 14. *Ampyci & Chloridis filius*. Legimus enim in vett. inſcript. *Iſis* pro *Iſidis*, *Iſi* pro *Iſidi*. In Veneris Pervig. *Facta Cypris de cruore deque Ameris oſculis*. Sic & *Adone* pro *Adonide* dixit Lactant. lib. I. 17. & Arnobius lib. IV. *Arſiſſe Proſerpinam in Adonem*, niſi iſta ſunt a recto *Aden*, quo utitur Capella lib. II. Sidonius carm. 2. *Quicquid laudatum eſt Scythicis Anacharſis in oris*, ἀνὰ Ϛ Anacharſidis. Talia ſunt iſta apud Noſtrum cap. 97. *Alceſtis Peliae filiae filius*. 157. *Buſiris filia*. 189. *Munera Procri dat*. Chariſius lib. I. *Non eſt neceſſe conſuetudinem ratione reformare, praeſertim cum adſit auctoritas. Nam & Varro de vitâ ſuâ, non tantum hujus Serapis declinavit, ſed & Iſis, quod paulo eſt durius*, &c. Quamobrem nollem hanc declinandi rationem tantopere improbaſſet πολυΐσως ille Voſſius. MUNCK.

7 CHLORIS ET FRATRUM] Utique nullos Chloridi eripuerat annos Apollo, qui filios Niobes occidit, non filias, quas Diana interemit, & has quidem *praeter Chloridem*, fab. 9. *quae ſola ex ſeptem ſuperavit*, hac ead. fab. Delenda omnino copula, legendumque *Chloridis fratrum*. Caeterum Neſtorem Gerenii fuiſſe, capta Pylo, docet & Pauſan. Lacon. extr. ἐν ταύτῃ τῇ κόλπῳ (γεφυρίδι) Νίσσης οἱ τῶν πταφλίων λέγουσι, οἱ ϗ ἐς τοῦτο ἀλθεῖν φεύγοντα τὸ χωρίον, ἐπεὶ πόλεσι ἀλίσκοις ὑπὸ ἡρακλέους. Similiter Scholiaſt. Homeri. Il. B. v. 33. E. v. 392. & Λ. v. 691. Unde & ab Homero ſaepiſſime vocatur γεραιὸς ἱππότα Νέστωρ. Jac. Perizonius. MUNCK.

8 APOLLO ERIPUERAT] Barthius vult, *corripuerat*, quod exponit, *breviores fecerat*. Sed repugnat ſequens *conceſſit*, *cui* recte opponitur *eripuerat*, non *corripuerat*. Itaque nil muto. Eſt trajectio non inuſitata noſtro, ut jam monui. Ordo iſte: *Annos Chloris & fratrum conceſſit Neſtori, quos eripuerat*, nempe Chloridi & fratri. Vid. Fab. 14. Pro *Chloris* lego *Chloridis*, ut eſt fab. 14. Vitium peperit compendium ſcribendi. SCHEFF.

## Ad CAP. XI.

9 *Niobidae*] Diverſas auctorum opiniones de numero liberorum Niobes congeſſere Bernartius ad Stat. Theb. III. 198. Clariſſimus Cuperus Obſervat. III. 17. Natalis lib. VI. 13. & jam olim Scholiaſtes Euripidis ad Phoeniſſ. vs. 162. AElian. Var. Hiſt. XII. cap. 36. Euſtath. ad Il. Ω. pag. 1506. Ed. Baſ. Cum Hygino facit Schol. Juv. ad Sat. VI. vers 174. & Laſus apud AElianum. MUNCK. Plutarchus de Superſtit. Tom. II. pag. 170. nec non ſcholia nuper edita in Sophocl. Electr. vs. 152. ſex modo filios & totidem filias enumerant. Ipſe Sophocles quatuordecim habuiſſe teſtatur. Vide Lactant. ad Statii VI. Theb. vs. 123. & ad VII. Theb. 250. 353.

10 LERTA] Scribo *Thera* ex Apollodor. lib. III. pag. 145. & ipſomet Hygino, qui non *Lertam*, ſed *Theram* agnoſcit cap. 69. Sed Stat. Schol. ad lib. III. Theb. 191. *Neeram* appellat. unde *Neaera* faciendum. Νέαιρα enim eſt in MSS. 2. Apollod. MUNCK. *Neaera* una Nereidum Medeae mater a Sophocle dicitur. v. Schol. Apoll. Rh. III. Arg. 241.

11 EUPINUS] Tzetzi eſt *Eupnitus*, quod rectius videtur. Sed & caetera non parum corrupta, nam ſcribendum *Aſtycratea*, *Damaſichton*, *Eudodaea*, *Agenor*, pro *Aſtygratia*, *Sictothius*, *Eudoxa*, *Archener*. SCHEFF. Apollodoro eſt *Minytus*. Malim utrobique ſcribi, *Eupinytus* ex Tzetze. quod & Lactantius ad Stat. III. Theb. ſuadet, apud quem minus corrupte *Epinites* appellatur. MUNCK.

12 CHIADE] Χιάνη eſt Hellanico apud Euripid. Scholiaſten ad Phoeniſſ. vers. 162. *Aſtycie* Apollodoro & Tzetzae. ſed heic *Chias* videtur referibendum ex cap. 69. MUNCK.

13 ASTYCRATIA] *Aſtycratia* ſcribe ex Apollodoro. quod jam praeter Scheffernm etiam doctiſſimo Cupero veniſſe in mentem video. Addo Hellanicum quoque, & ipſum Hyginum ita velle cap. 69. Nec non Lactantium ad Statium, qui *Aſticratiam* vocat. MUNCK.

14 SIBOE] *Phthiam* pro hac exhibet Apollodorus. Hyg. cap. 60. *Aſtynomen*. Lactantius, *Phegam*. MUNCK.

15 *Sictothius*] *Damaſichton* emendat Celeber-

[1] Cleodoxa, [2] Archenor, [3] Ogygia. Hi ſunt filii & filiae Niobae uxoris Amphionis.

## XII. *Pelias.*

Peliæ [4] Crethei & Tyrus filio [5] reſponſum erat, ut Neptuno ſacrum faceret. Et ſi quis [6] monocrepis, id eſt, uno pede calceatus ſuperveniſſet, tum mortem ejus adpropinquare. Is cum annua ſacra faceret Neptuno, Jaſon AEſonis filius, fratris Peliae, cupidus ſacra faciendi, dum [7] flumen Euhenum tranſiret, calceamentum reliquit: quod, ut celeriter ad ſacra veniret, neglexit. Id Pelias inſpiciens, memor ſortium praecepti,

rimus Schefferus. Et ſane hic apud Ovidium, Apollodorum, & Tzetzen eſt, nullus *Sisathius. Xenarchus* eſt Lactantio. MUNCK.

1 Eudoxa] *Cleodoxa* eſt Apollodoro. Tzetzae & Hygino cap. 69. *Cleodoxe* Lactantio. quod idem eſt. Non dubitabo ergo & heic reponere *Cleodoxa*. MUNCK.

2 Archenor] *Alphenor* eſt Ovidio. Cl. Schefferus corrigit ex Apollodoro *Agenor*. Ego nihil mutaverim. nam *Archenorem* inter Niobes filios numerat etiam Hellanicus. *Archemorus* eſt Lactantio. MUNCK.

3 Ogygia] *Egyge* eſt Tzetze. Ὠγῆ Hellanico, Ὠγύγα Apollodoro. Malim Ὠγύγια, & Ὠγύγη in Tzetze, heic *Ogygia*, praeſertim cum cap. 69. *Oggygia* dicatur. Poene innumeris locis y & i confundi, & negligi aſpirationes diphthongosque notavi. Corruptus heic quoque Lactantius, qui *Ogimen* nominat. MUNCK.

## Ad CAP. XII.

4 Cretei] Scribendum *Cretbei*. Graece Κρηθεύς dicitur. Κρηθεύς autem Minois filius natu maximus fuit, & regni ſucceſſor, de quo Mercerus ad Dict. Cretenſ. lib. 1. Noſter cap. 157. Crethea facit Neptuni filium. Scilicet Neleum & Pelian à Neptuno virginem compreſſam enixam Tyronem, quae poſtea nupſerat Cretheo. Vide Diodor. lib. IV. Genealogiam accurate tradit Pindari Schol. ad Pyth. Od. IV. pag. 204. Edit. Francof. Perperam Κεθεύς dicitur in Schol. Lycophr. p. 35. MUNCK. Hic *Cretheus* cujus fuerit filius, haud incertum eſt. Plerique enim Mythographi referunt *Cretbea* fuiſſe filium AEoli, Athamantis fratrem. v. Cl. Burm. ad Val. Flacc. l. 1. Arg. vs. 286. & Schol. Apoll. Rh. 1. Arg. vs. 143. Hic aliorum etiam Heroum fertur fuiſſe pater. An fuerit Nelei & Peliae pater ad cap. 10, examinatum eſt. Verum etiam pater *Pheretis* dicitur, a quo *Pherae* dicuntur conditae. V. Scholl. Apoll. Rh. 1. Arg. vs. 49. & Tzetz. ad Lycophron. vs. 175, 1178. AEſonis pater, unde Jaſon, cujus itaque avus fuit. V. Meurſ. ad Lycophron. vs. 872. Schol. ad l. II. Apoll. Rh. vs. 1166. ubi Jaſon ipſe loquitur

Κρηθεὺς γάρ ῥ' Ἀθάμας τε κασιγνήτῳ γεγάασι,
Κρηθῆι δ' ἡμεῖς ἴγω.

Adde Schol. ad l. III. vs. 352. & hinc Hellanicus jam dixit, teſte eodem Scholiaſte ad vs. 335. Jaſonem λὰρ Αἰόλα τὸ γένος καλέγει, quia nempe Cretheus Jaſonis avus, erat filius AEoli.

5 Responsum erat, ut Neptuno sacrum faceret. Et si quis, &c.] Ex ſequentibus apparet non extraordinaria eum juſſu oraculi feciſſe Neptuno ſacra, ſed *annua*. Unde puto conjuncte legendum, licet de eo cum quoquam nolim contendere: *Reſp. erat, ubi Neptuno ſacrum faceret, ſi quis*, &c. Hoc ſenſu: mortem ejus appropinquare, ſi quis uno pede calceatus interveniſſet, cum primum ipſe Neptuno ſacra faceret. Perizonius. Probam hanc ejus eſſe emendationem videre licet ex Lact. ad III. Theb. 516. MUNCK.

6 Monocrepis, id est uno pede calciatus] Mihi videntur iſtae Graecanicarum vel alias non ſic ſatis uſitatarum vocum explicationes multis in locis a gloſſa eſſe. Vide not. ad cap. 92. Fabula haec eſt apud Apollodor. lib. 1. pag. 41. Apollon. initio lib. 1. Zenob. IV. 92. aliosque Scholiaſtes Pind. ad Od. IV. Pyth. p. 198. Τὸν μονοκρήπιδα. Τὸν μονοσάνδαλον. Κρηπὶς δὲ τὸ βῆμα, καὶ εἴρηται ἀπὸ τοῦ βάσις. Parthen. cap. 8. ἐν ταῖς κρηπῖσι τῶν ποδῶν in calceis ſervorum. Μονοκρήπιδα eſt Iſacio. Caeterum *calciatus* & *calciamentum* deterius aevum arguunt, ut *calcius* & *calciamentum*, in notis Tyronis pag. 161. calciarii apud Juvenal. Schol. Vet. ad Sat. V. vers. 20.

Qui-

cepti, jussit eum pellem arietis, quam Phryxus Marti sacraverat, inauratam, Colchis ab rege AEeta hoste petere. Qui convocatis Graeciae ducibus, Colchos est profectus.

## XIII. *Juno.*

Juno cum ad flumen Euhenum in anum se convertisset, [8] & staret, ad hominum mentes tentandas, ut se flumen Euhenum transferrent, & id nemo vellet, Jason AEsonis & [9] Alcimedes filius eam transtulit. Ea autem irata Peliae, quod sibi sacrum intermiserat facere, effecit, ut Jason unam crepidam in limo relinqueret.

XIV.

Quibus adde Festum Pauli *in Balatrones*. MUNCK. Pro eo dixit *altero pede nudo* Servius ad Virg. Ecl. IV. vs. 34.

7 Flumen Euhenum] Apollonius *Anaurum* vocat eum fluvium. MICYLL. Ita fluvium quoque illum appellat Hygini compilator Lactantius ad v. Theb. Stat. vers. 345. ubi tamen MS. habere *Anaurum* testatur Tiliobroga, ut fortasse ita quoque apud Hyginum sit scribendum. Certe Zenobio; Pherecydi, Apollodoro, Apollonio I. 9. est *Anaurus*. Annotat. Scholiastes: Ἀναυρος λέγει τὸ χείμαῤῥον, οἱ δὲ ἐξ ὑπτίου σωτῆρα ῥοῦν πεζεύσαι ἔτω καλοῦσι. Cujus sententiam amplectitur Hoelzlinus, ut & Lampertus ad Valer. Flacci lib. I. vers 84. ubi *Enipeus* appellatur; non etiam Bisetus, quem manu suâ ad hunc Apollonii locum notasse deprehendo, quae tecum communicabo. *Malim*, inquit, *hoc loco* Ἀναυρον *pro nomine proprio accipi. Est enim in Thessaliâ fluvius, sic dictus, quod neque auram neque nebulam emittat. Philostratus, de eadem re loquens:* λέγει δέ, inquit, ὡς τὸν Ἄναυρον ἀλεξάμενος αὐτῷ τὸν πόδα, εἰσιόντα κρηνῶν τὸ ῥεῦμα. *Hujus fluvii meminit Hesiodus sub finem Clypei his verbis:* Τῷ δ' ἅμα τόγε καὶ ἐπὶ πόδας ποίησι Ἄναυρος Ὁμόσε χειμερίῳ πλήθοντι. Et Lucanus lib. VI. *Quique nec tumentes nebulis, nec rore madentem Aetâ, nec tenues ventos aspirat Anaurus.* Haec Bisetus. Ad Hesiodi locum annotat Tzetzes; Ἄναυρος ποταμὸς Θεσσαλίας. Καλεῖται δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ χειμάῤῥου. Ποδάμοιο quoque appellat Isacius ad Lycophr. pag. 35. Scholiastes ad Callim. Hymn. Dian. vs. 201. Vibius Sequester: *Anaurus Thessaliae ita denominatus, quia ex se neque auram neque nebulas emittat.* Ad e, quae Palmer. Exercitat. pag. 815. observat. Initio *Lycormas* dictus est ille Fluvius, ut Lactant. Argum. fab. 11. lib. IX. Met. Ovid. observat, & Schol. Homeri ad Iliad. I. vers. 553. Caeterum *Eubenus* scribit pro *Euenus*, ut *Phrabetes* Tacitus lib. II. Annal. cap. 1. & Just. lib. XLI. qui Graecis φεραῖτις. Agnoscis AEolicum digamma ut in *peribotos* apud Festum. MUNCK. *Enipeum*, vel *Anaurum* hic reponendum censet Meziriac. ad Ovid. Tom. II. pag. 26. Consule Celeb. Burm. ad Val. Flacc. l. I. Arg. 83.

## Ad CAP. XIII.

8 Et staret] Puto hoc corruptum. Quid enim, *staret & transferret*? sine dubio fuit primum, *& oraret*. SCHEFF. Cl. Schefferus, *& oraret*. Quod non parum firmant illa cap. 12. *Anum se simulavit, & rogavit, ac se transferret.* Servius hac de re ad Ecl. IV. 34. *Pelias cum accepisset responsum ab Apolline, fore, ut ab eo regno privaretur & vitâ, qui altero pede nudo ei occurrisset, forte vidit Jasonem nudo pede venisse, qui dum Junonem transformatam in anus speciem, credens mortalem, per vadum fluminis transferret, alteram ex caligis in limo amiserat. Igitur Pelias, metuens ex responsis fatis* (lege *fata*) *jussa eum Colchos proficisci*, &c. Nobil. Heinsius minori mutatione: *& instaret*. Corippus lib. I. *Duram rem petitis frustraque instatis amici.* MUNCK.

9 Alcimedes] Ita etiam cum Apollon. Ovid. Epist. VI. Heroid. 105. Diodoro lib. IV. *Amphinome est*. Tzetzes ad Lycophr. pag. 142. Edit. Steph. ὃν τινες Ἰάσονα ὠνόμασαν, καὶ Πολυμήδης ὁ Αἰσονίδης, ἢ ἀπό τινος Ἄρεως, ἢ Σαμόθρας: Polymeden matrem etiam appellat Apollodorus lib. I. forte ergo corruptus Apollonii Scholiastes ad lib. vers. 45. Ἰσέα δὲ ὅτι Φερεκύδης μὲ συμφωνῶ Ἀπολλωνίῳ λέγει Αλκιμήδην μητέρα εἶναι Ἰάσονος, τὰ Φυλάκης συγγράφει. Ἡσίοδος δὲ Πολυφήμην φησὶν εἶναι τὴν Ἰάσονος μητέρα, συγγράφει δ' Αὐτόλυκος. Vide ibi plura, & quae infra hac de re notamus. MUNCK Consule catalogum Argonautarum a Cl. Burmanno confectum in voce *Jason*.

## XIV. *Argonautae convocati.*

[1] JASON AEsonis filius & Alcimedes Clymeni [2] filiae, & Theſſalorum dux. Orpheus [3] Oeagri & Calliopes Muſae filius, [4] Thrax, urbe Flevia, quae eſt in Olympo monte, ad flumen Enipeum, [5] Martis citharista. [6] Aſterion Pyremi filius, matre Antigona Pheretis filia, ex [7] Urbe Pel-

## Ad CAP. XIV.

1 JASON AESONIS] Haec adnotat Athenaeus lib. XIII. cap. 4. pag. 572. Ἰσοῦσι δ πρῶτοι Ἱάσονα τ Αἴσονος στωμυλίᾳ τὰς Ἀργοναύτας ἐταιρίᾳ Διὶ θύσαι καὶ τῷ ἑορτῷ ἐταιρίδια προσαγορῦσαι.

2 FILIAE ET THESSALORUM] Dele illud &, natum ex litera finali praecedentis, & initiali ſequentis vocis. SCHEFF. Pro *Clymeni* hic *Clymenes* reponit Mezziriac. ad Ovid. Tom. II. pag. 17.

3 OEAGRI ET CALLIOPES] Sequitur Apollon. lib. I. 23. & Conon. cap. 45. & Prop. lib. II. el. 23. Herodorus, ut notat ibi Scholiaſtes, Apollinis & Calliopes, alii Oeagri & Polymniae faciunt filium. Fuerunt etiam, qui matrem ejus Menippen appellarent. Vide Tzetzen. Chil. I. 11. Oeagrius citharista eſt Capellae lib. I. Οἰαγρίδης Nicandri Θηρ. MUNCK. Revera pater ejus fuit *Oeagrus*. Conſule Tzetz. ad Lycophron. vs. 831. & Cl. Burm. in Catalogo Argonautarum.

4 THRAX, URBE FLEVIA] *Pymplaea* fortaſſis, ſic enim Apollonius. MICYLL. Sine dubio hoc vitioſum. Micyllus putabat *Pymplea*, & ſane hanc ejus patriam alii memorant. Sed nimis abit a lectione veteri. Mallem quidvis aliud, quod minime nunc occurrit, niſi vis *Pieria*. SCHEFF. Micyllus, *Pymplea fortaſſis*. Sic enim Apoll. Nempe lib. I. 25. natum eum dicit prope ſpeculam Pimplae. Intellexit ergo montem. Strabo lib. VII. vicum facit. Ἔχει δ πόλις, inquit, τὸ Δῖον Κάμπου πλησίον Πίμπλειαν, ἔνθα ὁ Ὀρφεὺς διέτριβεν. Tzetz. ad Lycophr. pag. 53. eſt πόλις καὶ κρήνη, καὶ ὄρος Μακεδονίας. Cl. Scheſerus mallet *Pieriâ*. Id firmat Apollonius ejuſdem libri v. 34. ubi de Orpheo dicit. Δέξατο Πιερίη Βιστονίδι Κοιρανίοντα. Tertullian. Apolog. *Orpheus Pieriae, Muſaeus Athenis, Melampus Argis, Trophonius Boeotiae initiationibus homines obligaverunt.* In Pieriâ collocat eum etiam Conon narrat. I. Capell. lib. 6. in *Spartio* promontorio Thraciae vixiſſe eum tradit. *Sperchium* appellat Solinus cap. XV. Maxim. Tyrius Diſſert. XXI. Ἐμβάλῃ δ εἰ Θρᾴκην εἰ τὴν παραλίαν ὑπὲρ Παγγαίου τ Θρᾴκιον appellat AElian. Anim. III. 21. De loco Solini conſule Salmaſ. pag. 159. MUNCK. Tzetzes ad Lycophron. vs. 410. ait λεϊάνθεα, πόλις Μακεδονίας (Suidas in v. Ὀρφεύς, λάσπεθα hanc Thraciae urbem vocat) ἵνα λέγει Ὀρφεύς, ὃς φησι,

Νεῦ δ' ἄγε μοι κύρη Λειβηθρὶὰς ἔνθεν Μοῦσα

Sed ad vs. 275. dixerat, Orpheum cecinisſe

Νεῦ δ' ἄγε μοι κύρη Πιμπλητὶὰς ἔνθεν Μοῦσα.

Quod tamen eodem redit. Pimplaea, Libethra, & Pieria ſunt loca Thraciae, in quibus ſedem Muſarum antiquiſſimam collocarunt Graeci, & Tzetzes addit, haec veteres finxiſſe, quia primus & pater poetarum fuit. Sic de loco, quo caput Orphei ſepultum eſt, haud melius inter antiquos convenit, quamvis plerique in inſulam Lesbum delatum adfirment. vide ad lib. II. Aſtron. cap. 7.

5 MARTIS CITHARISTA] Prorſus hoc ineptum. Lege, *arte* Citharista. SCHEFF. Cl. Scheſſerus emendat, *arte citharista*. malim, *acris* vel *magnus citharista*. Prius praefero. Illud *in* ex voce proxima adhaeſit. Nob. Heinſio rectius videtur, *artis citharisticae*. MUNCK. Haec verba multum negotii eruditis exhibuerunt. Cl. Scheſſeri emendatio vehementer mihi adridet, ita enim Apulejus III. Florid. *arte tibicen* dixit. Sed leviſſima mutatione legendum puto *mantis*, *citharista*, ſive *mantis & citharista*. Hygini fabulae maximam partem ex Graecorum & Latinorum Poetarum Scholiaſtis Munckero videntur compilatae. Si haec tam vera, quam quidem verosimilia ſunt, non dubium eſt, quin Auctor reſpexerit verba Scholiaſtae Apollonii Rhodii II. Arg. 686. τ Ὀρφικὰ φασι καὶ ΜΑΝΤΙΝ εἶναι, & Scholiaſtae Euripidis in Alceſt. 967. περὶ τ Ὀρφέως μυσήσαι Θεοὺς τ Θρᾳδίδυκιν, εἶναι καὶ θρησκείας (lege θρησκείαν) τὸ μυσήριον καλεῖ), λέγει δ Θρᾷκας Ὀρφέως καὶ ἄλλως καὶ ΠΟΙΗΤΗΣ καὶ ΜΑΝΤΙΣ ὡς ὁ Ὀρφεύς. Orpheum Orgia primum inſtituiſſe docet etiam Servius ad VI. AEn. 645 Virgilii Orphea *Threicium, ſacerdotem* vocantis. & Ὀρφειτελεσταὶ olim dicti ſunt ſacrorum arcanorum myſtae. vid. Spanh. ad Ariſtophan. Ran. vs. 1061. Plura de Orpheo Theologo dabit J. Perizonius ad AEliani lib. VIII. V. H. cap. 6.

Ad-

Pellene. Alii ajunt Priſci filium, [8] urbe Pireſia, quae eſt in radicibus [9] Phyllei montis, qui eſt in Theſſalia. [10] Quo loco duo flumina, Apidanus & Enipeus, ſeparatim projecta, in unum conveniunt. Polyphemus, Elati filius, matre Hippea Antippi filia, Theſſalus, ex urbe Lariſſa, [11] pedibus tardus. Iphiclus [12] Phylaci filius [13] matre Clymene Minyae filia, ex Theſſalia, avunculus Jaſonis. Admetus

Adpoſite ergo junxit Hyginus *mantis* & *citharista*. egregie cithara doctum fuiſſe Orpheum inde liquet, quod Jaſon cum ſociis de itinere Chironem vatem conſulentes, reſponſum retulerint, nautas nunquam Sirenum littora ſuperaturos eſſe, niſi ſi comitem ſibi adſciſcerent Orpheum, ut eorum aures citharae, qua pollebat, cantu mulceret. Herodorum conſule apud Schol. Apoll. Rhod. lib. 1. Arg. vs. 23, 31. Hic officium tam egregie praeſtitit (v. Tzetz. ad Lycophron. 175.) ut neminem praeter Buten, & hunc tamen a Venere e fluctibus ſervatum, e ſociis Sirenum dulcedine amiſerint, teſte Hygino. Objecerit mihi quiſpiam τὸ *Mantis* Graecum eſſe vocabulum, neque umquam civitate Latina donatum. Reſpondeo, in Ciceronе legi, & Hyginum ipſum dixiſſe fab. 190. *Theſtor mantis* ubi Munckerum conſule, qui ad fab. 81. docuit, uti vocabulis Graecanicis ſolenne eſſe Hygino, & ad lib. II. Aſtr. P. cap. 1. recte *Aegolorum* i. e. *caprariorum*, pro *Aetolorum* reſtituit. Adde Berkel. ad Anton. Liberal. cap. 8. Imo purioris Latinitatis ſcriptoribus Graecas admiſcere voces, quarum propria ſignificatio non bene Latina Lingua exprimi poteſt, familiare eſt. quare apud C. Nepotem in Pauſania cap III. ingenioſiſſimam Eruditiſſimi Oudendorpii conjecturam pro *cum ſcytala*, legentis *cum talea* in notis ad J. Caeſar. lib. v. B. G. cap. 12. pag. 225. admittere vix auſim.

6 Asterion Pyremi filius] *Cometae* alii ut Apoll. & Orph. MICYLL. Apollonio, Valerio Flacco, & Apollodoro eſt *Cometae* filius. MUNCK. Hunc locum ſine dubio corruptum cenſet Cl. Burm. in c. l. & legendum conjecit *Pyreti*.

7 Urbe Peline] Scribo, *Pellene*. Confundit duos *Aſterimes*. Cometae filius erat ex urbe Pireſia, teſte Apollon. 1. 37. Alter Hyperaſii, quem corrupte *Priſcum* appellare Hyginum exiſtimo, ex urbe Pellene, quemadmodum nos docet idem Apollon. 1. 178. MUNCK. Optime emendat Munckerus *Pellene*. De hac urbe Herodotus lib. 1. cap. 145. conſulendus, inter alia referens, Πελλήνη δέ τι πρώτη πρὸς Σικυῶνος. Hinc junguntur a Pindaro O. Nem. x. 80. Σικυωνίοι δ' Ἀγγυρέτειραι σταὶ οἰκεῦσι φιάλαις ἐπὶ-ξεσσι, Ἐκ δ' Πελλάνας ἐπιστάθμοι Νῶτον μελλιχαῖοι κρέκαις. Adde Periz. ad AElian. lib. VI. V. H. cap. 1. ſed inprimis Celeb. P. Burm. in Cat. v. *Amphion*, qui validiſſimis argumentis *Aſterium*, quem Hyginus cum *Aſterione* confundit, ex hac urbe *Pellene* oriundum eſſe oſtendit.

8 Urbe Piresia] Mallem *Pyraſo*, ex Strabone. SCHEFF.

9 Phillaei montis] Scribo *Phyllei*. Non enim φυλλαῖος Graece, ſed φυλλεῖος dicitur. Schol. Apollon. 1. 37. Τὸ δ' Φυλλεῖον, ὄρος Μακεδονίας. ἡ δὲ Πιερικὴ χώρα ἡ πόλις, ἧς ἐγγὺς ἦν τὸ Φυλλεῖον. MUNCK. Conſule Ill. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XIII. Heroid. vs. 35. & Micyll. ad XII. Met. vs. 479.

10 Quo loco duo flumina, &c.] Hoc ſic expreſſit Apollonius: Ἔνθα μὲν Ἀπιδανοῖο τε μέγας ῥόος ἠδ' Ἐνιπῆος Ἄμφω συμφορέονται, ἀκοντοφόρον ὕδωρ Ἰωλκοῦ. Valerius lib. 1. 357. *Segnior Apidani vires ubi ſentit Enipeus*. MUNCK.

11 Pedibus tardus] Quia jam ſenior erat ſcilicet. Apollon. Τὸν μὲν βαρύθεσκεν ἐὸν γῆρας. MUNCK.

12 Phylaci] Corruptum hoc nomen apud Apollodor. lib. 1. pag. 37. ubi φλάκου βίας legas pro Φυλάκου. Φυλάκης eſſe ſcribendum cum Palatinus codex monet tum jubent illa, quae inferius paulo inſequuntur pag. 38. Θαυμάσας δ' φύλακον. Tide Tzetz. Chil. 1. 42. Schol. Theocrit. ad Eid. II. 43. Hinc *Phylaceia conjux* Laodamia Ovid. v. Triſt. 14. MUNCK. Vid. Pauſan. x. 29 pag. 870. ubi Iphicli pater Cephalus Deionis filius vocatur, pro *Phylacus*.

13 Matre Periclymene] *Clymene*. MICYLL. In vetuſto Exemplari ait Micyllus fuiſſe *Cymene*, verum ſuſpicari ſe, quod ſit ſubditicium pro *Minya*. Omiſſa ſuſpicione ſcribere debuerat, *matre vero Cymene*. Scholiaſtes Apollonii. lib. 1. v. 45. Ἰφικλῆος υἱὸς ἦν φυλάκου καὶ Κλυμένης, τῆς Μινύου. SCHEFF. Micyllus ex conjectura, non ex vetuſto exemplari, *Cymene*. Κρέοντος. Schol. Apollon. ad 1. 45. Ἰφικλῆος υἱὸς ἦν Φυλάκου καὶ Κλυμένης τῆς Μινύου. nec aliter Hom. Odyſſ. Λ. 325. In errorem induxiſſe videtur librarium illud *Periclymene*, quod mox ſequitur: quanquam nec illud eſt ſine mendae ſuſpicione. Nam Scholiaſtes Euripidis ad Alceſt. vers. 17. *Clymenen* etiam illam appellat. non *Periclymenen*. MUNCK. Vide Cl. Burm. in *Jaſone*.

1 Pe-

metus Pheretis filius, matre [1] Periclymene, [2] Minyae filia, ex Theſſalia, monte [3] Chalcodonio, unde oppidum & flumen nomen traxit. Hujus Apollinem pecus paviſſe ferunt. [4] Eurytus & Echion, Mercurii & [5] Antianirae Meneti [6] filiae filius, ex urbe Alope, quae nunc vocatur [7] Epheſus. Quidam auctores Theſſalos putant. [8] AEthalides Mercurii & Eupolemiae Myrmidonis filiae filius. [9] Hic fuit Lariſſaeus, [10] * Urbe Gyrtone, quae eſt in Theſſalia. [11] Hic oſtendit nullo modo Centauros ferro ſe poſſe vul-

1 PERICLYMENE MINOIS FILIA] Ita quidem vetuſtum exemplar habet, ſed arbitror ſubditicium pro *Minyae* eſſe, & a prox. repetitum. MICYLL.

2 MINOIS] Suſpicatus Micyllus ſubditicium eſſe pro *Minyae*. nec de nihilo. MUNCK.

3 CALCODONIO] Scribe *Chalcodonio*, ex Apollon. 1. 50. Τὸ χαλκωδόντιον ὄρος ὑπερέχουσα Φηρῶν. MUNCK.

4 EURYTUS] Ita & infr. cap. 160. ſed corrupte *Echo* pro *Echion*. *Eurytum* appellat quoque Pindarus Pyth. Od. IV. *Erytus* eſt Apollon. lib. 1. 52. MUNCK.

5 ANTREATAE MERETI] *Laetbaes* vult Micyllus. Sed ſcribendum, *Antianirae Meneti filiae*. Sic enim habet Apollonius lib. 1. vs. 56. SCHEFF. Optime ex Apollon. 1. 56. reſtituit Cl. Schefferus, *Antianirae Meneti*. MUNCK. Hanc lectionem probat Burm. in Catal.

6 FILIAE FILIUS] Vel ſcribe, *filiae filii* Ἐρμείας enim υἱὸς Apollonio ſunt; vel λέγε κοινῶς repete illud *filius*. Vellejus II. 8. *Porcio Marcioque Coſ. deducta Colonia* &c. niſi illud *Coſ.* explicandum eſt conſulibus cum Scalig. in vett. inſcript. Gruteri indice. Sed *Coſſ.* habent caſtigatiores editt. MUNCK.

7 EHESUS] Scribendum eſt *Epheſus*. Adi Plinium lib. V. cap. 29. SCHEFF. Schefferus ex Plin. V. 29. *Epheſus*. Ἐφέσῳ profecto. MUNCK. Cl. Burm. in *Echion*, haec verba, *quae nunc vocatur Epheſus* pro gloſſemate habet quia veroſimilius eſt, hos veniſſe ex *Alope Theſſalica*.

8 ETHALIDES] Scribendum *Aethalides*. Graece enim Αἰθαλίδης, qui dicitur fuiſſe κήρυξ τῶν Ἀργοναυτῶν ἱστορήσαντος, ἅτε μίαν μὲν ἐπὶ τῶν ἄθλων, μίαν δ' ἐπὶ τῶν ἡμέρας ἀλέξειν, ut Schol. Apoll. Rh. 1. Arg. vs. 649. plura dabit Cl. Burm. in v. *Aethalides*.

9 HIC FUIT LARISSAEUS, URBE GYRTONE] Non Ethalides, ſed Coronus, cujus nomen hic excidit. Apollonius: Ἦλυθε δ' ἀφροντὶς ἀπόλιος ἀγυιᾶος Κόρωνος. SCHEFF. Poſt haec verba ponendam curavi τελείαν ſiſtulam. MUNCK.

10 * URBE GYRTONE] Hunc locum aſteriſco notavi. Recte enim vidit Celeberrimus Scheffer us excidiſſe hinc *Coroni* nomen, quem praeter Apollon. 1. 57. etiam Apollodorus l. 1. inter Argonautas numerat: Κόρωνος, inquit, Κόρωνος. ſcribe ergo: *Coronus Caenei filius, urbe Gyrtone*. Adde, quae notamus infra ad illa: *Caeneus alter Coronis filius*. MUNCK. De hoc *Corono* & *Caeneo* Burm. in Catal.

11 HIC OSTENDIT] Nempe Caeneus pater Coroni, cujus praeceſſerat mentio, ut vides ex ſupplemento meo. Totam hanc periodum, uſque ad illa, *Caeneus Elati*, gloſſatoris eſſe credo, & ex Apollonio huc tranſlatam. Vide ipſum lib. 1. v. 59. Et confer, quae notamus inferius ad illa, *Hic conceſſa* &c. MUNCK.

12 IN CUNEUM ADACTIS] id eſt, *Cuneatis*, inquit Barthius. Sed quinam trunci cuneati arborum, aut quo ſine tandem cuneati? Caeneus eſt integris truncis arborum, in eum congeſtis oppreſſus, uti docet Apollonius. Nam de Caeneo hic ſermo, cujus nomen male ad ſequentia rejectum eſt. Ovidius lib. XII. Met. Fab. 514.

*Obrutus immani cumulo, ſub pondere Caeneus*
*AEſtuat arboreo &c.*

Itaque hic totus locus ſic legendus, poſt *Theſſalia*, *Caeneus*, *Elati filius*, *Magneſius*. *Hic oſtendit*, *nullo m. C. f. ſ. p. v. ſed truncis arborum in cumulum adjectis. Hunc nonnulli &c.* SCHEFF. Cl. Schefferus *in cumulum adjectis*. Mihi videtur, *truncis arborum in eum conjectis*, vel ſi mavis, *congeſtis*. Lactantius Argum. Met. Ovid. XII. *Congeſtis in eum arborum truncis ſpiritum reddere coactus eſt*. Hoc eſt, quod dicit Ovidius: *Obrutus immani cumulo ſub pondere Caeneus AEſtuat arboreo* &c. Apollonius. Θεσσάλῳ σώματι καταίθων ἰλάσκετο. Schol. Homer. ad Iliad. Λ. 264. Βάλλοντες δὲ αὐτὸν δρυσὶν καὶ ἰλάσκας ἔπεσιν εἰς γῆν. Similiter Servius ad AEn. VI. *Crebris ictibus fuſtium paulatim fixum in terra eſſe* notat Caeneum; quod quia fieri non potuiſſet, niſi arbores vel fuſtes fuiſſent acuti, vulgatam lectionem non ſollicitandam cenſet Ampl. Cuperus. Sed horride dicitur *adigere in cuneum*. mallem, *in cuneum adacutis*. Haec ſcripſeram, cum legi apud Propert. III. el. 21. *In faciem prorae pinus adacta novae*. Quae verba unice ejus ſententiam con-

fir-

vulnerare, ſed truncis arborum [12] in cuneum adactis. [13] Caeneus Elati filius, Magneſius. hunc nonnulli foeminam fuiſſe dicunt. Cui petenti, Neptunum [14] propter connubium [15] optatum dediſſe, ut in juvenilem ſpeciem converſus, nullo ictu interfici poſſet. [16] quod eſt nunquam factum nec fieri poteſt, ut quiſquam mortalis non poſſet ferro necari, aut ex muliere in virum converti. Mopſus Ampyci & Chloridis filius. Hic [17] augurio doctus ab Apolline, ex Oechalia, vel ut quidam putant, [18] Titarenſis. [19] Eurydamas Iri

firmant. MUNCK. *Adactis* in *adjectis* non eſt quod mutes. de verbo *adigere* Cl. Oudendorpius ad J. Caeſar l. IV. B. G. c. 23. Ego vero nihil fruſtra tento.

13 CAENEUS ELATI] *Laothoes.* Sic enim Orpheus. Videntur haec corrupte legi, & ad ſequentem potius *Caeneum* referri debere. Sic enim Apollon. ex quo huc multa ad verbum etiam tranſlata reperias. Καινέα δ' ζώοντα περὶ κλέος ἔσσεο λαοῖς Καινείδη Κενταύρῳ ἀλίαζ, ὅτε σφιν ὀΐσθα ἀπ' ἄκμων Ἥλιδος ἀρσενέων, οὐδ' ἴμπαλιν ἰφθιμίης, Οὕνεκα μιν ἰσάλιον ἔστόρεσε θῆλυ, ὅτι δαίζῃ. Ἀλλ' ἄγε νῦν σε, ἀκάμαντε ἰλάσκομαι υἱέι γαίης Θεσσαλίῃ τεύξαι κατὰ θῆλυ ἰλάτῃσι, & de eodem in commentario fere eadem verba ſequuntur, quae hic de Neptuno & munere ejus citantur, quanquam Apollon. non ipſum Caenea, ſed Caenei filium *Coronum* cum Argonautis profectum dicit. MICYLL.

14 PROPTER CONNUBIUM OPTATUM] Quid? ergo inter ipſum & Neptunum fuit connubium? At hoc nemo prodidit. Lego itaque, *concubitum.* SCHEFF. H. e. concubitum. Prudent. I. contra Symm. *Mortalis inire connubium.* h. e. cum mortali foemina concumbere. Lactantius ad Stat. I. 69. CONNUBIUM. *Concubitus, matris.* Argum. lib. II. Met. fab. I. *Agnituſque eſt ab eo connubii indicio.* Ita γάμος pro μίξις apud Ariſtaenetum lib. I. epiſt. 21. Hinc *nubere* etiam ad pecora transfertur, quibus nihil nuptiarum, niſi coitus, notum, ut obſervaſſe video ad illum Ariſtaeneti locum etiam Mercerum. Apulejus de Aſino ſuo lib. VII. p. 197. Edit. Elmenhorſt. *Invitat ad nuptias.* Pithaei Cat. lib. IV. *Hae ſunt ambigenae, quae nuptu diſpare conſtant.* h. e. coitu diſpare. *Conjugium* appellat Virgil. III. Georg. 374. *& ſaepe ſine ullis Conjugiis gravidae.* Lactantius Argum. Ovid. Met. IV. cap. 19. *Conjugium Neptuni effugere non potuit.* Adde, quae notavi ad Anton. Liberal. cap. I. Niſi *in* mendo cubat Scholiaſtes Juvenalis ad Sat. III. vers. 17. *Cum quâ Numâ & concubitum & colloquium ſe habere ſimulavit*, unicâ litterâ mutatâ ſcribere poſſit, cui iſta explicatio mea non arridet, *connubium.* MUNCK. Sic de Apibus Prudentius H. III. Cathem. vs. 75.

*Haec opifex apis aëreo*
*Rore liquat, tenuique thymo*
*Nexilis inſcia* CONNUBII.

Ut autem *nubere*, *nuptias facere*, *connubium*; *conjugium* de concubitu Latini uſurparunt, ſic Graeci γάμος, γαμεῖν & γαμετὴ adhibuerunt. Conſule III. Spanh. ad Call. H. Del. vs. 240. Kuſter. ad Ariſtoph. Plut. vs. 1082. & Perizon. ad AElian. l. X. V. H. cap. 2.

15 OPTATUM DEDISSE] H. e. quod petierat. Τῶτο γὰρ ἤτησε, τῷ ἀπῆσεν. ita Schol. Apollonii, unde haec tranſlata ſunt. Adde Phleg. Trallianum cap. 5. Servium ad AEn. VI. 448. cap. 47. *Optavit à Neptuno patre filio ſuo exitum.* MUNCK.

16 QUOD EST NUNQUAM FACTUM] Stulti hominis hic pannus eſt. SCHEFF. Gloſſemata, mihi crede. Singulis ferme paginis, ſi Palaephati more iſtiuſmodi uti animadverſionibus voluiſſet, ad eum modum cenſorem egiſſet. MUNCK. Fabulam Caenei latius refert Lactantius ad Statii II. Achill. vs. 67. & Schol. Homeri Iliad. A. vs. 264.

17 AUGURIO DOCTUS] *Doctus* cum ſexto caſu conſtrui vel ab optimis ſcriptoribus, docet Cl. Cortius ad Salluſt. B. Catil. c. 25. n. 2.

18 LYPARENSIS] *Titareſius.* Sic enim Apollon. MICYLL. Imo *Titarenſis*, ſi audimus Apollonium, & ejus Scholiaſten. SCHEFF. Imo *Titarenſis*, Hygine. Τιτάρῳ eſt Apollonio. quod obſervatum video etiam Micyllo. Addo, idem firmari ab Heſiodo Aſpidis vers. 181. Conſer Tzetzen ad Lycophr. pag. 143. Edit. Steph. MUNCK. Conſule Cl. Burm. Catal. in *Mopſus.*

19 EURYDAMAS] Plures fuere *Eurydamantes.* Praeter recenſitos a Cl. Burmanno in Catal. exſtitit poſtea etiam quidam Eurydamas Cyrenaeus pugil, qui excuſſos ſibi ab adverſario dentes deglutivit, ut refert AElianus l. X. V. H. c. 19. Plures etiam in hiſtoria fabuloſa fuerunt *Eurytiones.* Vid. P. Leopard. lib. III. Emend. cap. 5.

Iri & Demonaſſae filius. [1] Alii ajunt Ctimeni filium, [2] qui juxta lacum Xynium [3] Dolopeidem urbem inhabitabat. [4] Theſeus AEgei & AEthrae Pitthei filiae filius, à Troezene: alii ajunt ab Athenis. Pirithous Ixionis filius, frater Centaurorum, Theſſalus. Menoetius Actoris filius, [5] Opontius. [6] Eribotes Teleontis filius. [7] Ameleon. Eurytion, Iri & Demonaſſae filius. [8] Ixition ab oppido Cerintho. [9] Oileus Leodaci & Agrianomes Perſeonis filiae filius, ex urbe Naricea. [10] Alii ajunt ex Euboea. [11] Clytius, & Iphitus, Euryti & [12] Antiopes Pylonis [13] filiae

1 ALII AJUNT] Inter illos eſt Apollon. lib. I. 67. MUNCK.

2 QUIA JUXTA] Quid? an ideo filius Climenis? Apage ac ſcribe, *qui juxta*. SCHEFF. Rectè *qui* Cl. Schefferus. MUNCK.

3 DOLOPEIDEM URBEM] Apud Apoll. *Dolopeis* gentile eſt, proprium autem *Etimene*. MICYLL. Mallem, *Dolopiadem urbem*. Stephanus in Κτιμένη. Καὶ Ἀπολλώνιος τὰς Εὐβοίας, καὶ Κτιμβρίδα Δολοπιάδα. Nam urbs, quam hic intelligit, eſt Ctimene. SCHEFF. Ctimenen videlicet. Κτιμβρίδα Δολοπιάδα appellat Apollonius. Scholiaſtes annotat: Κτιμβρὶς πόλις Θετταλίας. Δολοπηὶς δὲ τῆς Θετταλίας ἐστι. MUNCK.

4 THESEUS] Theſea & Perithoum non fuiſſe expeditionis hujus ſocios vult Apollon. lib. I. 101. Vide ibi Scholiaſten. MUNCK. Plut. in ejus vita p. m. 13. in fin. ἕτεροι δὲ (ſcil. ab Herodoro diſſentientes ſcriptores) καὶ μετὰ Ἰάσονος εἰς Κόλχους φοιτᾶν, καὶ Μελεάγρου συνεξελεῖν τὸν κάπρον: καὶ διὰ τοῦτο παροιμίαν εἶναι τὴν, οὐκ ἀνεὺ Θησέως. Sed vide Cl. Burm. Catal.

5 AMPONITUS] *Cantbus*, ut Apollon. MICYLL. Vox nihili. Scribe locum totum: *Menoetius, Actoris filius, Opontius*. Sic habent Apollonius, Stephanus, & alii. SCHEFF. Scribe, ut corrigit Schefferus: *Menoetius Actoris filius, Opontius* Schol. Pindari ad Olymp. IX. Αἴγινα δὲ μετὰ τὸ τεκεῖν τὸν Αἰακὸν, ἤλθεν εἰς Θετταλίαν, καὶ ἐγαμήθη Ἀκτορὶ, ἐξ οὗ ἔσχε Μενοίτιον, ὃς ἐπώκησε τὴν Ὀπουντίαν ἀναστὰς ἀπὸ Θετταλίας Schol. Hom. ad Iliad. Π. 14. Μενοίτιον ἀπικόμενος εἰς Ὀπούντα. Πάτροκλον ἐτίκτωσι. Fuit autem *Opus* urbs Locridis. Confer, quae ad Iliad. Σ. 10. idem notavit. MUNCK. Sine dubio *Opontius* ſcribendum. Sic Apoll. Rhod. l. I. Arg. vs. 69.

Καὶ μιν Ἀχὼ ἣ Μενοίτιον ἐξ Ὀπόεντος
Ὤρσεν.

Ubi de hac urbe agit Scholiaſtes, ut & ad lib. IV. vs. 1780. ſed ſecum ipſe diſſidens. Priori enim loco, ab *Oponte Elei* filio urbem dictam admirat, poſteriori vero hunc heroa Jovis & Protogeniae, filium facit. Aliam denominationis rationem reddit Schol. Homeri Iliad. B. vs. 531. Sed haec ὡς ἐν παρόδῳ. Ab Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 426. haec urbs patria Patrocli vocatur, qui filius fuit Menoetii ex Sthenele teſte Apollonii Scholiaſte, ubi Μενοίτιος ὁ καὶ ὁ Στενέλης Πάτροκλος legendum. Vide Munck. ad fab. 97. Itaque non dubitavi in noſtro Auctore, Apollonium, ejuſque Scholiaſten in hac hiſtoria ſemper imitato *Opontius*, pro *Amponitus* reponere. Plura de *Menoetio* Cl. Burm. in Catal.

6 ERIBOTES] Non male. Sic enim & Apollonio vocatur. Quia tamen in ſequentibus vocatur *Euribates*, puto & hic ita ſcribendum. Nam hoc ei nomen tribuit Herodorus in Argonauticis, quod ex Scholiaſte Apollonii cognoſcimus. SCHEFF. Sub finem ejus capitis *Euribatem* appellat. *Eribotes* eſt etiam Apollonio. Sed Herodorus, ut notat Scholiaſtes, in Argonauticis *Euribaten* nominat, & facit eum Teleontis filium. MUNCK.

7 AMELEON] Hoc mihi valde ſuſpectum. An ſcribendum *Amilius*? SCHEFF. Quid hoc vocis ſit ignoro, niſi corruptum eſſe certum habeo. Cl. Schefferus tentat, *Amilius*. MUNCK.

8 IXITION AB OPPIDO CERINTHO] Etiam hoc ſuſpicor mendoſum eſſe. Apud Apollonium certe ab hoc oppido eſt *Cantbus*, qui occurrit & in ſeq. SCHEFF. Hunc nemo, quod ſciam, inter Argonautas numeravit. Canthus erat ex hoc oppido oriundus, ut jam Cl. Schefferus & Micyllus notarunt. An ſcripſit igitur? *Cantbus Cerionti filius ab oppido Cerintbo*. Sane *Cerionti* filium dicit inferius Canthum. Sed Apollon. I. 77. *Canetbi* eſt filius. MUNCK. Vide Burm. in Catal.

9 OILEUS LEODACI] Editor nuperrimus Fragm. Stephani ex Euſtathio emendat, *Odoedoci*. Vide ejus notas pag. 60. MUNCK. Vide Burm. in Catal.

10 ALII AJUNT EX EUBOEA] Apollon. non hunc, ſed Canthum ex Euboea veniſſe ait. Videtur ergo tranſpoſita clauſula haec eſſe a librario. MICYLL.

11 CLY-

liae filius, [14] reges Oechaliae. [15] Hic conceſſa ab Apolline ſagittarum ſcientia, cum auctore muneris contendiſſe dicitur. Hujus filius Clytius ab AEeta interfectus eſt. Peleus & [16] Telamon AEaci & Endeidos Chironis filiae filii, ab AEgina inſula. Qui [17] ob caedem Phoci fratris, relictis ſedibus ſuis, diverſas petierunt domos: Peleus Phthiam, Telamon Salaminam, quam Apollonius Rhodius [18] Atthida vocat. Butes Teleontis & Zeuxippes [19] Eridani fluminis filiae filius, ab Athenis. Phaleros [20] Alconis filius, ab Athenis. Tiphys [21] Phorbantis & Hymanes filius, Boeo-

11 CLYTIUS] *Euritus.* vide Apollon. lib. 1. Flaccus non *Clytium*, ſed *Iphicum* in Colchis periiſſe tradit. MICYLL.

12 ANTIOPES PYLONIS] Haereo & hic, & *Pylaenis* paene arbitror ſcribendum. SCHEFF. *Pylaonis* mallet Cl. Schefferus. Haereo. Scio quidem Euryti uxorem *Antiopen* etiam Apolloniano Scholiaſtae dici: ſed Heſiodo eſt *Antiochae* filia *Aubelidae.* Ἀντιόχη κρείουσα πυλαὼν ἠΰ Αὐβηλίδαο. Ita habet Aſcraei ſenis fragmentum, quod apud Sophocl. Schol. ad Trachin. vers. 269. invenio. Alii inter Heſiodea λείψανα ex AEſchyli interprete adducunt. MUNCK. Vide Burm. in Catal.

13 FILIAE FILIUS] *Filiae filii* ſcriberent potius alii. Erant enim Clytius & Iphitus ambo Euryti filii. Notavi jam ſuperius. Et invenies mox denuo: *Caſtor & Pollux Jovis & Ledae Theſtii filiae filius.* MUNCK. Schol. Apoll. Rh. II. 117. Ὁ δὲ ΚΛΥΤΙΟΣ ἦεν ὧν Εὐρύτου, ἀδελφὸς Ἴφίτου. Vide Cl. Burm. in Catal. De alio *Clytio*, filio Sami, fratre Telemachi, agit Schol. Pind. Olymp. Od. II. vs. 84.

14 REGES OECHALIAE] Οἰχαλίης ἐκέκρεγε. Poſt haec verba inſerenda illa alieno loco poſita clauſula, quae modo praeceſſit. *alii ajunt ex Euboea.* Videtur enim reſpexiſſe Apollonii, quem in hoc indiculo frequenter ſequitur, Scholiaſten: Οἰχαλίην δ' ἔ πάντεσσι τὸ Εὐβοίης φασὶν εἶναι. MUNCK.

15 HIC CONCESSA &c.] Quis ergo? nempe Eurytus *Clytii* & Iphiti pater. Eſt haec lacinia aſſuta Hygino ex Apollon. lib. 1. 88. ut & altera illa, *hujus filius*, &c. MUNCK.

16 TELAMON. AEACI & PAEN. CEPTIONIS FILIA] *Endeidos, Chironis* alii. MICYLL. Vix iſta ita ſe habere eſſe credo. Arbitror emendandum, & *Endeidos Chironis filiae.* Sic Iſaacius, & placebat etiam Micyllo. SCHEFF. Scribe *Endeidos Chironis* ex Apollodor. lib. III. pag. 185. Pind. Nem. Od. v. Schol. Homeri ad Iliad. O. Venit idem in mentem Micyllo & Scheffero. Corrigendus ergo Tzetzes ad Lycophr. Αἰακοῦ δ' ἦσαν παῖδες Τελαμὼν καὶ Πηλεύς, καὶ Φῶκος ὁ Ψαμάθης μιᾶς τῶν Ἐρεμύων. ſcribe, Ἐνδηίδος. & Ψαμάθης μιᾶς τῶν Νηρηίδων. Ipſum vide vs. 175. Adde Anton. Liberal. cap. 38. MUNCK. Endeidos filiam facit etiam Plutarchus Parall. T. II. pag. 312.

17 OB CAEDEM PHOCI] Vide praeter Apollonium Anton. Liber. cap. 38. Apollod. lib. III. MUNCK. Conſule Schol. Pind. O. Nem. v. vs. 26. Incautus in venatu Peleus Phocum occidiſſe dicitur a Lactantio ad Statii II. Thebaid. vs. 113. Verum Plutarchus in Parall. T. II. p. 311. ex Dorotheo, Telamonem fratrem Phocum exoſum interemiſſe, docet. ubi plura. *Phocum* vero fratrem eorum non germanum fuiſſe, quippe ex Pſamathe Nereidum una natum, idem Tzetz. ad Lycophron. vs. 901. docet, & Schol. Pind. l. l. vs. 12, & 21. nec non Plutarch. l. l. & Cl. Burm. ad Ovid. VII. Met. vs. 685. & ad l. XI. Met. vs. 379. Ab hoc Phoco Phocida dictam referunt Lactantius ad Statii VII. Theb. vs. 344. & ad lib. XI. vs. 271. & Schol. Apollonii Rhodii lib. 1. Argon. vs. 207. At ab Ornyti filio Phoco Phocida vocatam clare docet Schol. Euripidis in Oreſte vs. 1096. p. 221. B. Tzetzes ad Lycophron. vs. 1073 aliam hujus nominis originem addit, ſed is confundit Achaiae regionem *Phocida* cum Ioniae civitate *Phocaea*, ſive *Phocea*, ut patet ex Heraclito de Politiis, quem debeo Ill. Spanhemio ad Callim. in Addend. pag. 756. quae loca, licet ſaepius confuſa, tamen bene diſtinguenda ſunt. Conſule Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 437. & Schol. cum Cl. Dukeri nota ad Thucydid. lib. 1. cap. 13. lin. 98.

18 ATTHIDA VOCAT] Ἀτθίδα γαῖαν appellat lib. 1. 93. MUNCK.

19 ERIDANI FLUMINIS FILIAE] Cl. Burm. in BUTES, *Apidani fluminis f.* legendum ſuſpicatur.

20 ALCONTIS] Praeferrem, *Alconis*, ex Apollonio. SCHEFF. Scribe *Alconis.* Ἄλκων, ωνος, inflectit Schol. Apollon. ad vers. 97. lib. 1. MUNCK.

21 PHORBANTIS] *Agnil* filius eſt Apollodoro

Boeotius. is fuit gubernator navis Argo. Argus [1] Polybi & Argiae filius: alii ajunt Danai filium: hic fuit Argivus [2] pelle taurina lanugine adopertus. is fuit fabricator navis Argo. [3] Phliasus Liberi patris, & Ariadnes Minois filiae filius, [4] ex urbe Phliunte, quae est in Peloponneso. alii ajunt Thebanum. Hercules Jovis & Alcmenae Electryonis filiae filius; Thebanus. Hylas [5] Theodomantis & [6] Menodices Nymphae, Orionis filiae filius, ephebus, ex Oechalia: alii ajunt [7] ex

& Apollonio. MUNCK. Si *Pherbantis* retineas, pro *Hymanes*, legendum esse *Hyrmines* docet Cl. Burm.

1 ARGUS POLYBI FILIUS] Apoll. Arestoris filium facit. MICYLL. Phrixi filius est Apollod. lib. 1. pag. 42. *Danai* Nostro sub finem hujus capitis. *Arestoris* Apollon. 1. 112. Schol. ejus ad vers. 4. Ὁ μὲν Ἀπολλώνιος καλεῖ μὲν τὸν Ἀργὸν ἀπὸ Ἄργου τοῦ κατασκευάσαντος. Φερεκύδης δὲ ἀπὸ Ἄργου τοῦ Φρίξου. Ταύτην δέ φασι πρώτην ναῦν χρῆσθαι μακρᾷ. Ἄλλοι δὲ λέγουσι Δαναὸν, διακόσμου τυχόντα αἰγύπτου, πρῶτον κατασκευάσαι, ὅθεν καὶ Δαναΐς ἐκλήθη. Adde Probum ad Eccl. v. Virg. vers. 34. Tzetzes in Lycophr. pag. 143. Ἀργὼ ἐκλήθη ἢ διὰ Ἰάσονα τὸν, ἢ ὅτι καθὼς Ἀπολλώνιος αὐτὴν σκευωρήσατο ὁ Ἔσορος ἤτοι, ἢ ὅτι ὑπὸ Ἄργεϊ σκευοπηγήθη, ὡς φησιν Ἡγήσανδρος ὁ Σαλαμίνιος. Illud Ἔσορος vel Ἀλίκορος corruptum, pro alterutro reponendum, Ἄρισορος. Ἀρισορίδης enim est Apollonio. Pherecydes autem apud Apollodor. lib. II. quem alii Arestoris, Inachi facit filium. Forte ergo scripsit pro *Danai*, *Inachi filius* Hyginus. MUNCK. Consule Cl. Burm. ad Ovid. l. 1. Met. 624. & in Catal.

2 PELLE TAURINA LANUGINE ADOPERTUS] Barthius hic ita legit: *Pelle taurina lana linoque inopertus*, quae recedunt nimium, nec satis clara sunt. Mihi τὸ *lanugine* videtur a glossa esse hominis stulti, qui pellem per lanuginem putabat posse exponi. Nisi volumus lanuginem hic explicare pilos, sive villos. Ubi *pelle taurina*, *cum lanugine* legendum foret. Sane tali pelle usum docet Apollonius lib. 1. vs. 324.

Δίεμα δ' ὁ μὲ ταύρου ποδηνεκὲς ἀμφιέχυτο ὤμους
Ἄργου θρισσοείδὴς λάχνη μίλαν.

SCHEFF. Etiam hoc translatum ex Apollon. lib. 1. 324. Δίεμα δ' ὁ μὲ ταύρου ποδηνεκὲς ἀμφιέχυτο ὤμους Ἄργου θρισσοείδὴς λάχνη μίλαν. Haec verba si consideres attente, legendum dicas: *pelle tauri nigra lanugine*. atque ita omnia clara sunt & aperta. Vult pelle taurina, quae nigram lanuginem haberet, coopertum fuisse Argum. Matth. de Joanne Baptistâ cap. 3. Εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου, hoc est, *pelle cameli pilis hirsutâ*; cujusmodi gestamen erat prophetarum. Nam quod annotat Theophylactus: εἰς μετάνοιαν παρεκάλει καὶ ἀπὸ χιτῶνος. τοιοῦτον δὲ εἶχε τὸν σολέα. id neutiquam probem. Allusit ad historiam Euangelicam Nazianzenus εἴκως: Τὸ δ' ἔνδυμα ἢ καμήλου τρίχες, νόμῳ δικαίων. Ἢ καὶ δέρις παλαιᾶς γυμνάσιος κάλυμμα. Sed distinguit, ut vides, pellem à veste è pilis camelinis ruditer textâ. Vestis tamen Eliae, qui typum Baptistae gessit, μηλωτὴ, h. e. ovilla vel caprina pellis, appellatur Bασ. Δ. cap. XI. 8. & ipse ἀνὴρ δασὺς ejusdem libri cap. 1. 8. Sic Zachar. cap. XIII. 4. δέρρις τριχίνη prophetarum est vestis. Δέρρις autem, docente Hesychio, inter alia significat παχὺ ὕφασμα, ᾧ τὰς ἁμαξιτάξας ἐχρῶντο. Istiusmodi παχὺ ὕφασμα videtur innuere Nazianzenus ille. Sed non valde necessaria erat ista distinctio. Setas pro ipsa pelle potuit posuisse Euangelista. Virg. Georg. III. 383. *Et pecudum fulvis velantur corpora setis.* Sidonius de Elia cap. XVI. *Thesbiten cum forte senem jam flammeus axis Tolleret, & scissam linquens pro munere pellem* &c. *Pellicium ependyten* appellat Hieronymus in vitâ Hilarionis; *pellem caprinam* Cassianus in de Hab. Monach. cap. VIII. *meloten* Gregor. dialog. lib. II. 6. Quamobrem assentior viro reverendo, & amico nostro Petro Texelio, qui verba illa Matth. VII. 15. Προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, de vestitu prophetico accipienda existimat. Nec absurdè idem Epist. ad Hebr. cap. XI. vs. 37. per μηλωτὰς & αἰγεῖα δέρματα non miseriam fidelium denotari suspicatur, sed professionem muneris eorum prophetici, & infidelium malignitatem. Tollit ergo ineisum ante τὸ ὑστεράμενοι, & vertendum censet cum vulgatâ: *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis destituti* &c. Dum haec scribo, venit in mentem, quod legi nuper in coenae illâ dispositione, quae Cypriano falso adscribitur, Joanni datam vestem *triclinam*. Quod nihili est verbum: corrige, *trichinam*, τριχίνην. *Rhenones* appellabant Latini veteres vestes istiusmodi pelliceas. Sallustius: *Vestes de pellibus Rhenones appellantur.* Isidorus lib. XIX. cap.

7 ex Argis comitem Herculis. Nauplius Neptuni & 8 Amymomes Danai filiae filius, Argivus. Idmon Apollinis & 9 Cyrenes Nymphae filius: quidam Abantis dicunt; Argivus. Hic augurio prudens, 10 quamvis prædicentibus avibus, mortem ſibi denunciari intellexit, fatali tamen militiae non defuit. Caſtor & Pollux Jovis & Ledae Theſtii filiae filius Lacedaemonii: 11 alii Spartanos dicunt; uterque inberbis. His eodem quoque tempore ſtellae in capitibus ut viderentur, accidiſſe ſcribitur. 12 Lyn-

cap. 24. *Melotes, quae etiam pera vocatur, pellis eſt caprina, à collo pendens. praecincta uſque ad lumbos. Fiebat autem prius, ut quidam exiſtimant, de pelliculis melonum, unde & melotes vocatae ſunt.* Miſereor boni patris. Admodum familiaris mos ille tegendi corpora pellibus antiquis fuit. Hinc λεοντῆ Herculis, αἰγὶς Jovis: hinc *ſcutum* à σκύτος, quod ex corio, *galea* ex γαλῆ, quod ex pelle muſtelae antiquitus fieret. Tegmen lupae Romulo Virgil. AEn. I. 270. Homerus Agamemnoni leonis tribuit Iliad. K. 23. Pardi Menelao ejuſdem libri vers. 29. Paridi Iliad. Γ. 17. Nimirum heroum, paſtorum, & venatorum erat geſtamen pellis. Vide Virg. AEn. I. 327. v. 37. VII. 66. Immo mortalium primi & antiquiſſimi omnes ſolebant διεμβοφορῶ. Qua de re vide egregie diſſerentem virum Illuſtr. Ezech. Spanhem. in de Numm. pag. 345. Feſtus. *In pelle lanata nova nupta conſidere ſolet, vel propter morem vetuſtum, quia antiquitus homines pelle erant induti* &c. Idem alibi. *Pellem habere Hercules fingitur, ut homines cultus antiqui admoneantur.* Sanè ἔνδυμα ex pelle capræ Jovi ipſi dat ad Autolycum lib. I. p. 75. Theophilus MUNCK. Meziriac. ad Ovidii Epiſt. VI. Herold. pag. 72. legit *pelle taurina cum lanugine.*

3 PHLIASUS &c.] Aliis autem Phlias dicitur ex matre Chthonophyle. &c. MICYLL. Ab Apollonio *Phlias* appellatur. MUNCK.

4 EX PHLIUNTE] Schol. Apollon. I. 115. *Phliuſam* illam urbem vocat, & dictam ita ait à Phliunte Bachi & Chthonophyles filio. Non facit Chthonophylen Phliantis, ut putavit Miſyllus, ſed Phliuntis matrem. Certum interim habeamus, non unam urbem fuiſſe in Peloponneſo Φλιοῦς. Forte illam intellexit Hyginus, de qua Schol. Pind. ad Nem. Od. VI. Παρέχει δ' ὁ Φλιασίμωνυμος, ἡ περίοικος Ἀργιθυεσία καλυμένη. MUNCK.

5 THEODOMANTIS] Ita & infr. Hyginus cap. 271. & alii, quos recenſui ad cap. 26. Anton. Liberalis, qui Ceycis eum fuiſſe filium narrat ex Nicandri ἑτεροιωμένων δ', ut hactenus editum. perperam omnino. Scribendum ε', auctore Scholiaſte Apollonii ad lib. I. 1236. Καὶ Νίκανδρος ἐν τῷ δ' τῶν ἑτεροιωμένων (leg. ἑτεροιωμένων) ὑπὸ πασῶν φησιν αὐτὸν ἀχθῆναι τῆ νυμφῶν. Cum Hygino facit quoque Probus ad Virg. Georg. III. 6. *Hylas*, inquit, *Theiodamantis filius Dryopum regis.* lege, *Dryopum* ex Apollon. I. 1218. MUNCK. Conſule Celeb. P. Burm. in Catal.

6 MENODICES NYMPHAE, ORCONIS FILIAE] Puto ſcribendum ex Tzetz. Chiliad. I. 43. *Mecionices Nymphae, Orionis* &c. Cæterum Thiodamantem Hellanicus Thiomeneten appellat apud Scholiaſt. Apollon. I. 131. Ὕλας Ἡρακλέους ἐρώμενος, υἱὸς Θειοδάμαντος ἢ Τρύοπος. ὅτε Μυσίας. Ἑλλάνικος ὁ Θειομήτην αὐτὸν Θειοδάμαντος καλεῖ. pro Τρύοπος puto legendum Δρύοπος. Vide eundem Schol. ad vers. 1218. MUNCK. & Burm. Catal.

7 EX ARGIS] Sanè Ἀργεῖον παῖδα nominat cum Theocritus Eidyll. XIII. 49. MUNCK.

8 AMYMONES] Ita reſcripſi pro *Amymomes* ex cap. 169. Schol. Apollon. ad vers. 133. lib. I. Ἀπόγονος ἢ Ποσειδῶνος ἡ καὶ Ἀμυμώνης τ' Δαναοῦ. MUNCK.

9 IDMON AP. & CYR.] Aſteries Pherecydes habet. MICYLL. *Aſteriam* appellat Pherecydes apud Apollon. Schol. ad vers. 139. lib. I. MUNCK.

10 QUAMVIS PRAEDICENTIBUS AVIBUS] Valerius Flaccus de Idâ iſta memorat lib. I. vers. 360. *Hinc quoque miſſus adeſt, quamvis arcentibus Idas alitibus.* MUNCK.

11 ALII SPARTANOS DICUNT] Infr. cap. 139. *Qui Graecè Curetes ſunt, alii Corybantes dicuntur*, lege, *dicunt.* Sed ut illud tolerabile; ita hoc nimis putidum gloſſema videtur. Iidem enim Lacedæmonii, qui Spartani. MUNCK.

12 LYNCEUS ET IDAS APHAREI ET ARENAE BIBALI FILIAE FILII] Lege, *Oebali.* Nam is Arenes pater fuit, ut & Tyndarei, idem vitricus Apharei, & maritus Gorgophones. Pauſan. Meſſen. non longe ab initio. Ἀφαρεὺς πόλιν ἔκτισεν Ἀρήνη τῆ Οἰβάλου θυγατρὶ, αὐτῷ δὲ γυναικὶ, τῆ αὐτῆς &c. Tzetzes ad Lycophr. v. 512. pag. 80. Ἀφαρέως καὶ Ἀρήνης τῆ Οἰβάλου, ἣ Ἄρης τῆ Αἰόλου Λυκάονος ἐν Ἴδας. Hic tamen in eo errat, quod Tyndarcum non Oebali, ſed Perieris filium ibidem facit. Rectius Hyginus fab. 78. *Tyndareus Oebali filius*, & Pauſanias Lacon. init. Hinc Caſtor & Pollux Oebalidae vocantur Ovid. Faſtor. VI. v. 705. ab avo haud dubie, licet Servius

Lynceus & Idas Apharei & Arenae [1] Oebali filiae filii, [2] Meſſenii ex Peloponneſo. Ex his Lynceus ſub terra quaeque latentia vidiſſe dicitur, neque ulla caligine inhibebatur. alii ajunt Lynceum [3] noctu nullum vidiſſe. Idem ſub terra ſolitus cernere dictus eſt ideo, [4] quod aurifodinas norat. Is cum deſcendebat, & [5] aurum ſubito oſtendebat, ita rumor ſublatus, eum ſub terra ſolitum videre. [6] Item Idas acer, ferox. Periclymenus [7] Nelei & Chloridis Amphionis & Niobes filiae filius: hic fuit Pylius. [8] Amphidamas & Cepheus [9] Alei & Cleobules

ad Virg. 4. Georg. vers. 125. *Oebalidas fratres* dici illos à patriâ Laconiâ, quae & Oebalia, cenſeat. Majori jure, & verius forſan id ſtatui poſſet de Hyacintho Amyclae F. quem Ovid. x. Metam. in eadem fabula modo *Amycliden* v. 163. à patre, modo *Oebaliden* v. 197. à patriâ, ut equidem arbitror, appellat. Nam Pauſan. Lacon. initio, ubi majores Hyacinthi recenſet, nullum Oebalum inter eos nominat. Et forte idem paſſus eſt Hyginus, quod ſupr. ad fab. 3. de *AEoli filio* obſervavimus, cum hunc Hyacinthum fab. 271. *Oebali filium* dicit, ut, quod de patriâ intelligendum erat, de patre ejus acceperit, *Oebalidae* nomen, Quod tamen ut non ſine magnâ dubitatione ponam, facit Servius, qui ad Virg. XI. AEn. v. 69. ait: *Sane Hyacinthus puer fuit Eurotae, vel, ut quidam volunt, Hybabili filius.* Manifeſte hic quidem hallucinatur, niſi pluſcula deſint, doctiſſimus Grammaticus. Nam ſecundum Pauſan. d. l. Eurotas pater fuit Spartes, quae Hyacinthi avia, ſed tamen pro *Hybabili* ex Hygino videtur leg. *Oebali*. Atque ita habebimus locum, ubi Hyacinthus hic idem Oebali filius dicatur, niſi ſi ſtatuere audeamus, ejuſdem negligentiae adfinem hoc in loco eſſe Servium. Haec Perizonius. Quod Perieris faciat filium Tyndareum Tzetzes, in eo ἁμάρτημα habet Apollod. lib. I. p. 34. ed. Comm. Diſcrepantia ſcriptorum inde orta, quod Gorgophone, Periere mortuo, nupſerit Oebalo. MUNCK.

1 ARENA BIBALI FILIAE] De Arena matre docet nos Pherecydes apud Scholiaſtem Apollonii. Bibalum alibi nec dum obſervavi. SCHEFF. De illo Bibalo nihil hactenus comperi. Lego *Oebali* ex Pauſan. lib. IV. Tzetzes in Lycophr. pag. 89. Ἀφαρέως καὶ Ἀρήνης τῆς Οἰβάλου, καὶ Ἄρης τῆς Αἰόλου Λυγκεύς καὶ Ἴδας. lege Λυγκεύς. MUNCK.

2 MESSENII] An ex Apollonio ſcribendum *Arenii*? nihil eſt neceſſe. Meſſenia enim regio Peloponneſi. Schol. Hom. ad Iliad. Δ. 722. πόλις τῆς Πύλου eſt Ἀρήνη. MUNCK.

3 NOCTU NULLUM VIDISSE] Probo, quod putat Barthius, *noctu multum vidiſſe*. Nam & paulo poſt in fine capitis de Lynceo, *qui multum videbat*. SCHEFF. Barthius conjicit, *nocte illuni*, vel *noviluntio*. vel, ſi forte cactera non ſatisfacerent, *nocte multum vidiſſe*. quod praefero. Invenies ſub finem hujus capitis: *Lynceus Apharei filius, qui multum videbat*. MUNCK.

4 QUOD AURIFODINAS NORAT] Vide Palaeph. cap. 10. unde haec videntur hauſta; quae pro gloſſematis ne habeam, nemo, opinor, intercedet. Tzetzes in Lycophr. pag. 95. Τοῦ δὲ Λιγκέως παρὰς ἔφασαν εἶναι Λυσίας, ὅτι καὶ τὰ ὑπὸ γῆν ἔβλεπε, ἀφὸ τὸ ἐφόρειν πομὰ τὸ μετάλλων. MUNCK. Adde Schol. Ariſtophan. Pluto vs. 210.

5 AURUM SUBITO] Quomodo? nec enim ſubito effoditur. Suſpicor ſcripſiſſe, *& aurum ſubditum*, ut intelligatur latens & ſub terra occultatum. SCHEFF.

6 ITEM IDAS ACER, FEROX] Deſcribit Idam, ut puto, ante Lynceum fratrem ejus. Sane Apollonius etiam de eo, ὑπερφίαλον Ἴδην. Sed mihi neſcio quomodo haec aliunde aſſuta videntur. Minimum illud *Item* alienum, ac delendum eſt. SCHEFF. Merito de gloſſa haec habet ſuſpecta Scheffer us. Ut multa alia hoc capite, ita & haec ex Apollonio huic catalogo nimis impudenter adſuta *Acer* eſt σφοδρὸς, θυμώδης, ut exponunt Vett. Gloſſae. Convenit huic loco poſterior explicatio. Servius ad AEn. VIII. 614. *Proprie apud nos acer eſt, qui apud Graecos θυμὸς dicitur, nam fortem & vehementem θυμὸς, & aſperum & amarum poteſt ſignificare.* MUNCK.

7 NELEI] Ita ſcripſi pro *Nilei*. Apollon. Περικλύμενον Νηλῆα. Corruptius infr. *Mileus* pro *Neleus*. Paſſim ν Graecorum per ι Latinum expreſſum hoc ſcripto animadvertas, ut jam ſuperius monui, & pluribus oſtendam ad cap. 31. MUNCK.

8 AMPHIDAMUS] Lege, *Amphidamas* ex Apollonio. MUNCK.

9 EGEI] *Alei* habet Apoll. MICYLL. Lege, *Alei*. Apollon. I. 163. τε δῖω Ἀλιῆ. MUNCK.

10 AU-

les filii de Arcadia. Ancaeus Lycurgi filius: alii nepotem dicunt; Tegeates. [10] Augeas Solis & Naupidames Amphidamantis filiae filius. [11] hic fuit Eleus. Aſterion & [12] Amphion Hyperaſii filii, alii ajunt Hippaſi, ex Pellene. [13] Euphemus Neptuni & Europes [14] Tityi filiae filius, Taenarius. [15] Hic ſuper aquas ſicco pede cucurriſſe dicitur. Ancaeus alter Neptuni filius, matre [16] Alta Cateſti filia, ab Imbraſo inſula, quae Parthenia appellata eſt, [17] nunc autem Samos dicitur. Erginus Neptuni filius, [18] a Mileto: [1] qui-

10 AUGEAS] Hic fuit ille, cujus bovilia purgavit Hercules, ut obſervat Apollonii Scholiaſtes. MUNCK.

11 HIC FUIT ELECTUS] *Eleus.* matrem autem alii Hyrminen vocant. MICYLL. Micyllus, *hic fuit Eleus.* Sic enim & Apollon. SCHEFF. Micyllus, *Eleus. matrem alii Hyrminen vocant.* Nil pote melius. Vide Apollon. I. 173. & ibid. Scholia. MUNCK.

12 AMPHION YPETACLI] *Hyperaſii* Apol. habet. MICYLL. Commeliniana *Ipetacb.* legendum *Hyperaſii*, ex eodem Apollonio, & ejus Scholiaſte. SCHEFF. Scribe, *Hyperaſii* ex Apollon. I. 176. deinde pro *Hipaſi* ſcripſerim *Hippaſi.* Caeterum Aſterion Apollonio eſt *Aſterius.* Nihil tamen heic eſſe mutandum diſces ex Scholiis. MUNCK.

13 EUPHEMUS N. ET E. T. F. F.] Apollonius autem Polyphemum vocat. MICYLL. Micyllus: Apollonius autem *Polyphemum* vocat. videlicet lib. I. 179. Sed vide, quid ad eum locum obſervet Hoelzlinus. Pindarus cum Hygino facit Pyth. Od. IV. Εὔφαμον Ἰάσων, ᾧ ἐς Ἰπποάχην, Ποσειδάωνος ἄνακτος, Τὸν ποθ' Εὐρώπα Τιτυοῦ θυγάτηρ Τίκτε καφισοῦ παρ' ὄχθας. MUNCK. V. Cl. Burm. in Catul. Arg

14 TITYI FILIAE] Comment. Apollonii Aſtypaleae Phoenicis filiae Caeterum Apollonius non vocat Imbraſiam inſulam proprio nomine, ſed epitheto, ab Imbraſo fluvio, qui poſtea Parthenius dictus eſt (ut Com. ibidem ait) eo quod juxta eum *Juno*, cum Virgo etiam eſſet, nutrita fuerit. Haec enim verba ſunt: ὃ δ' Ἰμβρασίης ἴδος Ἥρης, παρθενίης ἀφνειοῦ. MICYLL.

15 HIC SUPER AQUAS &c.] Ex Apollon. lib. I. 182. Idem tradit apud Pindari Scholiaſten Aſcleplades pag. 194. Tzetzes I. 43. Iſacius ad Lycophr. pag. 128. Edit. Baſ. MUNCK Eadem de Iphiclo Phylaci filio teſtantur. Conſule Cl. Burm. in Catalogo Argonautarum in voce *Iphiclus*, etiam in *Euphemus*, hoc figmentum egregie explicantem

16 ALTA CATESTI] Mihi non eſt dubium, quin haec ſint corrupta. Pauſanias *Aſtypaleam* matrem eius vocat. Noſter infra cap. 157. *Chionam*, *Aquilonis filiam.* SCHEFF. Aſtypalaea Phoenicis filia erat, ſi credimus Apolloniano Scholiaſtae ad lib. I. 868. Nobil. Heinſ. in ora codicis ſui, *Altbea Theſtii.* MUNCK. Vid. Cl. Burm. in *Ancaeus alter.*

17 NUNC AUTEM SAMOS DICITUR] Vide Scholiaſt. Apollon. ad lib. I. vers. 186. Lactant. lib. I. cap. 17. Ortel. Theſaur. in *Samos.* Etiam fluvius in Samo erat Imbraſus, & Parthenius. Schol. Heſiod. in Theog. pag. 261. Ὁ δὲ εἰς Σάμον Παρθένιον καὶ Ἰμβρασον καλεῖται. MUNCK. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 355. de Samo ait. ἀνομάσθη δέ ποτε καὶ Μελάμφυλος, καὶ Ἀνθεμις, καὶ Παρθενία ἡ, ἀπὸ ποταμοῦ Παρθενίου. ubi pro Ἀνθεμις. lego Ἀνθεμοῦσα. Conſule Ill. Spanh. ad Call. H. Del. vs. 48. 49. 50.

18 A MILETO] Dicta ita iſta *urbs* à Mileto Apollinis filio, de quo inter alia & haec tradit Scholiaſtes Apollonii ad lib. I. 186. Τοῦτον ἀνδρωθέντα καὶ φθονήσαντα τοῦ Μίνω ἀνακωρῆσαι εἰς τὴν Σάμον, ἀφ' ἧς καὶ τόπος ἐστὶ Μίλητος, καὶ ἀπὸ τῆς Σάμου μεταβὰς εἰς τὴν Καρίαν, ἔκτισε πόλιν, ἀφ' ἑαυτοῦ καλέσας. In Caria Miletum conditam etiam praeter Ptolemaeum Apollodorus tradit lib. III. ad quem Faber: *Miletum Cariae urbem facit, quae Jonica fuit: neque tamen peccat: nam quae ſcribit, multo ante migrationem Jonicam evenerunt.* Ante puta quam Jones migrarent in Cariam, profecti Athenis. Nimirum duae fuerunt Cariae, ut opportune me monuit clariſſimus Ryckius, vir bonus & fidelis amicus. Altera earum, ſed quae heic non intelligitur, inter Joniam & Lyciam ſe extendit: altera Joniae eſt, & circa Miletum, quam Cares quondam incoluerunt Stephanus: Μίλητος πόλις Ἰσαυρίας ἢ Καρίας ἢ Ἰωνίας. Strabo lib. XIV. Ταύτης δέ φησι Φιλιτίδης Μίλητον μέν, καὶ Πριήνην, καὶ τὰ ἐπὶ Μυκάλλῃ ἢ Ἔφεσον Κᾶρες ἴσχυν σχόντες. Anton. Liberal. qui & ipſe in Cariâ Miletum cap. 30. collocat, ita conciliari poterit cum aliorum ſententiis, qui in Joniâ eam urbem collocant. Conon apud Photium

[1] quidam Periclymeni dicunt; Orchomenius. Meleager Oenei & Althaeae Theſtii filiae filius: [2] quidam Martis putant; Calydonius. Laocoon [3] Parthaonis filius, Oenei frater, Calydonius. Iphiclus alter Theſtii filius, matre Leucippe, Althaeae frater [4] ex eadem matre, Lacedaemonius. [5] Hic fuit Arcas [6] curſor, jaculator. [7] Iphitus Nauboli filius, Phocenſis; alii Hippaſi filium ex Peloponneſo fuiſſe dicunt. [8] Zetes & Calais Aquilonis venti & Orithyiae [9] Erechthei filiae filii. Hi [10] capita pedeſque pennatos habuiſſe feruntur, crineſque caeruleos, qui pervio aëre uſi ſunt. Hi aves Harpyias, tres Thaumantis & [11] Ozomenes filias, [12] Aël-

tium cap. 2. Ὠίκιστο ὁ Μίλητος τὴν Ἀσίαν, ἀφ' ὅτιπερ καὶ Ἴωνες οἱ ἀπ' Ἀθηνῶν μὴ Νηλέως ὁρμηθέντες ᾤκησαν, τότε δὲ σύμπασῃ Κᾶρες, ἔθνος μέγα καὶ πολύ οἰκοῦντες. Schol. Homer. ad Iliad. B. ſub finem: ἡ Καρία πρὶν Μίλητος, &c. ἦν δὲ Καρίας εἰς θάλασσαν πλησίον Μιλήτου. Mileti mater, ut ἐκ παροιμίας hoc addam, *Acacallis* dicitur Pauſan. & Anton. Liberali. *Acallis* perperam in Scholiis editur Theocrit. ad Eid. VII. vers. 11. & *Hecale* apud Apollod. lib. III. Caeterum Erginum hunc inter Argonautas agnoſcunt Pind. Schol. ad Olymp. IV. Apollon. lib. I. vers. 185. ut & Apollodorus lib I. quem fruſtra corrigere intendit vir doctiſſimus, qui hiſtoriae poëticae ſcriptores edidit nuperrimè. MUNCK. Miletus urbs Joniae dicitur condita, ſive coloniae in hanc urbem deductae, a Neleo Codri filio Athenienſi; non vero a Neleo, viro Pylio, Neſtoris patre, ut ex Herodoto Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 823. If. Caſaub. ad Strabonis lib. 14. pag. 938. Neleo hunc honorem tribuit, adferens loca ex Herodoto, Pauſania, & AEliano, non de Neleo Pylio viro, quem Strabo male ita vocat, ſed de Neleo Codri filio agentibus. Vide Menag. ad Diogenis Laertii lib. I. ſect. 23. Ab hoc Neleo ſacrificium Neleium in Dianae honorem inſtitutum apud Mileſios nomen habet. Plutarch. de eo agit Tom. II. p. 254. ut doctis notum. De variis vero Neleis egimus ad cap. 10. Conſule interea tu lector de hoc hujus urbis conditore Tzetz. ad Lycophron. vs. 1378, 1379. Celeb. J. Perizon. ad AElian. lib. VIII. V. H. cap. 5. Ill. Spanh. ad Call. H. Dian. vs. 227. ubi de Mileto, Sarpedone aliiſque Neleo antiquioribus Mileti conditoribus agit. nec non Meurſium de Creta lib. I. cap. 12. Hic etiam lectorem moneo in Corn. Nepotis Milt. cap. 3. vitio typothetarum *Hiſtiaeus Milesius*, pro *Hiſtiaeus Mileſius* expreſſum eſſe, quod σφάλμα oculos fugerat meos. De variis hujus nominis inſulis Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. l. l. De Mileto, quae dicitur in Calabria eſſe ſita, diſputavit Celeb. P. Burm. ad Virgilii III. Georg. vs. 306.

1 QUIDAM PERICLYMENI ] An fuit, *Quidam vero Clymeni?* Ita ſane vult Schol. Apollon. lib. I. 185. & Pindari ad Olymp. IV. uterque enim patrem ejus Κλύμενον appellat. Sed potuit Noſter alios ſequutus fuiſſe auctores. Putarem, intelligi illum Periclymenum, qui fuit Neptuni filius ex Chloride Tireſiae filia. De quo Schol. Pind. ad Nem. Od. IX. pag. 315. Edit. Franc. Sed tempora non congruunt. MUNCK. Conſule Cl. Burm. in Catal.

2 QUIDAM MARTIS PUTANT ] In quibus eſt Euripides apud Plutarch. Parall. T. II. p. 312. Adde Celeb. P. Burm. Catalog.

3 PORTHAONIS ] Cap. 129. 175. 239. *Parthaon* dicitur. *Portheus* eſt Anton. Liberal. cap. 2. & Homero. MUNCK. V. Eumd. in *Meleagro*.

4 EX EADEM MATRE ] Schol. Apollon. ad lib. I. 201. Ἀλθαίᾳ καὶ Ἰφικλῷ ἀδελφοὶ ἐκ Δηϊδαμείας τῆς Πειρίθου. Sutlull inciſum ante iſta verba. *Frater ex eadem matre* eſt ἀδελφὸς ὁμομήτριος. MUNCK.

5 HIC FUIT ARCAS ] Atqui jam praeceſſerat, *Lacedaemonius*. Quomodo hic ergo *Arcas*? Scribo: *Hic fuit arte curſor ac jaculator.* Sicut ſupra, *arte cithariſta*. SCHEFF. Si Lacedaemonius, quomodo *Arcas*? Lego, *acris*, id eſt, velox, ὀξύς, Gloſſ. Philox. *Acre*, ὀξύ, ὁμοῦ. Ὀξὺς ὁ ταχύς. ὀξύτης, ὠκύτης Graecis interdum *Acupeditas*, teſte Feſto, dicitur, cui praecipuum in currendo acumen pedum. Virg. Georg. III. *Calidumque animis & curſibus acrem.* Serv. ad illa Virgilii. AEn. I. 224. Acris Oronti: *Fortis, alias velocis. Quidam acrem in unamquamque rem vegetum & nimium tradunt.* Nimirum *acer* eſt, qui Graecis δεινὸς dicitur, ut ad lib. VIII. idem Grammaticus obſervat. Ita *varius acer* a vetuſto commentatore *vehemens* exponitur lib. I. Sat. 10. Horat. Micyllus conjicit *artificioſus*. Clariſſim. Scheffer. *arte curſor*. Fulgent. lib. III. Myth. c. 6. *Magni-*

[12] Aëllopum, Acholoen, [13] Ocypeten, fugaverunt a Phineo Agenoris filio, eodem tempore, quo Jaſoni comites ad Colchos proficiſcebantur. Quae inhabitabant inſulas Strophadas in AEgaeo mari, quae Plotae appellantur. [14] Hae fuiſſe dicuntur capitibus gallinaceis, pennatae, [15] alaſque & brachia humana, unguibus magnis, pedibuſque gallinaceis, pectus album, feminaque humana. Hi autem Zetes & Calais ab Hercule telis occiſi ſunt: [16] quorum in tumulis ſuperpoſiti lapides flatibus paternis moventur. Hi autem ex Thracia eſſe dicuntur. [17] Focus & Priaſus Caenei filii ex Magneſia. [18] Eumedon Liberi patris & Ariadnes Minois filiae filius,

*Magnificus jaculator.* Atque ille idem eſt, qui *acris jaculator.* MUNCK.

6 CURSOR] Credo legendum *artificioſus*; aut ſimile quiddam. MICYLL.

7 IPHITUS NAUBOLI] Apollod. lib. 1. 43. Ἰφίτου Ναυβόλου. Sed hoc vitioſum ſine dubio. Lege, Ἰφίτου. Vide Apollon. 1. 207. MUNCK. Vid. P. Leopard. lib. IV. Emend. cap. 6. & Celeb. P. Burm. in Catal.

8 ZETES] *Zetus* eſt Fulgentio. lib. III. *Zetus* Servio ad AEn. III. 209. Sidonio Carm. 5. & Philargyrio in IV. Georg. Virg. 463. Sequuti forte Palaephatum ſunt, qui & ipſe hunc *Zetum* appellat cap. 23. Non probo tamen, cum paret confuſionem. Alius enim *Zetes*, alius *Zetus.* MUNCK.

9 ERICHTHEI] Scribe, *Erechtei.* Ἐρεχθέως. Ita Apollonius, Simonides, Ovidius. Scholiaſt. autem Apollonii ex Cecrope natam eam tradit. Aliquoties in ſeqq. vitioſe ſcriptum hoc nomen deprehendes, quod ortum exiſtimo ex vocalium I & E cognatione. Donatus ad Phorm. 1. 1. *Propter cognationem E & I literarum non dubitaverunt antiqui* HERE & HERI *dicere*, & MANE & MANI & VESPERE & VESPERI. Adde Fabium lib. 1. cap. 4. MUNCK. Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. vs. 423. etiam Erechthei filiam facit. V. Burm. in Cat. Arg. in *Calais.* Zeten & Calain Hiſmarii & Aquilonis filios facit Lactant. ad *Statii* v. Theb. 431. quem tamen vide ad XII. Theb. vs. 628. de Orithyiae raptu Schol. Apoll. Rhodii, qui eam etiam Erechthei filiam vocat, lib. 1. vs. 212. & Olear. ad Philoſtrati lib. IV. cap. 21. in fin. de Apoll. Tyan. ſunt videndi.

10 CAPITA PEDESQUE PENNATOS] Pedes pennatos illis tantum tribuit Apollon. *l.* 219. Unde haec partim deſumpta videntur. Pindarus dorſo eorum alas affingit; humeris Lactantius Argum. Ovid. lib. VI. Met. fab. 8. MUNCK. Conſule Cl. Weſſelingium cap. IX. Probabilium.

11 OZOMENES] *Electrae* Heſiod. MICYLL. *Electram* earum matrem alii faciunt. Vide not ad Geneal. *Ozomenen* hanc nuſquam hactenus inveni. Placet divinatio Doctiſſ. Jacobi Perizonii, *Oceanines.* Electra enim Oceani filia. Ὠκεανίδες Oceani filiae Homero & Heſiodo, ut *Nerinae* Nerei. Virgil. Ecc. VII. 37. *Nerine Galatbea.* Vide ib. Servium. MUNCK.

12 ALOPEN] *Aëllopum* hanc appellat Apollodorus pag. 47. Edit. Commel. Atque ita heic putem ſcribendum. Schol. Hom. ad Iliad. Π. 150. Ἄρπυιαι δαίμονες ἀρπακτικαί, αἱ τὰ ἀνήμερα Αἰκάν, Ὠκυπέτη, Πελάργη. Servius ad AEn. III. 209. *Aëllo*, *Ocypeten*, & *Celaeno* appellat. MUNCK. Harum nomina ſic indicavit Tzetzes ad Lycophron. vs. 167.

13 OCYPETEN] *Celaeno* Apoll. MICYLL.

14 HAE FUISSE DICUNTUR] Cl. Scheffe-rus locum hunc ita conſtituit: *Hae fuiſſe dicuntur pennatae, aliſque & unguibus magnis, pedibuſque gallinaceis: brachia humana, pectus album, feminaque humana habuiſſe.* Ego ſine MS. affirmare nihil auſim. MUNCK.

15 ALASQUE ET BRACHIA HUMANA] Supple, *habuiſſe.* Sed haec dura ellypſis, ut vix credam, integrum eſſe locum. Forte & trajecta quaedam, ſcribendumque, *pennatae, aliſque & unguibus magnis pedibuſque gallinaceis. Brachia humana, pectus album, feminaque humana habuiſſe.* SCHEFF.

16 QUORUM IN TUMULIS, &c.] Schol. Apoll. Rhod. l. 1. vs. 1306. Τῶν δὲ τάφοι ἰσὶ ἐν Τήνῳ τῇ πόρῳ τῆς νήσου, ἐν τῷ ἱερῷ τῶν Ἀνέμων ὑπὸ λίθων κειμένων ἃ Βορέης ἔστησε αὐτῶν, qui vs. 1300. & 1304 late diſputavit de cauſſa hujus caedis, ſed modum, quo occiſi ſunt, tacuit; docens tamen, fuiſſe inſulam Tenum Delo adjacentem, juxta quam Hercules Aquilonis filios occidit. Conſule Celeb. P. Burm. in *Calais.*

17 FOCUS] *Phocus.* MICYLL.

18 EURIMEDON] Comeliniana, *Eumedon.* SCHEFF.

filius, a Phliunte. Palaemonius Lerni filius, [1] Calydonius. Actor Hippsi filius ex Peloponneso. [2] Therſanon Solis & Leucothoes filius ex Andro. [3] Hippalcimos Pelopis & Hippodamiae Oenomai filiae filius ex Peloponneſo a Piſis. Aſclepius Apollinis & Coronidis filius. [4]* Atriacha Theſtii filia, Argivus. [5] Neleus Hippocoontis filius, Pylius. [6] Iolaus Iphicli filius, Argivus. [7] Deucalion Minois & Paſiphaes Solis filiae filius, ex Cre-

1 CALYDONIUS ] Videtur ex Apollon. lib. 1. vs 201 referibendum *Olenius*. *Palaemon* hic eſt Apollodoro lib. 1. pag. 43. Sed *Palaemonius* cum Hyg. Apollonio. MUNCK.

2 THERSANON ] Hunc non invenio alibi, dubitoque recte ſcriptum. Sane infra c. 161. *Philammon* Solis filius eſt, nec ex *Leucothoë* ſed *Leuconoë*. SCHEFF. *Philammona* cap. 161. hunc dici, & matrem *Leuconoën* obſervat Cl. Schefferus. Sed ibi pro *Leuconoë* ex hoc loco, & Ovid. IV. Met. 208 repoſuerim, *Leucothoë*. MUNCK.

3 HIPPALCIMOS ] Infra c 94. *Hippalcus* dicitur, apud Apollodorum *Hippalmus*, ex qua utraque lectione factus eſt *Hippalcimus*. SCHEFF. Cap. 84. & 97 *Hippalcus* dicitur. *Hippalmus* eſt Apollodoro & Zenobio Cent. XVIII. 7. *Hippalcimus* Scholiaſtae Pindari ad Olymp. 1. pag. 15. Edit. Francof. Omnium optimum cenſeo *Hippalcimos*, vel *Hippalcimus*. Vide not. ad cap. 97 MUNCK. Pro Apollolio in notis Munckerum male Zenobium citaſſe vidit Cl. Burm. in *Hippalcimus*.

4 * ATRIACHA THESTII FILIA] Et haec ſunt corrupta, cum nomen viri, Patrisque abſint. SCHEFF. Afteriſco notavi locum. Abeſſe obſervat Cl Schefferus filii & patris nomen. Verum eſt deſiderari ea in ſequentibus. Sed τὸ *Atriacha* corruptum, pertinetque ad praecedentia. Scribe, *Coronidis filius à Tricâ*. Vide quae notamus inferius ad illa cap. XCVII. *Macbaon Aſclepii & Coronidis filius à Tricâ*. Cum aſpiratione primitus à *Tricha* ſcriptum fuit. Inde *Atriacha* conflatum, & locus vitiatus. In ſequentibus lacunam optime ſupplet doctiſſimus Perizonius hunc in modum: *Amphiaraus Oiclei filius matre Hypermeſtra* (vel *ex Hypermeſtra*) *Argivus*. Merentur adſcribi verba ejus, quibus rationem hujus ſupplementi reddit. Fuiſſe, inquit, Amphiaraum inter Argonautas non modo ex Apollodoro lib. I. diſcimus, ſed & ex Statio lib. III. Ubi Amphiaraus ipſe vers. 518. *Primâ cum pube virentem Semideos inter pinus me Theſſala reges Duceret*, &c. Jam vero mater ejus Hypermeſtra *Theſtii filia* fuit. Interpres Statii ad 1. Theb. vers. 42. *Laurigeri*) *hoc eſt Amphiarai Lynceï & Hypermeſtrae filium dixit*. Niſi leg. *Oclei* vel *Cynthii* l. c. Apollinis ex Hyg. fab. 70. erravit Scholiaſtes. Lynceï enim AEgypti filii non haec, ſed Hypermeſtra Danai filia fuit uxor. Apollod. lib. 1. pag. 24 Θεστίῳ δὲ ἐγένοντο θυγατέρες μὲν Ἀλθαία, Ἱπποσμύσσα· Diodorus Siculus lib. IV. Οἰκλέως δὲ καὶ Ἱπποσμύσσας τῆς Θεστίου (lege Θεστίε) Ἰφιάνειρα ἐγένετο καὶ Ἀμφιάραος ὁ μάντις. Ex eodem loco, qui longus eſt, patet Amphiaraum hunc fuiſſe Argivum, quod & caeteri tradunt, ut mirer ab Hygino fab. 70. eum Pylium vocari, cum tamen fab. 72. filium ejus Alemaeonem *Argivum* quoque dicat. Apollod. lib. 1. pag. 27. Ἀμφιάραος Οἰκλέως ἦν Ἀργεῖος. Similiter lib. III. pag. 152. Servius ad AEn. VI. *Eriphylen*) *Haec Amphiarai Auguris Argivi uxor fuit*. Horat. 3. Od. 16. *Concidit Auguris Argivi domus*. Cum igitur Argivus fuerit, matrem habuerit Theſtii filiam, & ab aliis inter Argonautas numeretur, adeoque omnes hujus deſcriptionis reliquiae in eum conveniant, ne dubitemus eum hoc loco ab Hygino memoratum eſſe. MUNCK. Conſule cl. Burm. in Catal.

5 NELEUS HIPPOCOONTIS ] Ita reſcripſi pro *Mileus* ex cap. 10. MUNCK.

6 IOLAUS ] De ejus ſtemmate Tzetzes ad Lycophron. vs. 839. Divinis Thebani coluerunt hunc heroa honoribus, unde Boeotus ab Ariſtophane in Acharn. vs. 867. Νὴ τὸν Ἰόλαον jurans inducitur, ubi videnda Scholia. Soli Hygino adnumeratum Argonautis obſervat cl. Burm. qui pluribus de hoc heroe egit. Vide nos ad cap. 30.

7 DEUCALION ] Hic à Theſeo in praelio occiſus eſt. V. Plutarch. in Theſeo p. m. 8. D. An hic Colchicae expeditioni interfuerit, licet à Noſtro, & Valerio Flacco, memoratus, dubitatur. conſule cl. Burm. qui nec hunc *Philoctetem* inter Argonautas recenſendum putat.

8 CENEUS ALTER CORONIS FILIUS ] An hoc ergo eſt, quod dicit Apollodorus lib. 1. pag. 43. Καινέως Κόρωνος ? Interpres tranſtulit, non *Caeneus Coronis*, ſed *Caenei Coronus*. Quod ſane convenit cum Homeri Catal. vers. 253. ubi Κόρωνος eſt Καινείδης, hoc eſt, Καινέως παῖς, ut & apud Apollon. lib. 1. 57. An vero ſcribendum? *Atracis filius*. Duplex fuiſſe Caeneus videtur, *Elati* alter, alter *Atracis* filius, duplex etiam fama de ſexus ejus mutatione. Quam Elatidae alii, Atracidae

Creta. Philoctetes Paeantis filius, a Meliboea. [8] Caeneus alter Coroni filius, [9] Coryna. Acaſtus Peliae & [10] Anaxibiae Biantis filiae filius, ex Jolco, duplici pallio coopertus. Hic voluntarius Argonautis acceſſit, ſponte ſua comes Jaſonis. Hi autem omnes [11] Minyae ſunt adpellati, vel quod plurimos eorum filiae Minyae pepererunt, vel quod [12] Jaſonis mater Clymenes Minyae filiae filia erat. Sed neque Colchos omnes pervenerunt, ne-

cidae tribuit Liberalis cap. 17. Sententiam utramque videri poſſit miſcere Ovidius lib. XII. Met. 189. *Elateis proles* audit. at vers. 209. *Atracides*. vel ſimpliciter, quod verius putem, dicendum controverſum eſſe Caenei patris vocabulum. Sed haec acutiores, quam ego ſum, excutiant accuratius alii. Scio, quid ad Ovidium ſcribant commentatores; ſed non placet. Quod ſi mihi jus cenſendi dederis, dixerim Hyginum vel vitioſe ſcriptum inveniſſe apud Graeculum aliquem Καινέως Κόρωνος, vel male vertiſſe illa, Καινέως Κόρωνος. Non eſſe ſanè ἀκριβάρτους hunc ſcriptorem liquido comperiſſe videor Vide annotata ſuperius ad cap. 3 & infr. ad cap. 31. nec non Aſtron. II. cap. 2. MUNCK. Conſule cl. Burm. ad Ovid. XII. Met. 189. & in Cat. Argon. in voce *Caeneus*.

9 CORYNA] hoc non intelligo. An legendum, *Gyrtona*? Vide Apollon. lib. I. v. 57. SCHEFF. *Coryna* eſt urbs Joniae Pomponio lib. I. cap. 7. Sed non videtur heic locum habere poſſe. *Gyrtone* conjicit Schefferus. Sane inde oriundus erat apud Apollon. I. 57. *Coronus Caenei filius*. Dedit forte: *Caeneus alter Coroni filius, Gyrtone*. quanquam ſic abit à caeteris mythologis, qui ſcripſiſſent *Coronus Caenei filius, Gyrtone*. Atque ita ſcribere quoque Hyginus debuit, quem Graeca verba Καινέως Κόρωνος male vertiſſe cenſeo, atque inde finxiſſe nobis alterum *Caeneum*, quem nemo veterum novit. MUNCK.

10 ANAXABIAE DYMANTIS] Infra fab. 51. eſt *Anaxobies Dimantis*. Sed utroque loco ſcribendum *Anaxibiae Biantis*. Ita namque habet Apollodorus. SCHEFF. Recte ex Apollodoro Cl. Schefferus: *Anaxibiae Biantis*. Atque ita ſcribendum eſſe docuit me etiam Tzetzes Ch. II. 53. Tollenda eadem macula infr. cap. 51 MUNCK. De AEoli filio Acaſto agit Euſt. ad Dionyſ. Perieg vs. 476. ſed *Peliae fil.* fuit, ad AEolum tamen genus referens. V. Burm. in Catal. Hic Acaſtus pediculari morbo periiſſe dicitur ab Helladio apud Photium pag 1588. *Pelias* fuit rex Jolci. V. Schol. Eurip. Alceſtid. vs. 253.

11 MINYAE SUNT APPELLATI] Vide quae commentati ſumus hac de re ad Anton. Liberal. cap. 26. Schol. Pind. ad Pyth. od. IV. Μινύαι ὁ τῶν Ἀργοναυτῶν φασιν, ὅτι οἱ πλείους αὐτῶν ἐκ Μινύου τοῦ Ποσειδῶνος ἦσαν. Τζέτζης δὲ Αἰόλου τὸ γένος ἀνάγει. Conſer, quae Ariſtodemus apud eundem tradit ad lib. od. I. Tzetzes ad Lycophr. Μινυᾶς, τοὺς Ἀργοναύτας, ὅτι οἱ πλείους αὐτῶν, ἐξ Ὀρχομενοῦ τοῦ Μινύου ἦσαν, δύο δὲ Ὀρχομενοί, ὁ, τε ὁ Βοιωτὸς (leg. Βοιωτίας) ἦτοι ὁ Μινύου τοῦ ὁ Πολύμηλος, ὁ ἐν Ἀρκαδίᾳ. Lactant. ad lib. V. Thebaid. Stat. vers. 347. *Minyae. Theſſali, à Minyâ rege Theſſalorum, à cujus nomine omnes Argonautae Minyae appellati ſunt.* MUNCK. Parum ſibi conſtat etiam Servius ad Virg. Ecl. IV. vs. 34. dicens, *Socii vero Jaſonis Minyae appellati ſunt, vel ab agro hujus nominis Colchorum; vel quod multi ex quadam Minya nati, Jaſoni ſe conjunxerunt, vel quod Minya Jaſoni materna avia fuerit.* Conſule, Lector, Lactant. ad Statii III. Theb. 516. & Meziriac. ad Ovidii Epiſtol. VI. Heroid. §. 7. pag. 56. & ſeqq. Quidquid ſit, praeſtantiſſimi & nobiliſſimi fuere juvenes, unde ſaepe *reges*, i. e. principes juventutis fuere adpellati, hi Argonautae. conſule celeb. Burm ad Val. Flacc. V. Arg. vs. 497. Omnes ſemideos fuiſſe docet Philoſtratus ſenior, lib. II. Iconum cap. 15. Vide & Heinſ. ad Val. Flacc. pag. 4.

12 JASONIS MATER CLIMENI ET MINIAE FILIA ERAT] Alcimede Clymenes quae fuit, Minyae filia erat Apoll. MICYLL. At Appollonius Climenen non conjugem Miniae facit, verum filiam. Igitur exiſtimo ſcripſiſſe noſtrum, *Jaſonis mater Climenis ex Minia, filiae filia erat.* SCHEFF. Scribo: *Climenes Minyae filiae filia erat.* Ita ſane diſerte tradit Apollon Schol. lib. I. 230. Jaſon enim filius fuit Alcimedes, quae filia Clymenes Minyae filiae erat. Confirmat me in hac conjectura Cl. Schefferus, cui, ut non paucis aliis in locis, ita & heic idem venit in mentem Non male etiam ſcripſeris, *Clymenes Minyae filiae erat*, ſubaudito Graeco more τῆς *filiae*. ut c. p. IX. *Amphion & Zetus Jovis & Antiopes Nyctei fuii* Vide notas ad cap. 81. Immo hanc veriſſimam dixeris conjecturam; adeo ut initio hujus capitis forte etiam ſit ſcribendum, *Alcimedes Clymenes Minyae filiae*. Nam ut varient multum veteres, nemo tamen Alcimedae Clymenum patrem dedit. Conſer Nob. Heinſ. ad Heroid. Ovid. vs. 102. Vindicavimus eundem hellenismum non uno loco

neque in patriam regreſſum habuerunt. Hylas enim [1] in Moeſia, a nymphis [2] juxta Cion flumenque Aſcanium raptus eſt; quem dum Hercules & Polyphemus requirunt, vento rapta navi [3] deſerti ſunt. Polyphemus ab Hercule quoque relictus, [4] condita in Moeſia civitate, perit apud Chalybas. Tiphys autem morbo abſumptus eſt, [5] in Mariandynis in Propontide, apud Lycum regem; pro quo navem rexit Colchos Ancaeus Neptuni filius. Idmon autem Apollinis filius ibi apud Lycum cum [6] ſtramentatum exiſſet, ab apro percuſſus [7] decidit. Ultor Idmonis fuit Idas Apharei filius, qui aprum occidit. Butes Teleontis filius quamvis cantibus & [8] cithara Orpheia vocabatur, victus tamen eſt dulcedine Sirenum,

Lactantio in Argumentis Fabb. Met. Naſ. quo ſcriptore neminem reperias Hygino ſimiliorem Vid. not. ad lib. VI. fab. 3. MUNCK. V. Burm. in *Jaſone*, & Meziriac. ad Ovid. T. II. p. 57.

1 IN MOESIA ] ſcribe *Myſia*. Ita enim habent omnes. Etiam noſter paulo poſt. Confer Strabonem lib. XII. SCHEFF. Cl. Schefferus emendat, *in Myſiâ*. Recte quidem, ſi reſpicias Apollon. Schol. I. 117. Propert. lib. I. el. 20. ſed non admodum neceſſario. Confundunt enim utrumque nomen poſterioris aevi tam Graeci, quam Latini ſcriptores, ut ad Dict. Cretenſ. lib. XI. obſervavit pridem Joſias Mercerus. Eandem confuſionem notavimus etiam nos quoque cap. 99. Videtur vicinitas ſoni τῆ υ & α eam peperiſſe. Scribit enim alicubi Victorinus Afer, ſi υ in Latium non fuiſſet receptum, pro *Hylas* dicendum fuiſſe *Hala*s. Bene Servius ad Georg. I. 102. Moeſiam à Myſia diſtinguit: *Moeſia provincia eſt Thraciarum vicina Scythiae: Myſia vero civitas Phrygiae, haud longe à Trojâ.* Idem tamen ad Ecl. VI. *Juxta Moeſiam* raptum hunc contigiſſe memorat. Atqui *Aſcanius Myſiae fluvius eſt*, ut recte Vibius Sequeſter. Melius Philargyrius ad Georg. III. 270. *Aſcanius amnis eſt Myſiae, ſed quia in Aſia eſt.* Legendum putem, *ſed quae in Aſia eſt.* Innuit ſcilicet etiam Myſiam eſſe in Europa. quod & Euſtathius in Dionyſium docet pag. 46. & quos ibidem laudat auctores. Confer Bruſium ad Orig. Iſidor. lib. XIV. cap. 4. Facit huc inprimis quod idem Iſidorus habet XVII. 9. *Venit ſaepe probabilior ex Myſiâ Aſiae.* MUNCK. Duae fuere Myſiae, altera Europaea ad Iſtrum, altera Aſiatica ad Helleſpontum ſita. Conſule Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 322. 830. Schol. Apoll. Rhod. L. I. Arg. vs. 1115. &c. & c Galeno utramque Myſiam illuſtrantem Ez. Spanhem. ad Call. H. in Dian. vs. 117.

2 JUXTA CION ASCANIUMQUE AMNEM ] Vide commentatores ad illud Propert. lib. I. 20. *Crudelis Minyis dixerit Aſcanius.* Corruptus in hac fabula Servius ad Ecl. VI. Virg. *Apud fontem Caleiamnis, cum aquatum iſſet, à Nymphis raptus eſt.* Lego *Aſcanii amnis.* Duae in unam voces coaluerunt, ſicut factum etiam exiſtimo ad illa Virg. AEn. VI. 67. *Animamque ſepulcro condimus. Rite ergo*, inquit, *redditâ legitimâ ſepulturâ, redit anima ad quietem ſepulchri, quam Stoici berciſcundi, id eſt, medium ſecuti, tamdiu durare dicunt, quamdiu durat & corpus.* Quid eſt, *berciſcundi*? Lego, *Quam Stoici ſepulcris condi, id eſt, medium ſecuti, tamdiu*, &c. De ſententiâ Stoicorum conſulendus Gatakerus ad Antoninum Philoſoph. pag. 139. de Cio Schol. Theocriti ad Eidyll. XIII. 30. Κιανοὶ οἱ τὴν Κίον οἰκοῦντες, ἥτις νῦν καλεῖται Πρῦσα, ὑπὸ δέ τινων Ἀθηνᾶς βασιλίσης Περσίδος. Κίος δὲ ὑπὸ Κίου τοῦ Ὀλύμπου, ἀφ' οὗ καὶ ὄρος ὁ Ὄλυμπος. Malè *Cbius* appellatur in Priſcian. Periegeſi: *Qua Cbius egregia decurrens murmurat unda.* Fuit enim & fluvius eodem nomine. MUNCK. Conſule de Cio Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 805. ubi etiam de proverbio ὕλας καλεῖν agit. Hanc fabulam explicat Serv. ad I. AEn. 619. eodem modo, quo Onaſus in primo Amazonidarum apud Schol. Apollonii Rhodii lib. I. Argon. vs. 1205. & Philoſtratus Heroic. cap. XIX. §. 2. Varias variorum de Hylae raptu ſententias profert Rutgerſius lib. III. V. L. cap. 8.

3 DESERTI SUNT ] Varias variorum hac de re ſententias corraſit Apollon. Schol. ad lib. I. 1290. MUNCK.

4 CONDITA CIVITATE ] Schol. Apollon. ad lib. IV. 1470. Ἔκλισε πόλιν Κίον, τὴν ὕστερον ὠνομασθῆναι ὑπὸ Βιθυνῶν πόλιν. MUNCK.

5 IN MARIANDINIS ] Schol. Apollonianus: Ἀπεβήσατο δὲ Ἴδμων εἰς Μαριανδύνια ὑπὸ κάπρου. Scribendum ergo eſſet, *Mariandynis*. Sed ſolenne eſt huic ſcriptori vel librariis I cum Y permutare. MUNCK.

6 STRAMENTATUM ] Cap. 18. habes, *Extra venatum.* cap. 248. *Extra metam.* putabam antehac ubique ſcribi, *Extra venatum*: quod vidi poſtea etiam placuiſſe Cl. Scheffero. *Exire* ergo poſui

num, & nataturus ad eas in mare ſe praecipitavit. Eum Venus delatum fluctibus [9] Lilybaeo ſervavit. Hi ſunt, qui non pervenerunt Colchos. [10] In reverſione autem perierunt. [11] Euribates Teleontis filius, & [12] Cantus Ceriontis filius interfecti ſunt in Libya, a paſtore Cephalione Naſamonis fratre, filio Tritonidis nymphae & Amphitemidis, [13] cujus fuſte pecus depopulabantur. Mopſus autem [14] Ampyci filius ab ſerpentis morſu in Africa obiit. Is autem in itinere acceſſerat comes Argonautis, Ampyco patre occiſo. Item acceſſerunt ex inſula Dia Phrixi & Chalciopes [15] Medeae ſororis filii, Argus, Melas, [16] Phrontides [17] Cylindrus, [18] ut alii ajunt vocitatos, [19] Phronius, Demoleon, Autolycus, Phlogius. Quos Her-

poſuit pro *ire*, ut cap. 120. *Nequis extra urbem exiret.* Nunc praeferam *ſtramentatum*, ut innuat eum iviſſe collectum ſtramenta, in quibus cubare ſoliti veterum heroës. Vide Schol. Hom. Iliad. Δ. 383. Theocrit. Eidyll. XIII. vers. 34. Gloſſ. vett *ſtramentum*, χαῦσμμα, στιβάδες. *ſtramenta*, χορτόστρωτοι στιβάδες. Certè de venatione apud Lycum inſtituta nihil hactenus comperi. Sequutus heic eſt Hyginus Apollon. lib. II. 817. qui itidem ab apro in Myſia occiſum eum memorat. Flaccus lib. V. peſtiferâ lue extinctum refert. MUNCK. V. Burm. in Cat.

7 DECIDIT ] H. e. *cecidit*. Claudianus praefat. in Ruff. *Phoebeo domitus Pythen cum decidit arcu.* Vetus interpres Pſalm. VII. 4. *Decidam merito ab inimicis meis.* MUNCK.

8 CITHARA ORPHEIA VOCABATUR ] Addunt aſteriſcum, quaſi deſit quidpiam. Sed ſcribendum eſt, *Orphei avocabatur.* Nihil certius. Et vide Apollodorum. SCHEFF. Cl. Schefferus emendat, *Orphei avocabatur.* quod probo. MUNCK.

9 LILYBAEO ] Al. *ad Lilybaeum.* MICYLL. Etiam hic deeſſe putant aliquid. Sed *Lilybaeo* dictum eſt cum praepoſitionis Ellypſi, pro *in Lilybaeo.* Ordo; *Venus cum ſervavit Lilybaeo, delatum fluctibus*, ſupple, *in Lilybaeum.* Ita enim ſolet noſter. Vide quae notavi ſupra c. 10. Niſi malis credere, olim *Lilybaeom* ſcriptum fuiſſe, *o* litterae virgula impoſita. Sed mihi alterum verosimilius videtur, Noſtroque convenientius. SCHEFF. H. e. *ad Lilybaeum.* Virg. AEn. V. 451. *It clamor caelo.* MUNCK.

10 IN REVERSIONE AUTEM PERIERUNT ] Scribo, *autem bi perierunt. Euribates &c.* SCHEFF. Schefferus mallet *bi perierunt.* ponenda praeterea erat poſt haec verba τελείη στιγμή, ut fieri curavi. MUNCK.

11 EURIBOTES ] De Cantho legas apud Apollonium lib. IV. V. 1485. non de Euribote. Et neſcio, an omnia hic ſint integra. Sane Paſtor quoque, Tritonidis & Amphitemidis filius, ipſi non *Cephallon*, ſed *Caphaurus.* SCHEFF.

12 CANTUS CERIONTIS ] Canethi eum filium facit Apol. eumque cum Mopſo in Lybiam delatum ibique periiſſe dicit. MICYLL. Apollon. lib. I. 78. eſt *Canthus Canethi filius.* MUNCK.

13 CUJUS FUSTE PECUS DEPOPULABANTUR. ] Nil hic deeſt, quod putarunt. Voces trajectae ſunt, quae ſic debent ordinari: *Et Amphitemidis, fuſte, cujus pecus depopulabantur.* Illud *fuſte* referendum ad praecedens *interfecti* ſunt. SCHEFF. Ego antehac conjectavi, *cujus furtis pecus* &c. Flor. lib. IV. cap. 4. *Lacerare furtis haereditatem.* Cl. Schefferus trajecta cenſet verba, legitque; *fuſte cujus pecus* &c. Sed Apollon. lib. IV. 1489. lapidis ictu interfectum Canthum tradit. Nobiliſſ. Heinſ. pro *fuſte* reſcripſerat *forte* in libro ſuo. Tollius. *fuſe.* MUNCK.

14 AMPYCI ] Scribendum eſt *Ampyci*, ut ſupra. Vid. Voſſ. de Idol. in Addend. lib. I. p. 241. SCHEFF. Recte *Ampyci.* Cl. Schefferus. Ita enim eſt in praecedentibus, & cap. 118. Μόψος Ἀμπυκίδης Heſiodo Aſp. vers. 181. ubi Schol. οἱ Ἀμπυκίδαι &c. Eſt ergo rectus caſus *Ampyx*, qui & apud Pauſaniam occurrit. Sed in recto Ἄμπυκος legitur etiam apud Schol. Lycophr. pag. 127. quod videtur Jonſtonum reſipere. Schol. Apollon. ad lib. I. 132. Ἰωνικῶς ὁ Φόλακος, ἀντὶ τοῦ Φύλαξ, κατὰ τὸ μάντις τοῦ μάντιος. MUNCK.

15 MEDEAE ] Ita reſcripſi pro *Medae.* Vide cap 21. MUNCK.

16 PHRONTIDES ] Malim *Phrontis*, ut habetur cap. 3. & apud Apollod. lib. I. p. 32. Sed cap. 21. rurſus *Phrontides* audit. Vide notas ad cap. 3. MUNCK.

17 CYLINDRUS ] *Cyterus* alii. MICYLL. Micyllus ſuſpicatur *Cyterus*, & ſic vocatur Apollodoro. Verum nil mutandum; ita namque ſcribitur & in ſequentibus V. fab. 21. SCHEFF.

18 UT ALII AJUNT ] Scribe, *At alii ajunt, vocitatos, &c.* SCHEFF. Cl. Schefferus, at alii. MUNCK.

19 PHRONIUS ] Hic non comparet apud Apollon-

Hercules cum eduxiſſet habiturus comites, dum [1] Amazonum balteum petit, reliquit terrore perculſos [2] a Dascylo qui regis Manſuaden * filia. Hi autem, cum exirent ad Colchos, Herculem ducem facere voluerunt. ille abnuit, [3] ſed potius Jaſonem fieri oportere, cujus opera exirent omnes. [4] Dux ergo Jaſon regnavit. Faber [5] Argus Danai filius, [6] cujus poſt mortem rexit navem Ancaeus [7] Neptuni filius. Proreta navigavit Lynceus Apharei filius, qui multum videbat. [8] Tutarchi autem fuerunt

lon. lib. II. 958. Sed tres tantum, *Autolycus*, *Phlogius*, *Deileon*. de quibus poſtremus forte in locum Demoleontis ſubſtituendus. MUNCK. Conſule Voſſium ad Val. Flacc. v. Arg. vers. 115. & cl. Burm. in *Cyllndrus*.

1 AMAZONUM BALTEUM ] Malim *Amazonium* vel *Amazonis*. Deſumpta haec ex Scholiaſte Apollonii: Οὗτοι καλλειφθέντες ὑπὸ Ἡρακλέους ἐπὶ τῇ Ἀμαζόνος ζωστῆρος κτλ. MUNCK.

2 A DASCYLO QUI REGIS MANSUADEN *FILIA] *A Daſcylo regis Mariandyni fil.* MICYLL. Non rejicio, quod habet Micyllus: *a Dajcylo, regis Mariandyni filio.* Regis hujus nomen legas etiam apud Strabonem. SCHEFF. Micyllus: *a Daſcylo regis Mariandyni filio.* Ego hoc amplius cenſeo. *a Daſcylo Lyci regis Mariandyni filio.* Daſcyli erat filius is Lycus, & filium itidem Daſcylum habebat. Vide Apollon. lib. II. 805. & Schol. ad vers. 754. Περίλαον Lyci filium habes apud Nicandri Schol. pag. 65. Ὁ δὲ Περίλαος, inquit, υἱὸς Λύκου βασιλέως Μαριανδυνῶν (leg. Μαριανδυνῆς) ὃς ἀπέφηνε τὸν Ἡρακλέα τῇ Πολυκῇ. MUNCK. Vide & Schol. Apoll. Rh. II. 726.

3 SED POTIUS JASONEM FIERI OPORTERE] Vir doctus ſupplet, *oportere dixit*. Ego ſubaudire malim. Novimus iſta ſcriptorum etiam politiſſimorum τὸν ἀπεριτόδλητα compendia. Plinius Panegyrico. *Cum abactus boſtium exerceret, omniaque dextra laevaque attrita.* H. e. attrita jacerent vel eſſent. Cic. ad Att. lib. X. cap. 4. *Horum ego ſummorum imperatorum non modo res geſtas non antepono meis; ſed ne fortunam quidem ipſam, quâ illi florentiſſima, nos, duriore conflictari videmur.* Subaudiendum extrinſecus, *uſi ſunt*, quaſi ſcriptum eſſet, *quâ illi florentiſſimâ uſi ſunt*. Ut heic Hyginus, ita eodem prorſus modo Juſtinus lib. XXXI. cap. 1. *Negantes eum aequo animo ſub legibus vivere aſſuetum imperio; & immoderatâ licentiâ militari; ſemperque taedio quietis urbanae, novas belli cauſas circumſpicere.* Subaudi *dicentes*. Phaedrus lib. IV. 17. *Non veto dimitti, ſed cruciari fame.* ſc. *jubeo*. Vide ibi Fabrum. Caeterum fuiſſe tamen, qui Herculem Argonautarum ducem fecerint, diſces ex Apollod. lib. I Diod. lib. IV. Anton. Lib. cap. XXVI. MUNCK. Conſule c. Graevium Epiſt. 665. ad Nic. Heinſium. Ad Phaedri locum plura hujus ellipſeos exempla dedit Cl. Burm. nec non Oudendorp. ad J. Caeſar. l. VII. B. G. c. 77. quem loquendi modum a Graecis mutuati ſunt. Sophocl. Electr. vs. 437. Ἀλλ' ἐ πτοαῖσιν, ἢ ξαλυσκαφῆ κόπει κρύψον πν. ubi ſub πτοαῖσιν ſubintelligitur vel τὸ ῥίψαν, vel τὸ δός. Plura de hac ellipſi Scholiaſtes ibi profert. Paullus Apoſtolus I. Tim IV. 3. Κωλυόντων γαμεῖν καὶ ἀπέχεσθαι βρωμάτων. qui locus cuique notus Sophocl. Trach. vs. 570. - οὔτε πομπίμοις Κώπαις ἰσόσαν, οὔτε λαίφεσιν πίνας. ubi aliud verbum quam ἰσόσαν ſubintelligitur.

4 DUX ERGO JASON REGNAVIT ] An potius *navigavit*? ut mox: *Proreta* navigavit *Lynceus* &c. WOPKENS.

5 ARGUS DANAI ] Vide ſupr. *Argus Polybi*. MUNCK.

6 CUJUS POST MORTEM] Ante haec verba deeſſe quaedam docent tum illa, quae praeceſſerunt, tum quae habentur cap. 18. Puto ſcripſiſſe Hyginum: *Gubernator fuit Tiphys, cujus poſt* &c. Tzetzes ad Lycophr. pag. 143. Μετὰ δὲ Δάναον αὐτὸν ἐκυβέρνα Ἀγκαῖος ὁ Ἀργώου. MUNCK.

7 NEPTUNI FILIUS PRORETA NAVIGAVIT ] Peſſime haec diſtinguuntur, nam poſt *filius* ſcribendum comma, cum non Ancaeus fuerit proreta, verum Lyncaeus. dixi pridem in libris de militia Navali. SCHEFF. Ita ex ſententia Cl. Schefferi diſtinxi haec verba. Nam Lynceum, quod viſu acerrimo eſſet praeditus, veriſimile eſt Proretae obiiſſe munus. Apud Pindarum tamen Pyth. od. IV. πρωρεὺς eſt Euphemus. MUNCK. Recte Schefferus diſtinxit. Philoſtratus lib. II. Iconum, cap. 15. Λυγκεὺς δὲ ὁ Ἀφαρέως, ἐπίτακτος τῇ πρῴρᾳ. & cur haec provincia Lynceo demandata fuerit, latiſſime ibidem docet, qui paullo ante cum Noſtro Hygino *Typhyn* navis gubernatorem ſtatuit.

8 TUTARCHI ] Scribendum eſt, *tucarchi*, vel *tycharchi*. Graecis enim τύχαρχοι, de quibus egi in eodem opere. SCHEFF. Reſingendum *Toechbarchi*. Τοίχαρχοι, qui praeeſt remigibus, qui ſunt in lateribus navis. Ita correxeram, ſed jam occupatus a magno Turnebo, cum vidi Cl. Schef-

runt Zetes & Calais Aquilonis filii, qui pennas & in capite & in pedibus habuerunt. Ad proram & remos ſederunt Peleus & Telamon. [9] Ad pitulum ſederunt, Hercules & Idas. Caeteri [10] ordinem ſervaverunt. [11] Celeuma dixit Orpheus, [12] Oeagri filius. Poſt, [13] relicto eo ab Hercule, loco ejus ſedit Peleus AEaci filius. Haec eſt navis Argo, quam Minerva in ſideralem circulum retulit, ob hoc, [14] quod ab ſe eſſet aedificata. ac primum in pelagus deducta eſt haec navis,

Schefferum eruditi operis de Mil. navali lib. IV. cap. 7. legere *Tucarebi*. Adi ipſum. Veteriſſimorum ſcriptorum fuit ſane ſine adſpiratione ſcribere *Caron* pro *Charon*, & ſimilia. Imitata eſt id non raro inferior aetas. Fulgent. praefat. lib. 1. *Quo ferant Caronem citius ſopiturum.* Schol. Juvenalis ad Sat. III. vers. 266. PORTHMEA. *Carinam.* lege, *Caronem* h. e. Charontem. MUNCK.

9 APUD PITULUM SEDERUNT ] Barthius ſubſtituit, *ad placitum.* Fruſtra, nec eſt quidquam mutatum. quid ſit, *ad pitulum ſedere*, oſtendo prolixe in curis ſecundis librorum de Militia Navali. SCHEFF. Quid *Pitylus* ſignificet, explicat Turnebus Adverſ. lib. XXVIII. cap. 43. Petavius ad Syneſium pag. 32. Schol. AEſchyl. Ἑπτ. vers. 862. Κτύπον interpretatur. Cl. Schefferi curas ſecundas de Mil. navali, in quibus iſtam ſe lectionem explicare ait, nondum vidi. Barth. ſuſpicatur, *ad placitum.* Doctiſſ. Pittenius emendat, *tutelam*, locumque hunc Hygini ita conſtituit, ut ad Antonin. Liberal. monet Cl. Berkelius: *Ad proram ſederunt Peleus & Telamon, ad tutelam Hercules & Idas. poſt relicto eo ab Hercule, loco ejus ſedit Peleus AEaci filius. Caeteri ad remos ordinem ſervaverunt.* Tranſpoſitionem probo. Ab emendatione ejus parum abit conjectura Cl. Tollii, *ad puppim.* Ego aliquando conjeceram *portiſculum*, quod ſequeretur, *relicto eo.* & intelligerem, *portiſculo.* Sed nunc minus placet. Scheſferus: *relicto Ida.* Sed nullus dubito, quin veriſſima ſit conjectura doctiſſ. Jacobi Perizonii, *relicto ab eis Hercule.* Schol. ad Stat. Theb. v. 453. *Quem dum Hercules quaerit, relictus ab Argonautis in Myſia eſt.* MUNCK. *Ad pitulum ſederunt.* nihil ſignificat; πίτυλος enim dicebatur ille ſtrepitus, quem edebant remiges remos impellentes. conſule ill. Spanh. ad Ariſtoph. Rom. vs. 1105. hinc ad alia transfertur ut πίτυλος δακρύων, pro ὀφμὴ, φορὰ, πλημμύλημα. V. Schol. Eurip. Hippolyt. vs. 1465. & πίτυλος πούφου dixit in Alceſt. vs. 798. itaque latet quid, quod licet probabili conjectura adſecutus videatur Pittenius, absque codicum auctoritate in textum recipere non auſim.

10 ORDINEM SERVAVERUNT ] hoc eſt, ſedebant ad remos, communi more remigantium. Ordo enim proprie remorum in navibus, eſt ex nauticis locutionibus, de qua re in praedictis curis. SCHEFF.

11. CELEUMA ] Grotius ad Capell. lib. 1. & Savaro ad Sidonium adducunt *celeuſma.* Sed *celeuma* bene habet. Rutilius lib. 1. *Dum reſonat variis vile celeuma modis.* Apollin. Sidonius lib. 11. epiſt. 10. *Amnicum celeuma.* Atque ita habent quoque antiquae editiones Martial. lib. III. 67. Nempe κέλευμα pro κέλευσμα dicunt etiam Graeci. Magno clamore id dicebatur. Unde Macarius eos, qui magno clamore inter precandum utuntur, comparat Celeuſtis. Hom. VI. Οἱ δ', inquit, κραυγῇς κιχρηΐζοι κελεύσμασι λαὸν ἄγοντες. Interpres imperitè: *Proretis ſimiles ſunt.* Alius *Proreta*, alius *Celeuſtes.* Huc faciunt illa in Actis S. Genovefae virginis cap. 7. *Pariterque omnes cum eo in modum celeumae concinentes magnificaverunt Deum, in coelum clamore ſublato.* Aſcon. in Divin. *Cani remigibus celeuſma per ſymphoniacos ſolebat, & per aſſam vocem, id eſt, ore prolatam, &, ut in Argo navi, per citharam.* MUNCK. Conſule celeb. Burm. ad Val. Flacc. l. 1. Argon. vs. 186. Ad terreſtre praelium translata vox, quanto cum clamore celeuſma dictum ſit, monſtrabit apud Euripid. in Supplic. vs. 700. Καὶ παραγγεύων κέλευσμα κἀλαλητὸν σὺν παλῇ ξοῇ Θεᾶν.

12 OEAGRI FILIUS ] Vide Philargyrium & Servium ad Virg. Georg. IV. 524. & quae notavi ſuperius. MUNCK. De numero Argonautarum non convenit inter Antiquos. Vide P. Leopardum lib. IX. Emend. cap. 24.

13 RELICTO EO AB HERCULE ] Quis illa *eo?* Emendo, *relicto. Ida ab H.* SCHEFF.

14 QUOD AB SE ESSET AEDIFICATA. AC PRIMUM ] Diſtinctio eſt vitioſa, & ſic conſtituenda; *q. a. ſ. e. aedificata, ac primum in pelagus deducta. Eſt haec navis in aſtris apparens &c.* SCHEFF. Non malè corrigit diſtinctionem Cl. Scheſferus: *Quod ab ſe eſſet aedificata, ac primum in pelagus deducta. Eſt haec navis &c.* Caeterum pro *primum* mallem *prima.* Manil. lib. 1. *In coelum ſubducta mari, quod prima cucurrit.* Ovid. VIII. Met. 302. *Primaeque ratis molitor Jaſon.* Aſtron. II. 37. *Hanc autem primam in mari fuiſſe complures dixerunt.*

navis, in aſtris adparens a gubernaculo [1] ad velum. Cujus ſpeciem ac formam Cic. in Phaenomenis exponit his verſibus:

*At canis ad caudam ſerpens* [2] *praelabitur Argo,*
[3] *Converſam prae ſe portans cum lumine puppim.*
*Non aliae naves ut in alto ponere proras*
*Ante* [4] *ſolent, roſtris Neptunia prata ſecantes.*
[5] *Sicut cum coeptant tutos* [6] *contingere portus,*
*Obvertunt navem magno cum pondere nautae,*

[7] *Aver-*

runt. Schol. German. *Quaeque prima ab ed fabricata eſt* &c. Eratoſthenes καταστερ. cap. 35. Πρώτη τὸ πέλαγος διέπλευσε ἄνθρωπος ὤν. Catull. Carm. 65. *Illa rudem curſu prima imbuit Amphitriten.* Schol. Arat. ed. Lond. Ὅτι πρώτη ναῦς ἐπέρασε παρ' αὐτῆς. Adde Phaedrum libr. IV. c. 6. Ovid. II. Amor. el. XI. vers. 1. Verius tamen eſt, quod apud Plin. VII. cap. 56. tradit Philoſtephanus, *longâ nave Jaſonem primum navigaſſe.* Pro vulgata lectione adducere poſſis illud Sulpicii Hiſt. Sacrae lib. I. cap. 2. *A quo primum civitas condita eſt.* MUNCK. Schol. Apoll. Rh. I. Arg. vs. 4. refert, ταύτην δὲ (Ἀργὼ) φασι πρώτην ναῦν γενέσθαι μακράν. ἄλλοι δὲ λέγουσι Δαναὸν δυνάμενον ὑπὸ Αἰγύπτου πρῶτον κατασκευάσαι, ἐφ' ᾗ καὶ Δαναΐς ἐπλεύσθη. De qua navi vide Munck. ad fab. 168. & Schol. Eurip. in Medea vs. 1. ideoque omnia iſta loca Ovidii & Senecae, quae congeſſit Cloſan. ad lib. VI. Met. vs. 721. de *longa navi* ſive *bellica* intelligenda ſunt. Conſule S. Bochartum lib. II. Geogr. S. cap. II. pag. 739. & cl. Burm. ad Val. Flacc. II. Argon. vs. 287. Nam Deucalion & Pyrrha navicula jam uſi ſunt. Lactant. ad Statii lib. III. Theb. 560. Imo IO jam fugiſſe dicitur ἐπιβᾶσα πλοίου φοινικίδος ab Anonymo de Incredibilibus cap. 15. Ed. T. Gal. Vide etiam Lector, quid referat Plutarchus in Theſeo, p. m. 8. C. Et plura ſi quis de hac navi ſcire deſiderat, adeat Steweg. ad Veget. lib. IV. de R. M. cap. 33. Meziriac. ad Ovidii Epiſtol. VI. Heroid. pag. 80. 81. Columnam ad Ennii fragm. ex Medea pag. 199. Charax narrat, Argonautas non una navi Argo, ſed pluribus navibus mare fuiſſe ingreſſos, apud Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. vs. 687.

1 AB SE AEDIFICATA] Theo ad Arati Phaenomena pag. 41. Ed. Morell. Ἰασονὶς δὲ ἡ ναῦς ἦ Ἰάσονος, καταστερίσθη δὲ αὕτη διὰ τὴν ΑΘΗΝΑΝ, ὅτι πρώτη ναῦς ἐπέρασε παρ' αὐτῆς. Apollodorus lib. I. pag. m. 53. κἀκεῖνος (Ἄργος) ΑΘΗΝΑΣ ὑποθεμένης πεντηκοντόρου ναῦν κατασκεύασε τὴν προσαγορευθεῖσαν ἀπ' ἐκείνου Ἀργώ. Hinc ab Apollon. Rhod. lib. I. vs. 551. vocatur ἴφθιμον Ἀθηναίης Ἰτωνίδος. Vide Schol. ad lib. II. vs. 615. ſic Minerva prima Danao navim biproram 50. remigum aedificaſſe dicitur. Munck. ad Hygin. fab. 168. & Apollodor. lib. II. p. 70. quae fabulae nil niſi has naves divina prudentia inventas eſſe indicant. Conſule Eund. Schol. ad lib. I. vs. 763. ſimilia ſinxere de equo Trojano Minervae, quae & Trojae valtatrix dicitur, opere. Vid. Euſt. ad Dionyſ. Perieg vs. 815. & Cerda ad Virgil. II. AEn. 15. & hoc ſenſu de Diis Poetarum Graecorum fabulas cunctas jam multi ex antiquis fuerunt interpretati. Confer Plutarch. in Amatorio pag. 757. & Philoſtrat. Heroic. prooem. §. 3. Hercules dicitur a Ptolem. Hephaeſtione hanc navim fabricaſſe & a Jaſonis filio Argo adpellaſſe. Sed haec reliquis ſcriptoribus non congruere docent Meziriacus ad Ovid. Epiſt. VI. Heroid. p. 75. & Celeb. P. Burm. in voce *Hercules.* Hanc poſt confectum iter Neptuno ſacram feciſſe dicitur Jaſon ab Apollodoro lib. I. pag. 69.

2 AD VELUM] Eratoſthenes: Οἱ δ' ὀπίσω εἰσὶν ἴσοι καὶ ἰσῶς σὺν τοῖς πηδαλίοις. Etſi parum refert, praeferam tamen *ad malum.* Noſter Aſtron. II. 37. *Diviſa eſt à puppi uſque ad malum.* Schol. German. *Quam notatam in coelo figuravit, ſed a gubernaculis uſque ad malum.* Pro *notatam* Bochartus *mutatam* reponit Hieroz. Part. II. Ego legerim, *non totam.* Forte eſt, ut ita habeat Sanctandreana editio, quae paucis hebdomadis poſſeſſa in piperatam manum incidit: Sed nihil mutare heic eam mihi affirmant, e quibus eſt inſpecta. Hyginus Aſtron. II. 37. *Hujus non tota effigies inter aſtra videtur.* Scripſeram haec, cum inveni cap. 12. lib. IV. *Navis Argo ſine totius veli.* Nihil ergo mutandum. MUNCK.

3 PRAELABITUR] Quaedam Ciceronis editiones habent, *prolabitur.* MUNCK.

4 CONVERSAM PRAE SE] Conſule ſummi viri Gron. Obſerv. lib. IV. cap. 26. MUNCK.

5 SOLENT ROSTRIS] Editiones vulgatae Ciceronis habent, *roſtro*; ſed noſtrum magis convenit praecedenti *naves.* SCHEFF.

6 SICUT CUM &c.] Ante hunc verſum inſerendus eſt ille ex Cicerone: *ſed converſa retro coeli ſe*

*per*

*7 Averſamque trabunt optata ad littora puppim:*
*Sic converſa vetus ſuper aethera 8 labitur Argo.*
*9 Inde gubernaclum 10 tendens a puppe volante*
*Clari poſteriora canis veſtigia 11 tangit.*

Haec navis habet ſtellas in puppe quatuor, 12 in gubernaculo dextro quinque, in ſiniſtro quatuor, conſimiles inter ſe omnino tredecim.

## XV. 14 *Lemniadae.*

15 In inſula Lemno mulieres Veneri ſacra aliquot annos non fecerant, cujus

*per loca portat.* MUNCK.

7 Contingere portus ] Vulgo edunt, *conſtringere.* Sed noſtri lectionem eſſe veriorem, & res, & codices antiqui docent, quos & Lambinus laudat. *Tangere, contingere portus* nauticum, non *conſtringere.* SCHEFF. Recte *contingere* Hyginus, non *conſtringere*, ut apud Ciceronem diu lectum fuit. Germanicus: *Optatam cupiens contingere terram.* MUNCK.

8 Adversamque ] Recte emendat *averſamque* Grotius. Germanicus: *Averſamque ratem votis damnatus ad oram Praeligat.* Theon in Aratum pag. 143. Ὄχιδον φέρεσθαι τὴν Ἀργὼ περὶ πρύμναν ὁμοίως ταῖς καθ' ὁρμοῦσαις ναυσί. MUNCK.

9 Labitur Argo ] Vulgati; *vertitur Argo.* At *converſa vertitur* inepte dicitur, niſi fallor. Quare iterum hanc praefero lectionem. SCHEFF.

10 Inde gubernaclum ] Ante hunc verſum omiſſi rurſus duo illi, *Atque uſque à prorâ ad celſum fine lumine malum, A malo ad puppim cum lumine clara videtur.* MUNCK.

11 Tendens a puppe volante ] *Diverſo lumine fulgens.* MICYLL. Vulgo pro his, *diſperſo lumine fulgens*, ſed neſcio, quomodo hic quoque lectio noſtri magis accommodata rei videatur, cum praeſertim illud *diſperſo lumine* ſit obſcurum. SCHEFF. In Cicerone eſt: *Diſperſo lumine fulgens.* MUNCK.

12 Tangit ] Al. *condit.* MICYLL. Vulgo *condit.* SCHEFF. In Cicerone eſt *condit.* Sed Hyginianam lectionem merito cum Grotio & Scheffero praeferas. MUNCK.

13 In gubernaculo dextro ] Habuit igitur in puppi duo gubernacula. Petronius: *Nunc per puppim, per ipſa gubernacula dilabendum eſt.* Conſule Scheffernm Milit. Nav. lib. II. cap. 5. Scalig. ad Manilium pag. 368. Bochartum Hieroz. Part. II. lib. IV. c. 2. ubi Poenorum naves duplici inſtructas fuiſſe gubernaculo oſtendit. Hygin. Aſtron. lib. III. *Haec habet in puppi ad ſingula gubernacula, ad primum ſtellas quinque, ad alterum quatuor: circum carinam quinque, & ſub rejectum quinque, ad malum quatuor.* Si idem eſt Hyginus, ſequutus heic eſt, ut ſaepe ſolet, diverſos auctores. MUNCK. Conſule, quos laudat Celeb. Burm. ad Petron. Satyr. c. 102. Haec gubernacula duo pariter in puppi erant, ut recte ex h. l. Munkerus & Cel. Perizonius ad AElian. l. IX. V. H. cap. 40. animadvertunt, alterum a dextro, alterum a ſiniſtro latere; non vero alterum in prora, alterum in puppi, ut putat Doctiſſ. Alberti ad Acta Apoſtol. XXVII. vs. 40. quod duntaxat, locum habebat in navibus biproris, vel ἀμφιπρύμναις, quarum prora & puppis ſingulae habebant uſum utriuſque. vide Perizon. l. l. Inluſtrat hunc locum Euripides in Iphig. Taur. vs. 430. licet de hac navi non agens:

Συρίζουσιν καλὰς πρύμνας
Εὐπλοίαις πηδαλίοις.

## Ad CAP. XV.

14 Lemniadae ] An *Lemniades*? non dixerim. Vide notata a nobis ad Fulgent. prol. lib. I. cap. 2. lib. III. & quae in diſſertatione diximus, nec non infr. ad cap. 157. MUNCK.

15 In Insula Lemno ] Narrarunt praeter Hyginum hanc fabulam Schol. Apollon. ad lib. I. 209. Homeri ad Iliad. II. 467. Euripidis ad Hecub. vers. 887. Statii ad v. Theb. 29. Antigon. Hiſtor. Mir. 130. Apollod. lib. I. Apoſtolius Cent. XI. 96. Valer. Flaccus lib. II. 113. Verba Statiani interpretis ad lib. v. Th. 59. exſcribi merentur, *Quia*, inquit, *adulterium Veneris in honorem Vulcani dimiſerant, inde nulla Veneris ſedes in Lemno eſt. Unde iratum numen odorem faeminis bircinum immiſit, ob quam cauſam horruiſſe viri dicuntur uxores.* MUNCK. Conſule Philoſtratum cap. XIX. Heroicon. §. 14. & ibi Olear. Schol. Pindari O. Pyth. IV. vs. 88. adde Schol. Apoll. Rh. I. Arg. vs. 615. 620. & ſeqq. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 34. & Meziriac. ad Ovid. Tom. II. p. 40.

cujus ira viri earum [1] Threſſas uxores duxerunt, & priores ſpreverunt. At Lemniades ejuſdem Veneris inpulſu conjuratae, genus virorum omne, quod ibi erat, interfecerunt, [2] praeter Hypſipylen, quae patrem ſuum Thoantem clam in navem inpoſuit, quem tempeſtas in [3] inſulam Tauricam [4] detulit. Interim Argonautae praenavigantes [5] Lemno acceſſerunt. Quos ut vidit Iphinoe, [6] cuſtos portae, nunciavit Hypſipylae reginae; cui [7] Polyxo aetate conſtituta dedit conſilium [8] ut eos laribus hoſpitalibus obligaret, [9] hoſpitioque invitaret. Hypſipyle ex Jaſone procreavit filios [10] Euneum & [11] Deiphilum. Ibi cum plures dies retenti eſſent, ab Hercule objurgati diſceſſerunt. Lemniades autem

1 THREISSAS UXORES ] Ancillas αἰχμαλώτας è Thracià avectas. Horat. III. 9. *Me nunc Threſſa regit Chloe.* Valerius: *Has agimus longi famulas tibi praemia belli.* MUNCK. Schol. Pind. O. Pyth. IV. vs. 449. ait, αἱ τῶν Λημνίων γυναῖκες ἀστόρησαν ἰις τὸν Ἀφροδίτην, διεικῶς ἔχει μηνίσαν τὴν Θεόν. μῶσες γὰρ ἀυταῖς ἀχὸς τὰς ἄνδρας προσεπέψατο. ἀ δ' ἄτης ἐκεῖνοι ἀχὸς τὰς Θρᾴκας πολιμώλης, κἀκ δ' πολίμα τὰς ΑΙΧΜΑΛΩΤΙΔΑΣ λεθέντες, παρεκειμῶντο. ἐφ' ᾧ ζηλοτυπήσασαι αἱ γυναῖκες, ἐψηφίσαθο ὰ Θρᾴκης τὰς ἄνδρας ὑποδέψασθαι ἀντλεῖν. ὅτις δ' τετελέκασιν. De Threſſis mulieribus vid. Heinſ. & Burm. ad Ovid. XIX. Heroid. 100.

2 PRAETER HYPSIPYLEN ] Vide Schol. Apoll. Rh. I. vs. 620.

3 INSULAM TAURICAM] *OEnoeam* Apol. habet. MICYLL. *OEnoeam* appellat Apollon. I. 623. Addit etiam *Sicinum* poſtea appellatam. Euſtathius in Dionyſium: (vs. 306.) *Tauri populi a tauro animali vocantur, eo quod Oſiris ibi juncto bove terram araverit. apud ques eſt inſula Taurica, quae & Maeotica, magna & celebris.* De iſta inſula loquitur heic Hyginus. MUNCK. Vide Meziriac. ad Ovid. Tom. II. p. 44 *Inſulam* vero hic pro *peninſula* poni diſces ex Celeb. P. Weſſelingio ſive Holſteinio in ejus notis ad Antonini Itinerar. pag. 522.

4 DETULIT ] Proprie. ſic fab. 14. *Eum Venus delatum fluctibus Lilybaeo ſervavit.* fab. 16. *Nocte tempeſtate orta, ad eandem inſulam ignari delati ſunt.* fab. 63. *Ea voluntate Jovis delata eſt in inſulam Seriphum.* Virgil. v. AEn. vs. 57. - *Portus delati intramus amicos.* Cicero IV. Academ. Quaeſt. 3. *Ad quamcunque ſunt diſciplinam quaſi tempeſtate delati, ad eam, tamquam ad ſaxum, adhaeresc. ſcunt.* Livius l. XXIII. c. 10. *Navem Cyrenas detulit tempeſtas.*

5 LEMNO ACCESSERUNT ] Figurate, , ajunt Technici, dativus pro accuſativo. Inſr. cap. 108. *Tranſtulerunt Tenedo.* Sulpic. Severus lib. I. *Rubo acceſſit.* &, *AEgypto advenerat.* Vict. Illuſtr. 77. *Truncus jactus Nilo.* Imo & Graecè Muſaeus, ἔρριψε θαλάσσῃ. Virg. AEn. I. 293. *Accipies coelo.* XII. 256. *Projecit fluvio.* 380. *Effudit ſolo.* Ecl. II. 30. *Compellere bibiſco.* ubi Servius: *Sic dixit bibiſco, ad bibiſcum, ut, it clamor coelo, pro ad coelum.* Horat. I. 24. *Nigro compulerit gregi.* Phaedr. lib. IV. *Coelo receptus propter virtutem Hercules.* Auctor Orig. gentis Rom. *Creditum eum vivum abſumptum coelo.* Lego, *adſumptum.* Contrarium vitium occupavit Cyprianum Tract. de Eleem. cap. 6. *Feciſſet ſubcinericium panem, quo adſumpto moritura cum liberis eſſet.* Lege, *abſumpto.* Sulpicius in hac hiſtoriâ lib. I. *Quo abſumpto una cum filiis mortem exſpectaret.* Peccatum pariter a librariis Aſtron. II. cap. 16. *Vivam arreptam ad inferos eſſe.* lege *abreptam.* Silius lib. XV. *Ire ſoreri*, pro ad ſororem. Terent. And. I. 1. ſi Nonio fides habenda, *Commigravit huic vicinias.* Obſequens prodig. cap. 43. *Ne unquam Romae revertertetur.* niſi *Romam* ibi reponendum cum Scheffero. Pſeudo-Cyprianus in Revelatione capitis J. Baptiſtae: *Quemadmodum Hieroſolymis iverit orationis gratiâ.* Et interpres Concilii Epheſini p. 160. Ed. Cont. *In juge exilium Petrae deduci jubeat.* Sic *ubi* pro *quo* in modo laudato Tractatu Cyprianus: *Pergens illico, ubi juſſus fuerat.* Halmo Homil. pag. 37. *Cum ibi Jacob veniſſet.* Gajus Digeſt. lib. I. Tit. II. parag. I. *Cum ibi veniremus.* Gregor. dial. lib. I. *Ubi vis ire?* Adde not. ad Lact. Argum. lib. XIV. fab. I. Sed in multis ablativum per ſubauditam praepoſitionem, quam ſaepe addi ad cap. 92. oſtendo, pro dativo perperam acceptum credo. Hyginus cap. 9. *Regiâ recepit.* 125. *Caſâ recepit.* Hieron. ad Furiam: *In ſinu Abrahae recipitur.* Fulg. I. 2. *In mari projecta ſunt.* Quod tamen apud Dictyn legitur lib. V. *Reliquias aureas urnae conditas*, vitioſum non puto, cum apud Prudentium ſimiliter dictum reperiatur Pſych. vers. 105. *Condere vaginae gladium.* Et apud Florum lib. I. c. 13. *Partim in doliis defoſſa terrae recondunt.* Auſon. epigr. 94.

Lo-

tem poſtquam ſcierunt, Hypſipylen patrem ſuum ſervaſſe, conatae ſunt eam interficere. illa fugae ſe mandavit. Hanc praedones exceptam Thebas deportarunt, & [12] regi Lyco in ſervitium vendiderunt. Lemniades autem quaecunque ex Argonautis conceperunt, eorum nomina filiis ſuis inpoſuerunt.

## XVI. *Cyzicus.*

CYZICUS [13] Euſori filius rex [14] in inſula Propontidis, Argonautas hoſpitio liberali excepit. Qui cum ab eo diſceſſiſſent, totumque diem navi-

*Zonae textum elegeion erat.* Lactant. Argum. lib. IV. 5. *Quam ille cum terrae defodiſſet.* Apulei. III. Met. *Tonſtrinae reſidentem conſpexit.* Feſtus: *Stipes fuſtis terrae defixus.* Vide, quae praeterea notamus ad cap. 108. MUNCK. *Venit medio*, pro *in medium venit.* Serv. ad Virg. III. AEn. vs. 417. & ad vs. 678. *Coelo capita alta ferentis*, pro *in coelum.* ad V. AEn. 34. *Notae adverſuntur arenae* pro *ad notam arenam.* Graeci profecto ita locuti fuerunt. Euripid. Iphig. in Taur. 158. Ἀΐδᾳ πέμψας, pro *ad Plutonem mittens.* In Androm. vs. 620. δώμασιν λαβεῖν pro *in aedes recipere.* in Alceſt. vs. 543. χωρὶς ξυνὸς εἶσιν, εἶτ' εἰσάξομαι, pro εἰς ἃς εἰσάξομαι. & ut ſupra, Ἀΐδᾳ πέμψας, ſic in Bacchis vers. 1045. ἐς ἐμῶν κομπὸς ἐν θυρέτροις, pro εἰς θυρέτρους. Sophocl. Trachin. vs. 802. χθονὶ ῥίπτων ἐκεῖσε. Pind. Olymp. Od. VI. vs. 97. Ἀλφεῷ μέσσῳ καταβάς pro deſcendens in Alpheum medium. & O. Iſthm. VI. vs. 60. Ὁ δ' ἀλείπτας ἀγαθῷ χαίρει pro εἰς τ' ἀγαθόν.

6 CUSTOS PORTAE] Urbis videlicet Myrinae. Apollon. I. 634. MUNCK.

7 POLYXO AETATE CONSTITUTA] Anus Hypſipyles nutrix. Apollon. I. 664. MUNCK.

8 UT EAS LABIBUS] Sine dubio ſcribendum *eos*, quia ſermo eſt de Argonautis; quod facile apparet. SCHEFF. Ita repoſui pro *eas*, poſtulante id ſententia. MUNCK.

9 HOSPITIO INVITARET] H. e. in hoſpitium. Gregor. Dial. I. *Requirens hunc invitavit hoſpitio.* Dictys lib. III. *Quicum eo venerant, cito invitatur.* Noſter cap. 18. *Recepit hoſpitio.* 186. *Duxit conjugio.* MUNCK. Vide Schol. Apoll. Rh. vs. 773.

10 EUNAEUM] Scribe, *Euneum.* Εὐνεύς eſt Homer. Iliad. H. 469. Ἔυνεως Straboni lib. I. Εὔνεος Apollod. lib. I. & Apoſtolio Cent. XI. 98. Sed nullus dubito, quin corrigendus ſit uterque, & legendum. Ἔυνεως vel Ἔυνεως, quod idem eſt. Vide Etym. Magnum in Ἐυνείδαι. Non malè Lactantius ad VI. Theb. 342, ita dictum cenſet *boni ominis cauſâ à patre navigaturo.* MUNCK. Jaſonis filium vocat Philoſtratus ΕΥΝΕΩΝ cap. IV. Heroic. §. 2. Vide Meziriac. ad Ovidii VI. Epiſt. Herold. vs. 22.

11 DEIPHILUM] *Thoantem* Statius. MICYLL. Rectius ſcripſeris, *Deipylum.* pro quo *Nebrophonon* Apollodorus, Statius *Thoantem* habet VI. Theb. 342. *Nomen avo gentile Thoas, atque omine dictus Euneos Argeo.* MUNCK. Vide ad cap. 120.

11 REGI LYCO] *Lycurgo* alii. MICYLL. Plerique alii *Lycurgum* vocant. SCHEFF. Ita hunc Regem appellat quoque cap. 74. & 273. Apollodoro lib. III. pag. 152. eſt *Lycurgus.* Vide notas ad cap. 74. MUNCK.

## Ad CAP. XVI.

13 EUSORI] Apoll. AEneï filium facit, Euſori autem ex filia nepotem. MICYLL. *Euſori* ex filia nepotem fuiſſe refert Apollon. I. 948. Parthenius Cyzicum facit *viro Aidia* cap. 21. corrupte. Lege, Αἰνίῃ ex Scholiis Apollon. ubi Ἀνδίς audit, unde Κυζικὸν Ἀνδίδης neſcio cui poëtae, Apollinis filius eſt Cononi cap. 45. apud Photium. Apollon. Scholiaſtae AEneus Apollinis & Stilbes filius. MUNCK.

14 IN INSULA PROPONTIDIS] Cyzico nempe, quae olim *Dolionis* dicta, & incolae ejus *Dolones*, Unde *Dolionum rex* dicitur Cyzicus Apollod. lib. I. pag. 44. Etiam urbs Cyzicus dicta eſt, teſte Apollon. II. 767. Τὸ *in* videtur ex ſeq. ſyllaba natum. malim, *inſulae Propontidis*, ut habet cap. 18. MUNCK. Dolionum regem fuiſſe Cyzicum, docet Schol. Apoll. Rhod. I. I. vs. 936. ubi de inſula hac latius agit, ut & ad vs. 940, 943, 948, 962. nec non ad vs. 1110. Hic ſtruxerunt Argonautae aram Apollinis, quae ſecundum Socratem ἐκ τῆς ἱστορίας dicta eſt *Apollinis Cyzicei.* ut Schol. ad vers. 966.

navigaſſent, nocte tempeſtate orta, ad eandem inſulam ignari delati ſunt. Quos Cyzicus [1] hoſtes Pelaſgicos arbitrans eſſe, cum eis noctu in littore arma contulit, & ab Jaſone eſt interfectus. [2] Quod poſtero die cum prope littus adpropinquaſſet, & vidiſſet ſe regem interfeciſſe, [3] ſepulturae eum tradidit, atque filiis regnum tradidit.

## XVII. *Amycus.*

AMYCUS Neptuni & [4] Melies filius, Bebryciae rex. In hujus regna

1 HOSTES PELASGICOS] Macrones, qui Euboeorum, qui quondam Pelaſgi dicti, erant coloni. Apollon. lib. I. vers. 1024. Aliter haec narrat Conon. MUNCK. Vide Schol. Apoll. Rh. I. 1037. varie hanc pugnam referri docentem, qui ad vs. 1040. adnotat ex Tarrhaeo, juxta quoſdam *Cyzicum* a Dioſcuris, juxta alios ab Jaſone interfectum perhiberi. Praeterea *Cyzicus* ab Apollonio nuper uxorem duxiſſe, & ſine liberis fuiſſe; verum ab Euphorione dicitur propediem matrimonium initurus fuiſſe. v. Schol. ad vs. 1063. & ibi caetera vide.

2 QUOD POSTERO DIE CUM] Hoc *quod* ſic ellyptice ponitur ſcriptori noſtro, pro *ob quod* ſaepiſſime. Vide indicem. SCHEFF. Trajectio eſt, *ἐπὶ τῷ Quod cum poſtero die.* Sic cap. 79. *Quod Jovis eas cum vidiſſet.* Cenſui antehac illam particulam *quod* eleganter παρέλκειν, & ad ſulciendam periodum adſumptam. Atque ita viſum quoque video Scioppio Veriſ. lib. I. cap. 3. quo multa id genus congeſſit. quibus nos non pauca addere poſſemus. Horat. I. od. 1. *Quod ſi me Lyricis vatibus inſeres.* Epod. X. *Optima quod ſi praeda curvo littore Porrecta mergos juverit.* Martial. lib. VIII. 30. *Quod niſi rapta foret nolenti poena.* Nepos Hannib. 1. *Quod niſi domi debilitatus eſſet.* Cicer. XIV. ep. 4. *Quod utinam ruinus vitae cupidus fuiſſem.* Vell. I. 3. *Quod ſi quis à Theſſalo Herculis eos appellatos Theſſalos dicet.* Salluſt. Jug. 14. *Quod utinam illum eadem ſimulantem videam.* Liv. XLI. 10. *Quod cum conſulis imperio dicto audientes eſſe futuros dicerent.* Fulg. lib. 1. *Quod itaque ſi velut Deus Jupiter judicaſſet.* Curt. lib. IX. 3. *Quod ſi adhuc penetrare in Indiam certum eſt.* Conſer Noſtr. cap. 52. 63. 69. 103. 108. &c. Clariſſimus Scheffer. obſervat in id genus locutionibus *ob* intelligendum eſſe. Certe neceſſario ſubauditur in obteſtationibus, qualis eſt illa Horatii lib. I. epiſt. 17. *Quod te per Genium, dextramque Deosque penates Obſecro.* Imo & pleriſque aliis in locis, ubi eo, quo dixi, modo quaſi παλιγγενῶς ponitur. Conſule Sciop. Suſp. Lect. lib. I. epiſt. 17. & Servium ad AEneid. I. 141. Adde quae notamus ad cap. 34. & 138. MUNCK.

3 SEPULTURAE EUM TRADIDIT, ATQUE FILIIS REGNUM TRADIDIT] Nil mutandum. ſolet quippe noſter hoc plebeſo genere uti; Sic fab. XCVI. *Juſſit canere, & clamorem fieri juſſit.* fab. LVII. *decidiſſe dicitur i. e. A. V. e. c. ejeciſſe dicitur.* fab. CXXII. *Helenae filiam abductam conjugem duxit. Pylades autem Electram duxit.* SCHEFF. Inconcinniore ejuſmodi repetitione ſimilis vocis ſaepius utitur Hyginus, ut obſervavit jam Schefferus. Conſer, quae nos & alibi, & nuper ad Novatian. de Trin. cap. VIII. Levi tamen brachio incommodum illud tolli hoc loco poſſit, ſi legas *ſepulturae eum dedit.* ut Fab. LXXX. *corpusque fratris recuperatum* ſepulturae dedit. WOPKENS.

## Ad CAP. XVII.

4 *Melies*] Apollon. lib. II. 4. Βεβρυκὶς Μιλιη. Ubi vide Scholiaſten, qui dubitat, utrum ſit proprium. Βεβρυκὶς accipit pro proprio Apollod. lib. I. pag. 45. Ἧς ἐκράτησεν Ἄμυκος Ποσειδῶνος καὶ Βεβρυκίδος. Servius autem cum noſtro facit ad AEn. V. vers. 373. *Amycus fuit Neptuni filius & Nymphae Melies, qui a Polluce victus eſt pyctali certamine. Bebrycia autem ipſa eſt Bithynia.* Eadem invenies apud Lactant. in III. Theb. Stat. vers. 353. Tzetzes ad Lycophr. pag. 193. Βίσσυκις δὲ τὴν Μυσὸν, ἐνδότερον Μυσῶν ὄντας. Caeterum ex Apollodoro unam vocem excidiſſe cenſet nobil. Heinſius ad Ovid. III. Amor. El. VI. ſcribitque, ut cum Apollonio & Hygino ei conveniat, καὶ Μιλίης Βεβρυκίδος. MUNCK. Hanc fabulam debet Hyginus Scholiaſtae Apollonii Rhodii I. II. vs. 1, 2. qui rem latius explicat ad vs. 70, 74, 79, 96, 98, 756. De *Bebrycibus*, vide Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. vs. 805. & Cl. Potter. ad Lycophron vs. 516. & Apollodor. lib. II. pag. 121. Ad fabulam adludit etiam Lucianus in Dialogis Fabuloſis Dial. XIII.

5 CAESTUS] Atqui inferius habet *caeſtus.* Declinationem in tam exigua narratione mutaſſe ſcriptorem cum non ſit veriſimile, lubens adſentior Cl. Scheffero reponenti ibi *caeſtus.* quanquam

gna qui venerat, [5] caestis cogebat secum contendere, & devictos perdebat. Hic cum Argonautas [6] provocasset ad caestus, Pollux cum eo contendit, & [7] eum interfecit.

## XVIII. *Lycus.*

[8] LYCUS rex insulae Propontidis, Argonautas [9] recepit hospitio, [10] in honorem, eo quod Amycum interfecerant, [11] quod eum saepe inficiaretur. Ar-

quam quartae formae est Virgil. AEn. v. 69. ubi Servius videndus. Ita secundae influxionis est *lacus* Catal. Pith. lib. IV. *Fundit at October vina Falerna lacis.* Legebam a primo *labris*, quod scirem in iisdem Catal. dixisse Hilasium: *Labra per autumnum vino spumantia fervent.* Nunc nihil muto. Gregor. Dialog. lib. II. cap. 6. *Super ipsam laci ripam jacebat.* Isidorus lib. XIII. cap. 19. Orig. *In India omnibus lacis salubrior.* Vetus interpres Esai. cap. I. vers. 1. *Ad cavernam laci, de qua praecisi estis.* Praetulit alteram inflectionem Chrysol. Serm. 66. *Qui vini lacus, ne guttam det, inclusit.* Scriverius in libro Nob. Senatoris Wil. Goesii τὸ *caestis* mutaverat in *caestu.* Lector judicet, utra conjectura sit melior. MUNCK.

6 PROVOCASSET AD CAESTUS] Quomodo hic dicit *caestus* in quarta declinatione, quum supra usurparit *caestis* in secunda? Suspicor scripsisse, *caestos*, esseque hoc vocabulum de eo genere, quod & ad secundum, & ad quartum ordinem pertineat, ut fit in aliis. SCHEFF.

7 EUM INTERFECIT] Ergo inventor invento suo periit. nam caestus Amycus ille invenisse dicitur. Clemens Strom. lib. I. pag. 307. Edit. Morel Ἄμυκος ὁ Βιθύνων βασιλεὺς ἱμάντας πυκτικοὺς πρῶτος εὗρε. MUNCK. Eodem modo, quo Virgilius v. AEn. 69. *crudum* dixit *caestum*, vocavit Apollonius Rhodius II. 52. ἱμάντας ἀμοὺς, ἀζαλέας. Βοὸς fuisse ἱμάντας cecinit Theocritus Idyll. XXII. vs. 3. & 80. quod Inlustrat Virgilium & Apollonium. vid. Olear. ad Philostrat. II. Icon. 19. & quos laudat Bulaeus ad Val. Flacc. IV. Argon. v. 250. & alios. Ab hac caede Pollux Ἀμυκοφόνος dictus est. Consule Cl. Burm. ad vs. 312. Brachio Amyci percusso necis causa fuit Pollux. Apollodor. lib. I. p. 57. Quid de ejus sepulcro referat Ptolemaeus Hephaestio lib. III. Photius in Excerptis narrat p. 477. Ἄμυκος τὸν τάφον ῥοδοδάφνη ἔφυ, καὶ οἱ φάγοντες αὐτῆς ἐκτίλυμον πυκτικὸν. καὶ Ἀνδρομέδα φυγεῖν αὐτὸν δικαιοῦσι στρόφους ἀναλίβ, πλὴν ὑπὸ Διοσκόρων καὶ Θυμάρᾳ ἐν τῇ τετραετηρικῇ ἀγωνίᾳ ἐτέθη, ἄσπερ καὶ αὐτὸς ὁ Ἄμυκος λέγεται ὑφ' ἑνὸς τῶν Διοσκόρων καταπαλαισθῆναι. qui lib. V. ap. Phot. p. 481. alios esse ait, qui cum Amyco non Pollucem, sed Jasonem pugnasse affirment.

## Ad CAP. XVIII.

8 LYCUS] De hoc Apollodor. lib. I. pag. 61. & Schol. Apoll. Rh. II. vs. 754. Λ'ΥΚΟΝ φασὶ τόνε Μαριανδύνων βασιλεύσαι, ὃς δὴ τὸ σῆς τῆς Βίθυνος, καὶ Ἄμυκον ἔχθος φιλοξένους τοὺς Ἀργοναύτας ὑπεδέξατο. φασὶ δ αὐτὸν ὑπ' αὐτῶν Δαμπολίν τ' Ταυρόλαν καὶ Ἀλιμωνείας τῆς Λύκου τ' πολιοῦ, de quo fluvio egerat ad vs. 726. & latius aget ad l. IV. vs. 132. & Eust. ad Dionys. Perieg. 787.

9 HOSPITIO RECEPIT] Dictys lib. I. *Spartae in domum Menelai hospitio receptus?* Vide notas ad cap. 15. MUNCK. Pro eo Terentius *ad se recipere* dixit. v. Cl. Burm. ad Phaedr. l. IV. fab. 21. vs. 23.

10 IN HONOREM] Facile credo Barthio, hoc esse intrusum ab inepto quodam. SCHEFF. Hoc esset, *honoris gratiâ.* Glossema esse existimat Barthius: cui & Cl. Schefferus adsentitur, nisi quis existimet legendum, *hospitii in honorem*, quod rectius est. Recipere enim in hospitium & in honorem idem significant, ut observat Tomasinus in de Tess. Hosp. cap. 5. MUNCK.

11 QUOD PER EUM SAEPE INFICIARETUR] Barthius ait, in libris vetustioribus legi *infectaretur*, unde facit, *quod per eum saepe infectaretur.* Puto, posse retineri lectionem librorum Bart. norum omnibus caeteris servatis, sic ut τὸ . . n explicemus per *se*, & *infectaretur* passive dictum positum. *Infectari* passive usurpatum eo minus dubito, quia *sectari* hac significatione habet Varro II. R. R. c. 9. *Consectari* Laverius apud Priscianum. De *eo* pro *se* jam docuit Vossius de Construct. c. 6. SCHEFF. *Quod eum s. inf.* princeps editio habet, non *per eum.* Barthius notat in libris nescio quibus vetustis legi, *infectaretur.* Fecerim inde *infestaretur.* quod idem est, quod *infestaret.* cap. 37 *Itineri infestabantur*, lege, *itinera.* Non insolens Nostro illiusmodi enallage, cap. 273. *Certati sunt cursu*

Argonautae dum apud Lycum morantur, & extra venatum exiſſent, Idmon ab apro percuſſus interiit. In cujus dum diutius ſepultura morantur, [1] Tiphys Phorbantis filius moritur. Tunc Argonautae [2] Ancaeo Neptuni filio navem Argo gubernandam dederunt.

## XIX. *Phineus.*

[3] PHINEUS Agenoris filius, [4] Thrax, ex [5] Cleopatra habuit [6] filios duos. Hi a patre [7] novercae [8] crimine excaecati ſunt. Huic etiam Phi-

274. *Gladio belligeratus eſt. Infeſtare* eſt laedere, vexare, populari. Gloſſ. Steph. *Endofeſtabat.* ἔστυε. Volcan. ἴστυε, vel ἴστευε. Prius probo. Inde στύες, *fur, latro.* Eaedem Gloſſ. *Infeſtantes.* στυῆλις, λῃστῆλις. Lego, στυήλις. Etiam apud Graecos paſſivae formae quae ſunt, activè ſumuntur Atticè, ut notat Hom. Scholiaſtes ad Iliad. β. vers. 99. MUNCK. Adde Schol. Apoll. Rh. I. vs. 267. ſic πιφυλαξόμεθα per φυλάξῃμεν explicat idem ad III. vs. 510. Sophocl. Oed. Col. vs. 235. προσοιμῶξαι pro ἰᾶσθαι ut Schol. & ad vs. 420. κἀκτανεῖν δίχα pro κατ' ἀλλήλων ἐκτεῖναι. Eurip. Phoeniſſ. vs. 1306. Δοχὰς πεπόμπας. Schol. explicat per τὸ δίχα κατ' ἀλλήλων πάσασθαι. Sophocl. Trachin. vs. 695. Ἐσυζόμην pro ἔσωσα, ἐφύλαξα. & in Antigon. vs. 556. ἀφιλυμένη pro ἀφιλῶσα. Schol. Pindari O. Nem. VIII. vs. 50. πολεμιζόμενοι, ἀντὶ τοῦ πολεμοῦντες ἐπιχωλικῶς. Schol. Thucyd. l. I. c. 28. lin. 89. βιαζομένων pro βιαζόντων. Conſule Tzetzen ad Lycophron. vs. 759., Quamquam haud negaverim, in quibuſdam horum verborum ſignificationem ineſſe mediam, de quibus verbis mediis egit Kuſterus ad Ariſtophanis Nubes. vs. 127. & 1341. item in diſſertatiuncula. Verum hujus litis dirimendae hic non eſt locus. Haec enim in juvenum gratiam duntaxat adduxi, ut ſcirent, unde Latini hujusmodi loquendi modos mutuati ſint.

1 IPHIS] Emenda *Tiphys* ex fab. 14. SCHEF. Ita reſcripſi pro *Iphis* ex cap. 14. Apollod. lib. I. *Hic Idmon vates ab apro percuſſus interiit. Tiphys hic etiam moritur.* Adde Apollon. II. 856. Tzetzen in Lycophr. pag. 128. MUNCK. Ante Munckerum ita jam h. l. reſtituerat Meziriac. ad Ovidii VI. Epiſt. Heroid. p. 62. Conſule Tzetzen ad Lycophron. vs. 890. & Cl. Burm. in *Ancaeus alter.*

2 ANCAEO] Ita etiam Apollon. II. 896. Herodotus autem Ergino id tribuit in Scholiis. Quis ſit ille Ἄζωρος, quem κυβιστήτην & Ἀργῆς facit Heſychius, nondum comperi. MUNCK. Hic locus etiam firmat ſententiam Celeb. Drakenborchii ad Sil. Italic. l. VI. vs. 361. contra D. Heinſium *Tiphyn* in expeditione Colchica navis gubernatorem fuiſſe monſtrantis.

## Ad CAP. XIX.

3 PHINEUS AGEN.] De hujus parente lis eſt inter Mythographos. Conſule Salmaſ. Exercit. Plin. pag. 402. & Apollodorum lib. I. pag. m. 57. & l. II. p. 79. Schol. Euripidis Phoeniſſ. vs. 225. Schol. Apollon. Rhod. II. 178. Interpr. ad Ovid. I. ex Ponto Ep. IV. v. 37.

4 THRAX] Schol. Apoll. Rhod. II. 177. ᾧ δὲ ὁ Φινεὺς (οἷς οἱ πλεῖστοι) ἐπὶ δὲ Σαλμωδησσῷ λίγιστα ᾠκησέν, ὃς ἦν τῆς Θρᾴκης. Vide Schol. Sophocl. Trachin. vs. 980. & Triclin. ad vs. 978. de *Salmydeſſo* conſulendus item Nolter Apollonii Scholiaſtes ad l. II. vs. 347, 348, 349. Tzetz. ad Lycophron. vs. 1286. Regem Arcadiae Phinea vocat Lact. ad Statii VIII. Theb. vs. 255.

5 CLEOPATRA] Ita eam quoque appellat Schol. Apollon. ad I. 211. & II. 238. Hom. Odyſſ. M. 76. Diodorus lib. IV. pag. 247. Schol. Sophoclis ad Antigon. vers. 1095. Servius autem ad AEn. III. 209. *Cleobulam.* quod mihi ſuſpectum eſt. MUNCK.

6 FILIOS DUOS] *Orythum & Crambin* vocat Schol. Apollon. ad vers. 178. lib. II. ex Sophocle. ad verſum autem 140. *Paribenium & Cramblin.* Sophoclis Schol. eo, quem laudavi modo, loco *Plexippum & Pandionem*; additque a quibuſdam *Gerymbam* & *Aſpondum* eos nominari. MUNCK. Eadem haec obſervavit P. Leopardus lib. VII. Emendat. cap. 24. quem de hac fabula velim, Lector conſulat.

7 NOVERCAE] *Idaeam* vocant Diodorus lib. IV. Sophoclis Scholiaſtes, nec non Apollonianus ad II. 140. Sed hic variat, & ad ejuſdem libri vers. 178. *Diam* eam appellat. Schol. Homeri ad Odyſſ. M. 70. *Eurytiam.* Servius ad AEn. VIII 344. *Danaen.* Sunt etiam, qui *Idotheam* eam Cadmi foro-

Phineo Apollo augurium dicitur dediſſe. Hic deorum conſilia cum enunciaret, [9] ab Jove eſt excaecatus: [10] & adpoſuit ei Harpyias, quae [11] Jovis canes eſſe dicuntur, quae eſcam ab ore ejus auferrent. Huc cum Argonautae deveniſſent, & eum iter ut demonſtraret, rogarent, dixit, ſe demonſtraturum, ſi eum poena liberarent. Tunc Zetes & Calais, [12] Aquilonis venti & Orithyiae filii, qui pennas in capite & in pedibus habuiſſe dicuntur, Harpyias fugaverunt in inſulas [13] Strophadas, & [14] Phineum poena liberarunt. Quibus monſtravit, quomodo Symplegadas [15] tranſirent, ut columbam mitterent: [1] quae

ſororem fuiſſe velint[1], ut Sophoclis annotat Scholiaſtes. Uſque adeo nihil certi eſt in fabulis. MUNCK.

8 CRIMINE] Puto, *Criminatione* ſcribendum. ſtupri enim intentati cos accuſaverat, non ipſa caecos fecerat. Vitio cauſam praebuit compendium ſcribendi. SCHEFF. H. e. criminatione. Criminata eſt autem ſe de ſtupro a privignis fuiſſe appellatam. Horat. lib. II. ep. 18. *Ut penitus notum, ſi tentent crimina, ſervos.* Pub. Syrus: *Difficilem oportet aurem habere ad crimina.* Gloſſ. vett. *Crimen, ἔγκλημα, λοιδορία.* Cyrill. *Διαβολή, obtrectatio, criminatio, crimen.* Adde quae Goldaſtus ad Doſitheum notavit pag. 38. Arnob. initio lib. III. *Jam dudum quidem criminibus his omnibus reſponſum eſt.* h. e. accuſationibus. Nepos Epam. cap. 7. *Criminibus adverſariorum.* MUNCK. Conſule Celeb. P. Burm. ad Ovid. I. Met. vers. 766. & quae notavi ad Nepotis locum.

9 AB JOVE &c.] Conveniunt cum Hyginianis, quae Apollonius tradit lib. II. 313. Serv. ad AEn. III. 209. Aliam cauſam affert apud Apollon. Scholiaſten Heſiodus ad lib. II. vs. 181. A quo rurſus abit Iſter apud eundem ad lib. ejuſdem vers. 207. Adde Apollod. lib. I. pag. 46. MUNCK. Lactantius ad Statii VIII. Theb. 254. Phineum liberos ſuos inſtinctu uxoris, quae eorum erat noverca, excoecaſſe, & ob hoc ſcelus Deos iratos ipſi Phineo oculos ſuſtuliſſe &c. docet.

10 ET APPOSUIT EI HARPYIAS] Sequi debuiſſet, *& appoſitae ei Harpyiae.* vel, *qui appoſuit* &c. Sed vide quae notavimus ad cap. 8. MUNCK. Conſule, quae dixi ad Nepot. Epam. cap. 10. & Cl. Oudendorp. ad J. Caeſar. l. IV. B. Gall. c. 3. p. 174. Eurip. Supplic. vs. 499. Θεῶν θέλοντ', ἢ τι μὴ θέλῃ. Heraclid. vs. 703. λῆμα μὲν οὕτω σέρνυσι χρέος τὸ σὸν ἀλλ' ἡβᾷ ſcil. λῆμος caſu recto. Hanc fabulam reſpexit Lucianus in Timone §. 325. οἱ δὲ, καθάπερ οἱ Φινεὺς, ἀπὸ τῆς φάρυγγος τὴν τροφὴν ὑπὸ Ἁρπυιῶν ἁφαρπαζόμενοι.

11 JOVIS CANES] Serv. ad AEn. III. 209. *Ut autem canes Jovis dicerentur, haec ratio eſt, quia ipſae furiae eſſe dicuntur.* Tzetzes ad Lycoph. p. 34. Ἐμοθέισαντο καὶ τὰς δ' Φινέως θυγατέρας Ἐφέσεως καὶ Ἁρπυίας ἄρτι εἶναι, ἁφαρπαζούσας τὴν τροφὴν ἀπὸ τοῦ στόματος δ' γίγνεσθαι. MUNCK. Conſule Celeb. P. Burm. ad Val. Flacc. IV. Arg. vs. 520. & eadem de cauſa *ira Tonantis* dicuntur. Vide Eumd. Vir. incomparabilem ad vs. 428.

12 AQUILONIS VENTI] Delectatur Noſter iſtiuſmodi appoſitionibus. Vide notas ad cap. 140. Serv. in hac fabula ad AEn. III. 209. *Quare irati Dii, vel ut quidam volunt, Aquilo veneno. propter nepotum injuriam, eum coecavit.* Puto ſcribendum, *Aquilo ventus.* Fulgent. Myth. lib. III. *Aquilonis venti filii.* Noſter cap. 140. *Ventus aquilo.* Lemma eſt cap. 61. Lib. XII. Variae Hiſtor. AElian. Περὶ βοτῶν ἀνίμων τιμῆς. MUNCK.

13 STROPHADAS] Virg. AEn. III. 210. *Strophades Grajo ſtant nomine dictae.* Prius *Plotae* dicebantur. Vide Apollon. II. 297. & ibi Scholia. Servius: *Quorum converſio, ſtrophe, nomen inſulis dedit.* MUNCK. De *Plotis* conſule Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. vs. 461.

14 PHINEUM P. L. &c.] Videtur & hic locus corruptus eſſe, talc enim conſilium Phinei fuit, ut columbam emitterent, quae ſi ſalva per petras tranſiiſſet, ipſi quoque ſequerentur. Sin inter transvolandum periiſſet, retro fugerent, cederentque Deorum monitis. MICYLL.

15 TRANSIRENT, UT COLUMBAM MITTERENT] Totum hunc locum ita puto ſcribendum: *tranſirent, & columbam mitterent, quo petrae c. c. i. r. illi retro ne fugerent.* Barthius volebat: *illico tranſfugerent*, pro *illi retro refugerent.* At utique ea fuga non fuit, ſed transnavigatio. Hoc autem vult: volatu columbae hoc monſtraſſe, quod Symplegades transnavigari vel tranſiri poſſint; ideoque non debere fugere retro: Quid ergo? pergere, cum receſſiſſe cognoverint omnia, niſi fallor, clara. SCHEFF. Columbam Argonautarum ducem fuiſſe per Symplegadas docet Schol. Apollonii Rhodii l. II. Ar-

[1] quae petrae cum concurriſſent, in receſſu earum, [2] illi retro refugerent. Argonautae beneficio Phinei Symplegadas tranſierunt.

## XX. *Stymphalides.*

ARGONAUTAE cum ad inſulam [3] Diam veniſſent, & [4] aves ex pennis ſuis eos conficerent pro ſagittis, cum multitudini avium reſiſtere

Argon. vs. 328. ὅτι ᾗ ἰχρέωντο πτερυγεσσῇ πλοῦν μέλλοντες, καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Τραγιλεμίοις φησὶν & ad vs. 564. ὅτι διὰ πελειάδας ἐτάφησαν οἱ Ἀργοναῦται τὰς Συμπληγάδας, καὶ Ἀσκληπιάδης ἱστορεῖ ἐν δευτέρῳ Τραγιλεμίων. Conſule Apollodor. lib. I. p. 61. Magnum Broukhuſium ad Propertium lib. II. Eleg. 20. vs. 39. nec non Inl. Spanhem. ad Callim. H. in Pallad. vs. 123. pag. 630. unde haec Graeci haurire potuerint, docentem. Item de columbis ἀγγειαφόροις in genere, Kuhnium ad AElianum lib. IX. V. H. cap. 2.

1 QUAE PETRAE CUM CONCURRISSENT ] Cl. Schefferus locum hunc ita conſtituit: *tranſirent, & columbam mitterent, quo, petrae cum concurriſſent, in receſſu illi retro ne fugerent.* Meo judicio, qui ſtylo, quam Hyginus, paulo puriore uteretur, ita ſcripſiſſet: *quomodo Symplegadas tranſirent: ut columbam mitterent, eae petrae cum concurriſſent, & in receſſu earum illico trafugerent.* Atque ita ſuadet partim Homer. Schol. ad Odyſſ. M. 70. ubi corruptè Φινεὺς dicitur hic Phineus. Ἐκέλευσεν ἀφεῖναι πελειὰδα κατὰ συμβολὴν τῶν πετρῶν. Καὶ μὲν μισοπλοῦσῃ, μὴ πλεῖν. ἂν δὲ σωθῇ, τότε πειρᾶσθαι τὸν πλοῦν. οἱ δὲ ἀκέραιοι τοῦ πτεροῦ ἐπεσεν, ἀπὸ δὲ τῆς ἀρᾶς, προσκόψασα τῇ Ἀργοῦς δυοῖν πληγάδοιν πέτρᾳ σωιλθοῦσα τὰς νῆας συμμύουσιν, αὐτὴ δὲ σώζεται. Corrupta & tranſpoſita heic quaedam, quae ita reſtituo: προσκόψασα τῇ Ἀργοῦ πληγάδος πέτρᾳ, καὶ σωιλθοῦσα τὸ πλεῖστον τῆς νεὼς συμμύουσιν. Gloſſ. Steph. *Apluſtra*, πλεῖστον πλοῖα. & alio loco, *Apluſtra*, ἄσφαλτον, ἢ τὸ ἄκρον τοῦ πτερὸς. Lege ἄφλαστον cum Vulcanio. Sed falſum eſt fuiſſe ἄφλαστον ἄκρον πτερὸς. Schol. Apollon. ad lib. I. 1089. Ἔστι δὲ τὸ ἄφλαστον σανίδιον κατὰ πρῷραν πτύσσιον, Tzetzes in Lycophr. pag. 57. Τὰ μὲν ἄφλαστα πτυσσόμενα, τὰ δὲ κόμματα πηγνύμενα. Schol. Juvenal. ad Sat. X. 136. *Apluſtra tabulatum ad decorandum navis ſuperficiem adpoſitum, alii dicunt roſtra, navis ornamentum ſuppis*, ἄφλαστα. Confer Apollod. lib. I. Ut probare ſe illa aliquatenus poſſint, dictionem tamen Hygini ſi attendas, malis forte: *quomodo Symplegadas tranſirent, & columbam mitterent. Quae petrae* &c. Atque ita, *quae* valebit idem quod *eae*, ut *quos* pro *eos* habes cap. 21. Vide ibi notas. MUNCK.

2 ILLI RETRO FUGERENT] Barthius ex ſchedis MSS. *illico trafugerent.* quod probandum exiſtimo. *Fugere* eſt celeriter navigare. Serv. ad Georg. I. 286. *Fugam de profectione & curſu legimus, ut: ſimul arva fugâ, ſimul aequora verrunt. Unde velocem equum fugacem dicimus.* Horat. III. Od. 2. *Spernit humum fugiente pennâ.* Vide praeterea Virg. Georg. IV. 19. AEn. V. 151. & 243. Nobil. Heinſium ad Ovid. Heroid. ep. 4. *Illico trafugere* eſt πτερύσσειν τὸν πλοῦν. Gloſſ. Cyrilli, ἀμβάδιον, ἀμπτερῶ, *tramitto, tranſmitto. Trafugio* dictum, ut *traluceo* apud Fulgent. lib. I. cap. 11. MUNCK. Conſule Cl. Duker. ad Florum II. VI. 46. & ad III. V. 18. Sic Graecis φεύγειν v. Obſ. Miſcel. Jan. Febr. & Mart. Ann. 1735. pag. 93. & hinc ἐ φυκτὰ κίλητα per ἐκ ἄπλοα διὰ τὰς ἐν μέσῳ κινδύνους explicat Scholiaſtes Apollonii Rhodii l. I. Arg. vs. 246.

## Ad CAP. XX.

3 DIAM] Mirificus eſt in hac narratione de Stymphali avibus Hyginus. Inſula, in qua degebant, non *Dia*, ſed *Aretias* vocabatur, ſi credimus Apollonio & ejus Scholiaſtae ad vers. 384. & 1092. lib. II. Inferius cap. 30. in inſula Martis ab Hercule ſagittis interfectas memorat. Apollonii Scholiaſtes, quem alias ſequi non raro ſolet, longe aliter; non interfectas eſſe, ſed crotalorum ſonitu ex Stymphalo lacu in eam inſulam fugatas. quicum facit Etym. magni auctor in voce Στυμφαλίδες. Apollodorus autem fugatas partim, partim interfectas refert lib. II. p. 94. *Inſula Martis* eſt *Aretias* Ἀρείᾳ νήσῳ Scholiaſtae Apolloniano. Verum ibi non Hercules, ſed Argonautae congreſſi fuerunt cum his monſtris. Plura de Stymphalidibus ſi deſideres, adi Schol. Apollon. ad II. lib. vers. 1055. MUNCK. Recte Ampliſſ. Cuperus in marmoribus antiquis p. 262. de hiſce avibus agens, reſpondet, raro figmenta convenire.

4 AVES EX PENNIS SUIS EOS CONFICERENT ] Nil mutandum hoc loco. *Conficere quem ex pennis* plene dicitur, quod vulgo praepoſitione omiſſa, *conficere pennis.* Caeterum *Ex* praepoſitio hic valet *cum* & modum ſignificat. Quomodo habe-

ſiſtere non poſſent, ex Phinei monitu clypeos & haſtas ſumpſerunt, exque more Curetum ſonitu eas fugarunt.

## XXI. *Phrixi filii.*

ARGONAUTAE cum per [5] Cyaneas cautes, quae dicuntur [1] Sym-

habemus apud Plautum : *ex tali nomine vocari, ex ſummis opibus niti.* Barthiana expoſitio hic nihil valet. Noſter infra Fab. 24. *Ex venenis miracula fecit.* adde indicem. SCHEFF. Lege *configerent* cum Nobil. Heinſio, hoc eſt, *vulnerarent.* Nepos Datam. cap. 9. *Confixi ceciderunt.* Curt. VII. 5. *Sagittis configerent barbari.* Noſter cap. 24. *Ex venenis multa miracula fecit.* 30. *Ex felle ejus ſagittas tinxit.* 88. *Veſtem ex cruore pecudum inquinavit.* In tumulo militis Batavi lib. III. Cat. Pith. *Dum pendet in aëre telum. Et redit, ex alia fixi fregique ſagitta.* Schol. German. *Aquild. Dicitur ſagitta Apollinis fuiſſe, cum qua Cyclopas interfecit.* Arnob. lib. I. *Sequentium ſe militia quinque ſaturavit e panibus.* Dictys lib. I. *Aliquid ex oratione profuturus.* In Teſtam. Porcell. *Velo mihi fieri monumentum ex litteris aureis ſcriptum.* Auctor. Tract. de Sina & Sion : *De arundine caput quaſſabant.* Apulej. de Herbis cap. 18. *Circumſcribes eam cum annulo aureo.* Tertull. de Cor. Mil. cap. 12. *Ex myrto ait militi redimi ſolere.* Arnob. lib. I. *In incudibus Deos & ex malleis fabricare.* Ad quem locum conſule Heraldum & Salmaſium ad Pallium Tertulliani pag. 115. Ad eundem modum σὺν inſtrumentis addunt nonnunquam Graeci. Theognis vers. 41. Καὶ σὺ σὺν αἰθέρεσσιν ἀγαυφθόγγοις τίει ἄνδρας Αἰσυήτ. Vel cὸ. Diaconus ad Heſiodum : Ἐκαθάιρζεν ὁ Ἀχιλλεὺς τὸ χρυσῷ λύρᾳ. Ex idiotiſmo ſequioris aevi id eſſe obſervat magnus Heinſius in notis ad Heſiodeos interpretes pag. 119. Nonnum tamen & Antoninum Liberalem ita loqui non dubitaſſe notavi ad hujus caput 18. Quibus addo Lucianum Proteſilao : Καθικόμην τὸ τῇ βάλῃ. Bianorem Anthol. I. Sect. 33. num. 15. Ἐν χερὶ λὰξ κατέτριψε. Heſych. in Κοῦτις. quem vide. Gloſſ. Steph. *Annugia*, λάξ, τὸ ὑπὸ τῆς ἄκρας χειρὸς. Delet, me invito, τὸ cὺ Vulcanius. Immo Atticiſmum reſipere illam λᾶξ idem ille modo laudatus Heinſius poſtea, & rectius, cenſuit not. ad Poët. Ariſtotel. p. 325. Imitatus eſt Graecos vulgatus interpres Gen. XLVIII. 22. *Quam tuli de manu Amorrhaei in gladio & arcu meo.* Exod. IV. 17. *Virgam quoque hanc ſume in manu tua, in qua facturus es ſigna.* Si membranis vett. bibliothecae Leidenſis accedimus, etiam Paulus in excerptis Feſti : *Caeſtus vocatur, & in quibus pugiles dimicant, & genus quoddam muliebris ornatus.* Sed de eo ut nonnihil, ita quin in voce *Caudicaria* ei ſui ſaeculi vocabulum reſtitui debeat, nullus dubito : *Caudicariae naves, ex tabulis groſſioribus factae.* Ita Cod. Leid. Adde not. ad Aſtron. II. 4. MUNCK. Profecto hujuſmodi loquendi modos Graecis, & inprimis Atticis debent Latini. Sic Sophocl. in Trachin. vs. 1149. Πρὶν ὰς χερὸς σῆ ἐξ ἐμᾶς θανεῖν χερός. Eurip. Hippol. vs. 1419.

Ἐγὼ γὰρ αὐτὸς ἄλλον ἐξ ἐμᾶς χερὸς
Τοξοις ἀφυκτοις τοῖσδε τιμωρήσομαι.

Ariſtoph. Ran. vs. 1173. - ὡς ὁ πατὴρ ἀπόλοιτο λυτῇ, δικαίως ἐν γυναικείας χερός. Eurip. Med. vs. 335. Τάχ' ἐξ ἐκείθεν χερὸς αὐτὴν βίᾳ. & Subſtantivis modum indicantibus additur haec praepoſitio, ut Sophocl. Oed. Tyr. vs. 1227. ἐδόκουν γὰρ ὰς πεῖσμα Ἰαχὴν ἐκ σοῦ κτανεῖν. in Philoct. vs. 941. ἐκ βίας ἄγει ἰ. e. βιαίως. Ut in Electr. vs. 281. ἐκ δόλου κατακτανεῖν. Sic cὸ dativis inſtrumenti. Soph. Electr. vs. 1144. Κοὐ' cὸ φίλαιμ' χερὶ ἡ παλαιὸ' ἐγὼ Λυτρὼς ἱκέσματα. vs. 1147. Ἀλλ' cὸ ξίφει χερὶ καθυθεῖς πάλαι. in Oed. Tyr. vs. 831. Λέχη δὶ τᾷ θανεῖσθ' cὸ χερῶν ἐμᾶν Χεμεῖν. Oed. Colon. vs. 611. - Τὰ τῶν ξυμφώνα δεξιώματα, cὸ δορὶ διακριδὸν. in Antigon. vs. 1074. Πετρώδει κατάφρακτος ἐν δίσμῳ. Sic Hom. Odyſſ. O. v. 232. Δίσμῳ cὸ ἀγκαλὶν δίδοτο. Herodot. L. I. cap. 86. Κεφάλῃ τε cὸ πίλῳ διδύμῳ. L. III. c. 23. cὸ πίλῳ χρυσίῳ δεδεγμ. Ariſtoph. Equit. vs. 702. Ἐς τᾷ ξύλᾳ δίσκω ες. hinc metaphorice Ariſtot. Rhet. L. III. cap. 13. ὑπὸ τύχης cὸ κιττισυρίγγων τινὰ διδύμων. Sophocl. Trach. vs. 245. ὀρᾷς cὸ ὄμμασιν. & vs. 759. ξυμφορᾶς cὸ ὄμμασι Πάντες δίδορκας. ſic Apoll. Rh. I. 814. cὸ ὀφθαλμοῖσι δαίζομένου ὀφρύος. L. III. vs. 140. τὶ μοι ἰκῆς ἰνὶ χερσὶ βάλεαι. Eodemque modo σὺν ſaepe abundat Sophocl. Antig. vs. 43. Ἐς τὸν πικρὸν ξὺν τῷδε καφιᾶς χερί. Pindar. O. Pyth. XII. vs. 37. σὺν ἵπποις μιμήσατ' ἰφικλέαν γ. & O. Pyth. XI. vs. 55. σὺν Ἄρει Πίφνὶ τι μαίρᾳ. Vet. Schol. haec recte explicat per τῷ ξίφει ἀνελὼν τὸν μαίρᾳ. Plura dabit Cl. Hemſterhuſius ad Lucianum in Dialog. 10. Mortuorum.

## Ad CAP. XXI.

5 PETRAS CYANEAS] Πέτρας Κυανέας. Apollon. lib. II. 317. Schol. Κυάνεαι ἐκαλοῦντο ἀφ' τὸ χρῶ-

[1] Symplegades, intraſſent mare, quod dicitur Euximum, & errarent, voluntate Junonis delati ſunt ad inſulam Diam. Ibi invenerunt naufragos nudos atque inopes Phrixi & Chalciopes filios, Argum, [2] Phrontiden, Melam, Cylindrum. Qui cum caſus ſuos expoſuiſſent Jaſoni, ſe, cum ad avum feſtinarent Athamanta ire, [3] naufragio facto ibi eſſe [4] ejectos, quos Jaſon receptos auxilio juvit: qui Jaſonem Colchos perduxerunt per flumen Thermodoontem. Et cum jam non longe eſſent a Colchis, juſſerunt navem in occulto conlocari, & venerunt ad matrem [5] Chalciopen Medeae ſororem, indicantque Jaſonis beneficia, & cur veniſſet. [6] Tunc Chalciope de Medea indicat, perducitque eam cum filiis ſuis ad Jaſonem.

μα. Ovid. I. Triſt. IX. 34. *Tranſeat in ſtabiles ſtrenua Cyaneas.* Juvenal. Sat. XV. 19. *Concurrentia ſaxa Cyanes* ab inſula Cyane appellat. Schol. Theocrit. ad Eidyll. XIII. 22. Τιμοσθένης δέ φησιν ὑπὸ ℨ ἱερᾶ ὄσσοι εἶναι νησίδιον συνεπιλῶδες. καλεῖσθαι δὲ τὰς τότε ἄκρας Κυανέας. Confer, quae congeſſit ad Ovid. Met. lib. VII. 62. Nob. Heinſ. MUNCK. Conſule de hiſce Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. vs. 144. docentem has vocari Πλαγκτὰς πέτρας a Graecis, ut & Schol. Apoll. Rhod. IV. Arg. vs. 786. Κυανέας συνεπόρους πέτρας Euripides Iphig. Taur. vs. 889. & vs. 1388. Εὔξεινον πόρον Συμπληγάδων dixit. De iiſdem petris egerunt etiam Critici ad Sophocl. Antig. vs. 978, 979.

Πάρεξ δὲ Κυανέων πετρῶν
Διδύμας ἁλὸς τ' ἀκτὰς Βοσπόριον.

Adde Lactantium ad Statii v. Thebaid. vs. 346.

1 Symplegades] Συμπληγάδες vel πλαγκτὰς dictae ſunt ὡσεὶ τὸ συμπλέοντας. Corruptè *Symplegiades* appellat Serv. ad AEn. III. 109. Schol. Euripidis ad Med. vers. 2. Ὁ Σιμωνίδης συνορμάδας φησίν. Ἐρατοσθένης δὲ τὸ γινόμενον φησὶ τῶν πλοίων ἐπεί, ὅταν μὲ σκοπιὰν, δι' ἣ φασίζωσι τοὺς πλέοντας τὴν ἀπόκλισιν τῶν πετρῶν. Confer Tzetzen in Lycophr. pag. 190. MUNCK. συνδρομούσας πέτρας vocat Schol. Apoll. Rhod. II. 600.

2 Phrontiden] *Phrontides* & ſupr. c. 14. appellatus eſt. Rectius *Phrontis* appellatur cap. 3. quod Apollodorus & Apollonius comprobant. MUNCK.

3 Naufragio facto ibi esse ejectos.] Verbum *ejicere* proprium in hac re verbum. Conſule Celeb. P. Burm. ad Ovid. Herod. Ep VII. vs. 80. Hoc Graeci ἐκβράζειν vocant. Vide Doctiſſ. J. Alberti ad Gloſſas Nomicas pag. 263, 264, 265, 266. Lycophron. vs. 878. - Ἐκβέβρασται Ἕρμιον εἰς Ἀτλαντικὸν αἰκτήριον, qui hoc verbo uſus eſt etiam de fluviis, ut vs. 1009. Ὃν κίμβρος - φαῶτος ἐκβράσσει ὕδωρ. & vs. 1240. Λυγκεύς τε θερμὸν ῥεῖθρον ἐκβράσσει ποτοῦ. Paullo ante etiam *intraſſent mare* non inelegantер dictum. Conſulendus Cl. Burm. ad Quinctilian. Declam. VI. 21. Et hoc dicendi genus non niſi a Graecis mutuati ſunt Latini, ut Palaephato de Incredibilibus cap. 13. καὶ σκαφίδι ἐμπὰς εἰς θάλασσαν. Luciano II. Ver. Hiſt. p. m. 763. εἰς τὴν γαλακτώδη Ὠκεανὸν ἐμβαίνοντας. & p. 747. μετ' ὀλίγον δὲ εἰς πίλαγον ἐμβαίνομεν. Sic διαβάσθαι εἰς Ἕλλην per diaeliſin recte explicat Schol. Homeri Odyſſ. IV. vs. 635.

4 Ejectos, quos] Illud *quos* ex praecedenti vocabulo videtur natum, aut in *bos*, vel *eos* mutandum. SCHEFF. Sequi omnino debuiſſet, *eos*, ut emendatum it Cl. Schefferus. Verum ſi heic quicquam mutes, neceſſario omnibus locis, ubi *qui* pro *is* ponitur, eadem adhibenda eſſet medicina; non enim heic tantum, ſed etiam cap. 19, 28, 34, 79, 80, 91, 185. & Aſtron. II. 1. aliiſque locis illa permutatio facta eſt. Quid quod vir Clariſſimus ipſe ad cap. 34. plebejum id eſſe annotavit? Quamobrem parum abeſt, quin eam loquendi rationem non a librario, ſed ab ipſo eſſe Hygino perſuaſum habeam. Utitur ea etiam auctor Gloſſarum MSS. in Virg. I. Georg. *Et poſtmodum cum filia ejus Erigone mortem quaereret, quae cum reperiſſet corpus ejus,* pro *& ea.* Adde not. ad cap. 4. ubi ſatis multa id genus reperies. MUNCK.

5 Chalciopen] Ita repoſui pro *Chalciopem.* Vide notas ad cap. 137. MUNCK.

6 Tunc Chalciope de Medea indicat] Inepte legendum. *Calciope idem Medeae indicat.* littera ultima in *idem* ob ſimilitudinem ſequentis eſt extrita. inde vitium loci. SCHEFF. Cl. Scheffer. *idem Medeae indicat.* quod probarem protinus. niſi magis arrideret Heinſianum, *rem Medeae indicat.* MUNCK. Tentant viri docti

tunc

nem. Quae cum eum vidiſſet, agnovit, quem in ſomnis adamaverat, Junonis impulſu, omniaque ei pollicetur, [7] & perducunt eum ad templum.

## XXII. *AEeta.*

[8] AEETAE Solis filio [9] erat reſponſum, tam diu eum regnum habiturum, quamdiu ea pellis, quam Phrixus conſeraverat, in fano Martis eſſet. Itaque AEeta Jaſoni hanc [10] ſimultatem conſtituit, ſi vellet pellem auratam auferre, tauros [11] aeripedes, qui flammas naribus ſpirabant,

tunc C. *idem*, vel *t. C. rem Medeae.* Et tale quid potius mens auctoris poſtulare videtur; quamvis alterum illi prorſus contrarium non putem. Juſta ſaltem (hoc nemo neget) Latinitas. Salluſtius Catil. c. XXX. 6. *ſiquis indicaviſſet de conjuratione.* Noſter Fab. LXVII. *cui Periboea de ejus ſuppoſitione palam facit.* WOPKENS.

7 ET PERDUCUNT] Ipſa nempe, cum ſorore Calcyope. Forte tamen Noſter ſcripſit, *perducit.* SCHEFF. *Ipſa* puta & *ſoror Calciope.* niſi *perducit* praeferas, quod Cl. Scheffero viſum. Infr. cap. 127. *Quem cum cognovit qui eſſet, juſſu Minervae cum Telemacho & Penelope in patriam redierunt.* Diximus de iſta ſyllepſi jam ad cap. 6. MUNCK.

## Ad CAP. XXII.

8 AEETAE SOLIS FILIO] Ex *Perſe* ſecundum Noſtrum. *Perſeidem* appellat Heſiodus. *AEetam* autem hunc regem vocavit Servius cum Philargyrio ad Georg. II. 140. & 142. Item ad illa AEn. II. 450. *Amplexaeque tenent poſtes atque oſcula figunt.* *Apollonii*, inquit, *locus, in quo inducitur Medea patrio* * *AEtae relinquens domum, ita facere.* Lege, *patris AEtae*, & tolle aſteriſcum. Locus ille, quem tangit, legitur lib. IV. 26. Rutil. lib. I. *Crebra relinquendis infigimus oſcula pertis.* Caeterum τῦ *AEtae*, quod mirabar antehac, video etiam uſum Ovid. VII. Met. 170. ut quidem vulgatae editiones repraeſentant, *Diſſimilemque animum ſubitt pater AEta relictus.* & Solinum cap. VIII. ubi *Oeta* multae editiones perperam habent. Sed ut Solino, Servio, & Philargyrio id donetur, in Ovidio tamen non ferendum cenſet Nob. Heinſius. Delet ergo auctoribus MSS. libris τὸ *pater.* Conſule eum ad Heroid. epiſt. VI. Caeterum quod *AEta* pro *AEëta* dicerent poſterioris aevi ſcriptores, anſam praebuit librariis corrumpendi Avienum Perieges. pag. 424. ed. Pith. *Has poſt in terras pinu ſubvenit Etine, Inſeditque locis.* Lege, *ſubiit AEtine*, vel, *ſubit AEetine* h. e. Medea. MUNCK.

9 ERAT RESPONSUM] Ab Apolline nempe. Servium vide ad Georg. II. 140. MUNCK.

10 SIMULTATEM CONSTITUIT] *Simultas* jurgium & contentio eſt Donato ad Phorm. act. II. ſc. I. Sed id minus huic quadrat. Exprimere Hyginum voluiſſe puto, quod in hac narratione dixit Apollon. Schol. ad I. III. Αἶλας αὐτῷ ἀγωνίαν μεγάλην. Utitur hac phraſi etiam Noſter cap. 50. 67. 84. 185. Scioppius ad Sanct. Minervam lib. IV. *Videtur*, inquit, *antiquitus ſignificaſſe pactum, ſive quod inter duos ſimul conveniſſet, quaſi ſimulitas.* Cl. Schefferus interpretatur *legem ſive conditionem ex ſimultate profectam.* In Gloſſ. MSS. Fauſti, *dolus* exponitur, ut obſervat Barthius. Sed nec id huic quadrat. In Gloſſis Cyrilli invenio, Δωρεαὶ, *ſimultas.* Δωρεὰν ſcimus inter alia deſignare *ſtipendium & tributum.* Innuere ergo videtur ſive Cyrillus, ſive alius gloſſographus eſt, per ſimultatem laborem aliquem ſive athlum, qualia duodecim Herculis ſtipendia ſunt, quo quis peracto ferret propoſitum praemium. Vide quae praeterea notamus ad cap. 84. MUNCK.

11 AERIPEDES] Melius foret, *AEnipedes.* Vide Heinſ. ad modo laudatae epiſtolae verſum 32. Sed *aeripes cereus* legas etiam apud Auſon. Eid. XIX. Virgil. AEn. VI. 802. Verum cum per epiſynaloephen ita dictum pro *aëripedem* volunt Servius ad eum verſum, & Diomedes lib. II. MUNCK. Schol. Apoll. Rhod. III. 594. ait, ὅτι χρησμὸς ἦν Αἰήτῃ διδοὺς ὃν ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐγγόνων ἀπολεῖν, τὸν Ἡφαιστοῦ τῶν Ἀργοναύταις ἐκφοβῆ, τοῦτο ἐποίει κ. τὸν ζεύξαι τοὺς ταύρους λέγει αὐτὸν ἐπινοῆσαι. De hiſce tauris conſulendus idem ad vs. 230. 233. 409. & Apollodor. lib. I. p. 61. & 62.

bant, jungeret [1] adamanteo jugo, & araret, [2] denteſque draconis ex galea ſereret: ex quibus gens armatorum ſtatim [3] enaſceretur, & ſe mutuo interficeret. Juno autem Jaſonem ob id ſemper voluit ſervatum, quod, cum [4] ad flumen veniſſet, volens hominum mentes tentare, [5] anum ſe ſimulavit, & rogavit, ut ſe [6] transferrent; cum cæteri, qui tranſierant, deſpexiſſent, ille tranſtulit eam. Itaque cum ſciret, Jaſonem ſine Medeae conſilio imperata perficere non poſſe, petit a Venere, ut Medeae amorem injiceret. Jaſon a Medea Veneris inpulſu [7] amatus eſt. Ejus opera ab omni periculo liberatus eſt. Nam cum tauris araſſet, & armati eſſent enati, Medeae monitu lapidem inter eos abjecit: illi inter ſe pugnantes, [8] alius alium interfecerunt. [9] Dracone autem venenis ſopito, pellem de fano ſuſtulit, in patriamque cum Medea eſt profectus.

XXIII.

1 ADAMANTEO JUGO] Ita *tunicae adamantinae* apud Horat. 1. od. 6. pro duriſſima & imperforabili. Adamantina ſunt chalybea, & quae ex ferro duriſſimo conficiuntur. *Adamas* enim chalybs ſive ferrum duriſſimum, ut notarunt Apollonii & Heſiodi Scholiaſtes non unus. Quibus & Theocriteus accedit ad Eid. B. 34. Heſych. Ἀδάμας, γίνεται σίδηρος. Unde *textus adamas* procatenâ e ſolido ferro Senec. Herc. Fur. 808. Nam de adamantis lapidis duritie quod ſcripſit Plinius jam pridem exploſit doctiſſimus Faber. Nugatur ergo etiam Servius ad illa Virg. AEn. VI. 552. *Solidoque adamante columnae.* Schol. AEſchyl. ad Prom. vers. 9. Fulgent. Virg. Continentiâ, Tzetzes ad Heſiodum, & Iſidorus Orig. XVI. 14. Priſcianus ſub finem Periegeſ. Schol. Horat. 1. od. 6. Confer Celeberrimi Graevii Lectiones Heſiodeas pag. 95. Pari modo *abeneum* vocitabant quicquid firmiſſimum eſſet. Vide Horat. lib. 1. Epiſt. 1. vers. 60. & lib. III. od. 3. 65. Conjunxit utrumque Tertull. de Reſurr. Carn. cap 44. *Adamantinas mortis & aeneas feras inferorum.* Ovidius in hac fabula Met. VII. *Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant.* Propert. lib. III. el. 9. *Colchis flagrantes adamantina ſub juga tauros egit* &c. Adde Alardi Epiphyll. Philol. cap. 3. MUNCK. Eurip. Cyclop. vs. 592. Πέτρας τὸ λῆμμα, κἀδάμαντος ἔξομεν. Heſiod. Theogon. vs. 229.

Ἔνεσθεν ἀδάμαντος ἐς ἰσχυρὸν δόμον ἔχουσαν.

& ἀδαμάντινος de ferreis Promethei vinculis uſurpari docebit Stanlei ad AEſchyl. Prom. Vinct. vs. 6, 64. Vide Kuhn. & Perizon. ad AElian. l. VI. V. H c. 12. n. 7. ſic cuſpis ſumma haſtae Achillis adamantina dicitur fuiſſe a Philoſtrato cap. 19. Heroic. §. 4. & ἀδαμαντίνη ἅρπη falx Saturni vocatur ab Apollodoro lib. 1. pag. m. 5. Euripides ipſe originem hujus vocis docet in Alceſt. vs. 980. Καὶ τὸν ἐν χαλκοῦσι δαμάζεις ἃ βίᾳ σιδήρου.

2 DRACONIS DENTES] Tzetz. in Lycoph. pag. 26. Σπείρει τοὺς δράκοντος ὀδόντας, ὃς ἔσχεν αὐτὸς ὁ Αἰήτης, τοὺς Ἀθηνᾶς δόντας αὐτῷ μέρος ἐκ τοῦ θηρὸς παρείλετο τοῦ Κάδμου. MUNCK.

3 ENASCERENTUR] Non rejicio, ſed quia ſequitur, *interficeret*, propterea vix dubito, quin *enaſceretur* hic ſcribendum ſit. SCHEFF. Aut *enaſceretur* heic legendum, aut mox *interficerent*, ut ſit dictum, quemadmodum illud Apuleji: *Ingens hominum frequentia convenere.* Frequens haec figura Graecis. Judic. cap. II. 4. Ἐπῆραν ὁ λαὸς τὴν φωνὴν αὐτῶν. Cap. V. 10. Καὶ πᾶσα ἡ γῆ ἐπεσπάσατο ἐπὶς τὰς καλιὰς αὐτῶν. 1. Reg. XXV. 1. Συνεθροίζουν πᾶς Ἰσραήλ. Matth. XXI. 8. Ὁ δὲ πλεῖστος ὄχλος ἔστρωσαν. MUNCK. Apoll. Rhod. l. 1. Argon. vs. 569. - Εὖτ' ἂν ἵκωνται

Ἀνδρῶν ἠμάων θεσπέσιος λεώς.

Schol. Vet. ὡς περιλαβεῖν ὄχλον συνηθροισμένον ἐπαινεῖ τοὺς πλησιάσαι ῥᾶστα τὸ ἱκανόν. Pindarus O. Pyth. II. vers. 85. - Ἐκ δ' ἐγένοντο στρατὸς, ubi videnda ſunt Scholia. Sic *multitudo perditorum hominum latronumque convenerant* in Jul. Caeſare l. III. B. Gall. c. 17. ad quem locum Cl. Oudendorpium conſule.

4 AD FLUMEN VENISSET] Puto, hic abeſſe nomen fluminis, dicebatur autem Euhenus. Vide ſupra fab. 13. SCHEFF. Lege cum Nob. Heinſio, *ad flumen Evenum veniſſet.* MUNCK.

5 ANUM SE SIMULAVIT] Non neceſſe eſt quidem,

## XXIII. *Abſyrtus.*

AEETA ut reſciit Medeam cum Jaſone profugiſſe, nave comparata, miſit [10] Abſyrtum filium cum ſatellitibus armatis ad eam perſequendam. Qui cum in Adriatico mari in Hiſtria eam [11] perſecutus eſſet ad Alcinoum regem, & vellet armis contendere, Alcinous ſe inter eos interpoſuit, ne bellarent: quem judicem ſumpſerunt, qui eos in poſterum diſtulit. Qui cum triſtior eſſet, & interrogatus eſſet a conjuge Arete, quae cauſa eſſet triſtitiae, dixit, ſe judicem ſumptum a duabus diverſis civitatibus, inter Colchos & Argivos. Quem cum interrogaret Arete, quidnam eſſet judicaturus, [12] reſpondit Alcinous: Si virgo fuerit Medea, parenti redditurum: ſin autem [13] mulier, conjugi.

dem, poterat tamen abeſſe τὸ *ſe*, & quidem eleganter. Ovid. VI. Met. 26. *Pallas anum ſimulat.* Flor. I. 7. *Ut ſimulanti transfugam hinc fides eſſet.* MUNCK. Conſule Celeb. P. Burm. ad Ovid. III. Met. vs. 275.

6 TRANSFERRET] Mallem ex cap. 13. *transferrent*, ſcil. *homines.* Curt. VII. 2. *Parmenioni Polydamanta veniſſe nunciaverunt.* Vide Voſſium in de Conſtruct. cap. 19. Praeterea ſublatâ τελείᾳ ςίξμῇ, ſcribo: *transferrent*; *cum caeteri* &c. MUNCK.

7 AMATUS EST P. O A. O. P. LIBERATUS EST] Ita mox ſeq. fab. *qui cum triſtior eſſet, & interrogatus eſſet.* Et fab. 116. *plurimae eorum fractae ſunt, militesque plurimi c. d. t. occiſi ſunt, membraque eorum c. v. ad ſaxa illiſa ſunt.* Vide, quae notavi ſupra, fab. 16. & in Altron. Poet. lib. III. c. 6. SCHEFF. Melius foret, *ejuſque opera.* Sed vide not. ad cap. 4. MUNCK.

8 ALIUS ALIUM INTERFECERUNT] Livius lib. III. cap. 50. *Alius in aliam partem caſtrorum ad ſedandos motus diſcurrunt.* Conſule Cl. V. V. Cortium ad Salluſt. B. Catil. cap. 6. n. 2. Oudendorp. ad J. Caeſar. l. II. B. Gall. c. 26. Weſſeling lib. II. Obſervat. cap. 13. Lucas in Actis Apoſtol. cap. II. comm. 12. ἄλλος ἐπὶ ἄλλον λίγοι 14.

9 DRACONE VENENIS SOPITO.] De hac hiſtoria etiam non convenit inter Mythographos veteres. Conſule Schol. Apoll. Rhod. l. IV. Argonaut. vs. 87. & 156.

## Ad CAP. XXIII.

10 ABSYRTUM FIL.] Schol. Apoll. Rh. III. vs. 242. haec de eo refert. ἀβσυρτίδην δὲ φασι τὸν Αἰήτου καὶ Ἀστερόδειας τῆς Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος θυγατρός. Tzetzes ad Lycophron. vs. 174. ab eo diſſentiens ait: ὁ δὲ Κολχεὺς ὁ αὐτὸς, (Αἰήτης) γαμεῖ Εἰδυίαν τὴν Ὠκεανοῦ θυγατέρα ὁ Κύτης πόλιν Μήδειαν καὶ Ἄψυρτον γεννᾷ. ad vs. 1025. Εἰδυία, γυνὴ Αἰήτα θυγατρὸς Ὠκεανοῦ, ᾧ Αἰήτης καὶ Εἰδυίας Μήδεια καὶ Ἄψυρτος. Aurigam AEetae fuiſſe Abſyrtum adfirmat Philoſtratus junior Icon. XI.

11 PERSECUTUS ESSET AD ALCINOUM REGEM] Comma eſt delendum, quoniam *ad* per Ellipſin eſt, *uſque ad.* Niſi malis, *perſecutus eſſet*, & *ad Alcinoum.* Fuit enim Phaeacum Rex Alcinous, ut notum. habes illa pleraque apud Apollonium lib. IV. v. 913. & ſeq. SCHEFF. Incitum poſt τὸ *eſſet*, quod non de nihilo Cl. Schefferum offendebat, ſuſtuli. MUNCK.

12 RESPONDIT PARENTI REDDITURUM] Ellipſis eſt accuſativi reciproci, uſitata etiam politiſſimis. Curt. VII. 5. *Operam navaturos pollicentur.* VIII. 11. *Conſtituit daturum.* Ter. Eunuch. I. 2. *Venturum ad me conſtituit.* Andr. II. 3. *Pollicitus ſum ſuſceſturum.* Tibull. I. 7. *Et ſimulat tranſire domum.* Apulejus: *Quam ego pollicitus ſum curaturum.* MUNCK. Vide, quae ad C. Nepotem in Miltiade cap. 1. & ad J. Caeſar. l. II. B. G. c. 31. a Cl. Oudendorpio notantur.

13 MULIER] Opponitur virgini. Apollodorus: Εἰ μὲν κόρη συμπλακήσῃ Ἰάσονι. Notum illud Ciceronis: *Cras mulier erit.* Et *mulierem fieri* pro *virum pati* apud Ulpianum. Arnobius lib. V. *Cum in Siciliae pratulis purpureos legeret nondum mulier flores, & adhuc virgo Proſerpina.* Unde *de virgine exire* dicitur apud Tertull. quae mulier fit. Vide Salmaſ. ad Pall. 169. Sic γυνὴ παρθένῳ opponitur apud Graecos, vel κόρῃ. Vid. Lacit.

jugi. Hoc cum audivit Arete a conjuge, mittit nuntium ad Jasonem; & is Medeam noctu in antro [1] devirginavit. Postero autem die cum ad judicium venissent, & Medea mulier esset inventa, conjugi est tradita. Nihilominus, cum profecti essent, [2] Absyrtus timens patris praecepta, persecutus est eos in insulam Minervae. Ibi cum sacrificaret Minervae Jason, & Absyrtus interveniisset, [3] ab Jasone est interfectus. [4] Cujus corpus Medea sepulturae dedit, atque inde profecti sunt. Colchi, qui cum Absyrto venerant, timentes AEetam, illic remanserunt, oppidumque condiderunt, quod ab Absyrti nomine [5] Absorin adpellarunt. Haec autem insula posita est [6] in Histria [7] contra Polam, [8] juncta insulae Cantae. XXIV.

in Democrit. p. 656. ed. Steph. Schol. Apollon. ad lib. IV. vers. 1. unde haec Hyginiana sumpta videntur: Ὁ δ' (Ἀλκίνοος) ὑπερθύμως τὸν κρίσιν εἰς τὸν ἄνδρα, ἵνα παρθένον μὲν ἔσαν τῷ πατρὶ λιποίμισθαν δῶν. εἰ δ' γυνὴ εἴη, ᾧ ἐδίδοσ τῷ ἀνδρί. Antiphanes Anthol. lib. I. Sect. XXIII. 7. Ἦν δ' γυναῖκα Ἐλπὶς ἰδεῖν αἴφνης ἐχομαι δ' οὐ νικω. Confer Theophyl. in Matth. cap. XI. Nimis argutatur Philargyr. ad Ecl. III. *Ad secundum partum virgo dicitur, postmodum mulier.* MUNCK. Sophocl. Trachin. vs. 151. ὡς τὶς ἀντὶ παρθένε γυνὴ Καδμῆ, λάθᾳ τ' ἐν τάλᾳ φερτίδων μίᾳ. ab Antonin. Liberal. cap. 2. & cap. 7. Metamorph. γυνὴ pro uxore ponitur, imo Tzetzes ad Lycophron. vs. 356. ita distinguit: Παρθένος μὲν γάρ ἐστι, ἡ μὴ γενομένη συνουσίας ἀνδρός. Νύμφη δ' ἡ νεωστὶ συζυγεῖσα, μήπω δ' τεκουσία. γυνὴ δ' ἡ γονῆς δεδεγμένη, καὶ τέκουσα. Apud Latinos saepius *mulier* pro uxore ponitur. Consule Cortium ad Sallust. B. Catil. cap. 25. n. 2.

1 DEVIRGINAVIT ] Cap. 33. *Cum Deianiram devirginasset.* Petron. *Devirginetur Pannychis nostra.* Vetus interpres Siracid. XX. 3. *Concupiscentia spadonis devirginabit juvenculam.* Gloss. Cyrilli: Διαπαρθενεύτης, *devirginator.* Διαπαρθενεύω, *devirgino. Decalantico* diceret Lucillius. Haimo Homil. p. 80. *Qui devirginati erant non viderunt.* Gloss. Isidori: *Devirginat, corrumpit.* Adde, quae in Lexico Scriboniano annotavit Rhodius. Male *divirginat* editum in Philoxeni Glossario Ad eundem modum *devirare* dixit Auctor Ovidii Vetulae, *evirare* Schol. Horat. ad Epod. XII. MUNCK. Ubi hae nuptiae fuerint peractae, non convenit inter veteres. Consule Schol. Apoll. Rh. l. IV. Arg. vs. 1141, 1153, & 1217.

2 ABSYRTUS ] Hic Justino lib. XLII. 3. est *AEgialius.* ubi tamen scribere malim, *AEgialeus.* Αἰγιαλεύς enim appellatur a Diodoro lib. IV. pag. 148. Cicero III nat. *Quid hujus Absyrto fratri, qui est apud Pacuvium AEgialeus?* MUNCK.

3 AB JASONE EST INTERFECTUS] Consule Schol. Apoll. Rhod. IV. Arg. vs. 412, 460, 466, 469. A Medea alii *Absyrtum* interfectum affirmant. Consule Ovid. III. Trist. El. 9. vs. 25. Tzetz. ad Lycophron. vs. 175. & 1318. Eust ad Dionys. Perieg. vs. 488. Errat Salvagnius ad Ovidii Ibin. 438, qui dicit Apollonium in iis esse, qui *Absyrtum a Medea* interfectum statuunt.

4 CUJUS CORPUS M. S. D.] De hac re etiam dissentiunt. Confer Apoll. Rhod. IV. 181. & Schol. ad vs. 228. item Tzetz. ad Lycophron. vs. 175.

5 AUSORIN ] In fabula sequente 26. scribitur *Absoridem.* Pomponio Melae lib. II. cap. 7. est *Apsoros*, quanquam ipse insulam faciat, quam discimus ex Noltro, ante illa tempora vocatam insulam Minervae, postea communi nomine cum urbe, a Colchis ibi extructa, dictam Absorim, vel Apsoron. SCHEFF. *Absyrtin* malim ex Strabonis lib. VII. p. 367. Apollod. lib. I. pag. 53. Eustath. in Dionys. pag. 69. & Apollod. lib. I. pag. 53. qui addit de Absyrti nomine oppidum illud appellatum. Id si probes, scribendum etiam cap. 26. *Absyrtidem* pro *Absoridem*, & pro *Absoritani* cap. 26. *Absyrtitani.* Vide & Etym. mag. in Ἄψυρτος. Priscian. Periegesi: *Absyrtidas aequor ad ortus circuit.* Etiam fluvius Colchorum Absyrtus fuit. Vide Sequestr. MUNCK. Schol. Apoll. Rhod. IV. vs. 482.

Κείνταις ἠϊόι κεῖθι μετ' ἀνδράσιν Ἀψυρτίῃσιν.

Vet. Schol. dicit Ἀψυρτίῃσιν. ἴσον δὲ λέγει Ἀψύρτοις ἱερωμένοις. & ad vs. 508. εἰ Κόλχοι ἀφορμηθέντες τῆς Ἀργοῦς ἐκ ἐκπλεύσει, φοβούμενοι τὸν Αἰήτην. ἀλλ' εἰ μὲν αὐτῶν ἔκτεινε ἐκεῖ ὁ Ἄψυρτος ἐδολοφονήθη, μὴ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐκ αὐτῷ Ἀψυρτίων. οἱ δὲ εἰς Ἰλλυρίδα, ὅπου οἱ ἰγχέλυες, ἀφ' ὧν τὰ κερκύρια ὄρη. Tzetz. ad Lycophron. vs. 175. p. 24. A. Τῶν δὲ διωκόντων αὐτὸς Κόλχων οἱ μὲν εἰς τοὺς Κιρανίους ὅρους παρέκτεινε, οἱ δὲ εἰς τὴν Ἰλλυρίδα, καὶ τὰς Ἀψυρτίδας νήσους. τινὲς δὲ εἰς Φαιακίαν.

6 IN HISTRIA ] Histri soboles Colchorum sunt. Vide Justin. lib. XXXII. cap. 3. MUNCK.

5 CON-

## XXIV. *Jaſon Peliades.*

JASON cum Peliae patrui ſui juſſu tot pericula adiſſet, cogitare coepit, quomodo eum ſine ſuſpicione interficeret. Hoc Medea ſe facturam pollicetur. Itaque [9] cum jam non longe ab Jolco eſſent, navem juſſit in occulto conlocari, [10] & ipſa ad Peliae filias pro ſacerdote Dianae venit: eis pollicetur, ſe patrem earum Pelian ex ſene juvenem facturam. [11] Idque Alceſtis [12] major filia negavit fieri poſſe. Medea quo facilius eam perduceret ad ſuam voluntatem, caliginem eis objecit, & [13] ex venenis multa miracula fecit, quae veriſimilia eſſe viderentur, arietemque

7 CONTRA POLA] Scribe, *contra Polam*. Ultimam litteram vicinae ſequentes per ſimilitudinem abſumſerunt. Pola ſane dicitur & Melae l. II. c. 4. Fuit autem urbs a Colchis condita, quod & ipſe, & cum ipſo Strabo teſtantur. SCHEFF. Graecis eſt ἡ Πόλα. *Polam* ergo ſcribendum ex Strabonis lib. v. Mela lib. II. 3. *Pola, quondam a Colchis, ut ferunt, habitata (in quantum res transeunt!) nunc Romana colonia.* Lycophroni ea urbs eſt Πόλη. Annotat Tzetzes: (ad vs. 1022.) Κολχίδι φωνῇ Πόλη καλεῖται. Τὸ ὃ Πόλη Κολχικῶς φυγάδας σημαίνει. MUNCK.

8 [UNCTA INSULAE CANTAE] Hanc neſcio an alibi reperias. puto autem ita dictam alteram partem. eſt enim in medio diviſa, & juncta tantum ponte, ut altera ejus pars venire potuerit hoc nomine, ſi recte ſeſe habet. Vide notas Iſaaci Voſſii ad Melam. SCHEFF. *Curitae* reponere Cluverium lib. I. c. 21. Ital. Antiq. didici de Cl. Cupero. Illuſtris Heinſius ſublato πῆ *inſulae*, legit, *Juncta continenti*. ponte videlicet. Cantae enim nomen nuſquam apud antiquos comparet. MUNCK.

## Ad CAP. XXIV.

9 CUM JAM LONGE A COLCHIS ESSENT] Ratio, & ſequentia docent, legendum eſſe, *cum jam non longe*. SCHEFF. Lege, *cum jam non longe ab Jolco eſſent*. Verba illa c. 21. *cum jam non longe à Colchis eſſent*, anſam praebuerunt huic loco corrumpendo. Ovid. VII. Met. 58. *Victor Iolciacos tetigit cum conjuge portus.* Diodorus lib. IV. pag. 253. *Nactu portum quendam non longe ab urbe ingreſſus.* MUNCK.

10 ET IPSA] Mallem, *At ipſa*. SCHEFF. Cl. Schefferus, *at ipſa*. non valde neceſſe eſſe puto. Vide notas ad cap. 8. MUNCK.

11 IDQUE ALCESTIS] Non ſatis cohaeret, ſcripſit ſine dubio, *id quia Alceſtis*. littera ultima in voce *quia* eſt deleta, propter ſimilem ſequentem. SCHEFF. Cl. Schefferus, ut nexus orationis ſit aptior, mallet, *id quia*. Mutanda eſt ergo diſtinctio, & ſcribendum: *Id quia Alceſtis [major filia negavit poſſe fieri, Medea, quo facilius eam perduceret ad ſuam voluntatem, caliginem &c.* MUNCK.

12 MAJOR] Comparativum pro ſuperlativo poſuit, ut Dares: *Quae in Graecia formoſior videretur.* h. e. *formoſiſſima.* Capella lib. I. *Quippe Pronoe major eſt filiarum.* lege, *Pronoeae* ex MS. Leid Grotius ex ſuo libro reſtitui volebat, *Pronoea*. perperam. *Pronoeae* inde faciendum erat. Idem Capella lib. IV. *Bromius, qui facetior eſt Deorum.* Lib. VIII. *Virgo ſidereа pulchriorque dotalium.* Chryſol. Serm. XII. *Hoc Ioannem in natis mulierum fecit eſſe majorem.* Vet. interpres Siracid. I. vers. 4. *Prior omnium.* Fulgentius lib. I. c. 26. *Tres filias locupletes dereliquit, quarum major Meduſa.* Apulej. in de Dogm. Plat. *Omnium gignentium eſſe ſenierem.* Iſidorus lib. XVIII. *Reſina terebinthina omnium praeſtantior.* Prudent. Hym. Cathem. XII. 185. *Prior Iudicum.* ad quem locum conſule Nobil. Heinſii notas. Graecis id uſitatius eſt, quam Latinis. Apollod. lib. II. pag 62. Ὑπερμήστρα μὲν δὴ πρεσβυτέρα ἐξῆλθε Λυγκεῖ. Gen. XLIII. v. 3. Ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν ὁ πάτερος. Jobi cap. I. 13. Ἐν τῇ οἰκίᾳ τῷ ἀδελφῷ αὐτῶν τῷ πρεσβυτέρῳ. Scholiaſt. Hom. ad Iliad. E. 392. Δύκα τῷ πρεσβυτέρῳ Νίσσοιο. Conſer Tzetz. ad Heſiod. p. 49. Edit. Heinſ. Voſſ. in de conſtruct. pag. 15. Nec contemnendum, quod notat Eurip. Schol. ad Phoen. 1578. Ἐσθ' ὅτι τὰ συμπεπλεγμένα ἐξ ἀνομοίων γίνῃ, ὡς τὸ πρεσβυτέρῳ παιδὶ. ὐχ ὡς ἐν τῷ ἄλλαι παλαιῶν εἶναι. MUNCK.

13 EX VENENIS] H. e. ἀπὸ φαρμάκων, arte magicâ. Praeter carmina venenis fuiſſe uſas iſtas fagas quis ignorat? *Pharmacus* & *veneficus* eſt magus, & φαρμακεία, *magia* Paulo ad Galat. cap. V. 20. φαρμακοὶ *praeſtigiatores* Malach. cap. III. 5. φαρμακοδιώκειν, *incantare.* Pſ. LVIII. vers. 5. φαρμακὶς & φαρμακόεσσα *ſaga.* φάρμακα *praeſtigiae* Mich. cap. V. 11. Immo voces iſtas

φαρ-

que vetulum [1] in aënum conjecit, unde agnus pulcherrimus profiluiſſe viſus eſt: eodemque modo [2] inde Peliades, id eſt, Alceſtis, Pelopia, Meduſa, [3] Iſidoce, Hippothoe, Medeae impulſu patrem ſuum occiſum [4] in aëno coxerunt. Cum ſe deceptas eſſe viderent, a patria profugerunt. At Jaſon ſigno a Medea accepto, regia eſt potitus Acaſtoque Peliae filio fratri Peliadum, quod ſecum Colchos ierat, regnum paternum tradidit: ipſe cum Medea Corinthum profectus eſt.

XXV.

φαρμακεία, φάρμακον, φάρμακος, nuſquam in vet. vel novo inſtrumento aliter, quam magiae ſignificatu reperias. Quamobrem miror, quid interpretes Belgas moverit, ut in epiſt. ad Galat. & Apocalyps. IX. 21. φαρμακείων verterint, *venijngevinge*. Unus eſt locus, quo forte tueri eos velis, quemque opportune nobis ſubjecit venerandus amicus noſter Petrus Texelius. II. Maccab. X. 13. Πολιμαῖος Μάκρων ὑπ' ἀθυμίας φαρμακεύσας ἑαυτόν, ἐξέλιπε τὸν βίον. Sed enim is, ut maximè eorum verſioni favere videatur, defendere eam tamen neutiquam poteſt. MUNCK.

1 In aeneum ] *Abenum* MICYLL. Veteres, *abenum*. Sed alterum rectius. SCHEFF. An *aënum?* Equidem puto rectius: Ovid. in hac fabula VII. Met. 263. *Interea validum poſitum medicamen aëno fervet & exultat.* Noſter cap. 125. *Cum coquerent in abeno.* Gloſſ. Philoxeni: *Aëna*, λέβης. leg. *aënum*. Χάλκεον Graecis eſt. 1. Eſdr. I. 12. Ἐν χαλκείοις ᾧ λέβησι. Servius ad AEn. I. vers. 217. *Sane* aëna *abſolute dixit, ſicut Graecè* χάλκεα. *ut*, Coſtis undantis aëni, &; aëna undantia flammis. Idem tamen, pro diſſyllabo habet, & per diſſolutionem fieri triſyllabum putat ad AEn. I. 361. SUADET. *Secundum naturam*, inquit, *dure ſunt ſyllabae, ſed multi triſyllabum putant: quod etiamſi inveniatur, diſſolutio dicenda eſt. quomodo dicimus* aena & ahena. Pro diſſyllabo habuiſſe etiam Iſidorum patet ex ejus Gloſſis. *Enulum, caldarium*. Lego, *aenulum* Sic in Fragm. Tragur. *Mei coci etiam vitulos aeno coctos facere ſolent.* Rectius inferias in eodem Fragm. *Trimalchio juſſit, ut aëno coctus fieret.* Apicius lib. V. cap. I. *Caponis aeno cocti jure conditis.* & VIII. *Porcellum aeno coctum ſic praepares.* Sane *aenum* legas quoque in not Tyronis p. 164. MUNCK. Apollodor. lib. I. pag. 69. eadem referens ait de Medea, κριὸν μιλίσασα τὴν καθύψασα ἐκπέμπει ἄρνα.

2 Unde Peliades] Probo Barthii emendationem, *inde Peliades*. SCHEFF. Recepi in textum Barthii conjecturam. Male ediderunt hactenus, *unde*. MUNCK.

3 Isidoce ] *Piſidice* eſſe ſcribendum bene monet ad Palaeph. p. 244. Tollius. Πισιδίκη enim Graecis eſt. Vide Schol. Lycophr. pag. 35. Edit. Baſ. Steph. pag. eadem. MUNCK.

4 In Aeno ] Scribendum eſt *in aeno*. Ita namque & ſupra, *in aenum conjecit*. De *aëno* dixi in notis ad Petronii fragmentum. SCHEFF. Ita reſcripti pro *aeneo*. Nescio tamen, an debuerim. Certe *aeneum* pro caldario occurrit quoque cum apud Gregor. Turon. tum legis Salicae Tit. IV. MUNCK.

## Ad CAP. XXV.

5 Idyae ] In Graeco eſt diphthongus. Scribendum ergo, ut rectè edi curavit in Ciceronе ſuo lib. III. de nat. deor. Gruterus, *Idyiae*. Stultè ex Idyia Ἰδυίαν facit Diaconus Theog. p. 308. Ed. Heinſ. Apollod. Θυγάτηρ Αἰήτου καὶ Ἰδυίας. Pariter vitioſè ſcriptum apud Probum. ad IV. Georg. 463. *Oritbya*, & ſimilia alia non uno loco apud Servium. Caeterum, quam non de Medeae matre convenerint veteres, diſces ex Scholiaſt. Apollon. ad lib. III. vers. 242. MUNCK. Patriam Medeae diſces ex eodem ad lib. II. vs. 401.

6 Marcerum et Feretum ] *Mermerum & Pheretem* Pauſan. in Corinth. vocat. MICYLL. Pro *Marcerum* infra ſab. 239. habes *Macareum*. at ſab. 26. *Macerum*. *Mermerus* eſt Pauſaniae in Corinthiacis, & Apollodoro lib. I. *Pheretem* quoque nominant, non *Pheretum*, aut ut Noſter ſolet ſcribere, *Feretum*. Diodorus plane alia habet vocabula, ſed hanc diverſitatem excutere, nobis non eſt animus in hiſce notis, quoniam ſic in immenſum creſcent. SCHEFF. Cap. 239. *Macareum & Pheretum filios ex Jaſone*. Scribere malim, *Mermerum* & *Pheretem* vel *Feretem*. F & PH confundi notius eſt, quam ut admoneri debeat. Apollod. lib. I. Τοὺς τι παῖδας, οὓς εἶχεν ἐξ Ἰάσονος Μέρμερος καὶ Φέρης ἀπέκλεινε. Et ſic etiam

## XXV. *Medea.*

MEDEA AEetae & [1] Idyiae filia cum ex Jaſone jam filios [6] Mermerum & Feretum procreaſſet, ſummaque concordia viverent, objiciebatur ei, hominem [7] tam fortem, ac formoſum, [8] nobilem, uxorem advenam, atque veneficam habere. Huic Creon [9] Menoecei filius rex Corinthius filiam ſuam [10] minorem Glaucen dedit uxorem. Medea cum vidit,

am Pauſanias, ut advertit jam Micyllus. Ferri tamen etiam *Feretum* poteſt. Schol. Eurip. ad Med. vers. 117. Λέγει ὁ παῖδας Μέρμερον καὶ Φέρητα. Scholiaſt. Horatii ad Ep. III. & Art. Poet. *Medum* & *Mermerum* eos vocitat. Diodorus lib. IV. pag 257. *Theſſalum*, *Alcimenum* & *Tiſandrum*. Tzetzes ad Lycophr. (vs. 175.) Μέρμερον & Φέρητα. Scrib. Μέρμερον Corruptius idem pag. 167. Μέρμωνα καὶ Φέρητα. MUNCK.

7 TAM FORTEM AC FORMOSUM, NOBILEM] Trajectas eſſe voces cenſet Cl. Schefferus, & ſcribendum: *Tam fortem*, *formoſum*, *ac nobilem*. Mihi aliquando viſum fuit τὸ *nobilem* a gloſſa eſſe, & primitus fuiſſe ſcriptum, *tam fortem ac famoſum*. *Famoſus* eſt nobilis, celebris. Corruptum idem vocabulum etiam cap. 92. ubi editum, *formoſiſſimum inter mortales futurum*, pro, *famoſiſſimum*. Cl. tamen Schefferi conjecturam non parum juvat, quod inter formoſos Jaſon quoque celebratus fuit olim. Schol. Pind. ad Pyth. od. v. ὅτι ὁ Ἰάσων, ὃν ἔλαιον ὁ Ἥρως κατὰ τινας αὐτῷ ἐκμαῦναι. Hinc ergo *candidum ducem* eum appellat Horatius Epod. 3. hoc eſt, pulchrum, ut exponit Scholiaſtes. Adde Ovid. VII. Met. vers. 27. MUNCK.

8 NOBILEM UXOREM] Antecedit, *objiciebatur ei*. At quae haec objectio? ſcribendum *ignobilem*. Atqui Medea filia fuit regis non ignobilis ea tempeſtate, vel propter vellus aureum. Itaque malo credere, trajectas voces, & ſcribendum, *hominem tam fortem*, *formoſum*, *ac nobilem*, *uxorem advenam &c.* SCHEFF.

9 MENOECI] *Menoecei* ſcribendum. Vide notas ad cap. 76. MUNCK. Eurip. Phoeniſſ. vs. 698.

Χάρις σὺ, καὶ κόμιζε τὸν Μενοικέως
Κρέοντ' ἀδελφὸν μητρὸς Ἰοκάστης ἐμῆς.

In Hercul. Furent. vs. 8.

——— ἵνθεν ἐξέφυ
Κρέων Μενοικέως παῖς.

Sophocl. in Antigone vs. 162.

Ἀλλ' ὅδε δὴ δὴ βασιλεὺς χώρας
Κρέων ὁ Μενοικέως, νεοχμοῖς
Νεμεσσῆσι θεῶν ἐπὶ συντυχίαις
Χωρεῖ.

Ex hiſce videmus, Hyginum Graecos auctores imitatum patris nomen addidiſſe, ad differentiam aliorum, qui etiam *Creontes* i. e. reges fuere dicti.

10 MINOREM GLAUCEM] *Creuſam* ſic enim & poſtea vocat. MICYLL. Putat Micyllus, ſcribendum *Creuſam*, maxime cum ſequatur, *Creuſa munere accepto*. Et profecto Creuſa eſt & Senecae Tragico in Medea. Ego tamen nihil muto. Nam Glaucen hanc Jaſonis conjugem vocat quoque Diodorus lib. IV. & Apollodorus lib. I. Ac videtur hoc ipſius nomen fuiſſe proprium, alterum vero impoſitum ei a nomine paterno. SCHEFF. Scribendum *Glaucen*. Praeter Nemeſ. Cyneg. Auſon. Epigr. 130. Schol. Horat. ad Epod. v. Lucian. Θεοὶ ἐγκώμ. Tzetzen in Lycophr. vs. 175. Eurip. Schol. Hypoth. Med. ita eam etiam appellat Apollodorus lib. I. Alii *Creuſam* faciunt. Schol. modo laudatus ad Med. vers. 19. Περὶ ὁ τῆς Κρέοντος θυγατρὸς ἐκ διαφορῶν τὸ Εὐριπίδου οἱ συγγραφεῖς. Καλοῦσιν μὲν ὁ Κρέοντα φασὶ καλεῖσθαι, γαμεῖσθαι ὁ Ἥβῃ, Ἀναξιβίαν τινὲς ὁ Γλαύκην. Facile ex illa diſcrepantia te expedies, ſi legas, quae erudite Exercitat. p. 379 ſcripſit Palmerius MUNCK. Tzetzes ad Lycophron. vs. 1318. hanc Glaucen appellavit, ubi etiam pro Μέρμερον in Editione Cl. Potteri jam Μέρμωνα legitur. *Glaucen* vocat Athenaeus lib. XIII. cap. 1. p. 556. & pag. 560. cur vero illa etiam *Creuſa* vocetur, ratio haec eſt, quia Creuſa nomen eſt adpellativum, *regis filiam* notans, unde plures *Creuſae* commemorantur, ut Erechthei filia, uxor Xuthi, mater Jonis & Achaei. Schol Homeri Iliad. A. vs. 2 vel juxta Schol. Ariſtophanis Nub. vs. 1470. Apollinis uxor. Altera tertiae filia, mater Hypſei.

vidit, ſe erga Jaſonem benemerentem tanta contumelia eſſe adfectam, [1] coronam [2] ex venenis fecit auream, eamque muneri juſſit filios ſuos novercae dare. Creuſa munere accepto, cum Jaſone & Creonte conflagravit. Medea ubi regiam ardere vidit, natos ſuos ex Jaſone Mermerum & Feretum [3] interfecit, & profugit Corintho.

## XXVI. *Medea exul.*

MEDEA [4] Corintho exul, [5] Athenas ad AEgeum [6] Pandionis filium

V. Schol. Pindari Θ. Pyth. IX. vs. 29. Mentio etiam fit *Creuſae* Priami filiae, Remi, & Romuli vel juxta alios Aſcanii matris. v. Tzetz. ad Lycophron. vs. 1226, & 1232. imo aliae fuerunt. Conſule etiam Cl. Burm. ad Ovid. VII. Met. vs. 394. & Lactant. ad Statii v. Theb. 402. 455.

1 CORONAM] Ovid. Ib. 606. *Ut nova Phaſiacâ comprenſa eſt nupta coronâ.* Pallam fuiſſe Horatius vult Epod. 5. Schol. *Sunt qui Medeam, non pallam, ſed coronam Glaucae dediſſe volunt.* MUNCK. Apollodorus lib. I. p. m. 71. dicit fuiſſe πέπλον μεμαγμένον φαρμάκῳ.

2 EXUENS FECIT AUREAM.] Probo conjecturam Barthii, ſcribentis, *ex venenis*, ut ſenſus ſit, coronam aliquam auream fecit venenatam; nam *ex venenis* idem eſt, ac, *cum venenis*, modumque oſtendit, quo coronam illam auream fecerit talem, ut efficere ſequentia poſſet. Ita praecedenti fab. *ex venenis fecit miracula.* Vide ſup. fab. 20. SCHEFF. Barthius optime, *ex venenis.* Apollodorus lib. I. τῇ γαμετῇ πέπλον μεμαγμένον φαρμάκῳ ἔπεμψε. Praeterea pro *fecit* malit quis *infecit.* Vide Sen. Med. Act. III. 575. Naphtha autem ad eam rem uſa eſt. Plutarchus de Naphtha: Τοῦτό φασιν εἶναι τὸ τῆς Μηδείας φάρμακον, ᾧ τὴν παγκάλλουσαν κίφασιν καὶ τὸ πέπλον ἔχρισε. Hinc Suidas Naphtham Μηδείας ἔλαιον appellatam annotat. Videnda Sotionis περὶ ὑδάτων παραδοξολογήσιμα, & Schol. Nicandri pag. 80. ed. Colon. Nemeſianus Cynegetico: *Colchidos iratae ſacris imbuta venenis Munera non canimus.* Schol. Horat. ad Epod. III. *Haec illi dedit tunicam veneno infectam.* Cl. Schefferus retinet τὸ *fecit*, & explicat *coronam auream venenatam fecit.* Quod firmari poſſit optime ex cap. 73. *Monile aureum ex gemmis fecit.* & cap. 166. *Soleas aureas ex adamante fecit.* Nihil ergo mutemus, niſi tamen ſic ſatis placet illuſtris Heinſii conjectura, *ex veneficiis.* ut innuat magicam fuiſſe coronam, quae non erat, quod videbatur. Lucatius ſive Lactantius in Argumento Medeae Senecae: *Pallam quandam veneno tinctam carminibuſque conſeceratam dedit.* MUNCK. Conſulendus eſt omnino Celeb. P. Burmannus ad Ovidii l. a me paullo ante citatum.

3 INTERFECIT] Liberat hoc crimine Medeam apud Euripidis Scholiaſten Parmeniſcus. Interfectos enim ejus filios a Corinthiis ait; ſed quinque talentis ab illis corruptum Euripedem in Medeam tranſtuliſſe eam caedem. Adde quae in Variis ſuis tradit AElianus lib. V. c. 21. MUNCK. Plerique tamen Euripidem ſecuti ſunt. Imo Servius ad Virgilium Ecl. VIII. vs. 47. rogare auſus eſt. *Quis enim ignorat, Medeam ab Jaſone contemptam, ſuos filios interemiſſe.* Adde Meurſium ad Lycophron. vs. 1318. Secuti etiam pictores ac Statuarii. Conſule Jac. Nic. Loenſem lib. IV. Epiphyll. cap. 16, 17. Ab AEliano & Parmeniſco ſtantes Auctores indicabunt Lectori Interpretes AEliani, & Olearius ad Philoſtrati Heroica, cap. XIX. 14. imo & alterius ſceleris adfinis fuiſſe ſtatuitur Medea, quippe quae, ut Hyginus hic etiam teſtatur, ipſi Jaſoni necem intuliſſe dicitur a multis. v. Schol. Eurip. Med. vs. 1387. quamquam alii Jaſonem vitam ſuam laqueo finiiſſe adfirment. Conſule Jac. Nic. Loenſem l. IV. Epiphyll. cap. 18.

## Ad CAP. XXVI.

4 CORINTHO EXUL] Poſſis tollere inciſum poſt τὸ *exul.* Amat enim iſtas verborum trajectiones Noſter. Sed rectius dixeris τὸ *exul* cum ablativo eum junxiſſe, ut *exterris* apud Fulgentium lib. III. cap. 6. *Domo exterris.* Salluſt. Jug. 14. *Exul patriâ, domo.* Nepos Attic. cap. 20. *Exul tum bis terris.* Ambroſius Hymn. I. de Opere Creat. *Vitae ſit exul munere.* Horatius genitivum praetulit lib. II. od. 16. *Patriae quis exul Se quoque fugit?* MUNCK. Cum Genitivo a probatis junguntur *exſul, profugus, fugitivus*, ut docuere

Cl.

lium devenit in hoſpitium, eique nupſit. Ex eo natus eſt Medus. Poſtea ſacerdos Dianae Medeam exagitare coepit, regique negabat ſacra caſte facere poſſe, eo quod in ea civitate eſſet mulier [7] venefica & ſcelerata. Tunc iterum [8] exulatur. Medea autem [9] junctis draconibus ab Athenis Colchos redit: [10] quae in itinere Abſoridem venit, ubi frater Abſyrtus ſepultus erat. Ibi Abſoritani ſerpentium multitudini reſiſtere non poterant. Medea autem ab eis rogata, lectas eas in tumulum fratris conjecit, quae adhuc ibi [11] permanent. Si qua autem extra tumulum exit, debitum naturae perſolvit.

## XXVII.

Cl. VV. P. Burm. ad Ovid. VI. Met. vs. 189. & Duker. ad Florum l. III. cap. 1. n. 12. Hic tamen nihil mutandum. Conſule Cl. Cortium ad l. l. Salluſtii n. 11. De Hiſtoria vide Meurſ. l. III. de Reg. Athen. cap. 4.

5 ATHENAS &c.] Tzetzes ad Lycophron. vs. 175. ἰφ' ἅρμασι δρακόντων πτηνῶν εἰς Ἀθήνας ἐκδημεῖ ᾗ συνοικήσασα Αἰγεῖ τῷ Πανδίονος γυνὴ Μῆδος.

6 PANDIONIS FIL.] Ab his Scyrii, ab illis Phemii dicitur filius AEgeus, ut docet Tzetzes ad Lycophron. vs. 494. Rectius eum idem Tzetzes ad vs. 1324. facit Pandionis filium: id quod teſtatur etiam Herodotus lib. I. cap. 173. Λύκος ὁ Πανδίονος, ἐξελασθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀδελφεοῦ Αἰγέως. Si tamen Pallantidis fides habenda ſit apud Plutarchum in Theſeo pag. m. 5. *Pandion* natura non fuit AEgeo pater, ſed adoptavit eum.

7 VENEFICA ET SCELERATA. TUNC ITERUM EXULATUR] De noxiis Medeae herbis, & quare *venefica* dicatur, omnia nota. Hinc enim jam cecinit Tibullus lib. I. El. 2. vs. 61.

*Sola tenere malas* MEDEAE *dicitur herbas.*

& lib. I. El. 4. vs. 55.

*Quidquid habet Circe, quidquid* MEDEA *veneni;*
*Quidquid & herbarum Theſſala terra gerit.*

cum quo loco confer Schol. Ariſtophan. Nub. vs. 747. & videbis, cur Tibullus de *Medeae veneno*, & ſimul de Theſſalae terrae *herbis* fecerit mentionem. Sed ut ad Hyginum redeamus. Medeam non quidem ea de cauſa, de qua agit Noſter Auctor, civitate expulerunt Athenienſes, ſed inprimis, quod Theſeum AEgei filium de medio tollere conata fuit venenis, quae pater AEgeus ipſe inſcius ei bibenda dedidiſſet. Conſule Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. vs. 1017. & Plutarch. in Theſeo p. 5. ubi de ſcelerato hoc Medeae conſilio late agit.

8 EXULATUR] H. e. in exilium ejicitur. Fulgent. praefat. lib. I. Myth. *Alexandriae conciliabula exulata poſſederam*: & lib. III. cap. 6. *Ne noſtra opera aut propriis exularemus officiis* &c. Auctor. Paſſ. Cyprian. *Fecit eum in civitate Furabilitana exulari.* Mallem, *civitatem Furabilitanam.* Anaſtaſius Exil. Martin. *In Cherſonam exulatur*; ac ibidem; *Ut ſineretur in eadem cuſtodia, quouſque exularetur.* Chryſologus Sermon. 12. *Fames revocat, quem ſaturitas exularat.* Hinc *exulatitius*, φυγάς, in Gloſſ. Philoxeni. Ejuſdem farinae eſt *exiliare.* Doſitheus lib. III. *A quo exiliatus eſt?* Auctor Hermeneumatum Goldaſto laudatus: *Exterris, exiliatus.* MUNCK.

9 JUNCTIS DRACONIBUS] Nam, ut venefica, poteſtatem in ſerpentes habebat, unde *Anguicida* dicta. Silius lib. VIII. *AEetae prolem Anguicidam mala gramina primum Monſtraviſſe ferunt.* Coelius tamen Anguiciam a Medea diſtinguit apud Solinum cap. 8. Adi ipſum. Gloſſ. Cyrilli: Μήδεια, *Anguicida.* MUNCK. Conſule Cl. Drakenburg. ad Silii loc. vs. 500.

10 QUAE IN ITINERE] Puto legendum, *qua in itinere.* SCHEFF. Latinius foret: *Quo in itinere* nihil tamen muto. MUNCK.

11. PERMANENTES, SI QUA AUTEM] Diſtinctio prava. Corrige, *permanent. Si qua.* Veteres habuerunt, *ſi quae.* SCHEFF. Si ἀνακόλουθον qualitercunque evitare velis, ſcribendum: *permanent. & ſi qua autem.* Sed illud & negligentius ſic poſitum dicas. An natum eſt ex ultima vocis praecedentis ſyllaba? Ita cenſere videtur Cl. Schefferus, cum legat, *permanent, Si qua autem.* MUNCK.

## XXVII. *Medus.*

PERSI Solis filio, fratri AEetae, responsum fuit, ab AEetae progenie [1] mortem cavere. ad quem Medus, dum matrem persequitur, tempestate est delatus; quem satellites comprehensum ad regem Persen perduxerunt. Medus AEgei & Medeae filius, ut vidit, se in inimici potestatem venisse, Hippoten Creontis filium se esse mentitus est. Rex diligentius quaerit, & in custodiam eum conjici jussit. Ubi sterilitas & penuria frugum dicitur fuisse. Quo Medea in curru junctis draconibus cum venisset, & regi se sacerdotem Dianae ementita esset, dixit, [2] sterilitatem se expiare posse. Et cum a rege audisset, Hippoten Creontis filium in custodia haberi, arbitrans, eum patris injuriam exsequi venisse, [3] ibique inprudens filium prodidit. Nam regi persuadet, eum Hippoten

## Ad CAP. XXVII.

1 MORTEM CAVERE ] Ita & infr. cap. 84. *Quod sibi responsum erat mortem cavere.* Cap. 166. *Instigavit Vulcanum Minervam petere in conjugium.* Servius ad Ecl. VI. 42. *Quod eum monuisset a Thetide abstinere.* Dictys lib. II. pag. 67. *Qui eum imperatorum verbis atque exercitus peterent, remittere iras, ac repetere solitam cum suis gratiam.* Hellenismum resipit. Apollod. lib. I. Ἐβίαισεν ὁ Θὴς τὴν μητρυιὰν Φυλάξαχ. Magis Latinae constructioni conveniret, *caveret.* cap. 127. *Quod ei responsum erat a filio mortem ut caveret.* cap. 91. *Imperavit quicquid pareret, necaret.* MUNCK.

2 STERILITATEM EXPIARE ] H. e. piatione numinum avertere. MUNCK.

3 IBIQUE IMPRUDENS ] Aut hic deest aliquid, aut *ibi imprudens* scribendum. SCHEFF. Illud *que* heic prorsus otiosum. Postulat orationis nexus, quod Cl. Scheffero visum est, *ibi imprudens.* vel quod mihi in mentem venit, *ipsa imprudens*; nisi pro *arbitrans* scribere mavis, *arbitrata est*, & pro *ibique*, *itaque.* MUNCK.

4 UT MENDACIUM MORTE PUNIRETUR ] Ita solet Noster per praepositionis Ellipsin, pro *ob mendacium.* quomodo supra Fab. 16. *quod* pro *ob quod.* Ita fab. 258. *Quae fil ne falleretur, aufugit*, pro *ob quae.* SCHEFF. Subaudi *ejus. Punire peccatum, maleficium*, & similia etiam Cicero & alii frequentarunt. Quamobrem ad ellipsin heic confugere non arbitror necesse. Quemadmodum puniri peccata, ita & illis ignosci dicitur. Vellejus II. 83. *Dissitens illud probatum a Caesare, cui ille ignoverat.* Petronius: *Deos roga, ut illi facto tuo ignoscant.* Plautus Amphitr. I. 1. *Ut ignoscamus peccatum suum.* MUNCK.

5 ET ILLA ALITER ESSE VIDIT ] Sequi debuisset, *vidisset.* Sed vide notas ad cap. 148. MUNCK.

6 POSSEDIT EX SUO NOMINE ] Mallem punctum scribere post *possedit.* SCHEFF. Vix audeo affirmare scribendum esse, *possedit. & ex suo*, cum tot locis particulam illam copulativam omitti in hoc scripto videam. Vide notas ad cap. 4. MUNCK.

7 TERRAM MEDEA COGNOMINAVIT ] Lego, *terram Mediam cognominavit.* Apollod. lib. I. Τῶν ὑφ' ἑαυτῇ χώραν ἅπασαν Μηδίαν ἐκάλεσε. Medus hic Μήδιος est Hesiodo, ut Justino *Medius*, lib. XLII. cap. 3. *Medius*, inquit, *aemulus virtutis ejus in honorem matris Medeam urbem condidit, regnumque ex suo nomine Medorum constituit.* Scripserim, *Mediam urbem.* Cognominis enim regioni urbs illa fuit. Vid. notas ad cap. 276. Probus ad II. Georg. 126. *Pars Parthorum Media appellata est a Medo filio Medeae & AEgei, ut existimat Varro, qui quatuor libros de Argonautis edidit.* Tzez. Chil. VI. 72. Μηδίας χώρας Μήδων ὃ πρῶτος ἦρξε, ἀπὸ δὲ Μήδου καὶ παιδὸς Μηδείας χώρας κλῆσις. Calculum suum dat Diodorus lib. IV. pag. 259. Corruptè ergo Isacius in Lycophronem. Τὴν ὑπ' αὐτὸν Μήδειαν ἐκάλεσεν. Dubitandi non videtur locus. Nam quod promiscuè in MSS. *Media* & *Medea* reperiatur, id ad Colchida illam, non regionem, referam. Eustath. tamen in Dionys. p. 129. Ὡς οὐ Μηδεία τάχα πλησιάζουσα. MUNCK. Idem Eust. ad Dionys. Perieg. vs. 1017. Ἡ δὲ Μήδων χώρα κατω κληθῆσα, κατὰ τὸν Γεωγράφον, ἀπὸ Μήδου τοῦ Μηδείας, ἥτις λιπόπατρις δι' ἔρωτα γέγονεν. ἢ ἀπὸ αὐτῆς δὴ

τῆς

ten non esse, sed Medum AEgei filium, a matre missum ut regem interficeret: petitque, ut interficiendus sibi traderetur, aestimans, Hippoten esse. Itaque Medus cum productus esset, [4] ut mendacium morte puniretur, [5] & illa aliter esse vidit, quam putavit, dixit, se cum eo colloqui velle, atque ensem ei tradidit, jussitque avi sui injurias exsequi. Medus re audita, Persen interfecit, regnumque avitum [6] possedit, ex suo nomine [7] terram Mediam cognominavit.

## XXVIII. *Otos & Ephialtes.*

[8] OTOS & Ephialtes, [9] Aloei & Iphimedes [10] Neptuni filiae filii, mira magnitudine dicuntur fuisse. Hi [11] singuli [12] singulis mensibus novem digitis crescebant. Itaque cum essent annorum novem, [13] in coelum adscendere sunt conati, [14] qui aditum sibi faciebant. [15] montem enim [16] Ossam super

τῆς φυγάδος Μηδείας, τῆς Αἰήτᾳ θυγατρὸς, ἥτις ὁ Διονύσιος ἐμφάνιμον τὴν γῆν ταύτην φησί. Unde Media terra χώρα Μηδείας vocatur a Schol. Aristoph. Equit. vs. 603.

## Ad CAP. XXVIII.

8 OTHOS ] Scribe sine aspiratione, *Otos & Ephialtes Aloei & Iphimedes.* Parthenius Erot. cap. 19. Τῷ Ἀλωέως γυναῖκα Ἰφιμέδην. Cornarius; *Iphimeden, Halotbei uxorem.* Scribe sine aspiratione *Aloei.* quanquam Ἀλωεὺς & Ἀλωάδαι apud Pindari quoque Scholiasten legisse memini, ad Pyth. od. IV. vs. 158. Servio ad AEn. VI. 582. mater est *Iphimedia*, ut Apollodoro Ἰφιμήδεια. Hesychius: Ὥστε ἡ Ἐφιάλτης Ἀλωέως καὶ Ἰφιμεδείας υἱοί. Nempe ut *Cassiope Cassiopea*, *Panope Panopea*, *Euryale Euryalia*, *Penelope Penelopea*, *Persephone*, *Persephonea*, ita *Iphimede Iphimedia.* Adde quae notavimus in Genealog. ad vocem *Cymothea.* Idem scripturae vitium est in Servio, & Statiano interprete ad lib. X. Theb. v. 844. *Otibus & Ephialtes Alei filii.* MUNCK.

9 ALOI ET HIPHIMEDES ] *Iphimediae.* MICYLL. Rectius est, *Aloei & Iphimediae*, uti constat ex Apollodoro. Aloei filii etiam Pausaniae dicuntur. SCHEFF.

10 NEPTUNI FILIAE ] Triopis filia fuit secundum Apollodorum lib. I. pag. 22. MUNCK.

11 SINGULI SINGULIS ] Veteres *singuli* non agnoscunt. & videtur rectius abesse. SCHEFF.

12 SINGULIS MENSIBUS NOVEM DIGITIS] Apollodorus: Καὶ ἐνιαυσῶν ἐξαίνων πλάτος μὲν πηχυαῖον, μῆκος δὲ ὀργυιαῖον. MUNCK. De horum ossibus in Thessalia repertis Philostratus Heroicon cap. I. §. 4. καὶ ἡ Δὶ ὲν Θετταλίᾳ τὰ τῶν Ἀλωάδων, ὃς ἐπιέρχεται ἀτέχνως ἐγγινόμενα, καὶ ἐπαῖει ἄδοντας. Vide Homer. Odyss. Λ. vs. 311.

13 IN COELUM ADSCENDERE SUNT CONATI, QUI ADITUM SIBI ITA FACIEBANT: MONTEM ENIM OSSAM SUPER PELION POSUERUNT, &c.] Non emendandum, salvâ doctorum sententiâ, arbitror *quo aditum* &c. sed solummodo distinguendum: *conati. Qui aditum* &c. Aptius quidem sic connexa oratio fuisset.. *conati. Aditum autem sibi* &c. sed de usu isto relativi duriusculo saepius jam monuimus, postquam illum pluribus illustravimus exemplis ad Cicer. N. D. III. 59. Vide etiam quae ad Fab. CXXXIV. Neutiquam porro cum clariss. Munkero delenda conjunctio *enim*: quippe quae saepissime sic vocibus demonstrativis *ita*, *ista* &c. succedere soleat. Boëtius Conj. V. 4. *In quo* illud *maxime considerandum est*: nam *superior comprehendendi vis* &c. D. Matth. I. 18. Τοῦ δὲ Ἰ. Χ. ἡ γένεσις ΟΥΤΩΣ ἦν. μνηστευθείσης ΓΑΡ τῆς μητρὸς &c. alias plura uberiore manu. WOPKENS.

14 QUI ADITUM ] Nob. Heinsius emendat, *quo aditum.* quod probo. MUNCK.

15 MONTEM ENIM] Illud *enim* videtur e litteris praecedentibus natum, certe otiosum heic est. MUNCK.

16 OSSAM SUPER PELION] Sic & Senec. Thyest. v. 812. Alii Pelion Ossae impositum dixerunt, quos inter Propertius lib. II. el. I. *Non ego Titanas canerem, non Ossan Olympo Impositum, ut coeli Pelion esset iter.* Apollodorus lib. I. *Olympo Ossam imposuerunt, Pelioque Ossae impositum, cum in medium*

ſuper Pelion poſuerunt, [1] unde etiam Pelion Oſſa mons adpellatur, aliosque montes conſtruebant: qui [2] ab Apolline nacti, ſunt interfecti. [3] Alii autem auctores dicunt, Neptuni & Iphimedes filios fuiſſe [4] atrotos. Hi cum Dianam comprimere voluiſſent, [5] quae cum non poſſet viribus eorum reſiſtere, [6] Apollo inter eos cervam miſit: quam illi, furore incenſi, dum volunt jaculis interficere, alius alium interfecerunt. [7] Qui ad inferos dicuntur hanc poenam pati: ad columnam, averſi alter ab altero, [8] ſerpentibus ſunt deligati. [9] Eſt ſtyx in-

*modum coelum conſcendere minabantur.* Adde notas Nob. Heinſ. ad I. Met. Ovid. 155. MUNCK. Tzetzes ad Lycophron. vs. 697. Κύμη ἡ Ὄσσα ὄρη Ἰταλίας μέγιστα, ὅς φησι Μητρόδωρος. ἡ Ὄλυμπος φησὶ πρὸς τῶν Ἀλωεῖδων παίδων Ὦτον καὶ Ἐφιάλτου. (Odyſſ. λ. vs. 315.)

Ὄσσαν ἐπ' Ὀλύμπῳ μίμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἰκρια βαίη.

Verum Oſſa hic non eſt mons Italiae, ſed Theſſaliae, ut omnes Geographi teſtantur, ut & Scholiaſtes Homeri l. l. imo Schol. Apollonii Rhodii l. I. Arg. vs. 598. adnotat: Ὄσσα ὄρος ἐστὶ πρὸς τῷ τέλει τῆς Θετταλίας, μεθ' ὃ διαδέχεται ἡ Μακεδονία. Quid de gigantum fabulis ſtatuat Apollonius Tyanenſis, docet Philoſtratus lib. v. cap. 16.

1 UNDE ETIAM PELION OSSA MONS APPELLATUR ] *Pelius.* MICYLL. Ita mihi gloſſam ſapere videntur. SCHEFF. Pro gloſſemate haec habet Cl. Schefferus. Nec ego intercedo. MUNCK.

2 AB AP. NACTI ] *Avo* fortaſſe legendum. MICYLL. Micyllus: *Avo fortaſſe legendum.* Minimè: παθηλικῶς uſurpat hoc participium, ut cap. I. & 8. *occaſione nacta.* MUNCK. Merito hic locus Micyllo ſuſpectus fuit, locutio enim eſt Hygino, licet ad infimam Romanorum Scriptorum aetatem detrudatur, indigna. Aliud quid eſt *occaſione nacta.* Sine dubio hic legendum *Naxo.* quae lectio, dubito, an cuidam alii ante me in mentem venerit. cui, ſi ita ſit, inventionis palmam non invideo. Ad quam lectionem adſtruendam mea tamen, non aliena proferam. Oti & Ephialtae habitaculum fuiſſe *Naxum* docuit Plutarchus περὶ φυγῆς Tom. II. pag. 602. Ὀιμαί σε τῆς Νάξου γεγονέναι θυγατέρα. — κεῖνη μὲν ἐχώρει τὸν Ἐφιάλτην καὶ τὸν Ὦτον. imo ipſe Pindarus Od. Pyth. IV. vs. 156. cum ejuſdem Scholiaſte in hac inſula Otum & Ephialtem periiſſe teſtantur: & Pindari auctoritate adductus recte apud Apollodorum pro ἐν ἀμάξῃ, ἐν τῇ Νάξῳ legit mox ipſe Munkerus. Idem ex Pauſania docet Olearius ad Philoſtrati Heroic. cap. I. §. 4. Hinc eſt, quod Salluſtius apud Serv. ad III. AEn. vs. 578. dicit Otum in Creta pugnaſſe: & ipſe Servius ad vs. 125. Bacchum, poſt devictos gigantas in Naxo triumphum egiſſe memorat. Denique Aglaoſthenes, qui Naxica conſcripſit, ut Hyginus lib. II. cap. 16. docet, Titanas in inſula Naxo a Jove bello laceſſitos refert. De loco, ubi alii gigantes periere, videndi Schol. Pind. O. Nem. I. vs. 100. Schol. Apollonii Rhodii lib. III. 234. Lact. ad Stat. VI. Theb. 357. Tzetz. & Pott. ad Lycophr. vs. 115. & Olear. ad Philoſtr. l. l. De *Naxo* pro *in Naxo* nihil agam. Loquendi enim modus Noſtro & aliis uſitatus.

3 ALII NEPTUNI ] Schol. Hom. ad Il. E. 385. Γόνε μὲν ἦσαν Ποσειδῶνος, καὶ ἐπίκλησιν δὲ Ἀλωεῖς. Nec aliter χρεολογεῖ Apollod. lib. I. Heſiodus apud Schol. Apollon. ad lib. I 482. Servius ad AEn. IV. MUNCK. Servius ad Virg. I. Georg. vs. 280. (de Oto & Ephialte) *fuerunt filii Neptuni, & novem digitis ſingulis creſcebant menſibus, qua freti altitudine coelum voluerunt evertere, ſed confixi ſunt ſagittis Apollinis & Dianae.*

4 ATROTOS ] A Graeco ἀτρώτους, id eſt, *invulnerabiles*, vel, qui vulnerari nequeunt. Verum ſequitur mox: *cervam dum volunt jaculis interficere; alius alium interfecerunt.* Qui ergo potuerunt eſſe invulnerabiles, qui interfecti ſunt telis? Suſpicor, *Aloidos* ſcribendum, quia hoc eorum fuit nomen. Apollodorus lib. I. δύο ἐγγόνους παῖδας, Ὦτον δὲ Ἐφιάλτην, τοὺς Ἀλωείδας λεγομένους. SCHEFF. H. e. invulnerabiles. Quomodo ergo alter alterum jaculis interfecerunt? reſpondeo cum Palaephato: *Ajax Telamonius etiam invulnerabilis audiit, licet ſibi ipſe ferro vitam ademerit.* Vide eum cap. XII. & Schol. Hom. ad Iliad. Φ. 821. Tzetzen ad Lycophr. p 81. Ed. Steph. Si parum hoc videatur tibi, dicere poſſum, ab illis tantum, qui Neptuni eos faciant filios, invulnerabiles praedicari. MUNCK.

5 QUAE CUM NON POSSET ] Qui paulo elegantius

inter columnam ſedens, ad quam ſunt deligati.

## XXIX. *Alcumena.*

AMPHITRYON cum abeſſet [10] ad expugnandum Oechaliam, [11] Alcumena, aeſtimans, Jovem conjugem ſuum eſſe, eum thalamis recepit. Qui cum in thalamos veniſſet, & ei referret, quae [12] in Oechalia geſſiſſet, ea credens conjugem eſſe, cum eo concubuit. qui tam li-

gantius loquitur, ſcripſiſſet, *eaque non poſſet.* Nihil tamen muto. Vide notas ad cap. 4. Etiam τὸ *cum* negligentius heic repetitum, ut cap. 34. *Hoc Hercules cum interveniſſet, & Deianira cum fidem ejus imploraſſet.* Confer annot. ad Lactant. Argum. lib. 1. fab. 12. MUNCK.

6 APOLLO INTER EOS ] Dianae hoc tribuit Homeri Scholiaſtes. Scholiaſtes Pindari & Apollodorus hoc amplius, Dianam ipſam cervae figuram aſſumpſiſſe fabulantur. Apollodorus in hac narratione ut ſatis emendatus ſit, vereor, Ἀκοῦλαι, inquit, τὰς Ἀλκμήνας σὺν ἀμφίτρυωνι δὲ ἀπέθανεν. An ſcribendum σὺν τῇ Νάξῳ ? Ibi enim interfecti ſunt, teſte Pindaro Pyth. Od. XV. Non tamen affirmo, cum utrumque poſſit eſſe verum. Venit eadem emendatio in mentem Thomae Gale viro doctiſſ. ut poſt illa didici ex ejus notis ad Apollodorum. MUNCK.

7 QUI AD INFEROS DICUNTUR HANC POENAM PATI ] Senarium hunc verſum eſſe notavit Barthius Adverſ. VIII. 2. WOPKENS.

8 SERPENTIBUS SUNT DELIGATI ] Poſt haec verba deeſſe quaedam cenſet Cl. Schefferus. Non accedo. Accipio dandi caſu τὸ *ſerpentibus*, ut ſit, εἰς βορὰν ὄφεσιν, *in pabulum ſerpentum.* Infr. cap. 89. *Si Trojanorum virgines ceto eſſent relegatae.* Ita cenſebam a primo. Poſtea mutavi ſententiam ex Virg. Culice: *Nam vinctus ſedet immanis ſerpentibus Otos.* Vide pag. 170. Serpentes ergo loco funium fuerunt. MUNCK. Omnes Gigantes pro pedibus ſerpentes habuiſſe fingunturi. *Conſule* Apollodor. lib. 1. p. m. 19. Lactant. ad Statii V. Theb. vs. 568. & Olear. ad Philoſtrati Heroica cap. 1. §. 3. Fabulam explicat Servius ad III. AEn. 578. *Sic de Erichthonio* Vulcani & Terrae filio videbimus ad *lib.* II. Aſtron. Poet. cap. 13.

9 EST STYX INTER COLUMNAM ] Barthius haec ita putabat emendanda: *Eſt ſtrix viſcera columnam ſedens.* Mihi altius videtur vulnus, & cujus medela vix, niſi ope probi codicis, invenietur, cum poſt *delegati* manifeſto deſint aliqua. SCHEFF. Barthius emendat: *Eſt ſtrix viſcera columnam ſedens.* Τὸ ſtyx non debebat mutari. Nam eſt *ſtyx* inter aves. Anton. Lib. cap. 21. Πολυφόντης μὲν ἰέρακός ἐστι φθειροφάγος πτηνῶν. Heſych. Στύξ. κρίνα ἐν ἄδῃ, ἃ ὁ σκιὼν τὸ ὄρνεον. Vide num placere poſſit: *Eſt ſtyx ſuper columnam ſedens.* Infr. cap. 57. Hanc *ſuper Pegaſum ſedens interfecit. Eſt ſedens* pro *ſedet* helleniſmum reſipit. Cic. de Orat. *Eſt his ipſis verbis loquens Socrates.* Claud. Mamertus lib. 1. *Eſt quaerens ſe.* Capitol. vitâ Anton. Philoſ. cap. 20. *Erat emendans.* Ad quae verba conſule Caſaub. commentarium. Quaeres forte, quid illa avis ſuper columnam ſedens actura ſit. Convicium, inquam, auribus eorum interim, dum ita miſerabiliter vincti ſedent, infauſto clamore faciet. Haec ſcripſeram, cum legendum ſibi videri mihi indicat Nobiliſſ. Heinſ. *Eſt ſtyx inteſtina columnam* &c. MUNCK. Sic ſolent loqui Attici. Eurip. Hecub. vs. 1179. Ἡ τῶν λόγων ἰσχὺς τις. in Phoeniſſ. vs. 66. Ζῶσ' ἐς ὀ εἶκος. Sophocl. Ajac. 1337. Οὐ γὰρ κλύουσίς ἐστιν ἀκρίτως λόγους. V. Inl. Spanh. ad Ariſtophan. Ran. vs. 36.

## Ad CAP. XXIX.

10 AD EXPUGNANDUM OECHALIAM ] AEtoliam. MICYLL. Cum Telebois tum bellum gerebat Amphitryon. Conſule Schol. Homeri Od. A. 265. Schol. Apollon. Rhod. I. Arg. vs. 747. Schol. Pindari Od. Nem. X. vs. 25. Apollodor. lib. II. pag. 99. & 101. & ad quod bellum reſpicitur apud Athenaeum lib. XI. cap. 14. p. 498. cum Noſtro facit Serv. ad VIII. AEn. 103.

11 ALCMENA] Hujus mater Ἀστυδάμεια eſt Scholiaſtae Pindari Olymp. Od. VII. vs. 49. Ἀστυδίνη Plutarcho in Theſeo pag. m. 4. & Lactantio ad Statii VI. Theb. 6. qui hujus ſolum natale docet ad VII. Theb. 331. Tzetzi ad Lycophron. 932. de Amphitryone bellum Telebois faciente plura narranti, eſt *Anaxo*, ut & Apollodoro lib. II. pag. 97. qui pag. 103. Amphitryonem e Tireſia, Jovem fuiſſe, qui cum Alcmena concubuerat, reſciviſſe refert.

12 IN OECHALIA ] In AEtolia. MICYLL.

14 UT

libens cum ea concubuit, [1] ut unum diem uſurparet, [2] duas noctes congeminaret, ita ut Alcumena tam longam noctem admiraretur. Poſtea cum nunciaretur ei, conjugem victorem adeſſe, [3] minime curavit, quod putabat, ſe conjugem ſuum vidiſſe. [4] Qui cum Amphitryon in regiam intraſſet, & eam videret [5] negligentius ſecuram, mirari coepit, & queri, quod ſe advenientem non excepiſſet: cui Alcumena reſpondit,

1 UT UNUM DIEM USURPARET ] Heic latet aliquid, quod tamen cujuſmodi ſit ſine melioris codicis ope vix invenias. An ſcripſit? *Ut unum diem exſtirparet.* Nocturno ebrio ſtertente ſcilicet, nec ſurgente ad lucem apportandam. Senec. Hercul. Fur. 24. *In cujus ortus mundus impendit diem.* MUNCK.

2 DUAS NOCTES CONGEMINARET ] Tres noctes geminaſſe cum ſcribunt Apollod. lib. II. pag. 82. Servius ad AEn. VII. Euſeb. Praep. lib. II. pag. 35. Lucian. Dial. Deor. & Homeri Schol. ad Iliad. Ξ. 323. Τεσσαρεσκαιδεκαετὴς inde dictus Hercules, & Τεσσαρακονθήμερος Pallad. lib. I. Anthol. Sect. 38. 9. Arnob. lib. IV. continuis novem noctibus pervigilaſſe eum facit. Ad quem locum conſule Elmenhorſt. & Schol. Heſiod. ad Θ. 56. Cum Hygino facit Ovid. lib. I. Amor. Eleg. 13. *Ipſe Deum genitor, ne te tam ſaepe videret, Commiſit noctes in ſua vota duas.* Hieron. contra Vigilantium: *In Alcmenae adulterio duas noctes Jupiter copulavit.* Capella lib. II. pag. 39. *In Herculis exortu geminatae noctis obſequium.* Propert. lib. II. El. 18. *Jupiter Alcmenae geminas requieverat arctos.* Veriora ſunt, quae hac de re narrat Pherecydes apud Homer. Schol. ad Od. Λ. 265. MUNCK. Cum Noſtro facit Ovidius II. Triſt. El. I. vs. 403. De trinoctio unam feciſſe noctem referunt Servius ad VIII. AEn. 103. Lact. ad Statii VI. Theb. 288. & ad IX. Theb. 421. Tzetzes ad Lycophron. vs. 33. ubi & de Hercule τριονύκτῳ agit, de quo & S. Bochartus lib. V. cap. 12. de ceto Jonae.

3 MINIME CURAVIT, QUOD PUTABAT SE CONJUGEM SUUM VIDISSE. QUI CUM AMPHITRYON IN REGIAM INTRASSET, &c.] Schefferus *qui* hic accipit pro quare: Munkerus legendum putat *quo cum* &c. vel tollendum *Amphitryon.* Equidem cum pace virorum inſignium, nil mutaverim, in qua voce *Amphitryon* talem aliquem pleonaſmum agnoverim, de quo nos poſt alios Lection. Tull. II. 6. Minima ceteroquin emendatione legi poſſet, *quum Amphitryon in* &c. WOPKENS. Non tamen ignara cum Jove rem habuiſſe Alcmena videtur, nam Herodorus Heracleota, Pherecydes, & Charon Lampſacenus apud Athenaeum lib. XI. cap. 7. pag. 474, 475. poculum Carcheſium a Jove conditionis mercedem accepiſſe Alcmenam teſtantur.

4 QUI CUM AMPHYTRION ] Illud *Amphytrion* ex gloſſa eſt, qua quis praecedens *qui* explicabat. SCHEFF. Aut ſcribendum, *quod cum* aut τὸ *Amphitryon*, quod e gloſſa marginali in textum irrepſiſſe videri poteſt, delendum. ſimilis incuriae librariorum exempli reperies cap. 119. & 257. Τὸ *qui* heic ſumere pro *quare*, quod in Indice Cl. Schefferus volebat, nimis durum videtur. MUNCK.

5 NEGLIGENTIUS SECURAM ] Quid? an quae poteſt diligenter ſecura eſſe; ſcribe, *negligentius ſe curantem.* Reſpicit ſuperius, *minime curavit.* SCHEFF. Barth. ad Stat. Tom. III. pag. 452. *Negligentius ſe curantem.* Premo utrumque pollicem. Vide Plaut. Amphitr. Act. III. 2. 48. Apollod. lib. I. 48. Ὡς δὲ ἐχ ἱκανῶς φιλοφρονηθείη πρὸς αὐτὸν γυναῖκα. Vidit eam emendationem quoque Cl. Schefferus. MUNCK.

6 EX QUA DIE ] Barth. *Exque ea die.* Et ſanè ita vel ſcripſit, vel certe ſcribere debuit Mythol. hujus pater. Cur tamen nihil mutem, intelliges ex illis, quae ad cap. 4. & 21. ſcripſi. MUNCK. Alio modo rem narrat Schol. Pindari O. Nem. X. vs. 25. alio iterum Schol. Homeri Odyſſ. Λ. vs. 265. quos conſule.

7 PEPERIT HERCULEM ] Ex Jove nempe, ex Amphitryone autem Iphiclem. Schol. Pind. ad nem. X. Ὡς μὲν Ἡρακλῆς μὲν ἐξ Ἀλκμήνης καὶ Διός. Ἰφικλῆς δὲ ἐξ Ἀμφιτρύωνος. Corr. Ἀμφιτρύωνος. MUNCK. De Herculis parentibus non convenit inter Mythographos. Alii Jovis & Aſteriae filium faciunt Herculem. vide Athenaeum lib. IX. cap. 11. pag. 392. Alii, ut Thebani, Jovis & Junonis gnatum eſſe perſuadere cupiunt. Vide Ptol. Hephaeſtionem apud Photium pag. 477. Noſter vulgarem ſequitur opinionem, in qua fuerunt Heſiodus in Herculis ſcuto vs. 55. Tzetzes ad Lycophron. vs. 33. Pindarus O. Iſthm. VII. 10. & Lactant. ad Statii lib. IV. Theb. vs. 147. Multi ſunt, qui Amphitryonem revera Herculis fuiſſe patrem ſtatuunt. Vide Herodotum lib. II. cap. 43. & 146. unde & *Alcides*, ab Amphitryonis patre Alcaeo, dictus creditur a Servio ad VI. AEn. vs. 392. vide & Eurip. Herc. Fur. vs. 3. Contra αὐτοπάτωρ Διὸς vocatur a Sopho-

dit, jam pridem veniſti, & mecum concubuiſti, & mihi narraſti, quae in Oechalia geſſiſſes. Quae cum ſigna omnia diceret, ſenſit Amphitryon numen aliquod fuiſſe pro ſe, [6] ex qua die cum ea non concubuit. Quae ex Jove compreſſa, [7] peperit Herculem.

## XXX. *Herculis* [8] *athla* XII. [9] *ab Euryſtheo imperata.*

[10] INFANS cum eſſet, dracones duos duabus manibus necavit, quos

phocle Trachin. vs. 1122. Denique uno partu editos Herculem & Iphiclem Pindarus; Theocritus vero Herculem una nocte Iphicle eſſe juniorem ſtatuit. v. Schol. Pindari Od. Nem. I. vs. 55. Apollodorus lib. II. p. 103. una nocte grandiorem natu fuiſſe Herculem docet.

## Ad CAP. XXX.

8 ATHLA] H. e. ἆθλοι, ſtipendia ſive labores. Ampelius cap. 2. *Quod ſimilia athla ſint adepti.* ἆθλον idem eſſe quod ἀγώνισμα interdum Graecis etiam oſtendi ad Anton. Liberal. cap. XII. *AErumnas* appellat Petron. Fragment. Tragur. MUNCK. Τὸ ἆθλον proprie notare victoriae praemium docuere Schol. Thucydidis lib. I. cap. 6. lin. 22. Schol. Theocriti Idyll. VIII. vs. 11. & Graevius ad Luciani Soloeciſtam pag. 43, 44. aliquando tamen & pro ipſo certamine ponitur. vid. Schol. Pind. Olymp. Od. I. vs. 5. ἆθλοι vulgo tamen Herculis labores aerumnoſi vocari ſolent a Graecis. Conſule Celeb. Perizon. ad AElian. lib. I. V. H. cap. 24. nec non Apoll. Rhod. I. 1318. quomodo expeditionem argonauticam periculoſae plenum opus aleae ἆθλον πεντετίδος πολυκηδέος vocat lib. I. Arg. 15. Homerus Odyſſ. A. vs. 18. πεφυγμένος ἵνα ἄεθλων de Ulyſſe. Schol. explicat κακοπαθειῶν. Herodotus lib. I. cap. 126. (ὁ Κῦρος) πάντα τοῦτον φρι τὸν χῶρον πρώτιστα ἐχειρώσατο καὶ ἡμέρα. ἐπιτελισάντων δὲ τῶν Περσέων τὸ προκείμενον ἆεθλον. Sophocles in Philoct. vs. 510. in neutro genere dixit de calamitatibus, aerumnis ac miſeriis.

πολλῶν δὴ ἵλι.
ξὺν δυσοίσων πόνων
Ἄθλ' ὅσα μηδεὶς τῶν ἐμῶν τύχοι φίλων.

de pluribus hujuſmodi ſubſtantivis egi ad fab. III.) Hinc ἀεθλεύειν χρόνον, pro μετ' ἄθλων καὶ κακότητος διάγειν. Vid. Schol. & Stanlei ad AEchyl. Prom. Vinct. vs. 45. ſed ad rem. Hinc Hercules δωδεκάεθλος Nonno dictus, ut docet Heinſius ad Ovid. XV. Met. 39. ceteros, quos plurimos confecit, labores Herculis, παίγνια vocant Graeci, quos imitatur Hyginus. Conſule Eximium Drakenburgium ad Silium Italic. lib. III. vs. 32. juxta quoſdam athla duodecim ſunt in coelo ſigna. vid. Serv. ad IV. AEn. 395, & G. Cuperum in Harpocrate pag. 56.

9 EURYSTHEO] Hic regnavit Mycenis. Patrem habuit Perſei filium *Sthenelum*. Apollodor. lib. II. pag. 97, 99. matrem *Aſtydamiam*. vid. Schol. Thucydid. lib. I. cap. 9. Verum juxta Tzetzen *Archippen*, juxta Homeri Scholiaſten *Leucippen*. Conſule Celeb. P. Weſſeling. cap. VII. Probabil. pag. 65, 66. Hic Euriſtheus Junonis inſtinctu Herculi duodecim labores injunxerat, ut capitis periculum adiret. Conſule Eurip. Hercul. Fur. vs. 1278. Euſtath ad Dionyſ. Perieg. vs. 828. ipſum Apollon. Rhod. lib. I. Arg. vs. 1317. Schol. Pind. Olymp. Od. III. vs. 50. Apollodor. lib. II. p. 107. & ſeqq. denique Lactant. ad Statii VI. Theb. 310. ubi pro *Perſa* legendum *Perſei*, & ad I. Achill. vs. 189. Verum alii alia de hac fabula narrant. Diotimus in Heraclea apud Athenaeum lib. XIII. cap. 8. pag. 603. Euryſtheum Herculis delicias fuiſſe, & ideo hos labores Euryſtheo gratificandi cauſſa ſubiiſſe. E Philoſtrato lib. VIII. Apoll. Tyan. cap. 7. §. 9. pag. 341. diſcimus Herculem Euryſthaeo non aliam ob cauſſam hos XII. labores ſubiiſſe, quam ut de genere humano bene mereretur: idque firmat Philoſtratus junior Icon. 12. docens praeter hos duodecim labores alia certamina illum ſponte ſuſcepiſſe. unde dicitur ἀνιερώτης. vid. Perizon. ad AElian. lib. V. V. H. cap. 3. & Serv. adde ad VIII. AEn. 275. Hujus vero Euryſthei filii fuiſſe dicuntur Alexander, Iphimedon, Eurybius, Mentor, Perimedes, ab Athenienſibus Heraclidas defendentibus interfecti, juxta Apollodor. lib. II. pag. 151. ſed ſecundum Anticlidem Perimedes, Eurybius, & Eurypilus tres ex Euryſthei filiis, ab ipſo Hercule jam interfecti ſunt, quia eorum pater ſacrificans Herculi poſt exantlatos labores reverſo contemptiorem portionem dedit, in alios amicos, ad coenam vocatos, melioribus diſtributis. Vide Athenaeum lib. IV. cap. 14. pag. 157, 158. Schol. Thucydidis l. l. Euryſtheum ab Heraclidis interfectum docet, ſed hoc honoris uni ex iiſdem Hyllo tribuit Apollodorus l. l.

10 INFANS CUM ESSET] βρέφος ἔτι ὤν dicit Schol. Pindari O. Nem. I. vs. 50. Octo menſes natum

quos [1] Juno miſerat, unde [2] primigenius eſt dictus. [3] Leonem [4] Nemeaeum, quem [5] Luna nutrierat [6] in antro Amphriſo, [7] atrotum necavit. Cujus pellem [8] pro tegumento habuit. [9] Hydram Lernaeam Typhonis filiam cum [10] capitibus novem ad fontem Lernaeum interfecit. Haec

tum fuiſſe docet Apollodorus lib. II. pag. 103. Hi dracones inter athla Herculis duodecim non numerandi, quia ab Euryſtheo hoc non imperari Herculi potuit. Conſule & Celeb. P. Burm. ad Val. Flacc. lib. I. vs. 34. Pherecydes apud Apollodorum l. l. & Schol. Pindari Od. Nem. I. vs. 65. ab ipſo Amphitryone hos dracones in Herculis & Iphiclis, unius anni infantum, cunas inmiſſos eſſe docet, ut experiretur Amphitryon, uter Jovis eſſet filius. Cum Noſtro facit Servius ad VIII. AEn. 288. & Euripides in Herc. Fur. 1265.

1 JUNO MISERAT ] Mallem *immiſerat*, ut efficacius. SCHEFF. Mallet, quod efficacius ſit, *immiſerat* Cl. Schefferus. Si politior hic eſſet ſcriptor, probarem protinus. Frequens enim id verbum in tali re ſcriptoribus bonis. Ut alios omittam, vide Juſtin. lib. IX. 7. Sed Hygin. noſter Aſtron. II. 15. *admittere* eo ſenſu uſurpat; imo & ſimplex *mittere* cap. 145. Quod cum in Indice Vir Cl. ipſe annotaverit, cauſa non erat, cur heic mutaret. Servius cum noſtro ad AEn. VIII. 300. *Propter cujus necem Juno ei inſaniam miſit.* Expreſſit Graeciſmum Hyginus. AElian. Anim. XII. 5. Καὶ τούτῳ ὑμεναίους ἑπτακοσίους ἔπεμψεν ἡ Ἥρα αὐτῷ. MUNCK.

2 *Primigenius* ] Herculis primigenii meminit vetus inſcriptio apud Gruter. pag. 315. MUNCK.

3 LEONEM NEMEAEUM ] Duos leones ſuffocaſſe dicitur Hercules (de quibus Lactant. ad Statii I. Theb. vs. 485.) primum *Tbeumeſſum*, qui ab Apollodoro lib. II. p. 105. *Citbaeroneus* dicitur: ſecundum *Cleonaeum* ſive *Nemeaeum*, qui leo *Cleonaeus* vocatur a *Cleona* Graeciae civitate, juxta quam mons, ſive ſylva Nemea, ſita erat, ut docet idem Lact. ad Statii I. Theb. vs. 355. & ad IV. Theb. vs. 160. hinc leonis *Cleonaei* pellem geſtaſſe dicitur Hercules a Servio ad VIII. AEn. vs. 295. De Cleona praeterea Periz. ad AElian. lib. IV. V. H. 5. §. 15. Hic leo occiderat filium Molorchi. Quid mirum igitur, ſi Hercules ad leonem hunc ſuffocandum profectus hoſpitio a Molorcho excipitur? conſule Serv. ad III. Georgic. vs. 19. Lact. ad Statii IV. Theb. vs. 161. & Apollodor. lib. II. pag. 109. Quomodo vero hunc Leonem Nemeaeum ſuffocaverit Hercules, docet Euripides in Hercule Fur. vs. 153. & e nummis inluſtrat Eximius Drakenburgius ad Silium Italic. lib. III. vs. 33. Tzetzes ad Lycophron. vs. 33. hunc Leonem antea fuiſſe ἄτροφον docet, adde Rutgerſium III. V. L. cap. 16. pag. 297. Quid Anaxagoras de Luna, hujus leonis nutrice, adnotet, docet Schol. Apoll. Rhodii Lib. I. Arg. vs. 498. τὸν ὃ ΣΕΛΗΝΗΝ ὁ αὐτὸς Ἀναξαγόρας χώραν πλατεῖαν λιπφαίνῃ, ὃν ᾗ δοκεῖ ὁ Νεμαῖος λέων πεπτακέναι. Herculem hujus leonis pelle indutum primus depinxit Steſichorus Himeraeus, quem alii deinde poetae ſecuti ſunt. Conſule Athenaeum lib. XII. cap. I. pag. 512, 513. Tres vero leones ab Hercule fuiſſe occiſos, *Heliconium*, *Lesbium* & *Nemeaeum* dicit Schol. Theocriti Idyll. XIII. 6. *Nemeaeus leo* uno Herculem digito privavit, unde etiam novem digitis depingitur. vid. Ptolemaeus Hephaeſtio apud Photium pag. 474. alii alio modo amiſiſſe digitum Herculem referunt ibid. Cum leone Heliconio una pugnaſſe dicitur Nireus ab eodem Hephaeſtione lib. II. ead. pag. Photii. Juxta Alexandrum Myndium draco e terra genitus pag. 475. ubi plura. Ptolemaeus Hephaeſtio lib. V. apud Photium pag. 483. Herculem non leonis Nemeaei pellem, ſed cujuſdam e Gigantum numero, in ſingulari certamine interempti, *Leonis* nomine, geſtaſſe ait, & leonem illum Nemeaeum fratrem Draconis aurea mala cuſtodientis fuiſſe adfirmat. pro *in antro Amphriſo* legit *in antro Amphiſtomo* Berckel. ad Antonin. Liberal. pag. 233. ubi & de *atroton* agit.

4. NEMAEUM ] Mallet aliquis, *Nemeum*, vel *Nemeaeum*. *Moles Nemeaea* Ovid. IX. Met. 197. Sed *Nemaeus* legitur etiam apud Hieronymum contra Vigilantium, ut & Νιμαῖος apud Theocriti Scholiaſten pag. 195. Edit. Commel. Stephanus tamen non agnoſcit, niſi duo *ἔθνικα*, Νίμεος & Νιμειεύς. Schol. Heſiod. ad Theog. vers. 329. Ἐν τοῖς γοιμωξάτοις τόποις κατώκησε τὴν Νιμέης, ὅ ἐστι ἔνομα ἀπλαῖς ἢ μᾶλλον ὃ ὄμος. MUNCK.

5 LUNA ] Servius ad AEn. VIII. 295. *Nemea eſt ſylva vicina Thebis, in qua Hercules interemit leonem, qui Luinae filius & invulnerabilis dictus eſt.* Pro *Luinae* ſcribendum cenſeo *Lunae*. Senec. Hercul. Fur. 83. *Sublimis alias Luna concipiat feras.* Schol. Stat. lib. II. *Poetae denique omnes aſſerunt leonem de bis polis ortum, quem Hercules proſtravit.* Vide ibi reliqua, & quae de hac fabu-

Haec tantam vim veneni habuit, ut adflatu homines necaret: & ſi quis eam dormientem tranſierat, veſtigia ejus adflabat, & [11] malorum cruciatu moriebatur. Hanc, Minerva monſtrante, interfecit, & [12] exenteravit; exque ejus felle ſagittas tinxit. Itaque quidquid poſtea ſagittis

fabula habet AElianus Anim. lib. XII. cap. 7. Etiam apud Plutarch. in libello de Fulm. p. 61. Luna leonem producit, ſed alium atque hunc. MUNCK.

6 IN ANTRO AMPHRISO] Nullum in iſtâ regione novi antrum *Amphriſum*. Ἀμφίσομον ἀντρον appellat Apollod. lib. I. Ut ſolet Graecanica vocabula ſaepe uſurpare Noſter, ſorte *Amphiſtomo* ſcripſit. Cui ſimile eſt ἄντρον διόρυμτον in Procli Chreſtomathiâ. Scholiaſt. German. Leone, de hac ſpeluncâ: *quam quidam Aphriſo dicunt*. Sed & iſtud corruptum procul dubio. Grotius notis ad Imagines Arateas emendat, *Amphryſon*, additque, *notum eſt tres plures locos eo nomine inſignitos*. Non perſuadet. MUNCK.

7 AC TROPUM] *Apud Mulorchum* fortaſſe. MICYLL. *Atreton* Rectè. Veteres habuere *ac tropum*, ex quo Grotius ad Aratea *ad Clitorium*. Sed, ut dixi, nil mutandum. Apollodorus lib. II. Εἰς τὸν Νεμέαν ἀφικόμενον, καὶ τὸν λέοντα μαχόμενος, ἐτόξευσε πρῶτον. ὡς δ' ἅπαντες ἄτρωτον ἦν, ἀναπηδήσαντα τὸν λέοντα, ἐθήρευσε. SCHEFF. II. e. *invulnerabilem*. Vide Apollod. lib. II. Tzetz. Chil. VII. 101. Ταύτην κατιλυμαίνετό τις λέων τ' ἀτρώτων. Micyllus edidit *ac * tropum*. unde Grotius facit *ad Clitorium*. Fruſtra. utitur iſto Graecanico vocabulo etiam Noſter cap. 28. Iſacius in Lycophr. p. 81. Edit. Steph. Λέων λῶ ἄτρωτον τινάσσων καὶ βαλῶν καθίκης. MUNCK.

8 PRO TEGUMENTO HABUIT] Capella de Hercul. lib. I. *Sed ejus rictus Cleonaeos limis Juno cernebat*. Corrigo *ſublimis* ex MS. Leid. hoc eſt, modicè tortis & obliquis, ut rectè exponit Gloſſa interlinearis. Omittit Boeotium Leonem heic Hyginus, cujus occiſi pelle etiam pro veſte uſus eſt. Vide Apollod. lib. II. Stat. I. Thebaid. 485. MUNCK.

9 HYDRAM] Latini *excetram* vocant. Gloſſ. Cyrill. Ὕδρα, *excetra*. Servius ad AEn. VI. 287. *Latine excetra dicitur, quod uno capite caeſo, tria exereſcebant*. Ampelius cap. 2. *Ad hydram Lernaeam, quam nos excetram dicimus, interficiendam*. Corrigendus ergo Iſidor. lib. XI. cap. 3. *Dicunt hydram ſerpentem eſſe cum novem capitibus, quae Latine ſcedra dicitur, quod uno caeſo tria capita exereſcebant*. Tertull. de Pat. cap. 5. *Excetra delictorum*. MUNCK.

10 CAPITIBUS NOVEM] Tot capita ei etiam tribuit Alcaeus. Octo tantum Zenobius Cent. VI. 26. Septem, nummi Graecorum, ut teſtatur Vir Ampliſſ. Spanhemius in de Num. Praeſt. pag. 230. Diodorus lib. IV. centum. Simonides quinquaginta apud Schol. Heſiod. in Theog. pag. 257. Edit. Heinſianae. Confer Nob. Nic. Heinſ. notas ad Ovid. Met. IX. vs. 71. MUNCK. ΜΥΡΙΟΚΡΑΝΟΝ πολύφονον κύνα Λέρνας ὕδρας ἐξεπύρωσε βιλιτὶς ἀμφίκαλι dixit Eurip. Hercule Furente vs. 419. ἑκατονκέφαλον vs. 1188. Adde eximium Drakenborch. ad Silium Italicum l. II. vs. 158. De fonte ipſo Lernaeo conſule Schol. Pind. Olymp. VII. vs. 60. Schol. Eurip. Phoeniſſ. vs. 196. & inl. Spanh. ad Call. H. Pall. vs. 46. ac Munck. ad f. 169. Non poſſum non adpingere Herculem ſe adloquentem apud Sophocl. Trachin. vs. 1105.

——— ὦ χεῖρες, χεῖρες.
Ὦ πᾶτα, καὶ σίδη, ὦ φίλοι βραχίονες,
Ὑμεῖς γὰρ δὴ τινι ποτ' ἀνθίστασθ', οἵποτε
Νεμέας ἔτεινεν βαλίοις ἀλάστορα,
Λέοντ', ἄπλατον θρέμμα κἀπόστασιν,
Βᾴᾳ κατεργάσασθε, λιμνάσιόν θ' ὕδραν, &c.

Quem imitatus Ovidius IX. Met. 186. cecinit:

*Veſne manus validi preſſiſtis cornua tauri?*

Fabulam de hiſce monſtris domitis ita explicat Servius ad Virgil. I. I. AEn. vs. 745. (*Atlas*) *Herculem (ſtellarum curſus, vel circulorum, vel ſiderum tranſitum naturaſque) docuiſſe dicitur, unde & Hercules coelum ab Atlante ſuſceptum ſuſtinuiſſe narratur, propter coeli ſcientiam traditam. Conſtat enim Herculem fuiſſe Philoſophum: & eſt ratio, cur omnia illa monſtra viciſſe dicatur*. Schol. Apoll. Rh. I. Arg. vs. 865. Παρὰ δὲ τοῖς φυσικοῖς ὁ Ἡρακλῆς σύνεσις καὶ ἀλκὴ λαμβάνεται. & de fonte Lernaeo fabulam explicat Lactantius ad Statii lib. I. Thebaid. vs. 384.

11. MALORUM CRUCIATU] Barthius vult. *malo cum cruciatu*. Probo. SCHEFF. Barth. legit, *malo cum cruciatu*. MUNCK.

12 EXENTERAVIT] Juxta alios igni perdomuit. Vide Lactant. ad Statii II. Theb. vs. 377. hinc Eurip. Herc. Fur. 419. Λέρνας ὕδραν ἐξεπύρωσε dixit. Dimidium hujus hydrae caput ex auro fuiſſe refert Alexander Myndius apud Photium pag. 475.

tis fixerat, mortem non effugiebat; [1] unde poſtea & ipſe periit. Aprum in Phrygia [2] Erymanthium occidit. [3] Cervum velocem in Arcadia cum cornibus aureis vivum in conſpectum Euryſthei regis adduxit. [4] A-

1 UNDE POSTEA ET IPSE PERIIT] Felle nempe ſive veneno hydrae hujus. Vide cap. 34. MUNCK

2 ERIMACHUM] Alii *aprum Erimanthium* a monte Arcadiae voc. MICYLL. Legendum, *Erimanthum*, quod & Micyllus vidit. SCHEFF. Scrib. *Erimanthium* Malè *Erymanthium* Cl. Schefferus & Micyllus. Ἐθνικὸν enim Ἐρυμάνθιος Graecis. *Erymanthus* autem non Phrygiæ, ſed Arcadiae erat mons. ſcribendum ergo praeterea eſſet *Arcadid* pro *Phrygia* Ovid. IX. Heroid. 87. *Ut Tegeaeus aper cui reſſifere Erymantho.* Met IX. 192. *Arcadiae vaſtator aper.* Senec. Hercul. Fur. 228. *Solitumque denſis Erymanthi jugis Arcadia quaerere nemora Maenalium ſuem.* Sed rem exactius dum penſiculo, videtur tranſpoſitio heic mihi facta, & ex *Phrygid* ex *Cerynid* corruptum, quod ad proximè ſequens athlum, ut huc *Arcadia*, quod illic viſitur, pertinet. Perperam Albricus cap. 20 in regione *Calydoniae* aprum hunc collocat. MUNCK. Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. vs. 414. ὅτι Ἀρκαδίας ἄρκτῳ μείζων τῶν Πελοποννησιακῶν καλεῖται χθὼν πᾶσιν ὑπὲρ τὸ ὄρος τὸ Ἐρύμανθον, ἐν ᾧ καπροὶ πολλοί. ἔθεν καὶ ὁ Ἐρυμάνθιος κάπρος, ὃν ἐκζωγρεῖ ὁ Ἡρακλῆς. eſt & fluvius Arcadiae ejuſdem nominis. Vide Schol. Apoll. Rh. l. I. vs. 127. J. Perizon. ad AElian. l. II. V. H. cap. 33. qui λυκαιτικὸν κορμὸν vocatur a Callim. H. in Jovem vs. 19. ubi conſule inl. Spanh. Pro *Phrygia* itaque repone *Arcadia*. Aper hic *peſtis Erymanthia* vocatur a Silio Italico l. III. vs. 38. ubi vide Exim. Drakenborg. Θὴρ ἐρυμάνθιος a Soph. Trach. 1113.

3 CERVUM.] *Cervum* appellat quoque Auſonius Eidyll. XIX. *AEripedis quarto tulit aurea cornua cervi. Cervam* autem Claud. Praef. II. R. P. Sen. Agam. vs. 832. cum Virgilio AEn. VI. 802. qui ſequutus videri poteſt Graecos, qui de utroque ſexu ἡ ἔλαφος, ἡ ἔλαφος, ἡ ἄρκτος dicere ſolent. Schol. Eurip. Phoen. vs. 3. Ἔθος ὁ τοῖς ποιηταῖς θήλεας λέγειν τὰς ἔλαφους. Doricum id alii, alii Atticum volunt. Jonibus & Atticis vindicat Euſtath. ad Hom. Iliad. A. p. 53. Edit. Baſil. & pag. 1281. Τὸ ὁ πάλαιστι, inquit, θήλεας ἐλάφους καθὸ Ἴωνες. Sed cum apud omne genus ſcriptores, tam qui ſolito, quam qui ligato ſermone uſi ſunt, talia deprehendantur, difficile eſſe non immerito cenſet certi aliquid ſtatuere Gatakerus Cinn. lib. II. cap 8. Adde Swart. Anal. lib. I. cap. 2. Spanhemium in de Numm. Praeſtant. pag. 164. Comment. ad Valer. Flacc. lib. VI. vers. 71. & quae nos annotavimus ad Anton. Liberal. cap. 21. Ubi ἡ ἄρκτος, pro *urſo*. Diſertim Ariſtoteles lib. IV. Hiſt. Anim. cap. ult. Κέρατα ἔλαφος θήλεια οὐκ ἔχει. Apollod. lib. II. in hac narratione: Τέταρτον ἆθλον ἐπέταξεν αὐτῷ τὴν κεράστην ἔλαφον εἰς Μυκήνας ἔμπυον συνελεῖν. Lege. Κεράστιν. Ὁ κεράστης, ἡ κεράστις, ut ὁ λαμπάστης, ἡ λαμπάτις. Eſdr. cap. VI. 12. Sed Palat. Codex *κερατίτιν* habet. Unde *κερωτιν* faciendum. Nam & Servius ad locum Virgilii modo laudatum *Cerinitim* eam cervam à loco appellatam autumat. Vide Callim. Hymn. Dianae vers. 109. Κερυνίαν ἔλαφον appellat Heraclides Alleg. Hom. p. 329. ed. Geſn. perperam. Vide Salmaſ. in Solin. pag. 139. In Parthenio nemore eam collocat Ovid. IX. Met. 188. MUNCK. Adde Cel. Perizon. ad AElian. l. XIII. V. H. cap. 6. n. 4. De cerva pro *cervo* conſule in primis Cel Burm. ad Val. Flacci loc. a Munckero citatum, & Exim. Drakenborch. ad Sil. Italicum lib. III. vs. 39.

4 AVES STYMPHALIDES] Vide quae notavimus ſuperius ad cap. 20. Servius ad AEn. VIII. 300. *Stymfalides aves, quae alumnae Martis fuiſſe dicuntur.* Merito alumnas Martis vocat pugnaciſſimas illas aves, quarum unam galeatam exhibet nummus antiquus apud Spanhemium pag. 226. Iſidorus lib. XII. 7. *Stymphalidae aves à Stymphalidibus inſulis appellatae, ubi plurimum abundant: adverſus quas Hercules ſagittis uſus eſt. Stymphalides* corrigit temere Breulius, dum non attendit ad aevum ſcriptoris, quo nihil frequentius fuit, quam Graecis vocabulis Latinam aptare terminationem. Sic *Heroidae* pro *Heroides* habes apud Fulgentium praefat. lib. I. Myth. ubi pluſcula id genus à me annotata invenies. Etym. Magni Auctor pag. 567. vers. 12. Λιστῆ.] Λιστῆ ἐπικλῆ) πάτω. λιστὸν τὸ ὁμαλὲν, ὡσεὶ τὸ λίαν ἴσον. Ἀμειψίας ὁ ἐπὶ τῇ ὑψηλῇ αὐτὸ λαμβάνει. αὐτὴ ὁ ἡ πάτος ἐρημὰς ἔχει τοξεύσιμας τοῖς πλησίον ὡς βέλεσι, τὰς καλαμίδας Στυφηλίδας. ἡ ὁ πάτος καλεῖ) Ἄρπας, ἐπειδὴ ἐν αὐτῇ ἔσαν ἐπιφανέσταται ἱερεῖαι Ἄρπος. Sumſit haec Etymologicographus ex Apollon. lib. II. vers. 384. & Scholiis ad eum locum. Scribe ergo pro ἐπικλῆ), ἐπικλῆσι, pro Στυφηλίδας, Στυμφαλίδας, & pro Ἄρπας, Ἀρπάς. De Stymphalidibus plura qui volet, adeat Bernartium ad Stat. Thebaid. lib. IV. vers. 299. MUNCK. Has aves Stymphalidas alii tympanis tantum ab Hercule abactas, non vero ſagittis occiſas, ſtatuunt. Strabo vero lib. VIII. pag. 569.

utrum-

4 Aves Stymphalides in inſula Martis, quae emiſſis pennis ſuis jaculabantur, ſagittis interfecit. 5 Augiae regis 6 ſtercus bovile uno die purgavit, majorem partem 7 Jove adjutore, 8 flumine ammiſſo totum ſtercus

utrumque adſirmat, τὰς ἔριδας τὰς ὑπὸ Ἡρακλέους τοξεύματι, ἢ τυμπάνοις ἐξιλαθείσας, ἢ αὐτὰς καλοῦσι Στυμφαλίδας. ubi conſule Caſaubon. & Lactant. ad Statii IV. Theb. 298. & Apollodor. lib. II. p. 117.

5 Augei] Scribe, *Augeae* vel *Augiae*. Graecis enim Αὐγείας eſt. Pariter peccatum cap. 50. ubi Alceſtin *Pelei* filiam appellat, cum fuerit *Peliae*. Nolo tegere ignorantiam meam. Iſta cum ſcripſiſſem, docuit me Nob. Heinſius τὸ *Augei* in libris MSS. & neſcio apud quem veterem Grammaticum à ſe repertum. Repperi poſtea & ego in antiquis edd. Auſonii Eidyll. XIX. *Septima in Augei ſtabulis impenſa laboris*, MUNCK. Inſpice Catal. Argonaut. Celeb. P. Burmanni, & *Augeum* dici poſſe negabis.

6 Stercus bovile] Illud *ſtercus* male hic inſertum ex ſequentibus videtur, niſi putes ſcripſiſſe, *ſtercus e bovilia*. ego magis inclino in alterum. SCHEFF. Τὸ *ſtercus* ex ſequentibus male huc tranſlatum exiſtimat Cl. Schefferus, quod non improbo. Servius ad AEn. VIII. 300. *Ovilia Elidenſium Regis repurgavit*. Legendum cenſeo, *bovilia* Nam κόπρος βοῶν erat, quem egeſſit Hercules. Vide Schol. Homeri ad Catal. vers. 136. Si Varronem audiamus, etiam *bubilia*, non *bovilia*, ſcribendum eſſet. Certe *bobile* exhibet princeps Mythologiae hujus editio. Nota literarum V & B permutatio. Sed *bovile* non indignum Servio vocabulum, & reperitur quoque apud Phaedrum lib. II. cap. 9. Sic *caprile* caprarum ſtabulum. Gloſſ. Cyr. Αἰγών, ἡ μάνδρα, *caprile*. Gloſſ. Philoxeni: *Bovilla*, Βουσσία. Puto ſcribendum, Βυσσία, (vel βουσσία, ut eſt apud Callim. Schol. Hymn. IV. 102.) *bovilia*. Sic ἱππουρία dicuntur equilia apud Schol. Pind. ad Nem. Od. I. Gloſſ. idem, *Buſtra*, Βυστήριον. Puto *Boſtar* rect is eſſe. Gloſſ. Iſidori: *Boſtar*, *locus ubi ſtant boves*. Si cui placet τὸ *ſtercus* retinere, ille τὸ *bovile* mutare in *bovili* debet, ut ſubaudiatur à. Feſtus: *Eodem modo in Faſtis notatur dies, quo ſtercus purgatur ab aede Veſtae*. niſi τὸ *bovile* ad ſtercus referendum, ut ſit τὸ βόειον κόπρου ἀποκάθαρμα. Ita loquitur Schol. Hom. Iliad. Λ. 697. Quid ſi τὸ *ſtercus* mutemus in *ſervus*? Quod ſi placuerit, Nob. Heinſii debebis ingenio. MUNCK. Schol. Apoll. Rhod. l. I. Argon. vs. 172. ait τότε (Αὐγείᾳ) τὸ βουκαμάτου ὁ Ἡρακλῆς τῷ κόπρου ἐκάθαιρε. Sed Vid. Spanhem. ad Callim. Dian. 178. Mercedem purgati ſtabuli ſtatuerat Augeas τῷ δικάιῳ τῶν βοῶν, quam poſtea Herculi ſolvere noluit. Hiſtoriam latius explicabit Schol. Pindari Olymp. Od. X. vs. 30. & ſeqq. Adde Athenaeum lib. X. cap. I. p. 412. & Apollodor. lib. II. p. 115. & ideo Augeam ipſum interemiſſe Herculem dicitur, ut docet Servius ad Virgil. lib. VIII. AEn. vs. 300. & Ptol. Hephaeſtio lib. V. apud Photium pag. 486. ubi plura. Elidem pette, quae invaſerat, regnum tenente Augia, liberaſſe Herculem dicit Apollonius Tyanenſis apud Philoſtratum lib. VIII. cap. 7. §. 9. pag. 341.

7 Jove adjutore] Corruptum hoc ſine dubio. Videtur ſcripſiſſe *Jolao adjutore*. Habuit enim multorum laborum ſocios Telamonem & Jolaum Hercules, tanquam in domanda Hydra & aliis. Vide Schol Nicandr. p. 45. MUNCK. Minerva Herculi in omnibus laboribus adfuit. Vid. Olear. ad Philoſtrat. pag. 341, 342. Si vero pro *Jove* hic *Jolao* reponas, non repugnavero. Hic enim Herculis currum rexiſſe, eique Laomedonta proſternenti, ſive Trojam vaſtanti, adfuiſſe dicitur. Schol. Pind. Od. Nem. III. vs. 61. & Od. Iſthm. I. vs. 21, 23. & Celeb. P. Burm. in Catal. Argonaut. imo perpetuum ejus comitem ac ſocium fuiſſe Jolaum inde patet, quod, ſicut Eudoxus Cnidius in primo de Terrae circuitu apud Athenaeum lib. IX. cap. 11. pag. 392. narrat, Herculi, in Libyam profecto, etiam adfuit; Jolaus enim ibi dicitur Herculi, quem Typhon interfecerat, admota naribus coturnice vitam reſtituiſſe. (& hinc Jolaus Herculis ὠκυάστης, dictus & iiſdem aris ac ſacrificiis cultus fuit. Vide Plutarch. T. II. p. 492. de Frat. Am.) Quid mirum? Hercules Jolai fuit patruus, ut Palaephatus de Incredibilibus cap. 46. ait. vid. Apollodor. lib. II. p. 107. & Plut. l. l. & nos ad cap. 14. Alii Herculis amaſium fuiſſe adſirmant. vid. Plutarch. in Amatorio p. 761. Verum Herculi hujus Augeae ſtabulum purgandi rationem monſtraſſe Menedemum Eleenſem, Bunecae filium, docet Ptol. Hephaeſtio lib. V. apud Photium pag. 486.

8. Flumine ammisso] *immiſſo*. MICYLL. Perperam majuſcula literâ à capite *Ammiſſo* in Micyll. & Commel. editt. ſcriptum viſitur. Micyllus in margine notaverat, *immiſſo*. Servius: *Immiſſo Alfeo flumine*. Diodorus lib. II. Ἐπαγαγὼν τὸν Πηνειὸν καλούμενον ποταμόν. Uterque verum dicit. nam utrumque immiſit. Vide Apollod.

cus abluit. [1] Taurum, cum quo Paſiphaë concubuit, ex Creta inſula Mycenas vivum adduxit. Diomedem regem Thraciae & equos quatuor ejus, qui carne humana veſcebantur, [2] cum Abdero famulo interfecit. Equorum autem nomina, [3] Podargus, [4] Lampon, Xanthus, Dinus. [5] Hippolyten Amazonam, [6] Martis & Otrirae reginae

lib. II. pag. 91. Tzetzen in Lycophron. pag. 107. Retineri tamen *ammiſſo* poteſt pro *admiſſo*. Supr. cap. 29. *Tam longam noctem ammiraretur*. cap. 185. *Ammiratur aurum*. Servius ad AEn. III. 50. *Quae flumine admiſſo munitiorem redderet civitatem*. Noſter Aſtron. II. 15. *Aquilam ei admiſit* pro *immiſit*. Caeterum ut *ammitto*, ita *ammoneo* in ſermone Auguſtini de Cypriano. Fulg. epiſt. II. Origine G. R. Etiam Virgil. Ecl. VI. ut obſervat Pierius. Capella lib. II. *Deorum ſenatum juſſit ammitti*. Ita habet MS. Bibliothecae Leidenſis, non *admitti* ut ediderunt. Apicius lib. IV. cap. 5. *Folia malvarum ammiſcebis*. Omitto prudens ſexcenta alia. Caeterum quod *Ammiſſo* majuſculâ literâ in primâ Mythologiae hujus editione viſatur, non parum firmat Nob. Heinſii conjecturam, *flumine Alfeo ammiſſo*. Imo quin ſcripſerit ita Hyginus, nullus dubito: ſi ſcripſit tamen, nec à gloſſatore iſta ſunt, *flumine ammiſſo totum ſtercus abluit*. H. e. ἐκάθαρε τὸν κόπρον, ut loquitur Tzetz. in Lycophr. p. 107. MUNCK. Pro *Ammiſſo* ſortaſſe *Minyeio* legendum. Vide Pauſaniam lib. V. cap. 1.

1 TAURUM, CUM QUO PASIPHAE] Cenſet Cl. Tollius ad Palaeph. pag. 159. Herculi tribui, quod eſt Theſei, non ego. Servius ad AEn. VIII. 294. *Cretenſem taurum non mactavit: ſed cum eum incolumem ad Euryſtheum produxiſſet, ille eum, licet flammas vomuiſſe dictus ſit, inlectus pulchritudine, in Atticam regionem reliquit: cum Marathonem vaſtaret, à Theſeo poſtea occiſus eſt*. Eadem narrat Diodorus lib. IV. pag. 262. Adde Anonym. in Laudibus Herculis vers. 118. Lactantium ad V. Theb. 441. Senec. Agam. vers. 833. Lucianus ἐπὶ ἱππίαν. Τὸν Πασιφάῃ καὶ τὸν ἄνδρα ταῦρον. Errat Theo in Aratum pag. 24. cum Cretenſem & Marathonium diverſos facit tauros. MUNCK.

2 CUM ABDERO FAMULO] De eo ita Ptol. Hephaeſtio lib. V. apud Photium pag. 483. Ἄβδηρον ὁ Ἡρακλῆς ἐρώμενον, ἀδελφὸν ὢν Πατρόκλου. Philoſtratus cap. III. Heroic. §. 1. λέγεται δὲ καὶ ἄλλων κύτῳ (Neſtoris) ὁ Ἡρακλῆς —— ἀγαπήσαντα αὐτὸν μᾶλλον, ἢ τὸν Ὕλλου τε καὶ Ἄβδηρον. cap. XIX. §. 2. ἀποφαίνει δὲ ὅταν τῷ ἀδελφῷ Ὕλλῳ τε καὶ Ἄβδήρῳ θρήνων, ἐπειδὴ ἄμφω ἐφθάρησαν ὄντε, ὁ μὲν ἐς πυγμὴν ἀφικόμενος, τὸν δὲ αἱ τῶν Διομήδους ἵπποι ἐδήσαντο. Conſule Olear. ad Philoſtrati lib. II. Icon. cap. 25. nec non Edward. Simſon. Chron. A M. 2761. Plerique etiam Diomedis equas ab Hercule interfectas negant. (in his ipſe Euripides in Hercul. Fur. vs. 381.) domitas vero & abductas vivas affirmant. Videndi Servius ad Virgil. I. AEn. 726. & ad VIII. AEn. 300. Lactant. ad Statii VI. Theb. 345, 485. & ad XII. Theb. 150. item Celeb. P. Burm. ad Ovid. IX. M. 196.

3 PODARIUS] *Podargus* vel *Podarces*. MICYLL. Sine dubio in MS. fuit *Podarcus*, pro *Podargus*. Inde poſtea *Podarius* eſt factum à minus oculato ſcriba. Nam *Podargus* rectum eſt. SCHEFF. Barthius ad Stat. Tom. III. 541. *Podargus*. quod procul dubio rectum eſt, ab ὠκύς *celer*. unde & una de Harpyis dicta Ποδάργη. MUNCK.

4 LAMPON] Mallem, *Lampos*, ut cognominis fuerit uni de equis Solis. Vide notas ad cap. 183. MUNCK.

5 HIPPOLYTEN AMAZONAM] Videntur haec trajecta, nec ſatis emendata. Scribo ad hunc modum: *Hippolitae Amazonis, Martis & Otrirae filiae reginae baltheum detraxit, tum Amazonam Antiopam captivam Theſeo donavit*. Notat Micyllus, pro Antiopa nominare alios Hippolitam. Sed de Antiopa firmant Diodorus Siculus, Pauſanias, & alii. SCHEFF. Sic cap. 241. *Antiopam Amazonam*. Tertull. adverſ. Marcion. lib. I. cap. 1. *Hamaxobio inſtabilior, Maſſageta inhumanior, Amazonia audacior*. Quo loco ſi *Amazona* quis malit, ei non refragabor. Huc revocat ex ſeqq. Barthius ad Stat. Tom. III. pag. 1518. illud *tum*, legitque, *Tum Hippolyten* &c. ſubaudi ex praecedentibus, *interfecit*. Interfectam enim Hippolyten praeter Apollod. etiam Zenobius Cent. V. 33. & Tzetzes ad Lycophr. diſertis verbis ſcribunt. Verba Tzetzae ſunt: Καὶ Ἀπολλόδωρος μὲν τὴν λειποὶ ἀπαριθμούμενοι φασιν ὑφ' Ἡρακλέους τοῦ Ἱππολύτου. Ipſe Tzetzes pag. 196. ed. Steph. dimiſſam Hippolyten ab Hercule vult, accepto pro redemptionis pretio à ſorore ejus Melanippe balteo. MUNCK. Amazonas partim ab Hercule, partim ab Achille, partim ab ipſo Baccho in inſula Samo occiſas memorant. Vid. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 828. Serv. ad I. AEn. 494. Petit. de Amazon. cap. 43. item Plut. Tom. II. Quaeſt. Graec. pag. 303.

6 MARTIS ET OTRIRAE] Graecum nomen Ὀτρη-

ginae filiam : [7] cui reginae Amazonis balteum detraxit, tum [8] Antiopam captivam Theſeo donavit. [9] Geryonem Chryſaoris filium trimembrem uno telo interfecit. Draconem inmanem Typhonis filium, qui [10] mala aurea Heſperidum ſervare ſolitus erat, ad montem Atlantem interfecit, & Euryſtheo regi mala adtulit.

Ὀτρέρη ſi reſpicias, *Otrerae* ſcribas oportet, ut reſtè ſcriptum cap. 112. Vide notas ad cap. 31. Conjugem Martis facit Otreram inferius quoque cap. 112, 223, & 225. at Apollon. Scholiaſt. II. 1033. filiam Martis. Ex Harmoniâ autem Naide & Marte Amazonas editas cum Apollonio apud eundem Pherecydes tradit ad ejuſdem libri vers. 992. ut & Euſtath. ad Iliad. Γ. pag. 305. Juſtin. lib. II. 4. *Ne ſucceſſibus deeſſet auctoritas, genitas ſe Marte praedicabant.* Homeri Scholiaſtae ad Iliad. I. vers. 189. Martis ſunt & Veneris filiae. MUNCK. Amazonas Martis filias dici docent Euripides in Herc. Fur. 413. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 653. Philoſtratus cap. 19. Heroic. §. 19. Laſtant. ad Statii v. Theb. 146. Meurſius ad Lycophron. vs. 1332. pag. 101. item Petitus cap. XIX. de Amazonibus.

7 CUI REGINAE AMAZONIS BALTEUM DETRAXIT] Barthius emendat: *cui necatae Martium balteum.* Quid ſi ſcribas; *cui reginae Amazonum* vel *Amazoniae*, ut declaret, qualis iſta Amazona fuerit, regina nempe Amazonum reliquarum. Βασιλίσσαν Ἀμαζόνων in hac fabulâ etiam Zenobius appellat. MUNCK. Quod Munckerus conjicit *Amazonum*, in mentem idem venerat Vorſtio ad Juſtin. II. 4. WOPKENS. Schol. Apoll. Rhod. II. Arg. vs. 780. ποικίλοι δ' λόγοι εἰσὶ περὶ τῆς ζωστῆρος εἰσίν. τινες μὲν γὰρ Ἱππολύτης, ἄλλοι δ' Ἀντιόπης, ἕτεροι δ' ἰδίας ἑταίρας, Βερεκύνθου θυγατρὸς φασίν. Plutarch. Tom. II. pag. 301. in Quaeſt. Gr. Ἡρακλῆς Ἱππολύτην λαμβάνων, ἢ μᾶλλον τὴν ἄλλων ὅπλων κύριος λαβὼν τὴν πίλιον, Ὀμφάλῃ ἔδωκεν ἑαυτόν.

8 ANTIOPAM] *Hippolyten* alii. MICYLL. Faciunt cum Hygino Diodorus lib. IV. & Tzetzes ad Lycophron. pag. 167. Edit. Baſ. nec non Servius ad AEn. XI. 661. *Haec* (Hippolyte) *Amazonum fuit regina, cui vitae Hercules balteum ſuſtulit: hujus filia Antiopa, quam Theſeus rapuit, unde Hippolytus.* Diſſenſionem ſcriptorum in hiſtoriâ ulterius exequitur Bernartius ad Stat. lib. XII. Theb. 543. Sane alii ſororem ejus Hippolyten fuiſſe, eamque ceſſiſſe Theſeo memorant, quos inter Juſtinus lib. II. c. 4. *In his duae Antiopae ſorores captae ſunt, Menalippe ab Hercule, Hippolyte à Theſeo.* Mallem iſto loco legere *Melanippe.* Ita enim Apollon. lib. II. 968. & Poëta ille neſcio quis apud Pindari Scholiaſten ad Nem. Od. III. pag. 274. Edit. Francof. Κτείνας ἀνδρολήτειραν ἀμαζονίδ' Μηλανίππαν, Δεξαμενοῖο χρυσοζώνοιο θύγατρας. Laudat eoſdem verſus Tzetzes ad Lycophr. pag. 168. ubi tamen perperam ediderunt ἀνδρολήτειραν pro ἀνδρολήτειραν. Quid quod & Diodoro lib. IV. ex quo ſalſo *Menalippe* adducit Barthius, Μηλανίππην dicatur? Quibus accedit Homer. Scholiaſtes ad Iliad. γ. vers. 188. & Euſtath. loco modo laudato, qui & ipſi Μηλανίππην eam appellant. Ulterius haec exſequimur ad cap. 186. MUNCK. Conſule Plutarch. in Theſeo pag. m. 8. & Meurſium ad Lycophron. vs. 1329. item in Theſeo cap. 20.

9 GERYONEM] De hac fabula videndi Conon narrat. III. apud Photium pag. 425. Herodotus lib. IV. cap. 8. Juſtinus XLIII. 1. Tzetzes ad Lycophron. vs. 652, 668, 697, 1232. Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. vs. 558. Philoſtratus cap. 1. Heroic. §. 4. Olearius ad Eund. lib. V. de Apoll. Tyan. cap. 4. & 5. Juno Geryoni cum Hercule pugnanti adfuiſſe, & e certamine dextram mammam Herculis telo ſauciam retuliſſe dicitur ab Hephaeſtione apud Photium pag. 475. De Geryonis cane, Cerberi fratre, *Orthro*, ſive ut alii volunt, *Orthro*, (vid. Comm. ad Silium Ital. XIII. B. Punic. vs. 845.) ab Hercule occiſo Serv. ad VII. AEn. 662. Schol. Pindari Od. Iſthm. I. vs. 15. Schol. Apoll. Rhod. IV. Arg. 1399. qui Atlantis eum canem ab aliis perhiberi docet. Serv. ad VI. AEn. 289. tres in Hiſpania fuiſſe Geryones, quibus Hercules armenta abſtulit, adnotavit. Nolter Hyginus *uno telo* Geryonem interfeciſſe, memorat, ſed Euripides Herc. Fur. vs. 423. de pluribus telis agit, & quidem iiſdem, quibus hydram Lernaeam confecit. Unde vero ſagittandi artem doctus ſit Hercules, diſſentiunt Mythographi. Scythicis ſagittis uſum Herculem fuiſſe, & ſagittas mittendi doctorem habuiſſe Teutarum Scytham, docet Schol. Theocriti Idyll. XIII. vs. 56. alii vero hanc artem didiciſſe ab Euryto Herculem memorant. vide Apollodor. lib. II. pag. 103. & Celeb. P. Burm. Catal. Arg. in *Eurytus.* De aliis paedagogis ejus idem Schol. ad idem Idyll. vs. 9. agit.

10 MALA HESPERIDUM] Vide Palaeph. cap. 19. μῆλα illa Heſperidum oves fuiſſe autumat, in quo ἐμοὶ ψῆφος habet Agroetam lib. II. rerum Libycarum,

lit. [1] Canem Cerberum Typhonis filium ab inferis regi in conſpectum adduxit.

## XXXI. *Parerga ejuſdem.*

[2] ANTÆUM Terrae filium in Libya occidit. Hic cogebat hoſpites ſecum luctari, & delaſſatos interficiebat. hunc luctando necavit. Buſiridem in AEgypto, qui hoſpites inmolare ſolitus erat. Hujus legem cum

carum, cujus Scholiaſtes Apollonii meminit ad lib. IV. vers. 1396. quibus adde Diodorum lib. IV. pag. 232. Servium ad AEn. IV. 484. Alii μῆλα χρυσᾶ interpretantur τὰ ἄστρα, & Herculem pro Sole accipiunt. Vide Schol. Heſiod. pag. 249. Ed. Heinſ. Facit ambiguitas vocis μῆλον, ut interdum in Graecorum interpretatione miſere impingant homines docti. Moſchus Epitaph. Bionis: Μάλων σὺ ἴρῳσι καλὸν γλάγος, ἢ μίλι σίμελον. Vertit Witſordus: *Candida poma rubor non tingit.* Non vidit ellipſin praepoſitionis, ut in Megarâ: Τὰ ὃ οἱ Θαλιρώτερα δάκρυα μήλων Κόλπον ἐς ἱμερόεντα καθὲ βλεφάρων ἰχίονθ. Quem locum non minus infeliciter vertit Eobanus Heſſus: *Sed ſimul undanti demiſit lumine guttas Pius pomis viridi lectis de fronde recentes.* Atqui μῆλα ibi *malae* non *mala* ſunt. Vid. Iſidor. Orig. XVI. 1. Parthen. de Affect. Amat. cap. VI. Δάκρυα ὃ πολὺ ἰχεθ τ παρειῶν. Homer. Iliad. B. 266. Θαλιερὸν ὃ οἱ ἔκτισε δάκρυ. Schol. recte, Θαλιερὸν, θερμὸν, ἀκμαῖον, ὑγρὸν ἀέρι, πολύ. Simile huic eſt illud Geneſ. XLVI. vs. 39. Ἕκλαυσε κλαυθμῷ πίονι. quanquam Etymologicographus in Θαλιερὸς, Θαλιερὸν δάκρυ, inquit, τὸ ἀκαλές. Plura de malis Heſperidum ſi deſideres, conſule Spanhemium in de Num. Praeſtant. pag. 295. Meurſ. Lacon. I. 12. Pierii Valeriani Hierogl. p. 76. MUNCK. Adde Spanh. ad Callim. II. Cer. vs. 11. pag. 669, 670, 671. Burm. ad Ovid. IV. Met. 636. Frondes harum arborum aureas fuiſſe ait etiam Euripides Herc. Fur. vs. 396. Hanc fabulam tangunt Schol. Euripidis in Hippolyto vs. 742. Eratoſthenes cap. IV. Cataſter. Haec mala a duobus draconibus fuiſſe ſervata docet Philoſtratus lib. II. Icon. cap. 17. pag. 837. Haec mala aurea per opes Phoenicum explicat Bochartus de Colon. Phoenic. lib. I. cap. 24. pag. 477. Quid Juba Mauritaniae rex de hiſce malis in commentariis Libycis ſcripſerit, docet Athenaeus lib. III. cap. 7. pag. 83. de hortorum Heſperidum ſitu Salmaſ. Exerc. Plinian. in Solin. pag. 264, 265. De Atlante fabulam alio modo refert Apollodorus lib. II. pag. 131. item Schol. Apoll. Rhod. IV. 1396.

1 CANEM CERBERUM] Plutarch. Quaeſt. Rom. Tom. II. pag. 285. κυνὶ ὃ πάλιν μάλιστα τ ζῴων ἐπολέμησε, καθ ὃν ἐστ αὐτὸ ἀεὶ πολὺ σκάσμα περίχυ καθ Κέρβερ. καθ ἐπὶ πᾶσι, ὃ Λικυμνίᾳ παῖδες οἰκεῖ ἀμὲ κυῶν φονεύσιθ· ὑπὸ τ Ἱπποκοωνιδῶν, ἀναιρεθεὶς μάχῃ σωκάψαι, τ τι ἄλλων φίλων πολὺς ἀπέβαλε, καθ τ ἀδελφὸν Ἰφικλέα. Hinc, ut Varro notat, apud Eundem paullo ante, τῇ Ἡρακλεῖ γινομένης θυσίας —— ὅθ φάσι) κύων ἐνθὺς τ ἀνέβαλεν.

## Ad CAP. XXXI.

2 ANTAEUM TERRAE FIL.] Cum Hygino faciunt Statius VI. Theb. 890. & Philoſtratus II. Icon. 21. adde Olearii notam. & Schol. Lucani lib. II. vs. 164. Contra Neptuni filius vocatur Antaeus a Schol. Apoll. Rhodii IV. Arg. vs. 1396. Tzetze ad Lycophron. vs. 663. Apollod. lib. II. pag. 129. De hac fabula praeter laudatos viros egere Schol. Pindari O. Iſthm. IV. vs. 87, 92. Celeb. P. Burm. ad Ovid. Ep. IX. Heroid. vs. 97. & S. Bochartus Geogr. Sacr. lib. I. cap. 24. pag. 476. Ab hoſpitibus necandis abhorruit Hercules. vide Plutarch. Tom. II. pag. 262. Quaeſt. Rom.

3 CYGNUM . . . OCCIDIT. QUO CUM MARS VENISSET] Sic loquitur Hyginus, quaſi locum caedis Cygni diſertius expreſſiſſet. Sic Fab. XXXII. *Ophiten interficere voluit, & regnum occupare. Hercules eo intervenit, & Lycum interfecit.* Fab. XCI. *Is . . habuit taurum in deliciis. Quo cum ſatellites . . veniſſent*, &c. Fab. CXX. *ipſa coepit ſignum Dianae avellere.* Quo *rex cum interveniſſet*, &c. Fab. CLXXXIX. *itaque commutat eum* &c. *Quo cum Cephalus veniſſet*, &c. Cum quibuſdam illud *quo*, in his pro ex qua cauſa accipi non opus eſt. confer Fab. LXXIX. c. & alibi. Libentius expoſuerim, quo caſu vel quem ad caſum. WOPKENS.

4 MARTIS FILIUM] Ex Pelopiâ ſcilicet. Vide Apollod. lib. II. pag. 118. Schol. in Hypotheſi Trachin. Sophoclis. MUNCK. Varii fuere Cycni.

cum audiit, passus est se cum insula ad aram adduci. Busiris autem cum vellet Deos inprecari, Hercules eum clava ac ministros sacrorum interfecit, [3] Cygnum [4] Martis filium armis superatum occidit: [5] quo cum Mars venisset, & armis propter filium contendere vellet cum eo, [6] Jovis inter eos fulmen misit, atque ita eos distraxit. [7] Cetum, cui Hesione fuit adposita, Trojae occidit. [8] Laomedontem patrem [9] Hesiones, quod [10] eam non reddebat, sagittis interfecit. [11] AEthonem aquilam, quae Prometheo cor exedebat, sagittis interfecit. Lycum Neptuni

Cycni. Hunc ita describit Euripides Herc. Fur. 391.

Κύκνου θ' ὑφαιμάτωσε
Τέκος πάλαισιν, Ἀμφανάξας
Οἰκτρὸς ἀμυνθῆν.

Martis filium vocant Schol. Pindari Olymp. Od. II. vs. 147. & ad Od. Olymp. X. vs. 19. & Schol. Aristophan. Ran. vs. 994. Hic vero *Cycnus* confunditur saepe cum *Cycno* Neptuni filio, quem Achilles in bello Trojano occidit. De cujus matre inter Mythographos non convenit. Consule Meziriac. ad Ovidii Epist. III. Heroid. pag. 237. de quo Cycno Athenaeus lib. IX. cap. 11. pag. 393. Schol Theocriti Idyll. XVI. 49. Consule de Cycno, quem Hercules occidit, Micyllum & Burmannum ad Ovid. XII. Met. 72. & alterum cum altero confundi videbis.

5 QUO CUM MARS VENISSET ] putant illud *quo* adverbium esse, ac significare *in quem locum*. mihi secus videtur, quia nil de loco aliquo praecessit. puto magis ita poni cum ellipsi praepositionis *ex*, ut integre sit, *ex quo*, id est, ex qua re, ex qua causa, quia scilicet interfecerat filium Martis, ideo Mars venit, ultionem & poenas sumpturus. ita Fab. 274. *Quo cum Areopagitae consedissent*. Item in Poët. Astron. II. cap. 21. *ut Jupiter ei satisfacere videretur, inter sydera constituisse* (dicitur) *Quo ejus prior pars apparet ut tauri*. SCHEFF. Recte Cl. Scheferus dictum id censet pro *ex quo*. Vide ejus notas, & quae nos observavimus ad cap. 34. In epitaphio Vitalis Mimi lib. III. Catal. Pithoei: *Quo vos tam tristi turbatus deprecor ore*. MUNCK.

6 IOVIS ] *Juppiter*. MICYLL.

7 CETUM ] Habes fabulam infr. cap. 89. MUNCK.

8 LAOMEDONTEM PATREM HESIONES, QUOD EAM NON REDDEBAT, SAGITTIS INTERFECIT ] Tollius conjicit *quod mercedem non reddebat*. Posset itidem *quod fidem non reddebat*: quo phrasi Valerius Maximus aliique usi. Sed nil novandum. Sic rursus Fab. 89. *Quod & ipsum Laomedon fraudavit, neque* Hesionen reddere *voluit*. *Reddere* autem pro ex debito vel promisso dare, usitatissimum est. WOPKENS. Hesiones fabulam depinxit Philostratus Junior Icon. XII. mox Tollius recte legendum conjecit pro *eam*, *mercedem*. Consule Serv. ad VIII. AEn. 157.

9 HESIONIS ] Ἀλλ' ἐ *Hesiones*. Observo in hoc scripto frequenter τὶ ι poni, ubi in Graeco est ε. quod deterioris aevi signum est. In Genealogia habuimus *Nimertis* pro *Nemertes*. Cap. 14. *Nikei* pro *Nelei*. Cap. 30. *Ostira* pro *Ostera*, quod etiam cap. 223. invenies. & cap. 52 *Myrmices* pro *Myrmeces*. 184. *Merapis* pro *Meropes*. Talia sunt apud Capellam lib. VI. *Hermionis* pro *Hermiones*. & lib. I. *Imarmine* pro *Imarmene*, quomodo minus vitiose exaratum vidi in membranis Bibliothecae Leidensis. Apud Sidonium Carm. 23. *Hippocrenis*. Apud Servium ad II. Georg. 389. *Erigonis*, & ad III. 274. *Leucatis*. ad II. AEn. 514. *Daphni* pro *Daphne*. Apud Schol. Germanici Arcto. *Helicis* pro *Helices*. Apud veterem Commentatorem ad Horat. Od. 33. lib. I. *Myrtalis* pro *Myrtales*. Apud Pontium Passione Cypriani *Cimiteria* pro *Coemiteria*, ejusdem sunt generis: ut & illa apud Prudentium *Joannis* & *Erimus* ex Graeco ἔρημος Psychom. vers. 371. quorum prius est etiam apud Hieronym. Epitaphio Paulae, aliosque. apud Gregor. Dialog. III. cap. 33. *Syncopin*. apud Probum ad III. Georg. 293 *Musigetes*. & in canonibus Ecclesiasticis *Paraclitus* ex Graeco παράκλητος. Vide, quae praeterea hac de re notavi ad cap. 223. & Salmas. ad Pall. pag. 307. MUNCK.

10 EAM ] Fort. *Mercedem*. Tollius. MUNCK.

11 AETHONEM AQUILAM ] *Aëton* fortasse legendum MICYLL. Alterutrum horum est ex glossa. puto scripsisse *Aëton eam, quae*. SCHEFF. Micyllus, *aëton fortasse legendum*. Non improbo quidem; sed addiderim *id est*, & scripserim, *aeton, id est, aquilam*. quod à more Hyginiano non esse alienum, discès ex iis, quae ad cap. 126. dixi. *AEton* autem dictum puta pro *aëton*, ut *Phaeton* pro *Phaëton* apud Publium Varro-

ptuni filium, quod Megaram Creontis filiam, uxorem ejus, & filios [1] Therimachum & Ophiten occidere voluit, interfecit. Achelous fluvius in omnes figuras se inmutabat. Hic cum Hercule [2] propter Deianirae conjugium cum pugnaret, in taurum se convertit, cui Hercules cornu detraxit, quod cornu [3] Hesperidibus, [4] sive Nymphis, donavit: [5] Quod Deae pomis replerunt, & [6] cornu copiae adpellarunt. [7] Neleum Hippocoontis filium cum decem filiis occidit, quoniam is eum [8] purgare sive lustrare [9] noluit, tunc cum Megaram Creon-

nem, observante Fabio lib. 1. cap. 5. Sed dixi jam superius ad cap. 12. istas Graecanicarum vocum explicationes magnam partem glossemata mihi videri. Certe τὸ *aquilam* etiam heic glossema visum Cl. Scheffero, dum legit, *aëton eam, quae*. Caeterum aquilam eam Typhone & Echidnâ natam credere nos vult Pherecydes apud Apollonii Scholiasten ad lib. II. vers. 1252. Haec scripseram, cum καρά τις ἰδία in mentem mihi venit, Hyginum forsan, qui ex Graecorum monumentis procul dubio harum fabularum partem non minimam collegit, deceptum fuisse Graeco epitheto ἄϊτον, quo ἀϊτῶ ornant Poëtae, ut Homer. Iliad. O. 685. putasse, inquam, proprium esse nomen, cum adjectivum esset τὸ ἄϊτον in Graeco scriptore, ubi hanc fabulam invenit. Si injuriosum hoc existimas, & ab Hygini doctrinâ alienum, puta Graecum eum epitheton retinuisse, ut cap. 30. *Leonem atrotum* dixit. MUNCK. Consule Eust. ad Dionys. Perieg. vs. 1153. Schol. Apoll. Rhod. IV. Arg. 1396. quidam non huic Thebano, sed alii Herculi adscribunt hoc facinus. Vide Philostrat. lib. II. cap. 3. de Apoll. Tyan. ubi Olear. de hac fabula agit.

1 THEREMACHUM] Sic etiam cap. 32. & 72. Cap. autem 162. *Theromachum* appellat. Sed ex Apollodoro rescribendum *Therimachus*, vel *Theriomachus* ex Scholiast. Hom. ad Odyss. Λ. 269. qui pro *Ophite Creontiadem* nobis exhibet. *Hoditen* videri posset fuisse, nisi ille Diodoro lib. IV. non ex Megara, sed Dianirâ ei natus diceretur. *Oxeas* est Statiano interpreti ad lib. X. Theb. vers. 896. Sed vide notas ad cap. 162. MUNCK. Lege *Therimachum*. vide, quos laudat Schol. Pindari Od. Isthm. IV. 104.

2 PROPTER DEIANIRAE CONJUGIUM] Fabulam accurate narrat Schol. Hom. ad Iliad. Φ. 194. MUNCK. Consule Soph. Trachin. 19. Lact. ad Statii II. Theb. 160. ad IV. Theb. 109. & Philostrat. Junior. Icon. IV. pag. 868.

3 HESPERIDIBUS] Lactantius Argum. lib. IX. Met. *Najades flumi*[n]*s filiae id cornu, quod ereptum capiti erat, omnibus copiis autumnalibus repleverunt.* An ergo scribendum *Naïdibus*? non dixerim, cum nimis hoc ab alterâ scriptura remotum sit. MUNCK.

4 SIVE NYMPHIS] Glossam ista respiunt, nisi putas diversas eum conjungere opiniones voluisse. MUNCK.

5 QUOD DEAE POMIS] quomodo hic *Deae*, quae paulo ante *Nymphae*? puto litteram *a* transumptam ex priori voce, ac propterea *quod ex* scribendum. SCHEFF. Cl. Schefferus, *Quod ex pomis*. Si quid putes mutandum, legerim, *Quod eae pomis*. MUNCK.

6 CORNUCOPIAE] *Cornu Fortunae* appellat Horat. Schol. ad lib. I. Od. 17. & Arnob. lib. VI. Lactant. ad Stat. Thebaid. lib. IV. 106. *Herculem autem dicens, se etiam tauros domuisse, cornu illius fregit, quod descendente* (Leg. *descendens*) *Cerberum rapturus secum tulit. Illud Nymphae omnibus bonis repleverunt, datumque est Copiae, quae est minister Fortunae. Unde in Boëtio legitur: Copia pleno cornu.* Ex his verbis contendit Tiliobroga aetate posteriorem esse Boëtio Statianum interpretem. De quo licet non valde contenderim, puto tamen praesentem locum ad hoc evincendum non valde esse idoneum: imo corruptum heic censeo Lactantium, & in *Boëtii* locum *Horatium* substituendum. Quod autem *pleno cornu* dixit, cum in Horatio lib. I. Od 17. legatur *benigno cornu*, ἀμάλθειαν dicas μακρολογίαν, qualia apud sequioris aevi scriptores non pauca invenias. Sed eo confugere nihil est necesse. Leguntur haec Carm. Saecul. vers. 59. *Apparetque beata pleno Copia cornu.* Aliter de hoc cornu fabulatur Scholiastes Sophoclis in Hypothesi Trachiniarum. Adde quae de eodem congessit eximius Theologus Fred. Spanhemius Hist. Job. cap. XV. Albricus: *Ei tandem cornu dextrum evulsit, quod & Copiae Deae divitiarum dedicavit.* Schol. Hom. ad Iliad. Φ. 194. Φασὶ δ αὐτὸν τ ̓Αχελῶου παῤ ̓Αμαλθείᾳ (leg. ̓Αμαλθείας) λαβόντα δῶρον τῇ ̓Ηρακλεῖ, ᾗ τὸ ἴδιον λαπλαξεῖν. Et Tzetzes in Lycophr. p. 14. Καὶ ὅτε πάλιν

Creontis filiam uxorem ſuam, & filios [10] Therimachum & Ophiten interfecerat. Eurytum, quod Jolen filiam ejus in conjugium petiit, [11] & ille eum repudiavit, occidit. Centaurum Neſſum, quod Deianiram violare voluit, occidit. Eurytionem centaurum, quod Deianiram [12] Dexameni filiam, ſperatam ſuam uxorem, petiit, occidit.

## XXXII.

λω τῦτο αὐτῷ, ἴλαδι παρ' αὐτῷ τὸ τ' Ἀμαλθείας κέρας, τ' Ἀχελῶϊα δυγατέρα. Ita illi cum Schol. Sophoclis, ut & Euſtath. in Dionyſ. vs. 431. MUNCK. Hoc cornu geſtamen erat Priapi. vide P. Leopard. lib. IX. Emendat. cap. 19.

7 NELEUM HIPP. FIL. CUM DEC. FIL.] Iis, quae ad fab. X. ſcripſi de hac fabula, adde Interpr. ad AElian. IV. V. H. 5.

8 PURGARE SIVE LUSTRARE VOLUIT] Recte Barthius pro *voluit*, *noluit*, emendat. Sed & illa, *ſive luſtrare*, mihi gloſſatoris, non Hygini videntur. Certe brevitati caeterae non conveniunt. SCHEFF. Dele hoc. Non enim Hygini, ſed gloſſatoris eſt. MUNCK.

9 NOLUIT] Ita ſcripſi pro *voluit*, poſtulante id fabulâ. Vid. vet. Scholiaſt. Pind. & Triclin. ad Olymp. IX. Tzetz. Chil. I. 36. Apollodorus lib. II. Ἀπωσαμένῳ, inquit, αὐτὸν Νηλέως μὴ τὴν θεὸν Εὐρυβίην φιλέειν. Notatum id jam Micyllo, Barthio, & Scheffero. AElian. Var. Hiſtor. IV. 5. Νηλέως αὐτὸν ἐ βελομένῳ καθῆραι. Imperite interpres: *Cum Neleus hoſpitio eum recipere noluiſſet*. MUNCK.

10 THERIMACHUM] Apollodoro eſt *Therimachus*, & Pindaro, nec aliter hic ſcribendum videtur. Ophites memoratur & in Fab. 162. ſed aliis hic non eſt filius Megarae. Adde Fab. ſeq. SCHEFF.

11 ET ILLE EUM REPUDIAVIT] Perperam. ſcribendum, *illa eum*. Vide Fab. 35. ibique notas. SCHEFF. Sic mox cap. 35. *Ille eum repudiaſſet*. Cl. Scheffcrus legit, *illa eum*. Dubito, an ſit neceſſe. Ut Herculem heic Eurytus, ita apud Antoninum Liberal. cap. 21. Nicocreon repudiat Arceophontem: & Pelias infra apud Noſtr. cap. 50. & 51. procos. Schol. Euripidis ad Hippolyt. vers. 545. Ἔνιοι μὲν δέ φασιν ἀπομαχέσασθαι τ' Ἡρακλέα μὲν Εὐρύτῳ καὶ ἀδελφῶν αὐτῷ (ἐ γὰρ ἰδῶναι αὐτὸ τὰ κέρα) πορθῆσαι τὴν Οἰχαλίαν. Etiam apud Diodorum lib. IV. ab Euryto repulſam patitur. Adde Schol. Hom. ad Odyſſ. Φ. vs. 23. MUNCK. Conſule Servium ad VIII. AEn. 291. Schol. Sophoclis in Trachin. vs. 270. 358. & Cel. Burm. in Cat. Arg. in *Eurytus*. Alium Eurytum, Actoris filium, Cteati fratrem, non aperto Marte, ſed per inſidias una cum fratre occidiſſe dicitur Hercules. Vid. Periz. ad AElian. lib. IV. V. H. cap. 5. item Schol. Pindari Olymp. Od. X. vs. 30. Sunt, qui referant hunc Eurytum, de quo hic Hyginus agit, cum filio ab Hercule occiſos eſſe, quod ab Euboeenſibus tributa exigerent. Vide Scythicum Tejum apud Athenaeum lib. XI. cap. 2. pag. 461. Idem tamen Hercules Pyraechmen Euboeenſium regem Thebanis bellum inferentem interfecit adoleſcens. Plut. Parall. Tom. II. pag. 307.

12. DEXAMENI FILIAM] *Oenei* filia eſt Apollodoro lib. I. pag. 25. & Hygino ipſi cap. 36. Alios tamen velle ait eam ex Dionyſo & Althaea natam. Puto tamen reperiſſe auctorem, quem heic ſit ſecutus Hyginus. Is eſt Bacchylides apud Hom. Scholiaſt. ad Odyſſ. Φ. 295. Βακχυλίδης δ' ἀλλάσσων οὔ τ' Εὐρύκλεια· φησὶ δ' ἐκ Διὸς Ἠλιδ' ὑδρηλὴν ἱκέσθαι τῷ δ' ξυνοδεύσαι Θυγατρί. Καὶ ἀλλ' τῦτο ἐκ Ἡρακλέος ἀκριβῶσαι κωμῳδεῖσθαι τοὺς οἰκοις ἐπιτάσσοντας. Quid ſibi vult heic illud Διξάμενον? Scribo, Δεξαμένου. h. e. *hoſpitio ſuſceptum à Dexameno*. Reſtituit idem vocabulum Palmerius Diodoro lib. IV. pag. 238. Ἀπωσάμενον ἐκεῖνόν φησι Διξάμενον, cum antea legeretur ἀποδιξάμενον. Ergo leviter emendandus Lactantius ad Stat. V. Thebaid. 263. qui *Dexaminum* hunc appellat. Dexameni cujuſdam meminit quoque Etym. auctor in Βῦρα, vel Callimachus apud eum Hym. IV. 102. Βῦρα τε Διξαμένοιο βοάσατε οἰκία δῖον. Immo is ipſe eſt, cujus filiae petiiſſe nuptias heic Hyginus, & Apollod. lib. II. pag. 192. tradunt. Adde Heinſ. notas ad Ovid. Ibin vers. 406. MUNCK. Conſule P. Leopard. lib. III. Emendat. cap. 5. & Spanh. ad Callim. H. Del. pag. 406. Oenei filiam vocat Schol. Apollon. Rh. I. Arg. 1212. cui praeivit Sophocles ipſe Trachin. vs. 409. Adde Philoſtrat. Junior. Icon. IV. De *Eurytione* P. Leopard. l. l. & Burm. in *Eurytus*.

## XXXII. *Megara.*

HERCULES cum ad canem tricipitem eſſet miſſus ab Euryſtheo rege, & Lycus Neptuni filius putaſſet eum periiſſe, Megaram Creontis filiam uxorem ejus, & filios Therimachum & Ophiten interficere voluit, & regnum occupare. Hercules [1] eo intervenit, & Lycum interfecit: poſtea ab Junone inſania objecta, Megaram & [2] filios Therimachum & Ophiten interfecit. Poſtquam ſuae mentis compos eſt factus, ab Apolline petiit dari ſibi reſponſum, quomodo ſcelus purgaret. Cui Apollo ſortem quod reddere noluit, Hercules iratus de fano ejus [3] tripodem ſuſtulit, quem poſtea Jovis juſſu reddidit, [4] & nolentem for-

## Ad CAP. XXXII.

1 EO INTERVENIT] Cl. Schefferus explicat *eo tempore*. Ego verius putem, *ex eo, eâ de cauſâ*. cap. praeced. *Quo cum Mars veniſſet*. cap. 120. *Quo Rex cum interveniſſet*. Vide praeterea Notas ad cap. 34. Gloſſ. Philox. *Intervenit*, ἐπιτεῖ. Poſſis alioqui dicere *eo* eſſe dictum pro *ea* ἀφορμῇ. ut & *quo* pro *ad quae*. Vide Sciopp. Gramm. p. 44. MUNCK.

2 FILIOS INTERFECIT] Non conveniunt in narratione hac Mythologi. Schol. Pind. ad Iſthm. Od. IV. vs. 114. Περὶ τῶν ἐκ Μεγίρας (Leg. Μεγάρας) Ἡρακλεῖ παίδων Λυσιμαχίς φησι τινας ἐσωθῆναι, μὴ ὑπὸ Ἡρακλέους, ἀλλ' ὑπό τινων δολοφονηθέντας ξένων. οἱ δὲ Λύκου τὴν βασιλείαν φασὶν αὐτὰς φονεῦσαι. Σακεφόρος δὲ ὑπὸ Λύγεως (Leg. Λύγεια) φησὶν αὐτὰς δολοφονηθῆναι &c. MUNCK. Ab ipſo Hercule hos liberos interfectos docet Plutarchus de Superſtit. Tom. II. pag. 167. item Euripides in Hercule Fur. qui tres filios & uxorem interemiſſe Herculem furiis agitatum refert vs. 978. & ſeqq. quem ſequitur Philoſtratus lib. II. Icon. cap. 23. & praeter hos etiam amaſium, Stichium AEtolum, vita privaſſe eodem tempore, adfirmat Ptol. Hephaeſtio lib. VII. apud Photium, pag. 490. In hac fabula emendandus Lactantius ad Statii IV. Theb. vs. 571. *Hic eſt Lycus, qui Megaram filiam ſuam Herculi dedit uxorem, & ob hoc a Junone in furorem verſus eſt, & filios Herculis ex Megara ſuſceptos Oxea, & Leontiadem occidit.* Lego *Ophiten, & Creontiadem. Creontiadem* vocat eum ipſe Lactantius ad X. Theb. 885. qui *Creontiades* ab AEnea Argivo & Pherecyde lib. II. inter hos Herculis filios numeratur, ut docet Schol. Pindari O. Iſthm. IV. vs. 104. Euripides telo proſtraviſſe, Pherecydes vero in ignem jeciſſe adfirmat. Quo remedio poſtea ſuae mentis factus ſit compos Hercules, docet Ptolemaeus Hephaeſtio lib. II. apud Photium pag. 474. Herculem a Sicalo docet Menecrates in Pindari ſcholiis, caedis contage fuiſſe luſtratum.

3 TRIPODEM] Servius ad AEn. III. 360. *Tripodes fuerunt menſae in templo Delphici Apollinis, quibus ſuperpoſitae Phoebades vaticinabantur.* Μαντικὸν τρίποδα vocat Pindari Scholiaſt. ad Olymp. IX. σοφιστικὸν Hypoth. Pyth. *Cortinam* Virgil. AEn. III. 92. Ubi in vocis originem inquirit Servius, ut & Varro L. L. VI. Gloſſ. Philox. *Cortina*, Δελφικὸς τρίπους Ἀπόλλωνος. quod convenit cum illis, quae Plinius habet lib. XXXIV. 3. Plura ſuppeditabunt de tripode Rhodiginus lib. VIII. 16. Savaro ad Sidon. lib. VIII. ep. 9. Oecum. in cap. XVI. Act. Bernartius ad Stat. I. Thebaid. 509. Lactantius notat ibi, *Tripodem eſſe ſpeciem lauri, tres habentem radices, Apollini conſecratam propter triplicem vim divinationis. Nam ſol*, inquit, *praeterita videlicet & praeſentia cernit, & futura viſurus eſt.* Hoc habet ex Fulgentii lib. I. cap. 16. *His Tripum quoque Apollini adjiciunt, quod ſol & praeterita noverit, & praeſentia cernat, & futura viſurus ſit.* Adde quae notamus ad illa Fulg. verba. Tripodem è lauru fuiſſe oſtendit Paſchal. Coron. lib. VIII. cap. 13. MUNCK. De tripode egit inl. Spanh. ad Callim. II. Del. vs. 90. a pag. 383. ad pag. 393.

4 ET NOLENTEM] Ante haec verba videntur excidiſſe aliqua, nec enim illud *nolentem* ad Herculem referri debet ſed Apollinem. Forte ſcribendum, *At Apollinem nolentem*, &c. Conſule Apollodorum lib. II. qui habet omnia, & quo modo poſt illud Apollinis oraculum fuerit venditus à Mercurio, SCHEFF. *Apollinem* nempe,

ſortem dare juſſit. [5] Hercules ob id à Mercurio Omphalae reginae in ſervitutem datus eſt.

## XXXIII. *Centauri.*

Hercules cum in hoſpitium ad Dexamenum regem veniſſet, [6] eiuſque filiam Deianiram devirginaſſet, fidemque dediſſet, ſe eam uxorem ducturum, poſt diſceſſum ejus Eurytion Ixionis & Nubis filius, Centaurus, petit Deianiram uxorem: cujus pater vim timens, pollicitus eſt ſe daturum. Die conſtituto, venit cum fratribus ad nuptias. Hercules intervenit, & Centaurum interfecit, [7] ſuam ſperatam abduxit. Item aliis in nuptiis Perithous [8] Hippodamiam Adraſti filiam cum uxorem duceret, vino pleni Centauri conati ſunt rapere uxores [9] Lapithis. [10] Eos Cen-

pe, quam vocem hinc excidiſſe cenſet Cl. Scheſſerus. MUNCK. Alia de Hercule Apollinis tripodem tollente refert Plut. *de his, qui ſero a Numine pun.* pag. 557.

5 Hercules ob id ] Pherecydes apud Hom. Scholiaſt. ad Odyſſeae Φ. 23. quod Iphitum Euryti filium occidiſſet. Adde Tzetz. Ch. 1. 36. Diodor. lib. IV. pag. 236. Cicerone auctore lib. III. Nat. Deor. alius ab Alcmenae filio hic fuit Hercules, qui cum Apolline de tripode concertavit. MUNCK. In hac fabula diſſentiunt Veteres. Cum Pherecyde faciunt Plut. in Theſeo pag. m. 3. & Apollodorus lib. II. pag. 135. Iphitum non ab Hercule occiſum eſſe, ſed in Euboeam effugiſſe e Scholiis Sophoclis Trachin. vs. 358. obſervavit Celeb. P. Burm. in *Iphitus*. Cum Hygino facit Servius ad VIII. AEn. 300. Hanc ſervitutem Herculi exprobrat AEſculapius apud Lucian. Dial. Fabul. 5. De Omphale vide Athenaeum lib. XII. cap. 3. Ephorus apud Schol. Apoll. Rhodii I. Arg. 1190. dicit αὐτὸν ἐπτὰ ἔτεσιν ἐπιλαθέσθαι τοῦ Ὀμφάλῃ τὴν Λυδῶν βασιλεύσασαν. Poſtea Herculem libertate donatum Omphalae nupſiſſe, & ex ea procreaſſe Agelaum, juxta Apollodorum, ut notat Celeb. P. Weſſeling. ad Simſonii Chronic. A. M. 2774. ſed ſecundum Lact. ad Statii VIII. Theb. vs. 507. Hyllum & Amphitryonem memorant.

## Ad CAP. XXXIII.

6 Ejusque filiam ] Alii Oenei filiam faciunt. Vide Apollodorum & Pauſaniam, ſed in his eſt ſumma diſcrepantia ſcriptorum. SCHEFF.

7 Suam speratam ] H. e. ſperatam uxorem ſuam, ut plene loquitur cap. 31. τὴν μνηστὴν αὐτοῦ. Non curat diſtinctiunculam Grammaticorum. Nonius cap. 3. *Virgo, antequam petitur, ſperata dicitur, debinc premiſſa, vel paſta, vel ſponſa dici poteſt.* Arnob. lib. IV. *Habent ſperatas, habent pactas, habent interpoſitis ſtipulationibus ſponſas?* MUNCK.

8 Hippodamiam Adrasti filiam ] *Hippocratiam* appellat Schol. Stat. I. Theb. 106. & Atracis facit filiam. Vide Apollod. lib. II. MUNCK. Ἱπποδάμειαν τὴν βασιλέως vocat Schol. Homeri Iliad. Α. 263. vide Mizeriac. ad Ovid. Ep. II. Heroid. pag. 156.

9 Lapithis ] De Lapitharum pugna Serv. & Philargyr. ad Virg. II. Georg. vs. 455. ad VII. AEn. 304. Lact. ad Statii II. Theb. 563. ad VII. Theb. 205. & quos laudat Perizonius ad AElian. lib. XI. V. H. cap. 2. Unde hi Lapithae dicti ſint, docent Schol. Apoll. Rhodii I. Arg. vs. 41. & Spanh. diſſert. V. de praeſt. & uſu Num. pag. 383.

10 Eos centauri ] Ante haec verba poſuerim τελείως εἰπόντα. Deinde legerim: *Eo centauri multos interfecerunt; at ab ipſis interierunt*, vel, *& ab ipſis &c.* ut plurimos ex utraque parte cecidiſſe innuat. Schol. Homer. ad Odyſſ. Φ. 295. Ὑπὸ μεθ', οἱ Κένταυροι πολλοὺς τῶν Λαπιθῶν ἀφεῖλον τὰς γυναῖκας ἁρπάσαντες. οἱ δ' ἐγγενόμενοι ἀπέκτειναν τοὺς Κενταύρους. Cl. Scheſſerus emendat: *eos Centauri multos interfecerunt; interfecti ab ipſo interierunt.* per *ipſum* intelligi volens Herculem. *Sed interire ab aliquo* ſatis Latine dicitur. Lactant. ad Stat. IV. 785. *Ne à Saturno interiret.* & Argum. lib. XI. Met. fab. 9. *Quod Phocus à ſe interiiſſet.* Plinius de M. Marcello: *Periit ab Hannibale.* Lucanus: *Quis nollet ab ipſo enſe mori?* Sallust. Jug. 17. *Niſi qui ferro aut à beſtiis interiere.* In fabularum Indice huic libello praefixo habes lemmate cap. 265. *Qui à Neptuno perierunt.* Cap. 266. *Qui ab Apolline perierunt.* Probare tamen poſſis, *ab ipſo*, ſi cogites illud non

Centauri multos interfecerunt, [1] ab ipſis interierunt.

## XXXIV. *Neſſus.*

NESSUS Ixionis & Nubis filius, Centaurus, rogatus ab Deianira, ut ſe flumen [2] Euhenum transferret, [3 4] quam ſublatam, in flumine ipſo violare voluit. [5] Hoc Hercules, [6] cum interveniſſet, & Deianira cum fidem ejus inploraſſet, Neſſum ſagittis confixit. Ille moriens cum ſciret ſagittas Hydrae Lernaeae felle [7] tinctas quantam vim haberent

jam tum ſtatim, ſed poſtea accidiſſe. Vide Horatii interpretem veterem ad lib. II. Od. 12. Sed intercedit Lactantius ad Stat. Theb. v. vers. 263. qui has fabulas Hygino ſublegit. Caeterum, quam heic Hippodamiam vocat Hyginus, *Deidamia* eſt Plutarcho in Theſeo, *Iſchomache* Propert. lib. II. el. 2. Sed ab Hygino ſtat Ovid. XII. Met. vers. 210. MUNCK.

1 AB IPSIS INTERIERUNT] Deeſſe quid volunt. Et certe nullus in his ſenſus. Forte ſcriptum fuit, *eos Centauri multos interfecerunt; interfecti ab ipſo interierunt*, ſic, ut illud *ipſo* ad Herculem referatur. Repetitio ejuſdem vocis otioſa viſa eſt librario. SCHEFF. Ita refert Ptolem. Hephaeſtio lib. v. apud Photium pag. 483. οἱ Κίνταυροι φεύγοντες Ἡρακλέα ὑπὸ Τυρσηνίας λιμνῇ διεφθάρησαν βαλχθέντες ὑπὸ Σειρήνων ἠδυφωνίας. & lib. VI. pag. 487. Ἐν τῇ Ἀλεξάνδρᾳ Λυκόφρων. vs. 670.

Ποῖα δ' ἀκδὴν φῆρες κιτταυρεχθέντες,
τὰς Σειρῆνας κιτταυρεχθίους εἶπεν. Omnes Centauros praeter Chironem occidiſſe Hercules memoratur ab Antiſthene Socratico apud Eratoſthenem Cataſter. cap. 40.

## Ad CAP. XXXIV.

2 EUHENUM] Vide Schol. Apollon. lib. I. 1211. Serv. ad AEn. VIII. 300. Perperam Νέσσον & Εὔηνον ediderunt in Lycophr. Scholiaſte. MUNCK. Conſule Sophocl. in Trachin. vs. 564. Pauſan. lib. III. cap. 18. Apollodor. lib. II. pag. 145. Philoſtrat. Junior. Icon. XVI. Lact. ad Statii IV. Theb. 833. & ad XI. Theb. 225. De *Neſſo* Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 426.

3 QUAM SUBLATAM] poſſit videri legendum, *eam*; verum eſt hoc genus inter locutiones plebeias numerandum. ſupra Fab. 28. *Hi cum Dianam comprimere voluiſſent, quae cum non poſſet viribus eorum reſiſtere.* pro, *ea, cum non poſſet.* SCHEFF.

4 QUAM SUBLATAM IN FLUMINE IPSO VIOLARE VOLUIT. HOC HERCULES CUM INTERVENISSET . . NESSUM SAGITTIS TRANSFIXIT.] *Hoc* intelligit Munkerus, propter hoc. Equidem malim legi: *huc Hercules cum interveniſſet*, &c. ob iſta quae notavi ad Fab. 31. Ceteroquin tale quid ἀνακόλουθον eſſe puto, quo a vocibus *id*, *quod*, *hoc* &c. ita inchoatur periodus, quaſi ſecuturum verbum eſſet, cum illis conſtruendum, quod tamen non ſequitur. Et ſaepius ſic incipi orationem, ut initii illius deinceps minus accurate ratio habeatur, vidimus ad Cicer. Divin. II. 41. Quod *Carneadem Clitomachus ſcribit dicere ſolitum, nuſquam ſe . . vidiſſe F.* ubi verba iſta *nuſquam ſe* &c. plane abundare faciunt relativum *quod*. Plura ejuſmodi Hygini loca ſunt; in quibus Munckerus ad hanc Fab. aliaſque, cum Scheffero ad Fab. 16. ſtatuit ellipſin praep. *propter*, quam mihi quidem non probat. WOPKENS.

5 HOC HERCULES] Pro *ob hoc*, ſicut *quod* pro *ob quod*. vide ſup. Fab. 16. SCHEFF. H. e. propter hoc. Cap. 188. *Hoc Neptunus ut vidit in pecora commutatos conſumi, procos in lupos convertit.* Sic *quod* pro *ob quod*, de quo dictum ad cap. 16. *Id* pro *ob id* cap. 108. 103. & 144. ubi & nos iſtam ellipſin antehac in notulis noſtris odorati ſuimus. Nec male *ex* vel *ab* ſubaudias. Infr. cap. 191. *Quo Midas petiit, ut* &c. 274. *Quo judices cum conſediſſent.* Catull. Carm. 14. *munere iſto Odiſſem te odio Vatiniano.* Tertullianus III. contra Marc. *Hac cauſa vos connubio privavit honeſto.* Nep. Themiſt. 8. *Hoc crimine abſens proditionis eſt damnatus.* Quintil. declam. 318. *Hoc legato patroni veſtri neceſſe eſt utrumque veſtrum diligentius vivere.* Addit praepoſitionem Seneca lib. I. Clem. cap. 20. *Duabus à cauſis junire princeps ſolet.* Ad eundem modum ſuum τὸ uſurpant Graeci pro *propterea*. Vide Apollon. I. 1025. II. 15. MUNCK. Adde Celeb. P. Burm. ad Ovid. v. Met. 651. & in Animadv. ad Thomae Wopkenſii Adverſaria Critica in Obſ. Miſc. Vol. VIII. Tom. III. pag. 362.

6 CUM INTERVENISSET ET DEIANIRA CUM FIDEM] Etiam haec repetitio ad plebejum genus per-

berent veneni [8] ſanguinem ſuum exceptum Deianirae dedit, & id [9] philtrum eſſe dixit. Si vellet, ne ſe conjunx ſperneret, eo juberet veſtem ejus perungi. Id Deianira credens, conditum diligenter ſervavit.

## XXXV. *Jole.*

HERCULES cum Jolen Euryti filiam in conjugium petiiſſet, [10] ille eum repudiaſſet, [11] Oechaliam expugnavit. Qui [12] ut a virgine rogatur, pa-

pertinet, cujus exemplum eſt in prius citatis ex fab. 28. huic ſimillimum. SCHEFF.

7 TINCTAS, QUANTAM &c.] Locus vitioſus. Scribe, *tinctas, ac quantam.* Nam, *cum ſciret, quantam vim haberent tinctas*, non procedit. SCHEFF. Cl. Schefferus emendat, *tinctas, ac quantam.* Micyllus continenter ſine inciſo & vocula unà auctius edidit: *cum ſciret ſagittas Hydrae Lernaeae felle tinctas quantam vim haberent veneni.* Quod eſſe recte dictum ſimilia ejus locutionis exempla declarant. Plaut Poenul. v. 2. 106. *Patrem atque matrem viverent vellem tibi.* Varro R. R. lib. II. pag. 387. *Armentarium meum crebro ut aliquid legat curo.* Ter. Ad. v. 7. *Demiſſionem ſi domi eſt viſam.* Idem alibi: *Scin me in quibus ſim gaudiis?* &, *Obſervres filium quid agat.* Eadem ratione dictum illud cap. 129. *Fructumque ejus ex nomine hoſpitis Oenos ut vocaretur inſtituit.* Cyprian. Tractat. 1. *Cum conſpexeris & audieris deos tuos quid ſint.* Confer Popm. in de uſu Antiq. Locut. pag. 94. Helleniſmum eſſe recte obſervat Linacer lib. VI. p. m. 496. Joan. cap. IX. 29. Τοῦτον οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν. Sed noli dubitare, quin genuinam Hygino reſtituat lectionem Inluſtr. Heinſii emendatio, *tincta*, h. e. quaecunque tincta eſſent. MUNCK. De locutione vide, quae Cl. Oudendorp. ad Hirtium de B. Africano cap. 20. p. 846. & ego ad Nepot. Thraſyb. cap. IV. congeſſi. De re Sophocl. Trachin. 583. & Ptol. Hephaeſtio lib. II. apud Photium pag. 474.

8 SANGUINEM SUUM] Diodorus lib. II. *Semen, quod ipſe in terram effudiſſet, cum ſanguine, qui ex vulnere ſpiculi manaſſet, miſcere juſſit.* Schol. Horat. ad Epod. 3. *ſuo ſanguine tinctam lanam dediſſe Deianirae* ait, *& ex eâ juſſiſſe confici tunicam.* Euſeb. Praep. lib. II. pag. 36. Παρακελεύεται δὲ λαβοῦσαν τὴν ἐξ αὐτοῦ τετρωμένου γόνου, καὶ τοῦτο συμμίξασαν ἔλαιον, καὶ τὸ λεπτὸν τῆς ἀκίδος λειχμῶμενον αἷμα, χρίσαι τὸν χιτῶνα Ἡρακλέους. MUNCK. Adde Sophocl. Trach. 567. & 581.

9 PHILTRUM] Ovid. II. Art. A. 105. *Pallentia philtra venenis.* Gloſſ. Cyrill. φίλτρον, *amatorium. Amoris veneno* venuſte appellat Horatii Scholiaſtes in Epod. 17. Ipſe Poëta epod. 5. *Amoris poculum. Irritamen amoris* Ovid. IX. Met. vers. 133. Φιλίου ἐπιτερπὲς δωμάριον Tzetz. in Lycophr. p. 14. *Amatorium poculum* Paul. Recept. Sent. lib. V. Tit. 23. Abſolute *amatorium* Plin. lib. XXV. 3. & Quintil. Declam. XV. MUNCK. Vide Soph. Trachin. vs. 593, 1158. Antea dixerat vs. 584. φρενὸς κηλητήριον. φίλτρον ἱμερόεν dixit AElianus lib. I. V. H. cap. 30. ubi Perizon. Ptol. Hephaeſtio lib. VII. apud Photium pag. 493. de Pane piſce ὃ τοῦτο λίθου Δεσμοῦ ἀστερίτου, ὃν οἱ ἅλιεις τιθέασι κάκείνου, ποιεῖν φασὶ φίλτρον. ad alia transfertur vox. Pindar. O. Pyth. III. vs. 113. καὶ τί οἱ φίλτρον τὸ θυμὸν μαλιγκίοις ὕμνοις Ἀφροδίτας τίθει, ἐστέρητο τοί κεν μαν πόθεν.

## Ad CAP. XXXV.

10 ILLE EUM REPUDIASSET] Scribendum *illa*, non enim Eurytus eum ſprevit, ſed Jole. Ideo mox ſequitur, *illa animo pertinaciori*, nempe ante quoque fuit pertinax. Hoc vitium & ſupra fab. 31. notavi. SCHEFF. Rurſus omiſſa particula &, quae forte abſorpta eſt a ſyllaba praecedente. Certe cap. 31. ubi eadem, quae heic, narrantur, addita eſt. MUNCK.

11 OECHALIAM EXP.] Eurytus Oechaliae rex fuit, unde Εὐρύτου πόλις vocatur a Sophocle Trachin. vs. 74. ubi de variis *Oechaliis* agit Schol. ut & Schol. Apoll. Rhod. l. I. vs. 87. & Cl. Burm. in Catal. Argonaut. in *Eurytus.* Hanc in Euboea inſula ſitam eſſe docet etiam Servius ad Virgil. lib. VIII. AEn. vs. 291. cur vero variae Oechaliae fuerint, docet Salmaſ. de I. Hellen. p. 362. Schol. Sophocl. Trachin. vs. 358. Ἡρακλῆς ἐλὰς τὰν Οἰχαλίαν καὶ τὰς ἰὰς ἀπίσθετον. De hac Oechaliae expugnatione etiam Plutarch. de Oracul. Def. T. II. p. 417. & Apollodor. lib. II. p. 147.

12 UT A VIRGINE ROGATUR] Scribendum eſt, *ut rogaretur*, ſententia eſt, hoc ideo feciſſe, ut

parentes ejus coram ea interficere velle coepit. Illa animo pertinacior, parentes ſuos ante ſe necari eſt perpeſſa. [1] quos omnes cum interfeciſſet, Iolen captivam ad Deianiram praemiſit.

## XXXVI. *Deianira.*

DEIANIRA [2] Oenei filia, Herculis uxor, cum vidit, Iolen virginem captivam eximiae formae eſſe adductam, verita eſt, ne ſe conjugio privaret. Itaque [3] memor Nelli praecepti, veſtem tinctam centauri ſanguine Herculi qui ferret nomine [4] Lichan famulum miſit. inde paululum,

rogaretur ultro ab Iole ad ducendam ipſam in matrimonium, ſineretque vivere parentes. Aliter haec memorat Apollodorus. Sed non dubito, quin haec ſit ſententia noſtri, iſque alios ſecutus fuerit auctores. SCHEFF. *Rogaretur* emendat Cl. Scheffernus. Vide ejus notas. Nobil. Heinſius conjicit, *objurgatur*. Atque ſane illa, ac pater, ut ex ſequentibus patefcit, ſpernebat Herculem. MUNCK. Iolen Hercule Oechaliam expugnante, de moenibus ſe praecipitem dediſſe, & incolumem in terram deveniſſe, vento veſtem ſinuante, docet Plut. in Parall. T. II. p. 308.

1 QUOS OMNES] Ante haec deeſſe quaedam videntur, in quibus fratrum Joles facta fuerit mentio. Eurytum enim Hercules cum quinque filiis interemiſſe fertur. Vide Tzetz. Chil. I. 36. Serv. ad AEn. VIII. 291. MUNCK. Vide Athenaeum lib. XIII. c. I. p. 560.

## Ad CAP. XXXVI.

2 OENEI FILIA] Et *Althaeae*. Anton. Liberal. cap. 2. Perperam *AEthefia* dicitur apud Schol. Stat. II. Theb. 165. MUNCK. Vide Lactant. de hac fabula ad Statii XI. Theb. vs. 225.

3 MEMOR NESSI PRAECEPTIS] Lege, *praecepti*. nempe ejus, quod dederat ille ἱπποκένταυρος cap. 34. Supr. cap. 12. *Reſponſi memor*. Cap. 69. *Memor ſortium ſuarum*. 174. *Memor Parcarum praecepti*. Aſtron. II. 1. *Jupiter memor peccati*. Cyprianus de Bon. Pat. *Adam praecepti immemor, & datae legis transgreſſor*. Video *Neſſei praecepti* correxiſſe etiam Nob. Heinſium in ora libri ſui. MUNCK.

4 LICHAN FAMULUM] Serv. ad AEn. VIII. 300. *Veſtem tinctam Neſſi ſanguine Lichae ſervo ad eam* (leg. *eum, perferendam dedit*. Scholiaſt. Apollon. ad lib. I. 1211. paedagogum Hylli Herculis filii facit. MUNCK.

5 ET ID SOL ATTIGIT] Lego & diſtinguo: *Inde paululum, quod in terram ceciderat, ut id ſol attigit, ardere coepit*. Venit idem in mentem Cl. Scheffero. MUNCK.

6 ET QUI REVOCARET, EUM CUI VESTEM DEDERAT] Diſtinctio prava, non enim miſit eum, cui veſtem dederat, verum miſit, qui eum revocaret. itaque poſt *eum* comma collocandum. SCHEFF.

7 ROTATUM IN MARE] E Boeotiâ in mare Euboicum. Apollod. lib. II. Ovid. IX. Met. 218. *Corripit Alcides, & terque quaterque rotatum Mittit in Euboicas tormento fortius undas*. Sen. Hercul. Fur. 105. *Et circa furens Bis ter rotatum miſit*. Quintil. Declam. XVII. *Rotatos per abrupta molis jactus explicuit*. Lege, *mollis*. MUNCK. Sophocles in Trachin. vs. 792.

Μάρψας ποδὸς τὸν ἄκρον ἢ λυγίζει
Ῥιπῇ πρὸς ἀμφίλυκον ἐκ πέτρᾶς πέτρον·
Κόμπος ὃ λᾴδικὸς μυελὸν ἐκφοιᾷ μίσᾳ
Κεφαλὸς διασπαρεὶς αἵματός θ' ὁμοῦ.

Cur dixerit ibi de cerebro λᾴδικὸν μυελὸν Sophocles, docebit Athenaeus lib. II. cap. 24. pag. 69.

8 PYRAM CONSTRUXISSE] Hanc ab Hercule ipſo conſtructam, à Poeante ſuccenſam narrat Apollod. lib. II. Zenobius Cent. I. 33. Scholiaſt. Hypoth. Trachin. Sophoclis. Sed hoc cum Hygino Philoctetae tribuit Hom. Scholiaſtes ad Iliad. Z. Μαλεὺς Διλίσσαιος ἄλλα ὑφάψας ἐν τῇ Οἴτῃ Ἡρακλεῖ πυρὰν ἐν τῇ τελευτῇ αὐτοῦ, ὑφῆψεν ὁ Φιλοκτήτης. Quod firmant Tzetzes ad Lycophr. pag. 131. Diodorus lib. IV. pag. 243. Ovid. lib. IX. Met. 234. Servius ad AEn. III. 402. VIII. 300. Lactant. lib. I. cap. 9. Cicero Tuſcul. II. Dictys lib. I. *Poeantis Philoctetae, qui comes Herculis poſt diſceſſum ejus à Diis ſagittas induſtriae praemium accepit*. Tzetzes ad Lycophr. p. 14. Ed. Steph.

lum, quod in terram deciderat, [5] ut id ſol adtigit, ardere coepit. Quod cum Deianira vidit aliter eſſe, ac Neſſus dixerat, intellexit: [6] & qui revocaret eum, cui veſtem dederat, miſit. Quam Hercules jam induerat, ſtatimque flagrare coepit. Qui cum ſe in flumen conjeciſſet, ut ardorem extingueret, major flamma exibat. Demere autem cum vellet, viſcera ſequebantur. Tunc Hercules Lichan, qui veſtem adtulerat, [7] rotatum in mare jaculatus eſt; qui quo loco cecidit, petra nata eſt, quae Lichas adpellatur. Tunc dicitur Philoctetes Poeantis filius [8] pyram [9] in monte Oetaeo conſtruxiſſe Herculi, [10] eumque accendiſſe mortalitatem. Ob id beneficium Philocteti Hercules arcus

Steph. Τὰ δὲ τέξα αὐτῷ Ἡρακλῆς τῷ Φιλοκτήτῃ καταλιμπάνει, ὡς δὲ πατρὸς Φιλοκτήτε Ποίαντος τῇ τελούτῃ ὑπαργίσαντος. Adde Brodaeum Miſcell. cap. 5. lib. 1. Morſimo Trachinio triſte id miniſterium dat Hephaeſtion. Illas ſagittas apud Sybaritas in Apollinis Halii templo conſecraſſe eum narrat Ariſtoteles Admirand. pag. 882. Edit. Caſaub. Confer Juſt. lib. xx. 1. Juvenalis Schol. de hac fabulâ ad Sat. xi. vers. 63. *Qui in Oetâ monte ſe incendit, non tolerans ardorem veſtis, quam in ſanguine Neſſi tinctam uxor ſua cauſſa pellicis Deianira porrexit veſtiendam.* Scripſerim: *uxor ſua Deianira cauſa pellicis porrexit induendam.* MUNCK. Sophocles ipſe in Trachin. vs. 1211, 1270, 1273. ait Hyllum ab Hercule coactum fuiſſe pyram exſtruere & accendere, & Hyllum, licet invitum, comitibus ſuis juſſiſſe, ut tollerent corpus patris, & in pyram inponerent vs. 1180. quam pyram ipſe Jupiter accendiſſe dicitur a Juliano, monente inſ. Spanhemio ad Call. H. Dian. pag. 241. Cum Hygino facit Philoſtratus cap. 5. Heroic. §. 1. & Philoſtratus Junior Icon. 17. ubi plura de Philoctete. De locuſtis ex Herculis rogo enatis, & terram peſtis inſtar vaſtantibus Ptolemaeus Hephaeſtio apud Photium pag. 474.

9 In monte Oetaeo] In cacumine montis Oetae, quae Φρυγία dicta. Schol. Callim. ad Hymn. 111. Φρυγία ὄρος, Τραχῖνος, ἔνθ' ἱκάνε ὁ Ἡρακλῆς. Arrianus apud Euſtath. in Dionyſ. vs. 809. Φρυγία καί τις ἐστὶ Εὐρυπάῳ ἐπὶ τῷ Οἰτῷ τὸ τῆ Τραχῖνος ὄρος, ὅτε κληθῆναι ἔφασι τὸ ὀνεῖδος κιφρύχθαι τὴν Ἡρακλέα καυθέντα. MUNCK. Adde inſ. Spanh ad Callim. H. Dian. vs. 159. & Sophocl. Philoct. vs. 725.

Στιεχεῖ τι παρ' ὄχθας, ἵνα ὁ χάλκασπις ἀνὴρ Διὸς πλάθῃ πᾶσι Θείῳ πυρὶ παμφαὴς, ΟΙΤΑΣ ὑπὲρ ὄχθων.

10 Eumque ascendisse mortalitatem] *Et exuiſſe* fortaſſe aut ſimile quid deeſt. MICYLL. Comeliniana habet *accendiſſe*, quod ſenſum habet nullum. Micyllus putat, deeſſe hic, *& exuiſſe*. Barthius emendat, *eſcendiſſe*, ac *exſcendere*, exponit *ſuperare*. Sed *exſcendere* pro *ſuperare* uſurpari, probandum erat idonei ſcriptoris auctoritate. Mallem ergo: *adſcendiſſe immortalitatem*, ut *aſcendere immortalitatem* dictum ſit pro, *ſcandere ad immortalitatem*, eo plane modo, *ſicut adſcendere cyclos*, & id genus. SCHEFF. Micyllus in margine notavit, *& exuiſſe*, *vel ſimile quid forſan deeſt*. Editio Leidenſis exhibet *accendiſſe*. Atque ita legendum monuerat in Erratis Commelinus. forſan non male: ut per mortalitatem innuat, quod mortale erat, & à matre traxerat. Vide Ovid. ix. Met. 252. Infr. cap. 102. *Cum humanum corpus eſt exuſtum & ad immortalitatem traditum.* Cyprian. Tract. iv. *Hercules, ut hominem exuat, Oeteis ignibus concrematur.* Lucianus Hermotimo: Καὶ ἢν ἐκεῖνος, ἀπόκαλον ἐκόσον ἀνθρώπειον εἶχε ἀφεὶς τῆς μητρὸς, ἢ καθαρόν τι καὶ ἀκήρατον φέρων τὸ θεῖον, ἀνέπτατο εἰς τοὺς θεοὺς διδυμεῖον (leg. διδυμεῖος) ὑπὸ τοῦ πυρός. Atque ita *poſt corporea membra factus eſt Deorum curialis*, ut loquitur Capella lib. 1. Quid ſi in Hygino legas, *aſcendiſſe immortalitatem?* hoc eſſet, aſcendiſſe coelos ad immortalem vitam inter Deos agendam. Confer Zenob. 1. 33. Apollod. lib. 11. p. 110. Lactant. lib. 1. cap. 18. *Hunc à rogo, quo ſe vivum combuſſerat, aſcendiſſe in coelum putaverunt.* Nubes nempe cum tonitru ſublatum eum in coelum vexit. Quibus non diſſimile eſt, quod de Jeſu noſtri ἀναβάσει narrat B. Lucas Act. 1. 9. Confirmat me in iſtâ conjecturâ Cl. Schefferus, qui & ipſe idem divinarat. Cyprian. Tract. 1. *Ad immortalitatem ſub ipſâ morte tranſitur.* Ad eundem modum *humanitatem* dixit eam vitam, quae inter homines agitur, Servius ad AEn. viii. 300. Vide heic vanitatem mythologorum: coelum aſcendiſſe Herculem narrant; quem tamen Homerus convenîri apud inferos facit ab Ulyſſe,

cus & ſagittas donavit. Deianira autem [1] ob factum Herculis ipſa ſe interfecit.

## XXXVII. *AEthra.*

NEPTUNUS & AEgeus, Pandionis filius, in fano Minervae cum AEthra [2] Pitthei filia una nocte concubuerunt. Neptunus quod ex ea natum eſſet, AEgeo conceſſit. Is autem poſtquam à Troezene Athenas redibat, [3] enſem ſuum ſub lapide poſuit, & praecepit AEthrae, ut [4] tunc eum ad ſe mitteret, cum poſſet eum lapidem adlevare, & gladium patris

ſicut caeteros, qui exceſſerant vita, ut Cicero obſervat lib. III. de Nat. Deor. Veram tamen lectionem, ut finem aliquando faciam, putem, *accendiſſe mortalitatem*. Ita Lactantius dixit Argum. lib. XIV. Met. *mortalitatem abluere*. MUNCK. Theocritus Idyll. XXIV. 81. de hac pyra Ἡνίκα ἤ πάντα πυρὶ Τεφχίδα ἴξη. Tzetzes ad Lycophron. vs. 1327. dicit, Herculem immortalem eſſe factum, quia Juno ubera ei rogatu Palladis praebuerat. alias cauſſas profert ad vs. 1350. De Herculis immortalitate conſulendi Servius ad Ecl. VIII. 30. Inl. Spanh. ad Callim. H. Dian. p. 240, 241. Circa Hecatombaeonem menſem, hicme praecipitante, mortalitatem exuiſſe Herculem adnotat e Petiti Comm. ad L. A. Celeb. P. Burm. ad Ovid. lib. IX. Met. vs. 105.

1 OB FACTUM HERCULIS] Doctiſſimus Jacob. Perizonius legit: *ob fatum Herculis*: i. e. mortem, exitium. Sic fab. 141. *Quibus fatalis fuit Hercules*. h. e. cauſa exitii. Probo conjecturam. Nihil frequentius iſtâ locutione cum apud alios quoſvis ſcriptores, tum praeſertim poëtas. Ad eundem modum locum hunc emendaverat in libro ſuo Nob. Heinſius. Lactant. eâ de re in Argum. lib. IX. Met. *Deianira re audita ipſa ſe interfecit*. Suſpendiſſe ſe narrat Apollod. lib. II. MUNCK. Suſpendiſſe ſe Deianiram teſtatur etiam Schol. Hypoth. Trachin. Sophoclis. ipſe vero Sophocles in eadem Tragoedia vs. 947. tradit, ſe ancipiti gladio interemiſſe:

Ὀρῶμαι αὐτὴν ἀμφιπλήγι φασγάνῳ
Πλευρὰν ὑφ' ἧπαρ τὰς φρένας πεπλημμέλῶ.

De *Deianirae* liberis ex Hercule v. Schol. Sophocl. Trachin. vs. 54.

## Ad CAP. XXXVII.

2 PITTHEI] Ita repoſui pro *Pitbei* ex cap. 79. Graecis eſt Πιτθέως. *Pitheus* vitioſe etiam Lactantio dicitur lib. VII. Met. Argument. ubi hanc fabulam habes; ut & apud Apollod. lib. III. Etym. Αἴθρα τὸ κοινόν. ἡ Ἀττικὴ αἴθρη. σημαίνει δὲ δύο. κύριον ὄνομα Αἴθρη Πιτθέως θυγάτηρ. Ovid. Heroid. X. 131. *Nec pater eſt AEgeus, nec tu Pittheidos AEthrae Filius*. MUNCK.

3 ENSEM SUUM] Et *calceos*, ut volunt Apollodorus, Lactantius, Plutarchus, Etymol. Auctor, Euſtath. in Dionyſ. p. 129. & Callimachus apud Tzetzen in Lycophr. vs. 491. nec non Crates apud Hom. Schol. ad Iliad. A. 740. Lapidem, ſub quo poſuit, πέτραν κολυφίαν vocat Callim. MUNCK. De hoc enſe conſule, quos laudat Celeb. Burm. ad Ovid. lib. VII. Met. vs. 422.

4 TUNC EUM] Praeceſſit, *quod ex ſe natum eſſet* Sententiam ergo magis, quam verba reſpexit. MUNCK. Familiaris Auctoribus modus iſte loquendi, de eo, quod eſt in utero matris. Theocritus Idyll. XVIII. vs. 21.

Ἦ μέγα τοί κε τέκοις', εἰ μητέρες τέκνα ὁμοῖον.

Conſule tu, Lector, Obſerv. Miſcell. Jul. Aug. & Sept. 1734. pag. 6. Lucianus in Timone §. 870. ἡ τὸ χλιανθησόμενον, ἄρρεν ἢ ἔσαι, Τίμωνα τὸν καλόν Herodotus lib. I. cap. 112. τέτακα δὲ τεόν τις dixit, quia partus iſte editus nunquam lucem adſpexit. *cum* per ſyntheſin dixit.

5 INDICIUM COGNITIONIS] Inſignia ingenuitatis appellat cap. 187. γνωρίσματα Graeci. Parthen. Erot. cap. I. Περιελόμενος τὰ ζῶνα δίδωσι τῇ κόρῃ, κιβδῆνι χρῆσαι (leg. χρῆσαι) τοῦ παιδὸς φυλάττειν, ὅπως ἔχῃ γνώρισμα, ὁπότ' ἂν ἀφίκηται πρὸς τὸν πατέρα αὐτῆς εἰς Καῦνον. cap. 3. συμβόλια appellat. Pertinet huc hiſtoriola illa, quam in voce Κιλβὶ narrat Etymologicographus. ubi notandum Πίτθεον ab eo appellari, qui Βρεταννὸς eſt Parthenio cap. 30. MUNCK.

6 EOSQUE QUI ILLIC TUM ITINERI] Videtur nonnihil deeſſe. MICYLL. Micyllus etiam hunc

tris tollere: ibi fore [5] indicium cognitionis filii. Itaque poſtea AEthra peperit Theſeum. Qui cum ad puberem aetatem perveniſſet, mater praecepta AEgei indicat ei, lapidemque oſtendit, ut enſem tolleret, & jubet eum Athenas ad AEgeum proficiſci, [6] eoſque, qui illic tum [7] itinera infeſtabantur, omnes occidit.

## XXXVIII. *Theſei labores.*

[8] CORYNETEM [9] Neptuni filium armis occidit. [10] Pityocampten, qui [11] iter gradientes cogebat, ut ſecum arborem pinum ad terram flecterent:

hunc locum habet pro hiulco. Mihi nil deeſſe quidquam, ſed trajecta quaedam & corrupta videntur. Itaque ſic iſta ſcribo: *Qui eos, qui illic tum itinera infeſtabant vi, omnes occidit.* SCHEFF. Cl. Scheffcrus emendat: *qui eos, qui illic* &c. Micyllus quaedam deeſſe cenſet. MUNCK.

7 ITINERI INFESTABANTUR ] Cl. Scheffcrus emendat: *Itinera infeſtabant vi.* Mihi perſuaſiſſimum eſt debere legi, *itinera infeſtabantur.* Vide Notas ad cap. 18. Lactantius: *Multos latrones Iſthmum obſidentes interfecit.* MUNCK.

## Ad CAP. XXXVIII.

8 CORYNETEM] Sic a clava, quam geſtabat dictum, cum verum ejus nomen eſſet *Peripbetes.* Apollodorus in fine operis. Pauſan. in Attic. SCHEFF.

9 NEPTUNI FILIUM] Apollod. lib. III. pag. 206. & Hygino ipſi cap. 158. eſt Vulcani filius: quibuſcum facit Ovid. lib. VII. Met. 438. *Clavigeram vidit Vulcani occumbere prolem.* Κορυνήτης dictus eſt à κορυνὴ, quam ῥόπαλον interpretatur Hom. Schol. ad Iliad. H. 141. Verum hominis nomen erat *Peripbetes.* Lactant. Argum. Met. VII. Ovid. *Peripbitum latronem Vulcani filium juxta Epidaurum.* Leg. *Peripbetem.* Heſych. Περιφήτης, ὁ Κορυνήτης. MUNCK. Plutarchus in Theſeo pag. m. 4. B. Καὶ πρῶτον μὲν ἐν τῇ Ἐπιδαυρίᾳ Περιφήτην, ὄντα χαλκοῦν ΚΟΡΥΝΗΝ, ἐξ ὅπλου τοῦτο ΚΟΡΥΝΗΤΗΝ ἐπικαλούμενον, ἀνεῖλεν αὐτὸς καὶ καλὸν ἔσχεν, συμβόλων ἀπίδειξιν. Fuit & alius *Peripbetes* Mygdoniae rex ab Oethone Neptuni & Oſſae filio, rege Cherſoneſi Thraciae, interfectus. Conon Narrat. 10. apud Photium pag. 429. De hoc *Peripbete* vel *Corynete* latius egit Meurſius in Theſeo cap. 5. ad quem lectorem ablegamus, ſi in Theſei labores diligentius inquirere velit.

10 PITYOCAMPTES ] Etiam hic ſic dictus eſt, non vero nomine, ſed quod inflecteret pinos arbores. Nomen enim verum *Sines* habuit. SCHEFF. Pityocamptes is *Sinis* eſt. Schol. Pind. Hypoth. Iſthmion Pindari: Ὁ δὲ Σίνις Πιτυοκάμπτης καλεῖται, ὃς δύο πίτυς κάμπτων, εἶτα συνδήσας εἰς ταὐτὸν τὰς κορυφάς, ἔπειτα ἀφεὶς τὸ δένδρον ἕτερον διέφθειρε. Σίνις per duplex ν ſcribitur apud Ariſtotelem, Euripidem & Xenophontem. Ovid. VII. Met. 441. *Occidit ille Sinis, magnis male viribus uſus.* MUNCK. V. Meziriac. ad Ovid. II. Epiſt. Heroid. pag. 139.

11 ITER GRADIENTES ] Barthius emendandum putat, *iter tragredientes.* Atqui paulo poſt eodem modo noſter. Neque *iter gradior*, deterius, & *iter ingredior*, quod uſurpant optimi ſcriptores. Columella ſane ad eundem modum habet *viam gradior* lib. VI. c. 37. *Uterque ſexus viam recte graditur*, ambulat, iter facit, ſicut & *iter graditur.* SCHEFF. H. e. viatores, *viantes* dicerent Apulejus & Prudentius. Παραπορεύεσθαι τὴν ὁδὸν appellant οἱ ο. Thren I. 12. Opportune Cl. Scheffcrus ita *viam gradi* dixiſſe Columellam obſervat. Propert. lib. I. El. 1. *Nec meminit notas, ut prius, ire vias.* & lib. III. El. 15. *Scironis medias ſic licet ire vias.* Ita corrigit Nob. Heinſ. ad Ovid. Met. p. 302. Conſer Sanct. lib. III. in verbis *Ambulo* & *Eo.* Heinſ. notas ad Ovid. I. Faſt. 122. Cyprianus Tract. I. *Ambulavimus ſolitudines.* Apul. Met. II. *Sed cum primam plateam vadimus.* Propert. lib. I. El. 8. *Deſiitit ire novas Cynthia noſtra vias.* & lib. II. El. 10. *memento Hoc iter ad lapides cana venire meos.* Ita legere malim, quam *itere.* Willer. Paraphr. Cant. Salom. pag. 41. *Iter arctum progredientes.* Apulejus libr. de Philos. *Qui per hanc profectus ſecure gradu virtutis viam graderetur.* Ita legit Stewechius, non vid. Excerpta Feſti MSS. *Profecturi viam Herculi aut Sanco ſacrificabant.* Barthius corrigi vult, *ibi tragredientes.* Atqui ea ſic potius

rent: [1] [2] quam qui cum eo prenderat, ille eam viribus miſſam faciebat, [3] ita ad terram [4] graviter elidebatur, & peribat; hunc interfecit. [5] Procruſten Neptuni filium: ad hunc hoſpes cum veniſſet, ſi longior erat, minori lecto propoſito, reliquam corporis partem praecidebat: ſin autem brevior ſtatura erat, lecto longiori dato, incudibus ſubpoſitis extendebat eum, uſque dum lecti longitudinem aequaret: hunc interfecit. Scironem, qui ad mare loco quodam praerupto ſedebat, & qui iter [6] gradiebatur, cogebat eum ſibi pedes lavare, & ita in mare praecipitabat: hunc Theſeus pari leto in mare dejecit, ex quo [7] Scironis pe-

tius ſcripſiſſet. Cap. 187. *Theſeus cum ea iter faceret.* MUNCK. Sic *natare freta* pro *per freta* Virgil. lib. III. Georg. vs. 260. dixit. Vide Serv. ad I. AEn. vs. 71. & III. AEn. vs. 191. qui recte docuit, figuram eſſe Graecam. *Vagari terras, ambulare maria.* V. Broukh. ad Propert. II. 21, 22. & *ire iter* defendit etiam Cl. Oudendorp. in Hirtio de B. Africano cap. 75. ſic Sophocl. Ajac. vs. 886. μολεῖν κἀλθεῖν, βαίνειν ὁδὸν Apoll. Rhod. lib. I. Arg. vs. 958. & πομπὰς ὁδοὺς ἰλθόντα Sophocl. Oed. Tyr. vs. 67. AElian. lib. III. V. H. cap. I. ᾗ πλὼ ὁδὸν ἑαυτῷ ἔχοντ).

1 QUAM QUI CUM EO] An ſcripſit, *quam quum quis cum eo*? Ita ſane poſtulat ſententia; vel *ubi quis cum eo.* MUNCK.

2 QUAM QUI CUM EO PRENDERAT, ILLE EAM VIRIBUS MISSAM FACIEBAT, ITA . . PERIBAT] Munckerus conjectat *quam quum quis* vel *quam ubi quis cum eo p.* Atque id quidem elegantior ſermonis ratio poſtulat. Non deſunt tamen exempla, in quibus *qui* pro *ſi quis* adhibetur. Commodianus Inſtruct. I.. *vincere* qui *poterit aut latere, magna tropaea.* Cicero de Leg. II. 8. Qui *ſecus faxit, Deus ipſe vindex erit. & c.* 9. *quique non paruerit, capitale eſto.* de Fin. I. 16. *ſic* cujus *in mente conſedit, hoc ipſo quod adeſt, turbulenta non poteſt fieri.* ubi vix auſim cum viris doctis, *ſic ſi cujus* &c. WOPKENS.

3 ITA AD TERRAM] Et hoc more ſuo omittit copulam &. Paulo aliter & verius haec narrat Diodorus lib. IV. pag. 262. MUNCK.

4 GRAVITER ELIDEBATUR] Mallem *illidebatur*, nam *elidi*, eſt frangi & comminui, non affligi. vid. inf. c. 116. SCHEFF. Mallet Cl. Scheffer. *illidebatur.* Sed ſic *allidebatur* potius dicendum eſſet. Seneca Tranquill. cap. 3. *Qui non alliſerit virtutem, nec abſconderit.* Lactant. lib. IV. cap. 21. *Diripi puros, allidi parvulos.* Pſ. CI. 11. *Elevans alliſiſti me.* Dubito tamen, an quicquam mutari debeat, cum & aliis pro *ad terram dari* & *affligi* poni animadvertam. Fulgent. ad Mosinum pag. 21. Edit. Baſ. *Praevenit eliſum ut ſurgat: ſubſequitur elevatum ne cadat.* Fulgent. Planciades Contin. Virg. *Exaltatus quis in ſuperbiam duplum eliditur.* Myth. lib. II. 17. *Subito erectiones, ſubito eliſiones ſuſtineant.* Vetus interpres Eccleſiaſtici cap. I. vers 39. *Et revelet Deus abſconſa tua, & in medio ſynagogae elidat te.* Graeca exemplaria habent, καθελεῖ σε. & cap. VIII. vers. 13. *Ubi non eſt adjutorium, elidet te.* Ubi idem verbum occurrit in Graecis exemplaribus. Fulgent. Ruſpenſ. Epiſt. VI. *Profecto invenies & praecedentem gratiam, quā poteſt eliſus ſurgere.* Auctor Coenae Cypriano adſcriptae: *Ad terram eliſit Daniel.* Chryſol. Serm. XV. *Ut levaret jacentes, eliſos erigeret.* Ita & apud Tertull. de Reſurr. Carn. cap. 34. τὸ *relevare*, cap. 47. τῷ *ſuſcitare* opponitur *elidere.* Plura ad Fulgent. Pauſanias Corinthiacis narrat eum victos a ſe curvatis ad terram diverſarum pinorum ramis alligaſſe, ut, cum ad ſuam naturam rediiſſent arbores, diſcerperentur. Sed idem, quod aliis fecit, ipſe à Theſeo paſſus eſt. Unde *curvatas in ſua fata trabes* merito dixit Propert. lib. III. 20. MUNCK.

5 PROCRUSTEN] Pauſan. lib. I. Πρὸς τούτῳ τῷ Κηφισσῷ λαγὼν Πολυπήμονα τοῦτον, Προκρούστου δ' ἐπίκλησιν, Θησεὺς ἀπέκτεινε. Sed quae de Procruſte hoc narrat Hyginus, Sinidi tribuuntur ab Euripidis Schol. ad Hippol. vers. 977. Ἦν, inquit, ὁ Σίνις υἱὸς Πάνου, ᾧ τὸ ἰσθμιὸν ξυνοικοῦσι, ὁ καὶ Πιτυοκάμπτης. Vide ibi caetera. MUNCK.

6 GRADIEBATUR, QUI COGEBAT] Haec foede ſunt trajecta, ſcribendum enim, *& qui iter gradiebatur, eum cogebat ſibi &c.* SCHEFF. Sublatuli, quod inter has voces erat, comma. Atque ita hic locus perſpicuus eſt, nec trajectione ullâ indiget. Ad verbum poene ex Diodoro haec eſſe tranſlata notavit Barthius ad Stat. Tom. II. pag. 104. MUNCK. V. Meziriac. ad Ovidii II. Epiſt. Heroid. p. 141.

7 SCIRONIS PETRAE] *Infames Scirone petras* appellat Stat. I. Theb. 339. Ubi Schol. *Hic Sci-*

petrae ſunt dictae. [8] Cercyonem Vulcani filium [9] armis occidit. Aprum, qui fuit [10] Cromyone, interfecit. Taurum, qui fuit [11] Marathone, quem Hercules [12] à Creta ad Euryſtheum adduxerat, occidit. [13] Minotaurum oppido Gnoſi occidit.

## XXXIX. *Daedalus.*

DÆDALUS [14] Euphemi filius, qui [15] fabricam à Minerva dicitur accepiſſe, [16] Perdicem ſororis ſuae filium propter artificii invidiam,

*Sciron hoſpites ſuos vel tranſeuntes ſaxo reſidens cogebat ſibi pedes lavare, & eos ex improviſo praecipitabat.* Confer Ovid. VII. Met. 448. Schol. Euripid. ad Hippol. 980. Σκιρωνίδες πέτραι ſunt Diodoro & Lucian. Tom. I. pag. 200. Edit. Bened. Corruptè *petrae Scyrades* ediderunt apud Lactant. ad III. Theb. pro *Scironides*, quomodo & heic forſan reſtituendum, quanquam non valde eſt neceſſe. Schol. Nicandr. pag. 16. Ed. Col. Σκείρων μὲ ὀρθ' μεταξὺ Μεγάρων τῆ Κορίνθε κείμενον, ὅπερ τινὲς Σκιρωνίδα πέτραν καλοῦσι. Lactant. in Argum. Ovid. Met. lib. VII. *Scironides petrae ſunt nominatae ab ejus nomine.* Σκιρωνίδες legitur in ἀνέμων θέσι, Ariſtotelis perperam. Senec. Hippol. 1033. *Et ſcelere petrae nobiles Scironides.* vers. 1225. *Scironia ſaxa* appellat. MUNCK. V. Meziriac. ad I. l. p. 142. nec non Auderum Herculis amaſium de Herculis rogo nuntiantem interfecit. Ptolemaeus Hephaeſtio apud Photium pag. 475. Centaurum Lamiae filium adulterum juxta quoſdam a Theſeo interfectum idem refert pag. 479.

8 CERCYONEM] Ovid. *Cercyonis letum vidit Cerealis Eleuſin.* Vide noſtrum cap. 187. Neptuni eum facit filium Gellius lib. XV. 21. MUNCK.

9 ARMIS OCCIDIT] Hoc eſt, ulnis, ut opinor. Ita ſane hiſtoria docet, ex qua compreſſum ulnis brachiiſque ſcimus periiſſe. Feſtus in *Armillas. Antiqui bumeros cum brachiis armos vocabant.* SCHEFF.

10 CROMIONE] Legendum eſt *Crommyone*, ex Diodoro, Strabone, ac pleriſque aliis ſcriptoribus. SCHEFF. Ita & Lactant. Argum. lib. VII. Met. Ovid. Sed perperam. *Crommyone* Vir Cl. Κρομμυῶνα ſcio appellari Diodoro lib. IV. & Plutarcho in Theſeo. Minori tamen mutatione heic legas, *Cromyone*. Κρομυὼν eſt Pauſaniae pag. 86. Edit. Wechel. quod convenit cum Ovidiano verſu, qui eſt lib. VII. Met. 436. *Quodque ſuam ſecurus arat Cromyona colonus.* MUNCK. Plutarch. in Gryllo. T. II. p. 987. Ἄλλα τὴν ΚΡΟΜΜΙΩΝΙΑΝ τινὲς ΣΥΝ ἀκούσεις, ἣ πρὸς θαλάττῃ πόλις, θῆλυ θήριον ὄσα, πῦ Θησεῦ παρέχει.

11 MARATHONE] In qua civitate nutritus dicitur Theſeus. Lact. ad Statii XII. Theb. vers. 194.

12 A CRETA] Pro *ex Creta*. Sic Flor. I. 24. *Allectas à Graeciâ leges decem principes lecti, jubente populo, conſcripſerant.* Juſt. XII. 14. *Se à Macedoniâ evocatum arbitrabatur.* MUNCK. De hujus tauri caede Lactant. ad Statii v. Theb. 430.

13 MINOTAURUM OPPIDO GNOSI] Illud *oppido* pro gloſſemate habeo. SCHEFF. Illud *oppido* pro gloſſemate habet Cl. Schefferus. non accedo. Cicero v. ad Atticum epiſt. 18. *In oppido Antiochiae.* Vide Voſſ. de Conſtruct. cap. 2. MUNCK. Conſule Daviſ. & Cl. Oudendorp. ad Hirtium de B. Africano cap. 28. & 36. & ad cap. 87.

## Ad CAP. XXXIX.

14 EUPHEMI] *Eupalemi* alii. MICYLL. Micyllus ſuſpicatur *Eupalami*. Verum alii hunc ejus faciunt parentem, quod ex Tzetze novimus. SCHEFF. Correxeram cum Micyllo *Eupalami*, quo' ita Apollodorum lib. III. pag. 205. Diodorum lib. IV. pag. 276. Serv. ad AEn. VI. 14. Lactant. Argum. lib. VIII. Metam. imo Hyginum ipſum cap. 244 & 274. velle obſervaſſem, cum *Eupalemum* ejus patrem etiam à Tzetze appellari docuit me Cl. Schefferus. Sed locum invenire hactenus non potui. Certe Chil. I. 19. & XI. 394. Eupalemo eum natum cum aliis ſcribit. Quaerant alii felicius. MUNCK.

15 FABRICAM] Cicero II. de Nat. Deor. *Picturae & fabricae, ceteraeque artes.* SCHEFF.

16 PERDICEM SORORIS SUAE FILIUM] Ita & infr. cap. 274 eum juvenem appellat: nec non cap. 244. ubi iſta legas: *Daedalus Eupalami filius Perdicem ſororis ſuae filium propter artificii invidiam.* Cl. Schefferus emendat: *Perdicis ſororis*. filium enim *Attalum* vel *Accalum*, ſororem *Perdicem*

diam, quod is primum [1] ſerram invenerat, [2] ſummo tecto dejecit. Ob id ſcelus in exilium ab Athenis Cretam ad regem Minoem abiit.

## XL. *Paſiphae.*

[3] PASIPHAE Solis filia, uxor Minois, ſacra [4] deae Veneris per aliquot annos non fecerat. Ob id Venus amorem infandum illi objecit, ut taurum, [5] quem ipſa amabat, alia amaret. [6] In hoc Daedalus exul cum

*dicem* vocari obſervat. Sane ſororem Daedali *Perdicem* appellat ſub finem lib. III. Apollodorus, filium autem *Talum*. A quo longe alius eſt, qui corrupte *Taliris* dicitur à Juven. Schol. ad Sat. XIII. vers. 97. Hellanicus vero apud Eurip. Schol. ad Oreſt. 1650. *Tantalum*, Suidas Κάλως, ut & Lactantius loco modo adducto. qui patrem illum Perdicis fuiſſe vult: Tzetzes *Attalum* vocat. Ἀτάλῳ, inquit, παῖδα Περδίκας ἀδελφῆς καλοῦσι Ἄτταλον. nihil tamen mutandum. Nam Perdicem inveniſſe ſerram cum Hygino cap. 274. ſcribit etiam Fulgent. lib. III. Myth. at matrem ejus non *Perdicem*, ſed *Polycaſten* facit. De Perdice, ſerrae inventore, praeterea conſentiunt Gloſſ. MSS. ad Virg. Georg. I. 143. & Servius itidem, cujus haec ſunt verba: *Dicitur Perdix ſororis Daedali filius circinum & ſerram inveniſſe.* Et ad AEn. V. 14. *Occiſo Perdice ſororis ſuae filio.* Adde his Ovid. lib. VIII. Met. 237. Sidon. lib. IV. epiſt. 3. & quae notavit Meurſ. Athen. Att. lib. II. cap. II. MUNCK. Τάλως verum Perdicis filii nomen fuit, quem ex arce Minervae Daedalus praecipitavit, ut docet Cl. Weſſeling ad Ed. Simſonii Chron. Cathol. A. M. 2773. qui diſtinguendus ab alio Talo, de quo Apollodor. lib. I. pag. 67, 69. juxta quem idem etiam *Taurus* dicitur. Meurſius in Creta lib. ult. cap. 14. quibus addi poteſt Celeb. P. Weſſeling. ad Simſonii Chronic. p. 343.

1 SERRAM] Et *circinum*. Hyg. 274. Lactantius & Servius iis, quos modo dixi, locis. MUNCK.

2 SUMMO TECTO] *Ex arce Minervae*, ut eſt in Gloſſ. Virgilianis, &, quod idem eſt, ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως. Ovid. *Daedalus invidit, ſacraque ex arce Minervae Praecipitem miſit.* MUNCK.

## Ad CAP. XL.

3 PASIPHE] *Paſiphae.* MICYLL. Solis filiam eſſe docet praeter alios Tzetzes ad Lycophron. vs. 174. de fabula vide Servium ad Virgil. AEn. VI. vs. 14. qui cum Plutarcho in Theſeo pag. m. 6. & 8. & Palaephato de Incredibilib. cap. 2. hunc *Taurum* hominem fuiſſe docet. Conſule Lactant. ad Statii I. Achill. vs. 192. qui aliam hujus irae cauſſam fuiſſe docet.

4 DEAE VENERIS] An *Veneri*? Sed, ut heic, ita & infr. cap. 143. *Quod Junonis ſacra primus fecit.* & cap. 260. *In quo AEneas Veneris templum conſtituit.* Quemadmodum Avianus in fabulis AEſopicis: *Continuo ſupplex Tituris conſtruit aras.* Vellejus lib. II. 81. *Templumque Apollinis & circa porticus facturum promiſit.* Lactant. Argum. lib. XII. Met. fab. 1. *Cum in Aulide Jovis ſacra miniſtraret.* Ita MS. Julius Obſequens cap. 106. *Aruſpices ſacra Apollinis litanda, & de lege, quae ferebatur, ſuperſedendum, pronunciarunt.* Cap. 108. *Cupreſſea ſimulacra Junonis Reginae poſita.* Quanquam iſtis locis *Apollini* referendum cenſet ad eum ſcriptorem Scheffer. Cap. tamen 15. dixit Noſter, *Veneri ſacra per aliquot annos non fecerant.* 274. *Phoroneus Inachi filius Junoni arma primus fecit.* Quomodo alterum utcunque tolerari poſſit, oſtendi ad Liberal. cap. 6. Attamen inſolens illud nimium forte. corrige ergo, *Veneri.* Hom. Odyſſ. 114. Ῥέξας ἱερὰ καλὰ Ποσειδάωνι ἄνακτι. MUNCK.

5 QUEM IPSA AMABAT, ALIA AMARET] Barthius haec habet pro ſpuriis & inſitiis. Puto retineri poſſe, ſi legamus ita, *ut taurum, quem ipſe mandarat ali, amaret.* Illud *ipſe* de Minoë debet accipi. Minos enim ipſum acceptum a Neptuno juſſit deduci ad armenta, ut Apollodorus docet lib. III. SCHEFF. Non de nihilo de gloſſa haec verba ſuſpexit Barthius. Qui laciniam iſtam Hygino adſuit, reſpexiſſe videri poteſt illud Virgil. Ecl. VI. *Aut aliquam in magno ſequitur grege.* Poſſes tamen retinere, ſi ita legas, *ut taurus, quem ipſa amabat, aliam amaret.* vel ſublatâ tantum diſtinctione, *ut taurum quem*, ſicut cap. 274. *Caper autem vitem quam praeroſe-*

*rat*

cum veniſſet, [7] petiit ab eo auxilium. Is ei [8] vaccam ligneam fecit, & verae vaccae corium induxit, in qua illa cum tauro concubuit. [9] ex quo compreſſo Minotaurum peperit, capite bubulo, parte inferiore humana. Tunc Daedalus [10] Minotauro Labyrinthum inextricabili exitu fecit, in quo eſt concluſus. Minos re cognita, Daedalum in cuſtodiam conjecit. At Paſiphae eum vinculis liberavit. Itaque Daedalus pennas ſibi & Icaro filio ſuo fecit, & adcommodavit, & inde avolarunt. Icarus altius volans, à ſole cera calefacta, decidit in mare, quod ex eo [11] Icarium pelagus eſt adpellatum. Daedalus pervolavit ad regem Cocalum

*rat plenius fructum protulit.* Ad Virgil. Servius: *Ac ſi diceret, habes aliquid ſpei, ſi quidem noveris amare, quem diligis.* Duplici ergo nomine infandus erat amor Paſiphaes; primo quod in tauro ureretur, deinde eo quidem tauro, apud quem potior erat vacca aliqua, quam ipſa. Unde Propertius lib. III. El. 17. *Teſtis, Cretaei faſtus quae paſſa juvenci* &c. Cl. Schefferus nobiſcum heic non facit, ſed legit, *ut taurum, quem ipſe mandarat ali, amaret.* Quod convenit cum illis, quae de eo tauro Tzetzes tradit Ch. I. 18. Lactant. ad Stat. v. Theb. 441. Quamobrem ſubſcribo ejus conjecturae. MUNCK.

6 IN HOC D.] Fuerunt hoc loco in veteri exemplari croſa quaedam & alia ſuperinducta, ut dubium non ſit, quin verbis his mendum aliquod inſit. MICYLL. Explicavi antehac, *in eo tempore*, ut cap. 46. vel *ſub eodem tempore*, ut cap. 69. loquitur. & ita ἐν τούτῳ Graeci dicunt. Vide notas ad cap. 33. Anton. Liberal. Clar. Schefferus copulat haec verba cum ſequentibus, ut ſit, *petiit in hoc auxilium ab eo.* i. e. in eam rem. quod neſcio quomodo nunc magis, quam antehac, arridet. Tertull. Exhort. ad Caſt. cap. 2. *In hoc probatur noſtra in Deum mens.* Horat. Epod. ult. *Ingrata miſero vita ducenda eſt in hoc.* h. e. *propter haec*, ait Scholiaſt. Juſtin. lib. II. cap. 15. *Legatos eorum in hoc pignus Athenis retentos.* & lib. XXIV. 2. *In hoc mitteret arbitrum juris jurandi.* Ovid. X. Met. 408. *In hoc mea (pone timorem) Sedulitas erit apta tibi.* Lactant. Argum. VI. Met. fab. 1. *In hoc ad eam venit.* Phaedr. lib. V. 1. *In hoc, ut aliis eſſet materiae ſatis.* Juſtin. 38. cap 3. *In quod tum miſſi Aquilius & Manlius Maltinus legati.* MUNCK.

7 PETIIT AB EA AUXILIUM] Scribendum eſt, *ab eo*, nam ad Daedalum refertur. Locus totus eſt ſanus, nec deſiderat ulteriorem medicinam, contra quam Micyllus putaverat. Ordo eſt, cum veniſſet Daedalus exul, petiit ab eo auxilium in hoc. Eſt autem *in hoc* idem, ac in hanc rem, & ad hoc negotium, ut poſſit re amata potiri. Unde nec in Commeliniana poſt *exul* punctum erat collocandum. SCHEFF. *Ab eo* repoſui pro *ab ea*. Apollod. lib. III. pag. 132. Συμιγεὶς λαμβάνει τ Δαιδάλου. MUNCK.

8 VACCAM LIGNEAM] Eleganter Clemens Paraen. pag. 39. Editt. Morell. Ἦδη βοῦς ὁ Δαιδάλου, ὁ τὰ ἔνδον κεκοιλωμένα, ταῦρος εἶναι ἔοικεν, καὶ καταδύεται ὁ τίγρις πλανώμενος ἱμέρου ἰσχύοντος γυναικός. MUNCK.

9 EX QUO COMPRESSO] Scribe, *ex quo compreſſu.* Terentius in Adelphis. *Virgo ex eo compreſſu gravida facta eſt.* Et ſic Noſter ipſe, infr. fab. 60. & 63. SCHEFF. Malim *compreſſu* ex cap. 60. & 63. Schol. German. Ophiucho: *Domum cum ipſo fulminis ictu percuſſit.* & illic reponam *ictu*, ut factum jam video in Sanctandreana Edit. Eſt tamen nonnihil cur dubites, ſi legas, quae in Lucretiano Indice ad voces *concurſo* & *culto* annotavit Giphanius. Sic *inſtructo* pro *inſtructu* archaicam eſſe ſcripturam obſervat in Catullo Scaliger. Feſtus in ENDOPLORATO. *Implorare namque eſt cum fleto rogare.* Ita Cod. Leid. non *fletu.* Etiam *juſſo* pro *juſſu* dixiſſe Siſennam obſervat Nonius pag. 130. Edit. Mercer. MUNCK.

10 MINOTAURO] Cognomentum hoc erat. verum ejus nomen fuit *Aſterius*, ut docet nos Apollod. ſub initium lib. III. MUNCK. Idem teſtatur Tzetzes ad Lycophron. vs. 653. ᾧ ΑΣΤΕΡΙΟΣ, ὁ ᾧ Μινώταυρος ἐν Κρήτῃ, βοὸς ἔχων σχῆμα, τὸ δ' ἄλλο σῶμα ἀνθρ. Vide Eumd. ad vs. 1301. Quem tamen *Aſterium* cum alio *Aſterio* Cretae rege alibi a Tzetze confundi docebit Joh. Meurſius lib. III. de Creta cap. 2.

11 ICARIUM PELAGUS] Ita & Ovid Heſychius p. 779. aliique. Ab Icaro inſula fecundum quoſdam Icarium pelagus eſt dictum, Euſtathio teſte ad Periegeten p. 75. & Iſidoro Orig. lib. XIV. cap. 6. qui Icarum ibi naufragio periiſſe addit, & de exitu hominis impoſitum nomen loco. Adde Euſtath. in Iliad. p. 146. Ed. Baſ. Lactant. Argum. Ovid. Met. VIII. 3. Icarum inſu-

lum in insulam Siciliam. [1] Alii dicunt, Theseus cum Minotaurum occidit, Daedalum Athenas in patriam suam reduxit.

## XLI. *Minos.*

[2] MINOS Jovis & Europae filius cum Athenienſibus [3] belligeravit, cujus filius Androgeus [4] in pugna eſt occiſus. Qui poſteaquam Athenienſes vicit, [5] vectigal Minois eſſe coeperunt. Inſtituit autem, ut anno

insulam ab Icaro Daedali filio ibi à patre sepulto nomen adeptam autumat. Antea *Icthyussa* dicta est, teste Heraclide in Politiis. MUNCK. Cum Nostro faciunt Scholia Triclinii, & nuper edita Oxoniae ad Sophocl. Ajac. vs. 712. Dicit Apollodor. lib. II. pag. 137. insulam Dolochen ab Hercule *Icariam* dictam, ob Icari corpus ibi sepulturae traditum. Palaephatus de Incredibilib. cap. 13. dicit, Icarum naufragio facto pereuntem huic mari nomen dedisse, addens, per istas alas nil nisi navem intelligi, quod & adfirmat Servius & Cerda ad Virgil. lib. VI. AEn. vs. 14. & 19. Ab hoc *Icaro* distinguendus est alter *Icarus*, saepe etiam *Icarius* dictus, de quo vide Munckerum ad fab. 130. & Broukh. ad Propert. l. II. El. 24. vs. 19. nec non J. Meursium de Regib. Athen. lib. II cap 1.

1 ALII DICUNT THESEUS] Ad plebejas locutiones haec refert Cl. Schefferus. Si quis tamen heic *quod* inferere maluerit, me non nolente hoc fecerit. Ita Astron. II. 24. *Nonnulli dicunt, quod haec prima fuit Herculis concertatio.* & cap. 31. *De ceto dicitur, quod à Neptuno sit missus, ut Andromedam interficeret.* Loquitur tamen cum Hygino auctor Gloss. MSS. in I. Georg. Virg. *Alii dicunt, post mortem regis Latini quaesierunt eum in terrâ & in mari, & nusquam inventum est corpus ejus; quaesierunt eum in aëre, & suspendisse laqueo inventum est.* Imo Noster ipse ad eundem modum lib. II. Astron. cap. 18. *Alii dicunt: quo tempore* &c. Cap. I. *Sed alii dicunt: cum Calistonem* &c. Nihil ergo mutandum. MUNCK.

## Ad CAP. XLI.

2 MINOS JOVIS ET EUR. F.] V. Lactant. ad Statii IV. Theb. vs. 531. & ad VII. vs. 187. & Schol. Eurip. Hippol. vs. 683. Sic etiam Conon narrat. 25. apud Photium p. 436. Μίνως ὁ Διὸς καὶ Εὐρώπης, ὁ βασιλεὺς ΚΡΗΤΗΣ, e qua vero hunc Androgeum sustulerit, docet Apollod. III. p. 163.

3 BELLIGERAVIT] Satis usitatum verbum. Vide Oudendorp. ad Hirtium l. VIII. B. G. c. 55.

4 IN PUGNA EST OCCISUS] Aliter cum aliis Schol. Hom. ad Iliad. Σ. Ἐτέλευ δὲ τὸν Ἀνδρόγεων οἱ Ἀθηναῖοι πέμψαντες εἰς τὴν δεδουλωμένην Ἀνδρόγεων τὸν παῖδα Μίνωϊ· ἀγωνιζόμενον δὲ νικῆσαι πάντας τοὺς Παναθήναια. Eadem habet Servius ad AEn. VI. 14. Lactant. ad I. Achil. Stat. 192. MUNCK. Idem Servius ad VI. AEn. vs. 20. addit, alios memoriae prodidisse, Androgeum non insidiis occisum, sed combustum esse a Marathonio tauro, qui flammas vomere dicebatur. Ait Servius ad I. Georgic. vs. 404. ut profert Celeb. P. Burmannus *propter filii Androgei interitum, quem Athenienses & Megarienses circumventum dolo necaverunt.* ubi plura. Adde Plutarch. in Theseo Tom. I. pag. m. 6. Ἀνδρόγεω δὲ περὶ τὴν Ἀττικὴν ἀπόκτασιν δόλου δεξαμένου ὅτι Μίνως πολλὰ κακὰ πολιμῶν ἐργάζεται τοὺς ἀνθρώπους, &c.

5 VECTIGAL MINOIS ESSE COEPERUNT] Barthius hic observat, vectigal esse alicujus, idem significare, ac esse vectigalem. Et sane quin, ut *capital*, ita quoque *vectigal* dicatur recte, dubium est nullum. Illud magis venit in quaestionem, an vectigal de pluribus queat dici, ut hic, Athenienses coeperunt esse vectigal. Ego non existimo, sed lego *vectigales esse coeperunt*, omisso illo *Minois*, quod per interpretationem puto intrusum: periisse autem ultimam syllabam ob similitudinem sequentis. SCHEFF. An *vectigales*? Caesar IV. B. C. *Hos cum finibus expellere non potuissent, tamen vectigales sibi fecerunt.* Justin. I. 7. *Urbes Persarum tributariae.* II. 3. *Asiam vectigalem fecere.* Curt. X. 2. *Persarum tributarii.* Sed quod heic *vectigal fieri*, id pari ratione εἰς φόρου γίνεσθαι dicunt Graeci interpretes Judic. cap. I. 28. & 29. Thren. I. 2. Certè nihil heic video, quod valde flagitet criticum ferrum. In veteri decreto arbitrum finium regundorum pag. 202. Inscript. Grut. *Is ager vectigal nei fiet Langatium.* h. e. *vectigalis.* MUNCK.

6 SEPTENOS] Sequitur Virgil. qui AEn. VI. 21.

anno unoquoque [6] ſeptenos liberos ſuos Minotauro ad epulandum mitterent. Theſeus poſtea quam à Troezene venerat, & audiit, quanta calamitate civitas adficeretur, voluntarie ſe ad Minotaurum [7] pollicitus eſt ire. Quem pater cum mitteret, praedixit ei, ut, ſi victor reverteretur, vela candida [8] in navem haberet. Qui autem ad Minotaurum mittebantur, velis atris navigabant.

## XLII.

21. *Tum pendere juſſi Cecropidae juſſi (miſerum) ſeptena quotannis Corpora natorum.* Quidam ſeptem pueros & ſeptem puellas miſiſſe eos quotannis tradiderunt. Vide Serv. & Lactant. Statii interpretem. Aſtron. II. 5. *Cum Theſeus Cretam ad Minoa cum ſeptem virginibus & ſex pueris veniſſet.* Caeterum Naſo Met. lib. VIII. vers. 171. ut & Plutarchus in Theſeo, nono quoque anno ſolutum id tributum tradunt ab Athenienſibus. MUNCK. Conſule Meurſium de Regib. Athen. lib. III. cap. 1. Licet hic auctor addat, *Minotauro ad epulandum*, dicitur tamen Minos eos non interfeciſſe, ſed pro ſervis habuiſſe, ut docet Plut. Quaeſt. Graec. Tom. II. pag. 299.

7 POLLICITUS EST IRE] Nihil hic mutandum. ſolet enim Noſter infinitivo praeſenti uti pro futuro. SCHEFF. Sic infr. cap. 92. *Se in conjugium dare promiſit.* 129. *Simulatque ſe ſacra facere.* 219. *In conjugium dare pollicetur.* Nove, inquit Barthius, utitur infinitivo. Quaſi vero non ita crebro etiam alii ſcriptores loquantur. Plaut. Ciſtell. II. 2. 7. *Promiſi dare.* Moſtell. V. 2. *Autumo me ire.* Aſin. II. 4. 36. *Ajebat reddere.* Ovid. III. Heroid. *Quin etiam fama eſt, cum craſtina fulſerit Eos, Te dare nubiferis linea vela notis.* Virg. AEn. I. 23. *Progeniem ſed enim Trojano à ſanguine duci Audierat.* Avianus fabulis AEſopicis: *Grande ratus pretium volucris de morte referre.* Similia exempla, in quibus praeſens paſſivum ponitur pro futuro, apud Noſtrum habes cap. 66. 98. 257. Sic apud Cyprian. Tract. I. *Hoc ſcias eſſe praedictum, in noviſſimis temporibus multiplicari mala.* Fulgent. lib. I. cap. ult. *Ergo mens praeſumptionem ſperans, ſibi conjungi duas feras ſuo currui ſubjungat.* MS. Leid. Biblioth. *ſibi conjugi.* Perperam. Mutanda eſt diſtinctio, ut in Edit. Henrici Petri: *Ergo mens praeſumptionem ſperans ſibi conjungi, duas feras* &c. *conjungi* eſt conjunctum iri. Ambroſius Hymnis: *Per quem & nos reſurgere Devota mente credimus.* MUNCK. Conſule Cl. Oudendorp. ad J. Caeſaris lib. II. B. G. cap. 32.

8 IN NAVEM HABERET] *In navi.* MICYLL. Pro *in nave.* Ne hic quidem aliquid emendandum, quod Micyllus ſuſpicabatur. Vide indicem, & quae dixi ad Fragm. Petronianum. SCHEFF. Pro *in navi.* Helleniſmum cenſet eſſe Linacer lib. VI. pag. 498. Nimirum Graeci εἰς pro ἐν interdum uſurpant. Johan. cap. I. 18. Ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός. Invenies alia id genus ſexcentis locis apud alios. Creberrime ita Noſter loquitur. Vide cap. 51. 82. 105. 122. &c. Nec refugerunt alii non infimi cenſus apud Latinos. Curt. X. 2. *Regni ſolium in Aſiam habere.* Quadrigarius apud Gellium XVII. 2. *Nos in medium relinquemus.* Juſtin. XLIII. 5. *In Hiſpaniam tunc temporis bellum gerentem.* niſi *in Hiſpania* ibi legendum eſt, vel *in* pro *contra* accipiendum. quod verum puto. Idem licere ſibi quoque putarunt illi deterioris aetatis heroes. Dictys lib. II. *Militem frequentem in arma habuere.* Julius Obſeq. cap. 20. *Ut jacentibus in publicum cadaveribus qui funerarent defuerint.* Complures, qui iſtam locutionem illuſtrarint, in Curtiano Indice congeſſit Freinshemius ad illa *IN Ciliciam fore.* Adi ipſum, & Popmam in de Antiq. Locut. lib. II. cap. 7. Laurenb. Antiq. voce *IN.* Feſtus: *Labes, macula in veſtimentum dicitur.* Ita membranae Leid. cod. Item: *Latine loqui à Latio dictum eſt, quae locutio adeo eſt verſa, ut vix ulla pars ejus maneat in notitiam.* ita & heic eaedem membranae, non *in notitia.* Et *in* MUNIFICIOR. *Quamvis munificens non ſit in uſum.* Fruſtra ergo *in navi* corrigi heic vult Micyllus, neque non immerito Petron. eadem conſtructione utentem ſuggillat quidam. Certe *tam valde*, cui nigrum theta idem praefigit, Ciceronem habet auctorem lib. V. Fin. 31. *Etſi quidem hoc eſt in vitio diſſolutionem naturae tam valde perhorreſcere. Tam magnum*, quod itidem vapulat, eſt apud Catull. carm. 87. *Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis.* Curt. lib. VI. 9. *In quos tam magna contuleram.* Suet. Tib. 33. *Neque tam parvum quicquam, neque tam magnum publici privatique negotii fuit.* Schol. Juvenal. ad Sat. XV. 65.

## XLII. *Theſeus apud Minotaurum.*

THESEUS poſteaquam Cretam venit, ab Ariadne Minois filia eſt adamatus, adeo [1] ut fratrem proderet, & hoſpitem ſervaret: ea enim Theſeo monſtravit Labyrinthi exitum. Quo Theſeus cum introiſſet, & Minotaurum interfeciſſet, Ariadnes monitu [2] licium revolvendo foras eſt egreſſus, eamque, quod fidem illi dederat, in conjugio ſecum habiturus, avexit.

## XLIII.

*Non tam magna ſaxa jactant, qualia antiqui.* Cicero pro Marcell. *Quae quidem ego niſi tam magna eſſe fateor, ut* &c. Sic *tam grande* apud Flor. II. 6. *Cui tam grande de Africâ nomen fata decreverant. Ditis*, quod velut inauditum, & à nullo alio dictum notat, agnoſcitur à Servio ad AEn. VII. 273. *Dicimus*, inquit, *hic Dis & hic Ditis.* & ad I. Georgic. 43. *Februus autem eſt Ditis.* Ad AEn. XI. 185. *Ditis pater Soranus vocatur.* Apulej. lib. VI. Metam. *Charon ille, Ditis pater.* Gloſſ. Steph. *Ditis pater*, ὁ πλούτων. *Deſpiter*, ὁ Χάρων. Vulcanus corrigit, *Dieſpiter.* malim, *Diſpiter.* ſequitur enim poſt paulo, *Ditis*, Χάος-Ὁ, *Orcus*, Χάρων. *Diſpiter* dictum ut *Marſpiter* in ambarvali ſacrificio apud Catonem cap. 141. Not. Tyronis & Sen. 97. *Ditis pater.* Nihili eſt ergo obſervatio Capri: *Dis pater, non Ditis.* Agnoſcit tamen τὸ *Dieſpiter* pro Plutone Iſidor. Orig. lib. VIII. cap. 11. *Pluton Graece, Latine Dieſpiter vel Ditis pater, quem alii Orcum vocant, quaſi receptorem mortium; unde orca nuncupatur vas, quod recipit aquas. Iſſe & Graece Charon.* Gloſſ. Nom. Ὄρκιν-Ὁ λίθοις, Χαρωνικὸς ἀκτιλλίθιν-Ὁ. Ὄρκυς γὰρ ὁ Χάρων. Lactant. I. 14. *Pluton Latine eſt Dieſpiter, alii Orcum dicunt.* Sic *glis*, & *hic gliris* veteres dixiſſe obſervat Chariſius lib. I. Nimis quoque feſtinavit ille, qui phraſin illam *alabaſtris unguenti*, non aliunde, quam è B. Luc. cap. VII. depromptam eſſe pronunciat, neque ejus exemplum apud profanos ſcriptores ullibi reperiri. Servius tamen, à quo Lucae euangelium eſſe lectum credere eum haud credo, eâ utitur ad AEn. III. 279. *Venerem mutatam in navis* (Leg. *anus*) *formam gratis transvexit. quapropter donatus ab eo unguenti alabaſtro, cum ſe indies inditum ungeret, faeminas in ſui amorem trahebat.* PRO *inditum ungeret*, puto legendum, *inlitum ungeret*, vel *inde inungeret.* Prius praeferam. Capella lib. II. *Irrorati liquoris illinebat unguentum.* quanquam codex Biblioth. Leid. habet, *allinebat.* Ovid. Medic. Fac. 97. *Tempore ſit parvo mollem licet illita vultum.* Cic. II. Acad. *Quibus alabaſter plenus unguenti putere videtur.* Rogo, non idem *alabaſter plenus unguenti*, quod *alabaſter unguenti*? Horat. IV. Od. 12. *Nardi parvus onyx.* h. e. ampulla marmorea, ut recte exponit vetus interpres. Petron. in Fragmentis pridem editis: *Affer nobis alabaſtrum Coſmianum.* Theocrit. Eid. XV. 114. Συείω ϑ μύρα χρίσει ἀλάβαστρα. Vide ibi Schol. MUNCK. De *Alabaſtro* conſule Schol. Ariſtoph. Acharn. vs. 1050. inl. Spanh. ad Call. H. Pall. vs. 13. & Celeb. P. Burm. ad Petron. Satyric. cap. 60. qui, quid ſit *unguenti alabaſter*, etiam docet.

## Ad CAP. XLII.

1 UT FRATREM PRODERET.] Minotaurum intelligit, qui ex eadem matre fuit natus. SCHEFF.

2 LICIUM REVOLVENDO.] H. e. ἀνειλόσων τὸν ἀγαβίδα, ſive filum, quod januae affixerat, relegendo, ut loquitur Ovid. VIII. Met. 173. Nam labyrinthum fuerat ingreſſus τὸν δρόμον ἐξέψυχε τ ἰξόδε τ ἀγαβίδ-Ὁ. *Globum fili* vocat Schol. ad Stat. Theb. lib. XII. 676. Rectius *glomum* vocaſſet. Gloſſ. Philox. *Glomera* & *glomus*, ἀγαβίς. Plin. XXXVI. 14. *Sine glomere lini exitum invenire nequeat.* Conſer Schol. Hom. ad Iliad. Σ. 590. & Odyſſ. Λ. 320. *Filum* eſt Catullo, *linum* Propertio lib. II. El. 11. *ſtamen* eidem lib. IV. El. 4. MUNCK.

## Ad CAP. XLIII.

3 INSULA DIA.] Gloſſ. Steph. *Dia*, νῆσ-Ὁ Διονύσ-

## XLIII. *Ariadne.*

THESEUS in [3] insula Dia tempestate retentus, cogitans, si Ariadnen in patriam portasset, sibi obprobrium futurum; itaque in insula Dia dormientem reliquit. quam Liber amans, inde sibi in conjugium abduxit. Theseus autem cum navigaret, oblitus est vela atra mutare: itaque AEgeus pater ejus, credens Theseum à Minotauro esse consumptum, in mare se praecipitavit; [4] ex quo AEgeum pelagus est dictum. Ariadnes autem sororem Phaedram Theseus duxit in conjugium.

## XLIV.

νῆσε. Hom. Schol. Odyss. Λ. 324. Δῖα νῆσος· πρὸς τῇ Κρήτῃ. ἥτις Νάξος καλεῖται. ἐφ' ᾗ ὁ αὐτὸς Διονύσου. Diod. lib. IV. Τὸν τότε μὲν Δίαν, νῦν Νάξον προσαγορευομένην. Primitus Στρογγύλη fuit dicta, ut idem docet lib. V. pag. 324. MUNCK. Vide Lutat. ad Statii VII. Theb. 686. & Philostratum Seniorem lib. I. cap. 15. de Iconibus. Schol. Theocriti Idyll. II. vs. 45. Θησεὺς μὲν ἁρπάσας Ἀριάδνην τὴν Μινῶος καὶ ἀπάρας εἰς ΔΙΑΝ, τὴν νῦν καλουμένην Νάξον, καθεῖδε Διονύσου βάλητι λάθᾳ τινὶ χρησάμενος ἀπέλιπεν αὐτὴν καθεύδουσαν, πολλαὶ δὲ καὶ ἕτεραί εἰσι περὶ ΔΙΑΝ καλούμεναι. ἥτις ἦν τῆς Κρήτης, οὐ μὴν εἰκὸς μόνην συμβῆναι τὰ περὶ τὴν Ἀριάδνην, ἢ μισθοφορήσασα Νάξου. καὶ ἡ περὶ Μῆλον, καὶ ἡ περὶ Ἀμοργόν, καὶ ἡ τῆς Κέω χειρόνητος, καὶ ἡ Πελοποννήσου. Proclus in Chrestomathia apud Photium pag. 989. de Oschophoriis a Theseo institutis agens haec adnotat: ἄξῃ δὲ Θησέα φασὶ σῶσαι ἐρέτας· ἐκεῖ γὰρ ἐκέσιος ἱκέτας τὰς εἰς Κρήτην πλεύσας, ἀπήλλαξε τὴν πατρίδα τοῦ καθ' ἑκάστου ἐνιαυτὸν συμφορᾶς, χαριστήρια ἀποδιδοὺς Ἀθηνᾷ καὶ Διονύσῳ, οἱ αὐτῷ παρὰ τὴν νῆσον τὴν ΔΙΑΝ ἐπιφάνησαν. Sed hi non agunt de tempestate, (qua in insulam Delum delatum esse Theseum ad Cretam navigantem docet Schol. Aristophan. Equit. vs. 725.) neque etiam Schol. Homeri Odyss. Λ. vs. 320. nec Schol. Apoll. Rhodii lib. III. Argon. vs. 996. imo nec Plutarchus in Theseo p. m. 8. hujus tempestatis, qua Theseus in hac insula retentus fuit, mentionem faciunt. Ceterum de *Naxo* Schol. Apoll. Rhod. lib. IV. Argon. vs. 426. Δίῃ, οὐ τῇ Νάξῳ. Καλλίμαχος, οὐ Δίῃ, τὸ δὲ ἴσασι παλαίτερον ὄνομα Νάξου. Forsan ita dicta a *Naxo* Apollinis & Acacallidis filio, de quo Alexander in libro primo Creticôn apud Eund. Schol. ad vs. 1492. in qua sententia video etiam Meursium esse in Creta cap. 12. libri I. Eust. ad Dionys. Perieg. vs. 525. dicit ἀλλὰ καὶ ἡ Νάξος, λιγομένη ὅτι, ἀπὸ ΝΑΞΟΥ, Καρὸς ἐγιμώσης. ἢ παρὰ τὸ ΝΑΞΑΙ, ὃ ἐστὶ θῦσαι, ἀφ' ὧν τὰς θυσίας ἐξαρίτους τινὲς οἱ παλαιοὶ γινομένας. Ubi plura de *Naxo* videbis notata, verum secundam derivationem Eustathius describsit ex Stephano, apud quem legendum esse, παρὰ τὸ νάξαι, ὃ φασι βύσαι τινές, docet Salmasius in Exercitat. Plinian. ad Solinum cap. 11. De *cotilus Naxiis* Schol. Pindari O. Isthm. VI. vs. 106. De Στρογγύλῃ vero, quod nomine olim etiam *Naxus* insignita fuisse dicitur, Lector legat, quae notavit Schol. Apollonii Rhodii lib. IV. Argon. vs. 761. Ariadne postea a Glauco dicitur fuisse amata in insula Dia. Consule Theolytum Methymnaeum, & Euanthem, parum in hac fabula dissentientes, apud Athenaeum libro VII. cap. 12. pag. 296.

4 EX QUO AEGEUM PELAGUS ] Ita quoque Servius ad AEn. III. 74. Schol. Horat. ad lib. II. Od. 16. & Nicocrates apud Schol. Apollon. ad lib. I. 831. Οὐκ οἶδ', ait Scholiastes, πολὺ δὲ ἀπίχῃ ἡ ἀκρόπολις τῆς Θαλάσσης παραπλέοντι. Ipse ergo derivat à νῆσος αἰγῶν. Atque ita etiam Pind. Schol. ad Nem. Od. V. Et sane, cum non Αἰγῶον, sed Αἰγαῖον mare hoc vocitent Graeci, libens eam praeferam etymologiam. Inter Latinos Capella lib. VI. & Solinus cap. 15. ab insulâ Antandro, quae caprae similitudinem praeferat, ita dictum censent. Capellae verba mendosa sunt: *Cujus dexterior*, inquit, *Antandros exiguitas insularum. Denique à navigantibus caprae similitudine divulgatur, ab eaque AEgeum pelagus appellatur.* Pro *exiguitas* puto legendum, *exiguissima.* Hinc nempe saxum verius, quam insula, Solino judice, meruit cognominari. Alias originationes ex aliis si desideres, suppeditabunt tibi Demetrius apud Schol. Apollon. ad lib. I. 1165. Bochartus Can. lib. I. 13. Torrentius ad Horat. II. Od. 16. Varro R. R. II. cap. I. Festus in AEGAEUM. Tzetzes in Lycophr. pag. 27. &

## XLIV. *Cocalus.*

MINOS, quod Daedali opera multa ſibi incommoda acciderant, in Siciliam eſt cum [1] perſequutus, petiitque à rege Cocalo, ut ſibi redderetur. Cui cum Cocalus promiſiſſet, & Daedalus reſciſſet, ab regis filiabus auxilium petiit. [2] illae Minoem occiderunt.

## XLV. *Philomela.*

TEREUS Martis filius Thrax, cum Procnen Pandionis filiam [3] in conjugium haberet, Athenas ad Pandionem ſocerum venit rogatum, ut Philomelam alteram filiam ſibi in conjugium daret: Procnen ſuum diem

72. Ed. Steph. Euſtath. in Dionyſ pag. 22. MUNCK. De omnibus feminis a Theſeo raptis & ejus legitima conjuge Athenaeus lib. XIII. cap. 1. pag. 557 qui addit, Cercopem narrare, Theſeum propter AEglen fidem, quam Ariadnae jure jurando obſtrinxerat, violaſſe. Quid Zenis de Theſei & Phaedrae matrimonio referat, idem docet cap. 8. pag. 601.

## Ad CAP. XLIV.

1 PERSEQUUTUS PETIIT] Conjunctio hic excidit ante *petiit*. SCHEFF.

2 ILLAE MINOEM OCCIDERUNT] Quae heic narrat Hyginus, invenies apud Pindar. Schol. ad Od. IV. Nemeon. Diodor. lib. IV. Schol. Hom. ad Iliad. B. 145. Meminit etiam Ariſtoteles Polit. lib. II. Τὸν βίον ἐτελεύτησεν ἐκεῖ παρὰ Κάμικον. Strabo πλησιοχώρους τοὺς Καμίκους appellat lib. VI. Vibius Sequeſter: *Camicos Siciliae, ex quo urbs Camiceos.* leg. *Camicos.* Adde Cononem cap. 25. apud Photium. Plutarchus ſubmerſum eum narrat in mari juxta Siciliam. MUNCK. Conſule Meurſium in Creta lib. III. cap. 3. pag. 133, 134. Modum, quo Minoi inſidiatae ſint, narrat Athenaeus lib. I. cap. 8. pag. 10 Λέγουσι γάρ τινες αἱ Κωκάλου θυγατέρες, ὡς ὑποσπόνδου, τὸν Μίνω παραγενόμενον εἰς Σικελίαν. quem locum & Zenobii citat Eduard. Simſonius A. M. 277. De ipſo rege *Cocalo*, & tempore, quo Siciliae regnum occupaverit, egit Juſtinus lib. IV. cap. 2. & quos ibi Bongarſius laudat.

## Ad CAP. XLV.

3 IN CONJUGIUM HABERET] Juſtin. lib. VII. cap. 6. *In matrimonium habet.* MUNCK. De Fabula Lactant. ad Statii v. Theb. 110

4 ET VENIAM DEDIT] H. e. conceſſit, quod petebat. Cicer. v. Att. epiſt. 21. *Dedit veniam homini impudenter petenti.* Terent. Andr. Act. v. 3. *AEquum poſtulat, da veniam.* Donatus, *concede, indulge.* Dictys lib. II. *Quod Ajax cognatione fretus impetraturus veniam facilius videbatur.* Apulejus v. Met. *Novae nuptae precibus veniam dedit.* Lactant. Argum. lib. XIV. Met. fab. 18. *Geminum petiit auxilium: datâ ergo venid* &c. & lib. I. fab. 7. *Veniam acceperunt per preces generandae prolis.* Nepos Dion. cap. 2. *Dedit ergo huic veniam.* MUNCK. Statius I. Thebaid. vs. 204.

> —— *Veniam donec pater ipſe ſedendi*
> *Tranquilla jubet eſſe manu.*

Lactant. ad h. l. *id eſt, donec Juppiter protenſa manu hortaretur veniam ſedenti, id eſt beneficium, ut* VIRGIL. *orantes veniam.* Vide Cel. P. Burm. in Var. Lect. Servii ad Virg. I. AEn. 519.

5 QUOD PROGNE FUIT FAMILIARIS] Legendum, *quod Prognes fuit familiaris.* Dicit, Lacthuſam miſiſſe pellicem, id eſt Philomelam, ad Prognem, quia erat familiaris Prognes, adeoque nolebat ſuperinduci ei pellicem. SCHEFF. Scribendum *Procnae* vel *Procnes.* Gr. enim Πρόκνη dicitur. Servatur recta ſcriptura in not. Tyr. & Sen. p. 190. *Procne. Philomela.* Errorem ortum eſſe ex pravâ pronuntiatione oſtendi in notis ad Genealog. Sic *Sygambros* vocat Horat. Scholiaſt. ad lib. IV. Od. 2. qui *Sycambri* erant. *Agatus* in

diem obiſſe dicit. Pandion [4] ei veniam dedit, Philomelamque & cuſtodes cum ea miſit: quos Tereus in mare jecit, Philomelamque invitam in monte compreſſit. Poſtquam autem in Thraciam redit, Philomelam mandat ad Lynceum regem, cujus uxor Laethuſa, quod [5] Procnae fuit familiaris, ſtatim pellicem ad eam deduxit. Procne [6] cognita ſorore, & Terei impium facinus, pari conſilio machinari coeperunt regi [7] talem gratiam referre. Interim Tereo oſtendebatur in prodigiis, Ity filio ejus mortem à propinqua manu adeſſe: quo reſponſo audito, cum arbitraretur [8] Dryantem fratrem ſuum filio ſuo mortem machinari, fratrem Dryantem inſontem occidit. Procne autem filium Itym, ex ſe & Tereo natum, occidit, patrique [9] in epulis adpoſuit, & cum ſorore profugit. Tereus, facinore cognito, fugientes cum inſequeretur, deorum miſericordia factum eſt, ut [10] Procne in hirundinem com-

in laudatis modo notis pro *Acatus*. 178. Contra C pro G non raro poſitum deprehendas. Gloſſ. Iſid. *Clooca*, *Burca*. Lege, *Burga* Sic *inceſtum* pro *ingeſtum* perperam diu lectum apud Claud. Epith. Celerin. vers. 77. De quo conſule Nob. Heinſii notas ad eum locum. MUNCK.

6 COGNITA SORORE ET TEREI IMPIUM FACINUS] Locum ſuſpectum habent. Et ſane debuerat regulariter ſcripſiſſe, *& Terei impio facinore*. Verum dum attendit magis ad vim praecedentium verborum, quam verba ipſa, ſcripſit hoc modo. Nam *cognita ſorore* idem eſt, ac *cum ſororem cognoviſſet*, cui ſequentia recte reſpondent. Eſt & hoc inter plebeja Scriptoris noſtri numerandum. SCHEFF. Syntaxis poſtularet, *& Terei impio facinore*. ſed Barth ad Stat Tom. III. pag. 84. emendat, *ad Terei impium facinus*. Scio *ad* pro *contra* uſurpare Virg. AEn. II. 443. *Clypeoſque ad tela ſiniſtris Protecti objiciunt*. Et Noſtrum cap. 91. *Gladium ad eum ſtrinxit*. Mallem tamen *ob*. Sed *ad* & *ob* confundi à veteribus jam olim notavit Douſa Explic. Plautin. I. & II. Eſſet igitur *ad Terei impium facinus*, quod Graeci dicunt, δι' ἐμεναν. Schol. Horat. ad lib. IV. Od. 12. *Pro ſtupro ſororis Philomelae ad vindictam*. Livius lib. I. cap. 7. *Cum boves quaedam ad deſiderium caeterarum mugiſſent*. h. e. *ob deſiderium*. Chryſologus Serm. I. *Patris fatigatur ad vitam*. Non liberat tamen ab incommodo nexu orationem nec Barthiana illa emendatio, nec mea explicatio. MUNCK. Sine ope codicum vix quidquam recte mutatur. Conſule Cl. Arntzen. ad Plinii Secundi Panegyr. cap. 52.

7 TALEM GRATIAM] Malim *parem gratiam*. Aſtron. II. 15. *Pro quo Jupiter facto mortalibus parem gratiam referens*. MUNCK.

8 DRYANTEM] Ita reſcripſi pro *Driantem*. Δρύας enim Graecum eſt nomen, non Δρίας. MUNCK.

9 IN EPULIS ADPOSUIT] Virg. IV. AEn. vs. 602. *patriiſque epulandum adjonere menſis*. Ubi Servius, *Quod fecit Progne, occiſo Ity filio, propter ſtuprum ſororis*.

10 PROCNE IN HIRUNDINEM] Ita fabulantur vulgo. Apollodorus autem lib. I. *Procne fit luſcinia, Philomela vero in hirundinem transformatur*. Cum Apollodoro facit Tzetzes Chil. VII. 142. & in Heſiod. p. 130. Gabrias fab. 43. & Euſtath. ad Odyſſeam p. 710. ed. Baſ. ubi digniſſimus lectu eſt. Pentadius de veris adventu: *Jam Philomela gemit modulis Ityn impia mater*. Videretur reſpexiſſe locum Horat. lib. IV. Od. 12. *Niduns ponit Ityn flebiliter gemens Infelix avis*. Sed Flaccus ibi non luſciniam, ſed hirundinem intelligi voluit. Prov. vetus eſt: *Una hirundo non facit ver*. Unde de hirundine auctor El. de Ob. Maec. *Verberat egelidos garrula vere lacus*. h. e. lacunaria, interprete Viro Illuſtri. Non accedo. Verberant ſtagna hirundines alis, ut alas madefaciant, cum pulverem colligunt ad nidos faciendos. Dicere non potes τὸ *Philomela* hoc eſſe nomen κύριον, cum non ea, ſed Procne fuerit mater. Calpurnius Ecl. V. *Vere novo cum jam tinnire volucres Incipient, nidoſque reverſa lutabit hirundo*. Anthol. lib. I. Sect 56. Num 5. Ἦδη ὁ πλάσας με ἐπαοίδοφα γυιὰ χελιδὼν Οἰκία. Erravit ergo Pentadius, nec cepit mentem Horatii? non dixerim. AEque enim bene de luſcinia, ac de hirundine accipi poteſt Horatii ille locus. Tam enim luſcinia, quam hirundo veris titulus. Sappho: Ἠρῶ ἀχήλῳ ἱμεροφώνῳ ἀηδόνι. Senec. Agam. vers. 610 *Non quae verno nobile carmen Ramo cantas triſtis aëdon, Ityn in varios modulata ſonos*.

commutaretur, Philomela in luſciniam: Tereum autem [1] accipitrem factum dicunt.

## XLVI. [2] *Erechtheus.*

ERECHTHEUS Pandionis filius habuit filias quatuor, quae inter ſe conjurarunt, ſi una earum mortem obiiſſet, caeterae ſe interficerent. In eo tempore [3] Eumolpus Neptuni filius Athenas venit obpugnaturus, quod patris ſui terram Atticam fuiſſe diceret. Is victus cum exercitu, cum eſſet ab Athenienſibus interfectus, Neptunus, ne filii ſui morte Erechtheus laetaretur, expoſtulavit, ut ejus filia Neptuno in-

*ſanos.* Martial. lib. X. ep. 51. *Ridet ager, veſtitur humus, veſtitur & arbos: Iſmarium pellex Attica plorat Ityn.* Etiam *gemere* recte dicitur. Varro lib. IV. L. L. *Luſcinia, quod luctuoſe canere exiſtimatur, atque ex Attica Procne in luctu facta avis.* Anthol. lib. I. cap. 20. Num. 16. Ξυθὴ ἀηδονίδες μινυρίσμασιν ἀδιαχύτοις. Hinc mulier lugens ejuſdem operis lib. III. ἀηδὼν eleganter appellatur. De Procne in luſciniam converſa conſentit etiam Apollodoro Ariſtophanis Scholiaſt. in Aves pag. 551. Servius praeterea ad Ecl. VI. (vs. 78.) etiam Ityn in *Faſſam* narrat mutatum. *Faſſa* autem Graecum eſt φάσσα, *palumbes.* Gloſſ. Steph. *Palumbis*, φάσσα. *Paſſa*, εἶδος ὄρνιθος. Lege, *Phaſſa.* Gloſſ. Cyrill. Φάσσα, *palumbus, palumbes.* Sed Lactant. Argum. lib. VI. Met. Ovid. Ityn *in phaſianum* transformatum refert. Φασιανοὶ ſunt Phaſidis aves. Utervis certe ex altero eſt corrigendus. Anton. Liberal. in hac fabula & circumſtantias & perſonas mutat. Vide eum cap. 11. MUNCK. Plerique Mythographi *Procnen* in *luſciniam*, *Philomelam* in *hirundinem* mutatam adſerunt, ut Servius ad Eclog. VI. 7. ad IV. Georgic. 15. & Pier. ad vs. 509. Scholiaſtes Ariſtophanis in Avib. 212. Schol. Sophoclis in Electr. vs. 107. & id indicat Gorgiae Sophiſtae dictum apud Plutarch. Tom. II. lib. VIII. Sympoſiac. Quaeſt. 7. pag. 727. Χιλιδόνα ἀφείσης ἐπ' αὐτὸν ἐπάκτιδα, ἀναβλίψας πρὸς αὐτὴν, Οὐ καλὰ ταῦτα (εἶπεν) ὦ Φιλομήλα. Ejuſdem ſententiae eſt Conon narrat. XXXI. apud Photium pag. 439. & hinc luſcinia ἀκηδόνιστος, & παῤῥολίτης vocatur ab Euripide in Helena vs. 1116. & in Rheſo vs. 549. & αἰόλος Terei ἄλοχος ab AEſchylo. vid. Spanh. ad Caſtim. H. Pall. 94. ubi pluribus de lugubri ejus cantu agit, ut & ad Ariſtophanis Ranas vs. 695. Adde, quos laudat Celeb. P. Burm. ad Ovid. VI. Met. 669. *Luſcinia* vero & *hirundo* veris ſunt nuntiae. De luſcinia Schol. Soph. Electr. vs. 148. quae ineunte vere partum edere dicitur a Dionyſ. Periegete vs. 528. De hirundine Ariſtoph. Equit. 417. ὥσπερ νὺξ χελιδών. ubi Schol. Sed Spanh. ad Call. H. Cer. 124. legit ὡσεῖ, ἐπ' ὠρίᾳ χελιδών. Mire vero in hac fabula diſſentiunt veteres. Confer Helladium apud Photium pag. 1582. cum Scholiaſte Homeri Odyſſ. T. vs. 523. & Scholiis Sophoclis in Electr. vs. 107. Oxonienſi editioni adjectis. Ab Homero, Helladio & Antonino Liberali, Pandarei filia Philomela vocatur. Sed vide Burm. ad vs. 677. Aves has Δαυλίδας ὄρνιθας vocant. vide Plut. l. l. & Zenobium in notis ad Suidam ad partes vocatum. Tereus rex erat Daulidis. Strabo lib. VII. pag. 494. Fabula vero inde ficta eſt, quia utraque mulier Athenas fugientes moerore contabuerunt, & haec utraque avis lugubrem cantum edunt. vide Pauſaniam lib. I. cap. 41.

1 ACCIPITREM] Ovidius, Pauſanias, Horat. Scholiaſtes, Tzetzes, Servius, AElianus, Virgilius, & alii upupam faciunt. Etiam Philocles Tragicus fabulam hujus argumenti inſcripſit Τηρεὺς ἢ Ἔποψ. Nihil tamen mutandum. Demetrius Ἱπποκορ. de quodam genere accipitrum: Κορυδοῖς δέ τισιν ἄτοις, ἢ χελιδόσι πολίοις. Καὶ ταύτῃ γε αὐτὰς συγχωρῶ ἂν τις εἶναι Τηρίας. Lege, Τηρίους. Tereum enim accipitrem factum innuit. MUNCK.

## Ad CAP. XLVI.

2 ERECHTHEUS] Ita ſupra, locisque aliis. Graecis tamen ſemper eſt Ἐριχθόνιος. SCHEFF. Scribe *Erechtheus*, & hoc & aliis locis, niſi forte confugere lubet ad I iam omnibus notiſſimam vocalium I & E confuſionem: quam tamen in propriis nominibus, praeſertim Graecis, neutiquam admiſerim. MUNCK.

3 Eu-

inmolaretur. Itaque [4] Otionia filia cum eſſet inmolata, caeterae fide data ſe ipſae interfecerunt. Ipſe Erechtheus ab Jove, Neptuni rogatu, fulmine eſt ictus.

## XLVII. *Hippolytus.*

PHAEDRA Minois filia, Theſei uxor, [5] Hippolytum privignum ſuum adamavit. Quem cum non potuiſſet ad ſuam perducere voluntatem, tabellas ſcriptas ad ſuum virum miſit, ſe ab Hippolyto compreſſam eſſe, ſeque ipſa ſuſpendio necavit. [6] & Theſeus re audita, [7] filium ſuum manibus excidere juſſit, & optavit à Neptuno patre filio

3 EUMOLPUS N. F. &c.] Conſule de eo Schol. Homeri Iliad. Σ. vs. 491. Celeb. Burm. ad Ovid. lib. XI. Met. vs. 93.

4 OTIONIA] Hanc infra *Colophoniam* vocat. MICYLL. Atqui eadem infra fab. 238. eſt *Colophonia*, quod & Micyllus obſervavit. Apollonius nec hanc, nec illam Erichthei facit filias, ſed alias, aliis nominibus. Sed fuerunt iſtae ex Praxithea: potuit autem has ex aliis habuiſſe. Niſi pro *Otionia* exiſtimamus *Cbthonia* legendum, quae eſt Meurſii ſententia lib. II. Reg. Att. c. 13. SCHEFF. Cap. 238. *Colophoniam* appellat. Utrobique ſcribendum eſſe *Cbthoniam* docet nos Meurſius Att. Lect. lib. VI. cap. 21. MUNCK. Alio modo rem narrat Plutarch. Parall. T. II. p. 310. qui de hoc bello & pag. 313. agit.

## Ad CAP. XLVII.

5 HIPPOLYTUM PRIV.] Phaedram Hippolyti fuiſſe novercam conſtat, ſed de matre ejus non convenit inter Mythographos. Schol. Ariſtophan. Ran. vs. 873. Hippolytum ex Theſeo, & Hippolyte, una ex Amazonibus natum eſſe dicit. Verum Plut. in Theſeo pag. 130. ex Antiope & Theſeo procreatum adſirmat, τὸ δ Ἀντιόπας λεπίστους ἴγημι Φαίδραν, ἴχνη δὲ Ἱππόλυτον ἐξ Ἀντιόπης: nec non Tzetzes ad Lycophronem vs. 1329. item Serv. ad Virgil. lib. XI. AEn. vs. 661. ac Schol. Euripides in Hippolyto vs. 583. ὁ τ Ἀμαζόνος Ἵππόλυτος, Ἀντιόπης κατὰ τὸ φιλόστοργος τὰς ἵππους. qui ſibi obloquitur in Hypotheſi dramatis. V. Meurſ. Theſeus. cap. 21.

6 ET THESEUS] Illud & eſt natum ex ſyllaba ultima vocis praecedentis, ac ideo delendum. SCHEFF. Dele τὸ &. natum eſt ex ultima vocis praecedentis ſyllaba. Monuit jam Cl. Schefferus. MUNCK.

7 FILIUM SUUM MANIBUS EXCIDERE JUSSIT] *Excedere.* MICYLL. Barthius: *Puto ſcribendum, maribus, hoc eſt, teſtibus.* Ridiculum profecto. Quid enim eſt, *juſſit filium excidere teſtibus*, ut interim pro *manibus* vel *maribus* hoc ſubſituamus. Saltem debuiſſet ſcripſiſſe *excidere teſtes*; vel *mares*. Sed & *mares* poni pro *teſtibus*, haſtenus non obſervatum eſt. Lego absque ulla dubitatione, *filium ſuum moenibus excedere juſſit*, h. e. juſſit eum abire in exilium. SCHEFF. Micyllus, *Manibus excedere.* Cl. Schefferus *moenibus excedere.* Quod omnino probandum. Hoc enim idem eſt, quod dicit Scholiaſtes Hypotheſ. Hippolyti Euripidis, ἐκπεσεῖν φεύγων. Ovid. XV. Met. 504. *Inmeritumque pater projecit ab urbe Hoſtilique caput prece deteſtatur euntis.* Berkelius ſuum MS. habere ait, *laribus excedere.* Sed Ovid. ſuadet, ut Schefferi conjecturam praeferamus. Fruſtra heic eſt Barthius. Ne de ἀνισορροπίᾳ dicam, cujus aures ferant, *maribus excidere aliquem*, pro *caſtrare*? MUNCK. Cum Cl. Schefero *moenibus excedere* lego. Vide Eurip. Hippol. vs. 1045. & deinde *exitium* cum Micyllo. vide Schol. ad idem drama vs. 887. & 1349. quocum confer Plut. Parall. Tom. II. pag 314. Theſeus *AEgeum patrem*, non *Neptunum*, uti Euripidis Scholiaſtes ait, invocavit, ut Hippolyto phocam inmitteret, juxta Serv. ad VI. AEn. 445. ſed ad VII. AEn. 761. Neptuni patris opem a Theſeo inploratam refert. E Philoſtrato lib. VII. de Apoll. Tyan. cap. 42. ipſum Theſeum Hippolyto violentas manus intuliſſe dicens. Theſeus ea de cauſſa Oſtraciſmo Athenis ejectus abiit in Scyrum ad regem Lycomedem, a quo interfectus eſt. Vide Philoſtrat. cum ejuſdem interprete, cap. XIX. §. 3. Heroic. Troezenii Hippolytum ab equis, (quadrigas fuiſſe docet Euripides Hippol. 1212. cum ejus Scholiaſte, quibus adde Noſtrum ſub. 250.) diſtractum negant,

lio ſuo [1] exitum. Itaque cum Hippolytus equis junctis veheretur, repente è mari taurus adparuit: cujus mugitu equi expavefacti, Hippolytum diſtraxerunt, vitaque privarunt.

## XLVIII. *Reges Athenienſium.*

[2] CECROPS Terrae filius, Cephalus [3] Deionis filius, [4] AEgeus Pandionis filius, [5] Pandion Erichthonii filius, Theſeus AEgei filius, [6] Erichtho-

gant, ſed inter ſidera relatum, & *Aurigam* adpellatum referunt. Vide Meurſ. in Theſeo cap. 21. & Meziriac. ad Ovid. IV. Ep. Heroid. pag. 383. De hac fabula quid referat Plutarchus, vide de Aud. Poët. T. II. pag. 27, 28.

1 EXITUM ] *Exitium.* MICYLL. Probo, quod Micyllus volebat, *exitium.* SCHEFF. Probo & ego Micylli conjecturam, *exitium.* MUNCK.

## Ad CAP. XLVIII.

2 CECROPS ] Antiquiſſimus ille. Anton. Liberal. cap. VI. Πρῶτον ἡ φασὶν Κέκροπα τὴν γῆς. Adde Euſtath. Hexaëm. pag. 2. MUNCK. De *Cecrope*, & Attica *Cecropia* dicta Athenaeus lib. XIII. cap. 1. pag. 555. Schol. Apoll. Rh. I. Arg. 95. & 214. Tzetz. ad Lycophron. III. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. 391. Salmaſ. de L. Hell. pag. 322. ad p. 332. Meurſ. de Reg. Ath. lib. I. cap. 6, 7. & in Ejuſdem Cecropia cap. 3. Burm. ad Ovid. VI. M. 70.

3 DEIONES ] *Dèionei.* MICYLL. Recte hic quoque Micyllus putat *Deionei* ſcribendum. Apollodorus: Κέφαλος ὁ Δηϊονέως. Et ſic alii omnes. SCHEFF. Scribe, *Deionis*, ex cap. 189. 241. & 273. Anton. Liberal. cap. 41. Κέφαλος ὁ Δηΐονος. qui à Tzetze & Apollodoro Δηϊονίδης dicitur. Vide notas Nob. Heinſii ad Met. Ovid. pag. 187. qui jam pridem ita reſtituendum eſſe Hygin. monuit. Nec male tamen Micyllus *Deionei*. MUNCK. Vid. Meurſ. de Reg. Ath. II. 13. Interpr. ad Ovid. VII. M. 672.

4 AGOREUS PANDIONIS ] Nullus eſt Agoreus Pandionis filius; Scribendum puto *AEgeus*. Is enim filius ejus, teſte Apollodoro, Strabone, & aliis. SCHEFF. Recte *AEgeus* Cl. Schefferus. Ita Hyginus ipſe vult cap. 37. & praeter Apollodorum ac Strabonem, quos Vir Cl. adducit, Euripidis Scholiaſtes ad Phoen. vers. 861. Ἐρεχθέως μὲν οὖν Πανδίων, εἶτα Αἰγεύς, εἶτα Θησεύς. & in Hypotheſi Medeae: Ἀποδημήσας εἰς Ἀθήνας, κατῴκησε Αἰγεῖ τῷ Πανδίονος γαμεῖ). Calculum quoque dat Hieron. Chron. Euſebiano. & Tzetzes in Lycoph. pag. 194. Ὁ δὲ Αἰγεὺς Πανδίονος ἦν υἱὸς ἀπ' ἄλλης Φαμέν. MUNCK.

5 PANDION ERICHTHONII ] Non ſuperior Pandion, ſed alius vetuſtior. SCHEFF. Ab illo arcem Athenienſem *montem Pandionium* dictum cenſet Schol. Stat. ad Theb. II. 720. *Pandionium*, inquit, *montem dicit, à Pandionio filio Erichthonii.* Corrige ex Hygino. Duo fuere Pandiones inter Athenienſium reges. Vide Catalogum apud Euſebium. MUNCK.

6 ERICHTHONIUS ] Hic & Erechtheus dictus eſt Vulcani & Terrae filius. Vid. Plutarch. in X. Orat. Tom. II. pag. 843. & Schol. Homeri Iliad. B. 547.

7 DEIOPHON ] *Demophon* MICYLL. Scribendum, *Demophon*, ex Juſtino & aliis, quod & Micyllus vidit. SCHEFF. Lege, *Demophoon* ex cap. 59. Juſt. II. 6. Tzetze Chil. I. 4. Ovid. II. Heroid. aliiſque. Vidit id vltium quoque, & correxit Micyllus. MUNCK.

## Ad CAP. XLIX.

8 GLAUCO MINOIS ] A Polyido huic vita reſtituitur cap. 59. & 251. ut & apud Palaeph. cap. 37. Non convenit heic inter mythologos. Scholiaſt. Pindari ad Pyth. Od. 3. (vs 96.) Αἰγεὺς] ὁ Ἀσκληπιὸς χρυσῇ δίλικδεῖς ἀπεκόπη Ἱππόλυτον τιθηπόλῳ. οἱ δὲ Τυνδάρεων, ἕτεροι δὲ Καπανία, οἱ δὲ Γλαῦκον &c. Video ex illis corrigere poſſe Plinium lib. XXIX. cap. 1. *Quoniam Tyndaridem revocaſſet ad vitam.* Lego, *Tyndareon* cum Pintiano. Nam *Theſiden*, quod vett. habere annotant, probare non poſſum, cum poëtarum ſit pro Hippolyto. Lucian. Dial. de Saltat. Tom. I. pag. 933. Edit. Bened. Τὸν Τυνδάρεω ἀνάστασιν, ἢ τὸν Διὸς ἐπὶ τούτῳ ἐγγύη. Non intellexit Be-

richthonius Vulcani filius, Erechtheus Pandionis filius, ? Demophoon Theſei filius.

## XLIX. *AEſculapius.*

AEsculapius Apollinis filius [8] Glauco Minois filio vitam reddidiſſe, ſive Hippolyto, dicitur, quem Jupiter ob id [9] fulmine percuſſit. Apollo, quod Jovi nocere non potuit, eos, qui fulmina [10] fecerunt, id eſt, Cyclopes, interfecit. [11] Quod ob factum Apollo

Benedictus cum verteret, *Tyndari inſtaurationem.* De Hippolyto auctor etiam Servius ad AEn. VI. 398. Lactant. lib. I. cap. 10. Plures adhuc opiniones recenſet Schol. Euripid. ad Alceſt. vs. 1. Nec de cauſa ſervitutis Apollinis conveniunt. Sunt qui ob interfectum Pythonem; alii, qui ob amorem ſerviiſſe velint. Aliam cauſam alterius ſervitutis habes apud Hom. Schol. ad Iliad. A. 400. Quod ita diſſentiant heic auctores, inde ortum putem, quod plures ſuſcitaverit AEſculapius. Ultimus eorum fuit Hippolytus, referente Eratoſthene Καταστ. cap. 6. MUNCK. Propter Hippolytum, rogatu Dianae ad auras ſuperas revocatum, AEſculapius fulmine percuſſus dicitur a Lactantio ad Statii v. Theb. 433. vid. Meziriac. ad Ovidii IV. Epiſt. Heroid. p. 384. Fuit & alius Hippolytus Gigas Apollodoro lib. I. p. 21.

9 Fulmine percussit] Vide Zenob. Cent. I. 18. Diodor. lib. IV. pag. 273. Sidon. Narbon. vers. 200. MUNCK. Vid. Olear. ad Philoſtrati Heroica cap. 10. §. 1. Eurip. Alceſt. vs. 126, 127. Lucian. in Dialog. Fabuloſis. Dialogo V. Διὰ τί ὁ Ζεὺς ἐκεραύνωσεν, ἃ μὴ θέμις; ποιῶν.

10 Fecerunt] Mallem *, fecerant.* Schol. German. Sagittario: *Faculum autem ejus, ex quo dicunt omnes cygnos ab Apolline interfectos, qui Jovis fulmina fuerant, abſconditum.* Lege, *Cyclopas* pro *cygnos*, & pro *fuerant*, *fecerant.* Prius vitium video jam correctum in Sanctandr. Edit. Idem in Aquilâ: *Sagitta autem, quam tenet in pedibus, dicitur Sagitta Apollinis fuiſſe, cum quâ Cyclopas interfecit, eo quod Jovis fulmina facerent, quod eo telo AEſculapius ejus filius à Jove eſſet interfectus.* Sed, ut heic, loquitur etiam Aſtron. II. *Hac Apollo Cyclopas interfecit, qui fulmen Jovis fecerunt, quo AEſculapium interfectum complures dixere.* Et cap. 15. *Quaecunque ex Argonautis conceperunt eorum nomina filiis ſuis impoſuerunt.* Cap. 14. *Qui ob caedem fratris Phoci, relictis ſedibus ſuis, diverſas petierunt domos.* ἀπὸ ἃ petierant, & *conceperant.* Caeterum Pherecydes apud Euripid. Schol. ad Alceſt. vers. 1. non Cyclopas, ſed eorum filios interfectos memorat. MUNCK. Sic deſcribuntur hi Cyclopes. Eurip. Alceſt. eos vocat vs. 5. τέκνα Διὸς πυρός. Schol. Apoll. Rhod. lib. I. Arg. vs. 730. ΚΥΚΛΩΠΕΣ ἀπὸ οἱ κατακαύσαντες τὸν Διὸς τὸν κεραυνὸν, ᾧ Ἡσίοδος· Οἱ Ζηνὶ βροντὰς ἔδοσαν, τεύξαντι κεραυνόν. Apollod. lib. I. pag. m. 7. Κύκλωπες τρεῖς Διὶ μὲν ἔδοσαν βροντὴν, ᾗ ἀστραπὴν, ᾗ κεραυνόν. Tres enumerat Virgil. VIII. AEn. vs. 425. & ibi Serv. & de Pyracmone Lactant. ad Statii II. Theb. vs. 599. Haec fuit etiam cauſſa, cur Apollo Cyclopas ipſos, non vero eorum filios, ſagittis ſuis interficiens Jovem patrem tanto opere offenderit, ut Jupiter eum e coelo expulſum Admeto in ſervitutem dederit. Conſule inl. Spanh. ad Callim. H. Dian. vs. 68. ubi de numero Cyclopum, & Serv. ad Virg. VI. AEn. 398. & ad VII. AEn. vs. 761.

11 Quod ob factum Ap. &c.] Multi ſunt, qui Phoebum ſponte Admeto ſerviiſſe, ipſius amore captum, tradant. cum Noſtro tamen plerique faciunt. Conſule Lactant. ad Statii v. Theb. 433. & ad VI. Theb. 374. Eurip. Alceſt. vs. 6, 7. Servium ad VII. AEn. 761. item P. Leopard. II. Emend. 9. Cel. Brodrib. ad Tibull. I. II. El. 3. vs. 11. Non poſſum non addere Schol. Apoll. Rhod. I. IV. Argon. vs. 611. οἱ Κύκλωπες ἐφονεύθησαν, τὸ κλεπτὸν εἶναι μὴ τὸ κλαπέν, ἀλλὰ δικαίως εἶναι Ἀπόλλωνος, οὗπερ ἀφῆκε τὸν Ἀσκληπιὸν διὰ κεραυνοῦ ἀπαιτεῖς εἰς τοὺς Ὑπερβορέους ἀφικνεῖ, ἀφ' οὗ καὶ ὁ πατὴρ ἐπεθύμησεν, ἃ ἐστι κατακλείσαι ἐκεῖ ἐκεῖνον ἐπὶ τῷ φόνῳ τῶν Κυκλώπων. De loco, ubi Phoebus Admeti pecus paverit, conſule Apollod. lor. lib. I. p. 51. pluribus de hac ſervitute agentem, & Cl. P. Burm. ad Ovid. II. Met. vs. 679. & inde Νόμιος dictum docent Call. H. Apoll. vs. 47. & Servius ad Virg. Ecl. V. vs. 35. licet alias rationes proferat Schol. Apoll. Rh. II. Arg. vs. 509. Conſule inl. Spanh. H. l. ad vs. 48. Si tamen cum Servio, quem Spanh. ad vs. 47. citavit, Apollinem etiam a lege chordarum νόμιον dictum

lo datus eſt [1] in ſervitutem Admeto regi Theſſaliae.

## L. *Admetus.*

ALCESTIM [2] Peliae filiam cum complures in conjugium peterent, & Pelias cum multos eorum repudiaret, [3] ſimultatem his conſtituit, ei ſe daturum, qui feras beſtias ad currum junxiſſet. [4] Is quam vellet aveheret. Itaque Admetus [5] ab Apolline petiit, ut ſe adjuvaret. Apollo cum ab eo eſſet liberaliter tractatus, cum in ſervitium fuit ei traditus, aprum & leonem ei junctos tradidit, quibus ille Alceſtim [6] in conjugium avexit.

## LI. *Alceſtis.*

ALCESTIM Peliae & [7] Anaxibies Biantis filiae filiam complures proci

putes, conſentientes habebis Scholiaſtem Pindari O. Nem. v. vs. 45. & Proclum in Chreſtomath. apud Photium pag. 985. ubi pro νόμιμον recte conjicitur legendum νόμιον. Schol. Apoll. Rh. lib. IV. vs. 1218. refert Medeam templum quoque Apollinis νομίου, a νόμος lex ita dicti, poſuiſſe, propter judicium Alcinoi juſtum ac legitimum. Sed ad rem. ſervitus tum temporis caedis poena fuit. Apollodorus lib. III. pag. 169. Κάδμος ὁ ἀπὸ οὗ ἑκάστοις, ἀδίδου σφαγὰς ἰθυτόσιν Ἄρει, ἕως ὁ σφαγὰς τότε ἐκτὸς ἦτε.

1 IN SERVITUTEM] Integri anni, ut Zenobius tradit. MUNCK.

## Ad CAP. L.

2 PELIAE] Ita repoſui pro *Pelei* ex cap. ſeq. & 24. MUNCK. Πελίᾳ πατρί Euripidi Alceſt. vs. 38, 83.

3 SIMULTATEM] Pro certamine accipit, ut & infra. MICYLL.

4 IS QUAM VELLET AVEHERET] Fortaſſe legendum *& iis, quo vellet, aveberetur.* MICYLL. Locus non mutilus, ſed depravatus eſt. debet enim ita ſcribi, ſicut pridem in de Re Vehiculari lib. I. cap. 9. monui, *qui feras beſtias ad currum junxiſſet, iis, quum vellet, aveberet.* Dat Pelias non modo filiam ei, ſed & facultatem ejus avehendae, hac tamen lege, ut id faciat junctis ad currum feris beſtiis. Quanquam hoc caput cenſeam formatum à ſequenti, nec Hygini eſſe, ſed alterius inepti, cum plane eadem dicantur, ac iiſdem fere verbis, quod facturus Hyginus minime videtur fuiſſe, cum praeſertim ſit amator brevitatis. SCHEFF. Micyllus: *Et iis, quo vellet, aveberetur.* Schefferus: *Qui feras beſtias ad currum junxiſſet, iis, quum vellet, aveberet.* Putem ſcripſiſſe Hyginum: *Qui feras beſtias ad currum junxiſſet, & iis, quum vellet, eam aveberet.* vel, *junxiſſet, iiſque eam aveberet.* Nam τὸ *vellet* ex ſequenti *aveberet* per librarii oſcitantiam videri poteſt natum. MUNCK.

5 AB APOLLINE PETIIT] Fulgent. Myth. lib. 1. *Admetus Apollinem atque Herculem petiit, qui ei ad currum leonem & aprum junxerunt.* MUNCK.

6 IN CONJUGIO AVEXIT] Ita mox cap. 52. *In praeſidio daret.* 92. *Ut deducat eas in Ida monte.* 186. *Cum in venatione exirent.* Fulgent. lib. 1. cap. 27. *Ipſe illam in conjugio acceperiſſet.* Petron. Fragm. Trag. *Jubemus in balneo ſequi.* Virg. AEn. 1. vers. 180. *Rapuitque in fomite flammam.* Vide Servium ibi, qui adductis aliquot exemplis, antiquam hanc eſſe circa communes praepoſitiones licentiam obſervat. Adde Linacr. lib. VI. Emend. Struct. Ad eundem modum ἐὸ pro εἰς interdum Graeci ſcriptores cum alii non pauci, cum ſacri praeſertim. Vide Judic. cap. XI. 18. IX. 26. Eſai. VII. 19. Johan. V. 4. Pſ. I. 1. Μακάριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐὸ βουλῇ ἀσεβῶν. quod vulgata transfert, & Fulgent. Myth. lib. II. cap. 1. *Beatus vir, qui non abiit in conſilio improborum.* Ad quod Hymnographi dictum alluſit Gregorius Nazianzenus in Gnomis: Ἴσασι μύριοι ἐδὲν κακῶν, κακῶ εἰς βυθὸν ἔρχον. Ita lego iſtum verſiculum, qui corruptus in Hoeſchelii & Langii Edit. exhibetur. Adde quae notamus ad cap. 92. MUNCK. Non tantum ſacri ſcriptores, verum etiam Attici ita loqui amant,

πε-

proci petebant in conjugium. Pelias vitans eorum conditiones, repudiavit, & ſimultatem conſtituit ei ſe daturum, qui feras beſtias ad currum junxiſſet, & Alceſtim in conjugio avexiſſet. Itaque Admetus ab Apolline petiit, ut ſe adjuvaret. Apollo autem, quod ab eo in ſervitutem liberaliter eſſet acceptus, aprum & leonem ei junctos tradidit, quibus ille Alceſtim avexit. [8] Ea illud ab Apolline accepit, ut pro ſe alius voluntarie moreretur. Pro quo quum neque pater, neque mater mori voluiſſent, uxor ſe Alceſtis obtulit, & pro eo vicaria morte interiit, quam poſtea [9] Hercules ab inferis revocavit.

## LII. *AEgina.*

JUPITER cum AEginam [10] Aſopi filiam vellet comprimere, & Juno-

πιστὸν τὸ φῶς dixit Euripides in Oreſt. vs. 1421. Sophocl. Ajac. vs. 638. —— τὸ τέρνοισι πιστὸν Δίκαι. Apoll. Rhod. l. 1. Arg. vs. 1246. —— εἰ ταλαοῦσι νομῆες Ἔλαφον. ubi v. Schol. εἰσὶν δὲ οἱ ἐν ἀστέσιν αὐτὴ τὴν ΕΙΣ. ὁ μὲν γὰρ νῆς, οἱ δὲ νομῆες οἷς τὰς ταλαὸς ἐκέλευσεν. Lib. II. vs. 1038. —— τὸ λαμπὶ πιστὸν ὄμμα Διὸς Ὀϊλῆος. iterum lib. I. vs. 506. —— ἴκτισεν δ' εἰς κύμασιν ἀκταῖσιν. Pind. O. Iſthm. VIII. vs. 14. Μάτ' ἐν ὀρφναίᾳ πίσυρσι Στυφέλου. O. Nem. V. vs. 76. Νίκας ἐν ἀγκαίοισι πιστὸν. Sophocl. Electr. vs. 1504. —— ἐν μίσει δ' ἔκυσε πάτρᾳ Πάλλαν' ὁ τλήμων. in Antigone vs. 1346. Τάν' ἐν χερσὶν δὲ τάν' ἐπὶ κρατὶ μοι Πάτρᾳ συνέμιξεν ἀτάλαν. Conſule etiam Perizon. ad AElian. lib. IV. V. H. cap. 18. De fabula Meziriac. ad Ovidii v. Epiſt. Heroid. p. 454.

## Ad CAP. LI.

7 ANAXOBIES DIAMANTIS ] Vide quae notavi ſupra fab. 14. SCHEFF. Vide notas ad cap. 14. ubi *Anaxibies Biantis* ſcribendum eſſe jam monitum à nobis. Atque ita video jam olim hunc locum emendaſſe etiam doct. Tollium ad Palaeph. pag. 244. Firmat eam conjecturam Tzetzes ad Lycophr. p. 35. Edit. Baſ. & Steph. MUNCK.

8 EA ILLUD AB APOLLINE ] Hic faciendum erat caput novum, cum titulo, *Admetus*, quod capiti ſeu fabulae praecedenti eſt inſcriptum. Sed ſunt hi tituli & hae diviſiones non ab Hygino omnes, verum multae adjectae ab homine imperitiſſimo. SCHEFF.

9 HERCULES AB INFERIS REVOCAVIT ] Fabulam ita narrat Tzetzes ad Lycophr. Παρακαλέσας (Hercules) ἐπὶ τὸ μνῆμα, καὶ ἐξελοῦσα τὴν ἄδην ἄψυχον τὴν θυσίαν, ἐκφάτησεν αὐτὴν σφίγμα, μίσχει δὲ τὴν γυναῖκα ἀνέδησε. Sed *Erybaeam* illam, non *Alceſtin* vocat. Credamus potius Plutarcho, cum ita graviter aegrotaret Alceſtis, ut depoſita jam & deſperata eſſet, veniſſe Herculem, & medendi arte, quâ excellebat, ei valetudinem priſtinam reddidiſſe. MUNCK. Conſule de hac fabula etiam Lactant. ad Statii VI. Theb. vs. 379. Philoſtrat. lib. IV. cap. 45. de Apoll. Tyan. Plutarch. in Amatorio pag. 761. Apollodor. lib. I. pag. m. 51. Lucian. Dialog. X. Mortuor. & Celeb. Perizon. ad AElian. XIV. V. H. cap. 45. Admeti & Alceſtidis liberi fuerunt *Eumelus* & *Perimele*. Schol. Eurip. Alceſt. vs. 264, 405. Hanc fabulam diverſis modis explicat Palaephatus de Incredibilibus cap. 41.

## Ad CAP. LII.

10 ASOPI FILIAM ] Ovid. VI. Met. 113. *Aureus ut Danaen Aſopida luſerit ignis.* Vid. & Anton. Liberal. cap. 38. MUNCK. Aſopi filia fuit, de qua ita Schol. Apoll. Rhod. l. 1. Arg. vs. 117. Ἀσωπὸς ποταμὸς Θηβῶν, ἔχων τὰς πηγὰς ἐν Δαυλίᾳ, ὑπερκείμενος ὃ τῶν Διὸς ἐράσκων αὐτὸν ἀφ' οὗ τὸ ἁρπάσαι τὴν θυγατέρα αὐτοῦ ΑΙΓΙΝΑΝ, ὡς Καλλίμαχός φησιν. vid. Lact. ad Statii VII. Theb 315, 424, 731. Schol. Pind. Olymp. Od. IX. vs. 104. Αἴγινα ἡ μήτηρ Αἰακοῦ, θυγάτηρ δὲ Ἀσωποῦ καὶ τῆς Θήβης ποταμοῦ, qui Scholiaſtes ad vs. 107.

nonem vereretur, detulit eam [1] in insulam Delon, & gravidam fecit: unde natus est AEacus. Hoc Juno cum resciisset, serpentem in aquam misit, quae eam venenavit: ex qua qui biberat, debitum naturae solvebat. [2] [3] Quod cum amissis sociis AEacus [4] prae paucitate hominum morari non posset, formicas intuens, petiit ab Jove, ut homines [5] in praesidio sibi daret. Tunc Jupiter formicas in homines transfiguravit, qui [6] Myrmidones sunt adpellati, quod

Plura de hac AEgina refert. Schol. Homeri Iliad. A. vs. 7. λαὸς δ' Αἰγίνης τ' Ἀσωπῷ θ' ποταμῷ Θηβῶν, Αἰακίς. Jupiter in aquilam versus AEginam vitiasse dicitur & inde natus *AEacus*. Consule Celeb. P. Burm. in Catalog. Argonaut. in *Peleus*, & Athenaeum lib. XIII. cap. 2. pag. 566. & quia Jupiter AEaci pater erat, Herculem e Jove & Alcmena natum ejus fratrem adpellat Pindarus O. Nem. VII. vs. 127. ubi videnda etiam de *AEaco* sunt Scholia. Hic AEacus olim ἰκλῶν ἰσιώτατος fuit habitus. V. Plut. in Theseo p. 5. cetera de eo sunt notissima.

1 INSULAM DELON] *Oenonem.* MICYLL. Recte Micyllus emendat, *Oenonem*. Librarius ineptus scripserat, *Oelonem*, ita alius *Delenem*, & reliquis melior, *Delon* fecit. SCHEFF. Micyllus, *Oenonen*. Recte Oenone enim primitus dicta AEgina. Pindar. Isthm. Od. V. Ἀλλ' ἐν Οἰνώνᾳ μιγαλήτορες. Schol. Τυτίσιν ἐν τῇ Αἰγίνῃ. ὅτε γὰρ τὸ στρατεῦσαι ἐκάλεσε, πρὸς λαὸν Διὸς Αἰγινᾶν τὸν Ἀσωπῷ θ' Βοιωτικῷ ποταμῷ κύτθι ἐσηχθῶσι. Idem interpres ad Nem. Od. 4. Οἰώνη στρατιᾷ ἐκάλεσε ἡ Αἴγινα λαὸν Οἰώνης τινός. Οἰώνης puta τὸν Βοιωτὸν Συναλοῦς, κατὰ φησι Πυθαγόραν ἐν τῷ στρατῷ τῶν Αἰγινητῶν. ut ait Schol. Lycophr. pag. 37. Immo ad Nem. Od. VIII. vs. 12. λαὸν τὸν πεσόντα τὸν ἱρωϊδα Οἰνώνην ὑμνήσαν. Eadem est insula, quae Isthm. Od. ultimâ Οἰωνία audit. Confer Steph. in Οἰώνη. MUNCK. Consule Eustath. ad Dionys. Perieg. vs. 511. Eadem etiam *Oenopia* vocatur. V. Manut. ad Cic. l. IV. ad Fam. Ep. 5. & Celeb. P. Burm. ad Ovid. lib. VII. Met. vs. 472.

2 QUOD CUM] *Ubi* fortassis, vel *quo loco*. MICYLL. Praemittunt asteriscum, sine causa. Vide Indicem in *Quod*. SCHEFF. H. e. *ob quod*. Vide ad cap. 16. & 34. Sed post τὸ *morari* excidit particula *ibi*. Ita ego commentabar, cum me docuit Nobil. Heinsius legendum, *quo cum* i. e. ubi. MUNCK.

3 QUOD CUM AMISSIS SOCIIS, AEACUS PRAE PAUCITATE HOMINUM MORARI NON POSSET, &c.] *Quod* passim ita, ut hi:, constructionem turbat apud Hyginum, ut multoties ab ejus intt. observatum diximus ad Fab. 34. Nec inusitata ellipsis est adverbii *illic*, quam haecce verba, ante τὸ *morari*, referunt. Justinus VII. 1. 8. *Edessam . . occupavit, revocatusque . . regni* (illic) *sedem statuit*. ubi plura. Elegans tamen Heinsii emendatio est *Quo cum amissis* &c. id est ubi. Boëtius Cons. III. 10. *nunc demonstrandum reor*, quonam . . *constituta sit*. Sic ille saepius. vide lib. IV. 1. lib. V. 1. & Carm. III. Prudentius Apoph. 118.

*Semper adest quocunque loci.*

Hegesippus 1. 24. *Quo loci Antipater praeclarum militiae documentum dedit*. Lampridius Heliog. c. 31. eo *idem quo mulieres accurabantur, & eadem hora*, ubi nescio, an cum viro summo ingerendum sit *loco*. *Alio* pro alio in loco, dixit quoque Boëtius Cons. III. 10. extremo. An vero sic *quo* pro ubi dicere amet Hyginus, dubito. WOPKENS.

4 PRAE PAUCITATE HOMINUM MORARI NON POSSET] Ita & Barthius. Veteres *mori*. Mihi altius videtur vulnus, & deesse nonnulla ante vocem *mori*. Certe quomodo paucitas faciat, ut quis nequeat morari, nondum bene video. SCHEFF. Ita Micylli editio princeps. Cl. Schefferus mallet *arinari* vel *arare*. Mihi haec Hygini videtur esse sententia: Cum in istâ insulâ per solitudinem, quod agri jacerent deserti, & milite esset orbatus, morari, hoc est, habitare sive vivere non posset, nec regnum obtinere &c. Horat. II. Od. 3. *Sub dio morari*. Justin. XII. cap. 5. *Qui in radice Caucasi morabantur*. Tertull. de Anim. cap. 33. *Qui integre morati commendaverint judici vitam*. Lactant. lib. I. cap. 10. *Fuisse autem Messenium, sed Epidauri moratum*. Phaedr. IV. 23. *Moror inter aras*. Pseudocypr. de Singul. Cleric. *Ne clerici cum foeminis commorentur*. Noster cap. 190. *Ubi & Theonoe morabatur*. Geminum prorsus & germanum est illud cap. 153. *Hi propter solitudinem cum vivere non possent, petierunt ab Jove, ut aut homines daret, aut eos pari calamitate afficeret*. Tzetzes de AEaco Chil. VII. 133. Οἱ αὐξηθέντες κατήγαγεν ἐν τῇ νήσῳ μόνῳ. Isacius ejus frater in Lycophr. pag. 37.

Διὸς

quod graece formicae myrmices dicuntur. Insula autem AEginae nomen possedit.

## LIII. *Asterie.*

7 JOVIS cum Asterien 8 Titanis filiam amaret, illa eum contempsit, à quo 9 in avem Ortygiam commutata est, quam nos coturnicem dicimus, 10 eamque in mare abjecit, & ex ea insula est enata, quae

διὰ τὸ ἀλφεσίβοιαν μίσειν ἐν τῇ νήσῳ δεχηφοινίκα. MUNCK.

5 IN PRAESIDIO SIBI DARET ] Nil hic facit asteriscus Micylli, nam oratio est integra. Vide Indicem in vocabulo *in*. SCHEFF.

6 MYRMIDONES ] Ovid. VII. Met. 655. *Myrmidonasque voco, nec origine nomina fraudo.* Idem, quod Ovidius, fabulatur Hom. Schol. ad Iliad. A. 180. Fabulam de formicis non male explicat Diogenes apud Pind. Scholiast. ad Nem. Od. 3. Variat in circumstantiis Servius ad AEn. IV. 402. Idem ad AEn. II. 7. *Myrmidones*, inquit, *sunt Achillis socii, à rege Myrmidone dicti, Jovis & Eurymedontis filio.* Haec corrupta sunt. Lego: *A rege Myrmidone Jovis & Eurymedusae filio.* Clemens Paraenes. pag. 25. Ἐκεῖ τὸ οἰκίδια μυρμήκιαστιν, ἰσοστοίχοις μύρμηξι τῇ Κλείτορος θυγατρὶ Εὐρυμεδόντι μιγεῖσαι, τὸ Μυρμιδόνια ἐγένετο. Eadem habes apud Arnob. lib. IV. ubi *Clitor* est, qui Clementi Κλείτωρ, quâ de mutatione dictum jam superius ad cap. 31. Isidorus Etym. lib. IX. 2. *Eratosthenes autem dicit dictos Myrmidones à Myrmidone duce Jovis & Eurymedusae filio.* Meminit ejus Myrmidonis etiam Eustath. ad Iliad. A. pag. 85. Edit. Bas. MUNCK. Consule Cl. Burm. ad Ovidii l. l. Lactant. ad Statii VII. Theb. 310. & Eustath. ad Dionys. Perieg. vs. 511. Schol. Pind. O. Nem. VII. vs. 95. de Myrmidonibus latius egit, & Cl. Graevius in Add. ad Lect. Hesiod. pag. 139. Myrmidonum civitatem Thessaliam dictam fuisse docet. His imperarunt Achilles & Patroclus. v. Serv. ad XI. AEn. 403. Vide & Philostrat. cap. 10. Heroic. §. 5. & quos ibi laudat Olear.

## Ad CAP. LIII.

7 JOVIS CUM ASTERIEN ] Pro *Juppiter* ut in sequentibus. MICYLL. Quidam ipsam Latonam in coturnicem versam tradiderunt. Vide Servium ad AEn. III. 72. Schol. Hypoth. Pind. Pyth. Ἀστὴρ ἡ Κοῖα ἢ ἀερίη καὶ γῆς, καὶ Φοίβου ἢ Κόμη, ἣ ὁ Ζεὺς ἐμίγη, ὄρτυγι εἰκασθείς. MUNCK. Consule de *Asterie* Celeb. P. Burm. ad Ovid. lib. VI. Met. vs. 108.

8 TITANIS FIL. ] Hinc Nicander dixit apud Schol. Apoll. Rhod. l. I. Arg. vs. 419. οἱ δ' ἐξ Ὀρτυγίης τετιηότος ἐμμενέουσι.

9 IN AVEM ORTYGIAM ] *Ortygem.* MICYLL. Mallem, *ortygem*, nam est ὄρτυξ Graece. SCHEFF. *Ortygiam* & Lactant. ad IV. Theb. Stat. vers. 796. Micyllus emendat *Ortygem.* Lege, *Ortygam.* Ita *Striga*, *Gorgona*, *Sirena*, *Syringa* in recto casu veteres dixerunt: de quibus egimus in dissertatione nostrâ. MUNCK.

10 EAMQUE IN MARE ABJECIT ] *Ea se.* MICYLL. Haec non cohaerent cum superioribus, nec vel distinguuntur, vel scribuntur, ut oportet. Post *dicimus*, mea sententia ponendum punctum, deinde nova periodo sic scribendum: *Eam quam in mare abjecisset, ex ea insula est enata.* SCHEFF. Legit & distinguit Cl. Scheffer us: *dicimus. Eam cum in mare abjecisset, ex ea insula est enata.* Micyllus: *Ea se in mare abjecit.* Mihi videtur tolerari posse vulgata lectio, non tam, quod Latina sit, quam quod Hyginiana. Supr. cap. 19. *Ab Jove est exacerbatus; & appejuit ei Harpyas.* Si vitium est in Hygnianâ illa dictione, sane vetus esse ostendit Hygini exscriptor Lactant. ad lib. IV. Stat. Theb. 796. *Jupiter cum Asterien Titani filiam amaret, & illa cum contemneret, in avem Ortygiam conversa est, quam nos coturnicem dicimus, eamque in mare dejecit. Unde insula Ortygia dicta est. Postea ibi Latona enixa est Apollinem & Dianam, quibus natis insula Delos est nominata.* Sed audiamus Barthium, producto hoc Lactantii loco: Scribe, inquit, ex MS. commentario: *ea postquam se ipsam in mare dejecit, inde insula Ortygia est dicta.* Servius ad AEn. III. 73. *Cum vellet maria transfretare, quod coturnicum est, afflata à Jove, & in lapidem conversa, diu sub fluctibus latuit.* Et haec, & quae deinde addit, transtulit in suum commentarium Schol. Stat. ad II. Achill. vers. 9. Unde discas in Servio pro *terram naturalem* legendum esse *terram natalem.* Confer notata ad cap. 8. A Tzetze in Lycophr. p. 71. *semet ipsa* dicitur *convertisse in coturnicem & in mare desiluisse.* MUNCK. Cum Tzetze facit Apollodorus lib. I.

quae [1] Ortygia eſt adpellata. [2] Haec mobilis fuit: quo poſtea Latona ab Aquilone vento delata eſt, juſſu Jovis, tunc cum eam Python perſequeretur. [3] ibique oleam tenens Latona peperit Apollinem & Dianam. Quae inſula poſtea Delos eſt adpellata.

## LIV. *Thetis.*

THETIDI Nereidi [4] fatum fuit, qui ex ea natus eſſet, fortiorem fore quam patrem. Hoc praeter Prometheum cum ſciret nemo, & Jovis vellet cum ea concumbere, Prometheus Jovi pollicetur, ſe eum praemoniturum, ſi ſe vinculis liberaſſet. Itaque fide data, [5] monet Jovem, ne cum Thetide concumberet, ne, ſi fortior naſce-

pag. m. 11. Τῶν ϗ Κοῖός θυγατέρων Ἀστερία μέν, ὁμοιωθεῖσα ὄρτυγι, ἑαυτὴν εἰς θάλασσαν ἔῤῥιψε, φεύγουσα τὴν τοῦ Διὸς συνουσίαν. Micylli itaque emendatio mihi mire adridet.

1 ORTYGIA EST APPELLATA] Servius ad AEn. III. 72. *Poſt partum * vero Latonae, quod Dianam & Apollinem peperit, Ortygia dicta eſt, quae ante Delos nominabatur, & poſtea Delos, cum eam Apollo revinxiſſet Gyaro & Myconi altiſſimis montibus.* Tollendus aſteriſcus, nihil enim deeſt: ſed pro *quod* ſcribendum *quo*. Turbant tamen illa, *quae ante Delos nominabatur*. Delos enim appellata eſt, cum ſtabili terrâ revincta eſſet, ut & ſtatim ſequitur, & Hyginus noſter infr. cap. 140. tradit. Hypoth. Pyth. Pind. Ἐν Δήλῳ τῇ πρότερον Ὀρτυγίᾳ καλουμένῃ. Forte ſcripſit, *quae ante Aſteria nominabatur*. Tria enim illius inſulae fuerunt nomina, *Aſteria*, *Ortygia*, *Delos*. Schol. Apollon. ad lib. I. vers. 308. Δῆλος μία τῶν κυκλάδων νήσων, ἱερὰ Ἀπόλλωνος, ἡ πρὶν Δῆλος, ὕστερον ϗ Ἀστερία, ἀφ᾽ τὸ χῆμα. Πάλιν ϗ Ὀρτυγία ἀπὸ τῆς ἀδιλφῆς τῆς Λητοῦς. Ἀστερία eſt apud Heſychium. Sed de Ortygiae cognomento conſulendus Nicander apud eundem Scholiaſt. ad lib. I. vers. 419. Pind. Nem. Od. I. *Ortygiam* Deli ſororem appellat vers. 4. ubi mirifice ſe torquet vetus interpres. Confer Iſidor. Orig. lib. XIV. cap. 6. Calim. Hym. IV. 37. Sed quid multa? Veram, opinor, ſcripturam nos docuit Barthius ad Stat. Tom. II. 1272. *Quae antea Cynthos nominabatur*. Vide Steph. in Δῆλος. MUNCK. Conſule Lactant. ad Statii lib. V. Theb. vs. 532. & Inl. Spanh. ad Call. H. Del. vs. 37, 38. *Aſteria* etiam Miletus olim dicta fuit juxta Schol. Apoll. Rhod I. 3. vs. 186. item Rhodus. Vide H. Junium lib. III. Animadv. cap. 15. *Ortygiam* pro Delo dixit idem Apoll. Rhod. vs. 537. ut ibid. Schol. & Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. vs. 525. De alia *Ortygia* videndus eſt Virgil. III, AEn. vs. 694. cum nota Servii.

2 HAEC MOBILIS FUIT] Conſule Inl. Spanh. ad Call. H. Del. vs. 273. & Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 525.

3 IBIQUE OLEAM TENENS] Vide cap. 140. MUNCK.

## Ad CAP. LIV.

4 FATUM FUIT] Vide Lactantium ad Statii I. Achill. vs. 1. & ad vs. 92.

5 MONET JOVEM] A Themide monitum Jovem narrat Lactant. lib. I. cap. 11. & Serv. Ecl. VI. 42. Sed ut heic, ita & Aſtron. II. 15. Proteo id tribuit Ovid. XI. Met. 7. Conſer Tzetzen in Lycoph. p. 38. MUNCK. Conſule Meziriac. ad Ovidii Epiſtol. III. Heroid. pag. 219.

6 PELEO AEACI FIL.] Praeter Celeb. P. Burm. in Catal. Argonaut. videnda ſunt Scholia Pindari O. Pyth. III. vs. 160. & vs. 168. ubi haec addunt τὸν μὲν Πηλέα γαμεῖν τὴν Θέτιν, ὑ Ποσειδῶν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ ἐρασθεὶς ἔπεμψε. Ἡφαιστος ϗ μάχαιραν. adde Schol. ad O. Nem. III. vs. 97. Thetis autem Peleo nubere noluit, & ideo, quum Peleus eam fugientem perſequebatur, ſe in varias formes mutavit. Vide Schol. Pindari O. Nem. III. vs. 60. & ad O. Nem. IV. vs. 101. Schol. Apoll. Rhod. lib. I. Argon. vs. 582. ΣΗΠΙΑΣ, ἀκροτήριον ἐν Ἰωλκῷ ὅπου καλοῦμεν, ἀφ᾽, τὸ τὴν Θέτιν ἐνταῦθα εἰς ΣΗΠΙ᾽ΑΝ μεταβληθῆναι διωκομένην ὑπὸ Πηλέως. quum vero invita Peleo ſuccubuit, filios ſex maſculos igne combuſſit, ſeptimo Achille Pelei interventu fer-

naſceretur, Jovem de regno dejiceret, quemadmodum & ipſe Saturno fecerat. Itaque datur Thetis in conjugium [6] Peleo AEaci filio, & mittitur Hercules, ut aquilam interficiat, quae ejus cor exedebat: eaque interfecta, Prometheus [7] poſt triginta annos de monte Caucaſo eſt ſolutus.

## LV. [8] *Tityus.*

LATONA quod cum Jove concubuerat, Juno [9] Tityo Terrae [10] filio inmani magnitudine juſſerat, ut Latonae vim adferret: [11] qui cum conatus eſſet, [12] à Jove fulmine eſt interfectus, qui novem jugeribus ad inferos exporrectus jacere dicitur. [13] & ſerpens ei adpoſitus eſt,

ſervato. V. Ptol. Hephaeſtion. lib. VI. apud Photium pag. 487. Meurſ. ad Lycophron. vs. 178. Alia ac diverſa nobis refert Philoſtratus Heroic. cap. 19. §. 1. quem velim Lector inſpiciat. qui Pelei & Thetidis nuptias pro mero Poëtarum figmento habet lib. VI. cap. 40. de Apoll. Tyan. Imo ſunt, qui Thetin hanc non Nerei, ſed Chironis fuiſſe filiam dicant. Vide Schol. Apoll. Rhod. I. Arg. vs. 558.

7 P. TRIGINTA AN. DE M. C. E. S.] Vide tu, Lector, Schol. AEſchyli Prom. Vinct. vs. 94.

## Ad CAP. LV.

8 TITYUS] Ita repoſui pro *Tytius* ex Gr. Τιτυός. Vid. de ejus origine Hom. Schol. ad Odyſſ. H. 324. quo loco corrupte ejus mater Ἐλάρα pro Ἐλάρα appellatur. Conſer Apollon. interpretem ad lib. I. vers. 761. qui recte obſervat monſtroſo corpore homines terrae facere filios poëtas. MUNCK. Schol. Apoll. Rhod. l. I. vs. 182. de hoc Tityo haec ſcribit: Τιτυὸς, ὃν ἴλλουσι παῖδα. ἐτῶ δ᾽ ἦν τὸ σῶμα τετιμώρηται, ἀφ᾽ ὧν τὸ σῶμα ἐπιμερίζω κατέχειν τὸν Λητώ. ὡς δ᾽ Ὅμηρος, ΤΙΤΥΟ͂Ν ΓΑΙ͂ΗΣ ΠΟ͂ΝΟΝ. ὁ δὲ Εὐφορίων Ἀρτέμιδος φησὶν αὐτὸν ὁρᾶν καὶ ἁλῶναι τιμωρόν. Fabulam refert etiam Lutatius ad Statii XI. Theb. vers. 12.

9 TITYO JUSSERAT] Vide Voſſ. de Conſtruct. cap. 36. qui hanc locutionem adductis exemplis illuſtrat: ſed quod ibidem *jubeo te, ut hoc facias*, Latio exturbat, in eo non accedo ipſi. Hygin. cap. 196. *Pan juſſit eos, ut in feras beſtias ſe converterent.* Vide ibi notas Noſtras. MUNCK.

10 FILIO IMMANI MAGNITUDINE JUSSERAT] Graeciſmus eſt, vide Voſſium, & Sanctium, qui hoc genus probant ex optimis ſcriptoribus. SCHEFF. Schol. Hom. ad Odyſſ. A. 576. Λέγει δὲ ὅτι ὃ Τιτυὸς τὸ σῶμα εἶχε ἐκτὸς πλέθρων, ὅτι κατέχει τόσον ἐπὶ τῆς ἐμέτρας γαῖάς. Adde Virg. AEn. V. 596. Ovid. IV. Met. 457. MUNCK.

11 QUI CUM CONATUS ESSET] Malim, *Quod cum.* MUNCK. Uſitatior eſt ejuſmodi ellipſis pronominis *id*, quam ut Munckeri conjecturae, *quod cum c. e.* ſubſcribere auſim. WOPKENS.

12 A JOVE FULMINE] Pindarus Pyth. Od. IV. à Diana ſagittis confixum canit. Schol. ὅτι ὁ ὑπὸ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος ἐτελεύτησε τοξευθείς, Φερεκύδης φησίν. Schol. Hom. ἐτοξεύθη ὑπὸ Ἀπόλλωνος. MUNCK.

13 ET SERPENS APPOSITUS EST] Mallem *appoſitus eſſe.* SCHEFF. Cl. Schefferus emendat, *appoſitus eſſe.* Et ſane ita poſtularet limatior ſyntaxis. Sed vide not. ad cap. 3. ubi parem habes anomaliam. Caeterum pro ſerpente *vulturem* nominant Virg. AEn. VI. Apollod. lib. I. Ovid. in Ib. vers. 181. Schol. Juven. ad Sat. XIII. 51. aliique. Alii duo vultures ei appoſuerunt, ut Lucillius Anthol. II. Τὸν Τιτυὸν καὶ γῆς δύο γῦπες ἔδουσιν. Et Propert. lib. II. el. 16. *Atque inter Tityi volucres mea poena vagetur.* Idque Homero auctore Odyſſ. A. 577. Quem ſecutus & Seneca eſt Thyeſt. vers. 10. *Viſceribus atras paſcit effoſſis aves.* nec non Ovid. X. Met. 43. *Nec volucres carpſere jecur.* Cum Hygino faciunt Scholia recentiora Pindari ad Olymp. A. Τιτυῷ ὃν φασὶ θεῶν μνηστῆρα ὕβρεως τὰ ἀπλέτα χρὴ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτημάτων κατιδόντα ἀναπαιζόμενα ἀεὶ καὶ τὸ πρόσωπον ἔχειν. MUNCK. Plerique duos, unum nonnulli ei adpoſuerunt vulturem. Tibull. I. 1. El. 3. vs. 75.

*Porrectuſque novem Tityus per jugera terrae*
*Adſiduas atro viſcere paſcit aves,*

Ad

eſt, [1] qui jecur ejus exeſſet, quod cum Luna recreſcit.

## LVI. *Buſiris.*

In AEgypto apud Buſiridem Neptuni filium cum eſſet ſterilitas, & AEgyptus annis novem ſiccitate exaruiſſet, ex Graecia [2] augures convocavit. [3] Thaſius Pigmalionis fratris filius Buſiridi monſtravit, inmolato hoſpite, venturos imbres, promiſſiſque fidem ipſe inmolatus exhibuit.

LVII.

Ad quos verſus elegantiſſ. Broukhuſius videndus, item Cloſan. ad Ovid. lib. IV. Met. vs. 456. Lutatius ad l. l. vs. 14. haec adnotat *ſecundum Homerum qui dicit, viſcera Tityonis gemino vulture exedi, non uno, ut Virgil. dicit.* Lucian. Dialogo XVII. Mort. I. 5. ὁ δ' Τύριος, ὦ Ἑρμῆ, παρὰ τὸν Τιτυὸν κατῳδεῖς, ὑπὸ τῶν γυπῶν κειρόμενον καὶ αὐτὸς τὸ ἧπαρ. Non poſſum non addere Apollodorum lib. I. pag. m. 13. de Apolline, κείνῃ δ' μετ' ὀλίγον καὶ ΤΙΤΥΟΝ. ὃς ὢν Διὸς υἱὸς, καὶ τὴν Ὀρχομενὸν θυγατέρα ΕΛΑΡΗΝ, ὡς Ζεὺς ἐκείνῃ συνῆλθε, δείσας Ἥραν, εἰς γῆν ἐκρύψε, καὶ τὴν γυναῖκα παῖδα Τιτυὸν ὑπερμεγέθη εἰς φῶς ἀνήγαγε. ὃν ἐχόμενον εἰς Πύθωνα Λητὼ διωκόμενον, πόθῳ καταχθεὶς, ἐκέντησε· καὶ δὴ τὴν παῖδας ἐκκαλεῖται, καὶ ΚΑΤΑΤΟΞΕΥΟΥΣΙΝ ΑΥΤΟΝ. κολάζουσι δὲ καὶ μετὰ θάνατον. ΓΥΠΕΣ γὰρ αὐτοῦ τὰ καρδίαν ἐσθίουσιν ἀεὶ ἀναφυομένην.

1 QUI JECUR EJUS EXESSET ] Schol. Stat. ad Theb. lib. I. 710. *Ab Apolline victus eſt, & deductus ad Tartara, cujus jecur à vultore tunditur* (Leg. tondetur) *in aeternitatem ſupplicii pullulantibus fibris.* Hoc ideo fingitur, quia jecur eſt libidinis ſedes. Vid. Horat. lib. I. Od. 25. vers. 15. Serv. ad AEn. VI. 596. Vett. Schol. in Perſ. Sat. I. vers. 26. & Horatii ad adductum locum. Heraclidem Alleg. Hom. p. 25. Achill. Tat. lib. VI. pag. 401. MUNCK.

## Ad CAP. LVI.

2 AUGURES CONVOCAVIT ] Puta, ſterilitas iſta, hoc eſt, fecit, ut convocarentur. Quanquam magis credam, ſcripſiſſe Noſtrum, *Convocati*, SCHEFF. *Buſiris* puta, quem ſuo more ex praecedenti narratione lectori ſubaudiendum relinquit. Vid. not. ad cap. 8. Cl. Schefferus cenſet ſcripſiſſe Hyginum *convocati*. MUNCK.

3 THASIUS ] *Thraſius*. MICYLL. Recte corrigit Micyllus, *Thraſius*. Sic enim habet Apollodorus lib. II. ubi rem enarrat. SCHEFF. *Thraſius*, quod volebat Micyllus, merito probat Schefferus. Vide Apollod. lib. II. pag. 104. Edit. Comm. Ovid. I. Art. A. vers. 651. Probus ad II. Georg. Virg. ἀπάνθρωπον illud ſacrum Pygmalionem ſuaſiſſe Buſiridi tradit. Caeterum pro *fratris* legebat *Vatis* Nob. Heinſius. MUNCK. Philargyr. ad III. Georgic. vs. 5. hunc vatem Pygmalionem Cyprium vocat & per octo annos AEgyptum ſterilitate laboraſſe refert. De hac fabula conſule Serv. ad VIII. AEn. 300. Broukh. ad Tibull. I. I. El. 8. vs. 25. Hunc *Buſirim* Neptuni & Anippes e Nilo natae filium vocat Plutarch. Parall. T. II. pag. 315. qui plura de Buſiride ex Agathone Samio refert. item Plut. in Theſeo T. I. p. 5. & de Herodoti malig. T. II. p. 857. Schol. Apoll. Rhodii lib. IV. vs. 1396. Lact. ad Statii XII. Theb. vs. 155.

## Ad CAP. LVII.

4 STHENOBOEA ] Ita ſcriptum hoc vocabulum etiam apud Juvenal. Sat. X. 327. Schol. Horat. ad lib. III. Od. 7. & Statianum interpretem ad Theb. lib. IV. vers. 586. Sic *Caſſiopeia* cum aliis, tum Hygin. Aſtron. II. 10. quae Graecis Κασσιέπεια. *Beronice* Juſtino lib. XXVI. 2. Schol. Juvenal. ad Sat. VI. vers. 157. quae illis Βερενίκη. Invenio tamen etiam Κασσιόπεια. apud Lucian. Περὶ Ὀρχήσ. pag 933. Edit. Bened. & Βερενίκη apud Theocrit. Eidyll. XVI. 107. quanquam Scaliger ad Manil. τὸ *Caſſiopeia* damnat. Servio *Stheneboea* eſt ad AEn. V. 118. ut Heſychio Σθενέβοια in Κορίνθου, & Apollod. lib. II. p. 70. Luciano in Dea Syriâ. *Antiam* cum Homero appellant Fulgentius lib. III. & Zenob. Cent. II. 87. Tzetzes in Lycophr. p. 5. Ed. Steph.

Ar-

## LVII. [4] *Sthenoboea.*

BELLEROPHON, cum ad [5] Proetum regem exul in hoſpitium veniſſet, adamatus eſt ab uxore ejus Sthenoboea: qui cum concumbere cum ea noluiſſet, illa viro ſuo mentita eſt, ſe ab eo compellatam. At Proetus, re audita, conſcripſit tabellas de ea re, & [6] mittit eum ad [7] Jobaten regem, patrem Sthenoboeae: quibus lectis, talem virum interficere noluit, ſed ad Chimaeram eum interſiciendum miſit, quae [8] tripartito ore flammam ſpirare dicebatur. [9] Idem [10] prima leo, poſtrema draco,

Αἰτία, ἡ καὶ Στενόβοια. ſcrib. Σθενόβοια. quomodo & apud Euſtath. legitur ad Iliad. 1. p. 488. Edit. Baſ. Libidinoſarum mulierum, quae ſceleſte criminatae ſunt eos, à quibus ſpretae erant, octo congeſſit exempla Muretus Var. Lect. lib. 1. cap. 12. quibus ego non pauca poſſem addere, ſi opus eſſet. MUNCK.

5 PROETUM REGEM] De eo vide Lactant. ad Statii 1. Thebaid. vs. 670. & ad III. Thebaid. vs. 453.

6 MITTIT E. AD JOB.] Tzetzes ad Lycophron. vs. 17. addit cauſſam Προῖτος ὁ αὐτοχειρία τῆτον ἀνιλεῖν σὺκ ἠθέλησε, καίτοι τὸ παλαιὸν ἰθαγενικρατεῖ, ΤΟ᾽ ΜΗ᾽ ΤΟΥ᾽Σ ΣΥΜΦΑΓΟ᾽ΝΤΑΣ ᾽ΑΛΛΗ᾽ΛΟΙΣ ΠΟΤΕ᾽ ΠΑΡ᾽ ᾽ΑΛΛΗ᾽ΛΩΝ ΘΝΗ᾽ΣΚΕΙΝ, εἰ μέτα τῆς ἀκουσίος συμβῆ. Διὰ τῆτ᾽ ὁ Προῖτος Βελλεροφόντῃ ἀνιλεῖν σὺκ ἠθέλησε. Ob eandem fere cauſſam Theſeus Hippolytum interficere noluiſſe videtur, nempe quod erat Hippolytus ἀνὴρ ἰμφύλιος. Ixion dicitur furiis fuiſſe agitatus, quod Socerum ſuum dolis, quos ipſe ei ſtruxerat, interemit, ejuſque caedem nec Dii nec homines expiare voluiſſe perhibentur, ut refert Schol. Apoll. Rhod. lib. III. Arg. vs. 62. qui, & Schol. Pindari O. Pyth. II. vs. 55. addunt, Ixionem fuiſſe primum, qui ἰμφύλιον ἔνδεσε ἀπέδειξεν. i. e. virum adfinitatis vinculo junctum. ſic ἰμφύλιον αἷμα de hac caede dixit Pind. O. Pyth. II. vs. 57. quomodo & ἰμφύλιον αἷμα pro ὁ πατρῷος φόνος dixit Sophocl. OEd. Col. vs. 403. ubi v. Schol. ſed, ut ad rem redeamus. Noſter lib. 2. Poët. Aſtronom. cap. 18. dicit duntaxat Proetum ipſum ſubplicium ſumere noluiſſe, quod cum dilexerat.

7 DIOBATEN] *Joabaten.* MICYLL. Perperam, ſcribe *Jobatam*, quomodo cum vocat infra c. 243. & in Aſtron. II. c. 10. Apollodoro lib. II. eſt Ἰοβάτης, quem ſecutus Micyllus putabat *Jobaten* ſcribendum. Sed altero modo illud a Graecum ſaepe vertunt Latini, ut, μηχανὴ, *machina.* φηγὸς, *fagus.* De qua re in de Permutatione litterarum. SCHEFF. Adhaeſit D ex praecedenti voculâ. Lege, *ad Jobatem* ex Servio, vel *Jobaten*, ex Apollodoro & Zenobio. Infr. cap. 143. *Sthenoboea Jobatis filia.* Ad formam tertiae inflexionis declinavit, ut *Alcidis*, *Thyeſtis*, *Oreſtis*, & alia id genus complura apud veteres gignendi caſu; niſi *Jobati* ibi ſcribere mavis. Nam *Jobates* ille etiam Ἰόβατος dictus eſt Graecis. Vide Pindari Schol. recent. ad Olymp. Od. XIII. Corruptiſſime *Adjuvarces* dicitur Schol. Statii ad lib. IV. Theb. vers. 589. *Proetus ad Adjuvarcem ſocerum ſuum miſit.* Tolle alterum *ad* & ſcribe, *ad Jobatem.* MS. habuit, *Adjuvatem.* Tiliobroga Fulgentium & Hyginum ſcribere *ad Chimaeram* annotat. Non vidit vitium. *Jovates* ſcriptum fuerat, ut apud Servium ad AEn. v. 118. pro *Jobates.* MUNCK. *Jobaten* ſcribendum eſſe docet Plutarchus, mox ad partes vocandus.

8 TRIPARTITO ORE] Quia triplex caput ei dederunt nonnulli. Vide Schol. Horat. lib. 1. Od. 27. MUNCK. Adde Palaephatum de Incredibilibus cap. 19. ὧν ὁ χίμαιρος, ὃς φασιν, ἰμαζόνιον μὲ λέων, ἐπιθεν ὁ δράκων, μέσῃ ὁ χίμαιρος. ὅτι ὁ δοκῶσι τοιῦτο γένος θηρίον, τρεῖς ἴχον κεφαλάς. ἀδύνατον ὁ λέοντος ὁμοία τροφὴ χρῆσθ.

9 IDEM PRIMA LEO] Quid, *idem*? an Chimaera? Inepte. ſcribendum meo judicio, *flammam ſpirare dicebatur identidem.* SCHEFF. Scribo, *item.* Occurrit idem vitium in Gloſſis Steph. *Idem*, ὁ αὐτός. *Idem*, ὡσεί. ſcribe, *Item.* Infr. cap. 82. *Item poma ei ſuper caput pendent: quae cum vult ſumere, rami vento moti recedunt. Item ſaxum ſuper caput ejus ingens pendet.* Cl. Scheffero legit & diſtinguit: *flammas ſpirare dicebatur identidem.* Sed forſan veravit Illuſtr. Heinſius, cum reſcribendum cenſuit, *id eſt.* MUNCK.

10 PRIMA LEO] Expreſſius hic verſiculus ex illo Heſiodi Theog. 323. vel Hom. Iliad. Z. 181.

co, media ipſa chimaera. Hanc ſuper Pegaſum ſedens, interfecit: & decidiſſe dicitur in [1] campos Aleios, unde etiam [2] coxas ejeciſſe dicitur. At rex virtutes ejus laudans, [3] alteram filiam dedit ei in matrimonium. Sthenoboea re audita, ipſa ſe interfecit.

## LVIII.

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. H. e. *capra.* Sed Hygino aſſutus à gloſſatore aliquo videtur. Certe adducit eum tanquam notiſſimum Hieron. Epiſt. Select. lib. II. 13. Edit. Canis. *Ut ex contrariis diverſiſque naturis unum monſtrum novamque beſtiam diceres eſſe compactam, juxta illud Poëticum: Prima leo, poſtrema draco, media ipſa chimaera.* Nimirum Lucretii eſt lib. v. pag. 675. Ed. Lambin. In Catal. Pith. lib. IV. dicitur *ore leo, tergoque caper, poſtremaque ſerpens.* Corruptus in hac fabula Servius ad AEn. VI. 288. *Chimaera Titonis & Cheldriae filia, ore leo, poſtremis partibus draco, media capra ſecundum fabulas fuit.* Scribe, *Typhonis & Echidnae filiâ* ex Hygini Geneal. Apollodoro, aliiſque. Idem ad AEn. V. vers. 118. In medio habuiſſe caprae caput, atque inde efilaſſe ignem ſcribit. Hinc ergo Ovid. IX. Met. 648. *Quoque Chimaera jugo mediis in partibus ignem, Pectus & ora leae, caudam ſerpentis habebat.* Schol. Horat. ad lib. I. Od. 21. in Crago monte Lyciae collocat hoc monſtrum. Quem refellere potes ex illo Ovidii loco. Habet tamen ille ſuos auctores. Vide Euſtath. ad Dionyſ. pag. 112. Ed. Steph. MUNCK.

1 CAMPOS ALIENOS] Lege *c. Aleios.* MICYLL. *Aleios* recte conjecit Micyllus pro *alienos*: quem ſecuti ſunt, qui deinde has fabulas vulgarunt. Cic. III. Tuſc. *Qui miſer in campis moerens errabat Aleïs.* Ἀλήϊον πεδίον dicti illi campi ἀπὸ τῆς ἄλης, quod ibi erraverit Bellerophon, ut vult Homeri Schol. ad Iliad. Z. 155. Tzetzes in Lycophr. p. 5. Καὶ δὴ παρὰ τὸ Ἀλήϊον κατενεχθεὶς Βελλεροφόντης, ἡ πέλτη ποδῶν τυφλὸς λαὸν τὸ πίστιος. Pro τυφλὸς an legendum χωλὸς? Non eſt neceſſe. Schol. recent. in Olymp. Pind. XIII. Φασὶ γὰρ ὡς βαλλόμενος παρὰ θεῶν ἀνακτᾶται σὺν τῷ Πηγάσῳ ἐξοιστρηθεὶς δ' ἔπτα παρὰ δ' Διὸς, πίπτει ἐς χωλὸν. καθ' ὅ τινες ἐν τυφλῷ ἐν ἐκπλανᾷ καθὸ τὸ Ἀλήϊον χωλὸς. Ovid. in Ib. vers. 257. *Quique ab equo praeceps in Aleïa decidit arva, Aleius ceſſpes* eſt Avieno Perieg. Adde quae obſervavit Ampliſſ. Spanhemius in de Numm. praeſtant. pag. 230. & Incomp. Heinſius ad Ovid. Ib. vers. 257. Heſych. & Etymol. in Ἀλήϊον. MUNCK. Conſule tu Schol. Homeri Iliad. VI. vs. 155. Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. vs. 867. & Schol. Pind. O. Iſthm. VII. vs. 66. e quibus haec hiſtoria ſupplenda eſt. Fabula vero haec orta eſt ex hiſtoria, quam egregie inluſtrat Plutarchus in *De Virtut. Mulier.* Tom. II. pag. 247, 248. qui omnino conſulendus, nam cauſſam docebit, etiam inter alia egregia, cur equi Pegaſi alati fabula ad velificationem referenda ſit, ut optime monuit ex Palaephato & Lutatio ad Stat. Cel. Burm. ad Ovid. lib. IV. Met. vs. 784. & Tzetzes ad Lycophron. vs. 17. p. m. 4. Praeterea Juvenes ſciant, oportet, Poëtas navibus etiam dediſſe alas pro velis. Sic Homerus Odyſſ. Δ. vs. 124. —— τάχι πλιεῦ νῆσι πίλνῃ. Eurip. Helen. vs. 146.

Οὐκ ἦν νεὼς πτέλαμα· ἢν θέλον πλεῦσαι.

Sic ἐπτερωμένον de navi Paridis, ſive Alexandri, velis armata intelligit Tzetzes ad Lycophron. vs. 85. Sic *velorum pandimus alas* dixit Virgil. III. AEn. vs. 520. ubi vide Serv. qui ad lib. VI. vs. 19. per *remigium alarum* vela navis intelligit. De Neptuno canit Virg. I. AEn. vs. 160.

—— *Caeloque invectus aperto*
*Flectit equos, curruque* VOLANS *dat lora ſecundo.*

Ubi Servius. *Non per coelum vectus, ſed coelo jam ſereno vectus per maria.* quomodo etiam fere Bellerophontes Pegaſo alato vectus dici poteſt *voluſſe.* Hoc autem verbum *volare.* & de equitantibus & de navigantibus adhiberi ſolet. Livius lib. I. cap. 57. *Omnes citatis equis* ADVOLANT *Romam.* Sic de ipſorum equorum citiſſimo curſu Homerus Iliad. Υ. vs. 449.

Ἀργεῖοι δ' ἐν ἀγῶνι καθήμενοι εἰσορόωντο
Ἵππους, τοὶ δ' ΠΕΤΟΝΤΟ κονίοντες πεδίοιο.

& vs. 506. —— Τὼ δ' ἀμφὶ δολιχὴν ΠΕΤΕΣΘΗΝ. Odyſſ. O. vs. 192. —— Τὼ δ' ἐν ἄκοιτις πετέσθην. Pro navigare Virgil. l. III. AEn. vers. 124.

*Linquimus Ortygiae portus, pelagoque volamus.*

De ipſa navi uſus Euripides in Medea vs. 1.

Εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ ΔΙΑΠΤΑΣΘΑΙ σκάφος
Κόλχων ἐς αἶαν, κυανέας Συμπληγάδας.

Πτερυγὶ κώπᾳ, i. e. volans remus, in Helena vs. 673. & ſic fere omnia vocabula e re equeſtri de-

## LVIII. *Smyrna.*

4 SMYRNA 5 Cinyrae Aſſyriorum regis & 6 Cenchreidis filia, cujus ma-

deſumta ad rem nauticam tranſtulerunt poëtae. ut *μάστιγι ἐλάσσειν ἵππους* proprie Homer. Iliad. Θ. vs. 45. Iliad. Ψ. vs. 500, 536. Iliad. Ω. vs. 691. unde neutraliter pro equis vehi. V. inl. Spanh. ad Callim. H. Dian. vs. 141. ad naves jam tranſtulit ipſe Homerus Odyſſ. N. vs. 169. Apollon. Rhod. l. 1. Arg. vs. 4. adde inl. Spanh. ad Ariſtoph. Nub. vs. 25. *ἰθύνειν* contra, quod proprie de navium gubernatore, unde *ἰθυντὴς*, gubernator. v. Schol. Apollon. Rhod. lib. IV. vs. 1260. & inl. Spanh. ad Callim. H. Jov. vs. 83. pro *currum regere* dixit Apollon. Rhod. lib. 1. vs. 753. nec non Euripides in Phoeniſſis vs. 184. Plura hujuſmodi exempla dabunt Freinshem. & Dukerus ad Florum lib. II. cap. 2. §. 35. e quibus patet, per *Pegaſum alatum* facile *navem velocem* intelligi, & ſic omnes fabulas bene explicari poſſe, ſi modo Poëtarum allegorias habeamus perſpectas. ſic currus Pelopi a Neptuno datus, & alae, fuere navis, & vela. vide Tzetz. ad Lycophron. vs. 156. pag. 21. B. Sic de Perſeo Lactant. ad Statii 1. Thebaid. vs. 544. *Volatu dicitur veniſſe ad interficiendum Gorgona, quod ideo fingitur, quia navigio venit* &c. Pluribus aliis allegoriis deſcribunt naves Mythologi. Sic Hercules aenco lebete, aut juxta alios phiala vectus, ad Erythiam Hiſpaniae inſulam mare transgreſſus fuiſſe fertur. Vid. Athenaeus lib. XI. cap. 5. pag. 469, 470. Apollodor. l. II. p. 125. H. Junius lib. II. Animadv. cap. 3.

2 COXAS EJECISSE] Valde dubito, haec ſana eſſe; Senſus facile patet, at *ejicere coxas*, pro *luxare* vel *frangere* num dicatur, oſtendant nobis filii medicorum, quos nunc non eſt otium conſulere. Mallem ego hoc loco legere, *Coxas eliſiſſe*. SCHEFF. Lego, *eliſiſſe*. quod video etiam Scheffero, viro Cl. placere. *Elidere* eſt frangere. Nemeſ. Ecl. III. *Vix haec ediderat, decerpunt vitibus uvas, Et portant calathis, celerique illidere plenta Concava ſaxa ſuper properant.* Legerim & ibi *elidere*. Vellejus lib. II. cap. 4. *Ut quaedam eliſarum fauciun in cervice reperirentur notae.* Cyprian. Tract. 1. *Ne converſi elidant vos. Elidere* dixit, quod Matth. cap. VII. vers. 6. Graecus codex *ῥήξωσιν*, Vulgata tranſtulit *dirumpere*. Si non haec, certè vera lectio eſt illuſtris Heinſii *fregiſſe* Not. ad Ovid. lb. vers. 257. Sed idem ille Heinſius poſtquam haec ſcripſeram, à me forte ſalutatus, *ejicere* pro *luxare* alicubi à ſe lectum cum mihi narraret, conſului veteres medicos, ſi reperire poſſem. & reperi, ecce, apud Scribonium Largum Compoſ. 206. *Ad luxatum omne, & ejectum, & repoſitum, articulamentum benefacit.* Maneat ergo ſarta tecta Hygino lectio vetus. *Extorquere* eo ſenſu invenias uſurpatum in Fragm. Dalmat. Petron. & Sulpic. Sev. lib. 1. Hiſtor. Sacr. *decutere* apud Jul. Obſeq. *excutere* in lege Salicâ. MUNCK.

3 ALTERAM FILIAM] Quaenam eſt illa altera filia? *Anticliam* appellat Pind. Schol. ad Olymp. XIII. Unde facile perſuadeor ſcripſiſſe Hyginum *Anticliam filiam*, vel *alteram filiam Anticliam*. Nempe, ut alteram vocem omitteret librarius, ſimilitudo literarum fecit. Supr. cap. 45. *ut Philomelam alteram filiam ſibi in conjugium daret.* Quam Anticliam Pind. Schol. cum Hom. ad Iliad. Z. v. 153. *Caſandram*, Apollodor. lib. II. pag. 71. *Philonoën* facit, ut & Tzetzes in Lycophr. Scholiaſt. Stat. ad lib. IV. Theb. vers. 589. *Virtutem ejus laudans alteram filiam Alcbimenem ei dedit uxorem.* Legerim, *Anticliam*. MUNCK.

## Ad CAP. LVIII.

4 SMYRNA] Haec Latinis *Myrrha* dicitur MICYLL. Myrrha eſt Ovidio, Servio, & aliis. In ſcriptura tamen nihil mutandum. Vide indicem Giphani in Lucretium, voce *Smyrna*, & adde, quae notamus infra cap. 275. SCHEFF. Ita & cap. 271. & 275. Sed cap. 251. *Zmyrna* dicitur. Cap. 164. *Myrrha*, ut & apud Serv. ad AEn. v. 26. Nempe *Σμύρνα* & *Μύῤῥα* dicunt etiam Graeci: quorum poſterius Latini uſu ſuum fecerunt. Gloſſarium editum à Barthio Adverſ. Lib. XXVIII. 9. *Smirna vel mirrha Latinis dicitur.* Adde Servium ad Ecl. x. 18. Anton. Liberal. cap. 34. Athen. lib. XV. *Μύῤῥα δὲ ἡ Σμύρνα παρ' Αἰολεῦσι.* Tzetzes in Lycophr. *Μύῤῥα ἡ Θείαιο Δυγάτης ἰχθοιβ. αὕτη ἐραθεῖσα τοῦ πατρὸς, καὶ λάθρα μιγεῖσα αὐτῷ, καὶ ἴχνο-* (Leg. *ἔχνο-*) *χουμένη, αἰσθομένου δὲ πατρὸς, ἔῤῥαβε τῶν θεῶν εἰς ἱτέαν φύσιν μεταμορφῶσαι, ἵνα μήτε ζῶσαν εἶναι, μήτε μὴν τεθνεῶσαν. Ὅθεν εἰς δάκρυα αὐτὴν μετέβαλε,* (Leg. *μετέβαλον*) *τὸ ἀπ' αὐτῆς λεγόμενον, μύῤῥαν, ἤτοι σμύρναν αἰολικῶς.* Sed *σμύρνα*, quamvis AEolicum ſit, uſurpat tamen Matth. cap. 2. vers. 11. Aliter haec paulo narrat Theocrit. Schol. ad Eid. 1. vers. 107. *Κούρα δ' Ἀπόλ-*

mater Cenchreis ſuperbius locuta, quod filiae ſuae formam Veneri antepoſuerat. Venus matris poenas exſequens, Smyrnae infandum amorem objecit, adeo ut patrem ſuum amaret: quae ne ſuſpendio ſe necaret, nutrix [1] intervenit, & patre neſciente, per nutricem cum eo concubuit, ex quo concepit: idque ne palam fieret, pudore ſtimulata, in ſylvis ſe abdidit. [2] Cui Venus poſtea miſerta eſt, & in ſpeciem arboris eam commutavit, [3] unde myrrha fluit, ex qua natus eſt Adonis, qui [4] matris poenas à Venere eſt inſequutus.

## LIX.

Ἀτύλλιος δὲ καὶ Σμύρνης θυγάτηρ Μύρρα, ἥτις καθ' ὑμῶν Ἀφροδίτης ἀράσθη ὃ πατρὸς, ὅτι λύσασα τὰς τρίχας, ἀδὶ Ἀφροδίτῃ ἴφη ἔχειν τοιαύτας &c. Sub finem fabulae lege ibi, ἐφ' οἷς ἀχθομένη, ἢ αἰσχυνομένη, νύξασα εἰς ὁμώνυμον φυὴν μιξαλαγίωας. MUNCK. Vide Perizonium ad AElian. lib. XII. V. H. cap. 31.

5 CINYRAE ASSYRIORUM REGIS] Alii Cypriorum regem faciunt. Aſſyriorum tamen rex eſt etiam Apollodoro lib. III. SCHEFF. Apud Apollodor. Panyaſis *Thoantem* appellat. *Theiantem* Anton. Liberal. cap. 34. rectius. Atque ita ſcribendum Apollodor. Vide Euſtath. ad Iliad. A. p. 759. Ed. Baſ. De genealogiâ & regno hujus *Cinyrae* dixi ad Antonin. nonnulla, quibus non diſſimilia eſſe, quae lib. II. Cypri ſuae habet Meurſius, poſtmodum comperi. Ne quis tamen à me ejus ſcrinia compilata exiſtimet, moneo heic lectorem, eodem protuliſſe anno opuſculum illud Celeberrim. Graevium, quo meus prodiit Antoninus, tametſi novitatis gratiam aucupaturus Typographus annum CIↃ IↃC LXXVI. ei praefixerit. MUNCK. Conſulendus Celeb. P. Burm. ad Ovid. lib. X. Met. vs. 298. Munckerum Meurſii ſcrinia non compilaſſe pro certo habeo; ſed Apollodori locum jam dudum ante eum ex Oppiano ita emendaverat P. Leopardus lib. XX. Emendat. cap. 22.

6 CENCHREIDIS] Ita & Lactant. Argum. lib. X. Met. fab. 9. *Myrrha Cinyrae & Cenchreidis filia.* Gloſſa Codicis Neapolitani *Cenchreidem* dictam vult Cinyrae uxorem, quod pater ejus fuerit *Cenchrus.* MUNCK. Conſule Meziriac. ad Ovidii IV. Ep. Heroid. pag. 357, 358, 359, 360. & ſeqq

1 INTERVENIT, ET PATRE NESCIENTE] non cohaerent iſta. Suſpicor, ſcripſiſſe noſtrum, *nutrix intervenit. Ita patre neſciente* &c. Illud *ita* facile depravari potuit, propter litterarum proximae praecedentium ſimilitudinem. SCHEFF. Cl. Scheffer ſcripſiſſe noſtrum ſuſpicatur, *intervenit. Ita patre neſciente* &c. Quomodo tamen, quod in textu eſt, defendi poſſit, oſtendi ad cap. 8. MUNCK.

2 CUI VENUS MISERTA EST] Scio, genus hoc reperiri, & egit de eo Voſſius in libro de Conſtructione cap. 39. Sed cum alibi noſter aliter, paene ſuſpicor, & hic ſcribendum eſſe, *cujus Venus.* SCHEFF. Vid. Mariang. de Fano Benedicti Auctar. Epiſt. 4. Servium ad AEn. 1. v. 601. Edit. Fabric. Voſſium Conſtruct. cap. 30. Diomedes lib. I. *Moderor, miſereor tibi.* Cyprian. Tract. 1. *Nolite miſereri ſenioribus atque juvenibus.* Coripp. lib. I. *Supplicibus miſerere tuis.* Qui & *miſerari* cum dandi caſu jungit cum aliis locis, tum lib. II. *Sponte ſua dominus ſervis miſeratus egenis.* Auguſtin. Meditat. *Miſerere nobis, miſerere mihi peccatori*, & alia talia non pauca. Berkelius ſuum MS. exhibere *cujus* ait. Sed ego illud alterum Hygino puto eſſe non indignum. Vetus interpres Pſalm. 59. vers. 1. *Iratus es, & miſertus es nobis.* Math. XVII. 15. *Miſerere filio meo.* Siracidae XII. 3. *Miſertus eſt poenitentibus.* & 13. *Quis miſerebitur incantatori* &c. XXXVI. 14. *Miſerere plebi tuae.* Et ſic identidem ille. MUNCK.

3 UNDE MYRRHA FLUIT] Ovid. X. Met. vs. 500. *Eſt honor & lachrymis, ſtillataque cortice myrrha Nomen herile tenet. Lacrymas* vocat illum humorem, quem ſudat arbor, Graecorum more. Tzetzes ad Heſiod. pag. 20. Edit. Heinſ. Μύλλ τι μύξας, ἢ τὸ μύκλ- δάκρυ. Hinc *lacrymoſum ſtipitem* ei adſcribit Avienus Periegeſ. p. 421. Ed. Pith. *Prorumpit lacrymoſo ſtipite myrrha, Myrrha furor quondam Memyreus.* Lege, *Cinyreius.* MUNCK. Gummi, electra, & omnia aromata ex arboribus defluentia, Graecis dicuntur δάκρυα. Vide D'Arnaudtium lib. I. Lect. Heſychian. cap. 17. Herodot. l. II. cap. 96. τὰ δ' ἄλλα —— ἴσα ἐκ τῆς ἀκάνθης πιτοιημένα. τὸ δ' ΔΑΚΡΥΟΝ, κόμμι ἐστί. Hanc fabulam paullo aliter conflictam videre eſt in Plutarchi Parallelis T. II. p. 310, 311.

4 MATRIS POENAS A VENERE EST INSEQUUTUS] Quia editus, cum jam mater a Venere mutata eſſet in arborem. Vide Ovid. & Indicem. SCHEFF. Transferam huc, quae de hoc loco ad Anton. Liberal. cap. 34. notavi. Explicat Cl. Scheffer: *Secutus eſt, poſt eſt natus, quam*

pro-

## LIX. *Phyllis.*

Demophoon Theſei filius in Thraciam ad [5] Phyllidem in hoſpitium dicitur veniſſe, & ab ea eſſe amatus. Qui cum in patriam vellet redire, fidem ei dedit, ſe ad eam rediturum. Qui die conſtituta cum non veniſſet, illa eo die dicitur novies ad littus cucurriſſe, [6] quod ex eo [7] Enneados Graece adpellatur. Phyllis autem ob deſiderium Demophoontis

*puniretur mater.* At in Indice voce EXEQUI producit ex hoc capite, *exequi poenas matris.* Prorſus ut ego iſta interpretanda arbitratus ſum in meis ad Hyginum notulis. Nec ſententiam adhuc muto. Nam *inſequi poenas* videtur dixiſſe, ut *perſequi injurias* cap. 116. niſi ſi *exequi* referibere malis. Sed nihil opus eſt. Sic Aſtron. II. cap. 4. *Niſi Icarii mortem perſequuti, & eam ferent ulti.* Dares Phrygius: *Decreverunt injurias Trojanorum perſequi.* quod *defendere injurias* initio libelli ſui dixit. Lactant. Argum XI. Met. 9. *Ne ultra perſequeretur admiſſum.* Ita repone ex MS. Salluſt. Catil. 9. *Acceptâ injuriâ, igneſcere, quam perſequi, malebant.* & Jug. 14. *Tiaſne injurias perſequar.* Noſter cap. 140. *Matris poenas eſt executus.* Ad quem locum notavi: *Poenae matris ſunt, quas Python matri debebat.* Paria in Indice Cl. Scheffer. voce POENA. Sed cum *exequi* pro *ulciſci* ponatur, (vid. Gronov. ad Liv. lib. I. cap. 59.) rectius forte *poenas matris* dixeris illa mala, quibus mater à Pythone erat exagitata. Poena enim pro quovis malo nonnunquam ponitur. Lucan. lib. VIII. 195. *Mors ultima poena eſt.* Notanda haec locutio, *matris poenae à Venere.* Sic cap. 88. *Cupiens à fratre ſuo Thyeſte injurias exequi.* Utramque phraſin indici Hyginiano vellem inſeri. Sed quomodo, dices, ultus eſt poenas matris Adonis? Quod vivus ſui amore, mortuus dolore, Deam torſit. Ovid. de Adonide lib. X. Met. 524. *Jam placet & Veneri, matriſque ulciſcitur ignes.* Ita pridem commentabar. Nihil habeo, quod addam praeterea, niſi, dum intentius cogito, videri mihi illos ablativos à *Venere*, & à *Matre* etiam referri poſſe ad verba *inſequi* & *exſequi.* Certe paulo ſuperius in illis verbis: *matris poenas exequens.* & cap. 73. *Ut poſt ſuam mortem poenas à matre exequeretur. exequi* pro *exigere* poſuit. Juſtin. XLII. cap. 1. *Diu cupitam captivitatis ultionem exequuti ſunt.* Atque ita *poenae matris* erunt, quas Venus & Python matri debebant. Caeterum *inſequi* pro *exequi* uſurpavit etiam Juſtinus lib. XXXVIII. cap. 6. *Non delicta regum illos, ſed vires & majeſtatem inſequi.* Conſer notata ad cap. 119. MUNCK. De Adonide Ptol. Hephaeſtio lib. V. apud Photium pag. 486.

## Ad CAP. LIX.

5 Phyllidem] Sithonis filiam. Vide Servium ad Ecl. V. vers. 10. ubi hanc fabulam habes. Tzetzes ad Lycophr. pag. 80. Edit. Baſ. Steph. autem p. 87. Acamanti tribuit, quod alii Demophoonti. MUNCK.

6 Quod ex ea] Non ex ea, ita enim Phyllidis dici debuit; ſed quia novies cucurrit ad litus, Scribendum igitur, *ex eo.* SCHEFF. Ita repoſui ex conjecturâ Cl. Schefferi, pro *ex ea.* MUNCK.

7 Enneados] Aſſentior eruditiſſimo Meurſio, qui legendum cenſet, *Enneadei.* Graece namque eſt ἐννέα ὁδοὶ. Vide ipſum in de Reg. Athenienſium lib. III. c. 7. SCHEFF. Ἐννέα ὁδοὶ Meurſius. Quod cur cum Cl. Scheffero non probem, cauſam non habeo. Adde Nobil. Heinſii notas ad lib. III. Amor. vers. 37. Etymol. Magn. in Ἀμφίπολις. Coluthus Helenae raptu Ἰδομενῆα ἐννάκτιλον appellat: ad quem locum plura Brodaeus ſuppeditabit, quae hanc emendationem adſtruant. Adſtruit etiam, ut opportune me monuit Chriſtophorus Sandius, Henricus Valeſius. Ut Sandium ipſum audias, excerpam ex eius literis, quae huc faciunt. Eodem modo, inquit, locum hunc reſtituit Henricus Valeſius not. MSS. in Harpocrat. v. Ἀμφίπολις. Certe Harpocration d. l. de Amphipoli ſcribit, quod ἐκλήθη ἐννέα ὁδοὶ ἐκπεσοῦσα. De ea Thucydides lib. IV ſcribit, Agnonem οἰκίσαι, qui eo Athenienſes deduxit, urbem, prius ἐννέα ὁδοὺς dictam, vocalle Amphipolin. At idem Harpocration v. Ἐννέα ὁδοὶ Αἰσχίνης ἐν τῇ πρὸς Τιμαρχίδην ἐπιλογῇ. τοῦτον ἐν Θρᾴκῃ πρὸς τῷ Ἀμφιπόλει. Vide Diodorum Siculum lib. II. p. 117. & quae ibi iam laudatus Valeſius annotavit. MUNCK. Vid. Meziriac. ad Ovidii Epiſt. II. Heroid. pag. 197.

phoontis [1] ſpiritum emiſit. Cui parentes cum ſepulchrum conſtituiſſent, arbores ibi ſunt natae, quae certo tempore Phyllidis mortem lugent, quo folia areſcunt & [2] diffluunt. Cujus ex nomine folia graece [3] Phylla ſunt adpellata.

## LX. *Siſyphus & Salmoneus.*

[4] SISYPHUS & Salmoneus AEoli filii inter ſe inimici fuere. Siſyphus petiit ab Apolline, quomodo poſſet interficere inimicum, [5] id eſt, fratrem. Cui reſponſum fuit, ſi ex compreſſu Tyronis Salmonei fratris filiae procreaſſet [6] liberos, fore ultores: quod cum Siſyphus feciſſet, duo ſunt

1 SPIRITUM EMISIT ] Ἐξέπνευσεν, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα, ut loquitur Euangeliſta. Idem eſt *dimittere vitam* & *deponere animam* apud Nepot. in Annib. cap. 1. & 12. *Spiritum deponere* in veteri inſcript. apud Gruterum. *Dimittere animam* apud Martial. 1. epigram. 79. MUNCK.

2 DIFFLUUNT ] Mallem, *Defluunt*. *Defluere* eſt ſenſim decidere. Contrarium eſt *affluere*. Tertull. de Anim. cap. 51. *Vel affluit capillago, vel defluit*. Ita & *defluere capillus* dicitur apud Plinium. Sammonicus: *Defluit expulſus morbo latitante capillus*. Καταῤῥεῖν eadem notione uſurpant Graeci. Jer. cap. VIII. 13. Καὶ τὰ φύλλα καταῤῥύησαν. & ἀπορρεῖν Pſalm. 1. τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀπορρυήσεται. Vulg. interpres, *Folium ejus non defluet*. Et Eſai. cap. 1. vs. 30. *Cum fueritis velut quercus defluentibus foliis*. Loquitur ita quoque Theophylact. in Matth. cap. XV. Iſidorus Orig. XVII. 6. *Flores nominati, quod cito defluant de arboribus, quaſi fluores*. v. 35. *Unde & tunc folia arborum defluunt*. Non ignoro tamen nobiliſſ. Heinſium apud Prudent. obſervaſſe *diſſpuere* pro *deſpuere*, & *diſtruere* pro *deſtruere*. Quibus, ſi velis, poſſis vulgatam lectionem in Hygino defendere. Feſtus: *Amicinum utris pediculum, ex quo vinum diffunditur*. Lege, *defunditur* cum Leid. Cod. Item, *dirunciunt, depurgant*. idem Cod. *derunciunt*. MUNCK.

3 PHYLLA SUNT APPELLATA ] Servius: *Unde etiam Phylla dicta ſunt à Phyllide, quae antea Petala dicebantur*. Converſam Phyllidem in amygdalum fabulantur. Unde Phyllida bis dixit amygdalum Palladius Lib XIV. MUNCK.

## Ad CAP. LX.

4 SISYPHUS ] Frater Athamantis vocatur a Tzetze ad Lycophron. vs. 107. quem Athamanta AEoli filium fuiſſe vidimus cap. 1. vide Eumdem ad vs. 229. item Schol. Apollon. Rhod. l. III. Arg. vers. 1093, 1239. Hic Siſyphus dicitur fuiſſe rex Corinthi, verſutiſſimus vir, ac nequiſſimus. Conſule Schol. Sophocl. Ajac. vs. 190. Schol. Ariſtophan. Acharn. vs. 390. & Tzetzes ad Lycophron. vs. 980. & hinc domus Siſyphi apud Graecos valde deſpecta fuit. v. Broukh. ad Propert. lib. II. El. 17. vs. 12. Horum patrem AEolum non fuiſſe Ventorum regem, ſed quemdam apud Elidem dicit Servius ad VI. AEn. vs. 585. Ex AEolo Hellenis filio, in Theſſalia rege, & Enarete, Deimachi filia, Siſyphum eſſe natum docet Apollodorus lib. 1. p. 27, 41.

5 ID EST FRATREM ] Hoc non Hygini eſt, ſed gloſſatoris. SCHEFF. A gloſſa haec eſſe cenſet Cl. Scheffer. MUNCK.

6 LIBEROS, FORE ULTORES ] Mallem, *liberos, eos fore ultores*. Illud *eos* ſimilitudo literarum praecedentium abſumpſit, quod apud Noſtrum ſaepe accidit. SCHEFF.

7 UT RESCIIT * ] Deeſt heic, ut recte obſervat Cl. Scheffer, quid in Tyronem perpetrarit. MUNCK.

8 QUI NUNC D. S. ] Videtur deeſſe aliquid. MICYLL. Satis liquet, deeſſe quidpiam de crudelitate ejus in Tyronem. SCHEFF.

9 PROPTER IMPIETATEM ] Servius ad AEn. VI. 614. quod Deorum conſilia publicarit. Homer. Schol. Iliad. A. 180. & Z. 153. quod Aſopo, filiae ejus eſſe raptorem Jovem, indicaverit. Atque ita etiam Apollod. lib. 1. pag. 33. & Schol. Horat. ad Od. 14. lib. II. Quod crudeli latrocinio homines praegravans ingenti ſaxo necaret; Schol. Statii ad lib. II. Theb. 380. Quod Plutonem deceperit; Schol. Pind. ad Olymp. Od. 1. pag. 104. Edit. Francof. Si impietas & ea dicenda eſt, etiam vinxit Plutonem, apud Euſtath. in Il. Z. pag. 487. Ut multum varient in hac fabula veteres, conſtat tamen inter omnes illum iſtum longum laborem ſuum malarum artium retuliſſe mercedem. Nota eſt vetus illa paroemia, Σισύφου μηχαναί. Syneſius Epiſtol. 121. Σὶ Κύκλωπα μὲν ὄντα τῇ τέλμῃ, Σίσυφον δ τοῖς ἰσχυρίσμασι δίκη

ſunt filii nati: quos Tyro mater eorum, ſorte audita, necavit. At Siſyphus[7] ut reſciit *, [8] qui nunc dicitur ſaxum, [9] propter inpietatem, [10] adverſus montem ad inferos cervicibus volvere, quod cum ad ſummum verticem perduxerit, rurſum deorſum [11] poſt ſe revolvatur.

## LXI. *Salmoneus.*

SALMONEUS [12] AEoli filius, Siſyphi frater, cum tonitrua & fulmina imitaretur Jovis, [13] ſedens [14] quadrigam faces ardentes in populum mitteret, & cives, ob id à Jove fulmine eſt ictus.

## LXII.

δίκη μετῆλθε. MUNCK. Scholiaſtae Homerici ſententiam firmat Tzetzes ad Lycophron. vs. 175. p. 24.

10 ADVERSUS MONTEM A. I. C. V.] Virgil. III. Georg. vs. 39. - *non exſuperabile ſaxum* ubi Serv. *Quod contra mentem Siſyphus volvit. & NON EXSUPERABILE dixit, non quod ſuperari non poteſt, ſed quod exſuperare non valet ſummum montis cacumen.* Vid. Ciceron. I. Tuſcul. qu. 5.

11 POST SE ] pro, *poſt eum.* Vide indicem. SCHEFF. H. c. *poſt eum.* Coippus lib. 1. *Somnus ſe veniente fugit*, pro *eo.* Fulgent. lib. III. 10. *Ne ſe converſus aſpiceret*, pro *eum.* Noſter Aſtron. II. 15. *Sibi lapide & ferro digitum vincire juſſit.* Capitol. Pertin. cap. 3. *Et ſeditiones quidem contra ſe compeſcunt.* Vide ibi Salmaſ. Ita contra *eum* pro *ſe* poſuiſſe eundem in vita Maximi & Balbini cap. 12. obſervat Caſaubonus. Adde Heinſii Apol. adverſus Croium pag. 108. Eraſmum in verbis Cypriano peculiaribus. Caeterum Siſyphi hoc ſaxum tantum fuiſſe ait Schol. Hom. ad Il. A. 180. quantum fuerat illud, in quod ſe, ne ab Aſopo deprehenderetur, transformaverat Jupiter. MUNCK.

## Ad CAP. LXI.

12 AEOLI FILIUS ] Apollodor. de AEolo lib. 1. pag. 21. Edit. Comm. Καὶ γήμας Ἐναρέτην τὴν Δηιμάχου, παῖδας μὲν ἐξέλιπεν ἐπ' αὐτῇ, Κρηθέα, Σίσυφον &c. Lege, Κρηθέα. Schol. Pind. ad Pyth. Od. 4. pag. 204. Edit. Francof. Λέγει δ μέντοι Κρηθεῖ ὁ Σαλμωνεῖ Ἐναρέτα &c. ſcripſerim, Ἐναρέτη ex Apollodoro. MUNCK. De hoc *Salmoneo* conſule Apollodor. lib. 1. p. 43. & Salmaſ. de L. Hell. pag. 307. & Joh. Ludov. de la Cerda ad Virgil. lib. VI. AEn. vs. 585. ad hanc fabulam adluſit Lucianus in Timone §. 25.

13 SEDENS ] *& aſcendens* videtur legendum eſſe. MICYLL. Bene, ac ſicut apud Livium eſt *inſidere templum*, apud Tacitum *inſidere aram.* Liquetque prorſus ex hoc loco, etiam *ſedere* activorum habere naturam. Vide Sanctium p. m. 187. Poſſet autem hic videri, ſcribendum, *ſedensque quadrigam.* Sed occurrunt alia ſimilia his apud Noſtrum. SCHEFF. Deeſt ante haec verba &, quod huc revocandum videtur ex ſequentibus. Nam τὸ *cives* interpretamentum τῦ *populum* eſſe ſuſpicor, quanquam notavi jam ſuperius ad cap. 4. illam copulam ſaepe à Noſtro omitti. Vet. Epigram. quod Senecae tribuitur: *In populum ſic tu verba maligna jacis.* Micyllus corrigi volebat, *& aſcendens quadrigam.* Sed nihil eſt mutandum. Epitaphio Apollinaris Sidonii: *Summi pontificis ſedens cathedram.* Ad quem verſiculum conſule Savaronem, ſi huius locutionis exempla deſideres: quibus nos haec addimus. Fulgent. lib. III. *Quidem equum ſedet, n. ſi Pegaſum?* Lactant. ad Stat. Theb. IX. *Tydei equus, quem Hippomedon ſedebat.* Gregor. Dial. lib 7. *Quia Conſtantius presbyter equum, quem ſedere conſueverat, vendidiſſet.* Et lib. III. cap. 2. *Equum, quem pro magna mariſuetudine conjux ejus ſedere conſueverat.* Apul. X. Mileſ. *Quibus protinus dignitatis jure conſueta loca reſidentibus.* Spart. Adrian. cap. 22. *Sederi equos in civitatibus non ſivit.* Vide ibi Caſaub. MUNCK. Imitatio Graecorum Sophocl. Ajac. vs. 249.

Ἢ δοὺς ἡρίστας
ζυγὸν ἐξώμους
Ποδοκόμῳ καὶ μαθήσας.

ubi Triclin. μὴ λάβῃς ἵνα τὸ ζυγὸν ἔξωθεν τὸ ἵνα. ἀλλ' ἵνα λέγει ἐξώμους ζυγόν. καθάπερ γὰρ καθέδρας φαμέν. quomodo καθέδρᾳ ἵππου dixit Eurip. Heraclid. vs. 55. in Helen. vs. 1114. Μενέλαε, καὶ δάκρυ ἐπίζυγον ἀναδάκου.

14 QUADRIGAM ] Numerat hoc inter plebeias locutiones Schoppius in Infamia Famiani. Vide quae a nobis dicta ſunt in de Re Vehiculari lib. II. c. 11. SCHEFF.

Ad

## LXII. *Ixion.*

[1] IXION Leontei filius conatus eſt Junonem comprimere. Juno [2] Jovis juſſu nubem ſubpoſuit. Quam Ixion [3] Junonis ſimulacrum eſſe credidit. ex ea nati ſunt [4] Centauri. At Mercurius, Jovis juſſu, Ixionem ad inferos in rota conſtrinxit, [5] quae ibi adhuc dicitur verti.

## LXIII.

## Ad CAP. LXII.

1 IXION LEONTEI FILIUS] Phlegyae alii. MICYLL. Valde dubito de integritate hujus lectionis. Nam alii plerique filium faciunt *Antionis*. SCHEFF. Non immerito de integritate hujus lectionis dubitat Cl. Scheiferus. Schol. Pind. ad Pyth. Od. 11. ubi varias Ixionis genealogias refert, Leontei nullius meminit. Τὸν δὲ Ἰξίονα, inquit, οἱ μὲν Ἀντίονος γεγενῆσθαι, ὡς Αἰσχύλος. Φερεκύδης δὲ Πεισάνορος. ἔνιοι δὲ Ἄρεως. οἱ δὲ Φλεγύου. Quicunque illi ſunt, Phlegyae filium cum illis facit etiam Hom. Schol. ad Iliad. A. 268. Serv. ad AEn. VI. 618. Lactant. ad Stat. lib. IV. 539. MUNCK. Schol. Apollon. Rhod. lib. III. vs. 62. docet ab Euripide Phlegyae, a Pherecyde AEtonis perhiberi filium. ſed locum ipſum adferam. Τὸν Ἰξίονα παρείληφεν, ὅτι δοκεῖ ἐπιχειρηκέναι τῇ Ἥρᾳ. Φλεγύου δὲ υἱὸς Ἰξίων, ὡς καὶ Εὐριπίδης. Φλεγύου μὲν οὖν φησὶ τὸν Ἰξίονα. Φερεκύδης δὲ, Αἴτωνος. φησὶ δὲ, ὡς γαμήσας Δῖαν τὴν ΗΙΟΝΕΩΣ. (Diodorus Siculus eum adpellat *Heſioneum*, alii *Deioneum*. v. Cl. Weſſeling ad Ed. Simſonii Chron. A. M. 2620.) θυγατέρα, πολλὰ ὑπέχειν ἐώσειν δῶρα. (more Antiquis uſitato. Conſule Celeb. Perizon. ad AElian. lib. IV. V. H. cap. 1. & Potter. ad Lycophron. vs. 549.) ἐλθόντα δὲ ἐπὶ ταῦτα τὸν Ἠϊονέα, βίᾳ θέρον ποιήσας καὶ συναρπάσαι, σκιρπάζει αὐτὸν λεπίσι ξύλοις καὶ κάτω λιπεῖν. ὑποσπὼν δὲ ὁ Ἠϊονεὺς ἀπώλυσαν. λύσας δὲ τῷ Ἰξίονι ἐπέστειλε διὰ τάδε, καὶ ὑβρίζειν ἀνιήσας, ὅτι θεόν, ὅτι ἀνδρόκτας. τρῶτος δὲ ἱκετεύσαντι ἄνδρα ἀτέκμηνεν. ἱλάσας δὲ αὐτὸν ὁ Ζεὺς ἀγνίζει, καὶ ἀγνισθεὶς ἐράσθη τῆς Ἥρας. ὁ δὲ Ζεὺς νεφέλην ὁμοιώσας Ἥρᾳ, συγκοιμίζει αὐτῷ, καὶ ὕστερον ποιήσας ΤΕΤΡΑΚΝΗΜΟΝ ΤΡΟΧΟΝ, καὶ δησάμενος αὐτὸν τιμωρεῖται. Pind. O Pyth. 2. vs. 73. vocat τετράκναμοι δεσμοὶ, ubi v. Scholia.

2 JOVIS JUSSU] Aſſentior Barthio, qui legendum ex antiquis ſchedis putat: *Juno Jovis juſſu ſimulacrum nubem ſuppoſuit, quam Ixion Junonem eſſe ratus, coiit.* Niſi malis caeteris ſervatis, *q. Ixion Junonem eſſe credidit.* SCHEFF.

3 JUNONIS SIMULACRUM ESSE] In ſchedis MS. haberi ait Barthius Adverſ. lib. VI. 22. *Juno Jovis juſſu ſimulacrum nubem ſuppoſuit, quam Ixion, Junonem eſſe ratus, coiit.* At lib. VIII. 6. ex conjectura emendat, *Quam Ixion ignarus eſſe ſimulacrum coiit.* Ego cogitaveram aliquando, *Quam Junonem, non ſimulacrum eſſe credidit*; ut lectori ſubaudiendum relinquat, *atque ita coiit.* Schol. Hom. Μιγεὶς τῇ νεφέλῃ ὡσανεὶ τῇ Ἥρᾳ, ἔχει παῖδα Κένταυρον. ἀφ' οὗ τὸ Κενταύρων γένος. Plenius rem narrat idem Schol. ad Od. Φ. 304. Fulgent. Lib. II. cap. 17. *Illa nubem ornavit in ſpeciem ſuam, cum quo Ixion coiens, centauros genuit.* Ut autem tantum flagitium auſus fuerit, ebrietas fecit. Ita jocatur Lucianus, apud quem Jupiter: Εὖγε, inquit, ὁ κακοδαίμων Ἰξίων ἐμοὶ αὐτὸν, καὶ μάχεται τῇ Ἥρᾳ γάμων; τοσοῦτον ἐμεθύσθη ὑπὸ νέκταρος. Furori adſignat Pind. Schol. ad Pyth. Od. 11. MUNCK.

4 CENTAURI] Serv. ad AEn. VIII. 293. *Pindarus ipſum, cum equas paſceret, inceſtaſſe eas, inde Centauros natos dicit.* Adde Etym. magnum in voce Κένταυρος. MUNCK. Centauros Ixionis & Nubis filios eſſe docet Serv. ad VI. AEn. 286. & ad VIII, 293. praeter Chironem Centaurum Saturni filium, ut Tzetzes ad Lycophron. vs. 1200. Quamquam Suidas in primo Theſſalicorum Chironem Ixionis filium adpellat. Conſule Schol. Apoll. Rhod. Lib. II. vs. 1235. ubi varias de Chironis ortu videbis opiniones. Schol. Pindari ad O. Pyth. 11. vs. 82. uti & Schol. Homeri, a Munkero citatus, refert, Ixionem ex Nephele habuiſſe filium Centaurum, qui equas Theſſalas ad radices montis Pelei, (ad Oſſam & Pelion Centauros ſuas habuiſſe ſedes, docet etiam Cl. Burm. ad Val. Flacc. l. IV. Arg. vs. 280. de Pelio Centaurorum ſede etiam Philoſtrat. lib. II. cap. 3. de Iconibus) inceſtavit, & unde Centauri, duplici forma inſignes, ſuperiore parte patrem, inferiore corporis parte matrem referentes nati ſunt. Quomodo vero de Centau-

ris

## LXIII. *Danae.*

DANAE Acriſii & [6] Agamippes filia. Huic fuit fatum, [7] ut, quod peperiſſet, Acriſium interficeret. Quod timens Acriſius, eam in muro lapideo praecluſit. Jovis autem [8] in imbrem aureum converſus, cum Danae concubuit, ex quo compreſſu natus eſt Perſeus. Quam pater ob ſtuprum, incluſam [9] in arca cum Perſeo in mare dejecit. Ea voluntate Jovis delata eſt in inſulam Seriphum, quam [10] piſcator Dictys cum

ri fabula intelligenda ſit, docebunt Palaephatus de Incredibilibus cap. 1. & Servius ad Virgil. III. Georg. vs. 115. Centauri ſtatuam profert Calliſtratus ſtat. 12.

5 QUAE IBI ] Lege *quā* cum Nob. Heinſio. MUNCK. χαλκέους ἕιρμοῖς ad rotam religatum eſſe Ixionem dicit Apollonius Rhod. l. l. per tortos *Ixionis angues* haecne vincula intellexerit Virgilius lib. III. Georg. vs. 38. an vero pro *angues*, *orbes* reſtituendum ſit, Lector dijudicet ex iis, quae in Obſerv. Miſcell. Nov. & Dec. 1733. pag. 309. & ſeqq. diſputavit Vir doctiſſimus. Addat Tibullum l. 1. Eleg. 3. vs. 73.

*Illic Junonem tentare Ixionis auſi*
*Verſantur* CELERI *noxia membra* ROTA.

Ubi plurimos Auctores de Ixionis poena graviſſima agentes ad partes vocat Broukh. qui conſulendi ſunt, & Schol. Eurip. Phoeniſſ. 1192. Schol. Soph. Philoct. 677. Ixionis rotam in ſiderum numerum relatam nonnulli docent, vid. Theon. ad Aratum p. 45. ad quod reſpicit forſan Philoſtratus lib. VI. cap. 40. de Apoll. Tyan. de Ixione loquens, Ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν τροχῷ ἐπικαιρίνῳ δι' ἀρτῆ κάμπτεται. vide & lib. VII. cap. 12. Hanc poenam tamen aliquando ceſſaſſe in inferno, ut animum reficeret Ixion, etiam finxerunt poëtae. v. Cerdam ad Virg. lib. IV. Georg. vs. 484.

## Ad CAP. LXIII.

6 AGANIPPES ] *Eurydicen* eam appellat Apollod. lib. II. pag. 68. Schol. Apollon. ad lib. IV. vs. 1090. & Tzetzes in Lycophr. pag. 135. MUNCK. Genus Danaes paternum recenſet Schol. Euripidis Hecub. vs. 887. Fabulam refert etiam Servius ad VII. Aen. vs. 372. & Lactant. ad Statii VI. Theb. 286.

7 UT QUOD PEPERISSET ACRISIUM TOLLERET] Ἀντὶ τοῦ *interfecturum eſſe.* Sic Fulgent. lib. III. *Promittens ei, ut eum participem regni efficeret.* Adde Not. ad cap. 130. Lactant. ad Stat. lib. I. 255. *Acriſius pater Danaes, qui oraculum acceſſit cauſam mortis ſibi futuram, quia ex filia naſceretur.* Lege *qui* pro *quia.* MUNCK.

8 IN IMBREM AUREUM CONVERSUS ] Abbas Columbanus: *Non Jovis auri fluxit in imbre: S.d quod adulter obtulit aurum, Aureus ille Fingitur imber.* Fulgent. lib. I. *Danae imbre aurato corrupta eſt non pluvid, ſed pecuniâ.* Lepide Donatus ad Terent. Eun. III. 5. *Quod in gremium Danaae Jupiter ut ſplendidus imber illabitur, nonne videtur meretrix dicere adoleſcentibus, illam partem auctore Jove inauratam fuiſſe?* Lact. lib. I. cap. *Danaen violaturus aureos nummos in ſinus ejus effudit.* Non. Dionyſ. Ἀλλὰ καὶς Περσεὺς ἐλεύσεται, ἐκ δὲ χρύσου ἐρώτων χρύσεος εἰς γάμους ἦλθε, καὶ ἀ φλογέης ἐδάκρυσε. Anthol. lib. VII. 198. Ἀργεῖ σοι χρυσὸς ; ἔρωτες ἐκ Δανάης. Hinc χρυσοτόκος Perſeus non inficete dicitur Tzetz. in Lycophr. p. 135. Pindarus ἰδίως λέγει τὸν Δία ὕσαι χρυσὸν ὑπὲρ τῆς Ἀλκμήνης ἐμίγη. Schol. Pind. ad Iſthm. Od. VII. Adde Iſidor. Etym. VIII. cap. XI. Auguſtin. C. D. XVIII. 13. MUNCK. Vide Athenaeum lib. XIII. cap. 2. p. 566. Alii Proetum cum Danae concubuiſſe ferunt. vide Apollodor. lib. II. p. 89.

9 IN ARCA ] Λάρνακα appellant Graeci. *Scrinium* non male vertit Schottus Cent. I. 41. Zenob. ubi hanc fabulam narrat. Gloſſ. Cyrill. Λάρναξ, *arca, riſcus. Riſcus* autem eſt *ſcrinium* in Gloſſis Latinis. MUNCK. Adde Triclin. ad Sophocl. Antigon. vs. 956.

10 PISCATOR DICTYS ] Conveniens quidem piſcatori id nomen, ſed praeter Apollod. lib. II. pag. 72. Tzetz. ad Lycophr. vs. 838. & Zenob. Cent I. 41. etiam Hom. Scholiaſtes ad Iliad. ξ. 319. Dictyn Polydectae regis fuiſſe fratrem refert. Σωϊδὼ, inquit, τὸ παιδὶ ἀναιρεθέντι ὑπὸ Πολυδέκτου (Leg. Πολυδέκτη) ἢ ὡς ἄλλοι φασὶν, ὑπὸ Δίκτυος ἢ ἀδελφοῦ Πολυδέκτου. Lege & hic Πολυδέ-

cum inveniſſet, [1] effracta, vidit mulierem cum infante, quos ad regem Polydectem perduxit, qui eam in conjugio habuit, & Perſeum educavit in templo Minervae. Quod cum Acriſius reſciſſet, eos ad Polydectem morari, repetitum eos profectus eſt. [2] Quod cum veniſſet, Polydectes pro eis deprecatus eſt. Perſeus Acriſio avo ſuo fidem dedit, ſe eum numquam interfecturum. Qui cum tempeſtate retineretur, [3] Polydectes moritur. Cui cum funebres ludos facerent, Perſeus diſco miſſo, quem ventus diſtulit in caput Acriſii, [4] & eum interfecit. Ita, quod voluntate ſua noluit, deorum [5] factum eſt. Sepulto autem eo, Argos profectus eſt, [6] regnaque avita poſſedit.

LXIV.

κλε. Πολυδώκης enim Pollux eſt. *Polydectae* nomen reſtituendum quoque Servio ad AEn. VI. 286. ubi corrupte *Polydiotes* appellatur. Suſpicabar aliquando gignendi caſu *Dictyos* ſcripſiſſe Hyginum. Eſſet ergo *piſcator Dictyos*, ἁλιεύς τις Δίκτυος. Ut illud non valde vero diſſimile tunc viſum fuit, ita nunc nullus dubito, quin piſcator ille natus ſit ex verbis Pherecydis apud Apollon. Schol. ad lib. IV. vers. 1090. Καὶ ἐξέλκει αὐτὰς Δίκτυς ὁ Πιερώνης, ἁλιεὺς ἁλιεύων. Nihil ergo mutandum. Quanquam Germanici Scholiaſtes in Perſeo, qui ita, ut Hyginus, inventam à piſcatore Danaen, & oblatam regi Polydectae, ſcribit, Dictyos nomen non addit, ut nec Lactant. ad Stat. Th. lib. II. vers. 220. MUNCK. Adde Celeb. P. Burm. ad Ovid. III. Met. vs. 615. Paullo aliter refert haec Schol. Apoll. Rhod. l. IV. vs. 1515. Περσέως ἐν Σεριφῳ μὲν τὴν μητέρα Δανάην παρὰ ΔΙΚΤΥΙ τῷ Πόντου, ΠΟΛΥΔΕΚΤΗΣ ὁ ΔΙΚΤΥΟΣ ὁμομήτριος ἀδελφὸς βασιλεὺς Σεριφου τυγχάνων, ἰδὼν τὴν Δανάην, ἠράσθη αὐτῆς, καὶ ἔσχε ὡς συγκοιμηθῆναι. & Strabo libro X. p. 747. αὐτὴν (Δανάην) Πολυδέκτης ὁ βασιλεὺς ΑΚΟΥΣΑΝ ἀγάγοιτο πρὸς γάμον, συμπεμπόντων αὐτῷ Σεριφίων (Σεριφίων) vide & Tzetz. ad Lycophron. l. l. De Dictye & Polydecte fratribus latius diſputavit idem vir eximius ad Ovid. lib. V. M. vs. 241. Ceterum *Dictyes* plures fuere. fuit Neptuni & Agamedes filius, Noſtro fab. 157. vocatur & Dictys Iſidis alumnus, quae caepas captans in Nilum incidit, & periit. Plut. in Iſide & Oſir. Tom. II. pag. 353.

1 Effracta ] C. Tollius, *effractâ ed.* MUNCK.

2 Quod cum veniſſet ] *Quo cum v.* Sic enim, & ſupra poſitum erat. MiCYLLus. Micyllus, *quo cum veniſſet.* Sed nil eſt mutandum. Vid. ſup. c. 16. SCHEFF. Tametſi ſecus videtur Cl. Scheffero, puto tamen rectius eſſe, quod Micyllus volebat, *quo cum* &c. Sic cap. 64. *Eo cum veniſſent.* & cap. 91. *Quo cum fatellites miſſi veniſſent.* MUNCK.

3 Polydectes moritur ] Hoc verius ſane, quam quod in lapidem ex conſpectu Gorgonei capitis cum converſum Apollodorus, Pherecydes, Zenobius, & Ovid. lib. V. Met. 249. fabulantur. quos tamen ſequitur Noſter cap. 64. MUNCK.

4 Et eum interfecit ] Barthius putabat, ſcribendum, *avum interfecit.* Sec hoc longius videtur recedere, praeterea nulla emphaſis hic neceſſaria, ut *avum* ſcribere debuerit. Mallem, *in caput Acriſii, ita eum interfecit.* Sane illud *ita* majori elegantia & emphaſi hic legitur. SCHEFF. Cl. Schefferus, *ita eum.* Barth. ex MS. *avum.* quod firmatur quodammodo illis cap. 273. *Percuſſit Acriſium avum ſuum.* Conſtabit etiam ſententia, ſi tantum τὸ & expellas. Lactant. ad Stat. Theb. I. vers. 255. objecto Gorgonis capite à Perſeo, in ſaxum converſum ſcribit. percuſſum pedem Acriſii diſco Tzetz. in Lycophr. p. 136. MUNCK. Cum Tzetze facit Schol. Apollonii Rhodii lib. IV. vs. 1091. ὁ δὲ δίσκος τραχαλιθεὶς ἐπὶ τὸ ΠΟΔΑ δ' Ἀκρισίου τιτρώσκει αὐτὸν, καμὼν δ' ἐκ τούτου Ἀκρίσιος, ἀπεθήκεν αὐτῷ ἐν Λαρίσῃ. καὶ αὐτὸν κατατίθεσι Περσεὺς καὶ οἱ Λαρισσαῖοι σφόδρα τὸ τάλως. καὶ αὐτῷ ποιοῦσιν ἥρῳον οἱ ἐπιχώριοι. Vide ibi cetera. nec non Apollodor. lib. II. pag. 95. (ὁ Περσεὺς) τὸ δίσκου ἐπὶ τὸ Ἀκρισίου πόδα βαλών. &c.

5 Factum est ] Barth. ex MS. *factum vidit* Nihil opus erat. Cap. 273. *Quod ſua voluntate noluit, in deorum factus eſt numero.* ſcrib. *id Deorum factum eſt numine.* MUNCK.

6 Regna avita ] H. e. avi ſui. Flor. I. 7. *Regnum avitum rapere maluit.* Juſtin. lib. XXIII. 3. *Heleno filio Siciliae velut avitum, Alexandro autem Italiae regnum deſtinat.* Corippus lib. II. *Regnum nobis conceſſit avitum.* Juſtin. II. 10. *Ma-*

*terno*

## LXIV. *Andromeda.*

CASSIOPE filiae ſuae [7] Andromedae formam Nereidibus antepoſuit. Ob id Neptunus [8] expoſtulavit, ut Andromeda [9] Cephei filia ceto objiceretur. Quae cum eſſet objecta, Perſeus [10] Mercurii talaribus volans eo dicitur veniſſe, & eam [11] liberaſſe à periculo. [12] Quam cum abducere [13] vellet, Cepheus pater cum Agenore, [14] cujus ſponſa fuit, Perſeum clam interficere voluerunt. Ille cognita re, caput Gorgonis eis oſtendit, omneſque ab humana ſpecie ſunt in-

*terno ſe tamen jure & avito vincere.* Auctor Orig. G. R. *Qui avitas perſequeretur injurias.* Gloſſ. Steph. *Avitus*, πατρῷος. Ovid. IX. Met. 709. *Vota pater ſolvit, nomenque imponit avitum.* MUNCK.

## Ad CAP. LXIV.

7 ANDROMEDAE] Ita repoſui pro *Andromadae*, quod perperam, ut mox *Andromada*, hic exeuſum fuerat. Pariter vitioſe apud Hieron. Epitaph. Paulae, Edit. Caniſ. *Praeligatae ad ſaxum Andromades ſpectatricem.* Contrarium mendum foedavit Corippum lib. IV. Edit. Ruizianae. *Mille ſecant in fruſta trabes, tonat aethere pulſans Malleus.* Leg. *aetbera.* Eodem libro dicit: *Agnoſcunt dominum, pulſantque balatibus auras.* MUNCK.

8 EXPOSTULAVIT] Supr. cap. 46. *Expoſtulavit, ut filia ejus Neptuno immolaretur.* Schol. German. Caſſiopeiâ: *Expoſtulatamque Andromeden & ceto propoſitam.* Cypr. Sermon. de Eleemos. *Hinc noſtr expoſtulatur anima tua à te.* Secundum Ovid. IV. Met. 670. & Apollod. lib. II. pag. 75. ex reſponſo Jovis Ammonis ceto objecta eſt. MUNCK.

9 CEPHEI FILIA] De Cepheo hoc videndi Tzetzes ad Lycophron. 834. & notae ad II. Aſtronom. Poet. 9. De pluribus Cepheis Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 910. & Celeb. P. Burm. Catal. Argon. in hac voce. De tota hac fabula Theon. ad Arati Phaenomena pag. 23. Ed. Morell.

10 MERCURII TALARIBUS] Tzetz. ad Lycophr. πτηνῶν ποδήμασι Νυμφῶν appellat. Vett. Gloſſ. *Talaria πέδιλα.* Vide quae notamus ad Fulgent. lib. I. cap. 19. MUNCK. Schol. Apoll. Rhod. lib. IV. vs. 1515. τὸ ἀπιόντα (Περσέα) ἀπὸ τῶν Νυμφῶν αὐτῷ Ἑρμῆς, αἰτησάμενος τὰ πτηνὰ ὑποδήματα καὶ τὸ ὑποκόριον πέδιλα. locum, unde avolavit Perſeus, indicat Lactant. ad Statii III. Theb. 461. 633.

11 LIBERASSE A PERICULO] Tzetzes ad Lycophron. vs. 836. haec ait: Χρησμὸς ὁ Κηφέως τῷ ἑαυτοῦ συγγατρὶ, τῷ Ἀνδρομέδαν ἀπὸ βορρᾶ ἔδωκεν ἐκτιθῶσι τῷ κήτει, ἐν τισὶ τόποις Αἰθιοπίας, Ἰοπίῃ, ἐσμοῦ σιδηροῦ δεσμοῦσι αὐτὴν παρὰ τὰς πέτρας. (unde Prop. I. 3. 4. *Libera jam duris catulbus Andromede*) Περσεὺς ὁ τὴν τότε κεκτημένος τὴν Γοργόνα, ἐπὶ τὰς δι' ἀέρος διῆρχεν, ἰδὼν τὴν Ἀνδρομέδαν εἰλεῖσθαι δεινῶς τῷ κητὶ ὑπὸ Γοργόνος τοῦ κήτους, ἐξ ἄκρας ἐλυσε τὰ λαγόνια τοῦτον, ὃ μὲν μιᾷ δὲ πληγῇ ἐκτείνει λίθον, ὁ δὲ ἀπέκοψε, καὶ τὴν κεφαλὴν ἐπέδειξεν ἑαυτοῦ. E qua Perſeus quatuor filios procreaſſe dicitur *Alcaeum, Sthenelum, Meſtorem*, & *Electryonem.*

12 QUAM CUM ABDUCERE VELLET CEPHEUS PATER] Al. *abducere.* MICYLL. Recte vidit Micyllus *abducere* pro *adducere* legendum. Sed non vidit diſtinctionem pravam. Nec enim Cepheus abducere eam volebat, ſed Perſeus. Ideo poſt *vellet*, comma eſt ſcribendum, non *Cepheus.* SCHEFF. *Abducere* eſſe reponendum jam monuit Micyllus. Infr. cap. 89. *Ut jecam eam in patriam abduceret.* Vid. Not. ad cap. 8. MUNCK.

13 VELLET, CEPHEUS PATER] Ita diſtinxi, ſententiâ id poſtulante. Monuit Cl. Scheffernus. Nec mihi non viſum fuit antehac, tametſi id genus ἰσαποδοσεις, quod editioni ipſe praefuturus non eſſem, annotare pluraque neglexi. MUNCK.

14 CUJUS SPONSA FUIT] Ovid. V. Met. vers. 8. & Apollod. lib. II. p. 76. Phineä ei us fuiſſe ſponſum volunt. Conon cap. 40 duos habuiſſe eam procos Phineä & Phoenicem narrat. MUNCK. Cum Ovidio & Apollodoro facit etiam Tzetzes ad Lycophron. vs. 838. τ ὁ Κη-

[1] informati in ſaxum. Perſeus cum Andromeda in patriam redit. [2] Polydectes, ſive Proetus, ut [3] vidit Perſeum tantam virtutem habere, pertimuit, eumque per dolum interficere voluit. Qua re cognita Perſeus, caput Gorgonis ei oſtendit, [4] & is ab humana ſpecie eſt [5] inmutatus in lapidem.

## LXV. *Alcyone.*

[6] CEYX Heſperi [7] ſive Luciferi & Philonidis filius, cum in naufragio periiſ-

φίνας ἀδελφοὶ, ΦΙΝΕΑ, σφομιχεδσπάδμοι Ἀνδρομέδαν, ἡ αὐτὸ ἐπιθαλάσσιος, ἀπιλίθωσι, δείξας τὴν Γοργόνα. Schol. Apoll. Rhod. lib. II. vs. 178. docet, a quibuſdam credi, Phineum πυμολῶαι, ὃν ἐπιθαλάσσιος Περσεῦ ubi de duobus Phineis agitur. Conſule de hac fabula & de ceto, quod navigii genus fuiſſe creditur, Salmaſ. Exercit. Plinian. pag. 402.

1 INFORMATI IN SAXUM] Silius lib. XVII. *Effigiem informat Latiam.* SCHEFF. *Informare* eſt *formare.* Plin. Jun. lib. VII. epiſt. 9. *Et nunc informet Martem caſtamque Minervam, Nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum.* Cic. Orat. *At ego in ſummo oratore fingendo talem informabo, qualis fortaſſe nemo fuit.* Arnobius lib. I. pag. 22. *Quis ipſum finxerit hominem, quis informarit.* Forte ſcripſit *transformati.* MUNCK.

2 POLYDECTES SIVE PROETUS] Haec a gloſſa ſunt. Scribe, *Polydectes ut vidit.* SCHEFF. De Polydecte & Proeto Ovid. lib. V. Met. fab. 2. & 4. ne eundem putes eſſe, ut videntur haec verba velle. Acriſius & Proetus Abantis filii & fratres fuere. Quamobrem accedo Cl. Scheffero, illa *ſive Proetus* à gloſſâ eſſe cenſenti. MUNCK. Adde Schol. Eurip. Oreſte. vs. 966. ad Hecub. vs. 880. ad Phoeniſſ. vs. 1116.

3 * VIDIT] Videtur deeſſe *ubi* vel *poſtquam*, vel ſimile. MICYLL. Ne dubites ſcribere, *ut vidit.* Supr. cap. 25. *Quos ut vidit Ithinoe.* Micyllus in margine: *videtur deeſſe ubi*, vel *poſtquam.* MUNCK. Vide Lector, num neceſſe ſit, ut haec vocula intrudatur, ex notis Celeb. P. Burmanni ad Phaedr. lib. I. fab. 6. ubi poetas optimos eam ſolere omittere doceberis.

4 ET IS AB HUMANA] Comeliniana, *& eis*, ſine cauſa. SCHEFF.

5 IMMUTATUS IN LAPIDEM] V. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 525. & Schol. Pindar. O. Nem. X. vs. 7. Hinc Oreſtes apud Eurinid. vs. 1522. Μὴ πέτρᾳ ζῶσ᾽ ἐδόκουν, ὥστε ΓΟΡΓΟ'Ν' εἰσιδών. De hac fabula conſule etiam Servium ad Virgil. VI. AEn. vs. 289. & Celeb. P. Burm. ad Ovidii l. IV. Met. vs. 773. Quid de Perſeo dicant AEgyptii, docebit Herodotus lib. II. cap. 91.

## Ad CAP. LXV.

6 CEYX] Hanc fabulam paulo aliter narrat Hegeſander in proverbiis è Suidâ collectis à Schotto Cent. II. 9. Ariſtophanis Scholiaſt. pag. 552. Hom. Schol. ad Il. I. 558. Sed vitioſe ibi Κύξ appellatur. Quod vitium tam conſpectum miror tam pertinaciter in omnibus ejus, quas quidem viderim, haeſiſſe editionibus, ut & apud Theocrit. Schol. ad Eid. VII. 57. & Tzetz. in Lycophr. p. 69. Edit. Steph. MUNCK. De ave hujus nominis Philoſtratus lib. II. Iconum 17. p. 838, 839.

7 SIVE LUCIFERI] Heſperus enim idem eſt, qui Lucifer. Catull. c. 63. *Nocte latent fures, quos idem ſaepe revertens, Heſpere, mutato comprendis nomine eoſdem.* Horat. II. Od. 9. *Nec tibi Veſpero Surgente decedunt amores, Nec rapidum fugiente ſolem.* Servius ad Georg. I. 250. VESPER. *ſtella, quae & Venus & Lucifer dicitur.* Idem ad AEn. VIII. 590. *Venus in coelo unam habet ſtellam, quae oriens Luciferum, occidens Veſperum facit.* Adde Noſtr. Aſtron. II. 42. Senec. Hippol. vers. 750. Lactant. in Stat. VI. Theb. vers. 239. Schol. Hom. Iliad. Φ. 226. Varronem. III. R. R. p. 150. Feſtum in *Jubar.* Hinc *Nocturnum* pro Lucifero ponere auſus eſt Plautus Amph. I. 1. Vide ibi Taubmanni Commentarium. *Noctiferum* appellat Catull. carm. 63. ut & Calpurn. Ecl. V. vers. ult. MUNCK. Hoc ſidus, (quod in coelo pulcherrimum dicitur, vide Schol. Apollon. Rhod. lib. II. Argon. vs. 42. & inl. Spanh. ad Callim. H. Del. vs. 303. & unde forſan a multis Atlantis filius vocatur, ut docet Tzetzes ad Lycophron. vs. 879.) deſcribitur ita a Plinio lib. II. cap. 8. *Infra ſolem ambit ingens ſidus, adpellatum Veneris, alterno meatu vagum, ipſiſque cognominibus aemulum, Solis & Lunae. Praeveniens quippe, & ante matutinum exoriens,* LUCIFERI *nomen accipit, ut ſol alter, diem maturans: contra ab occaſu refulgens nuncupatur* VESPER, *ut prorogans lucem, vicemque Lunae reddens.* (quae verba ab Ampliſſ. Cupero in Harpocrate pag. 125. aliiſque citata hic adſcribere libuit utpote maxime Hyginum inluſtrantia) Adde inl. Spanh. ad

periiſſet, Alcyone AEoli & [8] AEgiales filla, uxor ejus, propter amorem ipſa ſe in mare praecipitavit: qui deorum miſericordia ambo in aves ſunt mutati, quae Alcyones dicuntur. Hae aves nidum, ova, pullos [9] in mari [10] ſeptem diebus faciunt hyberno tempore. [11] Mare his diebus tranquillum eſt, quos dies nautae [12] Alcyonia adpellant.

## LXVI.

ad Call. H. Cerer. vs. 7. & Servium ad I. Georgic. 288. & ad VIII. AEn. 590. *Heſperum* jam & *Luciferum* idem ſidus eſſe, primus docuit Pythagoras. Vide Menag. ad Diogen. Laert. lib. VIII. cap. 14. Ex hiſce itaque, juvenes intelligent, cur Tibullus lib. I. El. 10. vs. 62. cecinerit *Dum rota* LUCIFERI *provocet orta diem*, & cur *Lucifer* a Latinis pro ipſo die ponatur, ut docet inl. Heinſ. ad Ovid. lib. III. Faſt. vs. 772. praeterea cur ἑσπέριος adjective τὸ ἕνδυσιν ſive occidentale notet apud Graecos, ut docent Schol. Sophocles in Ajac. vs. 816. & inl. Spanh. ad Callim. H. Del. vs. 174. imo cur non tantum ἑσπέριος ἥλιος ſol occidens, juxta Schol. Apollon. Rhod. lib. III. Argon. vs. 1191. vocetur; verum etiam cur ἑσπερίη θεὸς ſit periphraſis Plutonis juxta Schol. Sophocl. Oed. Tyr. 187. quare etiam *ol Ἑσπέριοι Λοκροὶ Ὀζόλαι, ἔχουσί τι ἐπὶ τῇ* ΔΗΜΟΣΙΑ ΣΦΡΑΓΙΔΙ *τὸ* ΕΣΠΕΡΟΝ ΑΣΤΕΡΑ *ἱερὸν ἀφροδίτης.* ut docent Strabo lib. IX. p. 638. & Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 426. idemque cur Hiſpania, Heſperia dicta. v. Serv. ad I. AEn. vs. 530. De Lucifero conſule etiam Lactant. ad Statii II. Theb. 139.

8 AEGIALES] Ita reſcripſi pro *AEgyales*. I & Y, Æ & E, confunduntur in hoc ſcripto miſerabiliter. Theocrit. hanc Καυνίδα appellat. MUNCK. Ab Apollodoro lib. I. p. 27. mater ejus fuiſſe dicitur Enarete Deimachi filia, qui Ceycem & Alcyonem ob nimiam ſuperbiam exſtinctos addit.

9 IN MARI] In ſcopulis puta. Prop. lib. III. 5. *Ab miſer Alcyonum ſcopulis offigar acutis.* MUNCK. Schol. Sophocl. Trachin. vs. 106. γεράφου δ' ἐς ΑΛΙΟΝ ὄρνιν, ἥν τιν' ΑΛΚΥΟΝΑ, ἢ πόντῳ ἐν παγαῖς ὑφάλοις ΠΕΤΡΑΙΣ, ἅμα τῶν ἀφροιζόμων δακρύοις. Ad maris ſcopulos maritum lugere haec avis dicitur ab Euripide Iphig. Taur. vs. 1090, 1091, 1092, 1093.

10 SEPTEM DIEBUS.] Ita & Lactant. ad lib. IX. Theb. Stat. vers. 361. Gloſſ. MSS. ad lib. I. Georg. Ovid. XI. Met. 745. De numero dierum non convenit inter veteres. Conſule Hegeſandrum loco modo adducto, Schol. Apollon. ad lib. I. vers. 1085. Schol. Ariſtoph. p. 552. Edit. Caldor. Schol. Hom. ad Iliad. I. 558. Sarisberiens. Pol. lib. II. cap. 2. Plin. lib. X. cap. 32. Heſych. in Ἀλκυονίδες. Etym. in Ἀλκυών. MUNCK. Adde Tzetz. ad Lycophron. vs. 750. Obſ. Miſcell. Mart & Junii 1734 p. 445, 446. & Interpr. ad Ovidii l. l.

11 MARE HIS DIEBUS TRANQUILLUM EST] Eſt elegans hac de re Apollonidae epigr. Anthol. lib. I. Sect. 55. num. 10. ex quo facere non poſſum, quin in tranſcurſu turpiſſimam eluam maculam. Ἀλκὰ δ' ἐνίκα γαῖα δ' ἀλύοντο ἄκριμνοι Λυκίης, σὺν φόρτῳ δύζας Ἀριστομάχῳ. Quando terram ſe jactat mare? Emenda mecum μαῖα, & ſententia erit venuſtiſſima. Obſtetricatur mare halcyonibus, quoniam, quo tempore illae pariunt, tranquillum eſt. Ad eundem modum ejuſdem lib. 58. Sect. num. I. Delon μαῖαν Latonae idem appellat Apollonides, ut τιθηνίδα Callim. Hymn. IV. 10. Et ſane μαῖα non γαῖα curae ἀλύειν, utpote, κυμαίνῃ & τοσσάδε, ut recte exponit Heſychius, qui corruptus tamen in hac voce: Ὠδῖνες, πόνοι, ἀλγηδόνες. Leg. πόνοι. Male ergo interpres Callim. Hym. IV. 120. Ὠδῖνας ἀκτίνεσσιν λίασιν, *dolores effuderunt leaenae.* MUNCK.

12 ALCYONIA] Vid. Apoſtol. Cent. II. 51. Suidam apud Schottum Cent. II. 9. Ariſtophanis Schol. Ἀλκυονίδας, Lycophron. ac Theocrit. Scholiaſtae, & Lucianus Ἀλκυονίδας appellant. Varro L. L. V. p. 99. de Halcedine: *Haec bieme quod fetus dicitur tranquillo mari facere, eos dies Halcyonios appellant.* Sarisberienſis loco modo laudato: *Dicunturque dies Halcyonitae, quibus vix tenuis aura ſentitur.* Dicas corrigendum eſſe *Halcyonides*. Plin. *Feſtificant brumâ, qui dies Halcyonides vocantur.* Sed vera ſcriptura eſt *Halcyonidae*, ut *Heroidae* pro *Heroides*, *Stymphalidae* pro *Stymphalides*. De quibus egi ad Praefat. lib. I. Fulgent. Mythol. Reſpexit hanc fabulam Vet. Gloſſ. auctor, qui Philoxenus habetur. *Tranquilla.* Ἀλκυών. ἡσυχαίως γαλήνη. Confer Ariſt. lib. V. Anim. Hiſt. Plin. lib. X. 32. Ælian. Hiſt. Anim. lib. I. cap. 37. MUNCK.

## LXVI. *Lajus.*

LAIO [1] Labdaci filio ab Apolline [2] erat reſponſum de filii ſui manu [3] mortem ut caveret. Itaque [4] Jocaſta [5] Menoecei filia uxor ejus, cum [6] peperiſſet, juſſit exponi. Hunc [7] Periboea Polybi regis uxor, cum [8] veſtem ad mare lavaret, expoſitum ſuſtulit, [9] Polybo ſciente. [10] Quod orbi erant liberis, pro ſuo educaverunt; eumque, quod [11] pedes transjectos haberet, Oedipum nominaverunt.

LXVII.

## Ad CAP. LXVI.

1 LABDACI] Sic repoſui pro eo, quod hactenus editum eſt, *Labdacis*. Cap. 76. *Labdacus Polydori*. 85. *Laius Labdaci filius*. Certe Λάβδακος, non Λαβδάκου appellant Graeci. Eurip. Phoen. 808. Λαβδακίδας πολυμόχθους. Schol. τοῖς Θηβαίοις. Παράγουσι δὲ Θηβαίων Λάβδακον. Facit hic *Labdacus*, ut *Landaces* mihi veniat in mentem, de quâ quid faciant, neſcire videntur interpretes Priap. 78. *Nunc miſella Landace Vix poſſe jurat ambulare prae foſſis*. Scaliger volebat *Labdace*. Legendum omnino *Landicae*. Gloſſ. à Stephano vulgatum eo capite, quo ſuis nominibus nominantur membra corporis humani: *Landica*, ἰχάδιον. Corrupte procul dubio. Niſi duo vocabula in unum coaluerunt, ſcribendum, ἰχάδιον, vel ἰχαείδιον, quod ὑποκορισικὸν eſt ab ἰχάς. ἰχάρα autem φύσις γυναικῶν, ut notavit Heſychius, cujus verba adſcribam: Ἐχάρα, πυρὸν ἐπὶ ἰδάφους ἀνθρακιᾷ, ᾗ αἱ φύσεις γυναικῶν, ἐξῆρται τετράγωνα. Diſtinguendum poſt τὸ ἰδάφους. deinde ex τετράγωνα faciendum τετράγωνοι. Vult enim, ut mihi quidem videtur ἰχάρας etiam dici *Maeniana quadrata*. Gloſſ. Steph. *Maenianum*, ἰξάσιμον. Cyrill. Ἐξώστης, *Maenianum*. Similia illa fuerint baſi quadratae altaris, quae ἰχάδες appellatur. Schol. Euripid. Phoeniſſ. 291. Ἐχάρα ἡ, ἡ τὸ τετραγώνου σχῆμα γῆς βάσις βωμοῦ, τάξιν ἔχουσα ἄνω ἀναβάσεως. Suppoſititius ille Soranus epiſtolâ ad Cleopatram: *Cujus fons vel labra Graece πλινθώματα vel pinnacula dicuntur. Infra vero, quod à ſuperiore parte deſcendit in medio dicta eſt landica*. Erit ergo *prae foſſis landicae* idem, quod *prae foſſis inguinis*, quas habes epigr. 48. Sed *prae foſſis non poſſe ambulare* duriter nimis dicitur. Lege ergo cum Nob. Heinſio, *prae ficis*. de quibus Carm. 41. & 50. Cur autem ἰχάρα ponatur pro natura muliebri, inde ortum videtur, quod ἰχάρας medici vocare ſoleant κοίλας ἕλκη τὰ τῇ σάρκῃ, ut eſt apud Etym. magni auctorem. MUNCK. De Labdaco Eurip. Phoeniſſ. 8. & de Laji ſtemmate Schol. ad vs. 298. & Spanh. ad Call. H. Pall. v. 126.

2 ERAT RESPONSUM] Reſponſum illud habes ſubjectum argumento Phoeniſſ. Euripidis & apud Zenob. Cent. II. 68. MUNCK. De hoc reſponſo Sophocl. Oed. Tyr. 800. Oed. Col. 961. Apollodor. lib. III. p. 183. Schol. Pind. Olymp. Od. 11, 65. Schol. Ariſtoph. Ran. 1216. Schol. Eurip. Phoeniſſ. 1050, 1591.

3 MORTEM UT CAVERET] Membranae Barthii habent, *praecaveret*. SCHEFF.

4 JOCASTA] *Epicaſta* eſt Hom. Odyſſ. Λ. 270. Sed *Jocaſtam* vocant Tragici, ut annotavit ibi Scholiaſtes, apud quem hanc fabulam, ut & ſequentem habes. Lactant. ad Stat. III. Theb. 286. *Sinecam* appellat neſcio quo auctore: *Jovis*, inquit, *filius Eleus; Elei Belus; Beli & Libyae Agenor, Danaus & AEgiſtus; Agenoris Cadmus; Cadmi Polydorus; Polydori Labdacius* (Leg. *Labdacus*) *Labdacii Laius; Laii Oedipus; Oedipi & Sineneae Antigone, Etheocles, Polynices*. De illa Jocaſtâ aenigma habet Diomed. lib. II. *Avia filiorum eſt, quae mater mariti*. MUNCK. De uxore Laji non convenit inter Mythographos. vid. Schol. Eurip. Phoen. 13.

5 MENOECI] Al. *Menoetii*. MICYLL. Ita & cap. ſequent. Sed *Menoecei* ſcribendum. Graecis Μενοικεύς dicitur. Mirifice variat ſcriptura in hoc libello. cap. 72. eſt *Menoetius*. 242. *Menicus*. 243. *Menoecus*. Male *Menoetius* ubique ſcribi jubet Micyllus. Juvenal. Sat. XIV. 240. *Dilexit Thebas, ſi Graecia vera, Menoeceus*. Stat. XII. Theb. 696. *Flentemque Menoecea cernit*. Lact. Firm. III. 12. *Voluntariae ſe morti obtulerunt, ſicut Thebis Menoeceus*. MUNCK.

6 PEPERISSET, JUSSIT EXPONI] *Natum* aut ſimile quid videtur deeſſe. MICYLL. Addunt membranae Barthii, ut ait ipſe, *puerum*. Verum neſcio, quid illis membranis tribuendum ſit, poteſt ſane ex ſuperioribus intelligi, ubi habetur

## LXVII. *Oedipus.*

POSTQUAM Oedipus Laji & Jocaſtes filius ad puberem aetatem pervenit, fortiſſimus praeter caeteros erat: eique per invidiam aequales objiciebant, cum [10] ſubditum eſſe Polybo, eo quod Polybus tam clemens eſſet, [3] & ille impudens: quod Oedipus ſenſit non falſo ſibi objici. Itaque Delphos eſt profectus [14] ſciſcitatum de * in prodigiis oſtendebatur, mortem ei adeſſe de nati manu. Idem cum Delphos iret, [1] ob-

tur, *de filii ſui* manibus, & ſic illud *cum peperiſſet* expleri per vocem *filium*, ex ſuperioribus repetitam. SCHEFF. Micyllus *natum*, Barth. *puerum*, alii jubent, quod eſſi probavi antehac, nunc tamen Cl. Scheffero accedo, qui illud ſubaudiendum cenſet. Expoſitus eſt autem in monte Cithaerone. Vid. Schol. ad Sophocl. Oedip. Tyrann. vers. 1096. MUNCK. Lege, *quod peperiſſet, juſſit expoſui.* In Cithaerone expoſitum eſſe docet etiam Eurip. Phoeniſſ. 810. quem κάπρῳ ὄρᾳ, vocat Soph. Oed. Tyr. 729.

7 PERIBOEA] *Merope* dicitur a Schol. Eurip. ad Phoeniſſ. vers. 1050. & Piſandro apud eundem ſub finem fabulae. quibuſcum facit Seneca Oedipo vers. 272. MUNCK. Cum Hygino facit Apollodor. lib. III. pag. 181. ſed conſule Schol. Sophocl. Oed. Tyr. 785. Plures etiam Polybi fuere. De Argi patre, Celeb. P. Burm. in *Argus.* De Glauci patre Mercurii filio & Eubocae marito Athenaeus lib. VII. cap. 12. p. 296.

8 VESTEM AD MARE LAVARET] Membranae dictae habent, *cum per aeſtum.* Suſpicor, auctori earum incredibile viſum, reginam lavare veſtes. At habes ſimilia infra fab. 125. Neque hic me movent illae membranae. SCHEFF.

9 POLYBO SUBSECTA] Poſt haec verba τυράννου τεθνηκότος ponendam curavi. Caeterum Polybum illum non regem, ſed paſtorem nominat Diodor. lib. IV. Scilicet paſtores fuiſſe antiquiſſimos regum. MUNCK. Paſtores Corinthiorum regis Polybi, inventum infantem ad regis uxorem Periboeam contuliſſe tradit Apollodorus lib. III. pag. m. 181. Reges paſtorum munere quidem ſaepe functos olim fuiſſe, regumque filios docet Spanh. ad Callim. H. Cerer. 87. unde etiam ποιμένας pro regibus, ducibus, ſumunt Graeci. vid. Hom. Odyſſ. O. 151. & alibi. Tzetz. ad Lycophron. 529. ποιμένας λάχνου dixit Eurip. Phoeniſſ. 1147. ubi Schol. & ποιμένας ὄχνου pro aurigis in Suppic 674. Adde Reverend. Alberti ad Eu. Matthaei cap. 11. §. 6. Hic locus tamen mihi ſuſpectus eſt.

10 QUOD ORBI] Videtur ſcripſiſſe, *qui quod orbi.* SCHEFF. Cl. Scheffcrus emendat, *qui quod orbi.* Ego ellipſin tantum eſſe putem copulae, de quâ ad cap. 4. nobis dictum. MUNCK.

11 PEDES TRANSJECTOS] Ferro ſcilicet, hoc eſt, perforatos. Nam recens nati pedes ferro perforaverat pater, ut eſt notum. Quamquam Oedipus non a pedum foramine, ſed οἰδῶν, id eſt intumeſcendo ita dictus fuerit, quia pedes habuit tumidos ex vulnere, cum repertus eſſet. SCHEFF. H. e. *perforatos.* Gloſſ. Cyrill. Διαπεπαρμένος, *trajectus, transfoſſus, transfixus.* Vide Zenob. Cent. II. 68. Lactant. in Argum. Oedipi Senecae: *In monte Citherone expoſuit, plantis ignito ferro perforatis.* Vide Poëtam ipſum vers. 812. Curt. IV. 6. *Per talos ſpiritus lora trajecta ſunt.* MUNCK. Sophocl. Oed. Tyr. 728. καί νιν (Oedipum) ἄγγελμα κύρσᾳ (Laius) εἰς ἴχνος πέδου ἴδιον. hinc ἀμφίβηρις ποδοῖν ἀκμὰς ἔχων vocat idem 1044. *Transfixis cruribus* Lact. ad Statii I. Theb. 61. οἰδῶν τὰ πόδε Ariſtoph. Ran. 1223.

## Ad CAP. LXVII.

12 SUBDITUM ESSE] Gloſſ. Steph. *Subditus*, ὑποβολιμαῖος. *Subditivus*, ὑποβολιμαῖος, ὑποβολιμαῖος. Ter. Heaut. v. 111. vers. 11. *Subditum ſe ſuſpicatur.* MUNCK. V. Duk. ad Flor. III. 16. πλαστὸν πατρά vocat Sophocles Oed. Tyr. 790.

13 ET ILLE IMPUDENS] Mallem, *at ille*, cum majori oppoſitionis emphaſi, quae hic elegans & neceſſaria. SCHEFF. Vereor quicquam mutare. Vid. Not. ad cap. 8 Cl. tamen Scheffcrus mavult, *at ille.* MUNCK.

14 SCISCITATUM DE IN PRODIGIIS] Deeſſe aliquid videtur. MICYLL. Locum habent pro mutilo Barthius & Micyllus. Ego primum puto, verba: *in prodigiis oſtendebatur, mortem ei adeſſe de nati manu*, perperam hic eſſe inſerta, ortaque ex praecedenti fabula, quam praecipitem Barthius abeſſe teſtetur in ſuis membranis. Deim-

[1] obviam ei Oedipus venit, quem ſatellites cum viam regi dari juberent, neglexit. [2] Rex equos inmiſit, & rota pedem ejus obpreſſit. Oedipus iratus, inſcius patrem ſuum de curru detraxit, & occidit. Lajo occiſo, Creon [3] Menoecei filius regnum occupavit. Interim [4] Sphinx Typhonis in Boeotiam eſt miſſa; quae agros Thebanorum vexabat. Ea regi Creonti ſimultatem conſtituit, ſi carmen, quod poſuiſſet, aliquis interpretatus eſſet, ſe inde abire: ſi autem datum carmen non ſolviſſet, cum ſe conſumpturam dixit, neque aliter de finibus exceſſuram. Rex re audita, per Graeciam edixit, qui [5] Sphingae carmen ſolviſſet, regnum ſe & [6] Jocaſtam ſororem ei in conjugium [7] daturum. Promiſſi cum

Deinde locum totum ſic conſtituo: *Eſt profectus ſciſcitatum de eodem. Cum Delphos iret, obviam ei Lajus venit, quem ſatellites cum viam regi dare juberent, neglexit.* Omnia ſunt clara, nec quid deeſt in hiſtoria. Τὸ *Oedipus* natum ex gloſſa videtur, qua quis illud *ei* expoſuerat. Ita cum & Oedipus, & Lajus nominaretur, librarius vocem *Lajus*, ut ſupervacuam, omiſit. SCHEFF. Cl. Scheſſerus verba iſta, *in prodigiis oſtendebatur, mortem ei adeſſe de nati manu*, tanquam ex praecedenti capite male huc tranſlata, inducit, idque eo libentius, quod à membranis ſuis abeſſe ea teſtetur Barthius. Conſtituit ergo locum totum hunc in modum: *eſt profectus ſciſcitatum de eodem. Cum Delphos iret, obviam ei Lajus venit, quem ſatellites cum viam regi dare juberent, neglexit.* At Lajus non obviam venit Oedipo Delphos tendenti, ſed jam inde redeunti. Vide Zenob. Cent. II. 68. Apollod. III. pag. 147. Schol. AEſchyl. Hypoth. Τ ἐπὶ ἐπὶ Θήβας. Barthii membranarum, cum & ipſe dominus parvi eas faciat, non aegre feret, ſi nec ego magnam habuero rationem. Exiſtimo ergo locum hunc non uno laborare vitio, hoc eſt, cum corrupta quaedam eſſe, tum quaedam omiſſa. Si venia detur, ita legam: *Profectus eſt ſciſcitatum de origine ſua. Lajus, cui in prodigiis oſtendebatur, mortem ei adeſſe de nati manu, itidem cum Delphos iret, obviam ei Oedipus venit.* Atque ita hiſtoria exigit. Senec. Oedip. 276. *Frondifera ſanctae nemora Caſtaliae petens* &c. Apollodor. lib. III. Ἀφικόμενος εἰς Δελφοὺς περὶ ἰδίων ἐπυνθάνετο γονέων. *Sciſcitari* eſt quod Graeci interpretes dicunt ἐρωτᾶν, λέγ Ϝειν. 1. Reg. XXI. 19. ἐρωτᾶ λέγ Ϝει κυρίου. ἐρωτᾶν ἐν πνεύ Ϝατι. Jud. XX. 18. ἐκζητεῖν παρὰ Ϝεῖν. Jeſ. VIII. 19. MUNCK. Conſule Cerd. ad Virg. II. AEn. 114. Euripidis Scholiaſtes in hac re utitur verbo πυνθάνεσθαι, quod proprium eſt oracula ſciſcitantibus. V. Schol. Apollon. Rhod. IV. 532.

1 OBVIAM EI OEDIPUS] Vid. Lact. ad Statii II. Theb. 64. & ad VII. Theb. 44. Schol. Pindari Olymp. Od. II. 65. Schol. Eurip. Phoeniſſ. 38, 39, 53, 813, 1050. & Piſandrum apud Eund. ad vs. 1748. Soph. Oed. Tyr. 743. Oed. Colon. 260, 512, 960.

2 REX EQUOS] Naubolus Laji fuit auriga. Lact. ad Statii VII. Theb. vs. 355. & Phorbas ejus armiger. ad vs. 358.

2 MENOECI] Al. *Menoetii*. MICYLL.

3 SPHINX IN BOEOTIAM EST MISSA] Lycus in Thebaicis à Dionyſo immiſſam eam refert, ut notavit Heſiod. Schol. in Theog. p. 261. Ed. Heinſ. De illa ita Schol. in Phoeniſſ. vs. 45. Τὴν δὲ Σφίγγα οἱ μὲν ἔχειν φασὶ πτερὰ καὶ πόδας λέοντος, πλεῖσοι δὲ ὄφεως. Συκεώτης δὲ ἐκ Χαλκίδος αὐτὴν φησι χρησμολόγον δύσγυνον μαστροφόρον. Τινὲς δέ φασι, ὅτι μία τῶν αὐτῆς Κάδμος ἐπιγαμβρεύσας μανίαις, μετενήνεγκε εἰς τὸ ζῶον σφίγγα. Simiae eſſe genus docet illuſtr. Spanhem. de numm. p. 211. & Vives ad Auguſtin. C. D. lib. XVI. c. 8. Idem jam veterum quidam ſuſpicati ſunt. Schol. Stat. I. Theb. 66. *Alii dicunt, quod Sphinx ſimia violoſa ſit.* leg. *villoſa ſit.* Confer Plin. lib. VIII. cap. 54. Schol. Heſiod. Ἡ δὲ Σφίγξ πτερωτὴν μὲν γυναῖκα λέγεται, ἐκ ἔχει πόλεις σὺν αὐτῇ τὰς συναρπάζοντας. MUNCK. De Sphinge, ejuſque oraculo multi multa. ne actum agam, conſule Apollodor. lib. III. pag. 183. Athenaeum lib. VI. cap. 15. lib. X. cap. 22. Plut. in Gryllo pag. 988. Cebetis tabulam lin. 45. Schol. Sophocl. Oed. Tyr. 399. Schol. Ariſtoph. Ran. 1320. Tzetz. & Interpr. ad Lycophron. vs. 7, & 1465. Schol. Eurip. Phoeniſſ. 813, 1026, 1748. Graev. Lect. Heſiod. cap. 14. Thebanorum ſigna ſphingis vultu ornata fuiſſe docet Lact. ad Statii VII. Theb. 252.

4 SPHINGAE CARMEN] Al. *Sphingis*. MICYLL. AEnigma hoc cujuſmodi fuerit praeter alios docebunt te Eurip. Scholiaſt. Zenobius, Auſon.

Eid.

cum plures regni cupidine veniſſent, & à Sphinge eſſent conſumpti, Oedipus Laji filius venit, & [8] carmen eſt interpretatus. Illa ſe praecipitavit. Oedipus regnum paternum, & Jocaſtam matrem inſcius accepit uxorem, ex qua procreavit [9] Eteoclem, & Polynicem, Antigonam, & Iſmenam. Interim Thebis ſterilitas frugum & penuria incidit ob Oedipodis ſcelera. interrogatuſque Tireſias, quid ita Thebae vexarentur, reſpondit: Si quis [10] ex Draconteo genere ſupereſſet, & pro patria interiiſſet, peſtilentia liberaturum. Tum [11] Menoeceus Jocaſtae pater ſe de muris praecipitavit. Dum haec Thebis geruntur, [12] Corintho Polybus decedit. Quo audito, Oedipus moleſte ferre coepit, aeſtimans, patrem

Eid. xv. Tzetzes ad Lycophr. p. 3. & Apollodorus. Vitiatur Phaedri fabella in Meurſii editione ſubjectum. *Carmen* dicit, quemadmodum ξυνὸν μέλος Euripides Phoeniſſ. 1511. Schol. Τὸ αἴνιγμα λέγει. ἐπεὶ μὴ μέλος ἀσφάλειαν αὐτὸ ἡ Σφίγξ. quam inde & ἀοιδὸν appellat idem poëta. Oedip. 98. *Carmen pepigit: ſemiit horrendum.* Fabula inde orta, quod αἴνιγμα λέγειν dicant Thebani. MUNCK.

6 JOCASTEM] *Jocaſten* vel *Jocaſtam* ſcribendum. Vide Not. ad cap. 137. MUNCK.

7 DATURUM PROMISIT: CUM PLURES] Barthius exiſtimat, *pro μιᾷ* legendum. Sed non ſolet Noſter alibi Graeca cum Latinis confundere in ſermone. Habet Graeca, ſed cum peculiari ſignificatione, ut ſupra *emendi*, cum indicandus fuit certus locus. Quare ita judico legendum: *Confugium daturum. Promiſſi cum plures regni cupidine veniſſent.* Clara omnia, & elegantia. SCHEFF. Elegans, & vera, opinor, Cl. Schefferi eſt correctio: *daturum. Promiſſi cum plures* &c. MUNCK.

8 CARMEN EST INTERPRETATUS] Hinc Οἰδίπου σοφίαν dixit Pindarus Pyth. Od. IV. vs. 467. pro aenigmate; ut in vett. Epigr. *aenigmata Sphingis pro diſſertiſque*, quemadmodum aenigma interpretatur Iſidorus in Gloſſis. MUNCK.

9 ETEOCLEM ET POLYNICEM A. ET I.] De hiſce nuptiis conſule Eurip. Phoeniſſ. 1600. Serv. ad IV. AEn. 470. Nep. Epam. 4. Sed de liberis non convenit inter Mythographos. Duos filios tantum numerat Servius, quatuor tamen liberos Sophocles & Tzetzes ad Lycophron. 437. *Antigonen* natu majorem (v. Eurip. Phoen. 58.) & *Iſmenen*, & duos illorum, *Polynicem*, ut Soph. Oed. Col. 365. 1288. natu majorem, ſed ut Eurip. Phoeniſſ. 71. natu minorem, item *Eteoclem*. Pherecydes tertium filiam *Jocaſten* addit, v. Schol. Eurip. Phoen. 54. Hi vero liberi Oedipo procreati dicuntur non ex *Jocaſte*, ſed ex *Eurygenea*, Periphantis, aut Hyperphantis filia, Jocaſtes ſorore. Conſule Pauſan. IX. 5. Pherecydem in Scholiis Eurip. Phoeniſſ. 54. & Simſonii Chronicon. A. M. 785. quam *Eurygeneen* Oedipus duxerat poſt Jocaſtes obitum, ut Pflander in Scholiis Eurip. 1748. Alii dicunt, Oedipum duas uxores ſimul habuiſſe *Epicaſten* matrem, & *Eurygeneen* ſive *Eurygonen*. Vide eund. Schol. ad vs. 13. De Jocaſtes morte etiam parum conſtat, quae ab Eurip. Phoeniſſ. 1571. ſe gladio interfeciſſe; a Sophocle in Antig. 53. & Oed. Tyr. 1244. 1272 ſuſpendio vitam finiiſſe dicitur. De morte Oedipi videndi Sophocl. Oed. Colon. 1656. Schol. Hom. Odyſſ. A. 270. a quo abit Hygin. fab. 242. De Oedipi ſepulcro Schol. ad idem Sophoclis drama vs. 90.

10 EX DRACONTEO GENERE] H. e. genere τῶν Σπαρτῶν: illorum videlicet, qui ex ſatis dentibus draconis illius, a Cadmo interfecti, erant nati. Vid. Eurip. Phoen. vers. 944. MUNCK. De Spartis Schol. Soph. Antig. 128. Schol. Pind. O Iſthm. VII. 13. Schol. Apoll. Rhod. III. 1178. 1185. Schol. Eurip. Phoen. 674. 825. 1069.

11 MENOECUS JOCASTAE PATER] Al. *Menoetius*. MICYLL. Hoc cum cognomine *Menoeceus* ille, qui ſe de muro praecipitavit, Creontis erat filius, teſte Apollodoro lib. III. p. 155. Etymol. in Ἄκαλις, & Euripide Phoeniſſ. Creon autem frater Jocaſtae. An ergo haec ſunt ab inepto gloſſatore? Non dixerim, cum idem narret cap. 142. Tydeus [illegible], quod alii neganti. Stemmata vide apud Eurip. Schol. ad Phoeniſſ. vers. 944. MUNCK. Cum Apollodoro facit Lactant. ad Statii lib. VII. Theb. v. 250. item Philoſtratus [illegible]. Menoeceus fuiſſe dicit Eurip. eod. drama. vs. 776

12 CORINTHO DECESSIT] Sic apud Julian. XX. 3.

trem ſuum obiſſe, cui Periboea de ejus ſubpoſitione palam fecit. [1] id Itemales ſenex, qui eum expoſuerat, [2] ex pedum cicatricibus & talorum agnovit Laji filium eſſe. Oedipus re audita, poſtquam vidit, ſe tot ſcelera nefaria feciſſe, ex veſte matris fibulas detraxit, & [3] ſe luminibus privavit, regnumque filiis ſuis alternis annis tradidit, & à Thebis Antigona filia duce profugit.

## LXVIII. *Polynices.*

POLYNICES Oedipodis filius, [4] anno peracto, regnum ab Eteocle fratre repetit. Ille cedere noluit: itaque Polynices, Adraſto rege adjuvante, cum ſeptem ductoribus Thebas obpugnatum venit. Ibi [5] Capaneus, quod contra Jovis voluntatem Thebas ſe capturum diceret, cum murum adſcenderet, fulmine eſt percuſſus. Amphiaraus terra eſt devoratus. [6] Eteocles & Polynices inter ſe pugnantes alius alium interfecerunt. [7] His

*Corinthо nunciata victoria eſt*, Vid. Notas ad cap. 247. MUNCK. V. Schol. Soph. Oed. Tyr. 934.

1 ID ITEMALES ] Mallem, *Idem Itemalus*. SCHEFF. Cl. Scheffero corrigit, *idem Itemalus*. Non foret deterius *item*, de quo vide Not. ad cap. 57. Quid ſi explices illud *Id* per *ob id*? Conſule Not. ad cap. 8. & 122. Caeterum à Piſandro apud Eurip. Schol. ſub finem Phoeniſſ. ſenex hic dicitur γέρων ἱππεσυκόλων λὰϐ Σικυῶνος. Suidas, qui in hac narratione multum ab Hygino abit, Μίλωνα appellat agricolam, a quo ſublatus & eductus hic Oedipus. Confer Senec. Oedip. Act. IV. MUNCK.

2 EX PEDUM TUMORE ] Virg. AEn. II. *Per talos trajectus lora tumentes*. MUNCK. Sophocl. conſer Oed. Tyr. 1134.

3 SE LUMIN. PRIVAVIT ] De Oedipi coecitate conſulendi Lact. ad Statii IV. Theb. 612. Sophocl. Antig. 51. Oed. Tyr. 1277. Schol. Eurip. Phoeniſſ. 61. Plura de Oedipode Lact. ad Statii XII. Theb. 508.

## Ad CAP. LXVIII.

4 ANNO PERACTO ] Conſule in hac hiſtoria diſſentientes Pherecydem & Hellanicum in Schol. Eurip. Phoeniſſ. 71.

5 CAPANEUS ] Serv. ad AEn. I. 48. *Ardeae in templo Caſtoris & Pollucis in laeva intrantibus Capaneus pictus eſt, fulmine per utraque tempora trajectus*. Unde fabula illa originem traxerit, docebit te Vegetius lib. IV. 21. MUNCK. V. Soph. Oed. Col. 1313. & in Antig. 136. Eurip. Phoeniſſ. 185. 1193. in Supplic. 496. Tzetz. ad Lycophron. 435. 1179. Philoſtrat. II. Icon. 31. Lact. ad Statii IV. Theb. 640. Propert. II. XXV. 40.

6 ETEOCLES ET POLYN. ] Vid. Soph. Antig. 14, 55, 148. & Schol. Eurip. in Phoeniſſ. vs. 13. qui, quid AEgyptius & Meſtor de hac hiſtoria tradant, docet. & ipſe Eurip. vs. 1432. in Suppl. 401. Schol. Pind. Olymp. Od. II. 73.

7 HIS CUM THEBIS PARENTARETUR ] Barth. ad Stat. Tom. III. p. 1493. locum hunc ita conſtituit: *His cum Thebis parentatur, etſi ventus vehemens exſtet*. Ego exiſtimem Hyginum loqui de ſolenni iſtâ parentatione ut jam deſitâ. Nam quod cap. 71. hac de re legitur, id non Hygino, ſed gloſſatori alicui, qui illud αὐτολεξεὶ ex antiquiore ſcriptore tranſtulit, debemus. Repugnare tamen dicas ſuſpicioni meae τὸ *feducitur*, & quod cap. 164. ſuâ adhuc aetate itetiſſe dicat oleam illam, quam Athenis ſeviſſe olim Minerva perhibetur. At cap. 261. deſiiſſe jam innuit flagellationem ad aram Dianae, quam Tertulliani etiamnum aevo fuiſſe in uſu oſtendimus in diſſertatione noſtrâ, ubi plura huc pertinentia invenies. MUNCK.

8 CAETERI CUM THEBAS OPPUGNARENT, ET THEBANI REGIBUS SUIS DIFFIDERENT, &c. ] Nonne *rebus ſuis*? ut Salluſtius Jug. c. LXXV. 1. *Ea fuga Jugurtha impenſius modo* rebus ſuis diffidens, *cum perfugis* &c. WOPKENS.

9 TIRESIAS EURII FILIUS ] *Eurimi* ita infra quoque. MICYLL. Micyllus vult, *Eurimi*, ſic ut

7 His cum Thebis parentaretur, etsi ventus vehemens esset, tamen fumus se nunquam in unam partem convertit, sed alius alio seducitur. 8 Caeteri cum Thebas obpugnarent, & Thebani regibus suis diffiderent, 9 Tiresias Eueris filius augur praemonuit, si ex Dracontea progenie aliquis interiisset, oppidum ea clade liberari. 10 Menoeceus cum vidit, se unum civium salutem posse redimere, 11 muro se praecipitavit; Thebani victoria sunt potiti.

## LXIX. *Adrastus.*

Adrasto, 12 Talai & Eurynomes filio, responsum ab Apolline fuit, eum filias suas Argiam & 13 Deipylam apro & leoni daturum in conjugium. Sub eodem tempore Polynices Oedipodis filius, expulsus ab Eteocle fratre, ad Adrastum devenit. 14 & Tydeus simul Oenei & 15 Periboeae captivae filius, à patre, quod fratrem Menalippum

ut infra cap. 75. vocatur. Ego Apollodorum sequendum, & *Eueri* legendum censeo. SCHEFF. *Euri* habet Micylli editio, qui in margine adscripsit, *Eurimi*. sed *Eueris* legendum vel *Eueri*, ut ἐρχαΐκως scriptum apud Lactant. Arg. lib. III. Met. Apollod. lib. III. Μάντις Τειρεσίας Εὐήρους ἢ Χαριτοῦς Νύμφης. Hinc μάντις Εὐηρίδης dicitur Theocrito Eid. XXIV. 70. MUNCK. V. Spanh. ad Call. H. Pall. 81.

10 Menycus] *Menoetius*. MICYLL.

11 Muro se praecipitavit] Ante portas se mactavit, ut vult Apollod. lib. III. pag. 155. Aliam voluntariae hujus mortis causam adducit Noster cap. 67. & 242. Secutus est ergo diversos auctores. Confer Schol. Euripid. ad Phoeniss. vers. 1018. MUNCK. Adde, quos laudat Simsonius in Chronico A. M. 2785.

## Ad CAP. LXIX.

12 Talai] Stemma ita habet, ut refertur ab Eurip. Schol. ad Phoen. vers. 423. Ἀτρεὺς Κρεοντὸς, ἢ Ἀμφιάων, ἢ Βίας, ἢ Ταλαὸς, ἢ Ἄδρας⊙. Pro Κρεοντὸς scribe Κρηθέος. Vide Not. ad cap. 12. MUNCK. V. Schol. Pind. Olymp. Od. VI. 18. & ad Nem. O. IX. 30.

13 Deiphilam] Ita exaratum hoc vocabulum etiam apud Stat. Schol. ad II. lib Theb. vers. 359. Serv. AEn. I. v. 101. aliosque. Quod imputandum posteriori aevo, quo ut aspirabant non aspiranda, ita contra aspirationem illis detrahebant, quae cum maxime eam requirebant. Originem si respicias *Deipyla* scribas oportet. Corrupte Δειπύλη excuderunt in Hom. Scholiis ad Iliad. Δ. 376. Ὀτρηρεικῶς dictam eam ab aliis Ἀργείαν tradit Theocrit. Interpres ad Eidyll. XVII. vs. 53. Contrarium vitium est apud Isidor. Orig. lib. XX. cap. 11. *Spingae sunt, in quibus sunt spingatae effigies, quos nos gryphos appellamus.* Corrig. *Sphingae* & *Sphingatae*. MUNCK. Idem vitium Lactantii ad Statii III. Achill. 73. Sic Δειπύλη Scholiastae Euripidis in Phoeniss. 136.

14 Et Tydeus] Forte melius, *eo Tydeus*. Historiam vide apud Homeri Schol. ad Il. Ξ. 119. Apollod. lib. I. pag. 30. Schol. Stat. ad Theb. lib. I. 402. *Quia occiderat avunculum suum Thoantem, matris fratrem, vel ut quidam volunt, Agrea. Manifestius tamen est, quod Menalippum fratrem suum, dum venaretur, occidit* Idem tamen ad vers. 280. *Toxeum* cum fratrem appellat. MUNCK. Consule tu Lector Pausaniam lib. IX. cap. 18. Schol. Pindari O. Nem. X. 12. Tzetz. ad Lycophron. 1066. Lact. ad Statii IV. Theb. 639. Schol. Homeri Iliad. E 126. Apollodor. lib. III. p. m. 193. aliter hanc rem narrantes. Adde ad Ovidii Ibin. 517. Salvagn. & Celeb. Barm. Alia etiam de Tydeo profert Servius ad XI. AEn. 239

15 Periboeae] Ita quoque eam appellant Diodorus lib. IV. pag. 240. Apollodorus lib. I. pag. 28. Schol. Stat. ad Theb. lib. I. v. 41. *Eurybeam* vocat. MUNCK. Atheae filium facit Serv. ad VI. AEn. 479. ut & Lact. ad Statii I. Theb. 469. qui ad vs. 469. de genere Tydei paterno egerat.

pum in venatione occiderat, fere ſub eodem tempore venit. Quod cum ſatellites Adraſto nunciaſſent, duos juvenes incognita veſte veniſſe [1] (unus enim aprinea pelle opertus, alter leonina.) Tunc Adraſtus [2] memor ſortium ſuarum, jubet eos ad ſe perduci: [3] atque ita interrogavit, quid ita hoc cultu in regna ſua veniſſent. Cui Polynices indicat, ſe à Thebis veniſſe, & idcirco [4] ſe pellem leoninam operuiſſe, quod [5] Hercules à Thebis genus duceret, & inſignia gentis ſuae [6] ſecum portare. Tydeus autem dicit, ſe Oenei filium eſſe, & à Calydone genus ducere, ideo pelle aprina ſe opertum, [7] ſignificans aprum Calydonium. Tunc rex reſponſi memor, Argiam majorem

1 UNUS ENIM APRINEA PELLE OPERTUS, ALTER LEONINA] Haec in parentheſi dicuntur, & per ellipſin *Ἦν erat*. SCHEFF. Analogia poſtulare videtur *aprinâ*. ut à *caper caprinus*, *fiber*, *fibrinus*, ita ab *aper aprinus*. Gloſſ. Iſid. *Caſtorinum*, *vebrinum*. Lego, *fibrinum*. Schol. Juven. ad Sat. XII. 34. *Caſtorem bebrum dicit*. Reſtituo & ibi *fibrum*. Lucill. *Viſcus aprinum*. Gloſſ. Cyrill. *Συάγελον*, *aprinum*. Capella lib. II. *Nunc criſtae cum aprinis dentibus videbantur*. Varro IV. L. L. *Porcus aprinus*. Apicius lib. VIII. cap. 1. *Condimentum aprinum; perna aprina*. Confer Charis. lib. 1. Eſt tamen, cur non nihil addubites, ſi examines iſta in notis Tyronis & Senecae p. 159. *Jantinum*, *Jantineum*. *Apruna*, *Aprugineus*. (Leg. *aprugneus*) p. 175. quibus addere poſſumus, *coccinus* & *coccineus*. Schol. Juven. ad Sat. III. 283. *Quod Graeci coccinum ſive cocceum dicunt*, *Latini veteres birrum vocarunt*. Lego *coccineum*. quod invenies apud Vet. interpret. Joſ. cap. 2. Quanquam triplici terminatione à *carbaſus* formarunt *carbaſeum*, *carbaſinum*, & *carbaſineum*: quorum poſtremum Varronis eſt apud Non. cap. XIV. Ita non tantum *ruſſus*, ſed & *ruſſeus* dixerunt. Petron. *Tunicâ veſtitum ruſſeâ*. Damnat tamen τὸ *ruſſeus* Chariſius lib. 1. Non curat ergo Grammaticos Palladius lib. IV. Tit. 13. *Colores bi praecipui*, *badius*, *aureus*, *allineus*, *ruſſeus* &c. Nec Apul. lib. II. Met. *Ruſſea faſciola ſuccinctula*. In Judicio Coci & Piſtoris, *Cervinam Attaeon tollit*, *Meleager aprunam*. MUNCK.

2 MEMOR SORTIUM SUARUM] Extant illae apud Eurip. Schol. ad Phoeniſſ. v. 415. ubi hanc fabulam habes, ut & apud Zenob. 1. 30. Apollod. lib. III. p. 150. MUNCK.

3 ATQUE ITA INTERROGAVIT] Illud *ita* mihi ſuſpectum eſt. Arbitror ſcripſiſſe, *atque irate*, vel *ira*, pro *cum ira &c.* SCHEFF. Cl. Scheſerus mallet, *atque irâ* ſive *iratè interrogavit*. Nihil muto. Vide Not. ad cap. 2. Infr. cap. 89. *Apollo iratus ita reſpondit: Si Trojanorum* &c. MUNCK.

4 SE PELLEM LEONINAM OPERUISSE] *Pelle leonina*. MICYLL. Nil mutandum. Vide Indicem. SCHEFF. Malim, tametſi probet illud Cl. Schefferus, *pelle leoninâ*, cum praeceſſerit modo, *pelle leoninâ opertus*. Si retinere tamen velis, non male illud Graecorum καὶ ſubaudieris. Hieron. Epit. Paulae: *Quis inopum moriens non illius veſtimenta obvolutus eſt?* Ita edidit Caniſius, ſed perperam, opinor, cum alii dederint, *veſtimento*. De pelliceo amictu audi differentem Ampliſſ. Spanhem. in de Numm. Praeſt. p. 345. MUNCK.

5 HERCULES A THEBIS G. D.] Vide Solinum cap. VII. Schol. Eurip. Phoeniſſ. vs. 4. & alios. & hinc dicitur Thebanorum Deus proprius fuiſſe a Schol. Ariſtophanis Equit. vs. 479.

6 SECUM PORTARET] Scribendum eſt, *portare*, ut reſpondeat praecedenti *operuiſſe*. Litera *t* ex ſequenti vocabulo adhaeſit. SCHEFF. Aſſentior Scheffero reponenti, *portare*. MUNCK.

7 SIGNIFICANS] Ad antecedens *Tydeus* referri debet. SCHEFF.

8 CUM ALIIS DUCIBUS] Ἐσσύχους idem, *cum aliis ſex ducibus*. quod & Cl. Tollio venerat in mentem. MUNCK.

9 QUONIAM THEBAE SEPTEM PORTIS] An profectus eſt, quia claudebantur portis ſeptem? quid, ſi tribus? non erat profecturus? emenda praecedentia; *cum aliis ſex ducibus*. Illud *ſex* ſcriptum fuit litteris, quas cum ineptus ſcriba non intelligeret, ut ſupervacuas putavit omittendas. Vid. Apollod. lib. III. qui oſtendit, quemlibet ducem ſuam tenuiſſe portam. SCHEFF.

10 THEBAS MURO CINXIT] In hac hiſtoria etiam diſſentiunt Mythographi. Thebas muris eſſe cinctas ab Amphione & Zetho ex Homero docet Schol. Apoll. Rhod. lib. 1. vs. 735. & 737. Zethum addit ipſe Hyginus fab. 9. Id opus uni Amphioni adſcribunt Solinus cap. 7. & Sta-

jorem dat Polynici, ex qua naſcitur Therſander. Deipylam minorem dat Tydeo, ex qua naſcitur Diomedes, qui apud Trojam pugnavit. At Polynices rogat Adraſtum, ut ſibi exercitum commodaret, ad paternum regnum recuperandum à fratre: cui Adraſtus non tantum exercitum dedit, ſed etiam ipſe [8] cum aliis ducibus profectus eſt, [9] quoniam Thebae ſeptem portis claudebantur. Amphion enim, qui [10] Thebas muro cinxit, [11] ſeptem filiarum nomine portas conſtituit. [12] Hae autem fuerunt, [13] Thera, [14] Cleodoxe, Aſtynome, Aſtycratia, Chias, [15] Ogygia, Chloris.

## LXX.

Statius VIII. Theb. vs. 233. & Euripides in Phoeniſſ. vs. 115. & 830. ſed ejus Schol. pag. m. 282. ait ὁ μὲ Κάδμῳ ἴσχυσε τὰς Θήβας, Ἀμφίων δὲ τῇ Ζήθῳ ἐτείχισεν. Sed Zethi nomen hic omiſit, non adeo, quia Amphionis lyram inprimis ſecuti fuiſſe finguntur ſponte lapides. Conſule Philoſtrat. lib. I. Icon. cap. 10. & de Amphione rei Muſicae perito, Zetho vero ruſtico Apollodor. lib. III. pag. m. 179. Serv. ad Ecl. II. vs. 24. & Lactantius ad Statii I. Achill. vs. 13. Pauſanias licet lib. IX. cap. 5. Homerum nullam Amphioniae Lyrae feciſſe mentionem obſervet. Aut, quod ſic amant loqui veteres, uti *Zethi ſepulcrum* pro Zethi & Amphionis ſepulcro dixiſſe Euripidem docet Scholiaſtes ad Phoeniſſ. vs. 147. & haud abſimili ratione Troja a Neptuno & Phoebo exſtructa, nunc *Neptunia*, nunc *Phoebeia* vocatur. Vide Obſ. Miſcell. Vol. IX. Tom. III. pag. 458. Sed quia auctor non tam de muro, quam de portis Thebarum, ſeptem Amphionis filiarum nomine inſignibus agit. Ceterum Schol. Homeri Odyſſ. A. vs. 325. Locrum Jovis ac Maerae filium una cum Zetho & Amphione Thebas condidiſſe, qui ad vs. 262. adnotat μετὰ τὸν τούτου Κάδμον ſc. urbem condidit, & Schol. Euripidis in Phoeniſſ. vs. 1126. τὰς δὲ περὶ Ἀμφίονα φασὶν ἅμα Κάδμῳ τειχίσαι τὴν πόλιν, quae conturbant Thebarum hiſtoriam.

11 SEPTEM FILIARUM NOMINE] Neque de hiſce convenit inter Mythographos. Sunt, qui ſtatuant, has portas exſtructas eſſe jam a Calydno primo ante Ogygum rege. vid. Tzetz. ad Lycophron. vs. 1209. Imo, qui ab Amphione ac Zetho conſtitutas adfirmant, haud ejuſdem ſunt ſententiae. Philoſtrat. lib. I. Icon. 10. ait, τὸ δὲ τεῖχος ἐπτάπυλον, ὅσαι τε λύραι αἱ τόσαι, ita & Schol. Eurip. Phoeniſſ. vs. 116. ἐξῆπτο δὲ τὸ τεῖχος ἑπτάπυλον, ὅσαι αἱ τε λύραι τόσαι.

12 HAE AUTEM FUERUNT] Pauſanias vero aliter de portis Thebanis, quem vide in Boeotic. MICYLL. Longè alia portarum nomina dedit Pauſan. pag. 555. Edit. Wechel. & Apollod. lib. III. pag. 154. Stat. VIII. Theb. vers. 353. & ſeqq. MUNCK.

13 THERA] Perperam *Lerta* dicitur cap. XI. Vide Apollodor. MUNCK.

14 CLEODOXE] Κλειόδοξα eſt Apollodoro & Tzetzae. Vide quae notavi ad cap. XI. MUNCK.

15 OGGYGIA] Scribe *Ogygia*. Schol. Stat. ad VII. Theb. 33. *Una enim porta ex ſeptem Ogygia nuncupatur.* Etymol. Mag. Ὠγυγίᾳ, χώρᾳ βασιλεὺς Ἀθηναίων, ἀφ' ἧς ἡ Ὠγύγια πύλη ἐν Θήβαις. MUNCK. *Ogygiam* Amphionis filiabus adnumerat etiam Apollodorus lib. III. pag. m. 181. quem Noſter ſequitur cap. 9. ſed plerique ſtatuunt, hanc portam Ogygiam a primo Thebarum rege Ogygo habuiſſe nomen. Vide Tzetzen ad Lycophron. vs. 1206. Schol. & Corinnam apud Eumd. ad Apoll. Rhod. III. Arg. 1177. Spanh. ad Callim. H. Jov. 14. & Celeb. P. Burm. ad Ovidii III. M. 713. Aliis nominibus has portas fuiſſe inſignitas alii referunt, ut recte Munckerus monet. Sic una ex iis *Electris* dicta. Sed nominis origo in incerto eſt. Pauſanias lib. IX. cap. 8. ab Electra Cadmi ſorore dictam docet. Hellanicus & Idomeneus, qui τὰ Τρωικὰ ſcripſere, ab Electra, Harmoniae, Cadmi uxoris, matre vocatam referunt. v. Schol. Apoll. Rhodii I. Arg. vs. 916, quibuſcum facit Ephorus apud Schol. Euripid. Phoeniſſ. vs. 7. Alii ab Electra Amphionis filia: alii ab Electryone Alcmenae patre. v. Schol. eumd. ad vs. 1136. Lact. ad Statii VIII. Theb. 353. quinque e ſeptem portis numerat, *Homoloidas*, *Proetidas* (lege *Proetidas*, ex ipſo Statio, Euripide cum Schol. ad Phoeniſſ. vs. 1116. Pauſan. l. l. & Apollodoro lib III. pag. m. 191.) *Heleetras* (lege *Electras*) *Hypſiſtas*, *Dircaeam*. ad VII. Theb. 252. omnes portas Thebarum *Homoloidas* dictas putat, ſed Statii locus de una porta intelligendus, qui Graecos imitatus *portas* de una dixit. Vide Celeb. Duker. ad Flori lib. I. cap. I. §. 11.

## LXX. *Reges ſeptem Thebas profecti.*

ADRASTUS Talai filius ex Eurynome Iphiti filia, Argivus. Polynices Oedipodis filius ex Jocaſta, [1] Menoecei filia, Thebanus. Tydeus Oenei filius ex Periboea captiva, Calydonius. Amphiaraus [2] Oeclei, vel, ut alii auctores dicunt, Apollinis ex [3] Hypermeſtra Theſtii filia, Pylius. [4] Capaneus Hipponoi filius ex Aſtynome [5] Talai filia, ſorore Adraſti, Argivus. Hippomedon [6] Neſimachi filius ex [7] Mythidice Talai filia, ſorore Adraſti, Argivus. Parthenopaeus, [8] Meleagri filius, ex Atalanta Jaſii filia, ex monte [9] Parthenio, Arcas. Hi omnes duces apud Thebas perierunt, praeter Adraſtum Talai filium: is

## Ad CAP. LXX.

1 MENOETII] Sic plerique Graeci. At in ſuperioribus *Menycum* ſemper vocat, minus convenienter. SCHEFF.

2 OECLEI] Stemma ita recenſet Pind. Schol. ad Nem. Od. IX. Μελάμποδος Ἀριφάτης, ὁ Οἰκλῆς, ὁ Ἀμφιάρεως. ut & Euſtath. ad Iliad. p. 239. Edit. Baſ. An legendum *Oiclis*? Apollod. lib. III. Ἀμφιάρεως Οἰκλίης. Male interpres, *Oicleis filius* Οἰκλίης. *Oicles*, ut *Themiſtocles* Θεμιστοκλῆς.. Poſſis tamen reſcribere Ὀϊκλεῆς *Oicli*, ut *Chryſi* infr. cap. 106. & *Themiſtocli*, aliaque id genus obſervata à Victorio in Cicerone. Conſule Popm. in de Antiq. Locut. lib. I. cap. 9. Gronov. Obſerv. in Eccleſ. Script. lib. I. cap. 11. Indicem magni operis inſcriptionum Gruteri, ubi *Iſidi*, *Nepeti*, *Jovi*, *Tonanti*, & ſimilia gignendi caſu uſurpata habes, ut *Cbremi* apud Terent. Andr. II. 2. 31. Servius ad AEn. I. 34. *Detrahitur autem S tertiae declinationis genitivo.* Immo tolerabile etiam *Oiclei*, ut *plebei* in vett. inſcript. & Vell. lib. II. 44. *Herculei* in Catull. Carm. 36. quod ab *Herculeus* AEolicâ terminatione tractum procul dubio. *Oiclei* ergo genitivus erit ob *Oicleus*. Quod ſi vel per ſomnium veniſſet in mentem veteri Horatiano Comment. non ſcripſiſſet ad Od. 15. lib. I. *Achillei & Ulyxei veteres dixerunt ad ſimilitudinem fortaſſis diei & faciei.* Melius alter, qui ſe Acronem facit: *Veterum declinationes iſta habent*, *Achillei*, *Ulyſſei*, *ab Achilleus*, *Ulyſſeus*. Certe à recto Οἰκλεύς declinaſſe Οἰκλέα videri poteſt Apollod. ipſe lib. III. pag. 160. Πρὸς Οἰκλέα παραγίνεται. Sed rectius ab Οἰκλῆς dicas eſſe. Imo Ovid. ſi audias lib. III. μαζιστιχίας vs. 13. nihil mutes: *Sic ſcelere Oeclides Talaoniae Eriphyles Vivus, & in vivis ad Styga venit equis.* & lib. VIII. Met. v. 316. *Et adhuc à conjuge tutus Oeclides.* Lactant. ad III. Theb. Stat. 620. *Oeclides. Amphiaraum dicit Oeclei filium.* Perperam ergo apud eundem ad lib. I. 42. *Lyncaei & Hipermneſtrae filius* dicitur. Quanquam ſynaereſis illa ligatae magis, quam ſolutae orationi conveniat. Sed *Phaeton* pro *Phaëton* dixit apud Quintil. Varro, & Ovid. Metam. ſi vulgatis edd. credas. *AEta* pro *AEeta*. Ab Euſtath ad Hom. Catal. vers. 73 Ἰωλκὸς hic Oecleus dicitur. Adde quae notamus ad cap. 128. MUNCK.

3 HYPERMESTRA] Ita & cap. 73. ſed cap. 250. matrem ejus *Clytemneſtram* appellat. Ὑπερμήστρα eſt Diodoro lib. IV. & Theſpii filia, quem in Theſtium mutat Palmerius. & rectè quidem. Vide Apollod. lib. I. pag. 24. & quae dicta ſunt ad cap. 14. MUNCK.

4 CAPANEUS] Schol. Stat. ad Theb. lib. I. vers. 45. *Capaneus, ut alii putant, Hippote Aſtimoniae filius.* Lege, *Hipponoi & Aſtynomiae.* MUNCK.

5 TALAI] Schol. Hom. ad Od. Λ. 325. Ἴφιος Ὀυγατέρα facit. MUNCK.

6 NESIMACHI] *Ariſtomachus* hic eſt Apollodoro lib. III. Nihil tamen mutandum. Schol. Stat. ad lib. I. Theb. vers. 44. *Hippomedon Neſimachi & Nauſicae filius.* An & in Hygino pro *Mythidice* reponendum ſit *Nauſicâ* vel *Nauſicae*, examinandum relinquo lectori. MUNCK. Hippomedon Talai filius vocatur a Soph. Oed. Col. 1312. Adraſti filius a Lact. ad Statii VIII. Theb. 743. de ſolo ejus natali Eurip. Phoeniſſ. 126. quid vero de Sophoclis loco cenſeat Palmerius, vide in ejus Exercitat. ad Pauſaniae Phocica pag. 435.

7 Mr-

is enim [10] equi beneficio ereptus eſt. qui poſtea filios eorum armatos ad Thebas expugnandas miſit, ut injurias paternas vindicarent, eo quod inſepulti jacuerant Creontis juſſu, qui Thebas occuparat, fratris Jocaſtes.

## LXXI. *Septem* [11] *Epigoni, id eſt, filii.*

AEGIALEUS Adraſti filius ex [12] Demoanaſſa, Argivus. Hic ſolus periit ex ſeptem, qui exierant: [13] quia pater exſuperaverat, pro patre [14] vicariam vitam dedit. caeteri ſex victores redierunt. [15] Therſander Polynicis filius ex Argia Adraſti filia, Argivus. Polydorus Hippomedontis filius ex Euanippe Elati filia, Argivus. Alcmaeon, Am-

7 MITHIDICE, TALAI FILIA] Nomen *Mithidice* haud dubie corruptum eſt, quid pro eo ſcribi debeat, nec dum video. SCHEFF.

8 MELEAGRI FILIUS] Vid. Not. ad cap. 99. Sunt, qui *Talai* fuiſſe filium tradiderint. Vid. Schol. Sophocl. ad Oedip. Colon. vers. 1316. Cum Hygino facit Schol. Stat. ad 1. Theb. vers. 45. MUNCK.

9 PARTHENO] *Parthenio* ſcribendum ex cap. 99. quod viſum quoque Cl. Scheffero eſt. MUNCK.

10 EQUI BENEFICIO] Quem longe velociſſimum habuit ex feminio Arionis, ut ſcribit Philargyrius ad lib. III. Georg. 122. Stat. IV. Theb. vers. 43. & Hom. Iliad. Ψ. 346. Propert. lib. II. El. 25. Apollod. lib. III. Arionem ipſum ei dant. Conſule ad Homeri locum Schol. & ad Heſiod. Aſp. pag. 197. Edit. Heinſ. Tzetzen ad Lycophr. p. 123. MUNCK. De Adraſto plura dabit Schol. Pind. Olymp. Od. VI. 23. & ad O. Iſthm. VII. 15. quo fato alii perierint, docet Lact. ad Statii III. Theb. 539. adde Pauſan. IX. 9.

## Ad CAP. LXXI.

11 EPIGONI] Ἐπίγονοι Eratoſtheni Καδμείᾳ. cap. 25. Οἱ ἐκ Heſychio in Κάδμειοι. Vid. Homeri Schol. ad Iliad. Δ. vers. 405. Uſurpant id vocabulum, ut Latinum, etiam Cicero & Mela. Pariter Juſt. XII. 4. *Haec ſubolis nomen habuit Epigoni.* MUNCK. De variis Thebarum fatis Pauſan. IX. 5. Procl. Chreſtomath. apud Photium pag. 987. Lact. ad Statii VII. 221. ſed quocum confer Meurſ. in Theſeo cap. 24. Simſon. Chron. A. M. 2785. Pauſan. lib. I. cap. 9. pag. 11. Celeb. J. Perizon. ad AElian. III. V. H. 6. Spanh. ad Callim. H. in Del. 88.

12 DEMOANASSA] Malim, *Demonaſſa*. quod vocabulum occurrit cap. 14. 97. & 102. MUNCK.

13 QUIA PATER SUPERAVERAT] Membranae Barthianae, *quia pater ſex ſuperaverat.* Sed dixi jam, non ſatis magnam fidem me tribuere membranis illis. Scribo, *quia pater ex ſeptem ſuperaverat.* Sic enim auctor ipſe amat loqui. ut ſupra c. 10. *Amphionis filia, quae ex ſeptem ſuperaverat.* illud *ſeptem* non integra voce, verum litteris numeralibus fuit ſcriptum, quas ſcriba indoctus ut otioſas omiſit, quod & alio loco factum annotavimus. SCHEFF. Barth. ex membranis ſuis: *quia pater ſex ſuperaverat.* Haud dubito, quin verior futura ſit lectio, ſi ſcripſeris: *quia pater ex ſeptem ſuperaverat.* Nam praeter Adraſtum ἐν τῇ πρώτῃ στρατείᾳ οἱ μὲν ἄλλοι ἐξ στρατηγοὶ ἀπώλοντο, ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ, ὅτι οἱ ἐπίγονοι, μόνος ὁ Ἀδράστου παῖς Αἰγιαλεὺς ἀπώλετο, ut praeter alios tradit etiam Pind. Schol. Hyg. cap. 10. *Quae ex ſeptem ſuperaverat.* MUNCK.

14 VICARIAM VITAM DEDIT] Vicarium eſt, quod quis vicem alterius facit. Sic cap. 51. *Uxor ſe Alceſtis obtulit, & pro eo vicariâ morte interiit.* Cap. 243. *Vicariâ morte obiit.* Apulej. II. Metam. *Vicariam pro me lanienam ſuſceptavit.* MUNCK.

15 THERSANDER] Hic in Myſia poſtea a Telepho occiſus dicitur. Vid. Pauſan. IX. 5. Schol. Pind. Olymp. Od. II. 76. Neminem tamen ex Epigonis praeter Sthenelum, & Diomedem Trojanae expeditioni interfuiſſe docet Schol. Homeri Iliad. Δ. 405. apud Virg. II. AEn. 261. variant codices. Excerpt. Voſſ. ſcribunt *Theſſandrus*, alii *Tiſandrus*.

1 THER-

Amphiarai filius, ex Eriphyle Talai filia, Argivus. [1] Theſimenes Parthenopaei filius ex Clymene nympha, [2] Nyſius. *

[3] Polynices Oedipodis filius, anno peracto, regnum ab Eteocle fratre, Adraſto Talai filio adjutore, repetit, cum ſeptem ductoribus, & Thebas obpugnarunt. Ibi Adraſtus beneficio equi profugit. Capaneus contra Jovis voluntatem Thebas ſe capturum dixit: & cum murum adſcenderet, fulmine ab Jove eſt percuſſus. Amphiaraus cum quadriga terra eſt devoratus. Eteocles & Polynices inter ſe pugnantes, alius alium interfecerunt. His inferiae communes cum fiunt, Thebis fumus ſeparatur, quod alius alium interfecerunt. reliqui perierunt.

## LXXII. *Antigona.*

Creon Menoecei filius edixit, ne quis [4] Polynicen, aut qui una venerunt, ſepulturae [5] traderet, quod patriam obpugnatum venerint. Antigona ſoror & Argia conjunx, clam noctu Polynicis corpus

1 Thesimenes ] *Promachum* hunc appellat Apollod. Recte vidit Cl. Schefferus duos heic deſiderari, *Diomeden* Tydei, & *Sthenelum* Capanei filium. Apollodorus, omiſſo Polydoro, Hippomedontis filio, pro eo duos alios, Amphilochum alterum Amphiarai, & Eurypylum Meciſtei filium Epigonis accenſet, atque adeo octo numerat. Euſtath. ad Hom. Iliad. p. 323. Edit. Baſ. Stratolaum appellat Parthenopaei filium, & Epigonos novem agnoſcit. MUNCK.

2 Nysius ] Videtur deeſſe nonnihil. MICYLL. Recte ſuſpicatur Micyllus, hic deeſſe nonnulla, quinque enim tantum numerantur ex Epigonis & deſiderantur duo, Sthenelus, Capanei filius, & Diomedes, filius Tydei. SCHEFF.

3 Polynices Oedipodis ] Eſt haec inepta hominis ſtolidi repetitio eorum, quae iiſdem verbis dicta ſunt in praecedenti fab. 63. Tale quid & alibi notamus factum. SCHEFF. Et hoc eſſe ex illis, quibus hic ſcriptor ſtolide à gloſſatore aliquo interpolatus eſt non uno loco, libenter credo Cl. Scheffero. Spuriam hanc eſſe laciniam ſatis arguit cap. 68. MUNCK. Fuere & alii dicti Epigoni, cum his non confundendi. Vid. P. Leopard. XI. Emendat. 9.

## Ad CAP. LXXII.

4 Polynicen ] Vid. Schol. Eurip. Phoeniſſ. 1578, 1625, 1646, 1735. Philoſtrat II. Icon. 30.

5 Traderent ] Lego, *Traderet*. Praeceſſit enim, *ne quis*. De figurâ illâ, quâ nomen multitudinis licet ſingularis formae ſit, cum plurali interdum verbo convenit, non puto heic cogitandum. MUNCK.

6 Qua Eteocles sepultus est ] Aut illud *ſepultus eſt*, irrepſit ex gloſſa, aut ſcribendum, *qua Eteocles repoſitus eſt*. Nam ut *ſepultum pyra* ſcripſiſſe Hyginum credam, haud perſuadeor. SCHEFF. Cl. Schefferus mallet, *repoſitus eſt*. Non puto eſſe neceſſe. Nam etiam combuſtio eſt ſepultura. Vide Cl. Cuperi Obſervat. lib. I. cap. 7. & Borremanſii Var. Lect. cap. 9. Florus lib. III. cap. 21. *Tantum non eodem igne ſepelitur*. Nolter infr. cap. 171. *Ne ab igni obrueretur*. MUNCK. Vide ad Nepot. in Eum. cap. ult.

7 Ad pastores demandavit ] Notat Barth. Adverſ. lib. VIII. 6. *demandare* huic ſcriptori eſſe ablegare. Cap. 109. *Oreſten AEgiſthus necandum demandavit*. Cap. 117. *Demandavit in Phocide Strophio*. Ita & *mandare* uſurpat cap. 184. *Merope filium, quem ex Creſphonte habebat, abſconſe ad hoſpitem in AEtoliam mandavit*. Eadem ſignificatione τὸ *dare* venit Fulgentio cap. 7. lib. III. *Unde & ad Lycomedis regiam datur*. Adde quae notavimus ad cap. 3. MUNCK.

8 Et ad puberem ] Barthius ad Stat. Tom. II. 923. *Iſque ad* &c. nihil mutem. Vide Not. ad cap. 8. & 77. MUNCK.

9 Har-

pus ſublatum, in eadem pyra, [6] qua Eteocles ſepultus eſt, inpoſuerunt: quae cum à cuſtodibus deprehenſae eſſent, Argia profugit, Antigona ad regem eſt perducta. Ille eam Haemoni filio, cujus ſponſa fuerat, dedit interficiendam. Haemon amore captus, patris imperium neglexit, & Antigonam [7] ad paſtores demandavit; ementitusque eſt, ſe eam interfeciſſe. Quae cum filium procreaſſet, [8] & ad puberem aetatem veniſſet, Thebas ad ludos venit. Hunc Creon rex, quod ex Draconteo genere omnes in corpore inſigne habebant, cognovit. Cum Hercules pro Haemone deprecaretur, ut ei ignoſceret, non inpetravit. [9] Haemon ſe & Antigonam conjugem interfecit. At Creon Megaram filiam ſuam Herculi dedit in conjugium: ex qua nati ſunt [10] Theremachus & Ophites.

## LXXIII. *Amphiaraus, Eriphyla, & Alcmaeon.*

Amphiaraus Oeclei & Hypermeſtrae, Theſtii filiae, filius augur, [11] qui ſciret, ſi ad Thebas obpugnatum iſſet, ſe inde non rediturum, ita-

9 Haemon se et Antig. conj.] Alia de his referunt Tragici, Eurip. Phoeniſſ. 1631. & Soph. Antig. 772, 785, 888, 895, 903, 929, 1191, 1235, 1237, 1245, 1258. quocum confer Propert. II. VII. 83. ibique Broukh. Piſandrum apud Schol. Eurip. Phoeniſſ. 1748. Munck. ad fab. 243. Haemonis mater *Eurydice*, ab Heſiodo *Henioche* dicta, filii & prioris mariti fatum deplorans ſeſe quoque interfecit. v. Schol. Soph. Antig. 1194, 1310.

10 Theremachus et Ophites] Ita nominat quoque eos cap. 31. & 32. Sed vide quae obſervavi ad locum priorem. MUNCK.

## Ad CAP. LXXIII.

11 Qui sciret si ad] *Cum ſc.* MICYLL. Scribo, *quia ſciret*, ut reſpondeat ſequenti *itaque*. SCHEFF. Micyllus conjicit, *cum ſciret*. Cl. Schefferus, *quia ſciret*. Sed nihil mutandum. *Qui* heic valet idem, quod *quia* vel *eo quod*. Nepos: *Atticus, qui civitatem ſervatam cuperet, pecuniam numeravit de ſuo.* Eodem ſenſu ut *qui* uſurparunt. Quod etſi notiſſimum eſt, non advertit tamen Criticos in loco Vellejano lib. II. cap. 38. *Ut quae facilius, quam partibus, ſimul univerſa conſpici poſſint.* Quis non aliquid conjecturatum huc, velut in ſymbolam, contulit? Atqui locus ſatis apertus eſt, nec ullà indiget emendatione. Hoc enim dicit: *Quoniam ea in unum locum contracta facilius, quam per partes & varie diducta, capi animoque infigi poſſunt.* Curt. lib. v. cap. 3. *Ut quibus etiam cum loco dimicandum eſſet.* Juſtin. lib. II. cap. 11. *Caedunt, ſternuntque omnia, ut qui ſciant ſe pugnare, non ſpe victoriae, ſed in mortis ultionem.* Plin. lib. v. ep. 8. *Ut qui ſermunculis etiam fabelliſque ducantur.* Sed abire in alia omnia Nobiliſſimum Heinſium video in caſtigationibus ſuis; cujus nos judicio libenter cedimus. Idem tamen haud aegre dat nobis cap. 17. non fuiſſe ſollicitandum iſtum locum, *petenſque conſulatum paene omnium civium ſuffragiis factus eſt.* hoc eſt, conſul factus eſt. Elliptis haec tam elegans, quam non protrita. Victor Caeſar. cap. 37. *Poſt quem Probum in Illyrico factum ceperе.* h. e. imperatorem factum. Caelius ad Ciceronem epiſt. 4. *Inde Hirrum cuncti jam non faciendum flagitare.* h. e. non faciendum aedilem. Fruſtra heic ſunt viri eruditi. Optimus verborum ſuorum interpres ipſe Caelius, cujus ſunt illa epiſt. 3. *Nam me, ſi ſuo, forſitan cum locupletiore referam.* Epiſt. 6. *Optimus quiſque eum non fecit.* MUNCK. Vid. Ciceron. VI. ad Fam. Ep. 6. Schol. Eurip. Phoeniſſ. 176. Sophocl. Oed. Col. 1308. Philoſtrat. lib. II. Apoll. Tyan. 37. & lib. I. Icon. 27. Lact. ad Statii I. Theb. 42. De ipſo nomine *Amphiarao* Pt. Hephaeſtion. apud Photium pag. 477.

itaque celavit ſe conſcia Eriphyle conjuge ſua, Talai filia. Adraſtus autem, ut eum inveſtigaret, [1] monile aureum ex gemmis fecit, & muneri dedit ſorori ſuae Eriphylae: quae doni cupida, conjugem prodidit. Amphiaraus Alcmaeoni filio ſuo praecepit, ut poſt ſuam mortem poenas [2] à matre exſequeretur. qui poſtquam apud Thebas [3] terra eſt devoratus, Alcmaeon memor patris praecepti, Eriphylen matrem ſuam interfecit; quem poſtea furiae exagitarunt.

## LXXIV. *Hypſipyle.*

Septem ductores, qui Thebas obpugnatum ibant, devenerunt in Nemeam, ubi Hypſipyle Thoantis filia in ſervitute puerum [4] Archemorum ſive

1 Monile aureum ex gemmis] Si aureum, quomodo ex gemmis erat factum? Scilicet *ex gemmis facere*, nihil aliud eſſe, quam cum gemmis, ſive gemmatum, facere, gemmis diſtinguere. Geminum germanum eſt illud cap. 166. *Soleas aureas ex adamante fecit.* Ter. Eun. v. 4. *Quo pacto ex jure beſterno panem atrum vorent.* Donatus: *Ex pro cum poſitum eſt.* Varro R. R. III. *Pullis opponitur naſturtium ex aquâ in vas.* Nihil hac locutione frequentius apud Sammonicum, Plinium, Celſum, Scribonium Largum, & Macrum etiam; ut cap. 12. *Omnia deinde ſimul bene trita ex melle jugabis.* Quin aureum fuerit illud monile, dubitandum non eſt. Poëta neſcio quis apud Clementem Strom. II. pag. 388. Ἢ χρυσὸν φίλε ἀνδρὸς ἰδὼν ἐδέξαο τιμήεντα. Quantorum malorum poſt Eriphylae mortem extiterit cauſa, legere eſt apud Parthenium cap. 26. Erot. Non ab Adraſto, ſed Vulcano confectum hoc monile narrat Lactant. II. Th. Stat. vers. 272. ubi plenam hujus infauſti cimelii hiſtoriam habes. MUNCK. Conſule Hom. Odyſſ. Λ. 325. cum Scholiis, & in iis Aſclepiadem. & Criticos ad Soph. Electr. 840. Lact. ad Statii III. Theb. 274. ad XII. Th. 123. qui Eriphylen poſtea a filio interemptam docet. quid ſit *monile*, docet Serv. ad I. AEn. 654.

2 A matre exequeretur] II. e. *exigeret.* Vide notata ad cap. 58. MUNCK.

3 Terra est devoratus] Schol. Pind. ad Olymp. Od. VI. (vs. 23) Ἀμφιάραος δ' κατεπόθη σὺν ταῖς ἵπποις ὑπ' Ὠρωπῷ πόλει τῇ Βοιωτίας. Hinc ludi in illâ urbe inſtituti, quos Ἀμφιάρεια appellarunt, ut idem annotat ad Od. VIII. Locum, ubi terrae hiatu fuit abſorptus cum curru Ἄρμα vocatum tradit Pauſanias Boeot. Urbem facit Hom. Schol. ad Catalog. vers. 6. ut & Lactant. ad Stat. Theb. VIII. vers. 206. appellatque *Amphiarma* cum Homero, ut ait. quod falſum eſt. Ἄρμα enim à poëtâ vocatur loco modo laudato. Corrige ergo *Harma.* quo nomine & ab Heſychio & Etymologo quoque ſignatur in voce Ἅρμα. Caſum hunc infelicem eleganter deſcribit Stat. ſub finem lib. VII. Theb. MUNCK. Vid. Eurip. Supplic. 500. Schol. Pind. Olymp. Od. VI. 18. & ad O. Nem. IX. 57. & O. Nem. X. 14. Candidos Amphiarai equos fuiſſe docet Schol. Eurip. Phoeniſſ. 176. & duos equos candidos ei dat Philoſtratus I. Icon. 27. una cum auriga a terra devoratum docet Apollodorus lib. III. p. m. 193. de loco, qui poſtea Ἅρμα dictus eſt, Plut. in Parallel. Tom. II. pag. 307. ubi plura ex Triſimacho. De *Alcmaeone* Nepos Epam. cap. VI. Philoſtrat. lib. IV. de Apoll. Tyan. 38. & cap. XIX. Heroic. §. 16. Serv. ad VI. AEn. 445. Lact. ad Statii II. Theb. 305. Columna ad Ennii fragm. ex Alcmaeone pag. 281. 282.

## Ad CAP. LXXIV.

4 Archemorum sive Ophiten] Lege *Opheltes* ex Tzetze in Lycophron. Apollod. lib. I. pag. 40. & III. 152. Schol. Pind. Hypotheſi Nem. Lactantio in Stat. Theb. IV. 717. Apollodor. Ἀμφιάρεω δ' ἐστὶν ἐπίκλησις τὸ σημεῖον τοῦτο τὰ μάντεσι συμπαραδίδωσι. Τὸν δὲ παῖδα Ἀρχίμορον ἐπάλεσαν. Notat Faber: Ἀρχίμορον legi debet propter Etymologiam. Audacter ſatis. *Archemorus* enim ab omni antiquitate appellatur. Schol. Pind. Hypothes. Nemeon. Ἀμφιάρεω δὲ τούτοις μαντεύομένου Ἀρχίμορον αὐτὸν ἐπάλεσεν, ὅτι αὐτοῦ ἀρχὴ μόρου ἐγένετο ὁ τοῦ παιδὸς θάνατος. Haec er-

ſive [5] Ophelten, Lyci regis filium, nutriebat. Cui reſponſum erat, ne in terra puerum deponeret, antequam poſſet ambulare. Ergo ductores ſeptem, qui Thebas ibant, aquam quaerentes, devenerunt ad Hypſipylen: eamque rogaverunt, ut eis aquam demonſtraret. Illa timens puerum in terram deponere, [6] apium altiſſimum erat ad fontem, in quo puerum depoſuit: quae dum aquam eis tradit, draco fontis cuſtos puerum exedit. At draconem Adraſtus & caeteri occiderunt, & Lycum pro Hypſipyle deprecati ſunt, ludoſque puero funebres inſtituerunt, qui [7] quinto quoque anno fiunt, in quibus victores [8] apiaciam coronam accipiunt.

## LXXV.

ergo eſt Etymologia. MUNCK. Adde Schol. Pindari O. Nem. VIII. in fin. Lact. ad Statii v. Theb. 713. Column. ad Ennii Nemeam pag. 290.

5 OPHITEN LYCI REGIS FILIUM] Alii omnes hunc *Opheltem Lycurgi filium* appellant. Vide Apollodorum lib. I. ubi habes hiſtoriam. Pauſaniam in Arcadicis, & alios. SCHEFF. *Lycurgi* filius eſt ſcriptoribus, quos modo adduxi. Suſpicatur Cl. Schefferus vitium eſſe ortum ex ſcripturae compendio, quod vero valde eſt ſimile. Hyginum, ni fallor, intellexit quoque Schmidius Prolegom. in Nemeonicas: *Alii Lyri & Eurydices (puto eſſe perperam lectum Lyri pro Lycurgi) fuiſſe filium volunt.* Sed & ipſe perperam *Lyri* pro *Lyci* legit. Deprehendes idem vitium cap. 273. & 15. In honorem Pronactis ludos ab illis inſtitutos quidam voluere. Vide AElian. Var. Hiſt. lib. IV. cap. 5. MUNCK. Vide ibi Perizon. ad §. 5. Lact. ad Statii IV. Theb. 74. qui ad lib. V. Theb. vs. 630. eum Lycurgi & Eurydices filium vocat. vid. Meziriac. ad Ovid. Tom. II. pag. 123. Cl. Burm. in Catal. Argon. in *Ancaeus prior.*

6 APIUM ALTISSIMUM ERAT AD FONTEM IN QUO] Nil hic deeſt, quod putabat Micyllus, ſed iſta verba velut in parentheſi ponuntur. SCHEFF. Scribere debuiſſet, *quod apium altiſſimum erat ad fontem, in eo* &c. Fontem illum *Langiam* appellat Statianus interpres. MUNCK.

7 QUINTO QUOQUE ANNO] Hoc falſum eſt. Schol. Pind. Hypoth. Nem. Καὶ ἔτι πρότερον, τελοῦσιν μόνοι πεντέτηρον. Scribendum ergo eſſet, *tertio quoque anno.* Intra quam periodum recurrebant etiam Iſthmia, de quibus tamen Plinius lib. IV. cap. 5. *Iſthmi pars altera cum delubro Neptuni quinquennalibus inclyto ludis.* MUNCK. Schol. Pind. O. Nem. VI. vs. 69. Τριετηρίδι δ', ἀφ' ἑκάστου τριετηρίδος τὰ Ἰσθμικὰ ἄγεται τελεταῖς. De his funebribus ludis Lactant. ad Statii IV. Theb. 740. & ad X. Theb. 493. & Heſiadius apud Photium pag. 1590.

8 APIACIAM CORONAM] Vide Epigram. Archiae lib. I. Anthol. Heſych. Σελινοστεφάνου, πίνδαρος ἀφούσιον. ἀφ' οὗτο γὰρ καὶ οἱ τοῦ Ἰσθμικοῦ ἀγῶνος ἐχρίοντο κότινῳ. Hypoth. Nem. Pind. Ὁ δὲ σέφανος ἐκ χλωρῶν πλέκεται σελίνων. ἀφθόρου δὲ καὶ τοῦ Ἰσθμίου, καθότι ἐκεῖνος ἰχθὺς τὸν σέλινα *. Scrib. ξηρὸν σέλινα. Adde Suid. Paroem. a Scotto coll. Cent. XII. 65. Schol. Pind. Ἀφ' οὗ καὶ τὸ κατάκλιτον εἶναι τὸ φυόν. Νέμεαν κότῳ appellat Sibylla lib. V. MUNCK. Schol. Pindari O. Olymp. III. vs. 27. ubi ſacrorum ludorum praemia deſcribens ait, Νεμέων, σέλινον χλωρόν. & ad O. Iſthm. II. vs. 23. τοῖς δὲ τὰ Ἰσθμια ἀγωνιζομένοις σέλινον ξηρὸν ὁ στέφανος. ὑγρὸν δ', τοῖς τὰ Νέμεα. De Iſthmiis ita etiam Schol. Apollon. Rhod. lib. III. vs. 1239 τὸ ἀγῶνι τῷ Ἰσθμικῷ, ὃ καὶ οἱ νικῶντες ΠΙΤΥΙ ἐστέφοντο πάλαι. ἐστὶν δ ΞΗΡΟΣ ΣΕΛΙΝΟΣ. Schol. Pindari Olymp. O. XIII. vs. 46. Σελινοστέφανος δ', ὅτι τὸν λαμπρὸν Ἰσθμοῖ ὁ ἐκ ΣΕΛΙΝΟΥ στέφανος, ὡς τὸ ΝΕΜΕΟΙΣ. κλιθρίτης δ' ὁ ἐστεφανοῦτο. ὑγρὸν δ' τὸ ΣΕΛΙΝΟΝ τὸ κατάκλιτον. Conſule de hac corona etiam Schol. ad O. Nem. VI. vs. 71. Utriuſque certaminis corona erat itaque *apium*, ſive ex *apio* contexta: ita tamen ut corona Nemeorum certaminum victoribus tributa ex *apio viridi*, Iſthmiorum ex *apio arido* eſſet facta. De Nemeorum corona latiſſime diſputarunt Servius ad Ecl. VI. 68. Lactant. ad Statii lib. VI. Theb. vs. 2. & ad vs 6. item H. Junius lib. IV. Animadv. cap. 21.

## LXXV. *Tireſias.*

[1] In Monte Cyllenio Tireſias [2], Eueris filius, paſtor, [3] dracones venerantes dicitur baculo percuſſiſſe, [4] alias calcaſſe: ob id in mulieris figuram eſt converſus: poſtea monitus à ſortibus, in eodem loco dracones cum calcaſſet, [5] redit in priſtinam ſpeciem. Eodem tempore

## Ad CAP. LXXV.

1 In monte Cyllenio] Hom. I. Schol. ad Odyſſ. K. 499. & Tzetzes in Lycophron. in *Citbaerone* contigiſſe id ſcribunt. Lactant. ad Stat. Theb. lib. II. vers. 96. cum Hygino, unde cum non paucis etiam hanc fabulam tranſcripſit: *In monte Cyllenio Tireſias dracones coeuntes calcaſſe dicitur.* Etiam Apollod. lib. III. Κυλλήνιον appellat. MUNCK.

2 Eurimi] Etiam heic *Eueris* vel *Eueri* reponendum, ut cap. 68. quod & Meurſius ad Phlegontis cap. 4. vidit, ubi corrupte *Eumaris* dicitur filius, ut *Pericli* adhuc vitioſius apud Lactant. *Eurymi* filius fuit Telemus, de quo cap. 128. *Eueri* δοχαϊκῶς, ut *Acbilli*, & ſexcenta alia, per apocopen, ut cenſet Donatus. MUNCK. Mater Tireſiae dicitur fuiſſe *Charicle* Thebana. Conſule Celeb. P. Burm. ad Ovid. III. Met. vs. 322. Phorbantis filia a Cretenſibus dicebatur. vid. Ptolemaeus Hephaeſtio apud Photium pag. 471.

3 Dracones venerantes] Pro coëuntes videtur poſuiſſe, a Venere deducto verbo. MICYLL. Recte Micyllus: *Venerantes pro coëuntes videtur poſuiſſe à Venere deducto verbo.* Anton. Liber. cap. 17. Τὰς ἐν τῇ τελείᾳ μιγνυμένας ὄφεις ἐντυχὼν ἀπέκτεινεν. Barthius: *Venerantes hujus ſcriptoris phraſi eſt Venerem exercentes, cujus ego verbi exemplum nuſquam tamen vidiſſe memini.* Scioppius ſic plebem Romanam locutam cenſet in Famiani Infamiâ, ſed unico hoc Hygini exemplo nixus, quem Auguſtaei aevi ſcriptoribus parum critice accenſet. Opportune me monuit illuſtris Heinſius huc pertinere illa ex Gloſſ. Vett. Ἀφροδισιάσεις *veneroſus.* & *veneroſus* Ἀφροδισιάσης. Sed illis, opinor, magis adhuc iſta Petron. Fragm. Trag. p. 49. Ed. Blau. *Sed ego non mehercules corporaliter autem, aut propter res venerarias curavi.* Pro *autem*, quod omiſerunt Patavini, legerim, *eam.* Cyprianus de Aleatoribus: *Sciens quoniam foris maleficus & venerarius.* Quo loco *venerarium* eſſe putat Pamelius, qui veneratur idola. At mihi certum legendum, *venenarius* h. e. φαρμακός. Occurrit ea vox apud Sueton. Neron. cap. 33. Apul. Apolog. & Schol. Juv. ad Sat. III. vers. 33. Reſpexit locum Apocalypſ. cap. XXII. vers. 15. Sixtus II. Serm. de Divit. *Quo magis augetur, & cum ſuis amatoribus venerata fuerit.* Quem locum debemus Reineſio. MUNCK. *Corpora ſerpentum coeuntia baculi ictu violaſſe* dicitur Tireſias ab Ovid. l. l. vs. 324. & Lactantius ad Statii l. l. coeuntes dracones vocat. Recte itaque *venerantes* per *coeuntes* explicatur. conſule Reineſ. & Heinſ. ad Petron. Satyric. cap. 61. p. 309.

4 Alias calcasse] Vocula clapſa eſt per oſcitantiam librarii. Scribe, *percuſſiſſe alias, alias calcaſſe.* SCHEFF. Cl. Schefferus legendum arbitratur: *percuſſiſſe alias, alias calcaſſe.* Potuit ſane faeminino genere τὸ *draco* (quanquam poſteriores maluerunt *dracaena*, ut *leaena*) uſurpaſſe, ut olim, *bic* & *haec leo, latro, fullo, nepos, gallus, lupus* veteres frequentabant, obſervante Servio ad Georg. III. 245. AEn. v. 610. VIII. 64. XII. 519. Quibus addi poſſunt, quae Feſtus notavit in *Maſculino genere* & *Recto fronte.* Sed Ovid. III. Met. 324. Phlegon cap. 4. Fulgent. lib. II. Mythol. Schol. Hom. ad Odyſſ. K. 499. duos tantum fuiſſe angues tradunt, quos percuſſerit Tireſias. Quamobrem ſuſpicor illa, *alias calcaſſe* à gloſſa eſſe ejus, qui voluerit diverſas conjungere ſententias, ut factum cap. 14. & 139. niſi mox inferret, *cum calcaſſet.* Quod tamen Tiliobrogam in Obſ. ad Lactant. comment. non movit, quo minus, ut gloſſema, delere iſta verba & ipſe quoque juberet. Potuit ſane percuſſiſſe eos prius, quos poſtea calcaverit. Non recuſo ergo, quin cancellentur, vel certe illa, *percuſſiſſe alias.* Nam in Lactantio ſolius calcationis fit mentio. MUNCK.

5 Redit in pristinam speciem] Mallem, *rediit in priſtinam.* SCHEFF. Lactantius: *deinde monitus ſortibus in eundem locum * rediit in figuram priſtinam.* Suppleo lacunam ex Hygino: *in eundem locum reverſus dracones cum calcaſſet, rediit* &c. In Hygino reſcribo ex Lactantio *rediit.* quod & Schefferus maluerat. Tzetzes: Ἀνέβη τὸν Κύλληνον, κἀ γέγονε γυνή. εἶτα τὴ μάντιν, κἀ

re inter Jovem & Junonem fuit jocosa altercatio, quis magis de re venerea voluptatem caperet, masculus, an foemina: de qua re Tiresiam indicem sumpserunt, qui [6] utrumque erat expertus. Is [7] cum secundum Jovem judicasset, Juno irata, [8] manu aversa eum excaecavit. At Jovis ob id fecit, ut [9] septem aetates viveret, [10] vatesque praeter caeteros mortales esset.

## LXXVI.

ἰχθύϊ πάλιν ἀνίᾳ. Eadem invenies apud Didymum ψελλίσμων. MUNCK.

6 UTRUMQUE ERAT EXPERTUS ] Lactantius: *Qui expertus fuerat utrumque sexum.* Et in Argum. lib. III. Met. *Qui utramque naturam maris ac foeminae fuerat expertus.* Inserendum ergo Hygino τὸ *sexum.* Hom. Schol. μυτίχῳ ἱκανῶν, ἀνδρὸς γὰρ καὶ γυναικὸς vel legendum, *utramque*, & referendum ad voluptatem rei Venereae. Ovidius: *Venus huic erat utraque nota.* Κοινωνῶν Ἀφροδίτης ἱκανῶν id dicit Aelian. Anim. I. 25. MUNCK. Tiresiam anceps sexu fuisse finxerunt Ethnici, quia ficlas erraticas utriusque sexus esse dicunt, ut e Luciano docent Meursius ad Lycophron. Alexandr. vs. 683. & Celeb. P. Burm. ad Ovid. l. l. vs. 322. Septies formam mutasse Tiresiam dicit Ptolemaeus Hephaestio apud Photium pag. 471.

7 CUM SECUNDUM JOVEM JUDICASSET ] Lactantius: *cum Jovi faluisset.* Lege *adjudicasset* cum Nob. Heinsio. Sententia est, cum victoriam litis Jovi decrevisset, cum secundum illum litem dedisset. Sic cap. 164. *Secundum eam judicatum est.* Fulg. lib. II. *Dixit tres uncias habere virum amoris, & novem foeminam.* Phlegon: *Decem in partes coitionis ipsa divisâ, unam viro, novem mulieri attingere.* Lactant. *Novem partibus libidinis dixit foeminam potiorem, & unâ virum.* Quae conveniunt cum versibus, qui ab Apollodoro referuntur: Οἱ μὲν γὰρ μοίρῃσι δέκα μοιρέων τέρενδ' ἀνήρ, τὰς δ' ἐν ἰκαρίοισιν γυνὴ τέρπεται πᾶσαν. Sed quomodo eos cum proxime praecedenti narratione conciliabis, *novem partes maris, decem mulieres finire?* Scribendum ergo λοιπὴν ἀνήρ, aut statuendum aliquid deesse, quo aliter sentire indicaverit. Sed versus prius versiculos à Glossatoris alicujus manu esse, qui apud Hom. Schol. ita leguntur: Οἱ μὲν γὰρ ἐννέα δεκαπλασίων τέρενδ' ἀνήρ, Τὰς δ' ἐν ἰκαρίοισιν γυνὴ τέρπεται πᾶσαν. Castiga δέκα μοιρῶν. Duo viri inter λοιπὴν Hesiodi ex Lycophr. Schol. hos versus citent. Ego illos pro vero non habeo. Bas. hunc in modum adduci invenit: Καὶ ὁ Μιλησιόδης (l. eg. Μιλησιάδης) φησὶν ὡς λέγει Τειρεσίᾳ φησὶ. Ἓν μὲν &c. In caeteris συμφωνεῖ Didymo illi personato, non Apollodoro. Dicat etiam sententiam suam Juvenalis Schol. *Una*, ait ad Sat. VI. 753. *uncia libidinis est in masculis, undecim in foeminis.* Isidor. lib. XI. cap. I. *Libidinosiores virîs foeminae sunt tam in mulieribus, quam in animalibus. Unde nimius amor apud antiquos foemineus vocatur.* MUNCK.

8 MANU AVERSA EUM EXCAECAVIT ] Statianus Schol. Lactantius: *Illa irata manus ejus praecidit, & excaecavit.* Quis praeter hunc Grammaticum manus ei praecisas dixit? Videtur deceptus fuisse Graecâ voce, μηρός, quae & caecum & mutilatum significat. MUNCK. Consule inl. Spanh. ad Call. H. Pall. vs. 82. & 108. & Celeb. P. Burm. l. l. Magnus Bochartus Callimachum secutus Tiresiam occaecatum dicit, quod Minervam se lavantem viderat, & ex Chemi historia fabulam hâc putat. vul. lib. I. cap. I. Phaleg. pag. 4.

9 SEPTEM AETATES ] Lactant. *Jupiter fecit, ut septem aetates viveret, vatesque praeter caeteros mortales veracissimus haberetur.* De septem aetatibus consentit Phlegon cap. 4. Notat ibi Meursius Agatharchidem quinque tantum, Lucianum sex ei tribuisse. Addo ego ex Tzetze in Lycophr. p. 112. à quibusdam dictum cum novem vixisse aetates. MUNCK. Consule inl. Spanh. ad Callim. H. Pall. vs. 125. & 128. & de Tiresiae morte ad vs. 77. & Athenaeum lib. II. cap. 4. p. 41. item Plutarch. Sympos. lib. IX. quaest. 5. T. II. p. 740.

10 VATESQUE P. C. M. ] Consule inl. Spanh. ad Callim. H. Pall. vs. 121, 123, 129. hinc Sophocl. Oed. Tyr. v. 292.

Ἀτρεκὲς ἀτρεκῶς ταῦθ' ὁρᾶτε· ἐπίσταμαι
Μάλιστα Φοίβου Τειρεσίαν, παρ' ᾧ τις ἂν
Σκοπῶν τὰδ' ἂν ἥκιστ' ἁμάρτοι σαφῶς.

Caetera de Tiresia discas ex Cl. Barnanno l. l. de Tiresiae Oraculo, Plutarch. de Oracul. def. T. II. p. 434.

## LXXVI. *Reges Thebanorum.*

[1] CADMUS Agenoris filius, Amphion Jovis, Polydorus Cadmi, Lajus Labdaci, Pentheus Echionis, [2] Creon Menoecei, Oedipus Laji, Polynices Oedipi, Lycus Neptuni, Eteocles Oedipi, Zethus Jovis, Labdacus Polydori.

LXXVII.

## Ad CAP. LXXVI.

1 CADMUS] Non eſt recenſio haec ſecundum juſtam ſeriem, quod conſtat ex Pauſaniae Boeoticis. Sed ſimiliter enumeravit ſupra cap. 48. etiam Reges Athenienſium. SCHEFF.

2 CREON MENOETII] *Menoecei* eſſe legendum dictum jam ſuperius. Habuit hic Creon etiam filium *Menoeceum* avo cognominem. Vide Pauſan. p. 577. & quae notavi ad cap. 67. MUNCK.

## Ad CAP. LXXVII.

3 THESTII] Apollon. Scholiaſtes ad lib. 1. vers 146. *Theſpium* appellat. perperam, ut puto. MUNCK. Cl. Burm. in Catalog. Argonaut. in voce *Ipbiclus* in citato Scholiaſte pro Θέστιος legit Θέσπ. *Theſtii* filia vocatur etiam ab Euripidis Scholiaſte in Oreſte vs. 458. & Euripide in Helena vs. 132. quae vs. 135. & vs. 201. 692. laqueo vitam finiſſe fertur. Apud Servium ad Virgil. lib. VIII. AEn. vs. 130. legimus a quibuſdam *Ledam* fuiſſe habitam *Thyeſtae* filiam.

4 IN CYGNUM] Illâ in anſerem commutatâ. Virg. Ciri: *Ciris Amyclaeo formoſior anſere Ledae.* Vide Not. ad Aſtron. II. 8. MUNCK. Fabulam vide etiam apud Lactant. ad Statii IV. Thebaid. 236. ad X. Theb. 497. Eriphus Ledam anſeris ova peperiſſe tradit apud Athenaeum lib. II. cap. 16. pag. 58.

5 ET EX EO PEPERIT] *Quae ex eo.* MICYLL. Barthius volebat, *& ex ea*, quod non probo. Sequitur nimirum, *ex Tyndareo autem*, per quandam oppoſitionem, quae perit omnis, ſi legatur *ex ea.* Nam haec eſt ſententia; Ex Jove peperit Pollucem, ex Tyndareo autem Caſtorem. Itaque non dubito, quin ſcribi debeat, *ea ex eo.* SCHEFF. Barthius corrigit, *& ex ea peperit*, notatque etiam parere de viris dici. Id licet veriſſimum ſit, heic tamen locum habere non poſſe liquet ex membro ſequenti. Melius Cl. Schefferus, *ea ex eo.* vel Micyllus, *quae ex eo.* Ego tamen non audeo quicquam mutare. Supr. cap. 72. *Quae cum filium procreaſſet, & ad puberem aetatem perveniſſet.* Ut ibi *is*, ſive *filius*, ita heic *ea*, vel *Leda* ſubaudiendum puto. Nec abſimile illud cap. 191. *Quem boſpitio excepit, atque ducem dedit.* pro *ei dedit.* Lactant. ad I. Theb. Stat. *Huic filia Pſamate fuit, cum quâ Apollo concubuit, de quo compreſſa edidit* &c. ſubaudi extrinſecus, *ea.* Vet. Interpres Luc. cap. 15. *Et adhaeſit uni civium regionis illius. & miſit illum* &c. Intellige, *& is* &c. Sulpicius Severus lib. Hiſtor. Sacr. *Si quis ſervum proprium ſervamve percuſſerit, exque eo ictu obierit.* ſc. *is.* Vide & Not. ad cap. 8. Ad fabulae accuratiorem intellectum conſulendus Tzetzes in Lycophr. p. 21. Edit. Baſil. Vinetus ad Auſon. Epigr. 55. Hyg. Aſtron. II. 8. Eratoſthenes Καταστ. cap. 25. Schol. Arat. p. 38. Ed. Lond. ubi corrupte Νεμέσαν pro Νεμέσει ediderunt. Schol. Callim. ad Hymn. Dian. vers. 232. Ῥαμνῆς δῆμος Ἀττικῆς, ἔνθα τῇ Νεμέσει ὁ Ζεὺς συνεκοιμήθη, ἥτις ἔτικτεν ὠόν. ἐκεῖ δ' εὑρῶσα ὁ Λήδα ἐθήρευσεν, καὶ ἐξέβαλε τὸν Διοσκόρους καὶ Ἑλένην. Schol. German. Cycno. *Cycnum dicunt inter aſtra conſlitutum, eo quod Jupiter in cygnum transfiguratus evolaverit in ramum Atticae regionis, ibique compreſſerit Nemeſin, quae & Leda dicitur (ut refert Crates Comoediarum ſcriptor) quae enixa eſt ovum, unde nata eſt Helena.* Pro *ramum* lege *Rhamnunta.* Quod video jam obſervaſſe Adr. Junium Animad. lib. I. cap. 15. ubi optime auctorum diſcordiam conciliat de Ledâ fabuloſâ & Nemeſi Helenae matribus. Schol. Pind. ad Nem. Od. X. pag. 326. Ὁ μὲν Ἡσίοδος ἀμφοῖν Διὸς εἶναι φησὶν ἐκ λόγου. ὁ δὲ Πίνδαρος ἐτέρως τὴν ἱστορίαν ἐξεκόλυψεν, τὴν μὲν Πολυδεύκη ἐκ Διὸς, τὴν δὲ Κάστορα ἐκ Τυνδάρεω εἶναι φη-

## LXXVII. *Leda.*

JUPITER Ledam, [3] Theſtii filiam, [4] in cygnum converſus, ad flumen Eurotam compreſſit, [5] & ex eo peperit Pollucem & Helenam, ex Tyndareo autem Caſtorem & Clytaemneſtram.

## LXXVIII. *Tyndareus.*

TYNDAREUS, [6] Oebali filius, ex Leda Theſtii filia procreavit Clytaemneſtram & Helenam. Clytaemneſtram Agamemnoni Atrei filio dedit

φησιν, ὡς ἡ Ἥρακλῆς μὲ ἐξ Ἀλκμήνης καὶ Διὸς, Ἰφικλῆς ὁ ἐξ Ἀμφιτρύωνος (Leg. Ἀμφιτρυωνίδ.) λέγε ὃ τοῦτ, ὅτι Πολυδεύκης καὶ Ἑλένη ἐκ Διὸς εἰσι καὶ Λήδης. Κάστωρ ὁ ἐκ Τυνδάρεω, ὁ φάσκει Ἡσίοδ., ὅτι Λήδας, ὅτι Κυκείνης ἔλθοντι εἰς Ἑλείην. ἀλλὰ δυγατέρα Ὠκεανοῦ καὶ Διός. Locus defectus eſt. Deeſt nomen filiae Oceani. Schol. Horat. in Art. Poët. *Gemino ovo dicit reſpiciens ad cygnum. Duo enim ova peperiſſe dicitur Leda, alterum ex Jove, ſub ſpecie cygni, ex quo nati ſunt Pollux & Helena; alterum ex Tyndareo, ex quo Caſtor & Clytaemneſtra.* MUNCK. Variant in hac fabula mirum in modum Mythographi. Caſtor & Pollux, uterque nunc Τυνδαρίδης, nunc Διόσκουροι vocantur. Vid. Schol. Apoll. Rhod. II. 808. & Euſt. ad Dionyſ. Pericg. vs. 687. Eurip. Helena vs. 291, 1696. Caſtorem & Pollucem Jovis ac Ledae filios vocat. Schol. tamen Apollonii Rhodii lib. I. vs. 146. quos hic noſter ſequitur, e Jove Pollucem, e Tyndareo a multis dici progenitum Caſtorem docet. Eadem confuſio de Helenae parentibus. Euripides ſibi obloqui videtur in Oreſte vs. 1635. Jovis filiam vocans, quamquam in Helena vs. 17. 265. 477. 501. Tyndareum revera, ſed Jovem modo fabulis confictum Helenae fuiſſe patrem ſtatuit, & Herodotus lib. II. cap. 112. Helenam Tyndarei filiam fuiſſe adfirmat. Imo Servius ad Virgilii VIII. AEn. vs. 130. ait, a nonnullis tradi Clytaemneſtram, Helenam, ac Timandram Tyndarei ac Ledae fuiſſe filias, qui ad II. AEn. 601. Jovis etiam fuiſſe Helenam aeque ac Jovis filium Herculem, licet hanc *Tyndaridem*, illum *Amphitryoniadem* dictum, docet. Schol. Euripidis in Oreſte vs. 1390. Ledam juxta quoſdam in Nemeſin mutatam cum Cygno, in quem converſus erat Jupiter, concubuiſſe commemorat. hinc Cypriorum carminum auctor Helenam Jovis & Nemeſios filiam vocat apud Athenaeum lib. VIII. cap. 3. pag. 334. Inde etiam nonnulli Nemeſin Helenae matrem, Ledam vero nutricem ſtatuerunt. Conſule Celeb. J. Perizonii lib. IV. V. H. AElian. cap. 5. qui illam de ovo fabulam inluſtrat. item inſ. Spanh. ad Callim. H. Dian. vs. 232. Lactant. ad Statii I. Achill. vs. 180. Jovis ideo filiam fuiſſe credit, quia fuit inmortalis Helena, cum fratre Polluce. Schol. Euripidis in Oreſte vs. 249. & in primis ad vs. 458. tam Caſtorem quam Pollucem: tam Clytaemneſtram quam Helenam cum Timandra Tyndarei & Ledae liberos facit. Ipſe Euripides in Iphigenia in Aulide vs. 55. pro *Timandra* facit praeter *Helenam* & *Clytaemneſtram*, etiam *Phoeben* Tyndarei & Ledae filiam. Denique Lactantius ſuam de Helena Jovis filia inmortali ſententiam debet partim Euripidi in Oreſte vs. 1635. ubi Apollo de Helena Ἐγὼ τὸ ἔξωσα, κἀπὸ φαιγάνει τῷ σῷ πλάθοις ἔχτας' ἐκ Διὸς πατρὸς ζώσας ἡ ἦσαν, ζῶ τὸ ἈΦΘΙΤΟΝ χρεών, Κάστορά τε τὸ Πολυδεύκη τ' ἐκ αἰθέρ. πίπτοντε Σπάρτ. ἴσην ταυτίλως σωτερ. De figmento hujus ovi, quod a patre Tyndareo Τυνδάρεον vocatur, haec adnotat Plutarchus lib. II. quaeſt. 3. Sympoſ. T. II. p. 637. οὐκ ἄξιον ἱστορεῖν γυμνάσιον οὖσαν, ἀλλὰ τὸ Τυνδάρεον εἰ καινὴν ἱστοριστὶς ἀναπλάττειν. Helenam Veneris filiam facit Ptolemaeus Hephaeſtio lib. IV. qui poſtea Solis & Ledae filiam *Leonten* ab aliis vero *Echo* proprio nomine, quod aliorum voces egregie imitaretur, adpellatam. *Helenam* vero, quod eam Leda ἐν ὕλῃ peperiſſet, nomen adeptam memorari docet. Vid. Photius pag. 479.

## Ad CAP. LXXVIII.

6 OEBALI ] Filius hic Perieris erat. Vide genealogiam apud Euſtath. in Il. p. 221. MUNCK. Conſule omnino Apollodor. lib. I. p. m. 42. & Cl. Burm. in Catal. Argonaut. in v. *Lias.* Iaſ & alius *Oebalus*, de quo Serv. ad VII. AEn. 734.

1 HE-

dit in conjugium. [1] Helenam, propter formae dignitatem, complures [2] ex civitatibus in conjugium proci petebant. [3] Tyndareus cum repudiaret filiam ſuam Clytaemneſtram, & ab Agamemnone vereretur, timeretque, ne quid ex ea re diſcordiae naſceretur, monitus ab Ulyxe, [4] jurejurando ſe obligavit, [5] & arbitrio Helenae poſuit, ut, cui vellet nubere, coronam inponeret. [6] Menelao inpoſuit, [7] ut cui Tyndareus eam dedit uxorem, regnumque [8] moriens Menelao tradidit.

## LXXIX. *Helena.*

THESEUS, AEgei & AEthrae Pitthei filiae filius, cum Pirithoo Ixionis

1 HELENAM PROPTER FORMAE DIGNITATEM, COMPLURES EX CIVITATIBUS IN CONJUGIUM PROCI PETEBANT] Praeſtare videtur *compluribus ex civitatibus*. WOPKENS.

2 EX CIVITATIBUS] Barthius MS. ſuum habuiſſe ait, *ex vicinis regibus*, ita tamen, ut de voce *regibus* pronunciare nihil poſſit, quia codex ibi ſitu fuerit corruptus. Ego ſuſpicor vel ex *vicinis civitatibus*, vel *ex vicinitatibus* ſcribendum. SCHEFF. Barth. ex MS. *ex vicinis regibus*. Cl. Schefferus conjicit, *ex vicinis civitatibus*, vel *vicinitatibus*. Si tam prope ad vulgatam ſcripturam accederet, non deterius foret, *optimatibus*. Hom. Schol. ad Iliad. B. 339. Τῶν ἐκ τῆ Ἑλλάδ ἀρίστων ἐπὶ μνηστείαις τῆ Ἑλένης παρῆσαν ἀφ' ἡγεμόν κ κάλλ. MUNCK. De praeſtanti Helenae forma Eurip. Hecub. 269. Pind. Olymp. Od. III. 2. & Heream apud Plut. in Theſeo pag. 15. conſulito.

3 TYNDAREUS CUM REPUDIARET FILIAM] Putant hic deeſſe quidpiam. Ego locum ita cenſeo legendum vel reſtituendum: *Tyndareus, cum (repudiarat filiam ſuam Clytemneſtram) & ab Agamemnone peteretur, timeretque.* Omnia ſunt clara. *Filiam ſuam*, uſurpavit pro *filiam ejus*, ſicut ſolet aliis locis, fuit namque Clytemneſtra Tyndarei filia, ut liquet ex antecedentibus. Adde Apollodorum lib. III. SCHEFF. Difficillimus locus, quem ſatis clarum fore cenſet Cl. Schefferus, ſi ita conſtituas: *Tyndareus cum (repudiarat filiam ſuam Clytemneſtram) & ab Agamemnone peteretur, timeretque* &c. Ego *Ixίχ.* Tantum moneo τὸ & poſt *Clytemneſtram* non comparere in Micylli editione. Apertius haec narrantur ab Apollod. lib. III. & Scholiaſte Hom. loco jam dicto. MUNCK.

4 JUREJURANDO] De hoc Meziriac. ad Ovid. Ep. I. Heroid. p. 28. & Interpr. ad Thucyd. lib. I. cap. 9.

5 ET ARBITRIO] Fort. *& in arbitrio.* MUNCK.

6 MENELAO IMPOSUIT] *Quae Men.* MICYLL. Scribo, *ea Menelao impoſuit, cui Tyndareus.* Micyllus volebat, *quae Menelao.* Sed hoc longius abit. Barthius pro *ut cui Tyndareus*, quod habetur in editis, putabat, *cui &*. Mihi illud *ut* ex ſuperioribus, *ut cui vellet*, natum videtur, & delendum. SCHEFF. Ante haec verba pro inciſo poſui τιλείαν ϕίλῳ. Conjicit praeterea Micyllus legendum eſſe, *Quae Menelao.* Schefferus, *ea Menelao.* Geminum & germanum huic eſt, quod de Segobrigiorum regis filia narrat Juſtin. XLIII. 3. MUNCK. Ptolomaeus Hephaeſtio lib. IV. apud Photium pag. 479. ait Μενέλαν ἠρᾶτο Ἑλένη, ᾧ ἔτυχε ἔγημεν αὐτῶ.

7 UT CUI TYNDAREUS] Τὸ *ut* delet Cl. Schefferus. Poteſt ſane videri ex ultima ſyllaba vocis *poſuit* natum. Tollius conjicit, *cui &*. MUNCK.

8 MORIENS MENELAO] Deleatur τὸ *Menelao*, praeſertim cum abſit à membranis Barthii. Reſtat ergo, ut legatur: *Menelao impoſuit, cui Tyndareus eam dedit uxorem, regnumque moriens tradidit.* MUNCK.

## Ad CAP. LXXIX.

9 DE FANO DIANAE] Quae *Orthia* dicta fuit. Plut. in Theſeo p. 14. De hiſtoria hac Meziriac. ad Ovid. V. Epiſt. Heroid. p. 433.

10 ATHENAS IN PAGUM ATTICAE REGIONIS] Aut illud *Athenas* delendum, aut legendum *Aphidnas*. Vide Senec. Hippolyt. vers. 24. Schol. Hom. ad Iliad. Γ. v. 144. Lucian. Charidemo. p. 1027 Tom. I. Edit. Bened. Tzetzes in Lycophr. (vs. 143.) Πρῶτ Θησεὺς ἐπλάτη ταύτ ἀρπάσας, καθά ϕησι Δῆμις ὁ Σάμι, ἀφαρπάσ ὃ αὐτὼ τὸ πρ γαμετὴν ἀπὸ Πολυδόκ κ Κάστ τ αὐτῆς ἀδελφῶν τὸ Ἀφίδνας πολιχνίν (ita lego pro ἐπὶ λυχνίν) τ Ἀθηνῶν, ϕυλάσσασαν Ἰφιϕάνειαν, ᾗ ϑυγατὴ παῖδα Κλυταιμνήσ τοιῆ. Ἀφίδναν appellat Euſtath. ad Iliad. p. 215. Edit. Baſ.

nis filio Helenam Tyndarei & Ledae filiam virginem, de [9] fano Dianae ſacrificantem rapuerunt, & detulerunt [10] Athenas in pagum Atticae regionis. [11] Quod Jovis eos cum vidiſſet tantam audaciam habere, ut ſe ipſi ad periculum obferrent, in quiete eis imperavit, ut peterent ambo à Plutone Pirithoo Proſerpinam in conjugium. Qui cum [12] per inſulam Taenariam ad inferos deſcendiſſent, & de qua re veniſſent, indicarent Plutoni, à Furiis [13] ſtrati, diuque lacerati ſunt. Quo Hercules ad canem tricipitem ducendum cum veniſſet, illi fidem ejus inplorarunt. Qui à Plutone inpetravit, [14] eoſque incolumes eduxit. [15] Ob Helenam [16] Caſtor & Pollux fratres [17] belligerarunt, & AEthram

Baſ. Quanquam Stephanus *Aphidnam* differre ab *Aphidnis* docet. Eſt ergo haec σατίρα Ἑλένης ἁρπαγή, de quâ Lucian. Dial. de Salt. MUNCK. *Aphidnas* legendum docent Pauſanias lib. 1. cap. 17. p. 40. Plut. in Theſeo pag. 15. quomodo e MSS. recte legitur apud Tzetz. ad Lycophr. 503. Vid. Lact. ad Statii 1. Theb. 475. Meziriac. ad Ovid. Tom. II. pag. 354. Meurſ. in Theſeo cap. 26.

11 Quod Jovis] Pro *quare Juppiter*. MICYLL.

12 Per insulam Taenariam] Atqui *Taenarus* eſt promontorium Laconiae, non inſula. Puto ſcribendum *ſpeluncam Taenariam*. Senec. Hippolyt. v. 1211. *Taenarei ſpecus*. Deſcribit ſpecum illum graphicè idem Hercul. Fur. v. 662. & ſeqq. Lactantius ad lib. 1. Stat. v. 96. *Maleo eſt promontorium Laconiae, in cujus radicibus locum quendam profundum Taenarum vocant, in quo dicitur eſſe aditus inferorum*. Confer Tzetzen in Lycophr. p. 20. MUNCK. De Taenaro Laconiae promontorio Schol. Apoll. Rhod. 1. Arg. vs. 102. qui *urbem, portum* & *promontorium* vocat. Plura de Taenaro dabit ad vs. 179. & ad lib. III. 1240. & Schol. Ariſtoph. Acharn. 509. Schol. Pind. O. Pyth. IV. 78. Tzetz. ad Lycophron. 1106.

13 Strati diuque lacerati sunt] *Proſtrati*. MICYLL. Illud *diuque* languet, neque ſenſum habet idoneum hoc loco. Libri veteres habuere, *diuſque*; unde ſuſpicor ſcripſiſſe noſtrum, *uſque lacerati ſunt*. Illud *di* in *diuſque* ad haeſit voci *uſque*, ex praecedentis vocis ſyllaba ultima. Porro *uſque* eſt *continuo*, quod ex Terentio aliiſque pridem annotatum eſt. SCHEFF. Ita Micyllus edidit, qui pro *ſtrati* mallet *proſtrati*. Non erat cauſa. In tumulo Achillis Euſebii: *Qui ſtravi toties armis victricibus hoſtes*. Et in alio Vet. Epigram. lib. II. Catal. Pith. *Audet quae proprium ſternere calce virum*. Virgil. AEn. XII. 97. *Da ſternere corpus*. Chryſol. Sermon. p. 103. *Sternis ſuperbiam*. Auſon. Epigram. 3. *Cade, fuga, flammis ſtratos periiſſe Suevos*, MUNCK. v. Lact. ad Statii VIII. Theb. 53.

14 Eosque incolumes eduxit] Ex inferis ſcilicet. Mallem, *reduxit*. Sed Theſeum tantum reduxit, ut tradit cap. 251. Apollod. lib. II. p. 107. Schol. Hom. ad Iliad. Θ. 368. & Diodorus lib. IV. Sed, ut idem memorat, μυθογράφοι quidam neutrum inde reverſum tradiderunt. Quos ſecutus eſt Virgil. AEn. VI. 617. *Sedet aeternumque ſedebit Infelix Theſeus: Phlegyaſque miſerrimus omnes Admonet*. *Phlegyas* nominandi caſu accipio cum Lactant. ad Stat. 1. Theb. v. 703. *Phlegyas*, inquit, *filius Martis, qui apud Delphos templum Apollinis incendit: cujus Virgil. meminit*: Phlegyas &c. Reſpexit procul dubio Virgilii locum Iſidorus in Gloſſis: *Phlegya, Martis filia*. Lego, *filius*. MUNCK. Conſule Pauſan. lib. 1. cap. 17. p. 40. Philoſtrat. IV. Apoll. Tyan. 46. Schol. Apoll. Rhod. 1. 101. Meziriac. ad Ovid. II. Epiſt. Heroid. pag. 147. & Meurſ. in Theſeo cap. 27. ſed Plut. in Theſeo p. 15. & ex eo Simſon. Chronic. A. M. 2799. fabulam de Proſerpinae raptu explicat.

15 Ob Helenam] Ante haec verba ponendam arbitror τιλείαν σ[illegible], & legendum, *ob Helenam*. Concedes mihi id, ſi inſpexeris noſtrum Aſtron. II. 22. & Lucian. Tom. 1. p. 931. MUNCK.

16 Castor et Pollux] Haec nova eſt fabula, nil commune habens cum ſuperiori. A qua cum nec hic, nec in fabularum indice ſuo ſeparetur titulo, liquet, Hyginum omnes enumeraſſe abique titulis, coſque poſtea demum inſcriptos eſſe ſingulis ab aliquo, non ſatis attento ad ſingulas. Nam hoc accidit & in aliis locis. SCHEFF.

17 Belligerarunt] Neſcio, annon appoſuerit Noſter, bellum illud fuiſſe contra Athenienſes ob raptum Helenae, idque hodie deſideretur. Vid. Apollod. III. item Pauſaniam in Corinth. II. & Plutarch. in Theſeo. SCHEFF.

AEthram Theſei matrem [1] & * Phiſadiem Pirithoi ſororem ceperunt, & in ſervitutem ſorori dederunt.

## LXXX. *Caſtor.*

IDAS & Lynceus, Apharei filii, ex Meſſenis habuerunt ſponſas Phoeben [2] & Lairam Leucippi filias. Hae autem formoſiſſimae virgines cum eſſent, & eſſet Phoebe ſacerdos Minervae, [3] Laira Dianae, Caſtor & Pollux amore incenſi eas rapuerunt. Illi, amiſſis ſponſis, arma tulerunt, ſi poſſent eas recuperare. [4] Caſtor Lynceum in praelio interfecit. Idas, amiſſo fratre, omiſit bellum & ſponſam, coepitque fratrem ſepelire. Cum oſſa ejus conlocaret [5] in pila, intervenit Caſtor, & prohibere coepit monumentum fieri, quod diceret, ſe cum quaſi foeminam

1 ET PHISADIEM] *Thiſadien*, ut infra vocat. MICYLL. Infra fab. 92. eſt *Thiſadie*. SCHEFF. *Phiſadien* eſſet ſcribendum. Sed cap. 92. *Thiſadien* appellat. Forte neutrum recte habet. *Clymena* eſt Homero & Dicty lib. I. *Ipſamque & domo ejus multas opes auſert, AEthram etiam & Clymenam Menelai affines, quae ob neceſſitudinem cum Helena agebant.* De AEthra conſentit Schol. Apollon. lib. I. & Tzetzes in Lycophr. Ἀφείλατο τὸν Ἐλεύθερα μὲν τῶν τῆδε παλαίων χρημάτων, καὶ πάντα θαλαμηπολικῶν, ὧν μία καὶ Αἴθρα ἡ μήτηρ Θησέως. Confer Schol. in Eurip. Hecub. vers. 125. Incomparabilis ille Nic. Heinſius, ſuper hoc à me dubio conſultus, quid cenſeat, tecum communicabo: *Clymenes*, ait in ſuis ad me literis, *& AEthrae in comitatu Helenes ad Trojam profectarum meminit Homerus quoque & Naſo. Sed nec hanc Theſei matrem, nec illam Peritboi ſororem opinor fuiſſe, etſi cognomines & huic & illi, cum tempora non ſatis congruant. Theſidae enim Demophoon & Acamas, quorum avia AEthra, bello Trojano interfuere, non Theſeus ipſe, multo minus AEgeus Theſei pater.* Notanda egregia obſervatio propter unicum poëtam Iliad. I. vers. 144. quem dormitare aliquando jam olim notarunt Critici. Sed liberat eum à culpâ cum Heinſio Euſtath. cujus verba exſcribere operae pretium duxi. Sic ille ergo ad locum modo laudatum: Καὶ ὁ ἱστόρησε ἄλλη ἱερὰ αὐτὴ Αἴθρα, δάλλα τὰ ὅμ. & poſt paulo. ἡ δὲ Αἴθρα αὕτη, καὶ ὁ Πιτθέως υἱὸς, ὁμώνυμοι τοῖς ἐγχωρίοις Ἑλληνικοῖς. Bene habet. Verum ad illa Euſebii in Chronico quid reſpondebit Euſtathius? *Si inter Argonautas fuerunt Caſtor & Pollux, quomodo poteſt illorum ſoror Helena credi, quae poſt multos annos rapitur virgo à Theſeo?* Reſpondet Servius ad AEn. II. 601. *Si immortalis Helena non fuiſſet, tot ſine dubio ſaeculis durare non poſſet.* MUNCK. De *AEthra* conſule, praeter Schol. Apollon. Rhodii lib. I. vs. 101. & Tzetzen ad Lycophron. vs. 503. etiam Plutarchum in Theſeo p. 16. de hoc Homeri loco agentem.

## Ad CAP. LXXX.

2 ET LAIRAM] *Ilairam.* MICYLL. Micyllus emendat *Ilairam.* Et ſic habet Apollodorus lib. III. Pauſaniae in Meſſenicis eſt *Hilaira.* SCHEFF. Micyllus emendat *Ilairam.* Et ſic ſane alii eam appellant. Vide Paſſerat. ad Propert. lib. I. El. 2. & Tzetzen Chil. I. 48. Meurſius Miſcellan. Lacon. lib. II. 15. primam ſyllabam aſpirat. in quo ἰμείψηρες habet Hom. Schol. ad Iliad. I. 243. Ἐλάιρα eſt Pindari Scholiaſtae ad Nem. Od. X. vitioſe, opinor, pro Ἰλάιρα. Sed hoc jam notavit Nob. Heinſius ad Ovid. V. Faſt. v. 708. MUNCK.

3 LAIRA] *Ilaira.* MICYLL.

4 CASTOR LYNCEUM INTERFECIT] Ita & Theocritus Dioſcuris. Sed apud Ovid. v. Faſt. 711. Lynceus Caſtorem, Pollux Lyncea interficit. Confer Apollodor. lib. III. Tzetzen in Lycophr. p. 96. MUNCK. Conſule Celeb. P. Burmann. in Catalog. Argonaut. in voce *Idas.*

5 IN PILA] H. e. in monumento. *Columellam* appellat Varro: *Lucilli columellâ hae ſitus Metrophanes.* Serv. ad AEn. VIII. *Mortuis nobilibus columnae ſuperponuntur ad oſtendendum eorum columen.* Cic. II. Leg. *Si quis buſtum, aut monumentum, aut columnam violarit.* Στήλη eſt Graecis. Anthol. lib. III. Sect. VI. num. 56. Τύμβε' ἐπὶ στήλῃ βάσιν' Ἀνεξιμάχης. Lactant. lib. I. cap. 15. *Qui columnam in foro, id eſt, titulum ejus evertit.* Hom.

nam ſuperaſſe. Idas indignans, gladio, quo cinctus erat, [6] Caſtori inguina trajecit. Alii dicunt, quemadmodum aedificabat pilam, ſuper Caſtorem inpuliſſe, & ſic interfectum: [7] quod cum adnunciaſſent Polluci, adcurrit, & Idam uno praelio ſuperavit, corpuſque fratris recuperatum ſepulturae dedit. [8] Cum autem ipſe ſtellam ab Jove accepiſſet, & fratri non eſſet data, ideo quod diceret Jovis, Caſtorem ſemine Tyndarei & Clytaemneſtram natos: ipſum autem & Helenam Jovis eſſe filios. Tunc deprecatus Pollux, ut liceret ei munus ſuum cum fratre communicare: cui permiſit, ideoque dicitur [9] alterna morte redemptus. Unde etiam Romani ſervant inſtitutum, cum deſultorem mittunt, unus duos equos habet, pileum in capite, [10] equo in equum tranſilit, quod ille ſua & fratris vice fungatur.

## LXXXI.

Hom. Iliad. Π. 457. & 675. *Τύμβῳ τε στήλῃ τε, τὸ δ' γέρας ἐστὶ θανόντων.* Sed hac de re jam ſuſe egere Kirchmannus Fun. Rom. l. III. cap. 16. & Gutherius in de Jure Manium lib. II. cap. 23. Sed praeteriit eos *cippum* ipſum etiam *titulum* vocari. Euſthenius tumulo Ciceronis. *Hunc Lamia ille pio ſuppoſuit titulo.* Vet. Inſcript. apud Gruterum: *Hunc tibi nunc titulum ſtatuo cariſſima conjux.* Sic *titulum lapideum* habes Gen. cap. 35. v. 14. *Στήλαν λιθίνην* appellant *οἱ ἑ.* Sulpicius Sever. Hiſt. Sacr. lib. I. *Titulum ſibi domus domini futurum.* h. e. *ſtelen, pilam.* Habet ex Geneſ. cap. 28. vers. 22. Quamobrem propemodum adſentior Boeclero reponenti apud Nepotem in Epam. *Ut in titulo ſuo, conſcriberent.* Sed *titulum* non cum illo pro inſcriptione, ſed ipſo cippo accipio, cum AElianus & Plutarchus in iſtâ hiſtoriâ habeant, *ἐπιγεγράψαι τῇ στήλῃ.* Accedunt Gloſſae Vett. quae etiam *titulum* interpretantur *στήλην. Στήλη, cippus, titulus.* MUNCK. Non ſemper *titulus* ipſam notat inſcriptionem, ſed in genere memoriam bonorum factorum tumulis mortuorum ſuperponi ſolitam, (vide Lactant. ad Statii III. Theb. 156.) ſicut Juvenalis Sat. I. vs. 129.

——— *Inter quas uſus habere*
*Neſcio quis* TITULOS *AEgyptius atque Arabarches.*

Scholiaſtes MS. (quem debemus Miſcell. Obſervationibus Oct. Nov. & Dec. 1734. p. 266.) adnotat. TITULOS, *ſtatuas ob memoriam.*

6 CASTORI INGUINA TRAJECIT] Alios ſequutus ergo auctores Schol. Hom. Od. Λ. 300. *Ἀφαρέως δὲ Κάστορα ὑπὸ Μελανίππου ἢ Πελωπέως.* MUNCK. Conſule Schol. Pindari Od. Nem. X. vs. 110. Tzetzen ad Lycophron. vs. 560. & Noſtrum lib. II. A. P. cap. 22. & variorum ſententias de Caſtore occiſo diſcito.

7 QUOD CUM ANNUNCIASSET POLLUCI] Quis? nemo enim hic nominatur. Legendum hinc dubio *annunciaſſent*, ut intelligantur *homines.* SCHEFF. Leg. *annunciaſſent*, & ſubaudiendum *homines.* Catull. Carm. 2. *Ut ſolatiolis ſui doloris Credunt.* Vid. & Voſſ. Conſtruct. cap. 19. MUNCK.

8 CUM AUTEM . . FRATRI NON ESSET DATA, IDEO QUOD DICERET . . IPSUM . . ET HELENAM JOVIS ESSE FILIOS. TUNC &c.] Interpunge . . *filios; tunc* &c. WOPKENS.

9 ALTERNA MORTE REDEMPTUS] Reſpexit verſum Virgilianum AEn. VI. 121. *Si fratrem Pollux alternâ morte redemit.* Quintil. Declam. IX. *Inter fratres quoque illa maxime admirabilis, tamen alterna mors eſt.* Lucian. Tom. I. p. 185. Edit. Bened. *Ἐξ ἡμιτελὲς ἀεὶ μὲ ποιεῖς, ἀφ' οὗ ὁ Διὸς ἐστὶν ἀμφοῖν αὐτοῖν.* Lactant. lib. I. cap. 10. *Hos tamen Homerus ambos ſimpliciter (non ut poetae ſolent) mortuos eſſe teſtatur.* Vid. Il. Υ. 243. Ubi ſepulti fuerint, docet ex veteribus Meurſius Lacon. II. 15. MUNCK. De horum morte etiam Eurip. Helen. vs. 139, 141. hinc Pindarus O. Pyth. XI. vs. 95. de his geminis dixit *Τὸ μὲ παῤ ἄμαρ ἔδρασι Θεμέτιας, κείνᾳ ἴσδεν Ὀλύμπου.* ubi Schol. *τὸ Ὁμηρικὸν παραφράζει. Ἄλλοτε μὲν ὁ τι ζώουσ' ἐτερήμερον, ἄλλοτε δ' αὖτε Τεθνᾶσιν.* Lucian. dialogo 11. Mortuor. init. *Ὦ Πελύδευκες, σὺ τίνομαί σοι ἐπειδὴ τάχιστα ἀνίλθες, σὺν γὰρ ἔφυ οἷμαι τὸ ἀναζεῦξαι ἄμφω.* Vide Schol. Homeri Odyſſ. A. vs. 300. Lactant. ad Statii VIII. Theb. 50. & ad I Achill. vs. 180.

10 EQUO IN EQUUM] Putant locum mutilum; ſed eſt ellipſis praepoſitionis *ex.* Niſi pu-

## LXXXI. *Proci Helenae.*

[1] ANTILOCHUS, Aſcalaphus, [2] Ajax Oileus, [3] Antimachus, [4] Ancaeus, [5] Blanirus, Agapenor, Ajax Telamonius, [6] Clytius, Cyanaeus, Menelaus, Patroclus, Diomedes, Peneleus, Phemius, Nireus, Polypoetes, [7] Elephenor, Eumelus, Sthenelus, Tlepolemus, Proteſilaus, Poda-

putamus ſcribendum, *pileum in capite, de equo in equum.* Et potuit illud *de* excidiſſe ob ſimilitudinem antecedentis ſyllabae, ſicut pridem diximus in de Re Vehiculari lib. 1. c. 2. SCHEFF. Quod conjecit Cl. Schefferus, *de equo in equum* firmari poteſt Iſidori verbis Orig. lib. XVIII. 39. *Deſultores nominati, quod olim, prout quiſque ad finem curſus venerat, deſiliebat & currebat, ſive quod de equo in equum tranſiliebat.* Sed, ut ipſe poſtea vidit, eſt ellipſis praepoſitionis, qualis cap. 68. *Muro ſe praecipitavit.* pro quo dicit cap. 67. *ſe de muris praecipitavit.* Laudat hunc Hygini locum Scaliger ad Manil. p. 391. ubi de deſultore agit. Gloſſ. Steph. *Deſultor*, μεταβάτης. *Deſultor*, ζώζιππος. MUNCK.

## Ad CAP. LXXXI.

1 ANTIOCHUS] *Antilochus.* MICYLL. *Antilochus* ſcribendum ex Apollodoro & aliis. SCHEFF. *Antilochus* Micyllus. Recte. Apollodor. lib. III. p. 175. ubi procorum nomina recenſet, Ἀντίλοχος Νίσορος. MUNCK.

2 AJAX OĪLEUS] Mallem, *Ajax Oilei*, ut eſt apud Apollodorum, ad differentiam Ajacis Telamonii, de quo ſtatim in ſequenti verſu. SCHEFF. Cur non *Oilei*? Hom. Iliad. Γ. Οἰλῆος ταχὺς Αἴας. Quem Graeciſmum non abhorrere ab Hygini ſtylo oſtendi ad cap. 14. Virg. AEn. 1. *Unius ob noxam & furias Ajacis Oilei.* Ad quem verſum Servius: *Eſt figura Graeca, ut ſi dicamus*, AEneas Anchiſae, *& ſubaudiamus* filius. *Hac autem figurâ utimur circa patres & maritos tantum, ut Virgilius*, Deiphobe Glauci, *id eſt*, *filia.* Hectoris Andromache, *id eſt uxor.* Imo de Latinis ſi quaeris, Servi, circa ſervos eâ etiam utimur. Varro: *Lucilii Metrophanes.* Circa urbes. Curt. III. 8. *Damaſcus Syriae.* Victor Caeſar. cap. 39. *AEgypti Alexandria.* Lactant. Argum. lib VI. Metam fab 3. *Sipylo Lydiae orta.* Et cur non facerent? Graecos circa fratres quoque frequentare eam video. B. Lucas cap. VI. 16. Ἰούδας Ἰακώβου. ſc. ἀδελφός. Circa matres. Coluthus Helenae raptu: Ἀφυσσίης Ἀφροδίτη, *Harmoniae mater Venus.* Circa montes. AElian. ποικ. ἱσ. lib. 1. cap. 15. Ἔρυξ τῆ Σικελίας. ut Flor. lib. III. cap. 5. *Libanus Syriae.* Circa maria. Anton. Liberal. cap. 3. Ἀφίκετο τὴν Ἰταλίας παρὰ τὸν Ἀδρίαν. Circa reges. AElian. multifariae hiſtoriae lib. XIII. 18. Διονύσιος ὁ τῆ Σικελίας. Sed ut heic Noſter, etiam Cretenſis Dictys lib. 1. *Oileus Ajax quadraginta.* Qui tamen ejuſdem libri pag. 14. varians ſtylum, *Ex Athenis*, inquit, *Mneſtheus, & Ajax Oilei ex Locride.* Dares: *Ajacem Oileum quadratum.* Immo Servius ipſe ita loqui ſibi permittit ad AEn. II. 414. *Acerrimus Ajax Oileus*, inquit, *ſine dubio, quia Telamonius judicio ſuperatus jam ſe peremerat.* Nihil ergo mutandum. Nec hi minorum gentium ita locuti tantum ſcriptores, ſed & Cicero ipſe II. de Orat. cap. 67. *Multos poſſum tuos Ajaces Oileos nominare.* Quem locum mihi ſubjecit J. Perizonius, juvenis eruditiſſimus. Ita *Orphéus* ab *Orpheus* Ovid. X. Met. v. 3. *Perſéus* à *Perſeus* formavit Propertius lib. III. el. 21. ut idem me docuit. Addo his *Theſéus* à *Theſeus* ex Statii Epithal. Stellae. MUNCK. Sic ὁ Διὸς Γανυμήδης pro ὁ Διὸς ξωοδοίτης Γανυμήδης. Eur. Cyclope vs. 581. Conſule de Ellipſi hac in primis G. Cuperi Harpocratem pag. 126, 127, 128. Sic Diogen. Laert. in vita Pythag. cap. 16. εἰ πολίας ἀνομωτάτης χρηθείη. ſc. πολίτης. Adde, quos laudavi ad Nepotem in Miltiade cap. 1. & Celeb. Vir in Vanno Critica cap. VII. pag. 198. Philoſtrat. lib. VII. cap. 22. de Apoll. Tyan. Πολυδάμαν ξωνιχθὲν τῆ θεῶ. ſcil. uxori. ſed nihil muta. Hic *Ajax Oileus* pro *Oilides* fere ut *purpura Meliboea* pro *purpura Meliboeenſis.* Vide Serv. ad Virgil. V. AEn. vs. 251. Meurſium ad Lycophron. vs. 496. Spanhem. ad Callim. H. Del. vs. 173. Broukh. ad Propert. l. 1. El. XI. vs. 30. & notum illud Horatii lib. IV. O. 12. vs. 18. *Qui nunc Sulpiciis accubat horreis.* Adde, quos laudat Doctiſſ. J. Alberti in Miſcell. Criticis in Heſychium pag. 310, 311. Praeterea *Ajax Oileus* quaſi *Oileius* pro *Oilei* accipi poteſt more Graecorum poëtarum, qui ἰκθύεος υἱὸς pro *filius Hectoris*, & Λητόος κούρη pro *filia Latonae* poſuerunt. Conſule Scholia nuper Editioni Oxonienſi adjecta Sophoclis in Electra vs. 572. Sic Ἀγαμεμνονίδης κῶλος pro *Agamemnonis filio.* Euripi-

An-

Podalirius, Eurypylus, [8] Idomeneus, [9] Leonteus, [10] Thalpius, Polyxenus, [11] Prothous, Mneſtheus, Machaon, Thoas, Ulyſſes, Phidippus, Meriones, Meges, Philoctetes. [12] Alia veteres.

## LXXXII. *Tantalus.*

TANTALUS [13] Jovis [14] & Plutonis filius, procreavit ex [1] Dio-

Androm. vs. 1033. ſed ſimpliciter *Oileus* pro ſubſtantivo capias, ut dixi. more etiam Graecorum. Inprimis autem Graeci filiis nomen patris dare ſolent, primitivum pro patronymico. atque eo ſenſu capit Celeb. P. Burm. ad Gratii Cyneget. vs. 103. quem Lector velim conſulat.

3 ANTIMACHUS, AECAEUS ] Hi non memorantur aliis, & vereor, ne pro *Antimachus* legendum ſit *Amphilochus*. *AEcaeus* videtur pro *Ancaeus* poſitum?, quanquam inter procos Ancaeus aliis non ſit nominatus. SCHEFF. Cl. Schefferus, *Amphilochus*. Sed quia hic longius abit à vulgatâ ſcripturâ, malim *Amphimachus*. Is certe numeratur inter Graeciae Principes, de quibus Helenae erant proci, ab Homero Catalog. vers. 127. Nec me movet, quod ab aliis non accenſeatur illis, qui ſciam quantopere in his fabulis diſſenſerint veteres, quorum pars nimis quam exigua ad nos pervenit. MUNCK.

4 AECAEUS ] Cl. Schefferus *Ancaeus*. quod probo. MUNCK.

5 BLANIRUS ] Sine dubio & hoc corruptum nomen eſt. SCHEFF. Ex hoc fecerim *Jalmenum* Apollodoro memoratum. MUNCK.

6 CLYTIUS CYANAEUS ] Nihilo melius de his ſentiendum. Sed quid ſubſtituendum ſit, haud liquet. Niſi pro *Cyaneus* velis *Cyenus*. SCHEFF. Puto ſcriptum fuiſſe, *Clonius*, *Guneus*. Erant hi, ut ex Homero ſcimus, inter Graeciae optimates. MUNCK. De *Guneo* P. Leopard. lib. IV. Emendat. cap. 10. de Guneo viro juſtiſſimo Tzetz. ad Lycophron. v. 128. *Clytiorum* obſcura admodum hiſtoria. de variis *Clytiis* P. Leopard. lib. IV. Emendat. cap. 18. & Celeb. P. Burm. in Catal. h. v. ſed ſine codd. MSS. nihil hic muto.

7 ELEPHEMOR ] Scrib. *Elephenor*, ut appellatur cap. 97. ex Graeco Ἐλεφήνωρ. MUNCK.

8 IDOMENEUS ] Cl. Schefferus, *Jalmenus*. Sed nihil mutandum. cap. 270. *Idomeneus*, *qui Helenam amavit*. MUNCK.

9 TELEONTES ] *Leonteus*. MICYLL. Pro his ſubſtituit Micyllus, *Leonteus Thalpius* ex Apollodoro, ut opinor. pro *Protus*, *Proteus*. Sed pro *Proteus* ſcripſeris *Prothous* & pro *Idomeneus* ex eodem Apollodoro *Jalmenus* videtur legendum. Caetera non excogito. SCHEFF. Micyllus *Leonteus*. quod probo. Agnoſcit eum Apollodorus. MUNCK.

10 TALLIUS ] *Thalpius*. MICYLL. Scribe, *Thalpius*. Θάλπιος eſt Apollodoro. MUNCK.

11 PROTUS ] *Prothous*. MICYLL. Accedo Micyllo reponenti, *Prothous*. MUNCK.

12 ALIA VETERES ] Barthius in ſuo ait legi, *alia noteres*, quod mihi ſimiliter corruptum proci nomen videtur. SCHEFF. Leg. ajo, vel invitis MS. *Helenae Mneſteres*, hoc eſt, proci. cap. 126. *Quem cum Eumaeus ad Mneſteres perduxiſſet*. Solenne eſt huic ſcriptori uti vocabulis Graecanicis, qualia ſunt cap. 30. *atrotus*. 31. *aetbon*. 32. *monocrepis*. 71. *Epigoni*. 91. *Athlius*. 126. *Sybotes*. 188. *Chryſomalus*. 190. *Mantis*. 199. *Zelus*. &c. MUNCK. Vide Berkel. ad Antoninum Liberal. pag. 269.

## Ad CAP. LXXXII.

13 JOVIS ] Apoſtolius Cent. XVIII. 7. & Euripid. Schol. ad Oreſt. vers. 5. *Tmoli* filium faciunt. MUNCK. Conſule Celeb. P. Burm. ad Ovid. l. VI. Met. vs. 172. Sophocles in Antigone vs. 845. vocat Nioben Tantali filiam Διόπαιδα, nempe quia *Tantalus*, ut recte ad h. l. cenſent Critici, Jovis erat filius. De parentibus Tantali videndus inprimis Meziriac. ad Ovidii Epiſt. VIII. Heroid. p. 328. 329. Illis, qui Tantalum Tmoli Lydiae regis filium fuiſſe ſcribunt, favet etiam Lucianus in Dialog. 16. ubi Menippus dicit corpus Tantali in Lydia eſſe ſepultum. & Tantali filium Pelopem vocat Lydium Philoſtratus lib. III. cap. 31. *Pelops* vero Tantali & Euryanaſſae filius vocatur a Plutarcho Parall. T. II. p. 313.

14 ET PLYTONES FIL. ] Πλούτης habet comment. in Odyſſ. A. MICYLL. Nihil hic mutandum. nam & infra c. 155. ſic ſcribitur. Et certe *Plutones* ac *Plytones* nil differunt, cum hae litterae inter ſe permutentur. SCHEFF. Puto ſcribendum *Plutonis*, ut ſcriptum eſt cap. 155. Πλοῦτα enim appellant Apoſtol. Cent. XVIII. 7. Schol. Pind. ad Olymp. 1. & Eurip ad Oreſt. vers. 5. Anton. Liber. cap. 36. Tzetz. Chil. v.

[1] Dione Pelopem. Jupiter Tantalo concredere ſua conſilia ſolitus erat; & [2] ad epulum deorum admittere: quae Tantalus [3] ad homines renunciavit. Ob id dicitur [4] ad inferos [5] in aquam [6] media ſine corporis ſtare, [7] ſemperque ſitire: [8] & cum hauſtum aquae vult ſumere, aquam recedere. [9] Item poma ei ſuper caput pendent: quae cum vult ſumere, rami

10. Heſiod. Θεογ. vers. 355. ubi Schol. Πλαστῷ τι βοῶπις) ὁ Ταντάλου μύθος, ἀφ' ὃ πλαύζειν &c. Uſus heic Latinâ inflexione Hyginus, de qua egimus ad cap. 2. Et talia ſunt *Themiſtionis*, *Inonis*, cap. 4. Lactant. ad Stat. II. Theb. v. 436. *Tantalus Jovis & Plotidis Nymphae filius.* Leg. *Plutonis.* Verba Scholiaſtae Hom. ad Odyſſ. Λ. 581. qui modo laudatis accedit, adſcribam, ut eadem operâ turpiſſimas quaſdam inde maculas tollam. Τάνταλον Διὸς καὶ Πλουτοῦς συνδιατρίβοντα τοῖς θεοῖς καὶ συνευωχούμενον αὐτοῖς, ἀπλήστως διετέθη. Κλέψας γὰρ τὸ νέκταρ καὶ τὴν ἀμβροσίαν, ἃ ἔδοσαν αὐτῷ, ἔδωκε τοῖς ὁμιλίαις (Leg. ὁμιλίαις). ἐφ' οἷς ἀγανακτήσαντα τὸν Δία ἐκβαλεῖν αὐτὸν τῆς ἐρανοῦ ἀφέντες, καὶ ἐξαρτήσαι ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ ἐκδεδεμένον τὰς χεῖρας, καὶ τὴν Σίπυλον, ὅθεν ἐκπεσὼν, ἀνατρέψας. Lege, τὴν Σίπυλον, ὅθεν ἐξέπεσεν, ἀνατρέψας. Etiam pro συνευωχούμενον reſcripſerim, συνευωνούμενον, ἔθων enim poëticum, ut notat Moſchop. ad Heſiod. Ἔργ. a. p. 63. ed. Heinſ. quanquam ἔθοντες legitur quoque Eccleſ. cap. v. verſ. 11. MUNCK. Ante Munckerum ſic jam reſcripſit Meziriac. ad Ovidium Tom. II. pag. 329.

1 Dione] *Taygeta* alii. MICYLL.

2 Ad epulum Deor. adm.] Virgil. I. Aen. vſ. 83. AEolum ad Junonem his verbis utentem inducit. *Tu das epulis accumbere divûm* Servius haec adnotat, *Hoc eſt, tu me Deum facis: duplici enim ratione divinos honores meremur, dearum conjugio, & convivio deorum: Unde & in Bucolicis legimus*, NEC DEUS HUNC MENSA, DEA NEC DIGNATA CUBILI EST. Adde de Hercule Theocrit. Idyll. XVII. 23. Hinc Jupiter apud Lucianum in Dialogis Fabuloſis Dial. 5. Herculi & AEſculapio de honoratiori loco contendentibus dicit, Πάνυ καλῶς ὦ Ἀσκληπιὲ καὶ Ἡράκλεις, ἐρίζοντες πρὸς ἀλλήλους, ὥσπερ ἄνθρωποι. Ἀτρεκῆ γὰρ ταῦτα, καὶ ἀλλότρια τῆς συμποσίου τῶν θεῶν, De Hercule Schol. Apoll. Rhodii I. Arg. vſ. 1319. Συνίσιον ὁ συνδιατρίβοντα, ὁμοτράπεζον, ὁμόλυμον. ὃν καὶ κοινὴ τράπεζα τὸν αὐτὸν τιμῶν τοῖς μεγαλομοίροις αὐτῆς δίδωσιν. Euripid. Oreſte vſ. 8. de Tantalo θεοῖς ἄνθρωπος ὢν ΚΟΙΝΗΣ ΤΡΑΠΕΖΗΣ ἀξίωμα ἔχων ἴσον. Adde Doctiſſ. d'Arnaudtium de Diis Paredris cap. 3. a quo Virgilii locum occupatum jam vidi.

3 Ad homines renuntiavit] Vid. Schol. Euripidis ad initium Oreſtae, & Didymum ad Odyſſ. T. v. 518. MUNCK. De cauſa hujus ſubplicii diſſentiunt veteres. conſule, quos laudat Cl. Burm. ad Ovidii VI. M. vſ. 172. cum noſtro Lactant. ad Statium I. Thebaid. vſ. 246. ad VII. Theb. 51. & Philoſtrat. lib. III. cap. 25. de Apoll. Tyan. Plura dabit Daviſius ad Ciceron IV. Tuſc. cap. 16.

4 Ad inferos] Serv. ad AEn. I. 28. Apud *ſemper in loco ſignificat*: ad *& in loco & ad locum. Cicero*: Decem fiſcos ad ſenatorem quendam relictos. *Item*: Ad Marcum Leccam habitare velle te dixiſti. MUNCK.

5 In aquam media fine corporis stare] *Aqua* MICYLL. Ne hic quidem opus eſt mutatione. *In aquam eſt*, pro *in aqua*. ſicut c. 194. *in quietem ei venit Apollo.* At *media fine* per ellipſin, pro *media fine tenus.* Quanquam Schoppius in notis ad Sanctium p. m. 300. malit *medii fine corporis.* Ego nihil muto. SCHEFF. Servius ad AEn. VI. 603. *In Eridano inferorum.* de quo idem conſulendus ad ejuſdem Libr. vers. 659. Tollendus ex Hygini iſto loco inutilis aſteriſcus. Vide quae notavi ad cap. 41. & de poenâ Tantali ad Anton. Liberal. cap. 36. Quibus adde Schol. recent. ad Pind. Olymp. Α. vſ. 97. Fulgentius in hac fabulâ lib. II. cap. 18. eadem utitur conſtructione: *Tantalum dicunt in lacum infernum depoſitum.* Ita habet MS. Leid. non *lacu inferno*, ut edidit Commel. De Eridano inferorum quod ait Servius, in memoriam mihi revocat verba Scaligeri ad Manilium p. 58. Ἠεδανὸν autem & Ῥοδανὸν confundebant vetuſtiſſimi illi, ut Italiam & Galliam. Hanc καταχρησιν invenies apud Apollonium Rhodium. Quin etiam Ῥοδανὸν apud inferos collocat Homerus. Eadem ad Harpocrationem p. 393. notavit Mauſſacus. Reſpexerunt verſum 576. Iliad. Σ. Πὰρ ποταμὸν κελάδοντα, θεῶν ῥοδανὸν δονακῆα. Ad quem vide annotata Euſtathii & Didymi. MUNCK.

6 Media fine corporis] Hoc eſſet, uſque ad medium corpus. At Schol. Pindari, μίσχει τῷ κώγωνι. Vellejus II. lib. c. 118. *In mediis finibus Germaniae exercitui praeeſſe.* Quem locum nobis ſubjecit Nob. Heinſius. Noſter Aſtron. III. 112. IV. 2. *Genuam fine*, & *fine totius*

rami vento moti recedunt. Item [10] ſaxum ſuper caput ejus ingens pendet, quod ſemper timet, ne ſuper ſe ruat.

## LXXXIII. *Pelops.*

PELOPS Tantali & [11] Dionis Atlantis filiae filius, cum eſſet [12] in epulis deorum [13] à Tantalo caeſus, [14] brachium ejus Ceres conſumpſit; qui [15] à deo-

*tius veli.* MUNCK. Nob. Heinſius ad Ovidii lib. x. Met. vſ. 536. legit *medii fine corporis*, recte.

7 SEMPERQUE SITIRE] Unde proverbium, quod refert Pind. Scholiaſtes, Ταντάλου δίψα. Non inſcitè Fulgentius lib. II. cap. 18. *Ita ſe illi unda fallax praebet, ut ſitiat: ita ſe poma ingerunt, ut ejurias.* De pomis idem: *Poma quoque fugitivis cinereſcentia tactibus facie tenus apparent.* Initar ergo habuerunt pomi Sodomorum, de quo Solinus cap. 48. MUNCK. Vid. Cic. I. Tuſc. qu. 5. Tibull. lib. I. El. 3. vſ. 77.

*Tantalus eſt illic, & circum ſtagna, ſed acrem*
*Jam jam poturi dejerit unda ſitim.*

Ubi v. Broukh. Schol. Euripidis in Oreſte vs. 4. inter veteres non convenire docet, ubi poenas dederit Tantalus. Vide eund. ad vſ. 1.

8 ET CUM] Mallem, *atcum.* SCHEFF.

9 ITEM PENDENT] *Item pendere* ſequi debuiſſet. Vide notas ad cap. 3. Sed à gloſſa haec eſſe, ut & ſequentia, ſuſpicor. MUNCK.

10 SAXUM] Montem alii faciunt, & Σίπυλον appellant. Vide Liberal. cap. 36. & quae ad illud notavi. Ἡ Σίπυλος eſt Pindaro. Τὸ Σίπυλον ejus Scholiaſtae. Ὁ Σίπυλος Antonino, Luciano, & Pauſaniae. Sed urbs jam ea voce denotatur, jam mons. Ταντάλου λίθος eleganter impendentis belli metum appellat Pindar. Iſthm. II. vſ. 21. Adde Suid. Prov. à Schotto collect. Cent. XIII. 9. MUNCK. Scholiaſtes Sophoclis in Antigon. vſ. 136. τὴν Σίπυλον dixit, τοῦ Ταντάλου ἡ Σίπυλος ἐπικατηρέφη. & Eurip. Iphig. in Aulide vſ. 952. Ἡ Σίπυλος ἦσαν πόλις ἄξεστον βαρβάροι, Ὅθεν τιφώκασ' οἱ σμικρόλιθοι γύαι. Saxum fuiſſe ſuper Tantali caput pendens docent Plutarchus de Superſtit. T. II. pag. 170. Schol. Euripidis in Oreſte vſ. 982.

## Ad CAP. LXXXIII.

11 DIONES] Apoſtol. Cent. XVIII. 7. matrem Pelopis *Euprytonem* vocat. A quo multum abit Euripid. Schol. ad Oreſt. vſ. 11. Ἐξ Εὐρυτωνίσσης τῆς Σιπύλου, ἣν Κλυτίας τὴν Ἀμφιδάμαντος, ὡς ἱστορεῖ Φερεκύδης, ὁ Ταντάλου ἐχθύσαι τὸν Πέλοπα. Et inde forte *notum* dixit Lactant. Argum. VI. Metam. fab. 6. Tzetz. autem in Lycophr. *Euryanaſſam* Pactoli filiam ejus matrem facit p. 15. Edit. Steph. Atque ita quoque Euripidis interpres ad laudatae modo fabulae vſ. 5. unde ſua hauſit magna ex parte Apoſtolius. MUNCK. Vide ad fab. 82.

12 IN EPULIS DEORUM] pro, *in epulas*, *ad epulas.* Ita liquet ex fabula, quam cum aliis & Pindarus proponit. SCHEFF.

13 A TANTALO CAESUS] Serv. ad Georg. III. v. 7. *Tantalus pater Pelopis, volens Deorum tentare divinitatem, invitatis iis, filium ſuum epulandum appoſuit.* MUNCK. Eadem leges apud Lactantium ad Statium I. Thebaid. vſ. 230. qui lib. IV. Thebaid. vſ. 591. *truncatum* Pelopem vocat.

14 BRACHIUM EJUS ABSUMPSIT] Lucianus περὶ Ὀρχήσ. Καὶ ἡ Πέλοπος χειρογλύφος, καὶ ὁ ἐλεφάντινος ὦμος αὐτῷ. Ὠμοπλάτη appellat Tzetzes in Lycophr. (vſ. 152.) Ὠμοπλάτη autem *armus* & *ſcapula* exponitur in Gloſſ. Vett. Celſus Lib. III. cap. 2. ὠμοπλάτας interpretatur *ima oſſa ſcapularum.* Latè ergo accipe τὸ *brachium*, ut etiam humerum complectatur. Coſtae eburneae meminit Plinius lib. XXVIII. cap. 40. MUNCK. Schol. Pindari, qui ad Olymp. Od. I. vſ. 38. fabulam refert totam, haec adnotat ad vſ. 40. ὅτι τὸ Δημήτρος τὸ Ὠμοπλάτην αὐτῷ φαγόντος κατ' ἄγνοιαν, ΕΛΕΦΑΝΤΙΝΟΣ Ὦμος ἐτέθη αὐτῷ ὑπ' αὐτῆς. Adde Serv. ad VI. AEn. vſ. 603.

15 A DEOR. NUM. VIT. REC.] Hinc apud Eurip. Helen. vſ. 395. Menelaus ad Pelopem dicit

Εἰθ' ὧρίλας τάδ', οὐκ ἔχοντ' εἰς θεοὺς
Πρόσοδον ἔχειν, τὸ θεῖον ἀσεβοῦντ' ἐμέ.

Has epulas a Tantalo diis fuiſſe adpoſitas nequaquam credit Iphigenia apud Euripid. Iph. Taur. vſ. 386.

—— Ἐγὼ μὲν οὖν
Τὸν Ταντάλου θυέστην ἐστάλαγμα
Ἄπιστα κρίνω, παιδὸς κτάνην βορᾷ.

Sua-

deorum numine vitam recepit; cui cum caetera membra, ut fuerant, coiſſent, [1] humero non perpetuo, eburneum ejus loco Ceres aptavit.

## LXXXIV. *Oenomaus.*

OENOMAUS, Martis [2] & Aſteropes filiae filius, habuit in conjugio

Suavius eandem fere ſententiam exprimit Tibullus lib. I. El. 4. vſ. 58.

——— *Carmina ni ſint,*
*Ex humero Pelopis non nituiſſet ebur.*

Figmentum itaque hoc poeticum explicare conatus eſt Tzetzes ad Lycophron. Alexandr. vſ. 152. nec non Servius ad Virgil. III. Georg. vſ. 7. Pelopis poſteri humerum eburneum hereditatis jure accepiſſe dicuntur. Vide Olear. ad Philoſtrati ſenioris lib. I. cap. 29. Iconum.

1 HUMERO NON PERPETUO ] Sed rupto & hiante, propter brachii abſentiam. Simili modo *trabes perpetuas* dixit Caeſar VI. Bell. Gall. SCHEFF. Volui antehac, *non reperto.* Nunc Cl. Schefferus fecit, ut nihil mutem. Explicat ille, *corrupto & hiante propter brachii abſentiam.* Mallem, *non continenter ſequente, non continuo.* Aberat enim humerus quoque. Schol. recent. in Pind. Olymp. A. Ἐμπαλεῖς δὲ αὐθις εἰς λέβητα, καὶ ἐλίκλασεν αὐτὰς συμπήξαντες, ἐπεὶ ὁ ὦμος ἀπῆν, ἐλιφάντινον ἐντίθησιν. διὸ καὶ οἱ ἀπὸ Πέλοπος καλούμενοι πᾶσιν εἶχον τὸν ὦμον. Vide Giphan. Indic. Lucret. in PERPETUUS. Ita & *continens* & *continuum* uſurpant. Curt. V. cap. 1. *Nec omnia continua ſunt.* Vell. II. 109. *Continentes ſylvae.* Ovid. VIII. 988. *Continuam diduxit humum.* Iſidor. Orig. XIV. 8. *Continens terra perpetua.* Curt. V. 3. *Perpetuum dorſum in Perſidem excurrit.* Hinc *perpetuitas* apud Quintil. Declam. I. *Si veſtigia parietis perpetuitate dirigeret.* MUNCK.

## Ad CAP. LXXXIV.

2 ET ASTEROPES] Deeſt nomen patris Aſteropes. Scribo, *Aſteropes Atlantis filiae filius.* Aſtron. II. 21. ubi de Atlantis filiabus agit: *Martem autem ex Aſterope OEnomaum procreaſſe.* Aliter illi, de quibus Serv. ad Aën. VIII. 130. *Alii ita tradunt, Steropes & Atlantis filios OEnomaum & Majam fuiſſe, OEnomai Ippodamiam filiam, unde Atreus natus.* Sed cum Hyg. facit Hom. Schol. Iliad. Σ. 486. Στερόπῃ συνοικίσαι Ἄρει, τὸν Οἰνόμαον. Tzetzes in Lycophr. p. 29, Edit. Steph. Πλειόνης καὶ Ἄτλαντος ἐπὶ Θυγατέρες, αἱ μία Στερόπη. Στερόπης καὶ Ὑπερόχης, ἢ Ἀρπίνης τῆς Ἀσωπὸς Θυγατὸς καὶ Ἄρεως, Οἰνόμαος. Οἰνομάου δὲ Ἱπποδάμεια. Sterope autem eadem, quae Aſterope, ut demonſtro ad cap. 183. & 192. In alia omnia abit Apollodorus lib. III. Steropen Atlantis ab OEnomao ipſo dictam ſcribens. Quod traditum fuiſſe à quibuſdam nec Noſtrum fugit Aſtron. II. 21. Adeo difficulter ſe cum fabulis conciliat certitudo. Caeterum matrem OEnomai Pind. Schol. ad Olymp. XIII. cum Iſacio Harpinam facit. Apollon. Interpres ad Lib. I. vſ. 752. dubitat. Ὁ δὲ, inquit Οἰνόμαος Ἄρεως μὲν παῖς καὶ Ἁρπίνης τῆς Ἀσωποῦ, ἢ Εὐρυθόης τῆς Δαναοῦ. Vide ſis apud eum ſequentia, in quibus hanc fabulam exequitur. Harpinam nominat quoque Diodorus Lib. IV. Eurythoam autem Danai filiam OEnomai conjugem facit Tzetzes p. 31. MUNCK. *Harpinnam* OEnomai matrem adpellat Pauſanias Lib. V. cap. 21. Οἰκίσαι δὲ Οἰνόμαον τὴν πόλιν (Ἀρπίνην) καὶ θεῖναι τὸ ὄνομα ἀπὸ τῆς μητρὸς λέγουσιν ΑΡΠΙΝΝΗΣ, quo nomine altera ex OEnomai equabus adpellata fuit, ut Apollonii Scholiaſtes l. l. dicit. αἱ δὲ Οἰνομάου ἵπποι, ΨΙΛΛΑ, καὶ ΑΡΠΙΝΝΑ ut etiam in Tzetze ad Lycophron vſ. 166. pro ψύλλα καὶ Ἄρπινα legendum. Si ut urbem, ita equam hanc a matre ſua adpellaverit OEnomaus, in eodem hoc Scholiaſte pro ΑΡΠΙΝΗΣ, ΑΡΠΙΝΝΗΣ legendum eſt. Conſule de *Harpinna* OEnomai matre P. Leopardum lib. VIII. Emend. cap. 16. Verum Meziriacus ad Ovidii Epiſt. VIII. Heroid. pag. 343. legit hic *OEnomaus Martis & Steropes Atlantis filiae filius.* Martis filius vocatur a Lactantio ad Statii II. Thebaid. vſ. 166. Atalantae pater vocatur ad VII. Theb. vſ. 416.

3 HIPPODAMIAM ] *Hippodamen* nominat Virgil. III. Georg. 7. Sed bene Servius: *Graeca, quae in η exeunt, plerumque ipſum η in IA ſolvunt, ut Hippodame, Hippodamia.* Ionum eſt illa terminatio. Euſtath. ad Dionyſ. p. 26. Ὥσπερ Ὑψιπύλη Ὑψιπύλεια, Ἀταλάμη Ἀταλάμεια, Πωλίχνη Πωλιχνεία, Λαοδίκη Λαοδίκεια, Ἐρίμη Ἐρίμεια, Κολαίη Κολαίνεια. οὕτω καὶ Εὐρώπη Εὐρώπεια. ὁ δὲ σχηματισμὸς Ἰώνων. Adde notata ſuperius in Geneal. ad vocem *Cymothoen.* MUNCK.

4 QUOD

gio Euareten Acriſii filiam, ex qua procreavit [3] Hippodamiam virginem eximiae formae, quam nulli ideo dabat in conjugium, [4] quod ſibi reſponſum fuit, à genero [5] mortem cavere. Itaque cum complures eam peterent in conjugium, [6] ſimultatem conſtituit, ſe ei daturum, [7] qui ſecum [8] quadrigis certaſſet, [9] victorque exiſſet, (quod is [10] equos Aquilone velociores habuit) victus autem interficeretur. [11] Multis inter-

4 QUOD SIBI RESPONSUM FUIT] Hanc caulam adducit etiam Apollon. Schol. At conſarcinator Scholiorum recent. ad Pind. Olymp. A. Ἐρῶ, inquit, κόρης λέχος κάκιστος ἐπιβουλεύω. Quod firmat Lucianus in Charidemo. MUNCK.

5 MORTEM CAVERE] pro *caveret*, vel, ut *caveret*. Ita ſupra fab. 27. *reſponſum fuit, ab AEetae progenie mortem cavere.* SCHEFF. Helleniſmum relipere dixi ad cap. 27. MUNCK.

6 SIMULTATEM CONSTITUIT] H. e. legem, ſive conditionem propoſuit. *Nuptiarum conditionem* in re ſimili appellat Hiſt. Apollonii Tyrii interpres. Servius in hac fabula: *Procos*, inquit, *filiae multos necavit, ſub hac conditione provocatos ad curule certamen, ut aut victus traderet filiam, aut victor necaret.* Sidon. carm. 14. *Non hic OEnomai cruenta circo Audit pacta Pelops. Edictum* dicitur Fulgentio Lib. 1. cap. 27. Adde quae notavi ad cap. 22. Feſtus Pauli in hac voce corruptus eſt, vel defectus potius: *Simultas, id eſt, odium, dicta ex contrario, quia minimè ſint ſimul.* Lege cum Leid. Cod. *quia minimè ſunt odientes ſe ſimul.* Supplendus idem in SILERE. *Silere*, inquit, *tacere ſignificat ficto verbo ab s litera, quae nota ſilentii eſt.* Scribe ex Leid. Cod. *Quae initium & nota ſilentii eſt.* MUNCK.

7 QUI SECUM QUADRIGIS CERTASSET, VICTORQUE EXISSET, &c.] *Exire* notabili uſu pro exiſtere, evadere, ſaepius dixit Noſter, niſi fraus ipſi facta a librariis fuerit. Fab. c. *Tum dicitur draco inter eos* exiſſe. Fab. CXXXIII. *ſubito ex arena aries dicitur* exiiſſe. Fab. CCLXXIV. *qui in Chaldaea de mari* exiſſe *dicitur.* & alibi. WOPKENS.

8 QUADRIGIS CERT.] Hinc & Pelopis victoriam ita depingit Menelaus apud Euripid. Helen. vſ. 393.

Ω τὰς ΤΕΘΡΙΠΠΩΝ Οἰνομάου πίσας κάδε
Πίλοψ ΑΜΙΛΛΑΣ ἐξαμιλλητὰς κτανὼν.

Hic OEnomaus omnium regum φιλιππότατος vocatur a Plut. Quaeſt. Graec. Tom. 2. pag. 303. De hac fabula videndus Olearius ad Philoſtrati majoris. lib. 1. Iconum cap. 17. & cap. 30.

9 VICTORQUE EXISSET] hoc eſt, *evaſiſſet.* Neque muto aliquid, cum utriusque locutionis eadem ſit ratio. SCHEFF. Magis ex uſu bonorum auctorum eſſet, *extitiſſet*, *abiiſſet*, vel *diſceſſiſſet.* Sed *exire* pro *evadere*, quanquam diverſo ſignificatu, uſurpatum video etiam Velleio lib. II. cap. 82. & Stat. IV. Theb. 601. *Exiſtis caſus.* MUNCK.

10 EQUOS AQUILONE VELOCIORES] Πόδαι & Ἄρπυιαι appellat Lycophron. p. 35. Uſitatiſſima poëtis hyperbolica illa comparatio. Leonteus Anthol. lib. 1. ſect. 33. num. 25. πᾶσι ὁ πεὶ πλοῦς ἴσα δρομαῖ πνέοντες. Virg. AEn. XII. vſ. 84. *Qui candore nives, anteirent curſibus auras.* Qui verſus expreſſus ex illo Homerico Iliad. K. 437. Λάκαίνησι χίοσι, θοῖσι τ' ἀνέμοισιν ἐρῆσι. Ejuſdem libri XII. vſ. 334. Idem ille vatum Latiaris authenta: *Ante notos Zephyrumque volant.* Confer, quae in de Num. Praeſt. pag. 236. ſcripſit vir Ampliſſimus Spanhemius. Nec aliâ de cauſâ, quam ut velocitatem denotaret, Zephyro prognatos Achillis equos finxit Homerus Iliad. T. vel *Aquilo* & Ἄνεμος inter equorum nomina apud veteres memorantur, vel ventorum nominibus curſores ſuos vocitavit AElius Verus, ut in eius vitâ cap. 5. narrat Spartianus. MUNCK. Sic contra Boreae procellae equis ſimiles dicuntur; v. Spanh. ad Call. H. Del. 65. & Zephyrus ipſe dicitur ἵππους τὸ ἄρσεν pro σφοδρὸς καὶ ἄγαν ἐξ ὄρους. Vide Schol. Euripp. Phoeniſſ. vſ. 220. unde Virgil. II. AEn. 416.

*Adverſi rupto ceu quondam tur'ine venti*
*Conſligunt, Zephyrusque Notusque & laetus EOIS*
*Eurus EQUIS.*

Ubi fruſtra *aquis* reponi docebit Celeb. P. Burmannus. Hos vero equos Pelopi dederat Neptunus. Schol. Homeri Iliad. A. 38. Eoſdem deſcribunt Philoſtratus Senior lib. 1. Icon. cap. 17. & Junior Philoſtr. Icon. IX. per navim remis veliſque armatam explicant Palaephatus cap. 30. & Tzetzes ad Lycophron. vſ. 156.

11 MULTIS INTERFECTIS] Tredecim interfectos

terfectis, noviſſime Pelops Tantali filius cum veniſſet, & capita humana [1] ſuper valvas fixa vidiſſet, eorum, qui Hippodamiam in uxorem petierant, [2] poenitere eum coepit, regis crudelitatem timens. Itaque [3] Myrtilo aurigae ejus perſuaſit, regnumque ei dimidium pollicetur, ſi ſe adjuvaret: fide data, Myrtilus currum junxit, & [4] clavos in rotas non conjecit: itaque equis incitatis currum defectum Oenomai equi diſtraxerunt. Pelops cum Hippodamia & Myrtilo domum victor cum rediret, [5] cogi-

fectos memorat Pindarus, quorum nomina invenies in Scholiis ad Olymp. A. (v. 127.) Schol. Apollon. ad lib. I. 752. Ἀπέλλαι τρεῖς ἡ δίκα, ὡς Πίνδαρος ἱστορεῖ. Corruptus ergo in hac fabulâ Iſacius in Lycophron. qui pro ιγ exhibet ιβ. Perperam quoque γαυροχάλινον Οἰνόμαον excuderunt pro γαμοχαλίνων. MUNCK. Tzetzes in hac fabula non eſt corruptus, Pelopem enim, qui evaſit, procis occiſis non adnumeravit, ut cenſet Celeb. P. Burm. ad Ovidii Ibin. vſ. 368. Sed de hiſce procis non convenit inter Mythographos. confer Philoſtratum ſeniorem lib. I. Icon. cap. 17. cum Scholiaſte Pindari, & Pauſaniâ lib. VI. cap. 21. qui, ſi mea emendatio, quam in Obſ. Miſcell. vol. X. Tom. I. pag. 99. propoſui, vera eſt, octodecim enumerat. ubi & *Crotalo* forſan ſubſtitues *Crocalum* e Pindari ſcholiis.

1 Sup. HALBAS] *Sup. valvas.* MICYLL. Ita repoſui pro *balbas.* Monuit id pridem Barthius, & ante eum Micyllus. Nec mihi non venerat in mentem, cum apud hiſtoriae Apollonii Tyrii interpretem, quem Symphoſium eſſe cenſet Goldaſtus, legerem, *Quaeſtiones vero proponebat, dicens, ſi quis quaeſtionis meae nodum vel ſolutionem invenerit, filiam meam in matrimonium accipiet, alioqui decollabitur. Plurimi undique Reges & Principes patriae propter incredibilem & inauditam pudicae ſpeciem, contemptâ morte, properabant. Et ſi quis forte prudentiâ literarum quaeſtionis ſolutionem inveniſſet, quaſi nihil dixiſſet, decollabatur, & caput ejus ad faſtigia portae ſuſpendebatur, ut advenientes imaginem videret mortis & conturbarentur, ne ad talem conditionem venirent.* Pind. Schol. ad Iſthm. od. IV. Ἰδίως τὸ Ἀνδῶν φησι τὸ ξένων τὸ ἐπιμιξίαν τοῖς κρανίοις ἰδίφεσι τὸ δὲ Πανσειδῶνι κεῖται, τὸν δὲ ἱστορεῖ τὸ θρέψαι Διομήδη ποιεῖν. Βακχυλίδης δὲ Εὐίππου ἐπὶ τῶ Μαρτίππης (Leg. Μαρκίππης) φησίν. εἰ δὲ Οἰνόμαον, ὡς Σοφοκλῆς. De Thracio Rege Diomede Ovid. IX. Heroid. 86. *Non ubi Threiciis affixa penatibus ora, Non hominum pingues caede tacentur equae.* MUNCK. Scholiaſtes Lucani II. 164. *Antaeus terrae filius, qui devictorum capita poſtibus adfigebat.* De Lyco Martis filio ab Hercule occiſo refert haec Schol. Pindari Olymp. Od. X. vſ. 19. ἀπεκεφάλισε τὸν παῖδα, καὶ τὸ Ἀπόλλωνι βωμὸν ἐκ τῶν κεφαλῶν ᾠκοδόμησε. De hoc OEnomai more Celeb. P. Burm. ad Ovidii Ibin. vſ. 368.

2 Poenitere eum coepit] Barthius τὸ *eum* delet, me invito. Sic enim & Cicero VIII. Attic. ep. 5. *Solet eum, cum aliquid furioſe fecit, poenitere.* SCHEFF. Cur τὸ *eum* excludi velit Barthius, cauſam non video. Voſſio certè iſtam conjecturam neutiquam probaverit, ut cui Latinum vix videatur *poenitere* pro *poenitudine duci.* Apulejus tamen Metam. lib. V. *Cum coeperis ſero poenitere.* Vetus Interpres Siracidae cap. XLVIII. 16. *Non poenituit populus.* Reperitur etiam bis apud Juſtin. lib. XI. 3. & XXXVII. 10. MUNCK.

3 Myrtilo] Filius hic erat Mercurii ex Phaethuſâ unâ de filiabus Danai, vel Myrtone Amazone, ut alii volunt. Vid. Schol. Apollon. I. 752. Quoſdam Jovis & Clymenes fuiſſe filium tradere annotat Schol. Euripid. ad Oreſt. vers. 1002. Adde not. ad cap. 224. MUNCK. OEnomai auriga Hippodamus vocatur a Lact. ad Statii VI. Theb. 336. qui Oenomai filius vocatur ab Eodem ad vſ. 436. Pelopis auriga fuerat Cellas. Vide Theon. ad Aratum pag. 21. *Cilius* vero idem nominatur a Schol. Homeri Iliad. A. 38. qui poſt mortem Pelopi cum Oenomao certanti adfuiſſe memoratur. Myrtilum Mercurii etiam filium vocat Lact. ad Statii IV. Theb. 306.

4 Clavos in rotas non conjecit] Quos *clavos* hic Hyginus, ἐμβόλους appellat Hom. Schol. ad Iliad. B. 104. ἧλους Tzetzes. παξαλίσκους Euſtath. ad Iliad. p. 139. Edit. Baſ. πηγῖνας Parthenius Affect. Amat. cap. 6. ubi ſimile habes exemplum. Quidam clavos illos ex cerâ fuiſſe factos tradidere. Vide Schol. Apollon. & Lycophr. locis modo adductis. Sidon. Carm. 2. *Natae quem fraude cadentem Cerea deſtituit, reſolutis axibus, obex.* MUNCK. Lactantius ad Statii IV. Theb. 244. de Oenomai fabula diſputans haec adnotat, *ingenio, ut diximus, Myrtili, qui corruptus rotam cera conjunxerat.* & ad VI. Theb. v. 283.

5 Co-

[5] cogitavit ſibi obprobrium futurum, & Myrtilo fidem praeſtare noluit, eumque in mare praecipitavit: à quo [6] Myrtoum pelagus eſt adpellatum. Hippodamiam in patriam [7] adduxit ſuam, [8] quod Peloponneſum adpellatur. ibi ex Hippodamia procreavit [9] Hippalcum, [10] Atreum, Thyeſten.

## LXXXV.

5 COGITAVIT SIBI OPPROBRIUM FUTURUM] Aliam necis cauſam affert Sophoclis Scholiaſt. ad Elect. vers. 505. Καθ' ὁδὸν, inquit, καλλαθὼν αὐθι ασχίονα ασὸς τὸ φιλτρον αὐτῷ, ἔρριψεν εἰς θάλασσαν. Schol. Homeri, quod falſo ab Hippodamiâ de petito concubitu accuſatus fuiſſet. Schol. Horat. ad lib. 1. od. 1. *Quem, quod peteret ex pacto uxoris ipſius Hippodamiae primum oſculum, in pelagus praecipitavit.* MUNCK. Schol. Euripidis in Oreſte vſ. 993. αὐτὰρ ὁ τ' Μυρτίλον, ασοσδοκήσας ἐξ αὐτῆς ὁμοίως ὑπ' αὐτῷ προδοθήσεσθ ὑπ' μὴ ἐξείπῃ, ὃν αὐτὸς ἐπέπεισε, κὴ ὑ Πέλοψ. οὐδὲ ὃν μισθὸν τὸν πάλαι ὡς φίλον συμπομπῷ τ Μυρτίλον, ἐξεδίφρευσε ζαλοτυπήσας εἰς Ἱπποδάμειαν. Tzetzes ad Lycophron. vſ. 156. p. m. 21. revera Myrtilum Hippodamiae petiiſſe concubitum & ideo in mare fuiſſe dejectum docet.

6 MYRTOUM PELAGUS] Schol. Euripidis in Oreſte vſ. 982. καθὰ τὸ πέλαγος ἔψας τ Μυρτίλου, δηλονότι, ασὸς τῆς αἰγιαλῆς τ Θαλασσίου σάλου τῆ Γερεστῆ. ad vſ. 990. ἀπωθήσας αὐθι κατ' ἐκεῖνον τ τόπον τ Θαλάσσης, ἵνα Γερεστὸς ἦσι ἀκρωτήριον τ Εὐβοίας (de quo Schol. Apollonii Rhodii lib. III. vſ. 12. 13. & Schol. Ariſtophanis in Equit. vſ. 558.) ἀπὸ δ πέλαγος ἐκεῖνο τ Εὐβοίας τὸν ἀκρωτήριον εἴληφεν. Vide Eund. ad vſ. 993, item Tzetzem ad Lycophron. vſ. 156. p. 21. Edit. Ox. Aliam vero nominis originem praefert Pauſanias lib. VIII. cap. 14. Quanto hoc Pelopi ejuſque liberis conſtiterit, docebit Lactantius ad Statii IV. Theb. 306.

7 ADDUXIT] Et heic *abduxit* legendum. Propert. 1. El. 2. *Avecta externis Hippodamia rotis.* Quintil. Declam. XIV. *Homo ab omnibus gaudiis in contubernium doloris adductus.* Ita quidem & Colonienſ. anni 1521. Sed legendum utique *abductus*, ut Pariſ. habet Colinaei. MUNCK.

8 QUOD PELOPONNESUM APPELLATUR] Vix haec eſſe credo Hygini noſtri, & puto delenda. SCHEFF. Merito de gloſſâ haec ſuſpicit Cl. Scheffierus. De variis nominibus Peloponneſi conſulendus Hom. Schol. ad Il. A. vſ. 30. Si retinere tamen quis malit, adducere poſſit Iſidorum lib. XIV. 6. *Haec primum à temperie coeli Macaroneſum ſive* Μακάρων νῆσος *appellata eſt.* Quo loco ſimiliter neutro genere dictum *Macaroneſum* vides. Sic *Pentateuchum*, apud eundem lib. VI. cap. 1. *Theſaurum* apud Fulgentium. *Baptiſmum* apud Cyprian. aliaque apud alios habes, de quibus egi ad cap. 3. Addenda illis haec veteris interpretis Coſmogr. Anonymi à Godofr. ed. p. 37. *Poſt hanc eſt Helleſpontum.* 39. *Inde Oceanum eſſe dicitur.* MUNCK. A Pindaro Olymp. 1. vſ. 38. Πελοπὸς ἀπειρεσία, ſive ut in Mſſ. teſte Vet. Scholiaſte ἀπειρία adpellatur. *Apiam* prius dictam eſſe ab Homero adnotat etiam Schol. Thucydidis lib. 1. cap. 9. n. 62. Ab Api hoc nomen eſſe adeptam docet Apollodorus libro ſecundo paullo poſt initium p. m. 72. Tzetzes quoque ad Lycophron. vſ. 178. & Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vſ. 414. Ab eodem heroe Peloponneſios Ἀπιδανεῖς dictos confirmat Schol. Apoll. Rhod. lib. IV. vſ. 263. Adde Munck. ad Hygin. fab. 145. ubi de ipſo heroe agit. Idem Apoll. Rhod. Schol. ad lib. 1. Argon. vſ. 14. ab Homero Ἀχαιὸν Ἄργος nuncupatum eſſe obſervat. & ad vſ. 1024. *Pelasgiam* olim vocatam fuiſſe refert. De hac inſula conſule Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. vſ. 403. Strabo lib. VII. pag. 494.

9 HIPPALCUM, ATREUM] Pro hoc poſteriore ſcribendum *Letreum*, ex Pauſaniae Eliacis II. pro priore *Hippalmum*, de quo ſupra f. 14. videtur. Sed *Atreus* Pelopis filius nominatur etiam Apollodoro lib. II. SCHEFF. Vel *Hippalcmum* ex Schol. Pind. vel *Hippalmum* ex Apollodoro & Apoſtolio videri poſſet legendum. Sed optimum eſt *Hippalcimum*. Vide Notas ad cap. 14. & 97. MUNCK.

10 ATREUM] *Letreum* ex Pauſaniâ ſcribi jubet Cl. Scheffierus. non accedo. Vide cap. 85. & 86. Cum noſtro inter Pelopis filios etiam Atreum numerant Apollodorus, Apoſtolius, Servius, Scholiaſtae Pindari & Euripidis, aliique. MUNCK. Ipſe Euripides Helen. vſ. 398. *Atreum* hujus Pelopis filium fuiſſe docet, nec non Sophocles in Ajace vſ. 1309. Adde Schol. Thucyd. lib. 1. cap. 9. l. 70. Schol. Euripidis in Oreſte vſ. 990. Lactant. ad Statii IV. Theb. 306. & Meziriac. ad Ovidii Epiſt. VIII. Heroid. pag. 253.

## LXXXV. *Chryſippus.*

LAIUS Labdaci filius Chryſippum [1] Pelopis filium nothum propter [2] formae dignitatem Nemeae ludis rapuit. quem ab eo Pelops bello recuperavit. hunc Atreus & Thyeſtes matris Hippodamiae inpulſu [3] interfecerunt. Pelops cum Hippodamiam argueret, ipſa ſe interfecit.

## LXXXVI. *Pelopidae.*

THYESTES Pelopis & Hippodamiae filius, quod cum [4] AEropa Atrei uxore concubuit, à fratre Atreo de regno eſt ejectus. At is Atrei filium Pliſthenem, quem pro ſuo educaverat, ad Atreum interficiendum miſit: quem Atreus credens fratris filium eſſe, inprudens filium ſuum occidit.

LXXXVII.

## Ad CAP. LXXXV.

1 PELOPIS FILIUM NATUM] Barthius ex Mſ. ſuo legit *notbum*, quod non diſplicet. SCHEFF. Merito lectionem MS. Barthiani *Notbum* probat Cl. Schefferus. Natus enim Chryſippus, ut quidam voluerunt, non ex uxore ejus Hippodamiâ, ſed Aſtyoche nymphâ, ut refert Pind. Schol. ad Olymp. A. (vſ. 144.) Apoſtolius diſertim Cent. XVIII. 7. Καὶ ἐκ τινος Ἀξιόχης νόθος Χρύσιππος. Idem totidem verbis apud Schol. Euripid. ad Oreſt. vers. 5. à quo eadem ferme, quae hoc ab Hygino, referuntur, invenies, ut & apud Tzetzen Chil. I. 18. Feſtus: *Notbum Graeci natum ex uxore non legitima dicunt, qui apud nos ſpurio patre natus eſt.* Leid. Cod. *natus dicitur.* Idem vitium viſum mihi aliquando inſediſſe lib II. Aſtron. cap. 25. *Heu, heu genus hominum * natum.* Tollebam aſteriſcum, & legebam, *notbum* h. e. degener & adulterinum. Germanicus: *Patrum ſoboles oblita priorum, Degeneres quae habuit, ſemperque habitura minores.* Solinus de elephantis cap. 38. *Duo eorum ſunt genera: nobiliores indicat magnitudo, minores notbos vocant.* Non diſſimiliter *adultera* dixit Prudentius pro corruptis. Sed vera lectio eſt, *aeneum genus hominum natum.* Vide quae ibi annotavimus. MUNCK. Chryſippum ex Pelope & Nympha Danaide natum docet Plutarchus Parall. T. II. p. 313.

2 FORMAE DIGNITATEM] H. e. ſingularem eminentiam. Quod vulgo docent Grammatici, *dignitatem* virorum eſſe, *venuſtatem* mulierum id non curat Hyginus noſter. Cap. 78. formae dignitatem etiam Helenae tribuit, ut & Briſeidi cap. 106. MUNCK. Cic. II. de Invent. I. de Crotoniatis Heracleotem Zeuxin in palaeſtram ducentibus, *atque ei pueros oſtenderunt multos, magna praeditos DIGNITATE*, deinde *Horum, inquiunt, ſorores ſunt apud nos virgines, quare, qua ſint illae DIGNITATE, potes ex his ſuſpicari.*

3 INTERFECERUNT] Piſander apud Eurip. Scholiaſt. (vſ. 1748.) in Phoeniſſis, ipſum prae pudore intuliſſe ſibi manus autumat. Confer Schol. Hom. ad Iliad. B. vſ. 105. MUNCK. Scholiaſt. Thucydidis. lib. I. cap. 9. lin. 68. ab ipſo Pelope patre interfectum Chryſippum docet. Soli Atreo hoc factum tribuit Schol. Euripidis in Oreſte vſ. 813. ipſi Hippodamiae hanc caedem adſcribit Doſitheus apud Plutarch. Parall. T. II. p. 313. ideo a Pelope domo ac regno ejectam Hippodamiam addens.

## Ad CAP. LXXXVI.

4 AEROPA] Quia Graecis eſt Ἀερόπη, malim ſcribere *Aĕropa*, ut ſcribitur apud Serv. ad AEn. X. 262. Sed *AEropa* pro *Aĕropa* uti videbis etiam Dictyn lib. I. Adhoc *AErope* repraeſentant etiam quaedam editiones Gellii lib. VII. cap. 3. Obſervavimus jam de illo genere ſuperius *AEtos*, *Phaeton*, *AEta*, pro *Aĕtos*, *Phaĕton*, *AEĕta.* Hinc *Erope* exararat librarius Argum. Lact. lib. XII. Met. fab. I. Etiam infr. cap. 97. *Protboenor* invenies pro *Protboĕnor.* Adde Not. ad Fulgent. lib. I. cap. 15. MUNCK. De poena, quam ab Aerope adultera ſumſit Atreus, conſule Cle-

## LXXXVII. *AEgiſthus.*

THYESTI Pelopis & Hippodamiae filio reſponſum fuit, quem ex filia ſua Pelopia procreaſſet, cum fratris fore ultorem. [5] Quod cum audiſſet, [6] puer eſt natus, quem Pelopia expoſuit: quem inventum paſtores caprae ſubdiderunt ad nutriendum. AEgiſthus eſt adpellatus, ideo quod [7] Graece capra aega adpellatur.

## LXXXVIII. *Atreus.*

ATREUS Pelopis & Hippodamiae filius, cupiens à Thyeſte fratre ſuo injurias exſequi, in gratiam cum eo rediit, & in regnum ſuum eum reduxit, filioſque ejus infantes [8] Tantalum & Pliſthenem occidit, & [9] epulis Thyeſti adpoſuit. qui cum veſceretur, Atreus imperavit brachia & ora puerorum adferri. Ob id ſcelus etiam ſol [10] currum avertit. Thyeſtes

Criticos ad Sophocl. Ajace vſ. 1314. Hanc feminam male *Europam* vocat Lactant. ad Statii IV. Theb. 306. Vide Interpr. ad AElian. lib. XII. V. H. cap. 42. De hoc *AEgiſtho* & ejus matre Salvagn. ad Ovidii Ibin VI. 361.

### Ad CAP. LXXXVII.

5 QUOD CUM AUDISSET] Defectus ille locus Micyllo & Scheffero videtur. Barthius τὸ *audiſſet* exponit, *accepiſſet, ratum habuiſſet.* Sic ſane Cicer. pro Marcello: *Sed tum illi audirem, ſi tibi ſoli viveres.* Plinius Epiſt. 2. lib. II. *Non ſum auditurus: non eram Romae* &c. Chryſol. Sermon. 79. *Petrus foeminam non facile audit.* Sed cur non potius *ei rei obtemperaſſet, & obediiſſet?* ut I. A. 6. *Ne ego iſtam ſapientiam non audiam.* Eſt omnino ſic explicandus ille locus, quem neutiquam defectum eſſe credo: vel corrigendum, *cum accidiſſet*, vel, *cum auſus fuiſſet.* Serv. ad AEn. XI. 262. *Cum Thyeſtes poſt cognitum facinus requireret ultionem, ei Apollo reſpondit, poſſe alio ſcelere illius facinoris vindicem nanciſci, ſcilicet ſi cum Pelopeia filiâ ſuâ concumberet. Quo facto, natus eſt AEgiſthus, fatalis in geminam Atrei ſobolem.* Sed ſatius erit, ut nihil mutemus. Schol. in I. Theb. Stat. vers. 684. *Cum reſponſum accepiſſet Thyeſtes, aliter malorum remedium inveniri non poſſe, niſi cum Pelopeia filia concubuiſſet, pariiſſetque reſponſis, natus eſt ex eâ AEgyſthus.* Eſt ergo *audire* hoc *obtemperare.* Salvian. III. de Provid. *Si juſſiones ſuas ſervi ex parte audiant, ex parte contemnant.* MUNCK.

6 PUER E. N.] Videtur abeſſe aliquid. MICYLL.

7 GRAECE CAPRA AEGA] αἴξ αἰγός. MICYLL.

### Ad CAP. LXXXVIII.

8 TANTALUM & PLISTHENEM] Ita & cap. 244. & 246. eos nominat. Sed filios Thyeſtae ab Atreo occiſos Aglaum, Orchomenum, & Calaum appellat Schol. Eurip. ad Oreſt. v. 813. Atque ita etiam Tzetzes Chil. I. 18. niſi quod pro *Calao* tertium nominat *Callaetum.* *Pliſthenes* Atrei fuit filius, ut Hyginus ipſe tradit cap. 86. & Schol. Eurip. ad Oreſt. v. 5. Schol. Horat. in Art. Poet. *Atreus autem filium fratris de eadem ſuâ uxore natum interfectum epulandum patri appoſuit.* Etiam Noſter cum Servio cap. 258. unius tantum meminit. MUNCK. Sophocles Ajace vſ. 1311. de pluribus loquitur,

Ἀτρέα δ' ἐς αὖ σ' ἵστημι, δυοτεύξασθαι,
Πεφάτ' ἀδελφῷ δεῖπνον οἰκείων τέκνων.

Lactantius ad Statii IV. Theb. 306. ab origine hanc fabulam repetit.

9 EPULIS APPOSUIT] Cap. 45. 83. & 244. *In epulis.* MUNCK.

10 CURRUM AVERTIT] Infr. cap. 258. *Quae ſol, ne polluereturn, auſugit.* Schol. Eurip. Δι' ἃ ὁ ἥλιος, μὴ σίτεται τὸ παρόμοιον, μέσαι ἐμέσαν ἐκ δυσμῶν πρὸς τὰς διόδους. Vide notas ad cap. 258. MUNCK. Conſule Columnam ad Ennii Thyeſt. pag. 273.

ſtes ſcelere nefario cognito, profugit ad regem Theſprotum, ubi lacus Avernus dicitur eſſe. Inde Sicyonem pervenit, ubi erat Pelopia filia Thyeſtis depoſita. Ibi caſu nocte cum [1] Minervae ſacrificaret, intervenit: qui timens, ne ſacra contaminaret, in luco delituit. Pelopia autem cum choreas ducit, lapſa, veſtem [2] ex cruore pecudis inquinavit: quae dum ad flumen exit ſanguinem abluere, tunicam maculatam deponit, [3] capite obducto [4] Thyeſtes e luco proſilivit, [5] & ea compreſſione gladium de vagina ei extraxit Pelopia, & rediens in templum, ſub [6] acropodio Minervae abſcondit. Poſtero die rogat regem Thyeſtes, ut ſe in patriam Lydiam remitteret. Interim ſterilitas Mycenis frugum ac penuria oritur ob Atrei ſcelus. Ibi reſponſum eſt, ut Thyeſtem in regnum reduceret. Qui cum ad Theſprotum regem iſſet, aeſtimans Thyeſtem ibi morari, Pelopiam adſpexit: & rogat Theſprotum, ut ſibi Pelopiam in conjugium daret, quod putaret, eam Theſproti eſſe filiam. Theſprotus, ne qua ſuſpicio eſſet, dat ei Pelopiam, quae jam conceptum ex patre Thyeſte habebat AEgiſthum. Quae cum ad Atreum veniſſet, parit AEgiſthum: quem expoſuit. At paſtores caprae ſubpoſuerunt: quem Atreus juſſit

1 MINERVAE ] forſan Colocaſiae. Athenaeus lib. III. cap. I. ἔστι δ' ἐν Σικυῶνι ΚΟΛΟΚΑΣΙΑΣ Ἀθηνᾶς ἱερόν.

2 EX CRUORE PECUDIS ] Quomodo, *pecudis*, & quo fine pecus illud apud ſaltantem? Lego, *pedis*. Ceciderat, offenderat pedem, atque ita vulneraverat. SCHEFF. Cl. Scheſſerus *pedis* mallet. Nihil mutaverim. Pecudis enim nomine hoſtiam mactatam deſignare videtur. Sic apud Virg. Aen. v. 332. Niſus *pronus in ipſo Concidit immundoque ſimo ſacroque cruore*. MUNCK.

3 CAPITE OBDUCTO THYESTES ] Diſtinctio haec vitioſa eſt. Scribe continuo, *tunicam maculatam deponit capite obducto, Thyeſtes e luco proſilit*. Hoc vult, caput velaſſe ſibi ipſi, dum exuit tunicam ſupra caput, plane ſicut ſit in noſtris interulis lineis, quas exuimus ſupra caput. SCHEFF. Cujus? Pelopiae, ut cenſet Cl. Scheſſerus. Diſtinguit ergo: *tunicam maculatam deponit capite obducto, Thyeſtes*. Mihi veriſimilius videtur, Thyeſten obvolviſſe caput, ne agnoſceretur: unde illa inferius ait, *ſe in compreſſione nocturnâ neſcio cui eduxiſſe* MUNCK.

4 THYESTES E LUCO PROSILIVIT, ET EA COMPRESSIONE GLADIUM DE VAGINA EI EXTRAXIT PELOPIA.] Legerim. *Et in compreſſione* &c. WOPKENS.

5 ET EA COMPR.] Videtur & hic non nihil ſententiae deeſſe. MICYLL. τὸ & delendum eſt, quod creavit ſyllaba poſtrema vocis praecedentis. Deeſt autem nihil, praeter praepoſitionem *in*, ut ſit & aliis locis. Mox plenè: *ſe in compreſſione nocturna eduxiſſe*. SCHEFF. Defecta haec eſſe Micyllo videntur. Vide ergo, an legi poſſit non inſulſè, *& eam compreſſit. eâ compreſſione* &c. Videri certe poſſit ſimilitudine ſyllabarum deceptus librarius partem omiſiſſe. Cl. Scheſſerus tantum τὸ & expellit. Subaudiri itaque, ut liquet, vult illa, *& eam compreſſit*. Similem reticentiam animadvertas cap. 62. MUNCK.

6 ACROPODIO ] Barthius exponit *baſin*. Quid podium in templis ſit, Vitruvius docet, receſſus videlicet muri ſub columnis. An acropodion receſſus ſummus? SCHEFF.

7 AD SORTES TOLLENDAS ] Cic. Div. cap. 41. *De ſortibus Praeneſtinis, quae hodie ſortunae monitu tolluntur*. Ampel. cap. de miraculis mundi. *Unde eſt ad inferos deſcenſus ad tollendas ſortes*. Quae loca ſuggeſſit nobis Doctiſſ. Jacob. Perizonius. In eadem re ἀναφῆναι & ἀναφήεσθαι uſitatum Graecis. Explicat uberius hanc phraſin Scaliger ad Tibull. lib. I. p. 110. Confer Etymol. magn. in Ἀνέλαι. MUNCK. *Sortes* ſunt reſponſa divina Phoebi. Vide Servium ad Virgil. lib III. AEn. vſ. 376. ad IV. AEn. vſ. 346, 377. Perizonium ad AElian. lib. III. V. H. cap. 45. Hujus adpellationis ratio eſt κληρωματεία, de qua conſule Schol. Euripid. Hippol. vſ. 1057. Schol. Pindari O. Pyth. IV. vſ. 338. & Broukh. ad Tibull. lib. I. El. 3. vſ. 11. κλῆροι, ſor-

juſſit perquiri, & pro ſuo educari. Interim Atreus mittit Agamemnonem & Menelaum filios ad quaerendum Thyeſtem; qui Delphos petierunt ſciſcitatum. Caſu Thyeſtes eo venerat [7] ad ſortes tollendas de ultione fratris. Comprehenſus ab eis ad Atreum perducitur: quem Atreus in cuſtodiam conjici juſſit, AEgiſthumque vocat, aeſtimans ſuum filium eſſe, & mittit eum ad Thyeſtem interficiendum. Thyeſtes cum vidiſſet AEgiſthum, & gladium, quem AEgiſthus gerebat, & cognoviſſet, quem in compreſſione perdiderat, interrogat AEgiſthum, unde illum haberet. Ille reſpondit, matrem ſibi Pelopiam dediſſe: quam jubet [8] arceſſiri. [9] cui reſpondit, ſe in compreſſione nocturna, [10] neſcio cui, eduxiſſe, & ex ea compreſſione nocturna, AEgiſthum concepiſſe. [11] Tunc Pelopia gladium adripuit, ſimulans ſe agnoſcere, & in pectus ſibi detruſit. quem [12] Aegiſthus e pectore matris cruentum tenens, ad Atreum adtulit. Ille aeſtimans Thyeſtem interfectum, laetabatur: quem AEgiſthus in littore ſacrificantem occidit, & cum patre Thyeſte in regnum avitum redit.

## LXXXIX.

*ſortes*, vocabantur inde etiam tabellae vaticiniorum, ut explicat inl. Spanh. ad Callim. II Pallad. vſ. 123. p. 626. locum Euripidis laudatum.

8 ACCERSIRI] Agnoſco inveteratum errorem, quo *accerjo* pro *arceſſo* dicunt. MUNCK. In textum recepi *arceſſiri*. Conſule Cl. Oudendorp. ad J. Caeſar lib. 1. B. Gall. cap. 31. & quae notavi ad Nepot. Attic. cap. 21. n. 4.

9 CUI RESPONDIT] Nempe Pelopia. Multo apertior eſſet narratio, ſi legeretur, *quae ei reſpondit*. MUNCK.

10 NESCIO CUI] Haec in reſpectu ad orationem directam, quam habuit, ponuntur. Aliis communiter dicendum erat *neſcienti cui*, propter antecedens *ſe*. SCHEFF. Debuiſſet ſcribere, *neſciam cui*. & forte ita ſcripſit, niſi rectam orationem obliquae miſcuit, ut facere videtur cap. 186. Quo in genere non parum peccavit Juſtinus, velut lib. XXII. 5. *Quibus omnibus, non ſibi tantum in alios, ſed & aliis in ſe ſentient patere bella.* pro, *ſenſuros eſſe*. lib. XXXVIII. 4. *Caeterum quia non id agitur, an liceat quieſcere.* pro *non id agatur*. & poſt paulo: *Gallorum autem nomen, quod ſemper Romanos terruit,* pro *terruerit*. Item: *Ac ne veteribus immorentur exemplis*, pro *immoraretur*. Cap. 5. *Raptam autem ſibi victoriam ejus ab illis, quorum nihil eſt niſi bello quaeſitum.* pro, *nihil ſit*, vel *eſſet*. cap. 7. *Tantumque ſe avida expectat Aſia, ut etiam vocibus vocet: adeo illis odium Romanorum incuſſit rapacitas proconſulum, ſectio publicanorum, calumniae litium.* Debebat ſcripſiſſe, *exſpectare Aſiam*, &, *incuſſiſſe rapacitatem proconſulum, ſectionem publicanorum, calumnias litium*. lib. IX. 2. *Qui nuncient Athenae, dum Byzantium obſidet, vovilſe ſe ſtatuam Herculi, ad quam in oſtio Iſtri ponendam ſe venire, pacatum acceſſum ad religionem Dei petens* &c. pro, *petentem*. Utrum ipſi Juſtino illa ſtribligo ſit tribuenda, an vero ejus librariis, Critici judicent. Nos ad Hyginum revertimur. Ut heic ille, ita Claudianus Mamertus in de Stat. Animae lib. 1. cap. 6. *Sed ſubjicis à neſcio quibus.* & cap. 7. *Adjiciens teſtimonium ſui, neſcio cujus, auctoris.* Habet heic locum illa Minucii invectiva Octavio: *Dum Venerem promiſcue ſpargitis, dum paſſim liberos feritis, dum etiam domitatos alienae miſericordiae exponitis, neceſſe eſt in veſtros recurrere, in filios inerrare.* MUNCK. Phaedrus III, 9, 5. *E populo ſic, NESCIO QUIS, ut fieri ſolet.* In proverbium abiit, V. Palierat. ad Propert. lib. 1. El. XI. vſ. 7. Petron. Satyric. cap. 6. *Ab declamatione, NESCIO ex temporali CUJUS.*

11 TUNC PELOPIA GLADIUM] ſine dubio hic deſunt pluſcula de confeſſione Thyeſtis, cum ſine ea non intelligantur caetera, deſitque cauſſa, cur ſe interfecerit Pelopia. SCHEFF.

12 AEGISTHUS] Puto, hic abeſſe conjunctionem, vel pronomen. Etiam diſtinctio mala: nam-

## LXXXIX. *Laomedon.*

[1] NEPTUNUS & Apollo dicuntur Trojam muro cinxiſſe. His rex Laomedon vovit, quod regno ſuo pecoris eo anno natum eſſet, immolaturum. Id votum avaritia fefellit. [2] Alii dicunt, parum eum promiſiſſe. Ob eam rem Neptunus cetum miſit, qui Trojam vexaret. Ob quam cauſſam rex ad Apollinem miſit conſultum. Apollo iratus ita reſpondit: ſi Trojanorum virgines [3] ceto religatae fuiſſent, finem peſtilentiae futuram. Cum complures conſumptae eſſent & [4] Heſionae ſors exiſſet, & petris religata eſſet, [5] Hercules & Telamon, cum Colchos Argonautae irent, eodem venerunt, & cetum interfecerunt, Heſio-

nam & hic, & ſupra, poſt *expoſuit*, ſcribendum punctum. SCHEFF.

## Ad CAP. LXXXIX.

1 NEPTUNUS ET APOLLO] Vide Philoſtrat. cap. XI. Heroic. §. 3. & ibi Olear. & Philoſtr. Junior. Icon. 10. Hinc Neptunus τειχοποιὸς dicitur. Vide Tzetz. ad Lycophron. vſ. 617. De Apolline urbium conditore Serv. ad Virgil. IV. AEn. vſ. 58. & Spanh. ad Callim. H. Apoll. vſ. 55, 56, 57. De fabula Meziriac. ad Ovidii V. Epiſt. Heroid. p. 449, 450.

2 ALII DICUNT PARUM EUM PROMISISSE] Mſ. Barthianus habet *aurum*. Quaerat aliquis, quale, quantum? Sic enim indefinite promittere non potuit. neque ex ſuperioribus colligitur. Non enim, *quantum eo anno natum eſſet*, huc poteſt trahi, cum ibi non naſcatur aurum. Manet itaque corruptus locus. Imo videri poſſunt iſta verba ne Hygini quidem eſſe, verum alterius, quippe quae ſint poſita non ſuo loco, cum poſt vocem *immolaturum* collocari debuerint. SCHEFF. Barth. ad Stat. Tom. II. pag. 232. *aurum*. Quod convenit cum verbis Ovidii Met. XI. 203. *Mortalem induitur formam, Phrygioque tyranno AEdificat muros, pacto pro moenibus auro*. Lactant. *Pactum aurum Laomedon negavit*. Ego antequam in illos Barthii commentarios incidiſſem, conjectaveram, *pecuniam certam promiſiſſe*, ex Servio ad AEn. II. 610. *Hoc autem habet fabula, quod Neptunus cum Apolline Trojae fabricati ſint muros. Sed conſtat Laomedontem diis certam voviſſe pecuniam ad ſacra facienda*. Illuſt. Heinſio ſcriptum fuiſſe videtur, *non parum auri promiſiſſe*. Conjungit diverſas opiniones, ut cum cap. 14. & 28. tum aliis locis factum. Caeterum haec verba poſt τὸ *immolatum* eſſe collocanda recte vidit Cl. Schefferus. MUNCK. Conſule Celeb. P. Burm. ad Ovid. lib. XI. Met. vſ. 204. Totam hanc fabulam referunt Tzetzes ad Lycophron. vſ. 34. & Servius ad VIII. AEn. 157. Herodotus adſentitur Anonymo de Incredibilibus, quem Celeb. P. Burm. citavit, nempe Laomedontem pecuniam ex templo Neptuni & Apollinis ſubfuratum abſumpſiſſe ad muri exſtructionem. conſule Tzetzen ad Lycophron. vſ. 522.

3 CETO RELIGATAE] id eſt, *pro ceto*, & in pabulum ipſius. Nam alias ad petram religari ſolebant, ut mox indicatur. SCHEFF.

4 HESIONAE FORS EXISSET] Legendum eſt, *ſors exiſſet*, ſorte namque ſumebantur electae. Cicero ad Att. *cum de conſularibus mea prima ſors exiſſet*. SCHEFF. Quod antehac conjectavi, *Heſionae ſors exiſſet*, id ideo nunc magis placet, quod & Cl. Scheffero placere videam. Hor. II. 3. *Omnes eodem cogimur, omnium Verſatur urna ſerius, ocyus Sors exitura*. Diodorus lib. IV. p. 246. *Univerſis igitur ſortis judicio ſubjectis, regiae filiae Heſiones nomen exivit*. Poſſis etiam non male legere, *Heſionem ſors expetiſſet*. Vide Serv. ad AEn. III. 3. Apollod. lib. II. pag. 98. Sed priorem conjecturam praefero. MUNCK. Male Voſſius ad Val. Flacc. II, 480. legit *Heſionem ſors exemiſſet*.

5 HERCULES ET TELAMON.] Perpetuus fere Herculis ſocius fuit Telamon. Conſule Schol. Apoll. Rh. l. I. Arg. vſ. 1289. Schol. Pind. O. Nem. III. vs. 61. & ad O. Iſthm. VI. vſ. 38. item Tzetz. ad Lycophron. vſ. 469. De *Ceto* hoc ab Hercule occiſo Schol. Pind. O. Nem. I. vſ. 95.

5 EQUOS] Immortales illos, quos Troi pro Ganymede dederat Jupiter. Hom. Iliad. Y. 145. Apollod. lib. II. pag. 99. Tzetzes ad Lycophr. p. 92. ed. Steph. MUNCK. Tzetzen adde ad Lycophron. 523.

6 QUOD ET IPSUM FRAUDAVIT] Mortales equos loco immortalium dediſſe Herculi apud Homeri Scholiaſten tradit Hellanicus. *Fraudare* eſt heic ἀπατᾶν. Caeſar B. C. *Fraudavit ſtipendium*

Heſionenque patri, pactis legibus, reddunt, ut cum inde rediiſſent, ſecum in patriam eam abducerent, & [6] equos, qui ſuper aquas & ariſtas ambulabant. [7] Quod & ipſum Laomedon fraudavit, neque Heſionen reddere voluit. Itaque Hercules [8] ad eos navibus comparatis, ut Trojam expugnaret, venit, & Laomedontem necavit, & [9] Podarci filio ejus infanti regnum dedit, qui poſtea Priamus eſt adpellatus, ἀπὸ τῆ πριάσθαι. Heſionem reciperatam Telamoni conceſſit in conjugium, ex qua natus eſt Teucer.

## XC. [10] *Priami filii & filiae, numero* 54.

Hector, Deiphobus, [11] Cebriones, Polydorus, Helenus, Alexander,

*dium militum.* Juſtin. XLIII. 1. *Propter fraudatas Laviniae nuptias.* Vetus interpres Siracidae cap. 4. vers. 1. *Eleemoſynam pauperis ne fraudes.* Gr. habet, τῶ ζωῶ τῆ πτωχῆ μὴ λυπηρίσῃς. Sic *defraudare* pro diminuere apud Auſon. epiſt. 3. & 21. Deponentaliter, ſi ſanus eſt locus, Chryſologus Sermon. L. *Sicut furem lucerna prodit, ita ſol eos, qui fraudantur, accuſat.* MUNCK. Adde Daviſ. & Oudendorp. ad J. Caeſar. lib. III. B. Civ. cap. 59. De hiſtoria vide Philoſtrat. *Heroic.* cap. XI. §. 1.

7 Ad eos navibus] Illud, *eos*, vitioſum eſt, natum ex litteris, numerum navium exhibentibus. SCHEFF. Quid ſi ſcribas? *Ob eas*, hoc eſt, equos illos & Heſionen. vel *ad eum* i. e. contra Laomedontem. Sed nihil forte mutandum. *Ad* pro *Ob* uſurpaſſe interdum veteres oſtendi ad cap. 45. Cl. Schefferus arbitratur illud *eos* natum ex literis numerum navium exhibentibus. VI. eas alii, alii XIIX. fuiſſe volunt. Ita fluctuabamur, cum veram, opinor, ſcripturam eruit Nob. Heinſius, *ad hoc.* MUNCK. Socius ejus expeditionis fuit Deimachus Eleonis filius. Naves, quas comparavit, videntur fuiſſe ſex. Plut. Quaeſt. Graec. T. 2. p. 301, 304. ſed de earum numero parum conſtat inter veteres. V. Simſonii Chronicon A. M. 2777. Fabulam hanc etiam alio modo narrat Lactant. ad Statii I. Achill. vſ. 21. & ad II. Achill. vſ. 196.

9 Padaci] Legendum eſt *Podarci* ex Apollodori lib. III. SCHEFF. Atqui Graece Ποδάρκης appellatur. Scribe ergo *Podarci.* Vide Apollod. lib. II. pag. 111. Tzetzes ad Lycophr. pag. 62. Τότε ὁ Ἡρακλῆς τὴν Ἡσίονα χαρίζεται, ἣν ἂν Τῆλαι τῷ ἐκπαλαίσαντι ὑπεσθαι. ὁ δὲ τῶν ἵππων δῶρα καλυψίαν τῆ ἀδελφῆ αὐτῆς Ποδάρκῃ ἐπεμψε, ἣν ἐκλέξη τὴν Πρίαμον. Eadem habes apud Euſtath. ad Iliad. A. pag. 21. ed. Baſ. Paulo aliter Servius ad AEn. I. 623. *Tunc Hercules Priamum quoque redemptum à vicinis boſtibus in paterno regno locavit. Unde & Priamus dictus eſt* ἀπὸ τῆ πρίασθαι, *emo.* Corrupta multipliciter ſunt, quae deinde ſubjungit. *Caeterum quae de liberata dicunt Heſiona* &c. Legendum ibi in ſeqq. *Quod Tecmeſſam concubinam; vel ejus & fratris filium Euryſacen ad asum* &c. MUNCK. Adde Tzetzen ad Lycophron. vſ. 335, 337.

## Ad CAP. XC.

10 Priami filii et filiae] Dares: *Ilium petit cum Hecuba uxore & liberis, Hectore, Alexandro, Deiphobo, Heleno, Troilo, Andromacha, Caſſandra, Polyxena. Nam erant & alii filii ex concubinis nati.* Praeter hos ex Hecuba natos vult Apollodorus lib. III. p. 182. Pammonem, Politen, Antiphum, Hipponoum, Polydorum, Creuſam, & Laodicen. Tzetzes Chil. VII. 135. ex Hecuba ſuſcepiſſe eum ſcribit τέκνα ἐνὸς καὶ δέκα. MUNCK. De Hecubes liberis conſule Schol. Theocriti Idyll. XV. vſ. 139. qui ex Homero docet modo novemdecim filios fuiſſe; Theocritus de Viginti canit filiis. Melanippum & Idaeum Priami filios vocat Ptolem. Hephaeſtio lib. V. apud Photium pag. 483. *Hector* fuit natu maximus filius, ut docent Herodotus lib. II. cap. 120. Apollodorus lib. III. p. m. 225. *Polydorus* natu minimus, ut ipſe Euripid. Hecub. vſ. 13, 1132. Conſule & Cioſan. ad Ovid. lib. XIII. Met. vſ. 529. ubi de Priami liberorum omnium numero plura diſſeſ. Euripides vocat Priamum quinquaginta liberorum patrem in Troad. 135. Tzetzes ad Lycophron. vſ. 12, 32. dum ſtirpem AEneae refert, Priami liberos memorare coactus, ait Πρίαμῳ (γήμᾳ) Ἕκτορα, Κασάνδραν, Κρίσσαν, καὶ λοιπούς. *Polyxenam* Priami ex Hecuba filiam addit ipſe etiam Euripides Hecub. vſ. 40. & 75. 220. ita ut pro *Polymena* facile cum Scheffero legi poſſit, *Polyxena*, de hac & ejus ſorore *Laodice* Tzetz. ad Lycophron. vſ. 314.

11 Gerones] Aliis eſt, Cebryones. Vide Apol-

der, [1] Hippoſidus, [2] Antinous, Agathon, [3] Diaſtor, [4] Lyſide, Polymena, Aſcanius, [5] Chirodamas, [6] Euagoras, [7] Drypon, [8] Aſtynomus, [9] Polymetus, Laodice, [10] Ethionome, Phegea, Henicea, [11] Demnoſia, Caſſandra, Philomela, [12] Polites, Troilus, [13] Palaemon, [14] Briſſonius, [15] Gorgythion, Protodamas, [16] Atreus, Dolon, Chroereſus, Chryſolaus, Demoſthea, [17] Doricops, Hippaſus, [18] Hyperiſcus, Lyſianaſſa, Iliona, Nereis, Euander, [19] Proneus, [20] Aromachus,

Apollodorum lib. III. ubi de hac re. SCHEFF. *Cebriones* habet margo libri Salmaſiani, quod rectum eſt. Κεβριόνης eſt Apollodoro. MUNCK. Recte legit Munck. Ab hoc *Cebrione Cebrenia* urbs & regia Troadis dicta eſt. Micyll. ad Ovid. XI. M. 769. de qua urbe videndus Meziriacus ad Ovid. Epiſt. v. Heroid. pag. 404.

1 HIPPOSIDUS] Et hic alibi vocatur *Hippothous*. SCHEFF. Coaluerunt heic, ſi quid judico, duo vocabula. Lego, *Hippothous*, *Ijus*. qui ambo inter Priami filios numerantur ab Apollodoro. Commendat eam conjecturam noſtram lemma ipſum 54. promittens. Atqui in Hygini hoc indiculo non niſi 53. comparent. Duos ergo heic in unum coaluiſſe non de nihilo ſuſpicamur. MUNCK.

2 ANTINOUS] Forte rectius *Antiphonus*. SCHEFF. Schefferus: Forte rectius eſt, *Antiphonus*. Immo rectius eſt. Vide Hom. Iliad. Ω. 250. niſi mavis *Antiphus* ex Apollodoro. MUNCK.

3 DIASTOR] Videtur & hic rectius eſſe *Meſtor*, ex Apollodoro. SCHEFF. Idem Scheſſerus: Videtur & heic rectius eſſe *Meſtor*. Firmat ejus conjecturam Hom. ejuſdem libri vers. 257. Dictys lib. II. pag. 66. MUNCK. A Scholiaſte Apollonii Rhodii lib. I. Arg. vs. 747. *Meſtor* recenſetur inter Perſei, & Andromedae filios, ut & ab Apollodoro lib. II. p. m. 97.

4 LYSIDE, POLYMENA] Non dubito, quin ſcribi debeat, *Lycaſte*, *Polyxena*. De Polyxena notum eſt. SCHEFF. Scheſſerus: *Lycaſte*, *Polyxena*. MUNCK.

5 CHIRODAMAS] Hic *Cherſidamas* eſt Apollodoro lib. III. pag. 183. MUNCK.

6 EUAGORAS] Hic inter Nelei & Chloridis filios etiam recenſetur ab Apollodoro lib. I. p. 45.

7 DRYOPON] Apollodoro *Dryops* eſſe videtur. SCHEFF. Videri hunc Apollodoro *Dryopa* eſſe annotavit Schefferus. Agnoſcit illum *Dryopa* etiam Dictys lib. IV. pag. 103. MUNCK. Hic *Dryops* itaque diverſus eſt a *Dryope*, qui Dryopibus nomen dedit, de cujus tamen genere etiam parum conſtat, ab Antonino enim Liberali cap. XXXII. Metam. Sperchii & Polydorae; a Schol. Apollon. Rhodii lib. I. vſ. 1213. Penei fluvii & Polydorae, a Tzetze ad Lycophron. vſ. 480. Apollinis ac Diae filius nuncupatur.

8 ASTYNOMUS] Hic *Aſtygonus* Apollodoro. SCHEFF. Cl. Schefferus: *Hic Aſtygonus Apollodoro*. Sed *Aſtymenes* eſt Dicty lib. IV. MUNCK.

9 POLYMETUS] Hic *Polymedon* eſt Apollodoro. quod rectius puto. MUNCK.

10 ETHIONOME] An, *Deinone*? SCHEFF. *Deione* mallet Clariſſimus Schefferus. MUNCK.

11 DEMNOSIA] Forte, *Demonaſſa*. MUNCK.

12 POLITES] Credo, rectum eſſe *Polites*, ex Pauſaniae Bacoticis, & Apollodoro. SCHEFF. Margo libri Salmaſiani habet *Polites*. quod & Cl. Schefferus conjecit ex Pauſaniâ & Apollodoro. Quibus addi poſſunt Homerus Iliad. Ω. 250. & Dictys lib. II. pag. 66. MUNCK. Adde Tzetzen ad Lycophron. vſ. 243.

13 PALAEMON] *Phlaemon* eſt Apollodoro. SCHEFF. Liber Salmaſii, *Pammon*. Et ſane Pammona, non Palaemona, Priamidis accenſent Dictys & Homerus locis modo laudatis. *Phlaemon* eſt Apollodoro, ut jam notavit Cl. Schefferus. MUNCK.

14 BRISSONIUS] Ne hoc quidem integrum videtur. Sed eſt difficile in defectu Hiſtoriae, bonique Codicis iſta omnia vocabula reſtituere. SCHEFF.

15 GORGITION] Scribe *Gorgythion*. ex Hom. Iliad. Θ. 303. & Apollodoro. MUNCK.

16 ATREUS] An *Areius* ex Dictyos lib. IV? Ἀρείῳ eſt Apollodoro, quem in Ἀρείῳ transformat Mercerus ad Dictyn. MUNCK.

17 DORICEPS] Eidem hic eſt *Doriclus*. SCHEFF. *Doryclum* hunc eſſe Apollodoro obſervat Cl. Schefferus. Addo ita cum à Dicty quoque lib. III. pag. 70. & Hom. Iliad. Λ. 489. appellari, ut nullus dubitem, quin ex illis corrigendus ſit Hyginus. MUNCK. De hoc Doryclo Virgilium V. AEn. 620. loqui cenſet Cerda.

18 HYPERISCUS] Credo hunc vocari *Hypirichum* Apollodoro. SCHEFF. Credit hunc *Hypirichum*

machus, [21] Hilagus, Axion, [22] Biantes, Hippotrochus, [23] Deiopites, Meduſa, Hero, Creuſa.

## XCI. [24] *Alexander Paris.*

PRIAMUS [25] Laomedontis filius, cum complures liberos haberet ex concubitu Hecubae Ciſſei, [26] ſive Dymantis filia, [27] uxor ejus praegnans in quiete vidit, ſe facem ardentem parere, [28] ex qua [29] ſerpentes plurimos exiſſe. Id viſum [30] omnibus conjectoribus cum narratum eſſet, imperant,

*piriclum* Apollodoro vocari Cl. Schefferus. MUNCK.

19 PRONEUS] Forte, *Ilioneus*. Vide Dictyn lib. IV. pag. 104. MUNCK.

20 AROMACHUS] *Archemachus* eſt Apollodoro & Dicty. MUNCK.

21 HILAGUS] Pro hoc *Glaucus* videtur reponendus ex Dicty & Apollodoro. MUNCK.

22 BIANTES] Apollodoro eſt *Bias*, ſicut mox *Deiopites*, qui noſtro *Dioptites*. Apollodorus memorat plures alios. SCHEFF. Apollodoro eſſe *Bias* recte videtur Scheffero. Etiam Dicty lib. IV. pag. 103. eſt *Bias*. MUNCK.

23 DIOPHITES] *Deiopites* quidem eſt Apollodoro, ut notat Cl. Schefferus; malim tamen heic ex Hom. Iliad. λ. 420. & Dictyos lib. III. p. 79. reſcribere, *Deiopites*. MUNCK.

## Ad CAP. XCI.

24 ALEXANDER PARIS] Schol. Hom. ad Iliad. M. 93. Ἐκλήθη Πάρις, οὐχ ὅτι, ὡς τινές φασιν, ἐν πύρᾳ ἐτέθη, ἀλλ' ὅτι τὸ μέσον παρῆλθεν. Ἴστεον δ' Ἀλέξανδρος, ὅτι τῇ κατ' ἐπίκλησιν, ὃ ἐστι, τέσσαρσι. Confer eundem ad Iliad. Γ. 325. Tzetzen ad Lycophr. p. 28. ed. Steph. Etym. Auctorem in Πάρις. Diomed. Gram. lib. I. qui ridicule vult praenomine dictum *Alexandrum*, nomine *Dardanium*, cognomine *Paridem*. *Alexander appellatus eſt in Graecia, qui Paris fuerat apud paſtores.* Varro lib. VI. L. L. MUNCK. Certe dictus Paris βυκόλος fuit (quippe a paſtoribus educatus.) Vide Euripid. Iphigen. Aul. vſ. 180. & vſ. 573. Ἔμολες ὦ Πάρις, ἦτε σύγε βυκόλος ἀργυπαῖς ἐτέκφης Ἰδαίας ἀνὰ μόχθους, βάρβαρα συρίζων φρυγίων Αὐλῶν, Ὀλύμπου καλάμοις μιμήματα πλέκων. & adde vſ. 1292. De eo dicit Helena apud Eurip. in Troad. vſ. 941. Ὁ τὰς οἰ ἀλάστωρ, εἴτ' Ἀλέξανδρον θέλεις Ὀνόμασι προσφωνεῖν νιν, εἴτε καὶ Πάριν. De nomine *Paris*, & *Alexander* conſule Meziriac. ad Ovidii Epiſt. 5. Heroid. p. 410, 411. & Columnam ad Ennii Fragm. ex Alexandra pag. 232. *Quapropter Parim paſtores nunc Alexandrum vocant.*

25 LAOMEDONTIS FILIUS] De matre diſſentiunt veteres, quorum opiniones recenſet Homer. Scholiaſt. ad Iliad. Γ. 250. MUNCK.

26 SIVE DYMANTIS FILIAE] Ita repoſui pro *filia*. *Nam Hecuba ſecundum Euripidem filia Ciſſei fuit, quem Ennius, Pacuvius & Virgilius ſequuntur. Secundum Homerum filia Dymantis*, ut notavit Servius ad AEn. VII. 320. Adde Noſtr. cap. CXI. Corruptus ergo Tzetzes Proleg. in Lycophronem: Πρίαμος ὁ Λαομέδοντος καὶ Λαομεδούσης ἐξ Ἑκάβης τῆς Κισσέως. leg. Δύμαντος. Ciſſeus autem ille rex Thracum fuit, ut inter alios auctor Servius ad AEn. V. 535. MUNCK. Conſule Meziriacum ad Ovidii Epiſtol. 5. Heroid. pag. 401, 402, 403. qui ab Apollodoro Hecubam fluvii Sangarii & Metopae filiam dici inter alia refert. Servium compilavit Lactantius ad Statii I. Achill. vſ. 22.

27 UXOR EJUS PRAEGNANS IN QUIETE VIDIT, SE FACEM ARDENTEM PARERE, EX QUA SERPENTES PLURIMOS EXISSE] Ex fide hiſtorica conjeceris *ex qua repente plurima exarſiſſe*. Apollod. III. p. 182. ἰδέσθαι Ἑκάβην κατ' ὕπαρ δᾷδα τίκτειν ἀφθόνως· τῶν δὲ πᾶσαν ἐπιπίμπλασθαι τὴν πόλιν καὶ τὴν. Sic alii. WOPKENS.

28 EX QUA SERPENTES PLURIMOS EXISSE] Quinam hi *ſerpentes*? utrum angues? At hoc nemo alius, quod ſciam. An *ſerpentes* eſt pro repentes, provenientes, ut ad *faces* referatur, dictumque ſit, ſicut ſerpere ignes & incendia dicuntur? ita corrigendum foret *plurimas*, pro *plurimos*, effetque hoc hiſtoriae convenientius. SCHEFF. An *exque eâ*? Dubito. Similiter locutus eſt cap. 29. *Ex qua die non amplius cum ea concubuit*, pro *exque ea die*. Vide notas noſtras ad cap. 4. MUNCK.

29 SERPENTES PLURIMOS] Cl. Schefferus *ſerpentes plurimas* mallet, ut ad *faces* referatur. Mihi N. L. Certe de ſerpentibus illis nihil hactenus apud alios comperi. Suſpicor tamen per ſerpentes illos deſignari flammas ſerpentium figuras ſimulantium, quod ferale omen fuit Menocceo apud Stat. X. Theb. 596. Heinſius conjectabat, *ex qua repente plurimas exiſſe*. ſc. alias faces. Quod non diſplicet. MUNCK.

30 OMNIBUS CONJECTORIBUS] Inter illos

perant, quicquid pareret, necaret, ne id patriae exitio foret. Poſtquam Hecuba peperit Alexandrum, datur interficiendus. quem [1] ſatellites miſericordia expoſuerunt. Eum paſtores pro ſuo filio repertum expoſitum educarunt, eumque Parim nominaverunt. Is cum ad puberem aetatem perveniſſet, habuit taurum in deliciis: quo cum ſatellites miſſi à Priamo, ut taurum aliquis adduceret, veniſſent, qui in athlo funebri, [2] quod ei fiebat, [3] poneretur, coeperunt Paridis taurum abducere. Qui perſecutus eſt eos, & inquiſivit, quo eum ducerent: illi indicant, ſe eum ad Priamum [4] adducere, qui viciſſet ludis funebribus Alexandri. Ille amore incenſus tauri ſui, deſcendit in certamen, [5] & omnia vicit, fratres quoque ſuos [6] ſuperavit. Indignans Deiphobus, gladium [7] ad eum

*Aeſacum* fuiſſe ait ad Lycophronem Tzetzes, quem ex Arisba Meropis filia ſuſceperat Priamus. Vide eum pag. 47. & 59. ed. Steph. Unde lux non parva affulget Servio ad AEn. II. 32. MUNCK.

1 SATELLITES MISERICORDIA] Dictys ſub finem lib. III. refert *Hecubam more foemineae miſerationis clam alendum paſtoribus in Idam tradidiſſe.* MUNCK. Ipſe Priamus in monte Ida infantulum morti deſtinatum exponi juſſiſſe dicitur ab Euripide Iphigen. in Aulide vſ. 1285. Adde Meziriac. ad Ovidii Epiſt. v. Heroid. p. 408, 409.

2 QUOD EI FIEBAT] Paridi videlicet, vel Alexandro. quippe quem expoſitum credebant periiſſe. SCHEFF.

3 PONERETUR] Tanquam praemium Athli, & certaminis, victori tribuendum. Phaedrus noſter lib. I. c. 15. *bibere juſſit ipſum poſito praemio.* SCHEFF.

4 ADDUCERE, QUI VICISSET] Barthius ſcribit, *adducere ei, qui*, quod probo. SCHEFF. Barth. Adverſ. lib. VIII. cap. 6. & Cl. Tollius in ora cod. ſui: *Adducere ei, qui.* quod non diſplicet. MUNCK.

5 ET OMNIA VICIT] Puto ſcriptum fuiſſe, *& omnis vicit*, librarium non intelligentem illud *omnis*, feciſſe *omnia*. Sane de certantibus ſermonem eſſe, monſtrat ſequens *quoque*, ubi dicitur, *fratres quoque ſuos*. SCHEFF. Clariſſ. Schefferus, *Omnes*. Nec hoc improbo. Poſſis tamen ſubaudire *certamina*, & excuſare per helleniſmum. Schol. Pind. pag. 81. Ed. Francof. Δίαυλον ἐίκησε, pro διαύλῳ. Et pag 191. Πυκτικῷ αὐτὸν καὶ παγκρατίῳ περικήτιος. 336. πυκτῶν ἰσθμια. Hypoth. Pyth. γυμνικὸν ἀγῶνα νικήσαντες. AElian. Var. Hiſtor. IV. 25. Ἐνίκησεν ἁμίλλῃ μιᾷ πάλῃ καὶ παγκρατίῳ. Antigonus Hiſtor. Mir. 133. πυκτὰ ῥάδιον. Schol. Hom. ad Iliad. Δ. 376. Ὃς καλλιστεύει γυμνικὸν ἀγῶνα, καὶ συμμαχίσας Ἀθηνᾶς πυκτᾷ τὰ πάντα, *vincit omnia*, ut hoc Hyginus loquitur. Iliad. A. 708. γυμνικὰς εἴκων ἀγῶνας. Sententia ergo eſſet, omnium certaminum victor extitit. Juſt. XLI. 1. *Longinqua bella viciſſe.* MUNCK. Sic ἑκμῶν ἀγῶνα dixit Pindarus O. Pyth. VIII. vſ. 116. Conſule Iſaac. Caſaubon. Lect. Theocrit. cap. 16. & Munck. ad Hygini noſtri fab. 273. Celeb. J. Perizon. ad AElian. lib. X. cap. 19. Verum eo l. πυγμῇ ἐνίκησεν cum Codd. Mſſ. retineri facile poſſe cenſet Doctiſſ. Alberti ad Acta Apoſtol. cap. 10. com. 15. Loquitur tamen ſic iterum AElianus lib. VI. cap. 1. Τὸν δὲ Χαιρωνέα μάχαν ἐνίκησεν ὁ Φίλιππος. praepoſitionem κατὰ ſubaudiri putat Duportus ad Theophraſti Ch. Eth. cap. 11. Cel. Perizonius lectionem hanc praetulit, quia AElianus quartum caſum in hac locutione ſemper adhibet.

6 SUPERAVIT. INDIGNANS] Mallem, *ſuperavit. Id indignans.* SCHEFF.

7 AD EUM STR.] Al. *adverſus.* MICYLL. Nihil cenſeo hic emendandum. *ad eum* eſt, *adverſus*, ſive *contra eum.* Et ſic quandoque uſurpatur. Servius ad Virgilii lib. IV. AEn. iſta verba: *Claſſemque ad Pergama miſit: ad Pergama, in Pergama, id eſt, contra Pergama.* SCHEFF. H. e. contra eum. Virgilius AEn. II. 443. *Clypeoſque ad tela ſiniſtris Protecti objiciunt.* Servius: *ad tela, contra tela.* Cyprianus lib. II. ep. 2. *Pugnant ad beſtias non crimine, ſed furore.* Propert. lib. II. el. 19. *Si libitum tibi erit, Lernaeas pugnet ad Hydras.* Caeterum non tam mollis fuit, quam vulgo audit, Paris ille. Servius ad AEn. v. 370. *Paris ſecundum Troica Neronis fortiſſimus fuit, adeo ut in Trojae agonali certamine ſuperaret omnes, ipſum etiam Hectorem: qui cum iratus in eum ſtringeret gladium, dixit ſe eſſe germanum; quod allatis crepundiis probavit, qui habitu ruſtici adhuc latebat.* MUNCK.

8 HEC-

eum ſtrinxit: at ille in aram Jovis [8] Hercei inſiluit. Quod cum Caſſandra vaticinaretur eum fratrem eſſe, Priamus eum agnovit, regiaque recepit.

## XCII. *Paridis judicium.*

JOVIS, cum [9] Thetis Peleo nuberet, ad epulum dicitur omnes deos convocaſſe, excepta Eride, [10] id eſt, diſcordia. quae cum poſtea ſuperveniſſet, nec admitteretur ad epulum, [11] ab janua miſit in medium malum: [12] dicit, quae eſſet formoſiſſima, adtolleret. Juno, Venus, Minerva formam ſibi [13] vindicare coeperunt: inter quas magna diſcordia orta.

8 HERCAEI JOVIS] Scribe potius ſine diphthongo *Hercei*. Ἕρκειος Ζεύς Herodoto eſt. Meminerunt ejus Ovidius. Ib. 284. Senec. Agam. 448. Servius ad AEn. II. 506. *Jovem aedificialem* Dictys appellat lib. v. Adde Feſtum in *Herceus Jupiter*. ubi codex Biblioth. Leid. habet *Hercius*. quod idem eſt. MUNCK. Adde Miſcell. Obſerv. Oct. Nov. & Dec. 1734. p. 181. Recte addit Cl. Vir, *Hercium*, & *Herceum* dici. Nam, praeterquam quod Graecorum ει nunc in ι nunc in ε a Latinis mutatur, tam Ἕρκιος, quam Ἕρκειος a Graecis vocatur. Sic Philoſtrat. II. Icon. 23. & Sophocl. Antig. vſ. 493.

τᾷ παυθεὶς ἁμᾷ ΖΗΝΟΣ ΕΡΚΙΟΥ κυρεῖ.

Ubi phraſin iſtam inluſtrat Scholiaſtes. & Euripid. Iphig. in Tauris vſ. 17. De *Jove Herceo* vide, quos laudat Cl. Oudendorp. ad Lucanum lib. IX. vſ. 979.

## Ad CAP. XCII.

9 THETIS PELEO NUBERET] Quo modo ac loco hae nuptiae celebratae ſint, docet Euripides Iphigen. in Aulide vſ. 1036. De donis, quae ſponſis dederunt dii, Ptolem. Hephaeſtio lib. VI. apud Photium pag. 487.

10 ID EST DISCORDIA] Haec ſunt ex gloſſa, & delenda. SCHEFF. Deleri ut gloſſemata haec jubet Cl. Schefferus. Etſi non ignoro *Diſcordiam* Latino vocabulo eam divam dici Capellae lib. I. Arnob. lib. III. Fulgent. lib. III. cap. 7. Claudian. lib. I. in Ruf. vers. 30. & reperiri apud Juſtin. lib. XII. cap. 15. *Malum diſcordiae*. Petron. Carm. de bello civ. *Sciſſo diſcordia crine*. & ſub finem ejuſdem carminis: *Factum eſt in terris quicquid diſcordia juſſit*. Quem tamen verſum ſpurium exiſtimat Nob. Heinſius, & carmini mutilato tibicinem ab homine ſemilitterato additum. Licet haec, inquam, ita habeant, amplector tamen Schefferi ſententiam. Servius, ſive ejus epitomator, Scholiaſtes Germanici, & alii, qui fabulas poëticas narrant, perraro ſuorum verborum agere ſolent interpretes. Ille ad AEn. III. 3. *Cetos*, *id eſt*, *beluas marinas immiſit*. Hic fabula Centauri: *Ipſam in arborem Philyram*, *id eſt*, *tiliam converſam eſſe*. Adde quae praeterea notamus ad cap. 126. Feciſſe illam Eridem Jovis filiam nonnullos, diſces ex Schol. Aeſchyl. εἰς τὰς ἱκέτ. vers. 434. De μέλῃ hoc longe aliter μυθολογεῖ Hephaeſt. lib. VI. MUNCK. Martis ſoror vocatur ab Homero Iliad. Δ. 441. Malum Eridis aureum fuit. Vid. Serv. ad I. AEn. 31. ubi plura.

11 AB JANUA MISIT IN MEDIUM MALUM: DICIT QUAE ESSET FORTISSIMA, ATTOLLERET] Neceſſe non eſt cum nonnullis legas *dicitque*. Simile ἀσωιδήτου in his Sulp. Severi H. S. I. 25. *Huic angelus . . adſtitit: dominus*, inquit, *tecum*. Juſtin. XXXIV. 4. *ſenatum adiit: obſidem*, inquit, *ſe vivo fratre veniſſe*. utrobique, ut & alibi, immerito vexata haec ratio fuit, uberiore proinde quondam exemplorum ſegete comprobanda. WOPKENS.

12 DICIT, QUAE] Poſſet credere quis, ſcribendum, *dicitque quae*. Sed & alibi conjunctionem ſic omittit. ut ſtatim poſt: *eum regnaturum, divitem praeter caeteros futurum*. SCHEFF. Scriverius & Tollius ad oram librorum ſuorum *dicitque, quae*. Mallem, *dixitque* &c. Heinſius: *adjecitque, quae*. MUNCK. Pr. Hephaeſtio ſaepius, ut & in hac fabula, a ceteris Mythographis diſſentit lib. VI. apud Photium pag. 490. quem Lector velim conſulat.

13 VENDICARE] Scribe *vindicare*. Juſt. lib.

orta. Jovis imperat Mercurio, ut deducat eas [1] in Ida monte ad Alexandrum Paridem, eumque jubeat judicare. Cui Juno, si secundum se judicasset, pollicita est in [2] omnibus terris eum regnaturum, [3] divitem praeter caeteros praestaturum. Minerva, si inde victrix discederet, [4] formosissimum inter mortales futurum, & [5] omni artificio scium. [6] Venus autem Helenam Tyndarei filiam formosissimam omnium mulierum se in conjugium dare promisit. Paris donum posterius prioribus antepositi, Veneremque pulcherrimam esse judicavit. ob id Juno & Minerva Trojanis fuerunt infestae. Alexander Veneris inpulsu Helenam a Lacedaemone ab hospite Menelao [7] Trojam abduxit, eamque in conjugio

III. 2. *Cum regnum sibi vindicare potuisset.* Infinita sunt loca veterum, in quibus hoc verbum corruptum est. MUNCK.

1 In Ida monte] Pro *in Idam montem.* Gargarum Idae cacumen dicit Lucianus in Θεῶν κρίσει. Usus eadem syntaxi Noster etiam cap. 139. *Jovem in Cretensi insula detulit.* 166. *In concilio deorum adduxisset.* 190. *In adjutorio advocavit.* 254. *Sacra in monte duci.* Servius ad AEn. v. 118. *Filiam suam ei in matrimonio dedit.* Dictys lib. I. *In voluntate traduxit.* lib. III. *In flumine praecipitavit.* lib. v. *Convivium in honore Deûm publice coeptum.* Gregor. Dial. I. *In eodem loco veniſſet.* Sulpicius Severus Histor. Sacr. lib. I. *In matrimonio à patre postulans.* Et, *In matrimonio accepta.* Schol. German. Cane: *In monte Hymetto se contulit.* Ovid. III. Fast. 664. *In sacri vertice montis abit.* Vetus interpres Jobi cap. XIII. 16. *Non enim veniet in conspectu ejus omnis hypocrita.* Phaedrus lib. v. cap. 2. *Quinam ille cinaedus in conspectu meo audet venire?* Vide ad illa, quae Cl. Schefferus notavit, & quos ibi laudat; unde discas nec politiores scriptores ab illa abhorrere syntaxi. Adde, si plura desideres, quae ad Claud. Mamerti lib. I. Barthius, & nos superius ad cap. 51. congessimus. Inanis ergo metus Donati ad Terent. Eun. III. 4. *Coimus, consensimus ac pepigimus, ne sit solocismus in Piraeo pro in Piraeum.* Caeterum locum, in quo illud judicium habitum est, καλλικολώνῳ nominatum tradit apud Hom. Schol. ad Iliad. Υ. vers. 3. Demetrius Scepsius; Stephanus autem *Alexandriam.* Ἔτι κἀγώ, inquit, τόπῳ· εἰ Ἴδῃ τῇ Τρωϊκῇ Ἀλεξάνδρεια λεγομένῳ, εἰ ἔνθα φασὶ Πάριν Ἀφροδίτην τὰς θεὰς. MUNCK. Confer Eurip. Helen. 24. in Iphig. in Aul. 1300. in Troad. 976.

2 Omnibus terris regnaturum] Nimirum *regnis praeesse dicitur Juno*, ut loquitur in hac fabula Fulgentius lib. II. cap. 3. Verba Junonis apud Lucianum sunt: Ὦ γῆ μοι, ὦ Πάρι, δικάσῃς ὅτι καλὼ, ἁπάσης ἴσχ τ' Ἀσίας διαπρέπεις. Apud Coluthum Helenae raptu: Ἦ μοι Ἀφροδίτην ἀφροσύνησιν ἱρὸν ὁπάσας, Πάρις ἡμετέρης Ἀσίης ἀγήτορα θῆκεν. MUNCK. Confer Eurip. Troad. vs. 927.

3 Divitem] *Divitiis* fortasse. MICYLL. Micyllus in margine. *Divitiis.* Sed quid est *praestare praeter caeteros*? Libenter legerem, si MSS. libri, quos fortuna mihi hactenus invidit, juvarent, *regnaturum, & divitiis praeterea caeteros praestaturum.* MUNCK. Munkerus libenter legeret *& divitiis praeterea caeteros praestiturum.* Sed illud *praeter caeteros* equidem non moverem: quamvis enim usitatiore Latinitate dictum fuisse *caeteros* vel *caeteris praestiturum*, saepissime tamen fit, ut verba, accusativum vel dativum regentia, casum hunc ita deserant; quod ex phrasibus *excellere praeter caeteros, objicere ad bestias, imponere super caput, precari a domino, orare ad dominum* aliisque probari posset. Probe autem illud *& divitiis*, pro *divitem.* Conjeci tamen etiam liceat, *divitemque* vel *tum divitem praeter caeteros extiturum.* WOPKENS. Vide, quae dixi cap. VII. Otiorum meorum in Obs. Misc. Vol. X. Tom. I.

4 Formosissimum] Praeferam Barthii conjecturam, *famosissimum.* quamquam aptius foret, si tam prope ad vulgatam scripturam accederet, *fortissimum* vel *bellicosissimum.* Ita enim apud Coluthum Pallas: Πείθω, κῆ πτολίμους τε κῆ ἀνορίῃ σι διδάξω. MUNCK. Vide notata cap. VII. meorum Otiorum. fabulam explicat Athenaeus lib. XII. cap. I. pag. 510.

5 Omni artificio scium] *Omnium artificiosissimum.* MICYLL. Pro, *in omni artificio*, cum ellipsi praepositionis. *Scius* est *sciens.* Vide Indicem. SCHEFF. Non est necessaria Micylli correctio,

jugio habuit cum ancillis duabus [8] AEthra & Thiſadie, quas Caſtor & Pollux captivas ei adlignarant, aliquando reginas.

## XCIII. *Caſſandra.*

CASSANDRA Priami & Hecubae filia in Apollinis fano ludendo laſſa obdormiſſe dicitur. Quam Apollo cum vellet comprimere, [9] corporis copiam non fecit. [10] ob quam rem Apollo fecit, ut [11] cum vera vaticinaretur, fidem non haberet.

## XCIV.

rectio, *omnium artificioſiſſimum.* Ut *peritus juris & jure, conſultus juris & jure*; ita *ſcius artificii, & artificio* cur non aeque bene dicatur? Noſter ſupra cap. 14. *Idmon augurio prudens.* Hieronymus vita Hilarionis: *Loquendi arte gnarus.* Chariſ. lib. 1. *Scius artis.* Lactant. lib. III. cap. 24. *Prudentes & ſcios mendacia defendenda ſuſcipere.* Vetus interpres Siracidae cap. XXI. 18. *Verbum ſapiens quodcunque audierit ſcius, laudabit.* Gr. Cod. ἐπιστήμων. Quibus adde, quae in ſua Stradae defenſione congeſſit Cl. Borrichius pag. 303. Vindicat idem vocabulum Swertius Anal. lib. II. c. 12. Iſidori gloſſario, ubi legas: *Anconiſcus, incaſtrare.* Scribit ergo, *Ancon, ſcius incaſtrare.* Sed legendum omnino cum Vulcanio: *Anconiſcus, incaſtratura.* Rationem emendationis, quam ille non dedit, ego tibi reddam ex Deuteron. cap. XXVI. vers. 17. ubi vulgatus interpres: *In lateribus tabulae duae incaſtraturae fient, quibus tabula alteri tabulae connectatur. Incaſtraturas* adpellat, quas *οἱ ὁ* dixerunt ἀγκωνίσκας. Non feliciores caeterae ejus conjecturae, quibus ibidem opem ferre intendit illis Gloſſis. *Anilia, amentia, fatuitas.* Legendum ait Gothicè accentu in ultimam ſyllabam robuſto impacto, *anilità.* Imo, me judice, legendum *anilitas.* Qua voce utitur Catullus epithalamio Mallii; vel cum Heinſio *anilis naenia, fatuitas. Balaſtrum, Balneum.* Scribendum ait Germanicè, *Balaſtrum* vel *Badſtratum.* Judicabam aliquando primam ſyllabam *ba*, ut ex ſequenti voce natam, delendam eſſe, & ſcribendum, *labrum, balneum.* Nob. Heinſius conjectaverat, *Alabaſtrum balneum* vel *balani*, h. e. unguenti. Sed illuc, unde digreſſi eramus, redeamus. Eadem, quâ heic *ſcius*, τὸ *ſcitus* notione uſurpat Ovidius lib. v. Faſt. 54. *Scita Thalia lyrae.* & IX. Met. 108. *Neſſus adit membriſque valens ſcituſque vadorum.* Gloſſ. Cyrilli, Ἐπιστήμων, *gnarus, ſcitus, ſciens.* Omnes artifices ſub Palladis erant patrocinio. Unde lib. III. Faſtor. vers. 815. Naſo: *Pallada nunc pueri teneraeque ornate puellae; Qui bene placarit Palladа, doctus erit.* Conſule & Vivem ad Auguſtin. C. D. lib. VII. cap. 3. MUNCK.

6 VENUS AUTEM] Quam dilectus poſthac Veneri fuerit Paris, docet Ptol. Hephaeſtio lib. VII. apud Photium pag. 490.

7 TROJAM ABDUXIT] Negant alii Helenam in Troja fuiſſe. Conſule Herodotum lib. II. a cap. 112. ad cap. 119. Philoſtrat. Heroic. cap. 11. §. 20. & lib. IV. de Apoll. Tyan. cap. 16. Serv. ad II. AEn. vſ. 592, 601. Alii alia de hac fabula referunt. Videndi Serv. ad X. AEn. 91. ad XI. AEn. 264. Lact. ad Statii I. Achill. 21. ad II, 196. Ptol. Hephaeſtion lib. IV. apud Photium pag. 479. lib. V. pag. 483.

8 AETHRA ET THISADIE] Supra *Phiſadien* vocavit. MICYLL. Vide quae dicta ſuperius ad cap. 79. MUNCK.

## Ad CAP. XCIII.

9 CORPORIS COPIAM NON FECIT] Promiſiſſe fabulantur, ſi vaticinandi artem concubitus pretium acciperet; quod autem dictis non manſerit, ad hunc ei modum munus ſuum Apollinem reddidiſſe inutile. Vide Serv. ad AEn. II. 247. Tzetzen ad Lycophr. p. 64. MUNCK.

10 OB QUAM REM APOLLO FECIT, UT CUM VERA VATICINARETUR, FIDEM NON HABERET.] I. e. fides illi non haberetur. Salluſt. Declam. in Cic. extremo: *leviſſime transfuga! neque in hac, neque in illa parte fidem habes.* Interdum & *fidem habere* eſt fide dignum eſſe, quomodo in loco Salluſtii etiam hoc accipi poſſet. Vide Dict. Cret. III. 3. & alibi. WOPKENS.

11 CUM VERA &c.] Propert. III. 11. *Experta*

*eſt*

## XCIV. *Anchiſa.*

VENUS Anchiſam [1] Aſſaraci filium amaſſe, & cum eo concubuiſſe dicitur, ex quo procreavit AEneam: eique praecepit, ne id apud homines enunciaret. Quod Anchiſes inter ſodales [2] per vinum eſt elocutus: ob id [3] à Jove fulmine eſt ictus. [4] Quidam dicunt, eum ſua morte obiiſſe.

## XCV. *Ulyxes.*

AGAMEMNON & Menelaus Atrei filii, cum ad Trojam obpugnandam conjuratos duces ducerent, in inſulam Ithacam ad Ulyxem Laertis filium venerunt: cui erat reſponſum, ſi ad Trojam iſſet, poſt viceſimum annum, ſolum, ſociis perditis, egentem domum redi-turum.

*eſt veros irrita lingua Deos.* MUNCK. Vid. Meziriac. ad Ovidii v. Epiſt. Heroid. pag. 431.

## Ad CAP. XCIV.

1 ASSARACI FILIUM] Atqui ſecundum alios Capyos eſt filius, nepos Aſſaraci. Vide Serv. ad AEn. IX. 643. Philargyrium ad Georg. III. 35. MUNCK. Vid. Serv. ad I. AEn. 276, 288. Tzetz. ad Lycophron. 1232. Columna ad Ennii fragm. ex I. Annal. pag. 12. & Meziriac. ad Ovid. Tom. II. pag. 142. de hiſce Anchiſae & Veneris nuptiis Schol. Theocriti Idyll. I. vſ. 105.

2 PER VINUM] H. e. per ebrietatem. Arnob. lib. V. *Per vinum deinde confitetur.* Catull. c. 51. *Reddens mutua per jocum atque vinum.* MUNCK.

3 A JOVE FULMINE EST ICTUS] Afflatum modo, & privatum oculo ſcribit Servius ad I. AEn. vſ. 621. SCHEFF.

4 QUIDAM EUM] Utrumque verum, & ſua morte obiiſſe, & fulmine eſſe tactum. Serv. AEn. II. 648. *Cum inter aequales exultaret Anchiſes, gloriatus dicitur de concubitu Veneris, quod cum Jovi queſta eſſet, enervit, ut in Anchiſen fulmina mitterentur: ſed Venus cum fulmine poſſe vidiſſet interimi, miſerata juvenem, in aliam partem detorſit. Anchiſes tamen afflatus, igne coeleſti, ſemper debilis vixit.* Illi afflati igne coeleſti *tacti* dicebantur. Virg. Ecl. I. vers. 17. *De coelo tactas memini praedicere quercus.* Vide ibi Servium. Feſtus Pauli: *Fanatica dicitur arbor fulmine tacta* Ita habet Leid. Cod. non *icta*, ut editum hactenus. Conſer Serv. ad AEn. I. 621. MUNCK. Vid. Tzetz. ad Lycophron. 1263. De morte & ſepulcro Anchiſae Mizeriac. ad Ovid. Epiſt. VII. Heroid. pag. 144, 221, 222.

## Ad CAP. XCV.

5 PILEUM SUMSIT] Pingere eum etiam ſolebant pileatum. Serv. ad AEn. II. 44. *Huic (Ulyxi) primus Nicomachus pictor pileo caput texiſſe fertur.* Talis etiam in familiis Romanis Fulvii Urſini exhibetur in vetuſto gentis Mamiliae numiſmate, ut Nob. Heinſius me monuit. Cur autem pileatus pingatur, anquirit Meurſius Lacon. I. 17. Barthius Adverſ. lib. VIII. cap. 6. Solerius de pileo Sect. X. Dalechampius ad Plin. lib. XXXV. cap. 10. unde ſua hauſit Servius. Quâ forma is fuerit, docte, ut ſolet, docet *ὁ πολυ-ϛωρ* Voſſius Vit. Sermon. pag. 125. MUNCK. De Ulyſſis pileo G. Cuperus Apotheoſ. Homeric. pag. 29, 30. De reſponſo, quod Ulyſſes retulerat, Meziriac. ad Ovid. Epiſt. I. Heroid. pag. 29, 30.

6 EQUUM CUM BOVE JUNXIT AD ARATRUM] Et *ſalem ſevit*, auctore Servio ad AEn. II. 81. *Quum ille*, inquit, *junctis diſſimilis naturae animalibus, ſalem ſereret, filium ei Palamedes oppoſuit.* Bochartus part. I. Hieroz. lib. II. cap. 13. vel lapſus eſt memoriâ, vel *cum aſino* invenit in ſuo libro, cum ita ſcriberet: *Inde eſt, quod Ulyſſes, ut crederetur inſanus, equum cum aſino junxit ad aratrum. Ita narrant Hyg. fab. 95. Nicephorus Baby-*

ſum. Itaque cum ſciret ad ſe oratores venturos, inſaniam ſimulans, [5] pileum ſumpſit, & [6] equum cum bove junxit ad aratrum. [7] Quem Palamedes ut vidit, ſenſit ſimulare, atque Telemachum filium ejus, cunis ſublatum, [8] aratro ei ſubjecit, & ait: Simulatione depoſita, inter conjuratos veni. Tunc Ulyxes fidem dedit ſe venturum. ex eo Palamedi infeſtus fuit.

## XCVI. *Achilles.*

THETIS [9] Nereis, cum ſciret, Achillem filium ſuum, quem ex Peleo habebat, ſi ad Trojam expugnandam iſſet, periturum, commendavit eum [10] in inſulam Scyron ad Lycomedem regem. quem ille inter virgines filias habitu foemineo ſervabat, nomine mutato. nam virgines [11] Pyrrham nominarunt, quoniam [12] flavis capillis fuit, & Graece rufum pyrrhon dicitur. Achivi autem cum reſciſſent, ibi eum occul-

*Babylaces Hiſt. 1. Tzetzes in Lycophronem, & Mythologi fere quotquot ſunt.* De Tzetze quod ait, ex parte verum eſt: ita enim ille pag. 115. Ζεύξας ὄνον καὶ βοῦν, ἀεσχεδίαζε. Cum Hygino Plinius lib. XXXV. cap. 11. *Ulixes ſimulata inſania, bovem cum equo jungens* &c. MUNCK.

7 QUEM PALAMEDES] Ad hanc hiſtoriam adluſit Aelianus lib. XIII. V. H. cap. 12.

8 ARATRO EI SUBJECIT] Mallem, *aratro ejus ſubjecit.* SCHEFF. Schefferus *aratro ejus* mallet. Doctiſſimus Perizonius propius & verius putat, *araturo ei.* Tzetzes ad Lycophron. pag. 69. Τηλέμαχον δὲ τὸν ἐκ τῆς Ὀδυσσέως τέτταρσιν ἡμιτόκοις αὐτῷ ἀεσχεδίασε. Sed vulgatum aeque rectum cenſeam. Servius: *Quo viſo Ulyxes aratra ſuſpendit.* Tzetzes pag. 130. Τίθησι δὲ τὸ ἀρότρου. MUNCK. Vid. Philoſtrat. cap. X. Heroic. §. 2.

## Ad CAP. XCVI.

9 NEREIS] Alii tamen illam Thetim Chironis filiam faciunt. Vide Apollon. Schol. ad lib. I. 558. Dictys lib. 1. *Achilles Pelei & Thetidis, quae ex Chirone dicebatur nata.* Tzetzes Chiliad. VII. 98. Ἦτορ ἐκ Δυγάτερων Χείρωνος φιλοσόφου. Staphylus apud Scholiaſten Apollonii ad lib. IV. 816. ubi originem fabulae de Pelei & Thetidis conjugio aperit, ex Philomela natum Achillem memorat. MUNCK. Nerei filiam Achillis matrem fuiſſe docet Euripides Iphig. Aul. 626, 701, 948. (quae cur a Catullo *Neptunine* dicatur, docet J. Perizonius Animadv. Hiſtor. cap. IX. pag. 400.) Statius inde Peleum vocat *generum profundi Nerei.* Vide Celeb. P. Burm. Catal, Arg. in *Peleus.* ex Philomela alii Achillem eſſe natum credunt. Vid. Edw. Simſonii Chron. A. M. 2755.

10 IN INSULAM SCYRO] Scribe *Scyron*, a Scyros Graece σκῦρος. SCHEFF. *Scyron* Schefferus. Atque ita adducit quoque ſummus Gronovius lib. III. Obſ. cap. 23. non male. *Commendare* eſt παραθέσθαι. Schol. Hom. ad Iliad. B. 418. Ἡ αὐτὸν ὁ Θέτις ἐπὶ τὸ Λυκομήδους παρθενῶνα ἐν τῇ Σκύρῳ. & ad vers. 144. Γ. ὁ Θέτις ἐπὶ ἀφύλακτον τὴν Λῆμνον. Nec deterius foret, *in inſula Scyro.* Lactant. ad IV. Theb. Stat. vers. 785. *Commendatus dicitur in Ida monte.* Servius ad AEn. II. 477. *Commendatus ibi à matre Thetide.* Noſter cap. 117. *Quem demandaverat in Strophide Phocio.* Adde not. ad cap. 3. MUNCK.. *Scyron* recte legitur. Vid. Eurip. Troad. vſ. 90. Plut. Tom. II. p. 34. in Theſeo Tom. I. pag. 16. Philoſtrat. Junior Icon. I. pag. 863. Tzetz. ad Lycophr. 185. Lact. ad Stat. I. Achill. 5. Pauſan. lib. I. cap. XVII. p. 41. cap. 22. p. 52.

11 PYRRHAM NOMINARUNT] De variis partim muliebribus, partim virorum nominibus, quibus Achilles fuit inſignis, & vivus, & poſt obitum, conſule Plutarch. in Pyrrho paullo poſt init. Ptol. Hephaeſtion. apud Photium pag. 474, & pag. 490. Serv. ad I. AEn. 34. Meziriac. ad Ovid. Epiſt. III. Heroid. pag. 232. Fabulam, de qua hic agitur, explicat Celeb. P. Burman. ad Ovid. XIII. M. 162. imo falſam eſſe totam hanc fabulam ſtatuit Philoſtratus cap. XIX. Heroic. §. 3.

12 FLAVIS CAPILLIS] De hiſce Lact. ad Stati II.

occultari, ad regem Lycomedem [1] oratores miſerunt, qui rogarent, ut eum adjutorium Danais mitteret. Rex cum negaret apud ſe eſſe, poteſtatem eis fecit, ut in regia quaererent. qui cum intelligere non poſſent, [2] quis eſſet eorum, Ulyſſes in regio veſtibulo [3] munera foeminea poſuit, in quibus clypeum & haſtam, & ſubito [4] tubicinem juſſit canere, armorumque crepitum & clamorem fieri juſſit. Achilles hoſtem arbitrans adeſſe, veſtem muliebrem dilaniavit, atque clypeum & haſtam adripuit. Ex hoc eſt cognitus, ſuaſque operas Argivis promiſit, & milites Myrmidones.

## XCVII. *Qui ad Trojam expugnatum ierunt, & quot naves.*

AGAMEMNON [5] Atrei & AEropes filius, [6] Mycenis navibus centum.

tii II. Achill. vſ. 42. Olear. ad Philoſtrat. lib. VII. de Apoll. Tyan. cap. 36. Heroic. cap. XIX. §. 14. lib. II. Icon. cap. 8.

1 ORATORES] Hi fuerunt Ulyſſes, Phoenix, & Neſtor. Schol. Hom. ad Iliad. T. 332. MUNCK.

2 QUIS ESSET EORUM] Imo, *earum*, nam quaerebant inter virgines. SCHEFF. *Earum*. Schefferus, quod inter virgines eum quaererent. MUNCK.

3 MUNERA FOEMINEA] Calathiſcos puta ſive quaſillos cum inſtrumentis textoriis. Schol. Hom. Ὅπλα καὶ ταλάντους ἔθηκαν σὺν τοῖς ἐργαστικοῖς ἐργαλείοις ἐμπεσθεν τῷ καρδιῶνι. Tzetzes ad Lycophron. p. 54. Ἀτράκτους καὶ ἠλακάτας καὶ ὅσα παιδικὰ γυναικῶν ἐργαλεῖα. MUNCK. Vide Meziriac. ad Ovid. Epiſt. 1. Heroid. pag. 56, 57.

4 TUBICINAM] Legendum eſt, *tubicinem*. SCHEFF. Scribendum, *tubicinem*. Virorum enim, non foeminarum eſt inflare tubas. Velut rem novam in Aglaide Megaclis filia id notat AElianus Var. Hiſt. lib. 1. cap. 26. & Athenaeus lib. X. p. 415. Agyrten eum tubicinem appellat Stat. II. Achill. vers. 201. *Cum grande tuba (ſic juſſus) Agyrtes Inſonuit.* MUNCK. Vide Philoſtrati Junioris Icon. 1. p. 864. & ibi Olear.

## Ad CAP. XCVII.

5 ATREI ET AEROPES] Ita & Euripides Oreſt. vers. 16. Servius ad AEn. 1. 402. ATRIDAS. *Atrei filios, Agamemnonem & Menelaum. Sed hoc uſurpatum eſt. Nam Pliſthenis fuerunt.* Apollod. lib. III. *Ex his quidem Pliſthenes AEropen uxorem duxit: ex qua filios Agamemnonem & Menelaum ſuſtulit.* Pliſthenis filios appellat quoque Dictys lib. 1. Dictos Atridas cenſet Mercerus ad tegendam obſcuritatem paterni nominis. Altera cauſa fit, quod ab Atreo fuerint educati. Schol. Eurip. ad Oreſt. vers. 5. Ἀτρέως Κλεόλαν τῷ Δίαντος ἀγαγόμην, ἧς Πλεισθένη τὸ σῶμα ἀσθενῆ. Ὃς Ἐριφύλῃ γαμᾷ, ἧκεν Ἀγαμέμνονα καὶ Μενέλαον, καὶ Ἀναξιβίαν. Νόθον δὲ τιλάστην ὁ Πλεισθένης, καταλείπει τῷ πατρὶ τὰς παῖδας. Idem tradit Hom. Schol. ad Iliad. B. 249. MUNCK. Cum Dicty Cretenſi facit Lactantius ad Statii 1. Achill. vſ. 36. De AErope Atrei uxore Schol. Eurip. Oreſt. 813. cujus AEropes & Atrei filios fuiſſe Agamemnonem & Menelaum teſtantur Euripides in Helena. 397. Sophocles cum Scholiis Oxonienſibus in Ajace 1312. Tzetzes ac Potterus ad Lycophron. vſ. 150. & Schol. Eurip. Oreſt. 982. & 1010. Pliſthenis filium Agamemnonem fecit Heſiodus. Vide Schol. Homeri Iliad. A. vſ. 7. pluribus exſequitur Meziriacus ad Ovidii Ep. VIII. Heroid. p. 250, 251. qui de *Phoenicis* matre egit ad Ep. III. Heroid. p. 253.

6 MYCENIS] H. e. Μυκηναίῳ. Helleniſmum reſipit. Marcus cap. XV. 43. Ἦλθε Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας. Heſiod. Ἔργ. 1. Μοῦσαι Πιερίηθεν. h. e. Πιερίδες. Vide ibi Heinſium. Talia ſunt, *Ex Epidyro Periander, ex Lacedaemone Chilon* apud Sidon. c. 2. apud Cyprianum, *Aurelius ab Utica, Junius à Neapoli, Cyprianus à Carthagine.* apud Hilarium pag. 408. *Alipius ab Achaia, Alexander de Theſſalia*, & complura alia. Authol. lib. 1. Ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης, *viri Arcades.* MUNCK. De hac phraſi dixi ad Nepotem in Alcibiad. cap. 10. Adde Daviſ. ad Caeſar. lib. 1. de B. Civil. cap. 24. & Burm. ad Virgil. Eclog. 1. vſ. 8. Magni Agamemnonis patria & regnum fuit (v. Schol. Hom. Il. A. 30. Serv. ad 1. AEn. 288.) De hiſtoria confer Euripid. Iphig. Aul. 265. quo-

tum. Menelaus frater ejus, Mycenis navibus LX. Phoenix Amyntoris filius Argivus, navibus L. [7] Achilles Pelei & Thetidis filius, insula Scyro navibus LX. Automedon auriga Achillis, Scyro navibus X. Patroclus Menoetii & [8] Philomelae filius, Phthia navibus X. Ajax Telamonis ex [9] Eryboea filius, Salamine navibus XII. Teucer frater ex Hesiona Laomedontis filia, navibus XII. Ulysses Laertae & Anticliae filius Ithaca navibus XII. Diomedes Tydei & [10] Deipylae Adrasti filiae filius, Argis navibus XXX. Sthenelus Capanei & Euadnes filius, Argis navibus XXV. [11] Ajax [12] Oilei & [13] Rhenes nymphae filius, [14] Locrus, navibus XX. Nestor Nelei [15] & Chloridis filiae filius, Pylius, navibus XC. [16] Thrasymedes frater ex Eurydice, Pylius, navibus XV. Antilochus Nestoris filius, Pylius, navibus XX. Eurypylus Euaemonis & Opis filius, [17] Ormenio navibus XL. [1] Ma-

quomodo vero ad imperium Mycenarum pervenerit Agamemnon, docebit Thucydides lib. I. cap. 9.

7 ACHILLES 60.] Homerus & Dictys ei tantum 50. tribuunt. MUNCK.

8 PILOMELLAE] Hoc corruptum est vocabulum. An legendum *Philomela*? Scholiasti Pindari & aliis est *Sthenela*. SCHEFF. Σθενέλα est ejus mater apud Apollodorum lib. III. & Schol. Pindari ad Olymp. IX. *Periapidem* alii vocarunt, ut auctor est Apollodorus. Scribendum heic esse *Philomelae* didici ex Hom. Schol. ad Iliad. P. vers. 134. MUNCK. V. Cl Burm. in Cat. Arg. v. *Menoetius*.

9 EX ERIBOEA] Scribendum est, *ex Periboea*. Sic enim appellat Pausanias in Atticis. SCHEFF. An scribendum, *Periboea*? Graecis est Περίβοια. Vid. Apollod. lib. III. pag. 187. & Pausan. Atticis. Sed Philostephanus apud Hom. Schol. ad Iliad. Π. 14. cum Hygino Ἐριβοίαν eam appellat. Tzetzes in Lycophronem p. 15. Edit. Steph. Τελαμῶνος καὶ Περιβοίας Αἴας. Scripserim, Περιβοίας. quanquam ipse pag. 73. edit. Bas. scribit Ἐριβοίας δὲ παῖς ἡ Πριάμου θυγατρὸς Τεύκρου ὁ Ἡσιόνης. Philostephanus Ἐριβοίαν τὴν Ἀλκάθου dicit. MUNCK. A Plutarcho in Theseo pag. 13. Ajacis mater *Periboea* vocatur: quomodo forsan in Athenaeo pag. 557. legendum: quem locum citant Mezirlac. ad Ovidii Epist. III. Heroid. p. 246, 247. & Celeb. P. Burm. Catal. Arg. in voce *Telamon* pluribus de Ajacis matre agentes. Consule omnino P. Leopardum lib. III. Emendat. cap. 10 Quo casu mater Ajacem Salamine pepererit, docet Plutarch. Parall. Tom. II. p. 313.

10 DEIPHILAE] Scrib. *Deipylae*. Notavi jam ad cap. 69. MUNCK.

11 AJAX OILEI 20.] Hom. Catal. vers. 21. & Dictys lib. I. ei 40. adsignant. MUNCK.

12 OILEI ET RHENES NYMPHA] Ita habes apud Homerum Iliad. B. SCHEFF.

13 RHENES N.] Hunc matrem Medontis Homerus facit. MICYLL. Sc. Iliad. B. 730. ubi iste Medon spurius Oilei & Rhenes filius vocatur.

14 LOCRUS] Schol. Hom. Iliad. N. 66. Αἴας Λοκρὸς μὲν διὰ τὸ γένος, ἀπὸ πόλεως Ὀιλῆος, πατρὸς δὲ Ὀιλέως MUNCK. Consule Munck. ad cap. 116. Serv. ad I. AEn. 41. Pausan. lib. III. cap. 19. Conon. Narrat. XVIII. apud Photium pag. 432. & Philostrat. cap. VIII. Heroic. §. 1.

15 ET CHLORIDIS FILIAE] Scribe, *Chloridis Amphionis filiae filius*. Vid. cap. 10. & 14. MUNCK. Eurip. Iphig. Aul. 273. Ἐκ Πύλου δὲ Νέστορος ΓΕΡΗΝΙΟΥ κατηύχομαι Πρίμνας. Cur *Gerenius* dictus sit, docet Mezirlacus ad Ovid. Epist. I. Heroid. pag. 74. Quot annorum fuerit, cum ad bellum Trojanum abierit, docet Lact. ad Statii IV. Theb. 126.

16 THRASYMEDES FRATER EX EURIDICE] Cujus frater? Nestoris opinor. At Dictys eum facit filium ipsius, fratrem Antilochi. Et habet consentientem sibi Pausaniam. An traiecta sunt nomina, & hoc post Antilochi ponendum? SCHEFF. Cujus frater? an Nestoris? non sane, sed Antilochi filii Nestoris. Transposita ergo heic sunt nomina, & Thrasymedes post Antilochum collocandus, ut recte suspicatur Cl Scheferus. Dictys lib. I. *Nestor cum Antilocho & Thrasymede, quos ex Anaxibia susceperat, supervenit.* MUNCK. Thrasymedem patri Nestori in bello Trojano adfuisse negat Philostratus cap. III. Heroic. §. 2.

17 ORCHOMENO] Ita habet etiam Dares. Sed legendum, *Ormenio*. Vide Hom. Catal. vers. 241. Dictys lib. I. *Eurypylus Ormenius quadra-*

[1] Machaon Aſclepii & Coronidis filius, [2] Attica, navibus xx. Podalirius frater ejus navibus IX. [3] Tlepolemus Herculis & Aſtyoches filius, Mycenis navibus IX. Idomeneus [4] Deucalionis filius, à Creta navibus XL. [5] Meriones Moli & Melphidis filius à Creta, navibus XL. Eumelus Admeti & Alceſtis Peliae filiae filius, à [6] Perrhaebia navibus VIII. Philocteta Poeantis & Demonaſſae filius, Meliboea navibus VII. [7] Peneleus Hippalci & Aſteropes filius, Boeotia navibus XII. [8] Leitus [9] Lacreti & Cleo-

*ginta.* Sic correxit Mercerus, cum antea legeretur, *Orchomenius.* MUNCK. De hoc *Eurypylo* Micyll. & Burm. ad Ovid. XIII. M. 357. De urbe *Ormenio* Spanh. ad Callim. H. Cerer. 76.

1 Machaon AEsculapii et Coronidis] Atqui cap. 14. 161. & 202. Coronidem cum Homero & aliis Aſclepii matrem facit. Non nimis audacter forte fecero, ſi corrigam Hyginum & ſcribam, *Aſclepii & Epiones.* Arilides apud Pind. Schol. Pyth. od. III. Ἀσκληπιὸς Ἀπόλλωνος καὶ τῆς Ἀρσινόης, αὕτη δ' παρθένος ἦσα ἀπομάζῃ Κορωνίς. Λάκιππος δ' θυγάτηρ λέγ. Ἀσκληπιῶ δ' καὶ Ἠπιόνης Ποδαλείριος καὶ Μαχάων. Conſentit in Corinthiacis Pauſanias. Corrupte Ἠπιόνη dicitur Hom. Schol. ad Iliad. Δ. 193. Adſcribam ejus verba, quibus defendi poſſet Hyginus, ſi ipſe idoneos haberet auctores: Μαχάονα τὸν Ἀσκληπιῶ καὶ Ἀρσινόης, ἢ Κορωνίδος. Κατὰ δέ τινας Ἠπιόνης τῆς Μίδωνος. Καθὰ δὲ Ἡσίοδος Ἐχεπύρης. Secundum Hermippum Lampetie fuit AEſculapii conjux. MUNCK. Dotio in campo *Coronidem* genuiſſe *AEſculapium* ex hymno Homerico docet etiam Spanh. ad Callim. H. Cer. 25.

2 Attica] Scribe, *à Trica*, ut exhibet etiam margo libri Salmaſiani. Dares, ſi Diis placet, Phrygius in Ducum Graecorum indiculo: *Podalirius & Machaon AEſculapii filii ex Trica navibus* 32. Dictys lib. I. *Podalirius & Machaon Tricenſes, AEſculapio geniti, adſciti ad id bellum ob ſolertiam Medicinae artis.* Idem Dictys in Catalogo Ducum: *Triginta Podalirius & Machaon.* Quod convenit cum Hom. Catal. vers. 240. ubi Τρίκκην appellat urbem, quae Τρίκη eſt Stephano, unde *Trica* Dicty & Dareti. *Tricce* Senecae Troad. 821. *Tricca* Plin. IV. 8. Unde *Triccaei.* Avienus Ophiucho: *Triccaei fidus ſtat nominis, & cui pingui Thure Epidaureae fumant altaria ſedis.* MUNCK. Sic Δηϊτρόκχοιο Τρικκαίοιο. meminit Apollonius Rhod. lib. II. Argon. vſ. 957.

3 Tlepolemus Mycenis] Ex Rhodo fuiſſe ait in Troicis Manaſſes. Ἐκ Κρήτης ἦν Ἰδομενεύς, Τελεπόλεμος ἐκ Ῥόδου, ſcribe Τληπόλεμος. Idem vult Hom. Catal. vers. 161. MUNCK. Conſule tu Lector Schol. Pindari Olymp. VII. vſ. 36, 57. Tzetz. ad Lycophron. vſ. 911. & J. Meurſium inprimis de Rhodo lib. I. cap. 5. a quibus cauſſam, cur Tlepolemum ex Rhodo Graecis auxilio profectum eſſe ſtatuendum ſit, doceberis.

4 Deucalionis] Hic Minois fuit filius, ut & Molus, qui proxime ſequitur. Vide Dict. lib. I. pag. 2. MUNCK. Cum noſtro tamen faciunt Apollodorus, & Servius ad Virgil. III. AEn. vſ. 121. *Idomeneus, de ſemine Deucalionis natus, Cretenſium rex.* Conſule, Lector, J. Meurſium de Creta lib. III. cap. 3.

5 Meriones Moli] De eo Dictys Cretenſis lib. I. cap. 1. Plutarch. de Oracul. defectu T. II. pag. 417. nec non Homerus Iliad. B. vſ. 653. Item Meurſ. l. l. & cap. 4.

6 Perrhebia] Scrib. *Perrhaebiâ*, ut recte exaratum eſt cap. 173. Graec. Περραιβία. Cretenſis Dictys: *Duas & viginti Guneus Perrhaebis.* Idem habes in Catal. Hom. vers. 155. Hyginus manifeſto heic laborat defectu. Neque enim à Perrhaebiâ, ſed Pheris veniebat Eumelus, teſte Homer. Catal. vers. 208. Scribendum ergo ita: *Eumelus Admeti & Alceſtis Peliae filiae filius Pheris navibus* II. *Guneus à Perrhaebis* 22. MUNCK. Hinc Eumelus φηρεϊάδης vocatur ab Euripide Iphigen. in Aulide vſ. 217. De variis Eumelis vide Celeb. P. Burm. ad Ovid. lib. VII. Met. vſ. 390. De *Guneo* haec refert Euripides l. l. vſ. 277. Ἀνιάτων δὲ δώδεκα στόλοι Νεῶν ἦσαν, ὧν ἄναξ ΓΟΥΝΕΥΣ Ἄρχε. De *Guneo* etiam Tzetz. ad Lycophron. vſ. 128.

7 Peneleus, Hippalci] Mallem *Hippalcimi*, ut eſt apud Diodorum IV. SCHEFF. *Hippalcus* dicitur quoque cap. 84. *Hippalcimos* cap. 14. *Hippalmus* Apollodoro & Apoſtolio. *Hippalemus* Pind. Scholiaſtae, ut oſtendi ad caput 14. Sed *Hippalcimus* cum & à Diodoro appelletur, ut ad hunc locum obſervavit Cl. Scheffer us, optimum id omnium cenſeo. MUNCK. Miror, Cl. Munckero non veniſſe in mentem Plutarchi locum

Quaeſt.

Cleobules filius, ex Boeotia navibus XII. [10] Chronius frater ejus, ex Boeotia navibus IX. [11] Arceſilaus Lyci & Theobulae filius, ex Boeotia navibus X. [12] Prothoenor frater, [13] ex Theſpiâ navibus VIII. [14] Ialmenus Lyci & [15] Pernidis filius, Argis navibus XXX. Aſcalaphus frater ejus, [16] Argis navibus XXX. Schedius Iphiti & Hippolytes filius, Argis navibus XXX. Epiſtrophus [17] frater ejus itidem navibus X. Elephenor, [18] Chalcodontis & Imenaretes filius, Argis navibus XXX. [19] Menoeae filius,

Quaeſt. Graec. Tom. II. pag 299. apud quem invenimus Πυθίωνι τ' Ἰπταλίμην.

8 PITHUS ] *Leitus.* MICYLL. Lego, *Litus Alectrionis*, ex Homero, item mox *Clonius.* Sic enim praeter Homerum habet quoque Dictys Cretenſis. Adde Diodor. IV. SCHEFF. *Leitus* ſcribendum ex Homero, Diodoro, Apollodoro, & Dicty. MUNCK. Conſule de *Peneleo*, & *Leito* Cel. Burm. etiam in Catal. Argonaut. in his v. v. Λήϊτος γενέτης vocatur ab Euripide Iphigenia in Aulide vſ. 259. Λήϊτος θ' ὁ γενέτης Ἄργει ναῦς τρισσὰς, ΦΩΚΙΔΟΣ θ' ἅλις χθονὸς, & quinquaginta Boeotorum navibus praefuiſſe ab eodem dicitur.

9 LACRETI] Cl. Schefferus ex Hom. *Alectryonis.* Et ſane ita patrem Leiti appellat Homer. Iliad. P. 602. ut & Diodorus lib. IV. Mallem tamen ex Apollod. lib. I. *Alectoris*, quod minus à vulgata ſcriptura diſcedat. MUNCK.

10 CHRONIUS ] *Clonius.* MICYLL. Scribe *Clonius*, ex Hom. Catal. vers. 2. & Diod. lib. IV. apud quem hic non germanus Leiti, ſed patruelis eſt frater, nâtus Helegenore Alectryonis ἀνεψιὸς. Corrupte quoque infra cap. 113. *Cbronius* audit. MUNCK.

11 ARCESILAUS LYCI ET THEOBULAE ] Imo *Archilici*, ut habet Diodorus lib. IV. vel *Arcilyci*, ut eſt apud Homerum Iliad. Z. SCHEFF.

12 PROTHOENOR ] Mallem ex Gr. Προθοήνωρ, *Prothoënor.* Videri tamen poteſt ſynaereſi fuiſſe uſus; de qua dictum ad cap. 86. *Prothenor* eſt Dicty & Dareti. Sed hic non Lyci, ſed *Archilyci* filius erat, ſi credimus Diodoro lib. IV. pag. 270. quod bene obſervavit Schefferus. MUNCK.

13 EX HASTIPIAE] *Theſpia.* MICYLL. Micyllus putat *Theſpia*, ſed eſt altius vulnus. SCHEFF. Rectè ex *Theſpiâ* Micyllus. Atque ita ſcribendum ex Hom. Cat. vers 5. MUNCK.

14 IALMENUS LYCI ET PERNIDIS FILIUS] Non dubito, quin & haec prave ſcripta ſint vocabula. Pauſaniae eſt filius Martis & Aſtyoches in Boeoticis, & ſic habet ipſe Homerus. Sed & mox pro *Argis* ſcribendum *Orchomeno* videtur, ex eodem utroque ſcriptore. Quomodo & Dares *Aſcalaphus & Ialmenus ex Orchomeno.* SCHEFF. Homero Catal. vers. 20. eſt Martis & Aſtyoches. Apollodoro lib. I. vitioſe hic *Almenus* dicitur. *Ialmenum* rectè appellat lib. III. & Euſtath. ad Dionyſ. p. 92. Atque ita etiam Nolter cap. 159. ubi Ialmenum & Aſcalaphum Martis fuiſſe filios tradit. MUNCK.

15 PERNIDIS ] Martis & Aſtyocles Homerus. MICYLL.

16 ARGIS ] Rectè vidit Cl. Schefferus hoc eſſe vitioſum. Nam praeter illos, quos ipſe laudat, auctores, etiam Dictys eos Orchomenios facit. *Aſcalaphus*, inquit, & *Ialmenus Orchomenii, naves triginta.* MUNCK.

17 FRATER EJUS ITIDEM ] Quid eſt, *itidem*? Scribo, *indidem.* SCHEFF. *Indidem* Cl. Schefferus. Mihi peccatum in numeris videtur. Scripſerim: *Argis navibus XX. Epiſtrophus frater ejus itidem navibus XX.* Vide Homerum. MUNCK.

18 CALCHODONTIS] Lege, *Chalcodontis.* Hom. Catal. Χαλκωδόντος. Uxorem ejus non *Imenareten*, ſed *Melanippen* vocat ad Lycophronem Tzetzes pag. 162. MUNCK. Plutarchus in Theſeo p. m. 16. E. τὰς μὲν παῖδας εἰς Εὐβοιαν ὑπεξέπεμψε πρὸς ΕΛΕΦΗΝΟΡΑ ΤΟΝ ΧΑΛΚΩΔΟΝΤΟΣ. De quibus Theſei liberis p. 17. A. & Pauſan. lib. I. cap. 17. p. 40.

19 MENOEAE FILIUS ] Videtur deeſſe aliquid. intelligit autem Mneſthea. MICYLL. Deeſt, *Mneſtheus Petei & Menoeae filius*, ſi *Menoeae* vocabulum ſe recte habet. Conſule Pauſaniam in Corinthiacis. SCHEFF. Scripſerim *Mneſtheus Petei filius* ex Hom. Catal. 59. Πετεῶο Μνησθεύς. Apollod. lib. III. Πετεὼ Μνησθεύς. AElian. Var. Hiſt. IV. 5. Μνησθεὺς ὁ Πετεῶο. In margine libri Silmaſ. adſcriptum erat *Mneſtheus Peteonis.* perperam. An mater ejus *Menoea* fuerit, dicere non habeo. Potuit omiſiſſe matrem, ut de aliis, qui ſequuntur, factum. MUNCK. Adde Plut. in Theſeo p. m. 15. B. qui docet, Meneſtheum fuiſſe filium Petei, ex Orneo Erechthei filio nati; ſed de matre ejus tacet.

lius, Athenis navibus L. Agapenor [1] Ancaei & Iotis filius, Arcadia navibus LX. Amphimachus Cteati filius, [2] Elea navibus X. [3] Eurychus Pallantis & Diomedae filius, Argis navibus XV. [4] Amarunceus Oneſimachi filius, Mycenis navibus XIX. [5] Polyxenus, Agaſthenis & Pelorides filius, AEtolia navibus XL. [6] Meges [7] Phylei & Euſtyoches filius à Dulichio navibus LX. [8] Thoas Andraemonis & [9] Gorgidis filius [10] Tyto navibus XV. Podarces frater ejus [11] itidem navibus X. Prothous Tenthredonis filius, Magneſia navibus XL. [12] Cycnus Ociti & Au-

1 ANCAEI ET IOTIS] Micyllus putat *Polyxenes*, neſcio quo auctore. SCHEFF. Ancaeum patrem fuiſſe Agapenoris, Homerus quoque & Apollodorus atteſtantur. De matre nihil legi. MUNCK. De his navibus, earumque nautis Arcadibus videndus Philoſtratus cap. II. §. 15. Heroicon.

2 ELEA] Id eſt, *Elide*, quae & Ἠλεία dicta; niſi mavis Elida ſcribere, ut apud Dictyn lib. I. & ſexcenta alia apud alios, de quibus in diſſertatione egimus. MUNCK.

3 EURICHUS] Hic alibi non legitur. An ſcribendum Euryalus? Sed is non fuit filius Pallantis. forte quaedam deſunt. SCHEFF. An ſcribendum *Euryalus*? ſed ille Meciſtei eſt filius Apollod. lib. III. & Hom. Catal. MUNCK. Quem *Euryalum* ſine dubio reſpicit Euripides Iphigen. in Aulide vſ. 244. Ἀργείων δὲ ταῖς δ' ἑσπέριοι Νᾶες ἔσαν πύλας, Ὧν Ὁ ΜΗΚΙΣΤΕΩΣ στρατηλάτας Παῖς ἦν, Ταλαὸς ὃν τρίφη πατήρ. Verum de hoc *Euryalo* conſulendus celeb. P. Burmannus in Catal. Argonaut. in voce ea.

4 AMARUNCEUS] Ne hunc quidem alibi invenio. SCHEFF. Non hic recenſetur inter duces, ſed filius ejus Diores, à Dicty lib. I. & Hom. Catal. 129. Amarunceus autem, ut Euſtathius vult, non Oneſimachi, ſed Alectoris ex Diogeniâ erat filius. MUNCK.

5 POLYXENES ASTIONIS] *Polyxenus Agaſthenis*. MICYLL. Scribendum eſt *Polyxenus Agaſthenis* ex Pauſaniae Eliacis. Atque ſic putavit & Micyllus. SCHEFF. Merito probat Cl. Schefferus Micylli conjecturam, quae & mihi venerat in mentem, *Polyxenus Agaſthenis*. Ita enim Hom. Catal. 130. Sed naves ei tantum 10. adſignat. MUNCK.

6 MEGES NAVIBUS 60.] Hom. Catal. 137. quadraginta ei tribuit. An ergo tranſpoſitae numerorum notae, & pro LX. ſcribendum XL? MUNCK.

7 PHYLEI FILIUS] Rectè. Illum intellexit Heſychius. Φυλείδης, Φυλέως παῖς ὁ Μέγης. MUNCK. Euripides in Iphigen. in Aulide vſ. 284. Ἀστακίτιμον δ' ἆρα Τάφιον ἔχει, ὃν Μέγης Ἄναξι, Φυλέως λόχευμα.

8 THOAS] Defectus eſt locus, ut viderunt jam Micyllus & Schefferus. Suppleo hunc in modum: *Thoas Andraemonis & Gorgidis filius ex AEtolia navibus* 40. *Proteſilaus Iphicli filius Itons navibus* 20 Sed illud *Gorgidis* ſuſpectum mihi. puto ſcriptum fuiſſe *Gergis* pro *Gorges*. Γέργη enim Oenei filia ejus mater fuit. Vide Tzetz. ad Lycophr. pag. 160. MUNCK.

9 GORGIDIS FIL. TYTO * NA. XV.] Videntur hic & omiſſa quaedam eſſe, quae ad naves Thoantis pertinent, & quod hic *Tyto* ponitur, *Itbone* legi debere, & ad *Proteſilaum*, cujus nomen hic deeſt, referendum eſſe. Ita enim ex Podarce, qui ſequitur, colligi poteſt, quem Homerus Proteſilai fratrem, non Thoantis facit. MICYLL.

10 TYTO] Vox eſt nihili. deeſt primum, quot navibus pugnarit Thoas, deinde nomen Proteſilai, qui Podarci fuit frater, Item nomen *Iphicli*, qui fuit utriusque pater, ut haec omnia habentur apud Homerum & Dictyn. SCHEFF.

11 ITIDEM NAVIBUS 10.] Imo 20. Nam Proteſilao occiſo 40 naves ſecutas eſſe Podarcem canit Homerus. Stirpem ejus notavit Euſtath. ad Iliad. B. pag. 256. Τάτυ [Μάγητ@-) Ἀλέκτωρ, ὃ Λίμνην. ὃ Ἰφίκλ@-. ὃ ὑγιο@- Τυδεΐδαι ὁ Ὀ Πεφνὼν πατήρ. MUNCK.

12 CYCNUS] Hic a nemine nominatur, quod ſciam. SCHEFF.

13 NIREUS XVI.] Homerus ei tantum 3. adſignat Catal. vers. 178. MUNCK.

14 CHAROPI ET NYMPHAE] *Aglaes* ut Homerus. MICYLL. Deeſt nomen Aglaeae. Sic enim Homerus vocat. SCHEFF. Aglaies nempe, ut appellant eam Homer. & Diod. lib. V. pag. 325. MUNCK.

15 ARGIS] *Syma* Homerus. quam inſulam eſſe Caricam annotat Euſtathius pag. 240. Olim Metapontis & AEgle dicta fuit, ut idem tradit. An ergo pro *Argis* ſcribendum *AEgle*? MUNCK. De Syma Inſula Herodot. lib. I. cap. 174.

16 Ag-

Autophites filius, Argis navibus XII. [13] Nireus [14] Charopi & Nymphae filius, [15] Argis navibus XVI. [16] Antiphus [17] Mneſyli & Chalciopes filius Theſſalus, navibus XX. [18] Polypoetes Pirithoi & Hippodamiae filius, Argis navibus XX. [19] Leophites Chroni filius, à Sicyone navibus XIX. Calchas Theſtoris filius, Mycenis, augur. [20] Phocus Danai filius architectus. Eurybates & Talthybius [21] internuncii. Diaphorus judex. Neoptolemus Achillis & Deidamiae filius ab inſula Scyro: hic idem [22] Pyrrhus eſt

16 ANTIPHUS MN. ET CH. F. TH.] Vid. II. Iliad. Nam hic haud ſcio, an nomina tranſpoſita ſint, & legendum *Antiphus Theſſali & Chal. fil. Niſyro na.* 50. MICYLL.

17 MNESYLI] Hoc corruptum videtur. Dictys facit eum nepotem Herculis. Micyllus putat ſcribendum *Theſſali*. SCHEFF. *Theſſali*, quod volebat Micyllus, probo. Convenit id cum Hom. Catal. vers. 186. Erat autem hic Theſſalus Herculis filius, ut ibidem docet Poëta. Recte ergo Dictys Antiphum nepotem Herculis facit. Ad ſummam: totus hic locus legendus, ut conjecit Micyllus: *Antiphus Theſſali & Chalciopes filius Niſyro navibus* 30. Confer Schol. Hom. ad Iliad. Z. 255. & Pind. ad Nem. IV. pag. 210. ed. Francof. Tzetzen in Lycophr. p. 147. MUNCK.

18 POLYBOETES] Scribe, *Polypoetes*, ex Homero, ipſoque Noſtro ſup. c. 81. SCHEFF. Recte *Polypoetes* Cl. Scheffer. ita enim Dares, & Homerus Catal. 247. Diodorus lib. IV. & Noſter ipſe cap. 102. MUNCK.

19 LEOPHITES CHRONI] *Leonteus Coroni*. MICYLL. Puto & hic ex Homero ſcribendum *Opites*, qui memoratur Iliade A. SCHEFF. Micyllus ἰσοχρ., *Leonteus Coroni*. ita enim nominant Dictys, Apollodorus, & Hom. Catal. 252. MUNCK.

20 PHOCUS DANAI] Liber Salmaſ. *Epeus*. Atque ita Virgil. AEn. II. 265. Noſter cap. 108. Ariſtoteles in Admirandis, Juſtinus lib. XX. cap. 2. Lucianus Hippiâ, aliique. Feſtus: *Epeus nomen cujuſdam fabri, qui equum Durcum fecit. Panopei* cum facit filium Servius. *Epios* eſt Dicty lib. II. pag. 67. vers. 131. quod idem eſt. Nam Ἔπειος eſt Hom. Iliad. Υ. 665. ubi item, ut apud Servium, etiam Panopei audit filius. An ergo pro *Danai* reſcribendum *Panopei*? Ita putem, & firmat Pauſanias. Videtur ille eſſe, cujus meminit Ovid. VIII. Metam. 312. Audiamus Lycophronis interpretem pag. 15. Φώκη ἡ Ἀντιόπης καὶ Διὸς καὶ Παιωνίδος. Παιονίας δὲ ὁ Ἔπειος, ὁ τὸν ἵππον κατασκευάσας. Confer quae idem habet pag. 150. ed. Steph. MUNCK. Epeum vocant Pauſanias lib. I. cap. XXIII. p. 55. Philoſtratus cap. II. Heroic. §. 20. & cap. X. §. 12. Cerda ad Virg. II. AEn. 261. & ad X. AEn. 179. Hygini locus certe corruptus eſt. Phocus enim, quo rege Phocis non tantum ad Tithoream & Parnaſum ſita, ſed & circumjacentia loca nomen acceperunt, AEaci fuit filius, pater Epopei, patris Epei. Vide Pauſan. lib. II. cap. 29. Epeus πατρίως Φωκεὺς vocatur ab Euripide in Troade vſ. 10. nempe a Phocide avi regno, unde oriundus. Epeus Panopeiades vocatur a Simonide, apud Athenaeum lib. X. cap. 22. pag. 456. Deceptum Hyginum, vel hujus fabulae conſarcinatorem, iterum fuiſſe credo, haud bene percepto Graeci cujuſdam ſcriptoris loco.

21 INTERNUNCII] Homer. Iliad. A. 320. Κήρυκες adpellant Graeci. Duos fuiſſe in Graecorum exercitu Eurybatas, Agamemnonis alterum, alterum Ulyſſis notavit Homeri Scholiaſtes ad Iliad. B. 183. & N. 658. MUNCK.

22 PYRRHUS EST VOCATUS] Vide Hephaeſtion. apud Photium pag. 474. Hom. Schol. Iliad. T. 332. & caput praecedens. Gloſſ. Vett. *Birrus*, *rufus*, πυῤῥός. Iſidor. Orig. I. cap. 26. *Pro Pyrrho Birrhum dicimus.* Imo & *Burrum* dicebant. Gloſſ. *Burrum*, πυῤῥόν, ξανθόν. Corruptum ergo illud, *Batis*, ξανθός. Leg. *burrus*. Servius ad AEn. II. 469. *Pyrrhus à colore comae dictus, qui latine byrrus dicitur. Ita & Salluſtius Criſpus.* Adde Feſtum in voce *Balaenae* & *Burrum*. Hom. Iliad. A. 197. Ξανθὴ δὲ χαίτη ἦλε Πηλείωνα, Schol. Καλὴ, πυῤῥὰς. ᾗ δηλ. τῷτα δὲ, φησὶν, αἰτίαν τὸ Θερμὸν ᾗ ὀργίλον ἐμφαίν. οἱ γὰρ ξανθόχολοι ταχεῖς. Puto legendum, ξανθόχοοι. Qui ἀκριβέστερα affectant, πυῤῥὸν eſſe *rutilum*, ξανθὸν *ruſſum* dicunt. MUNCK. De nomine *Burrhus* vide, quos laudat celeb. P. Burm. in Var. Lect. Servii ad Virg. Aen. II. 469. De cognomine *Pyrrhus* vide, quae notat Plut. in Pyrrho p. 383. Sunt, qui ab hoc Pyrrho *pyrrhichen* eſſe dictam credant. Vide Procli Chreſtomath. apud Photium pag. 988. & Schol. Pindari Od. Pyth. II. 128. qui varias opiniones profert, de quibus hic agendi non eſt locus. Si tamen plura de *Pyrrhichae* origine ſcire deſiderat Lector, adeat Theonem ad Aratum pag. 8. Ariſtoxenum apud Athenaeum lib. XIV. cap. 7. pag. 630, 631. Mezi-

riacum

est vocitatus [1] à patre Pyrrha. [2] Summa [3] naves CCXLV.

## XCVIII. *Iphigenia.*

AGAMEMNON cum Menelao fratre [4] Asiae delectis ducibus, Helenam uxorem Menelai, quam Alexander Paris avexerat, repetitum ad Trojam cum irent, [5] in Aulide tempestas eos ira Dianae retinebat, quod Agamemnon [6] in venando cervam ejus violavit, [7] superbiusque in Dia-

ziriac. ad Ovidii Epist. VIII. Heroid. pag. 301. Spanh. ad Callim. H. Jov. 52. Salmas. Exercit. Plinian. cap. XI. p. 119, 120. Meurs. lib. IV. in Creta cap. 13.

1 A PATRE PYRRHA] Quomodo à patre, cum pater Neoptolemi fuerit Achilles? scilicet Achilles filium hunc genuit ex Deidamia, cum adhuc apud Lycomedem esset inter virgines regias, habitu muliebri. Quo tempore muliebri quoque vocabulo appellatus est *Pyrrha*, quod haberet crines flavos. Vid. Nost. cap. praecedenti. Et hic est Pyrrha pater, quem intelligit hoc loco. SCHEFF. Hoc ergo responsum sibi habeat Tiberius apud Sueton. 71. quaerens, *Quod Achilli nomen inter virgines fuisset?* Sed magnam de eo controversiam fuisse videre est ex Hephaest. lib. 1. Sidon. *Inde Scyriadum datus parenti Falsae nomina pertulisse Pyrrhae.* MUNCK.

2 SUMMA NAVES 245.] Neque hic locus absque vitio esse videtur, cum caeteri omnes de mille navibus mentionem faciant. MICYLL.

3 NAVES 245.] Hi numeri corrupti sunt. Liber Salmasii in margine, 1286. Scio Homer. Iliad. B. numerare CIↃCLXXXVI. Sed cum praecedentes numeri variè corrupti sint, quis certi aliquid statuat? Euripides Orest. vers. 352. Χιλίναων στρατὸν, exercitum Graecorum appellat. Schol. Ἀπηρτισμένην ἐχρήσατο ἀριθμῷ. πεντήκοντα γὰρ ἦσαν αἱ πᾶσαι τῶν Ἑλλήνων χίλιαι πρὸς ταῖς μύριαι. Item Alcest. vers. 106. Χιλίναυν Ἄρη. Ubi rursus Scholiastes: Ἀπηρτισμένην ἐχρήσατο ἀριθμῷ. Εἰσὶ γὰρ αἱ πᾶσαι χίλιαι ἐννέα. Tzetzes in Lycophr. p. 43. ἦσαν γὰρ πᾶσαι αἱ πᾶσαι τῶν Ἑλλήνων ἀρταὶ. Dares: *Adduxere naves* MCCII. Rotundo numero cum Euripide utuntur Corippus lib. IV. *Tanta nec Inachides fecuerunt robora plebes Armatas classes ratibus cum mille pararent.* Propertius II. el. 20. *Et Danaum Euboico littore mille rates.* Virg. AEn. II. 197. *Non anni domuere decem, non mille carinae.* Senec. Troad. 709. *Hic puer, hic est terror, Ulysse, Mille carinis.* Adde eundem Agam. 40. 171. 430. Troad. 274. Epigrammatarius ille, quem Petronium Antigenidem quidam faciunt, Catal. Pith. lib. II. *Nam Graji peterent Trojam cum mille carinis.* Orosius lib. I. cap. 17. *Raptus Helenae, conjuratio Graecorum, & concursus mille navium.* Unde non inepte χίλαι cum χιλιοστόλοι dixit in Troicis Manasses. Caeterum ut navium, ita & militum incertus est numerus. Qua de re videndus Scholiast. Hom. ad Iliad. B. 122. Pertinet huc illud Varronis II. R. R. cap. II. *Si, inquam, numerus non est ad amussim, ut cum dicimus mille naves iisse ad Trojam.* MUNCK. Ursinus ad Virgilii II. AEn. 198. Hyginum mutilatum censet. Lucianus in Dial. Mortuor. Dial. VII. mille naves fuisse docet, ut & Eurip. in Rhesо vs. 262. Vide, quos laudat Celeb. Dukerus ad Thucydid. lib. I. cap. 10. lin. 12.

## Ad CAP. XCVIII.

4 ASIAE DELECTIS] Fortasse legendum *aliisque del.* MICYLL. Micyllus suspicatur, *aliisque delectis.* Mallem, *& aliis*, quia paulo propius a veteri scriptura. SCHEFF. Micyllus, *aliisque.* Schefferus, *& aliis.* Quam mox *cervam* Hyginus, *capream* vocat Dictys lib. I. MUNCK.

5 IN AULIDE] Huc convenerunt, & conjurarunt heroes Trojam expugnaturi. Vide Philostrat. cap. 11 Heroic. §. 14. Serv. ad IV. AEn. 426. Lact. ad Statii III. Achill. vs. 51. & inde nomen accepit juxta Schol. Homeri Iliad. B. 303. cui consentit Lact. ad Statii VII. Theb. 332. De ejus situ Schol Apoll. Rhod. IV. Arg. 1779, & Eurip. Iphig. Aul. 120, 165. Hoc primum fuisse bellum, quod Graeci extra Graeciam gesserunt, docet Pausanias lib. I. cap. 29. p. 72.

5 IN VENANDO CERVAM E. V.] Ita rem narrat Ptolemaeus Hephaestio lib. V. apud Photium pag. 483. ὁ Αὐλίδι δὲ παραγενόμενος Ἀγαμέμνων ΑΪΓΑ ΑΓΡΙΑΝ ΙΕΡΑΝ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ κατατεξείσι; ἀπλοίας δὲ γενομένης τοῖς Ἕλλησι, κιχρᾶ Κάλχας, λυθῆναι τὸ δεινὸν, εἰ θύσειε τὴν θυγατέρα, Ἰφιγένειαν Ἀγαμέμνων Ποσειδῶνι. τῆ δὲ μὰ ἀναχομέ-

m 2

Dianam eſt locutus. Is cum aruſpices convocaſſet, & [8] Calchas ſe reſpondiſſet aliter expiari non poſſe, niſi [9] Iphigeniam filiam Agamemnonis inmolaſſet: re audita Agamemnon recuſare coepit. tunc Ulyſſes cum conſilius ad rem pulchram tranſtulit. [10] Idem Ulyſſes cum Diomede ad Iphigeniam nullus eſt adducendam. Qui cum ad Clytaemneſtram matrem ejus veniſſent, ementitur Ulyſſes eam Achilli in conjugium dari. Quam cum in Aulidem adduxiſſet, & parens eam inmolare vellet, Diana [11] virginem miſerata eſt, & caliginem eis objecit, [12] cervamque pro

ται, ἐργαζόντες οἱ Ἕλληνες, ἀφείλοντο αὐτῆ τὸ κρέατον καὶ κατέστησαν βασιλέα Παλαμήδην.

6 Superbius in Dianam locutus est] Id cujuſmodi fuerit, diſcere potes ex Schol. Eurip. ad Oreſt. vers. 659. Gloriatus eſt, cum ſacram illam cervam fixiſſet, ne Dianam quidem tam certa vulnera ulli ferae dediſſe. MUNCK. De his ſuperbis Agamemnonis verbis vide Eurip. Iphig. in Tauris vs. 15. in Aulide vs. 90, 357. Sophocl. Electr. 570. Tzetz. ad Lycophron. 183.

7 Et Calchas se respondisset, aliter expiari non posse] Barthius vult *expiare*. At non hoc in quaeſtione erat, utrum Calchas aliter non poſſet. Quid enim, ſi potuiſſet alius? Idcirco cenſeo legendum, *& Calchas ei reſpondiſſet*. Pronomini *ei* a fine praecedentis vocabuli adhaeſit littera s, ita factum *ſei*, quod ſciolus mutavit in *ſe*. Calchas ſane fuit aruſpex, non ſacrificulus, ut per Calchantem expiatio fieri ne quidem debuerit. SCHEFF. Cl. Schefferus, *ei reſpondiſſet*. Recte quidem, ſi quid eſſet mutandum. Videri tamen poteſt illud *ſe* hoc pro *eum* poſitum, ut cap. 60. *Rurſum deorſum poſt ſe revolvitur ſaxum*. Vide quae ibi annoto. Hephaeſtion apud Photium pag. 483. *Ἀνέβην τὸ δεῖνα εἰ Σίσυφος τὴν θυγατέρα Ἰφιγένειαν Ἀγαμέμνονι Ποσειδῶν*. MUNCK.

8 Iphigeniam] Eadem eſt, quae Iphianaſſa. Vide Triclin. ad vers. 157. Electrae Sophoclis, & Schol. Euripidis ad Oreſt. vers. 659. Veterum nonnulli eam Iphigeniam non Agamemnonis filiam, ſed ex Theſeo & Helena natam voluerunt. Vid. Tzetz. ad Lycophr. p. 40. & Anton. Liberal. cap. 27. *Ibis* eſt Etymologicographo in Ἶφις. Etiam ſororem eius Electram dictam prius Laodicen auctor Xanthus eſt apud AElian. Var. Hiſt. IV. cap. 26. Sed Hom. Schol. Electram aliam à Laodice facit, cum quatuor Agamemnoni filias tribuat ad Il. A. 7. Laodicen, Chryſothemin, Iphigeniam & Electram. MUNCK. Conſule etiam Meziriac. ad Ovid. Epiſt. III. Her. p. 267. & v. Heroid. pag. 434.

9 Filiam Agamemnonis] Illud *Agamemnonis* exiſtimo à gloſſatore aliquo eſſe. Si retineri velis, *immolaſſent* eſſet legendum, pro *immolaſſet*. vel in praeced. cum Barthio corrigendum *expiare*. Quod tamen placere non potuit viro docto, quod non ſacrificulus, ſed vates eſſet Chalcas. At nec ſaga eſt ſacerdos; & tamen expiationem facit. Vide Martial. lib. VII. 54. Dictys lib. 1. mulierem quandam Deo plenam hanc Dianae iram fatam narrat, *nec leniri priuſquam auctor tanti ſceleris filiam natu maximam vicariam victimam immolaviſſet*. MUNCK.

10 Idem Ulysses] Mallem, *ideo Ulyſſes*. SCHEFF. Cl. Schefferus, *ideo Ulyſſes*. Dictys lib. 1. nullo conſilii participe profectum cum Mycenas narrat. MUNCK.

11 Virginem miserata] Bochartus Hieroz. 2. pag. 541. adducit ex Hygino: *Virginis miſerata eſt*. Si ita in vetere libro invenit, notanda eſt illa locutio. Hieron. Epitaph. Paulae: *Miſerabatur omnium*. Prudent. Plym. vers. 580. *Miſerari inoptum*. Vetus interpres Eccleſ. Sirach. cap. V. 6. *Multitudinis peccatorum mecum miſerabitur*. Juſtin. XLIII. 4. *Miſerata formae ejus*. Quod vereor, ut merito tentent docti homines. Contra Minucius Felix Octavio: *Miſerentur miſeri, ſi fas eſt, ſacerdotum honores*. Sed ibi *miſerantur* forte ſcribendum. Idem tamen pag. 32. *Miſerantes eorum crudelius ſaeviebamus*. Servius ad AEn. VIII. 68. *Hercules miſeratus Daphnidis*. MUNCK.

12 Cervam] Ita Tragici. Liberalis autem cap. 27. μόσχον appellat. Tzetzes in Lycophronem. vſ. 183. Ἡ δὲ Ἄρτεμις κύτλα ἐλαφόκερα, κατὰ Φανοδήμου τὸ ἱστορικὸν, εἰς ἄρκτον μετῴκησε, κατὰ δὲ Νικάνδρου εἰς ταῦρον, καὶ ἔτερος εἰς χοῖρον, καὶ ἄλλος εἰς ἔλαφον. Ferme eadem habet Etymolog. magnum in Ταυροπόλος. Propert. lib. III. 21. *Nec ſolvit Dianas ſubdita cerva rates*. MUNCK. Δάμαλις ſubpoſitam eſſe videtur innuere Plutarchus in Parall. T. II. p. 309. Iphigenia de ſe ait apud Eurip. Iphig. Taur. vſ. 28. & 783.

pro ea ſubpoſuit: Iphigeniamque [1] per nubes in terram Tauricam detulit, ibique templi ſui ſacerdotem fecit.

## XCIX. *Auge.*

[2] AUGE Alei filia ab Hercule compreſſa, cum partus adeſſet, in monte Parthenio peperit, & ibi eum expoſuit. Eodem tempore [3] Atalante, Iaſii filia, filium expoſuit ex Meleagro natum. Herculis autem

*Λίγ', οὐκ ἔλαφον ἀνδάσασά μου θεὰ*
*Ἄρτεμις, ἔσωσέ μ', ἣ τέτυσ' ἐμοὺς πατήρ,*
*Δοκοῦν ἐς ἐμὰς ὀξὺ φάσγανον βαλεῖν,*
*Εἰς τόνδε δ' ἔπεσ' αἷμα.*

Adde Euripid. in Iphigen. in Aulide vſ. 1585, & ſeqq. & Serv. ad II. AEn. 116. Variorum ſententias de Iphigeniae inmolatione recenſet Columna ad Ennii Iphigeniam pag. 213. Lucretius, Virgilius, ac Propertius, (quamvis loco per Munckerum citato ſui oblitus de ſubpoſita cerva cecinerit,) crediderunt Iphigeniam revera occubuiſſe in ſacrificio, non autem a Diana ſervatam eſſe ſubpoſita cerva. Conſule celeb. J. Broukhuſ. ad Propert. lib. III. El. 5. vs. 54. Sophocles etiam Iphigeniam revera mactatam tradit in Electra vſ. 574. Conſule de hac fabula, cui originem ſuam Abrahami ſacrificio debere videtur, Bochartum lib. II. Hieroz. cap. 46. pag. m. 1540, 541. & qui ideo eos ſequitur, qui cervam ſubpoſitam adfirmant. In eadem ſententia jam fuiſſe videtur Tzetzes ad Lycophron. vſ. 183. nec ego ab ea abhorreo. Sic fabula de Idomenei voto eadem fere eſt, atque hiſtoria, quae de Jephthae voto nobis refertur in S. S. Conſule Serv. ad Virg. III. AEn. vſ. 121. & ad XI. AEn. 264. Verum an Graecis Abrahami ſacrificium innoteſcere potuerit, non inquiro. Sed de hac re diſſentientes conſule Lipſienſes in Actis Erudit. M. Octobr. A. 1729. pag. 427. a Celeb. Viro P. Weſſelingio ad Edw. Simſonii Chronicon A. M. 2144.

1 PER NUBES IN TERRAM TAURICAM] Ad hiſtoricam magis fidem facit, quod ſcribit Dictys lib. I. *Regi Scytharum, qui eo tempore adeſt, commendatam.* vel quod Tzetzes tradit: Ἡ δὲ Ἰφιγένεια σωθεῖσα φθόνῳ θεᾶς Σκυθίας, τῇ τοπάρχῳ Ἀρτέμιδος γένει. Adde Euſtath. ad Dionyſ. p. 44. Ad non diſſimilem modum Helena immolanda evaſit necem. Qua de re videndus Meurſius in Laconicis. Tzetzes ad Lycophron. pag. 40. ed. Steph. Καὶ γὰρ καὶ Ἑλένη Λευκίππου Θεμμάρου αἰτὸς ἔτυς ἔσωσε. &c. MUNCK.

## Ad CAP. XCIX.

2 AUGE ALEI FILIA] Ita & Apollod. lib. II. Sed Jornandes Get. cap. 9. Priami eam facit ſororem. Falſo. Vide not. ad cap. 101. Tzetzes in Lycophr. p. 43. Τήλεφος παῖς ὢν Ἡρακλέους καὶ Αὐγῆς τῆς Ἀλέως θυγατρὸς δ' Τηγεάτης καὶ Νεαίρας &c. Vero ſimilius eſt, quod Geticarum rerum ſcriptores tradunt, Sagilli Getarum regis fuiſſe filiam, & Herculi nuptam. Vid. Sheringham. de Orig. Anglor. p. 138. MUNCK. Conſule inl. Spanhem. ad Callim. H. Del. vs. 70. & Perizon. ad AElian. lib. XII. V. H. cap. 42.

3 ATALANTE, IASII FILIA] Hinc *Iaſis* à Propert. appellatur lib. I. eleg. 1. De matre Parthenopaei Schol. Eurip. ad Phoeniſſ. vers. 152. Αὐτη ἐστὶν Ἰάσου μὲν παῖς, Μελαιάγρου δὲ γυνή. Ἔσι δέ τις καὶ ἄλλη Σχοινέως θυγάτηρ, Ἰασπορίας γυνὴ, Βοιωτική. Sane patrem Parthenopaei Milanionem facit etiam Servius AEn. VI. 480. *Hic Atalantae*, inquit, *& Martis ſive Milanionis filius Rex Arcadiae fuit.* Apollodor. lib. I. Ἐξέπεμψε δὲ εἰς Μελανίωνα, ἣ ὡς ἄλλοι λέγουσιν, Ἄρεα, Παρθενοπαῖον. Atalantam illam, cujus amore captus fuit Meleager, Noſter, nec ſine auctore, Schoenei facit filiam, ut demonſtramus ad cap. 173. Sed quo auctore cum heic, tum cap. 270. ex Meleagro natum tradat Parthenopaeum, ignoro. Amplexus eſt tamen Hygini ſententiam Lutatius ille, ſive Lactantius eſt, ad Stat. Theb. I. vers 45. Conſer not. ad cap. 185. & 270. Miratus ſum non ſemel, quae idem interpres annotavit ad Theb. lib. VI. vers. 563. *Atalantae confundit hiſtoriam. Hanc Atalantam Hippomenis uxorem diximus filiam Siconei* (leg. *Schoenei*) *fuiſſe. Illam autem, qui* (leg. *quae*) *cum procis curſu contendit, OEnomai filiam, uxorem Pelopis.* Confundit Atalantam & Hippodamiam. MUNCK. Conſule Eund. Lact. ad Statii VII. Theb. 267. ſed & J. Perizon. & quem laudat, Abr. Gronov. ad AElian. lib. XIII. V. H. cap. 1. init.

4 Hos] Barthius ad Stat. Tom. II. 989. *amnes* ex membranis Gruteri. Sed vulgatum aeque

tem filium cerva nutriebat. [4] Hos paſtores inventos ſuſtulerunt, atque nutrierunt, quibus nomina inpoſuerunt, Herculis filio Telephum, quoniam cerva nutrierat; Atalantes autem Parthenopaeum, [5] quoniam virgine ſimulante in monte Parthenio eum expoſuerat. Ipſa autem Auge patrem ſuum timens, profugit [6] in Moeſiam, ad regem Teuthrantem: qui cum eſſet orbus liberis, hanc [7] pro filia habuit.

C.

que rectum eſt. MUNCK.

5 QUONIAM VIRGINE SIMULANTE] Haec corrupta videntur, puto ſcribendum, *quoniam virginem ſimulans ſe.* SCHEFF. In membranis Gruteri, ut credere nos vult Barthius ad Stat. Tom. II. 989. viſebatur: *Quoniam virgine ſimulanter mater ignara* &c. Unde ipſe exſculpſit: *Quoniam virginem ſimulantem mater ignota.* hoc eſt, ipſo interprete, *ere pulcherrimo, & virgini, quam puero ſimiliorem.* Probo phraſin, & quam ejus dat explicationem. Ovid. VI. Met. 26. *Pallas anum ſimulat.* Iſidor. Orig. XVI. 4. *Aëris ſimulans qualitatem.* Statii Scholiaſtes ad III. Theb. 283. *Eâ pulchritudine praeditus fuiſſe dicitur, ut foeminam mentiretur.* Martial. III. 43. *Mentiris juvenem.* Willebrandus Itinerar. *Diverſas cortinas illic mentiuntur.* Apul. XI. Mileſ. *Inceſſu foeminam mentiebatur.* Claud. epigr. 44. *Mentitur gemma volatum.* Non diſſimile eſt illud *ſimulare figuram plauſtri* Aſtron. II. 2. Adſcribam ejus locum, ut in tranſcurſu corrigam. *Initio qui ſidera perviderunt, & numerum ſtellarum in unaquaque ſpecie corporis conſtituerunt, quod non arctum, ſed plauſtrum nominaverunt, ex ſeptem ſtellis duae, quae pariles & maximè in uno loco viderentur, pro bobus haberentur, reliquae vero quinque figuram plauſtri ſimularent.* Illud *quod* non ſuo loco poſitum eſt. Scribe meo periculo: *Conſtituerunt non arctum, ſed plauſtrum nominaverunt, quod ex ſeptem* &c. Nec ſatis ſanum videri poſſit, quod ejuſdem lib. cap 1. legitur: *Jupiter ſimulatus effigiem Dianae.* An corrigendum? *Simulans effigiem Dianae.* putarem equidem, niſi *aſſimulare* pro *ſimulare* hunc ſcriptorem uſurpaſſe obſervaſſem. tanquam cap. 8. *Iubet Venerem aquilae ſimulatam ſe ſequi.* Cap. 28. *Dianam cato ſimulatam. Simulatus* ergo *effigiem Dianae* dicitur Jupiter, ut *formam adſimulata Camerti.* Virg. AEn. XII. 224. Juturna. Adde quae de verbis *ſimulare & diſſimulare* ad Stat. obſervavit ſummus Gronovius lib. I. cap. 6. Caeterum τὸ *ignara* non debebat mutari. *Ignarus* eſt ignotus praeter alios etiam Hygino ipſi cap. 273. Tacitus XII. Ann. 45. *Nihil tam ignarum barbaris.* Dictys lib. II. *Avidus ignara cognoſcendi.* Vide ibi Mercerum. Cl. Schefferus conjicit, *quoniam virginem ſimulans ſe.* Forſan non malè; quanquam qui ex ittiuſmodi virginibus nati erant παρθένιοι proprie vel παρθενίαι vocitabantur. Commendant tamen ejus conjecturam Sophoclis verba OEdip. Colon. vers. 1316. Ἐκ δ' ἦ παρθενικᾶς Ἄρκας ὄρνυ Ἐπάνυμος ἀ σοφίᾳ ἀδάματος χρυσῷ. Idem vult Lactantius ad Stat. IV. Theb. 309: *Atalante Iaſi filia fugiens concubitus, in venando Dianae comes facta eſt: ſed à Meleagro hoc adinſinuante compreſſa puerum edidit, cujus conceptum, quia diu ſub virginitate celaverat, Parthenopaeum vocavit.* Subſcribo ergo conjecturae viri Clariſſimi. MUNCK.

6 IN MOESIAM] Atqui *Myſorum* fuit Dynaſtes Teuthras, teſte Apollod. lib. III. Senec. Troad. 216. Diod. lib. IV. Tzetze ad Lycophr. pag. 43. Pauſan. lib. X. Hom. Schol. ad Od. A. 520. Pind. ad Iſthm. Od. V. Unde *Dux Myſus* audit apud Ovid. lib. II. epiſt. de Ponto 2. vers. 26. *Myſus juvenis* apud Propert. lib. II. el. 1. Jornandes tamen cap. 9. cum Hygino: *Hujus (Telephi) regnum Moeſiam appellavere majores.* Et Servius Ecl. VI. 72. *A Gryno Eurypili filio, qui regnavit in Moeſia.* Scilicet *Myſiae & Moeſiae* vocabulum confudiſſe poſterioris aetatis ſcriptores, ut notatum jam ſuperius ad cap. 14. Conſer cap. 100. 104. 121. *Myſiam* tamen rectè infimae aetatis ſcriptor Dares appellat. Et Schol. Horat. ad Epod. ult. *Telephus Rex Myſorum.* Capella lib. VI. *Supra Troadem in mediterraneo Teutrania eſt, quae regio Myſorum fuit.* MUNCK. Schol. adde Pindari Olymp. Od. IX. vs. 112. ὁ γὰρ Τήλεφος ἐκπέλασεν τὰς ΜΥΣΙΑΣ. De Telephi vero in Myſiam adventu vide Pauſan. lib. I. cap. 4. p. 12. ubi etiam agit de Graecis locorum ignorantia in Myſiam adpellentibus, cui hiſtoriae obloquitur Philoſtratus cap. II. Heroic. §. 14.

7 PRO FILIA HABUIT] In conjugium adſumptum à Teuthrante ſcribit Apollodor. lib. II. pag. 115. & Tzetzes in Lycophr. pag. 43. ed. Steph. MUNCK.

## C. *Teuthras.*

TEUTHRANTEM regem in Moesia Idas Apharei filius regno privare voluit. Quo cum Telephus, Herculis filius, ex responso quaerens matrem, cum comite Parthenopaeo veniſſet, huic Teuthras regnum & [1] filiam Augen in conjugium [2] daturum promiſit, ſi ſe [3] ab hoſte [4] tutaſſet. Telephus conditionem regis non praetermiſit: cum Parthenopaeo Idam uno praelio ſuperavit: cui rex [5] pollicitam fidem praeſtitit, regnumque & Augen [6] matrem inſcientem in conjugium dedit. Quae quum mortalem neminem vellet ſuum corpus violare, Telephum interficere voluit, inſcia filium ſuum. Itaque cum in thalamum veniſſent, Auge enſem ſumpſit, ut Telephum interficeret. Tum deorum voluntate dicitur draco inmani magnitudine inter eos exiſſe: quo viſo, Auge enſem projecit, & Telepho inceptum patefecit. [7] Telephus re audita, [8] inſcius matrem interficere voluit: illa Herculem

## Ad CAP. C.

1 FILIAM AUGEN] *Argiopen* nominat Diodor. lib. IV. pag. 239. MUNCK.

2 DATURUM PROMISIT] Curt. lib. VIII. *Conſtituit daturum.* Terent. Eun. I. 2. *Venturum ad me conſtituit.* Juſtin. lib. XXXI. cap. 4. *Auxilia miſſurum pollicetur.* MUNCK.

3 AB HOSTE] Contra hoſtem. Ovid. IX. Met. 385. *A pecoris morſu frondes defendite noſtras.* MUNCK.

4 TUTASSET] *Tutatus eſſet.* MICYLL. *An tutatus eſſet?* ut voluit Miſcyllus. cap. 219. *Si ſe ab hoſte tutatus eſſet.* Sed ut alia non pauca, ita & hoc inter inſolentia Hygini reponam. Fulgentius *Tutulo. Dici ait pallium, quo ſacerdotes caput tutabant.* Pomponius patruo: *Nam erat quod corpus famulâ tutaret togâ.* Ἀρχαϊζόντως id genus non pauca enumerat Popma in de uſu antiquae locut. cap. XI. quibus *furo* addere licet. Fulgent. II. 6. Mythol. *Cacus enim Herculis boves furaſſe dicitur.* Ita Commelinus edidit; Henricus autem Petri, *furatus eſſe.* Sed prius magis duco Fulgentianum, & agnoſcit codex Leidenſis. Gloſſ. Graecol. Κλέπτω, *furo, involo.* Gennadius Catalog. *Partem à quibuſdam furatam perdidit.* Ita *fruſtro* uſurpat Hieronymus Epiſt. lib. III. de muliere ſepties icta. *Jam igitur & tertium ictum fruſtraverat ſacramentum trinitatis.* *Medito* Iſidor. Chron. Goth. *Fertur fugam meditaſſe.* Eginhartus vitâ Caroli: *Licet eum promiſſo fruſtraſſet auxilio.* Iſidor. de Praelatis, *Fruſtrare jura. Horto* & *exborto* apud Leonem & AElnothum. *Praelio* apud Feſtum Pauli: *Arma proprie dicuntur ab armis, id eſt, humeris dependentia, ut ſcutum, gladius, ſica, & ea, quibus prope praeliatur.* Sed ibi malim *praeliamur.* quemadmodum in membranis bibliothecae Leid. reperi. Uſus ille importunus deſitarum vocum arguit deterius ſeculum. MUNCK.

5 POLLICITAM FIDEM] Gloſſ. MSS. in I. Georg. Virg. *Propter pollicitam Heſionam.* Lactant. Argum. Metam. Ovid. lib. I. 9. *Quam cum neque pollicitis, neque precibus adire potuiſſet.* Noſter infra cap. 219. *Ab rege pollicita petit.* Ovid. II. Amor. El. XV. *Incipe pollicitis addere facta tuis.* Praeterita deponentium, ut loquuntur, paſſivè ſaepenumero uſurpantur. Phaedr. lib. III. cap. 14. *pactam fidem* vocat. Certum interim *pollicere* antiquos dixiſſe. Varro apud Non. *Ne dares, ne polliceres, quod datum eſt.* MUNCK.

6 MATREM INSCIENTEM] Heic mallem, *matrem inſcius eam*, ut ſubaudiatur *eſſe.* Cap. 86. *Quem Atreus imprudens filium ſuum occidit.* Niſi verius forte putas, *inſcienti ei in* &c. MUNCK.

7 TELEPHUS RE AUDITA INSCIUS MATREM] Neſcio, utrum non ſcripſerit noſter, *Telephus re audita eam inſcius matrem*, quoniam ſic ſupra, *Telephum interficere voluit inſcia filium ſuum.* Et fab. 86. *quem Atreus imprudens filium ſuum occidit.* SCHEFF.

8 INSCIUS MATREM INTERFICERE VOLUIT] Nihil heic mutem cap. 112. *Voluitque inſcia ſoror*

culem violatorem ſuum inploravit, & ex eo Telephus matrem agnovit, & in patriam ſuam reduxit.

## CI. *Telephus.*

9 TELEPHUS Herculis & Auges filius, ab Achille in pugna 10 Chironis haſta percuſſus dicitur. Ex quo vulnere cum indies tetro cruciatu angeretur, petit ſortem ab Apolline, quod eſſet remedium: reſponſum eſt, ei neminem mederi poſſe, 11 niſi eandem haſtam, qua vulneratus erat. Hoc Telephus ubi audivit, ad regem Agamemnonem venit, & monitu Clytaemneſtrae Oreſtem infantem de cunabulis rapuit: minitans ſe eum occiſurum, niſi ſibi Achivi mederentur. Achivis autem quod reſponſum erat, ſine Telephi ductu Trojam capi non poſſe, facile cum eo in gratiam redierunt, & ab Achille petierunt, ut eum ſanaret. Quibus Achilles reſpondit, ſe 12 artem medicam 13 non noſſe. Tunc Ulyſſes ait: Non te dicit Apollo, ſed auctorem vulneris haſtam

*teri Iphigeniae oculos eruere.* 184. *Inſcia ut filium ſuum interficeret.* Aſtron. II. 4. *Inſcius vidit matrem in urſae ſpeciem converſam.* Et cap. 17. *Se in mare inſcii projecerunt.* Phaedr. lib. IV. cap. 8. *Quum decidiſſet vulpis in puteum inſcia.* Ovid. Triſt. *Inſcius Actaeen vidit ſine veſte Dianam.* MUNCK.

## Ad CAP. CI.

9 TELEPHUS H. E. A. F. AB ACHILLE] Conſule Philoſtrat. cap. 11. Heroic. §. 17.

10 CHIRONIS HASTA] Apollodorus lib. III. donatum eâ haſtâ Pelea refert patrem Achillis. Καὶ δίδωσι, inquit, Πηλεῖ Χείρων δόρυ μέλιον. Unde *Pelias haſta* & Πήλιον δόρυ dicitur poëtis. Ovid. Rem. Am. *Vulneris auxilium Pelias haſta tulit.* AElian. Anim. I. cap. 5. Τῇ χαλκῇδι βολῇ τῇδε ἰδιάδι. Leg. Πηλιάδι. *Scyria haſta* fuit, quam accepit à legatis Graecorum in Scyro, de qua Vet. Epigram. Catal. Pith. lib. II. *Occurrens Danais ferit dum pugnat Achilli, Syria pugnanti percutit haſta femur.* Leg. *Scyria haſta.* Vide Schol. Hom. ad Iliad. Π. 140. Ovid I. Art. A. 684. *Scyrias Haemonio juncta puella viro.* MUNCK. De Achillis haſta conſulendi Philoſtrat. cap. XIX. Heroic. §. 2. & 4. & Celeb. P. Burm. ad Ovidii XII. Met. vſ. 79. Vulneratus eſt ad ripas Caici Myſiae fluvii. Schol. Pindari Od. Iſthm. V. vſ. 53. & Tzetz. ad Lycophron. vs. 206.

11 NISI EANDEM HASTAM] Oraculi reſponſum fuit: Ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται. Vide Apoſtol. Cent. XIII. 36. Euſtath. ad Iliad. Hom. pag. 35. Iſacium ad Lycophr. p. 44. Victor. variarum lect. lib. V. cap. 12. Epigram. modo laudato: *Pro cujus cura conſultus dixit Apollo, Heſtica quod ſalubrem cuſpis haberet opem.* Niſi in modulo ſyllabae peccavit verſificator, ſcribendum *celebrem* vel *celerem.* Seductus forte hoc Buchananus mediam in *ſaluber* & ipſe corripuit Pſalm. 99. MUNCK. Adde Schol. Ariſtoph. Nub. vſ. 919.

12 ARTEM MEDICAM NON POSSE] In Comeliniana ediderunt *noſſe*, quod non placet. Vide Indicem. SCHEFF. Cap. 136. *Artem medicam primus inveniſſe dicitur.* Sed Cap. 274. *Ars medicina*, ut apud Dictyn lib. I. *Ob ſolertiam artis medicinae.* Ita Mercerus correxit, cum antea legeretur, *artis medicae*, quod vulgatius eſt. Auctor originis gentis Romanae: *Circa peritiam artis medicae praecipuus fuiſſe traditur.* MUNCK. Adde Celeb. P. Burm. ad Phaedr. lib. I. fab. 14. vs. 11.

13 NON NOSSE] Ita edidit & Micyllus. *Non poſſe artem medicam*, quod Clar. Schefferus praefert, probare non poſſum. Solin. cap. 65. *Saltu ſic poteſt.* Cap. 16. *Prima mari potuit navibus.* Pſeudo-Muſa Praefat. *Haec tantum poteſt effectu.* Sic *valere* & *poſſere aliqua re*, non *aliquam rem*, dicitur Latine. Notter infr. cap. 194. *Petens arte citharae. Peſſum hanc artem*, quod pag. 557. Obſervat. Linguae Latinae pueris inculcat Goclenius, unde hauſerit neſcio. MUNCK.

ſtam nominat: quam cum raſiſſent, [1] remediatus eſt. A quo cum peterent, ut ſecum ad Trojam expugnandam iret, non impetrarunt, quod is [2] Laodicen Priami filiam uxorem haberet. ſed ob beneficium, quod eum ſanarunt, [3] eos deduxit: locos autem & itinera demonſtravit; inde in Moeſiam eſt profectus.

## CII. *Philoctetes.*

PHILOCTETES Poeantis & Demonaſſae filius, cum [4] in inſula Lemno

1 REMEDIATUS EST] Nimium haec abrupta ſunt. Quis remediatus eſt? Achilles an Telephus? Telephus, opinor, cum ſequentia conſidero. Deponens, ut Technici loquuntur, *remedior* agnoſcit Priſcianus lib. VIII. *Medeor*, inquit, *mederis*, *remedior*, *remediaris*, *teſte Capro*. Hier. lib. I. epiſt. 38. edit. Canis. *Quod ſaepe medici remediantur*. Apulej. Junior. cap. 2. *Potui ſi datur cum vino, mirè remediatur*. Feſtus in *Paeana*: *Quod remedians morbis finem faceret gravitatis*. Activo *remedio* uſus eſt Antonius Muſa Praef. de Herba Vetonica: *Ut etiam ſeptem & quadraginta morbos remediet*. Sextus Platon. in de Medic. Animal. Part. I. cap. 5. *Sanguis caprae potus remediat*. Sed illi ambo, ſi quid judico, ſubpoſititii ſunt ſcriptores; vel certe ex Graecis ſcripta eorum tranſlata, ut ſuſpicatur Nob. Heinſius. Scribonium Largum, qui ſaepenumero eâ formâ iſtud verbi uſurpat, Tiberiani aevi eſſe ſcriptorem non facile probaveris. Interim conſule Lexicon Scribonianum, in quo cum Hygino loquutum & Tertullianum aliquando oſtendit Doctiſſ. Rhodius. Confer & Voſſium in de Vitiis Sermon. & Borrichii in eum obſervationes, pag. 221. Addo ejus obſervatis locum ex libro de Reſurr. Carnis cap 20. *Secundum comparationem vitiorum animalium à domino remediatorum*. Et ad Scapulam cap. 4. *Aut à Daemoniis, aut valetudinibus remediati ſunt*. Sed quomodo ſanatus eſt? pulvere raſo ex haſtâ Achilleâ. Sammonicus, cap. 46. *Utque Lariſſaea curatus Telephus haſtâ*. Lege, *ut Lariſſaeâ* cum Nob. Heinſ. ad Claud. epiſt. ad Hadrianum. Epigramm. modo laudato: *Mox precibus flexi Peliae robore ſacro Injecto membris pulvere plaga fuit*. Confer Plin. lib. XXV. cap. 5. & lib. XXXIV. cap. 15. MUNCK. De Fabula etiam Dictys Cretenſis lib. II. cap. 10. & Mezirlac. ad Ovidii Ep. III. Heroid. p. 234. Hinc in proverbium abiit *Achillis haſta*, *Achilleo more*, *Achilleum vulnus*, ut dicamus, quando auxilium ab eo petimus, qui ipſe ante nobis nocuit. Philoſtrat. lib. VI. de Apoll. Tyan. cap. 43. pag. 278. & Columna ad Ennii Fragm. ex Telepho pag. 270.

2 LAODICEN] Schol. Homer. ad Odyſſ. A. 520. & Dictys lib. I. ubi hanc hiſtoriam invenies, *Aſtyochen* appellant ejus uxorem, Priamique faciunt filiam. At Servius ad Ecl. VI. 72. *Eurypylus namque filius Telephi, Herculis & Auges filii, ex Aſtioche Laomedontis filiâ fuit*. MUNCK. Variae fuere Aſtyochae. fuit enim Aſtyoche Actoris filia, Tlepolemi mater. Schol. Pindari Olymp. Od. VII. vſ. 42. Aſtyoche Simoentis filia Erichthonii mater. Vid. Columna ad Ennii Fragm. ex I. Annal. pag. 12. Plures etiam fuere *Laodicae*. ut Agamemnonis filia a Tragicis Electra dicta. Interpr. ad AEliani IV. Var. Hiſt. 26. *Hieram* contra Telephi uxorem vocat Philoſtratus cap. 11. Heroic. §. 18.

3 EOS DEDUXIT] Haec corrupta cenſeo, certe ſequens *autem* nihil habet, cui reſpondeat, quod tamen neceſſe eſt. Suſpicor ſcribendum, *eo non deduxit*, *locos autem*. SCHEFF. Cl. Schefferus, *eo non deduxit*. Deduxiſſe tamen volunt Dictys aliique, inter quos & Euſtathius loco modo adducto; Τὸν δὲ Φίλιον μισθῷ ὑγείας πλεῦσαι εἰς Τροίαν ὁδηγίαν. Tzetzes in Lycophr. p. 44. Δεινιάς τοῖς Ἕλλησι τὴν ἐπὶ Τροίαν πλοῦν. Vide & Victor. lib. V. Var. Lect. cap. 12. Τὸ *autem* heic eſſe ἐκτυμπανικὸν, non adverſativum, exiſtimo. Continuat enim ſaepe orationem, nec tam ſignificat *ſed*, quam &. Sic cap. 139. *Hi autem lares appellantur*. Cap. 154. *Heliades nominantur, ſunt autem* &c. Pro *enim* uſurpat Phaedrus lib. IX. cap. 21. MUNCK. Adde Thomam Wopkens lib. I. Lect. Tullian. cap. 2.

## Ad CAP. CII.

4 IN INSULA LEMNO] Contigiſſe hoc narrat Dictys lib. II. cap. 14. in ſacrificio Palamedis, quod Apollini Sminthio faciebat ille. Aliter quo-

mno eſſet, coluber ejus pedem percuſſit, quem ſerpentem Juno miſerat, irata ei ob id, quia ſolus praeter caeteros auctus fuit Herculis pyram conſtruere, cum humanum corpus eſt [5] exuſtum, & ad inmortalitatem traditum. [6] Ob id beneficium Hercules ſuas ſagittas divinas ei donavit. Sed cum Achivi ex vulnere tetrum odorem ferre non poſſent, juſſu Agamemnonis regis, [7] in Lemno expoſitus eſt cum ſagittis divinis. quem expoſitum paſtor regis Actoris, nomine Phimachus, Dolophionis filius, nutrivit. Quibus poſtea reſponſum eſt, [8] ſine Herculis ſagittis Trojam capi non poſſe. [9] Tunc

quoque haec narrat Servius ad AEn. III. 402. Cum Hygino in hac narratione convenit Scholiaſtae Homeri ad Catal. vers. 228. Sed Hygino ſecum non benè convenire videtur. Si in Lemno ictus fuit à ſerpente, ſequi debebat relictum illum ibi eſſe, non expoſitum. Sed remiſſum poſtea dicas, & dein ibi expoſitum. Tzetzes tamen ad Lycophr. p. 147. cum Dicty in urbe Chryſe contigiſſe id narrat. Corrupta ergo illa ejuſdem pag. 148. Τὸν δηχθέντα ἐν Χρύσῃ ἐν Λήμνῳ. Leg. Χρύσῃ ἐ Λήμνῳ. MUNCK. Locus forſan corruptus eſt, aut huius fabulae auctor parum feliciter Graecos ſcriptores expreſſit. Graeci Trojam navigantes, & littora, ut olim ſolebant, legentes, ſaepe e navibus exierunt, inſulas, quas praetervehebantur, videndi cauſſa. inter alias etiam adpulerunt Lemnum; ibi in promontorio Chryſe ſociis videndi avidis Minervae a Jaſone exſtructam aram monſtrans Philoctetes vulneratur altero pede ab hydra venenata, ex quo atroci vulnere teterrimi odoris inpatientes ingrati ſocii eum deducunt in defertum inſulae Lemni locum, ipſi vero inſtitutum perficiunt iter. Vide Schol. Sophoclis in Philoctete vs. 2, 193. (qui ad vs. 266. Philoctetem Herculi aram poſiturum prope littus, hoc vulnus accepiſſe refert.) Conſule Philoſtrati Heroica cap. V. §. 2. & Olear. ad Philoſtrati Junioris Iconem XVII. vide etiam Meurſ. ad Lycophron. vs. 911.

5 EXUTUM] Ita etiam Micyllus edidit. Sed in erratis correxit Commelinus *exuſtum*, quomodo excudendum curavi. Reſtituenda eadem vox Quintil. decl. XVIII. *Super vulnera unici, ſuper exuſtos artus metuendus, aſſiſtis.* Lege *exuſtos.* Inſr. Decl. XIX. *Laceratis exuſtiſque illis ſanctioribus charioribuſque viſceribus* &c. Caeterum ipſe apud Senecam ſic loquitur Hercules: *Quicquid in nobis tui Mortale fuerat, injectus ignis tulit.* Ovid. IX. Met. 263. *Interea quicquid fuerat potulabile flammae, Mulciber abſtulerat.* Non minus eleganter Cyprianus de Idolis: *Hercules ut hominem exuat, OEtaeis ignibus conceremetur.* Plinius lib. XXXV. cap. XI. *Herculem ab OEta monte Doridos exuta mortalitate conſenſu Deorum in coelum eunsem.* in MS. haberi *exugta*, notavit Dalechampius. Lactant. Argum. Herculis OEtaei Senecae: *Conſumpto, quod in eo mortale fuerat, in coelum tranſlatus eſt.* Sed forte rectius cum Nob. Heinſio legas: *Cum humanum corpus eſt exutus, & ad immortalitatem traditur.* MUNCK.

6 OB ID BENEFICIUM] Quia Herculis rogum in OEta ſuccendit. Schol. Hom. ad Catal. vers. 231. Vide quae jam dicta ſunt ad cap. 36. MUNCK.

7 IN LEMNO EXPOSITUS EST] Relictum in Lemno narrat Hom. Scholiaſtes, quod Vulcani ſacerdotes à ſerpentibus percuſſos ſanare ſcirent praeter caeteros. Alii à Machaone ſanatum volunt, ut videre eſt apud Tzetzen in Lycophr. p. 147. MUNCK. Non tamen ab omnibus Graecis relictus eſt Philoctetes. Quidam e Graecis, Meliboeae, quibus praerat, incolis, ibi manſerunt: gleba Lemnia deinde curatus fuit ab AEſculapii filiis i. e. Medicis. Philoſtrat. Heroic. cap. V. §. 1. 2. Ptol. Hephaeſtio lib. VI. a Pelio, ſive ut in margine, Pylio Vulcani filio ſanatum refert. Vide Photium pag. 490. ſed idem Hephaeſtio lib. V. apud Eundem pag. 486. Philoctetem hoc vulnere periiſſe tradit. Quod videtur firmare Pauſanias lib. I. cap. 22. pag. 52. dicens, Athenis imaginem eſſe Diomedis Philoctetae arcum e Lemno toilentis. ubi poteſt legi Διομήδης — ὁ μὲν τὸ ἐν Λήμνῳ Φιλοκτήτου τόξον — ἀφαιρούμενος ὦν.

8 SINE HERCULIS SAGITTIS] Vide praeter Scholiaſt. Hom. Servium ad AEn. III. 402. & Schol. Pind. ad Pyth. Od. I. ubi &, quomodo fanatus ſit, narrat. Tzetzes in Lycophr. Ἐπὶ δὲ ἐ Λήμνου πόλις Ἥλιος, ἔχουσι δὲ τὸ τοῦτον τὸν τῆ Παλλάδι ἱερὰ, ἃ ἐδόλω ὁ χρησμὸς ἀπεκόμισαν. Καὶ τὰ Ἡρακλέους τόξα, ἅπερ Φιλοκτήτης εἶχε, εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ Νεοπτόλεμον τ' Ἀχιλλέως υἱόν. οὐ μὴν ἀλλ' ἐκεῖ χθονὸς, ἐκ δὲ καρήνης τὸ Ἴλιον. Confer

[1] Tunc Agamemnon Ulyſſem & Diomedem exploratores ad eum miſit. [2] Cui perſuaſerunt, ut in gratiam rediret, & ad expugnandam Trojam auxilio eſſet, eumque ſecum ſuſtulerunt.

## CIII. *Proteſilaus.*

ACHIVIS fuit reſponſum, qui primus litora Trojanorum adtigiſſet, periturum. Cum Achivi claſſes adplicuiſſent, caeteris cunctantibus, Iolaus [3] Iphicli & [4] Diomedeae filius primus e navi proſilivit, qui ab Hectore confeſtim eſt interfectus: quem cuncti [5] adpellarunt Proteſilaum, quoniam primus ex omnibus perierat. Quod uxor Laodamia Acaſti filia cum audiſſet eum periſſe, flens petit à diis, ut ſibi cum eo [6] tres

ſer quae idem tradit p. 147. ed. Steph. MUNCK. Vide Sophocl. Philoct. 67, 1423. Juſtin. lib. XX. cap. 1. Adde Philoſtrati Heroica cap. v. §. 1, 3.

1 TUNC - - EXPLORATORES AD EUM MISIT. CUI PERSUASERUNT, UT IN GRATIAM REDIRET, &c.] Inſignis vir Nic. Heinſius legebat *qui perſuaſerunt* &c. Sed alterum nequaquam attentandum videtur: ut enim pronomen hoc relativum ſaepiſſime ita duriuſcule refertur ad praecedentia, (Confer ad Fab. XXVIII. alibique obſervata noſtra) ſic *perſuadere*, permovendi, incitandi notione, non cum accuſativo ſolummodo, ſed multoties etiam cum dativo conſtruitur. Frontinus Strat. III. 3, 5. *Apollonio* . . perſuaſit, *ut plauſtrum* . . *in ipſo portu poneret*. Sic ille alibi. Juſtinus XIII. 8. *bisque* perſuaſit, *ut* . . *ſuperveniant*. Vellejus II. 85. *citiusque* . . *quam illis ut ea precarentur* perſuaſum *eſt*. Sic noſter Fab. LXXXIV. & Aſtronom. II. 17. WOPKENS.

2 CUI PERSUASERUNT] *Qui* legit Nob. Heinſius. MUNCK. Diomedes & Neptolemus ad eum dicuntur eſſe miſſi a Philoſtrato Heroic. cap. v. §. 3. a Pauſania tantum Diomedes. Vide Meziriac. ad Ovid. Epiſt. I. Heróid. pag. 60.

## Ad CAP. CIII.

3 IPHICLI] Herculis frater à pleriſque quidem Ἰφικλῆς, ſed ab Apollodoro Ἰφικλῆς modo, modo Ἴφικλος appellatur; & forte etiam ab aliis, ut Πατροκλῆς & Πατροκλος, Νεοκλῆς & Νεοκλος, utraque terminatione agnoſcit Euſtathius. Certe Ἴφικλος dicitur quoque Diodoro lib. IV. & Euripidis Scholiaſtae, nec non Tzetzae ad Heſiod. Aſp. 21[illegible]. Τῷ Ἀλκαίου Ἡρακλῆς καὶ Ἴφικλος. Ἰφίκλῳ δὲ Ἴολαος. Male *Iphitus* ediderunt apud Serv. VIII. 803. Videri poſſunt Latini ab Ἴφικλος formaſſe *Iphiclus*, niſi malis ex AEolico Ἰφικλεύς primo *Iphicleus*, deinde *Iphiclus* dictum. quemadmodum *Tyndareus* & *Tyndarus*, *Herculeus*, & in Gloſſis ac Notis Tyronis *Herculus* invenitur. Sic *Androclus* eſt Gellio lib. V. cap. 14. qui Ἀνδροκλῆς AElian. VII. Animal. cap. 48. Adde quae notavimus ad Anton. cap. 34. & ſupr. ad cap. 70. Sed neque Herculis hic Iolaus fratris filius, neque Iphiclus frater, quamvis cognomines & huic & illi. Audi Genealogiam ex Euſtath. ad Iliad. pag. 245. Εἷς τῶν Αἰολιδῶν Φύλακος κτίσας πόλιν, Φυλάκην ὀνόμασεν. ἧς Ἰφικλος, ἧ Φύλακος, ἧ Ποίας καὶ Ἰφικλος. Ὧν Ποίαντος καὶ Μολύνης, Φιλοκτήτης. Ἰφίκλου δὲ καὶ Ἀστυόχης, Πρωτεσίλαος καὶ Ποδάρκης. MUNCK. Plut. de Herçule agens in Quaeſt. Rom. Tom. II. pag. 285. cum Iphiclem vocat: καὶ ἐπὶ πᾶσι τῷ Λικυμνίᾳ παιδὸς Οἰνῶ λέγ᾽ κύκα φοινθίντος, ὑπὸ τῶν Ἡρακλειτιδῶν, ἀναγκασθεὶς μάχην συνάψαι, τῶνδε κλέων φίλων τοκῆας ἀπέκτανε καὶ τὸν ἀδελφὸν ΙΦΙΚΛΕΑ. Recte Euſtathius Iphiclum Phylaci filium facit Proteſilai patrem. Ab avo enim Phylaco, Phylacides Proteſilaus vocatur a Propertio lib. I. El. XIX. vs. 7. & ab Ovidio, non vero ab oppido Phylace. Conſule Heinſ. ad Ovidii XIII. Epiſt. Heroid. vſ. 35. Saepe ſolent optimi Poëtae filios & nepotes eodem nomine patronymico adpellare. Conſule celeb. Virum in Vanno Critica cap. 9. pag. 382. Haec latius exſequitur Celeb. P. Burm. in Catalogo Argonaut. in voce *Iphiclus alter*.

4 IPHICLI ET DIOMEDEAE] An *Diomedeae* nomen recte ſcriptum ſit, ignoro. Apud Apollodorum Iphicli uxor, ex qua natus eſt Jolaus, Automeduſa nominatur. SCHEFF. *Automeduſam* eſſe Apollodoro annotat Cl. Schefferus. Sed ille Iolaus, cujus ea mater erat, Herculis fuit ἀδελφιδῆς, atque adeo alius ab hoc Hyginiano. *Aſtyoche* eſt Euſtathio, ut jam vidimus; unde heic poſſis *Aſtyocheae* facere, ſi quid velis mutare. MUNCK.

5 AP-

[6] tres horas conloqui liceret: quo impetrato, à Mercurio [7] reductus, tres horas cum eo conloquuta eſt. [8] Quod iterum cum obiſſet Proteſilaus, dolorem pati non potuit Laodamia.

## CIV. *Laodamia.*

LAODAMIA Acaſti filia, amiſſo conjuge, cum tres horas conſumpſiſſet, quas à diis petierat, fletum & dolorem pati non potuit. Itaque [9] fecit ſimulacrum [10] aereum ſimile Proteſilai conjugis, & in thalamis poſuit, ſub ſimulatione ſacrorum, & eum colere coepit. Quod cum famulus matutino tempore [11] poma ei adtuliſſet ad ſacrificium, per rimam adſpexit, viditque eam [12] ab amplexu

5 APPELLARUNT PROTESILAUM] Auſon. epigr. xx. & Epitaph. Her. xii. & Lact. Arg. Ovid. Met. xii. 3. nomen hoc ab incunabulis à patre ei impoſitum innuunt. Dictys lib. ii. ab AEnea, alii ab aliis occiſum ferunt. Vide Schol. ad Catal. Hom. 208. MUNCK. De hoc *Proteſilao* vide Tzetz. ad Lycophron. vs. 245, 528, 530, 533. Alium praeterea Ovidii locum adfert Columna ad Ennii Fragm. ex Andromacha pag. 241. nomen hoc ei ab incunabulis eſſe impoſitum innuentem. adoleſcens periit Proteſilaus. Vide Philoſtrat. cap. 2. Heroic. §. 2. Hujus Proteſilai uxor a Pauſania adpellatur *Polydora.* Conſule Celeb. P. Burm. in voce *Idas.* in Catal. Argonaut. ab Hectore occiſum cum Noſtro teſtatur Lucianus Dialogo x. Mortuor.

6 TRES HORAS] Vide Nobiliſſ. Heinſ. notas in Epiſt. xiii. Heroid. vers. 35. & Add. pag. 444. Cum Hygino facit Minutius Felix. MUNCK. De hac fabula Philoſtrat. Prooem. Heroicon §. 12. & ibi Olear. & cap. ii. §. 4.

7 REDUCTUS, TRES] Deeſt & hoc copulativa particula. Vide ſupra cap. 4. MUNCK.

8 QUOD ITERUM CUM] *Quare i.* fortaſſis, ut ſupra quoque. MICYLL. Micyllus, *quare.* Nihil mutandum. Cap. 79. *Quod Jovis eas cum vidiſſet. Quod* valet *ob quod.* Notatum id jam ad cap. 16. MUNCK.

## Ad CAP. CIV.

9 FECIT SIMULACRUM] De more hoc amantium apud veteres conſule Barth. Adv. lib. iv. cap. 22. Simile huic exemplum habes apud Apul. Mileſ. viii. MUNCK.

10 SIMULACRUM AEREUM] Hoc vix efficere Laodamia potuerit tacite, ac ut neſciretur. Quare ſcribo, *ſimulacrum cereum*, cum praeſertim ſequatur *juſſit ſignum comburi*, quod in aereum non poteſt convenire. SCHEFF. Cl. Scheffernus *cereum* mallet, quod mox dicatur illud ſimulacrum combuſtum. Sed non diſſimile eſt, quod de aureo illo Aaronis vitulo à Moſe narratur Deut. cap. ix. Trimalchio in Fragment. Trag. p. 42. ed. Blau. *Omnes ſtatuas aeneas, & aureas & argenteas in unum rogum congeſſit & eas incendit.* Sed τὸ *cereum* adſtruit epiſtola Laodamiae Naſoniana, ut docuit me Nob. Heinſius. Vide vers. 152. & 154. Admonet me locus Petronii, ut huic moneam, cum κατὰ πόδας deſcriptum tranſtuliſſe in Origines ſuas Iſidor. lib. xvi. cap. 19. *Nam dum hanc civitatem* (Corinthum) *Hannibal cepiſſet, omnes ſtatuas aeneas & argenteas in unum rogum congeſſit & eas incendit. Ita ex hac commixtione fabri ſuſtulerunt & fecerunt paropſides. Sic Corinthia nata ſunt, ex omnibus in unum, nec hoc nec illud.* Agnoſcis rurſus verba Petronii. MUNCK.

11 POMA] An *prunas?* Prunis enim nihil ſacrificio convenientius. Hor. iii. Od. 8. *Quid velint flores & acerra thuris Plena, miraris, poſituſque carbo in Ceſpite vivo.* Fulgent. lib. i. Myth. cap. 1. *In Domini adulationem aut coronas flectere, aut flores inferre, aut odoramenta ſimulacro ſuccendere conſueverat.* Ferri tamen aliquo modo τὰ *poma* videtur. Nam & variorum generum fructus Diis ſuis, quos inter defunctos quoque venerabatur ſtulta eorum credulitas, offerebant pagani. Conſule Saubert. de Sacrif. cap. 24. Notanda huic privata illa ἀντίστασις, qua conjuges à conjugibus privata religione colebantur; de qua jam egit Kirchmannus in de Fun. Rom. lib. iv. cap. 13. MUNCK. Haec vocabant ἐγκάρπια τέλη. Vide Schol. Sophoclis in Trachin. vs. 142.

12 AB AMPLEXU TENENTEM] Id eſt, amplexantem, ut recte expoſuit Cl. Scheffernus. Hinc

plexu Proteſilai ſimulacrum tenentem, atque oſculantem: aeſtimans eam adulterum habere, Acaſto patri nunciavit. Qui cum veniſſet, & in thalamos inrupiſſet, vidit effigiem Proteſilai: quae ne diutius torqueretur, juſſit ſignum & ſacra, pyra facta, comburi: quo ſe Laodamia, dolorem non ſuſtinens, inmiſit, atque uſta eſt.

## CV. *Palamedes.*

ULYSSES, quod [1] Palamedis Nauplii filii [2] dolo erat deceptus, in dies machinabatur, quomodo eum interficeret. Tandem inito conſilio, ad Agamemnonem militem ſuum miſit, qui diceret ei, in quiete vidiſſe, ut caſtra uno die moverentur. Id Agamemnon verum exiſtimans, caſtra uno die imperat moveri. Ulyſſes autem clam noctu ſolus magnum pondus auri, ubi tabernaculum Palamedis fuerat, obruit: item epiſtolam conſcriptam Phrygi captivo [3] ad Priamum dat perferendam, militemque

illa apud Naſon. epiſt. vers. 154. *Amplexus accipit illa* (cera) *meos.* Mallem tamen exturbare τὸ ὤϐ, & legere, *amplexum.* Aſtron. II. 8. *Quem Nemeſis non aſpernata amplexum tenens.* MUNCK. Conſule Servium ad VI. AEn. 447. Hanc fabulam reſpicere Philoſtratum ſeniorem lib. II. Iconum cap. 9. putat cl. Olearius.

## Ad CAP. CV.

1 PALAMEDIS NAUPLII FILII] Vide Lactant. ad Statii VI. Theb. 287. Euripid. Iphigen. in Aul. vs. 198, Παλαμήδην δ' ὃν τέκε παῖς ὁ Ποσειδῶνος. *Nauplius* enim Neptuni filius ferebatur. Sed conſule Celeb. P. Burm. Catal. Argonaut. in *Nauplius.* ſeptimo gradu a Belo originem trahere dicitur a Lactantio ad Statii I. Achill. vs. 94.

2 DOLO ERAT DECEPTUS] Illum dolum habes cap. 95. & apud Serv. AEn. II. 81. Aliam cauſam affert Euripid. Scholiaſt. ad Oreſt. vers. 432. ubi hanc fabulam luculenter exſequitur. Adde Dictyn lib. II. Schol. Stat. I. Achill. 93. MUNCK.

3 AD PRIAMUM] Cl. Schefferus mallet, *ad Palamedem.* Erat revera illa epiſtola ita ſcripta, ut à Priamo ad Palamedem data videretur. Sed ſimulavit Ulyſſes ad Priamum eſſe ſcriptam, & propterea Phrygi captivo dedit perferendam. MUNCK.

4 PALAMEDI A PRIAMO MISSA] Etiam hic nil mutandum. Ita enim & infra fab. 108. *in equo ſcripſerunt, Danai Minervae dono dant.* Similiter fab. 126. *quos illa conditione ita diſſert, cum telam detexuere, nubam.* Caeterum ſi haec epiſtola ſic fuit ſcripta, tanquam Palamedi a Priamo, quomodo ſtare poteſt, quod ſupra legitur, *ad Priamum dat perferendam?* ſcribendum erit *ad Palamedem*, niſi forte malumus *a Priamo ad Palamedem.* SCHEFF.

5 TANTUMQUE EI AURI POLLICETUR] An ſcribendum, *tantum qui ei?* Sed poteſt τῷ *polliceri* paſſiva ſignificatione uſus eſſe, ſicut ſolet in aliis ſimilibus. Vide indicem. SCHEFF. Cl. Schefferus ſuſpicatur ſcriptum fuiſſe, *tantum qui ei*, vel *polliceri* paſſive accipi. Quid ſi ex praecedentibus ſubaudias Priamus? Sic cap. ſeq. *Cum Agamemnone redit in gratiam, Briſeidamque ei reddidit.* ſc. Agamemnon. Quanquam fateor haec talia non tam eſſe latina, quam huic ſcriptori familiaria. Linguae genius potius poſtularet, *Briſeidam qui ei.* Eadem tamen ratio eſt in illis Lactantii I. Achill. vers. 93. *Quia* (legendum *qua*) *invidiâ Ulyſſis auctis inimicitiis fictam epiſtolam ad Palamedem Priami nomine, per quam agebat gratias proditionis, & commemorabat certum pondus auri eſſe tranſmiſſum, dedit captivo, & eum in itinere juſſit occidi.* Vide notas ad cap. 8. ubi pluribus hanc loquendi rationem illuſtravi. MUNCK.

6 OCCISUS EST] Lapidatum eum tradunt alii. MUNCK. Vide Meziriaci notas ad Ovidii Epiſtol. I. Heroid. pag. 32, 33. & Simſonii Chronicon A. M. 2814. ubi varias veterum de Palamedis

que ſuum priorem mittit, qui eum non longe à caſtris interficeret. Poſtero die cum exercitus in caſtra rediret, quidam miles epiſtolam, quam Ulyſſes ſcripſerat, ſuper cadaver Phrygis poſitam, ad Agamemnonem adtulit: in qua ſcriptum fuit, [4] *Palamedi à Priamo miſſa:* [5] tantumque ei auri pollicetur, quantum Ulyſſes in tabernaculum obruerat, ſi caſtra Agamemnonis, ut ei convenerat, proderet. Itaque Palamedes cum ad regem eſſet productus, & factum negaret, in tabernaculum ejus ierunt, & aurum effoderunt: quod Agamemnon ut vidit, vere factum eſſe credidit. Quo facto Palamedes, dolo Ulyſſis deceptus, ab exercitu univerſo innocens [6] occiſus eſt.

## CVI. *Hectoris lytra.*

AGAMEMNON [7] Priſeidam, [8] Briſae ſacerdotis filiam, [9] ex Moeſia captivam, [10] propter formae dignitatem, quam Achilles ceperat, ab Achille

medis morte opiniones recenſent. Inter eos qui Palamedem lapidatum tradiderunt, eſt etiam Tzetzes ad Lycophron. vſ. 305. qui vs. 1097. in Lepetymno monte ubis Methymnae ſepultum docet, nec non Philoſtrat. cap. 10. Heroic. §. 7. qui agit etiam §. 11. de ejus ſepultura. item Olear. ad lib. IV. cap. 13. de Apoll. Tyan. Meziriacus d. l. Agamemnonem una cum Ulyſſe in Palamedis necem conſpiraſſe obſervat. Conſule & Olear. ad Philoſtrati Heroica cap. x. §. 6. Dictyn Cretenſem. cap. 15. lib. II. De hac tota hiſtoria ab Homero omiſſa dubitatur. Vide Strabon. lib. VIII. p. 368. Sed conſer, quid Caſaubonus ibi ex Philoſtrato adferat.

## Ad CAP. CVI.

7 BRISEIDAM] Terminationibus Latinis crebro uti Hyginum oſtendimus in diſſertatione noſtra. In Catal. Pith. lib. IV. *Prodidit atque urbem bis Briſeida ſuam.* Dares ille, ſi Dis placet, Phrygius: *Briſeidam formoſam, altâ ſtaturâ* &c. Verum fuiſſe nomen ejus *Hippodamia* narrat Dictys lib. II. ut & alii. MUNCK. Conſule Meziriac. ad Ovidii Epiſtol. III. Heroid. pag. 227, & ſeq.

8 BRISAE SACERDOTIS] Regem facit Dictys. Utrumque verum eſſe poteſt, cum antiquitus multi, qui reges, etiam ſacerdotes eſſent. MUNCK. Apud pleroſque Orientis populos, coſque, qui illa horum inſtituta ſecuti ſunt, fuerunt reges ipſi, vel regibus dignitate proximi, ſacerdotes. Sic apud AEgyptios *Setbon* rex erat ac Vulcani ſacerdos, ut refert Herodotus lib. II. cap. 141. Adde J. Perizon. ad AElian. lib. XIV. V. H. cap. 34. *Cinyras* fuit rex Cypriorum, & ſacerdos Cypriae Veneris, ut docet Schol. Pindari Od. Pyth. II. vs. 27. Lycurgus Rex, & Sacerdos Jovis Nemei. vid. Tzetz. ad Lycophron. vs. 373. & Lutat. ad Statii IV. Thebaid. vs. 820. Proteus Rex & Sacerdos. Lact. ad Statii I. Achill. vs. 136. Reges autem olim e ſacerdotibus aut e bellicoſis apud AEgyptios eligebantur. Plut. Tom. II. p. 354. de Iſide & Oſir. ceterum apud pleroſque Graecos ac Romanos olim reges publica & ſacra regebant, & dignitas ſacerdotii aequare regiam ſolebat. Conſule latius Plut. Tom. II. pag. 279, 291. Adde Bernecc. ad Juſtinum lib. XXXVI. cap. 2. Hinc apud Athenienſes ὈΣΣΟΦΟΊΟΙ erant ditiſſimi ac genere inlustriſſimi, ut e Suida diſcimus in hac voce. Adde Spanh. ad Callim. H. Pall. vs. 34. hinc apud Romanos Salii e patriciis eligebantur, ut pluribus docet Gutberlethus de Saliis cap. 9. Plura id genus alia adduci poſſent, ſed ἰσχνὸν. Quid itaque obſtat, quo minus hic *Briſes* ſimul Rex, & Apollinis fuerit ſacerdos?

9 EX MOESIA] Ex oppido Lyrneſſo, quod Λυρνησσὸν appellat Schol. Hom. ad Iliad. A. vers. 366. edit. Leid. & Camerarii. Sed Λυρνησσὸς rectè editum à Bedrotio. MUNCK.

10 PROPTER FORMAE DIGNITATEM, QUAM] Inciſum eſt tollendum poſt *ve dignitatem*, vel tranſponenda verba: *Quam Achilles ceperat, propter*

Achille abduxit, eo tempore, quo [1] Chryſeida [2] Chryſi ſacerdoti Apollinis [3] Zminthi reddidit. [4] quam ob iram Achilles in praelium non prodibat, ſed cithara in tabernaculo ſe exercebat. Quod cum Argivi ab Hectore fugarentur, Achilles objurgatus à Patroclo, arma ſua ei tradidit: quibus ille Trojanos fugavit, aeſtimantes Achillem eſſe, Sarpedonemque [5] Jovis & Europae filium occidit. Poſtea ipſe Patroclus ab Hectore interficitur, [6] armaque ejus ſunt detracta Patroclo occiſo. Achilles cum Agamemnone redit in gratiam, [7] Briſeidamque ei reddidit. Tum contra Hectorem cum inermis prodiſſet, Thetis mater à Vul-

*propter formae dignitatem ab Achille abduxit.* Dignitatem formae muliebri tribuit etiam cap. 78. Qua de re vide Heinſ. ad Vellej. lib. II. cap. 28. MUNCK.

1 CHRYSEIDA] Scribendum putem, non quod vitioſum ſit *Chryſeida*, ſed quod Latinas terminationes amet noſter, *Chryſeidam*. Cap. 121. *Chryſeidam abduxit.* MUNCK.

2 CHRYSI] Fratrem Briſis fuiſſe hunc, & in urbe Chryſe habitaſſe quidam tradidere. Dictys lib. II. *Interfecto dein Ectione, qui bis locis imperitabat, magnis opibus naves replet, abducens Aſtynomen Chryſi filiam, quae eo tempore regi denupta erat.* Euſtath. ad Iliad. Γ. 58. edit. Baſ. Χρύσῃ μὲν θυγάτηρ Ἀστυνόμη, τῷ δὲ Βρίσῃ δὲ Ἱπποδάμεια. Confer Tzetz. in Lycophr. p. 57. ed. Steph. MUNCK.

3 ZMINTI] *Smynthei.* MICYLL. Homero eſt Σμινθεύς, id quod Latine eſſet *Smintheus. Sminthius* eſt Dicty lib. II. Vid. Infra, f. 120. SCHEFF. Reſcribe *Zminthii* vel *Zminthi*. Z pro S ſaepe poni oſtendemus infr. ad cap. 251. ubi *Zmyrna* pro *Smyrna* habes. Ampelius cap. 8. *Quartus (Sol) qui Rhodi natus eſt, cujus etiam Zminthus eſt filius.* Forte *Zminthus* reſcribendum. Schol. Hom. ad Iliad. A. 39. Σμινθεῦ, ὦ Σμινθεῦ, ἔστι δ ἐπίθετον Ἀπόλλωνος Σμινθεύς. *Sminthium* appellat quoque Servius ad AEn. III. 113. ubi diſputat de origine hujus cognominis. Clemens Alexandrinus pag. 25. edit. Morell. *Polemo autem refert eos, qui habitant circa Troadem, colere mures, qui ſunt in iſtis regionibus; quos ipſi appellant* Σμινθεῖς, *quoniam arrodebant arcus ſuorum hoſtium; & Sminthium Apollinem ab illis muribus appellarunt.* Etymolog. magni auctor Cretenſes appellare mures σμινθεῖς ſcribit in Σμινθεύς. quod & apud Tzetzen legas in Lycophr. pag. 193. AElian. Anim. lib. XII. 5. Τοὺς Αἰολέας καὶ τοὺς Τρῶας τὸ μῦν σεβομαγορεύειν Σμινθέα. Macrob. I. Sat. 17. Smintheus appellatur, ὅτι ζέειν θεῖ, *quia fervens currit.* Scopticè *Sminthiorum perniciem murium*, eum vocitat Arnob. lib. III. MUNCK. Poteſt etiam ſcribi *Zminthei.* De quo Apolline *Zminthco* conſulendus Ampliſſimus Cuperus in Monumentis Antiquis pag. 212, 213, & quae Spanhemius ad eum ſcripſit pag. 217. inſpicienda. Hujus Apollinis Zminthei templum eſt & in Tenedo, ut docet Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 536. De oppido Zminthio Meurſ. in Creta pag. 219. Hoc unum addo, Vulcanum, (hic autem idem qui Sol ſive Apollo habetur) apud AEgyptios muribus praefuiſſe, eumque AEgyptios muribus, hoſtium arma qui corroderent, inmiſſis, e praeſenti periculo dici ſervaſſe. Vide Herodot. lib. II. cap. 141.

4 QUAM OB IRAM ACHILLES IN PRAELIUM NON PRODIBAT.] Hoc vitioſum eſt. Legendum vel, *quam ob rem*, vel, *quare ob iram*, ut *ob iram* ſit, *quia erat iratus.* SCHEFF. Cl. Schefferus conjicit, *quare ob iram* vel *quam ob rem.* Quid ſi legas, *quam ob injuriam?* Notum enim, quam multa, compendio ſcripturae ſeducti, corruperint Vett. auctorum loca librarii. Dictys lib. II. *Achilles memor injuriae ſupra dictae abſtinendum publico conſilio decreverat.* MUNCK. Cave illud *quam ob iram*, pro ob quod iratus, tentes. Livius II. 22. *Volſci comparaverant auxilia, quae mitterent Latini... Hac ira conſules in Volſcum agrum legiones duxere.* Aurel. Victor. V. Ill. c. XXIV. 5. *Patronus a civibus appellatus. ..* Qua ſuperbia *elatus eſt, cum* &c. Sulp. Severus H. S. I. 8. *Eſau autem fratri necem moliebatur.* Quo metu *Jacob* &c. Plura aliàs. Et locum hunc Hygini jam dudum intelligo vindicatum a Perizonio Anim. Hiſtor. c. II. p. 64. WOPKENS.

5 JOVIS ET EUROPAE] Ita quidam voluerunt. Homerus autem ex Jove & Laodamiâ Bellerophontis filiâ, Dictys lib. II. ex Xantho & Laodamia natum tradit. MUNCK. Sarpedonem Europae filium facit Herodotus lib. I. cap. 173, item Lactant. ad Statii lib. IV. Theb. 531. Adde Meurſium in Creta l. III. c. 2. Servius ad Virgil. lib. I. AEn. vs. 104, Homerum imitatus, dicit, *Eſt autem SARPEDON Jovis filius*

Vulcano arma ei impetravit, quae Nereides per mare adtulerunt. Quibus armis ille Hectorem occidit, [8] adſtrictumque ad currum traxit [9] circa muros Trojanorum, quem ſepeliendum cum patri nollet dare, Priamus Jovis juſſu, duce [10] Mercurio in caſtra Danaorum venit, & filii corpus [11] auro repenſum accepit, quem ſepulturae tradidit.

## CVII. *Armorum judicium.*

HECTORE ſepulto, cum Achilles circa moenia Trojanorum vagaretur, ac [12] diceret, ſe ſolum Trojam expugnaſſe; Apollo iratus, Alexandrum

*lius & Laodamiae, ut alio loco, QUIN OCCIDIT UNA SARPEDON MEA PROGENIES, occiſus a Patroclo Menoecii filio, armis Achillis induto. Hujus interitum Juppiter proſecutus dicitur imbre ſanguineo.* Plures fuere *Sarpedones*, ut e Rittershuſio ad Oppiani Halieutica docet de la Cerda. Schol. Apollonii Rhodii lib. I. vs. 216. loquitur de *Sarpedone* Thraciae rege, Neptuni filio, fratre Poltyos, de quo Apollodor. lib. II. p. 123. Duos Sarpedones agnoſcit Euſtathius ad Homerum. Conſule Meziriac. ad Ovidii Epiſt. I. Heroid. pag. 50. 51. pluribus de hoc heroe agentem: qui, quinam Sarpedon Lycius Pindaro Od. Pyth. III. vs. 198. Athenaeo lib. I. cap. 11. pag. 13. & Philoſtrato p. 352. vocetur, lectorem docebit.

6 ARMAQUE EJUS SUNT DETRACTA] Haec nec integra, nec bene diſtincta ſunt. Sic autem debent ſcribi: *armaque ei ſunt detracta. Patroclo occiſo, Achilles cum Agamemnone rediit in gratiam.* SCHEFF. Clariſſ. Schefferus legit, & diſtinguit: *armaque ei ſunt detracta. Patroclo occiſo, Achilles* &c. MUNCK. Satis illud recte ſe habet *ejus*, neque *ei* ſubſtitui opus eſt. Sulp. Severus H. S. II. 18. *omnia templi ornamenta detraxit.* ubi *detrahere* ita paſſim abſolute accipi pro abripere, tollere, cumulatius oſtendemus. WOPKENS. Conſule Lact. ad Statii I. Achill. vs. 175. Sed contraria de armis Achillis Philoſtrat. cap. XIX. Heroic. §. 4. referens, in ſuis armis Patroclum occiſum eſſe adfirmat. Vide & §. 7. & ibi Olear.

7 BRISEIDAMQUE EI] Barthius, *qui Briſeidam ei.* Mallem, *Briſeidam qui ei.* Nam ſolet noſter non raro ſic tranſponere, ac ſimile quid obſervavimus ſupra fab. 105. SCHEFF.

8 ADSTRICTUM AD CURRUM] Balteo nempe, quem ei Ajax donaverat. Vide infr. cap. 112. MUNCK. Vide Mizeriac. ad Ovidii Epiſtol. I. Heroid. IX. de Achille ita Propert. lib. II. El. 7. vs. 25.

*At poſtquam ſera captiva eſt reddita poena,*
*Fertem illum AEMONIIS HECTORA traxit EQUIS.*

Conſule Tzetzen, & Meurſium de *balteo* ad Lycophron. vs. 464.

9 CIRCA MUROS] Mallet forte aliquis, *circum.* Virg. Aën. II. 275. *Vulneraque illa gerens, quae circum plurima muros Accepit patrios.* Pentadius, ſive Maximianus eſt, in tumulo Hectoris lib. III. Catal. Pith. *Hunc ferus AEacides circum ſua moenia traxit, Quae juvenis manibus texerat ante ſuis.* Sed *circa* eodem ſenſu uſurpat etiam Curtius lib. IV. cap. 6. *Religatumque ad currum traxere circa urbem equi* &c. Servius ad Ecl. IX. 6. *Quo circa muros patriae tractus eſt.* MUNCK.

10 MERCURIO DUCE] Vetus interpres Hor. ad lib. I. Od. X. *Priamus Mercurio duce per caſtra Graecorum venit ad Achillem, à quo redemit corpus filii.* MUNCK.

11 AURO REPENSUM] Pentadius, ſive alius ille eſt epigrammatarius, in Catal. Pith. *Sed raptum pater infelix auroque repenſum Condidit, Et moerens hac tumulavit humo.* Hor. lib. III. Od. III. *Auro repenſus ſcilicet acrior Miles redibit.* Plinius lib. XXXIII. cap. 3. *Auro repenſum caput ejus excijſum.* Vellej. II. cap. 6. *Quod capitis non dicam Graccbi, ſed civis Romani, pretium ſe daturum, idque auro repenſurum proſeſſus eſt.* Auſon. Perioch. 24. Iliad. *Ut auro rependeret filium exanimum. Expendere* eo ſenſu cum Plauto utitur Victor Illuſtr. cap. 65. *Caput Graccbi ad Optimium relatum, auro expenſum fertur.* Tzetzes ad Lycophr. pag. 53. Λυκόφρων δὲ καὶ ἄλλοι τινὲς (φασι) ζυγοστάμενόν αὐτὸν ἴσον χρυσὸν δοῦναι τῷ Πάρι. Contra quam ſententiam ipſe tamen diſputat p. 54. MUNCK. Auro *penſatum* dicit Florus III. 15, 6. Locus, quo Hector ſepultus eſt, deſignatur a Tzetze ad Lycophron. vs. 1194.

## Ad CAP. CVII.

12 DICERET SE SOLUM] Haec eſt vox illa

xandrum Parin ſe ſimulans, [1] talum, quem [2] mortalem habuiſſe dicitur, [3] ſagitta percuſſit, & occidit. Achille occiſo, ac ſepulturae tradito, Ajax Telamonius, quod [4] frater patruelis ejus fuit, poſtulavit à Danais, ut arma ſibi Achillis darent: [5] quae ira Minervae abjurgata ſunt ab Agamemnone [6] & Menelao & Ulyſſi data. Ajax [7] furia accepta, per inſaniam pecora ſua & ſe ipſum vulneratum occidit eo gladio,

magna, cujus Horatius meminit lib. IV. Od. VI. MUNCK.

1 TALUM] Fulg. III. Myth. cap. 7. Hephaeſtion apud Photium pag. 487. Servius ad AEn. VI. 57. *Achilles tinctus à matre in Styge palude toto corpore invulnerabilis fuit, exceptâ parte, qua tentus eſt.* Iiſdem verbis haec narrat vet. Stat. Commentator ad Achill. lib. I. vers. 134. niſi quod pro *Styge* exhibet *Stygon*, quod procul dubio mutandum in *Stygos* vel *Stygid* potius. Elegans eſt hac de re vetus Epigramma: *Cauta quidem genetrix noceant ne vulnera nato, Confirmat Stygio fonte puerperium. Sed quia fas nulli eſt humanam vincere ſortem, In membris tincti dant ſibi fata locum.* Manum habuiſſe vulnerabilem autumat Dictys lib. III. Sed cum Hygino vetus Horatii Comment. ad Epod. 13. Quintus Calaber lib. III. aliique faciunt. MUNCK. Adde Lutat. ad Statii II. Achill. vs. 72. & ad III. Achill. vs. 84. Meziriac. ad Ovidii III. Epiſt. Heroid. pag. 224. & quos laudat Olear. ad Philoſtrati Heroica cap. XIX. §. 14, quo pars iſta inmortalis abierit, docturos.

2 MORTALEM] H. e. vulnerabilem. Lactantius Arg. fab. 7. lib. XII. Met. *Arcum Alexandri in Achillem convertit, ut ſagittam in eum dirigere poſſet, talumque, quod fuit in corpore ejus mortalis, percuſſit, & interemit.* Raenerius edidit: *Qui fuit in corpore ejus mortalis.* Sed perperam, ut oſtendo ad illum ſcriptorem. Dedit hoc Apollo Neptuni precibus, ut mortem filii Cycni ab Achille ulciſceretur. MUNCK.

3 SAGITTA PERC. ET OCC.] Hinc Sophocl. Philoct. vs. 333. ubi Neptolemus Philoctetu haec de Achille narrat.

Τίθνηκεν ἀνδρὸς ἀδικοῦς, θεῷ δ' ὕπο
Τοξευτὸς ὡς λέγουσιν ἐκ Φοίβου δαμείς.

A Paride & Apolline occiſum ait Pauſanias lib. I. cap. 14. Alii a Paride in templo Apollinis Thymbraei interfectum dicunt. Conſule Micyll. & Cioſan. ad Ovid. lib. XII. Met. vs. 609. item Munck. ad fab. 110. ubi ab Alexandro ſive Paride, & Deiphobo dicitur interfectus. a Plutarcho item Sympoſiac. lib. IX. quaeſt. 13. pag. 742. a Paride interfectus memoratur. A Pentheſilea Achillem interfectum docet Ptol. Hephaeſtio lib. VI. apud Photium pag. 487. Quidquid ſit, abſurde Iſirus refert, Parin ab Achille & Patroclo fuiſſe praelio victum. Vide Plutarch. in Theſeo p. m. 16. C. quod falſum eſſe, hic vidimus, & ſatis liquebit ex iis, quae ad caput 112. dicemus. Plura de Achillis nece docebitur Lector ab Oleario ad Philoſtrati cap. XIX. §. 4. Heroicon & §. 11. De ejus ſepulcro ad §. 12. & lib. IV. de Apollon. Tyan. cap. 11.

4 FRATER PATRUELIS] Ita etiam locuti Sueton. cap. 29. Caeſ. Juſtinus VII. 6. Lactant. lib. XIII. Met. Arg. fab. 1. Spartianus Caracalla cap. 3. Vellej. lib. I. cap. 1. Sulpicius Severus, & alii. Gloſſ. Steph. *Frater patruelis*, ἀνεψιός. Gloſſ. Nomicae: Φρᾶτερ πατρίλις, ἐξάδελφος τοῦ πατρός. Leg. πατρί. MUNCK. Hanc fabulam deridet etiam Lucianus Dialogo XIII. Mortuor.

5 QUAE IRA MINERVAE ABJURGATA SUNT] *Abjudicata* MICYLL. Micyllus putat, *abjudicata ſunt*. Retinet Barthius & exponit, *jurgio ſeu litigio abjudicata ſunt*. Et ſane *jurgare* proprio eſt *jure agere*. *Sic abjurgata* erunt, quae judiciaria actione cui adempta ſunt. Sed ſic ſcribendum fuerit, *quae ei ira Minervae abjurgata fuit*, ut *ei abjurgata* ſit pro *jurgata ab eo*. SCHEFF. Supplet Cl. Schefferus, *quae ei ira* &c. Et ſane id poſtulat orationis nexus. Micyllus fruſtra volebat *abjudicata* pro *abjurgata*. *Abjurgare* eſt jurgio ſeu litigio, abjudicare, ut bene interpretatur Barthius. *Iurgium* enim eſt judicium, unde *abjurgare* idem, quod abjudicare. Sulpitius Severus lib. II. *Ithacius in jurgiis ſolitus* h. e. judiciis. Gloſſ. Vett. *Jurgium*, δίκη, ἀψιμαχία, ἀμφισβήτησις, ἀντιπλαγισμός, ἐγκλογία. Feſtus: *Jurgatio. juris actio.* Caeterum jurgium illud inter Ulyſſem & Ajacem ſuper Palladio fuiſſe narrat Dictys lib. V. pag. 137. Sed ab Hygino ſtant Homerus Odyſſ. Λ. 544. Ovid. XII. Metam. Schol. Hypotheſ. Ajacis Flagell. Sophoclis, aliique. MUNCK. De Achillis armis Ajacem & Ulyſſem cer-

gladio, quem ab Hectore muneri accepit, dum cum eo in acie contendit.

## CVIII. *Equus Trojanus.*

ACHIVI cum [8] per decem annos Trojam capere non poſſent, Epeus monitu Minervae equum mirae magnitudinis ligneum fecit, eoque ſunt conlecti, Menelaus, Ulyſſes, Diomedes, [9] Theſſander, Sthe-

tertaſſe, docent nos pictores apud AElian. lib. IX. V. H. cap. II. propter quae arma Hectori adjudicata Ajacem furore correptum gladio ſibi vitam eripuiſſe docet Euripides in Helena vs. 95. item Tzetzes ad Lycophron. 454. Quam vero corporis partem vulneraverit Ajax, non convenit inter ſcriptores. Conſule Celeb. P. Burm. ad Ovid. XIII. Met. 392. & Meziriac. ad Ovidii Epiſt. III. Heroid. pag. 248. Anticlides vero Ajacem a Paride interfectum tradit. Vid. Munck. ad fab. 112. Teucrum hujus caedis accuſavit Telamon, ſed cauſſam dixit Teucer e navi in gurgite Pyraeci poſita, & a Telamone hoc crimine abſolutus eſt. Pauſan. lib. I. cap. 28. in fine. Nimius eſſem, ſi omnia, quae in comperto habeo, de hiſce armis referrem, conſule itaque Lector. Sophocl. in Philoctete 370. Celeb. P. Burm. ad Ovid. XIII. M. 383. Philoſtrat. cap. XI. Heroic. §. 3. Ptol. Hephaeſtion. lib. V. apud Photium pag. 483. Columnam ad Ennii fragm. pag. 220. De Ajacis ſepulcro ac templo Plut. in Demoſthene pag. 859. P. Leopard. lib. IX. Emendat. cap. 15, 16. Serv. ad II. AEn. 506. Meziriac. ad Ovidii Epiſtol. III. Heroid. pag. 251. Olear. ad Philoſtrati cap. I. Heroic. §. 2. ad cap. II. §. 9 Pauſan. lib. I. cap. 35. pag. 86. ubi & de armis agit.

6 ET MENELAO] Qui a Plutarcho lib. I. Sympoſ. Quaeſt. 2. T. II. p. 616. dicitur ἀπὸ τῆς παροιμίας, ὅτι τρόμος ἐγένετο μὴ παραχλήσαι.

7 FURIA ACCEPTA] H. e. dolore & inſania correptus, ut loquitur Schol. Vet. Hor. ad II. Sat. III. Furia eſt furor. Martialis lib. II. epigr. 43. *At me, quae paſſa eſt furias* &c. Apulej. Junior. cap. 4. *Mentes in furiam mittit.* Fulgent. I. Myth. cap. I. *Domini furiam evitantes.* & cap. 6. *Furiam concipere.* Sic Virgil. AEn. IV. 474. *Concepit furias.* Vide ibi Servium. Forte & huic *concepta* ſcribendum. Heſiod. Θεογ. 472. Τέκεσθαι δ' Ἐρινῦς παντὸς ἰσῶ. h. e. furorem. MUNCK. Munkerus conjicit *furia concepta.* Sed ſic nimis ſaepe mutandum alterum verbum foret. Dares Phryg. de Exc. Troi. c. XXXVI. *Ille dolore* accepto, . . *Penthesilteam obtruncat.* Quin. III. Declam. XV. 6. *odium, inquit*, accepi. Vetus Int. Act. XXVIII. 15. *quos cum vidiſſet*, . . accepit *fiduciam.* Cyprianus ad Donat. p. 3. *timor . . teneatur, ne* accepta *ſecuritas* intelligentiam pariat. Sic *pectore accipere*, Lucanus lib. I. *accipere foetum, accipere in uterum*, Lactantius Epit. c. XLIV. WOPKENS.

## Ad CAP. CVIII.

8 PER DECEM AN.] E Propertio III, 7, 40. *Et Danaûm decimo vere rediſſe rates* Trojam nono expeditionis anno flagraſſe probat Marshamus in Chronico Sec. XII. p. 328. ſed Broukh. pro *decimo* in Propertio legit *undecimo.* Euripides in Helena vs. 110. inducit Teucrum Helenae memorantem, Trojam ſeptimo expeditionis anno fuiſſe expugnatam, ſed Graecos decem annos tranſegiſſe, antequam domum reverſi ſunt. Herodicus docet, Graecos in Troja expugnanda non totum decennium conſumpſiſſe, ſed interim ſuperiora inferioraque Aſiae loca circumvehentes, rei militari, ac praeliis operam dediſſe, & manubiis caſtra impleviſſe, decimo vero fatali Trojanis anno inſtante, cunctos adventaſſe Trojam exciſuros. Vid. Heraclid. Pontic. Allegor. Homeric. pag. 424, 425. Thucydides lib. I. cap. II. refert, Trojanos Graecis toto decennio facile reſtituſſe, quia plerique e Graecorum militibus penuria victûs continuo praedatum exeuntes, agroique Cherſoneſi exercentes huc illuc diſperſi procul a caſtris aberant.

9 THESSANDER] Meminit huius inter duces Graecorum etiam Dictys Cretenſis, ſed eſt ipſi *Theſſandrus*, filius *Polynicis.* SCHEFF. *Theſſander* audit cap. 60. Dictys in Catal. Graecorum ducum *Theſſantrum* appellat quoque. *Theſſanarus*, inquit, *Polynicis. Tydeum* Virgil. AEn. II. 261. ſed Servius *Tydeumnum*, ut edi curavit Nob. Heinſius: quod firmat auctor Orig. Gentis Romanae. Videtur non heri ſane, vel nudius tertius illo loco vitium cepiſſe Virgilium, cujus ex eo loco verba ita adducit in Crequii editione

Sthenelus, [1] Acamas, Thoas, Machaon, Neoptolemus. Et in equo ſcripſerunt, [2] *Danai Minervae dono dant:* caſtraque [3] tranſtulerunt [4] Tenedo. Id Trojani cum viderunt, arbitrati ſunt hoſtes abiiſſe. Priamus equum in arcem Minervae duci imperavit, [5] feriatique magno opere ut eſſent, edixit. [6] Id vates Caſſandra cum vociferaretur, ineſſe hoſtes, fides ei habita non eſt. Quem in arcem cum ſtatuiſſent, & ipſi noctu luſu atque vino laſſi obdormiſſent, Achivi ex equo, aperto à [7] Sinone, exierunt, & portarum cuſtodes occiderunt, ſocioſque, ſigno

editione Vetus Horatii interpres ad lib. IV. od. IX. *Tiſandrus Steneluſve duces.* Melius Badius & Henricus Petri in ſuis: *Terſandrus Sthenelusque duces.* Θέρσανδρος enim Graecis eſt. Vide Apollod. lib. III. pag. 158. MUNCK.

1 ACAMAS] Virgil. AEn. II. 260. eſt *Athamas*, quem Demophoontis filium facit Servius. Sed perperam, ut oſtendit Nob. Heinſius ad epiſtol. Sabini pag. 525. Tzetzes in Lycophronem pag. 79. edit. Steph. Ὁ Ἀκάμας ὁ υἱὸς τῆς Θησέως. quod & pag. 87. repetit. Fuit ergo frater Demophoontis, non filius *Acamas*. Ita enim, non *Athamas*, ejus recenſio exhibet. quod procul dubio probandum. Acamas enim inter Graecorum duces fuit. Cretenſis Dictys lib. I. *Poſtremi omnium Demophoon atque Acamas fuere.* Vitioſa ergo, quae idem ſcribit, vel librarius lib. V. pag. 135. *AEthram & Clymenam Demophoon atque Athamas habuere.* Auctoribus illis, quos ad Sabinum Vir illuſtris laudat, addendus & Diodorus lib. IV. pag. 264. & Heſych. in Ἀκάμαντι. Eſt idem ille Acamas, qui ad Helenam repetendam mittitur cum Diomede apud Iſacium in Lycophr. & Parthenium cap. 16. Erot. MUNCK. De Acamante Theſei filio Demophoontis fratre Pauſan. lib. I. cap. 5. p. 13. Schol. Eurip. Hecub. vs. 115. Adde ejus paraphraſten pag. 17. Meziriac. ad Ovidii Epiſt. II. Heroid. p. 121. Plures fuere Acamantes. De Acamante Euſſori filio Schol. Apoll. Rhodii I. Arg. 948. Alios recenſet Celeb. P. Weſſeling lib. II. Obſ. cap. 26. Mneſtheum, Teucrum, & plures Theſei filios in hoc equo fuiſſe docet Pauſanias lib. I. cap. 23. p. 55.

2 DANAI MINERVAE] Titulus hic erat ferro inciſus. Accius in Deiphobo, ut refert Servius ad AEn. II. 17. inſcriptum eum ita fuiſſe prodit: *Minervae donum armipotentes Danai abeuntes dicant.* Schol. Hom. ad Iliad. β. 278. Ulyſſem excogitaſſe lignei hujus equi fabricam, atque ideo a Poëta πτολίπορθον appellatum memorat. Alii Prylin Mercurii filium Graecis monſtraſſe eam volunt. Vide Scholiaſt. Lycophron. pag. 45. ed. Steph. MUNCK. De equo Pauſan. lib. I. cap. 23. pag. 55. Serv. ac Cerda ad Virg. II. AEn. 15. Manut. ad Cic. X. ad Fam. Ep. 13.

3 TRANSTULERUNT TENEDO] Micyllus putat *Tenedum*. Ego nihil cenſeo mutandum *Tenedo* eſt per Ellypſin praepoſitionis, pro *in Tenedo*, in Tenedo autem, pro in Tenedum, ut ſolet noſter. SCHEFF. *Tenedum* mallet Micyllus. Non opus eſt. Juſtinus lib. XXV. 4. *Cum copias Cherſoneſo tranſpoſuiſſet.* Quod nolim à viro docto ſollicitari. Lact. Argum. lib. XIII. Met. Ovid. fab. 2. *Thraciae cum eſſet appulſa.* Nec hoc mutari à Raenerio merebatur. Vide Not. ad cap. 15. Caeterum an verum ſit, quod docent (liceat mihi uſurpare verbum Servii) artigraphi, dativum pro ablativo poni, de eo in multis, quae adducunt, exemplis, haud immerito addubites. Diſſuadent id tot exempla, in quibus τὸ *in*, quod heic ſubaudiri poſſe recte cenſet Cl. Schefferus, in motu ad locum cum ablativo ponitur, de quibus egimus ad cap. 92. Suadere contra videntur cum illa, quae ad cap. 15. diximus, tum illud Julii Obſequentis cap. 43. *Ne unquam Romae reverteretur.* ut & hoc in Fragm. Trag. pag. 33. edit. Coner. *Forte Dominus Capuae exierat.* & Iſidor. Orig. lib. VI. 5. *Romae primus librorum copiam advexit AEmilius Paulus.* Sed & iſta, modo menda vacent, ſi ellipſin ſuppleas, aliter explicare poſſis. Nimirum *reverti Romae, exire Capuae* eſſet *in* vel *ad urbem Romae reverti, in* vel *ad urbem Capuae exire.* Atque ita capio, quod ex vetere aliquo ſcriptore hauſiſſe is omnino videtur, illud Chariſii lib. II. *Domi venit*, hoc eſt, inquam, *in aedes domi.* Quod ejuſdem illius modo laudati Fragmenti pag. 42. ſequitur corruptum eſt, ſed leviculâ mutatione reſtituas, ſi legas, *è gaſtris.* Amphoras enim modo appellaverat. Γάστρα & γάστρη, vas ventroſum, à γαστὴρ ſic dictum. *Gaſtrum* vas aeneum cum anguſto fundo exponi in Gloſſis Arabico-latinis invenit Voſſius, ut teſtatur ipſe in de Vitiis Sermon. lib. III. cap. 13. Verum non ad aenea tantum, ſed & fictilia extendendum eſſe hoc vocabulum, vel ipſe Petronius

ſigno dato, receperunt, & Troja ſunt potiti.

## CIX. *Iliona.*

PRIAMO Polydorus filius ex Hecuba cum eſſet natus, Ilionae filiae ſuae dederunt eum educandum, quae [8] Polymneſtori regi Thracum erat nupta, quem illa pro filio ſuo educavit. Deiphilum autem, quem ex Polymneſtore procreaverat, pro ſuo fratre educavit, ut, ſi [9] alteri eorum

nius pridem editus nos docet. Addam & hoc, ὡς τὸ παρὸν, excidiſſe videri viro magno, quae Feſtus habet, *in Cingulo*, & illos Horatii verſiculos lib. 1. epiſt. 13. *Faſciculum portes librorum, ut ruſticus agnum, Ut vinoſa glomus furtivae Pyrrhia lanae.* cum ejuſdem operis lib. 1, cap. 10. *glomi* & *glomus* inter barbara numeraret. Tenedo, ut è diverticulo in viam redeamus, nomen dediſſe Tenem Gyſis filium ſcribit Servius ad AEn. 11. 21. Corrige *Cycni* ex Homeri Schol. ad Iliad. A. 38. & Euſtath. in Dionyſ. p. 78. quibus dicas etiam perperam *Hemitheam* appellari Tenis ſororem à Servio, cum nomen ei *Leucothea* fuerit. Sed *Hemithea* vocatur à Cononе, atque ita in Servio ſcribendum. Erat autem hic Cycnus Neptuni filius, ut idem tradit. Leucophrys ante appellata ea inſula: male enim Ἀδελφὸς in Leidenſi & Baſileenſi illorum Scholiorum editionibus exhibetur, pro Ἀδελφοῦ, quomodo rectè Bedrotiana. Hiſtoriam prolixè narrat Tzetzes in Lycophron. pag. 46. edit Baſ. Adde Ciceronem III. de natura Deorum. Cononem cap. 28. apud Photium, Heraclid. περὶ πολ. & quae notavi ad cap 176. MUNCK. Adde Potter. ad Lycophron. 346. Cuper. in Monumentis Antiquis pag. 203, 215, 216. & quos laudat Celeb. P. Burm. in Var. Lect. Serv. ad II. AEn. 21. De heroe *Tene*, propter quem Achillis nomen in Tenedo non auditur, etiam Plut. Quaeſt. Graec, Tom. II. p 297.

4 TENEDO] *Tenedum.* MUCYLI.

5 FERIATI] Hor. lib. IV. Od. VI. *Male feriatos Troas, & lactam Priami cbereis Falleret aulam.* MUNCK. Philoſtratus lib. V. de Ap. Tyan. cap. 26. Trojanos ebrios fuiſſe indicat. Cic. pro L. Murena cap. 37. *Intus, intus, inquam, eſt equus Trojanus, a quo numquam, me Conſule, dormientes obprimemini.* Pro fabula Trojanam expeditionem videtur habere Plutarchus Quaeſt. Rom. Tom. II. pag. 287. ſed de hac lite hic agendi non eſt locus.

6 ID VATES CASSANDRA] Illud *id* puto factum ex poſtrema ſyllaba verbi praecedentis, & delendum. SCHEFF. Τὸ *id* velut natum ex ultimâ praecedentis vocis ſyllabâ, deleri jubet Cl. Scheffer. Videri tamen poteſt τὸ *id* pro *eb id* poſitum, ut cap. 122. *Id Aletes, AEgiſthi filius cum reſciſſet, ex Atridarum genere neminem ſupereſſe, regnum Mycenis occupare coepit.* 174. *Id Althaea mater, ut audivit filium ſuum tantum facinus eſſe auſum* &c. Terent. A. I. 1. vers. 130. *Et id nunc operam do.* Eun. V. 6. 4. *Nunc id prodeo.* Multa id genus congeſſit Popma in de Antiq. Locut. lib. II. cap. 2. Adde quae notavi ad cap. 16. & 34. MUNCK.

7 SINONE] Sinon hic nepos Autolyci fuit, filius AEſimi. Autolycus enim ex Amphithea genuit AEſimon & Anticliam. Vide Tzetzen ad Lycophr. pag. 58. Αἴσιμος δ' ὁ Ἀμφιθέας ἀδελφὸς ἦν &c. Sinon ipſe apud Tryphiod. in Trojae Haloſ. Αἴσιμον κλείουσι βροτοὶ κόλπῳ ἐνὶ Τροίης. Mirifice corruptus in illâ genealogia Servius ad AEn. II. 79. *Autolycus quidam fuit fur, qui ſe variis formabat in ſpecies. Hic habuit liberos, Siſyphum, unde natus eſt Sinon, & Autolycum, unde Ulyſſes.* Scrib. *AEſimum* & *Anticliam.* Alioqui non conſobrini, ut mox ipſe ſubjungit, ſed patrueles forent Ulyſſes & Sinon. MUNCK. De hoc Sinone haec adnotat Palaephatus de Incredibilibus cap. 17, κίνησιλόγοι δὲ ἰατροὶ ὁ ΣΙΝΩΝ Ἴλιον, φεύγων τὴν Ἰθάκην, εἰσαναχωρεῖ τὴν ΙΛΙΟΝ, ὡσανεὶ ἐκ τοῦ μὴ εἰσελθεῖν τοὺς Ἕλληνας, οὐ δυνάμενος, ἐκ τῆς πόλεως καθελόντες εἰσαγαγεῖν τὴν ΙΛΙΟΝ.

## Ad CAP. CIX.

8 POLYMNESTORI] Ita & à Servio AEn. III. 49. Schol. Horat. ad II. Sat. 3. Lactantio Argum. lib. XIII. Met. Ovid. aliiſque nonnullis hoc vocabulum ſcribitur. Sed Graecam originem ſi reſpicias, *Polymeſtor*, & mox *Deipylus*, praeferas, quanquam Πολυμνήστωρ Graecè quoque exaratum video apud Charitium lib. I. MUNCK. Conſule Nob. N. Heinſ. & P. Burm. ad Ovidii lib. XIII. Met. vs. 430.

UT SI ALTERI EORUM QUID FORET] Polydoro

eorum quid foret, parentibus praestaret. Sed cum Achivi, Troja capta, prolem Priami exstirpare vellent, Astyanacta Hectoris & Andromachae filium [1] de muro dejecerunt: & ad Polymnestorem legatos miserunt, qui ei Agamemnonis filiam nomine Electram pollicerentur in conjugium, & auri magnam copiam, si Polydorum Priami filium interfecisset. Polymnestor legatorum dicta non repudiavit, Deiphilumque filium suum inprudens occidit, [2] arbitrans se Polydorum filium Priami interfecisse. Polydorus autem ad oraculum Apollinis de parentibus suis scisciatum est profectus. cui responsum est, patriam incensam, patrem occisum, matrem in servitute teneri. Cum inde rediret, [3] & vidit aliter esse, ac sibi responsum fuit, se Polymnestoris esse filium, ab sorore [4] Iliona inquisivit, quid ita aliter sortes dixissent: cui soror, quid veri esset, patefecit, [5] & ejus consilio Polymnestorem luminibus privavit, atque interfecit.

## CX.

doro simulato puta, non enim illud *alteri* ad utrumque indiscriminatim referendum, sed ad hunc solum. Pro *foret*, mallem *fieret*, ut sit sententia: suum filium vocasse Polydorum, ut si quid fieri vel accidere Polydoro deberet, id accideret filio suo, fictoque Polydoro, Polydorum verum autem, fratrem suum praestare, id est, sistere ac reddere parentibus posset. SCHEFF. Mallem *altero* Servius ad AEn. II. 77. QUODCUNQUE *vetusta voce mortem significari Lucilius docet in* XII. *Hunc si quid pueris nobis mé & fratre fuisset. hoc est, si mors me vel fratrem oppressisset.* Ennius apud Festum in ME. *Si quid fuerit humanitus ut teneatis.* Vel legendum, ut Scheffero malebat, *fieret*. AElius Stilo apud Festum in *Ordinarium*. *Quid mihi fieret, si non ego stipendia in ordine omnia ordinaria meruissem.* Parcit heic Hyginus verbis male ominatis, ut Vellejus lib. II. cap. 32. *Si quid huic accideret.* Sallust. v. Historiarum. *Si Pompeio humani quid evenisset.* In Testamento Cuspidii: *Si quid de eo accidisset.* Item: *Si quid humanum Lampriae contigerit.* Ita παθεῖν τι pro *exstinctum esse*, apud Schol. Apollon. I. vers. 1063. MUNCK. Imo ipsus Homerus Iliad. K. vs. 538.

Ἀλλ' αἰνῶς δείδοικα καὶ ἀμφὶ φρένα, μήτι πα-
θωσιν
Ἀργείων οἱ ἄριστοι ὑπὸ Τρώων ἰφθιμαγδῶ.

1 De muro dejecerunt] *Fatis enim praedictum fuerat, puerum, si superoviviſſet, ulterem patriae & parentum futurum.* Servius ad AEn. II. 457. MUNCK. Sic ipsa Andromache apud Euripidem vs. 10.

Ἦ τὶς πόσιν μὲν Ἕκτορ' ἐξ Ἀχιλλέως
Θανόντ' ἐσεῖδεν, παῖδα δ', ὃν τίκτω πόσει
Ῥιφθέντα πύργων ἈΣΤΥΑ'ΝΑΚΤ' ἀπ' ὀρθίων
Ἑκεῖ τὸ Τροίας εἶλον Ἕλλησι πέδον.

In Troad. vs. 1120.

Λυόμεστι Τρῶαι
Τόνδ' ἈΣΤΥΑ'ΝΑΚΤ' ἄλοχοι μέλεαι
Νικηφόρ, ὃς πύργων δίσκημα πικρὸν Δαναοὶ
κλίσαντες ἔχουσιν.

Confer. vs. 1134. Ulysses eum de muro dejecisse dicitur. Vid. Serv. ad III. AEn. 489. Alii contra docent, Astyanacta regnum Trojanum postea tenuisse. Consule vero Ciofan. & Burm. ad Ovid. lib. XIII. Met. vs. 415.

2 Arbitrans se P.] Revera Polydorum a Polymnestore occisum docent Servius ad III. AEn. vs. 49. & Plutarchus in Parallelis Tom. II. pag. 311. e quo praeterea Polymnestorem ab Hecuba luminibus fuisse privatum discs.

3 Et vidit] Suspicatur eruditissimus Perizonius scripsisse Hyginum, *ut vidit*. Etsi non de nihilo, non necessario tamen. Conjungit enim non semel Noster diversos modos. Vide notas ad cap. 148. Sed recte idem ille amicus noster in sequentibus post *rò fuit* excidisse *ratus* censet. MUNCK.

4 Iliona] Sic reposui pro *Ilionea* ex Servio, Horatio, aliisque. MUNCK.

5 Et ejus consilio] Mallem praemisso puncto, *ex ejus consilio*. SCHEFF.

Ad

## CX. [6] *Polyxena.*

DANAI victores cum ab Ilio classem conscenderent, & vellent in patriam suam quisque reverti, & praedam quisque sibi duceret, ex sepulcro vox Achillis dicitur praedae partem expostulasse. Itaque Danai Polyxenam Priami filiam, quae virgo fuit formosissima, propter quam Achilles, cum eam peteret, & [7] ad conloquium venisset, ab Alexandro & Deiphobo est occisus, [8] ad sepulcrum ejus eam inmolaverunt.

## CXI. *Hecuba.*

ULYSSES Hecubam [9] Cissei filiam, vel, ut alii auctores dicunt, [10] Dymantis, Priami uxorem, Hectoris matrem, in servitutem cum duceret, illa in Hellespontum mare [11] se praecipitavit, & canis dicitur facta esse, unde & [12] Cyneum est adpellatum.

CXII.

## Ad CAP. CX.

6 POLYXENA] Et hanc & alias de Polyxenâ fabulas congessit Servius ad AEn. III. 322. MUNCK. Consule etiam Pausan. lib. I. cap. 22. p. 52. Philostratum lib. IV. cap. 16. de Apoll. Tyan. & cap. XIX. Heroicon §. 11. & ibi Olear. Lactant. ad Statii I. Achill. 134. Meziriac. ad Ovidii Epist. III. Heroid. pag. 299. & Tzetz. ad Lycophron. vs. 323.

7 AD COLLOQUIUM VENISSET] Servius. *Quam cum Trojani fraude premisissent, Paris post Tymbraei Apollinis simulacrum latuit, & venientem Achillem ad foedus missâ vulneravit sagittâ.* Describit eam caedem non impolite Dictys lib. IV. pag. 106. Tzetzes ad Lycophr. vs. 269. MUNCK.

8 AD SEPULCRUM EJUS EAM] Illud *eam* abundat. Verum ita solet Noster, ut fab. 117. *Clytemnestra cum audisset adduci, tunc Clytemnestra*, & fab. 164. *Quod Mercurius Jovis jussu id ne faceret prohibuit.* & fab. 170. *Qui, cum Danaus periisset &c. Lynceus consepsit.* Est hoc inter plebejas loquendi rationes referendum. Adde fab. 119. SCHEFF.

## Ad CAP. CXI.

9 H. CISSEI FILIAM V. U. A. A. D. DYM.] Vid. Meziriac. ad Ovidii V. Epist. Heroid. pag. 402, 403.

10 DIMANTIS] Supra, *Dymantis* Fab. 91. quod rectius, ut ex Homero constat. SCHEFF.

11 SE PRAECIPITAVIT] Serv. ad AEn. III. 6. *Cum captiva duceretur, flendo in canem conversa est, cum se praecipitare vellet in maris.* Confer Schol. Eurip. ad Hecub. 1259. Tzetzen Chil. III. 74. Schol. Juv. ad Sat. X. 271. Plaut. Menaech. V. I. Ob rabiem nempe, qua in Graecos invehebatur, canis dicta est. Vet. Epigr. II. Catal. Pith. *A cane non mirum est subito periisse Pelasgum, Nam rabies Hecubae durat in Argolicos.* Hinc *Empusa*, h. e. spectrum quoddam caninum est Theocrito in Arâ, ut pridem ab aliis observatum. Vide Eustath. in Dionys. p. 96. ed. Steph. MUNCK.

12 CYNEUM] *Cynossema.* MICYLL. Micyllus putat, scribendum *Cynos sema.* Et sic Strabo habet lib. XIII. Sed ibi loquitur non de mari, verum monumento, Hecubae erecto. Itaque nihil temere puto mutandum, cum *Cyneum* sit κύνειον notum Graecis vocabulum, & mare monumento vicinum ita potuerit nuncupari, ut factum & in aliis. SCHEFF. Micyllus *Cynossema.* Ut hoc mihi non persuadet, ita scio sepulcrum Hecubae dictum fuisse κυνὸς σῆμα. Vide Strabon. lib. XIII. Auson. Epitaph. Hecub. Tzetz. ad Lycophron. p 59. Capellam lib. VI. Dictys lib. V. pag. 137. *Sepulcrum ejus apud Abydum statuitur, appellaturque Cynossema, ob linguae protervam impudentemque petulantiam.* Ob quam & lapidatam vult Lycophron. Caeterum τὸ *mare* ex praecedentibus huc mallem revocare, & collocare post τὸ *Cyneum.* Hyginus infra cap. 243.

## CXII. *Provocantes inter ſe, qui cum quo dimicarunt.*

MENELAUS cum Alexandro, Alexandrum Venus eripuit: Diomedes cum AEnea, [1] AEneam ſervavit Venus. Idem [2] cum Glauco, [3] in hoſpitio cognito diſceſſerunt: idem cum Pandaro & Glauco alio: [4] Pandarus & Glaucus occiduntur. Ajax cum Hectore [5] donificantes diſceſſere: Ajax Hectori donavit balteum, [6] unde eſt tractus; Hector Ajaci gladium, unde ſe interfecit. Patroclus cum Sarpedone, [7] Sarpedon occiditur. [8] Menelaus cum Euphorbo, Euphorbus occiditur, [9] qui poſtea

*In mare ſe praecipitavit, unde Cyneum mare dictum eſt, quoniam in canem fuerat converſa.* MUNCK. Adde Potter. ad Lycophron. vs. 331.

## Ad CAP. CXII.

1 AENEAM SERVAVIT VENUS.] In hoc certamine Veneris dextram ſauciaſſe dicitur Diomedes. Conſule Plutarch. Sympoſiac. lib. IX. Quaeſt. 4. T. II. p. 739.

2 CUM GLAUCO] Hippolochi filio. Hom. Iliad. Z. 206. MUNCK. Idem Glaucus, de quo Herodotus lib. I. cap. 147. Βασιλέας δὲ ἐσίσαντο (Jones) οἱ μὲν αὐτῶν ΛΥΚΙ'ΟΥΣ, λὰν ΓΛΑΥ'ΚΟΥ ΤΟΥ 'ΙΠΠΟΛΟ'ΧΟΥ γιγονότας. Quo pacto Diomedes interierit, Philoſtrat. cap. IV. Heroic. §. 1. docet. De eo & Pandaro idem §. 2.

3 IN HOSPITIO COGNITO DISCESSERUNT] Nil mutandum. Plene loquitur, cum vulgo praepoſitionem omittant. Eſt autem *in hoſpitio cognito*, idem, ac *ex hoſpitio cognito*, cum cognoviſſent, aut cognitum ab ipſis eſſet hoſpitium. Ita Petronius: *In hoc dictorum aeſtu motus incedo.* SCHEFF. Cum Diomedes cognoviſſet Glaucum eſſe veterem patris ſui Tydei hoſpitem. Verba ejus ſunt apud Homerum: Ἦ μάλα νύμφιός ξεῖνός πατρώϊός ἐσσι παλαιός. Auſonius Perioch. II. *Paterna inter ſe hoſpitia recordati.* Sed Nob. Heinſius monuit me legendum eſſe, *bi hoſpitio cognito diſceſſerunt*, & referendum ad teſſeram hoſpitalem. Poſſe tamen vulgatum defendi cenſet illo Petronii: *Dum in hoc dictorum aeſtu totus incedo.* Et Hor. I. Sat. IX. *Ibam forte via ſacra, ſicut meus eſt mos, Neſcio quid meditans nugarum totus in illis.* In Petronio antiqua lectio fuit, *motus incedo*, quam defenſum it contra Duzam Sciopp. Veriſ. cap. 4. Frag. Trag. exhibet, *in mortis.* quod proxime ad τὸ *motus* accedit. Illis, quae Scioppius adducit, addi poteſt locus Corippi lib. III. pag. 49. *Commotus in ira.* Et quod Petronius ipſe paulo inferius habet, *in curſu fatigatus.* Conferendus Sanctius Minerv. lib. IV. p. 366. ubi ablativum, quem abſolutum vocant, ſaepe à praepoſitione *in* diſertim expreſſa regi oſtendit. MUNCK.

4 PANDARUS.] Hic Lycaonis filius antea Menelaum jactu teli vulneraſſe, & ſic ſingulare certamen, quod Paridi cum Menelao erat, diremiſſe dicitur. Vide Serv. ad Virgil. V. AEn. vs. 596. De eo egit Philoſtratus cap. XIV. Heroic. & in Epiſtola quinquageſima Apollonii Tyanenſis.

5 DONIFICANTES] H. e. dona invicem dantes. Dictum ut *Votifico.* Gloſſ. Iſid *Votificantibus, dona libantibus.* Vide Hom. Iliad. H. 303. Daretem pag. 174. edit. Blau. MUNCK. Quid Ajaci Agamemnon dederit pro praemio poſt hanc monomachiam, docet Athenaeus lib. I. cap. 8.

6 UNDE EST TRACTUS] Pro, *à quo tractus eſt.* Servius ad Ecl. IX. 6. *Hector dedit Ajaci gladium, quo ſe Ajax poſtea interemit. Ajax vero Balteum, quo circa muros patriae tractus eſt.* Idem ad Georg. I. 163. *Genus vehiculi omni parte dentatum, unde feruntur* (leg. *teruntur*) *frumenta.* Exſcripſit Iſidorus lib. XX. Orig. cap. 14. *Tribula genus vehiculi, unde teruntur frumenta.* Deut. XXV. 4. *Os bovis terentis in area.* Ad AEn. I. 644. *Coelum eſt, unde operantur argentarii.* Georg. IV. 39. *Genus eſt herbae, unde tinguntur veſtes.* Ecl. I. vers. 2. *Culmo, ſtipula: unde ruſtici cantare conſueverunt.* Horat. lib. II. od. 12. *Unde periculum Fulgens contremuit domus.* Schol. *Unde. à quibus. Ter. E praedonibus, unde emerat, ſe audiſſe dicebat.* Noſter cap 58. *In ſpeciem arboris eam commutavit, unde Myrrha fluit.* Cap. 126. *Accipiet harundinem, unde victum ejiciat.* Ribuar. Tit. 5. *Digitus, unde ſagittatur.* Ovid, VI. Met. 719. *Sed tamen abfueram, ſed &* haec

ſtea Pythagoras eſt factus, & meminit ſuam animam in corpora tranſiſſe. Achilles cum [10] Aſteropaeo, Aſteropaeus occiditur. Idem cum Hectore, [11] Hector occiditur: idem cum AEnea, AEneas fugatur: idem cum Agenore, [12] Agenorem ſervavit Apollo: idem cum Penthesilea Amazone [13] Martis & Otrerae filia, Penthesilea occiditur: Antilochus cum Memnone, Antilochus occiditur: Achilles cum Memnone, [14] Memnon occiditur: [15] Philoctetes cum Alexandro, Alexander occiditur: Neoptolemus cum Eurypylo, [16] Eurypylus occiditur.

## CXIII.

*haec erat, unde redibam, Criminis exemplum.* De Hectoris morte omnes conſentiunt. Ajacem autem Anticlides à Paride occiſum vult, ut refert Tzetzes ad Lycophron. p. 82. MUNCK.

7 SARPEDON] Hic eſt nobilis ille Sarpedon, de quo haec refert Schol. Ariſtophanis in Nub. vs. 622. *Μίνωα καὶ Σαρπηδόνα υἱοὶ ὄντες Διὸς ἐστασίασαν περὶ Τροίαν, οὗτοι γὰρ ὑπὸ Διὸς ἐτιμήθησαν, τῷ παλαιὸς τοιαῦτα γενέσθαι, ὡς τὸν ἡμίεργον, καθ' ὃ ἀπέθανον, τὸ κύνει καὶ πετεῖσθαι τοὺς Διὸς διέγνωσαν κατ' ὄνειρον.* Conſule & Philoſtrati Heroicon cap. XIV. & nos ad fab. 106.

8 MENELAUS CUM EUPH.] De egregiis Menelai facinoribus conſule Athenaeum lib. IV. cap. 27. pag. 178. De eodem cum Paride Plutarch. Tom. II. pag. 742, 743.

9 QUI POSTEA PYTHAGORAS EST FACTUS] Horat. vide lib. I. od. 28. & Scholiaſten ad eandem, Gelliumque lib. IX. cap. II. MUNCK. Obſervatu digna de Pythagora, qui primo AEthalides, deinde Euphorbus, poſtea filius Mercurii & Samiae meretricis, ac denique Pythagoras factus eſt, diſces ex Schol. Apollonii Rhodii lib. I. vs. 645. ubi & de ejus animae in alia corpora tranſitu juxta Pythagoreos agit. Item Schol. Sophoclis in Electra. vs. 60. Adde Menag. ad Diogen. Laert. lib. VIII. Sect. V. & H. Junium libro III. Animadv. cap. XI. pag. 185. & ſeqq. Denique Columnam ad Ennii Fragm. ex I. Annal. pag. 7. in qua ſententia ante Pythagoram fuere primi AEgyptii. Diogen. Laert. in Prooem. Sect II. Praeterea quod addit Hyginus *meminit ſuam animam in c.* t. inluſtratum dedit Celeb. P. Burm. in Catalog. Argonaut. in voce *AEthalides.*

10 ASTEROPAEO] Ita ſcripſi pro *Aſteropeo* ex Gr. Ἀστεροπαῖος. Vide Hom. Iliad. Φ. 140. MUNCK.

11 HECTOR OCCID.] Vide Hephaeſtion. lib. VI. apud Photium pag. 487. Lactant. ad Statii I. Achill. vs. 89. Serv. & Burm. ad Virg. I. AEn. 483. & Philoſtrat. cap. XII. Heroicon. & Plutarch. T. II. p. 742.

12 AGENOR. SERV. AP.] Agenorem a Neoptolemo occiſum refert Leſcheus. Vide Pauſan. lib. X. cap. 27.

13 MARTIS ET OTRERAE FILIA] Apud Juſtinum eſt Orithya lib. II. c. 9. Sed hoc nomine ſcribitur & apud Apollodorum lib. II. SCHEFF. Ergo ſoror Hippolytae erat. Vide notas ad cap 30. Servius ad illa Virgil. AEn. I. 491. *Penthesilea furens. Martis & Otreres filia fuit* &c. MUNCK.

14 MEMNON OCC.] Conſule praeter alios Schol. Pindari O. Nem. VI. vs. 84. & Cloſam. ad Ovidii XIII. M. 597. de Memnonis parentibus Tzetz. ad Lycophron. vs. 18. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 248. Calliſtrat. Statua IX, (a quo Tithoni & Aurorae filius vocatur) Item Meziriac. ad Ovidii Epiſt. III. Heroid. p. 290, 291. vs. 62. Lactant. ad Statii III. Theb. 483. Philoſtrat. cap. XVII. Heroicon. & Olear. ad Eundem de vita Apollonii Tyanenſis cap. I. libri I. lib. III. cap. 21. & lib. VIII. cap. 7. Sect. IV. pag. 333. P. Leopardum lib. VIII. Emendat. cap. 3. Vide de ipſo Memnone Philoſtrat. cap. III. Heroic. §. 4. & lib. VI. cap. 4. de Apoll. Tyan. Vide & ibi Olear. & lib. I. cap. 7. de Iconibus lib. II. c. 8.

15 PHILOCTETES] Paris a Philoctete Herculis telis tranſfixus. Vide Muſc. ad Lycophron. vs. 913. Conon narrat. 23 apud Photium p. 435. Meziriac. ad Ovidii Epiſtol. V. Heroid. pag. 456, ubi Variorum de Parilis nece ſententias profert. Hanc victoriam Philocteti praedixerat ipſe Hercules apud Sophocl. Philoctet. vs. 1420.

Ἀριστῆ τε τρῶτ᾽ ἰκνεῖται τοξεύματα᾽
Πάριν μὲν, ὃς τῶν δ᾽ αἰτίων κλεινὸν ἔφυ,
Τόξοισι τοῖς ἐμοῖσι νικηφόρῳ βίᾳ.

16 EURYTILUS] Occiſum à Pyrrho etiam

## CXIII. *Nobilem quem quis occidit.*

ACHILLEM Apollo [1] Alexandri figura. Hector Proteſilaum, idem [2] Antilochum: Agenor Helenorem, [3] idem Clonium: Deiphobus Aſcalaphum, idem [4] Autonoum: Ajax [5] Hippodamum, [6] idem Chlonium: Agamemnon [7] Hippodamantem, [8] idem Glaucum: Ajax Locrus [9] Carcanum, [10] idem Gavium: Diomedes Dolonem, idem [11] Rheſum: Eurypylus [12] Nireum, idem Machaonem: Sarpedon [13] Tlepolemum, idem [14] Antippum: Achilles Troilum: [15] Menelaus Deiphobum: Achil-

Scholiaſtes Juvenalis narrat ad Sat. VI. 654. Sed quod Telephi eum facit filium, de eo dubitabam, cum vidi idem tradi a Servio ad Eclog. VI. 72. & Schol. Hom. Odyſſ. A. 520. MUNCK. Conſule Philoſtrat. Junior. Icon. X. pag. 881. Jac. Nic. Locenſem lib. VII. Epiphyll. cap. 24. & Celeb. P. Burm. ad Ovidii XIII. Met. vs. 357. & Mezeriac. ad Ovidii Epiſt. VIII. Heroid. p. 300.

## Ad CAP. CXIII.

1 ALEXANDRI FIGURA] Vide ſupra cap. 107. & Virg. AEn. VI. 57. MUNCK.

2 ANTILOCHUM] Atqui Antilochus eſt interfectus à Memnone; ut ſcripſit cap. 112. Quod confirmat Pindarus Pyth. od. VI. Hom. Odyſſ. Δ. 187. Dictys lib. IV. Ab Hygino ſtat Ovidius I. Heroid. vers. 15. *Sive quis Antilochum narrabat ab Hectore victum, Antilochus noſtri cauſa doloris erat.* Vide ad illum locum Incomp. Heinſium. Si tam clarus eſſet, quam quos alii jam divinarunt, poſſet etiam *Anchialus* ex Hom. Iliad. E. 609. in locum Antilochi ſubſtitui; ſed ut in multis aliis, ita & in hac narratione diverſos videtur ſecutus auctores Hyginus. Voſſ. lib. II. Art. Gram. p. 252. victum quidem ab Hectore Antilochum, etſi non occiſum, ex Homero oſtendit. MUNCK. Conſule, Lector, praeter Celeb. P. Burm. ad Ovidii l. l. Mezeriacum ad hanc eandem Ovidii Epiſtolam pag. 35, 36, 37, 38. Philoſtratus cap. III. Heroic. §. 4. a quo Memnone occiſus ſit Antilochus, docet, item lib. II. Icon. capite 8.

3 IDEM CHLONIUM] Mallem *Clonium*, quia Homero eſt κλόνιος. Vid. Iliad. O. ubi haec hiſtoria habetur. SCHEFF. Recte *Clonium* Cl. Schefferus. Ita enim Hom. Iliad. O. 340. Notavimus idem vitium ſuperius cap 97. MUNCK.

4 AUTONOUM] De Autonoo nihil comperi. De Aſcalapho habes Iliad. N. Autonoos duos novit Homerus; quorum alter Trojanus erat, occiſus à Patroclo Iliad. Π. 694. alter Graecus occiſus ab Hectore Iliad. Λ. 301. Atque hunc eum ipſum eſſe arbitror, quem heic occiſum à Deiphobo tradit Hyginus. Certe ſine ullo ſcrupulo *Autonoum* in *Antonoi* locum ſubſtituerim. MUNCK.

5 HIPPODAMUM] *Hippotheum* Cl. Schefferi probo. Habetur Iliad. P. 313. MUNCK.

6 IDEM CHLONIUM] Quomodo, cum jam ante interfectus ab Agenore dicatur? forte ſcripſerat *Cleopolemum*. Is enim ab Ajace interfectus dicitur. Ac ne quidem antecedens *Hippodamum* rectum videtur, cum is dicatur interfectus ab Ulyſſe Il. A. quare mallem ſcribere *Hippotheum*. SCHEFF. An & heic *Clonium* reponendum? Certe inter Priamidas eſt etiam Clonius apud Apollodorum. Sed cum de ejus caede nihil legiſſe meminerim, non valde placet. *Caletor*, quem apud Hom. Iliad. O. 419. interficit Ajax, nimium abit à vulgatâ ſcripturâ. *Cleopolemum* conjicit Clariſſ. Schefferus. *Clytonium* Nob. Heinſius. MUNCK.

7 HIPPODAMANTEM] At hic caeſus ab Achille dicitur Il. Γ. An ſcribendum eſt *Hippolochum*? Hic enim occiſus eſt ab Agamemnone, ut liquet ex Iliad. A. Num potius *Iphidamantem*, de quo idem eodem loco? SCHEFF. Niſi heic alios, quam Homerum, ſequutus eſt auctores, probo *Iphidamantem* Schefferi. Vide Hom. Iliad. A. 221. MUNCK. Hic fuit Antenoris filius, teſtibus Homero, & Pauſania lib. V. cap. 19. ſine dubio paternum addentibus nomen, ut diſtinguas eum ab Iphidamante Buſiridis filio, ab Hercule occiſo, ut docet Schol. Apollonii Rhodii lib. IV. Arg. vs. 1396.

8 IDEM GLAUCUM] Ita Dictys, lib. IV. p. m. 130. SCHEFF.

9 CARCANUM] Hoc mihi ſuſpectum eſt vocabulum. Scribo *Gargaſum* f. 115. SCHEFF. *Gargaſum*

chilles Aſtynomum, idem [16] Pylachantum: Neoptolemus Priamum.

## CXIV. *Achivi qui quot occiderunt.*

ACHILLES numero 72. [17] Antilochus numero 2. Proteſilaus numero 4. [18] Peneleus numero 2. [19] Eurypylus numero 1. Ajax Oilei numero 24. Thoas numero 2. [20] Leitus numero 20. Thraſymedes numero 2. Agamemnon numero 16. Diomedes numero 18. Menelaus 8. Philocteta numero 3. Meriones numero 7. Ulyſſes numero 12. Idomeneus numero 13. Leonteus numero 5. Ajax Telamonius numero 28.

*gaſum* ex cap. 115. Scheſſerus. MUNCK.

10 IDEM GAVIUM] Neque hoc placet. Mallem *Agauum*, de quo Dictys IV. p. 104. SCHEFF. *Agatum* ex Dicty idem. MUNCK.

11 RHESUM] Eionei hic erat filius. Vide Dictyn lib. II. pag. 67. Hom. Iliad. K. Quanquam aliter Apollodorus. Adde Servium ad AEn. I. 473. & de Priami caede eundem ad AEn. II. 506. MUNCK. *Dolon* a Diomede & Ulyſſe occiſus eſt. Vide Homerum Iliad. K vs. 455, & 478. Eurip. Rheſo vs. 591. & non poſt, ſed ante, quam Rheſum occiderant, licet Servius ad Virgil. lib. XII. AEn. vſ. 347. Dolonem poſt Rheſum interfectum doceat. De *Rheſo*, qui ab Euripide in Rheſo vs. 279, 393, 692, & 920. *Strymonis* fluvii, & unius e Muſis & quidem juxta Tzetzen ad Lycophron. vs. 831. *Terpſichores* filius, vel ut alii dicunt *Calliopes*, aut *Euterpes*. V. Schol. Hom. Iliad. K. 435. & Apollodor lib. I. pag. m. 10. Secundum Cononem narrat. 4. apud Photium pag. 425. e *Strymone* Thracum rege, commune cum fluvio *Strymone*, olim *Eioneo* dicto, nomen habente natus fertur, conſule Philoſtrat. cap. II. Heroicon. §. 8. & ibi Olear. item Meziriac. ad Ovidii Epiſtol. I. Heroid. pag. 78, 79, 80, 81. de *Dolonis* patre etiam agentem. De Priamo occiſo a Neoptolemo conſulendi Scholiaſtes Euripidis Hecub. in paraphraſi pag. 9. Schol. Sophocl. Philoct. vs. 1436. Eurip. Troad. vs. 17, 481. Columna ad Ennii Fragm. ex Andromache pag. 238. a quibus docemur Priamum ad Jovis Hercei aram a Neoptolemo eſſe occiſum, praeterquam a Scholiaſte Euripidis nomen Dei, cui ara dicata erat, tacente, item a Cicerone lib. I. Tuſculan. Quaeſtion. cap. 35, qui tamen profert fragmentum Ennii mox laudatum, ubi haec Jovis ara vocatur. Imo pauciſſimi ſunt, qui ab his auctoribus diſſentiunt, quos vide in notis Meziriaci ad Ovidii Epiſtol. VIII. Heroid. pag. 301.

12 NIREUM] Apud Dictyn lib. IV. interficit *Peneleum* & *Nirea*. MUNCK.

13 TLEPOLEMUM] Hic Herculis erat filius, de quo Homerus in Catalogo, & Diodorus lib. IV. MUNCK. Hic ille Tlepolemus eſt, qui Lacymnium, Electryonis filium, &, ut Plut. Quaeſt. Rom. T. II. pag. 285, OEoni propter caedem ab Hippocoontidis occiſi patrem inprudens interfeciſſe, & ideo Argis in inſulam Rhodum confugiſſe, & Rhodios in tres partes diviſiſſe perhibetur. Plura de eo Schol. Pindari Olymp. Od. VII. vs. 36. & 49 P. Leopard. lib. IV. Emendat. cap. 9. & Meurſ. lib. I. de Rhodo cap. 5.

14 ANTIPPUM] Scripſerim *Antiphum*, cujus mentio facta inter duces cap. 97. MUNCK.

15 MENELAUS DEIPHOBUM.] Vid. Meziriac. ad Ovidii IV. Epiſt. Heroid. pag. 427.

16 PYLACHANTUM] Sine dubio & hoc corruptum eſt vocabulum. SCHEFF. De hoc altum ſilentium apud Homer. Iliad. Y. ubi bene multos ab Achille occiſos recenſet. MUNCK.

## Ad CAP. CXIV.

17 ANTILOCHUS NUM. 2.] *Phalcem* & *Mermerum* occidit Iliad. Z. 513. MUNCK.

18 PENELEUS] *Choroebum* apud Virg. AEn II. 424. *Ilioneа* apud Homerum Iliad. Z. 496. occidit. MUNCK.

19 EURYPYLUS] Apud Homerum duos interficit. *Apiſaonem* Iliad. A. *Hypſenorem* Iliad. E. MUNCK.

20 LINUS] Hunc alibi non lego. Suſpicor *Leitus* ſcribendum. SCHEFF. Hic non numeratur inter Graecorum duces, ſed *Leitus*, quem libenter credo Cl. Scheffero in locum Lini eſſe ſubſtituendum. MUNCK. Hic Leitus ſolus ex iis, qui Boeotiis ad Ilium Trojanum profectis praefuere, domum reverſus eſt, ut docet Pauſanias lib. IX. cap. 4.

28. Patroclus numero 53. Polypoetes numero 1. Teucer numero 30. Neoptolemus 6. [1] fit numerus 362.

## CXV. *Trojani qui quot occiderunt.*

HECTOR numero 31. Alexander numero 3. Sarpedon numero 2. Panthous numero 4. Gargasus numero 2. Glaucus numero 4. Polydamas numero 3. AEneas numero 28. Deiphobus numero 4. [2] Clitus numero 3. [3] Acamas numero 1. Agenor num. 2. [4] fit numerus 88.

## CXVI. [5] *Nauplius.*

ILIO capto, & divisa praeda, Danai cum domum redirent, ira deorum, quod fana spoliaverant, & quod Cassandram [6] Ajax Locrus à signo Palladio abripuerat, tempestate & flatibus adversis [7] ad saxa Capharea naufragium fecerunt: in qua tempestate Ajax Locrus [8] fulmine

1 FIT NUMERUS 362.] Scribe, 329. Error natus ex inversione numerorum. SCHEFF. Cl. Schefferus 329. Sed numeros omnes praecedentes sanos esse quis praestare ausit? MUNCK.

## Ad CAP. CXV.

2 CLYTUS] Κλεῖτος est Iliad. O. ubi interficitur à Teucro. Scribe ergo, *Clitus*. MUNCK.

3 ATHAMAS] Lege, *Acamas*, qui aliquoties memoratur Homero. Dux erat Thracum. Vid. Iliad. E. 462. M. vers. 100. est Antenoris filius. Consentit Dictys 11. pag. 58. Dares in copiarum Priami indiculo: *De Thracia Pyrus & Acamas*. MUNCK.

4 FIT NUMERUS 88.] Imo. 87. Sed errorem esse puto in numeris praecedentibus. SCHEFF. Imo uno minor erit. Sed error, ut recte censet Cl. Schefferus, procul dubio est in numeris superioribus. MUNCK.

## Ad CAP. CXVI.

5 NAUPLIUS] Hujus argumenti fabula fuit Sophoclis, quam Ναύπλιος Πυρκαεύς inscripsit, cujus Hesychius meminit. MUNCK.

6 AJAX LOCRUS] Cap. 97. *Ajax Oilei & Rhenes Nymphae filius, Locrus.* De Palladio digna lectu habet Tzetzes in Lycophron vers. 366. MUNCK. Minerva hinc rogat Neptunum apud Euripid. Troad. vs. 70. Οὐκ εἶδ' ὑβρισθεῖσάν μ', ἢ ναῦς ἰμοὺς, cui Neptunus respondet, Οἶδ', οὐκ Αἴας εἶλκε Κασάνδραν βίᾳ. Quam irata Minerva ob id facinus Locrensibus, & quibus sacrificiis oraculi responso mille per annos a Locrensibus placanda fuerit, docebit latius Tzetzes ad Lycophron. vs. 1141. De Palladio Serv. ad 11. AEn. 166. Schol. Eurip. Phoeniss. vs. 1137. Plutarch. Tom. 11. pag. 302. 309. Tzetzes ad Lycophron. 658. Spanh. ad Callim. H. Pall. vs. 39. Pausan. 1. 22. pag. 52. cap. 28. pag. 69.

7 AD SAXA CAPHAREA] Virg. AEn. XI. 260. *Euboicae cautes ultorque Caphareus.* Consule ad eum locum Servii commentarium, & ad AEn. 1. vers. 45. Adde Etymol. in Καφηρίς. Corruptè apud Tzetzen in Lycophronem Καφηρὶς ἀκρωτήριον Εὐβοίας dicitur. Scribe Εὐβοίας. Ovid. 1. Trist. *Quicunque Argolica de classe Caphareа fugit, Semper ab Euboicis vela retorquet aquis.* Propert. lib. 111. El. 5. *Saxa triumphales fregere Caphareа puppes.* Adde Sen. Agam. vers. 458. MUNCK. Adde Lactant. ad Statii IX. Theb. 304.

8 FULMINE EST A MINERVA ICTUS] Minerva etiam dicitur fulminum jactus possidere. Consule Amplifs. Gisb. Cuperum in Harpocrate pag. 100, & 101. & Celeb. P. Burmann. de Jove Fulgeratore cap. 15. Servius ad 1. AEn. 41. ex Anneo Placido addit, Minervam solius Ajacis

mine eſt à Minerva ictus, quem fluctus ad ſaxa inliſerunt, unde [9] Ajacis petrae ſunt dictae. Caeteri noctu cum fidem deorum implorarent, Nauplius audivit, ſenſitque tempus veniſſe ad perſequendas filii ſui Palamedis injurias. Itaque, tamquam auxilium eis adferret, [10] facem ardentem eo loco extulit, quo ſaxa acuta & locus periculoſiſſimus erat. Illi credentes humanitatis cauſſa id factum, [11] naves eo duxerunt. Quo facto, plurimae eorum confractae ſunt, militeſque plurimi cum ducibus tempeſtate occiſi ſunt, membraque eorum cum viſceribus ad ſaxa inliſa ſunt: ſi qui autem potuerunt ad terram natare, à Nauplio interficiebantur. At Ulyſſem ventus detulit ad [12] Maronem, Menelaum in AEgyptum. Agamemnon cum Caſſandra in patriam pervenit.

## CXVII. *Clytaemneſtra.*

CLYTAEMNESTRA Tyndarei filia, Agamemnonis uxor, cum audiſſet [13] ab Oeace, Palamedis fratre, Caſſandram ſibi pellicem adduci:

Ajacis poena ob vitiatam Caſſandram non fuiſſe contentam; ſed poſtea per oraculum de ejus regno quotannis unam nobilem puellam juſſiſſe Ilium ſibi ad ſacrificium mitti, & quidem de ea tribu, de qua Ajax fuerat. Verum alii alio modo Ajacis culpam, naufragium, & interitum deſcribunt, conſule Edw. Simſonii Chronic. Cathol. A. M. 2822. & ibi Cl. Weſſelingii notas.

9 AJACIS PETRAE] Πέτραι Γυγάδες dicebantur. Vide Schol. ad Iliad. N. 66. Γυγαῖαι ſunt Iſacio in Lycophr. p. 69. MUNCK. Homerus Odyſſ. Δ. vs. 500. γυγὸς πέτρας, & vs. 507. γυγαίην πέτρην vocat. Ubi de his vide Schol. Philoſtratus cap. VIII. Heroic. §. 3. dicit de Ajace Locrenſi, πρὸς Γυγῶν ἀκτάων. & has petras deſcribit lib. II. cap. 13. Iconum, ubi plura de hac fabula ſunt videnda, & Plutarch. de Herodoti malignit. T. II. p. 856.

10 FACEM ARDENTEM EO LOCO EXTULIT, QUO SAXA ACUTA ET LOCUS PERICULOSISSIMUS ERAT.] Non prorſus damnem: multo tamen elegantius legeremus *curſus periculoſiſſimus*. WOPKENS. Eurip. Helena vs. 1140. Πολλοὺς δὲ πυρσεύσας Φλογιαῖσι σέλας, ἀμφὶ ῥοᾶς Εὐβοίας, ἐλθὼν Ἀχαιῶν Μενέλαος ἀνὴρ πίτυσιν Καφηρίσιν ἰωκάλων, Αἰγαίας τ' εἰναλίους ἀκτὰς Δήλιον ἀστέρα λάμψας. Philoſtrat. cap. X. §. 11. Heroicon. & ibi Olear.

11 NAVES EO DUXERUNT] Mavult *direxerunt*. Nob. Heinſius. MUNCK, Nobil. Heinſius malebat *direxerunt*. Nec refragatus fuerim, quamvis ſtare poſſe videatur alterum. Mamertinus Paneg. c. XII. *cum jam* deduci *liburnas oporteret* &c. *Ita in aquas ſponte ſubeuntes impetum navigia fecerunt, levi modo commota nixu* ducentium. WOPKENS. De tota hac hiſtoria ab Homero omiſſa dubitatur. Vide Strabon. lib. VIII. pag. 566.

12 AD MARATHONEM] *Iſmarum* alii. MICYLL. Notat Micyllus, alios *Iſmarum* dicere. Sane quid hic Marathon faciat, non video. Lego, *ad Maronem*. Vide Odyſſ. I. & infra. 125. SCHEFF. Omnino cum Cl. Scheffero corrigendum *Maronem*. Vid. cap. 125. ubi idem vitium eodem modo corrigitur à Micyllo, qui tamen hoc tantum notat ad Iſmarum aliis dici pervenisse. Sane Iſmarum habebat ille Maro. Vide Hom. Odyſſ. I. 198. Sileni filium facit Nonnus Dionys. lib. XIV. p. 255. MUNCK.

## Ad CAP. CXVII.

13 AB OEACE] Scribendum ex Apollodori lib. III. *Orace*. SCHEFF. Mallet Cl. Scheffer us *Orace* ex Apollod. lib. III. Sed Apollodorus ille corruptus eo loco, & pro Ὀαικεῖ reſtituendum ibi Οἰακῷ. Dictys lib. VI. *Oax Nauplii filius Palamedis frater*. Docuit hoc me ad Dictyos lib. I. Mercerus. Confirmat ejus emenda-

ci: [1] quod mentitus eſt, ut fratris injurias exſequeretur: tunc Clytaemneſtra cum AEgiſtho filio Thyeſtis cepit conſilium, ut Agamemnonem & Caſſandram interficeret: [2] quem ſacrificantem ſecuri cum Caſſandra interfecerunt. At Electra, Agamemnonis filia, Oreſtem fratrem infantem ſuſtulit, quem demandavit in Phocide Strophio, cui fuit [3] Aſtyochea Agamemnonis ſoror nupta.

## CXVIII. *Proteus.*

In AEgypto Proteus ſenex marinus [4] divinus dicitur fuiſſe, qui in omnes ſe figuras convertere ſolitus erat. Quem Menelaus, [5] Idotheae filiae ejus monitu, catena adligavit, ut ſibi diceret, quando [6] domum repetitionem haberet: quem Proteus edocuit iram deorum eſſe, quod Troja eſſet devicta; ideoque id fieri debere, quod [7] Hecatombe Graece dici-

dationem Schol. Eurip. ad Oreſt. vers. 432. Ναυπλίῳ γὰρ καὶ Κλυμένῃ τῇ Ἀτρέως ἐμίγνυτο Οἰακὶ καὶ Παλαμήδης. MUNCK.

1 QUOD MENTITUS EST UT FRATRIS INJURIAS EXSEQUERETUR] Includenda haec parentheſi. MUNCK. De AEgiſtho & Clytaemneſtra Athenaeus lib. I. cap. II. p. 14.

2 SACRIFICANTEM] Vulgatior eſt opinio, quam refert Triclinius ad Sophocl. Elect. 195. occiſum eum à Clytaemneſtra, cum induere vellet tunicam, nec capitis, nec manuum habentem exitum. Vide Senec. Agam. actu v. & quae Voſſius habet lib. I. Orator. p. 118. MUNCK. Cum Hygino facit Sophocles in Electra vſ. 272. Homerus Odyſſ. Δ. vs. 535. inter epulas occiſum teſtatur, quem ſequitur Servius ad XI. AEn. 269. Cum Triclinio, quem ad partes vocat Munckerus, faciunt Euripides in Oreſte vs. 25. & ibi Schol. item ad vs. 367, 498, 519. Tzetzes ad Lycophron. vs. 1375. & quos laudat Meurſius ad vs. 1199. & de peplo hoc egit Olearius ad Philoſtrati lib. II. Icon. cap. 10. Sed Tragicorum hoc eſſe figmentum docet Salvagn. ad Ovidii Ibin. vs. 356. AEgiſthum Clytaemneſtrae Agamemnonem interficienti adfuiſſe docet etiam Sophocles in ead. Electr. 95, 124, 207, 590. & ibi Schol. Quare Lact. ad Statii I. Theb. vs. 694. AEgiſthum Agamemnonis parricidam vocat, ubi male *AEgyptus* vocatur. Caſſandrae quoque vitam eripuiſſe Clytaemneſtram docet Athenaeus lib. XIII. cap. I. pag. 556.

3 ASTYOCHEA] Scholiaſtes Euripidis ad Oreſt. vers. 764. & 1235. *Anaxibiam* appellat. At ad vers. 33. Κυδραγόραν. In quo denuo à ſe ipſo diſſentit. Nam ad vers. 1235. Κυδραγόραν, & cum Strophii patre Criſo nuptam dicit. MUNCK.

## Ad CAP. CXVIII.

4 DIVINUS] H. e. futurorum praeſcius, μάντις. Geneal. *Python draco divinus.* Ita fatis Latine ille alioqui ſatis barbarus Dares; *Calchas Theſtore natus divinus.* Vet. epigr. lib. IV. Catal. Pith. *Nunc ſi nos audis, atque es divinus Apollo.* Gloſſ. Philox. *Divinus*, μάντις. MUNCK. Vid. Serv. ad v. AEn. 47. Interpr. ad Petronii Satyric. cap. 7. De *Proteo* Servius & Cerda ad IV. Georgic. 38, 396. 406. Lact. ad Statii I. Achill. 136. Philoſtrat. lib. I. de Apoll. Tyan. cap. 4. lib. III. cap. 24. lib. II. Icon. cap. 17. Athenaeus lib. VI. cap. 17. Ciofan. ad Ovidii II. Met. 9. J. Perizon. in AEgypt. Orig. cap. 15.

5 IDOTHEAE] Homero eſt Εἰδοθέη Odyſſ. Δ. ubi eadem legas. SCHEFF. Eurynomen eam aliis dictam refert Zenodotus apud Euſtath. ad Hom. Odyſſ. Δ. pag. 174. edit. Baſ. MUNCK.

6 DOMUM REPETITIONEM] *Domus repetitio* una vox eſt κατὰ τὴν κρᾶσιν Barthii. Immo *domum repetitio* dicendum diviſis vocibus, ut *domum reditio* apud Caeſar. B. G. lib. I. Verbalia in IO, ut loquuntur technici, antique caſum verbi regunt, unde derivantur. Adde quae praeterea notabimus infra ad cap. 125. MUNCK.

7 HECATOMBE] Ita ſcripſi pro *Hecatomben*, quomodo perperam editi omnes praeferunt. MUNCK. Pt. Hephaeſtio lib. IV. apud Photium pag. 479. refert, ὡς κατ' ἰρὴν Ἀφροδίτης τὸν

dicitur, cum [8] centum armenta occiduntur. Itaque Menelaus Hecatomben fecit. Tunc demum poſt octavum annum, quam ab Ilio deceſſerat, cum Helena [9] in patriam redit.

## CXIX. *Oreſtes.*

[10] ORESTES Agamemnonis & Clytaemneſtræ filius, poſtquam in puberem aetatem venit, ſtudebat patris ſui [11] mortem exſequi. Itaque conſilium capit cum Pylade, & Mycenas venit ad matrem Clytaemneſtram, dicitque, ſe [12] AEolium hoſpitem eſſe, nunciatque, Oreſtem eſſe mortuum, quem AEgiſthus populo necandum demandaverat. Nec multo poſt Pylades Strophii filius ad Clytaemneſtram venit, [13] urnamque ſecum adfert, [14] dicitque oſſa Oreſtis condita eſſe: quos AEgiſthus laetabundus hoſpitio recepit. [15] qui occaſione capta, [16] Oreſtes

*τὴν πρὸς Μενέλαον τὴν ἀμφιλογίαν λέγουσιν Ἑλένης γενέσθαι· ἐπὶ τοσοῦτον, Ἀφροδίτην ἐκβιάσεσθαι ὑπὲρ τοῦ γάμου ἐκ ἀπίδωκε.* De Proteo & Menelao Herodotus lib. II. cap. 118. 119. quocum confer Plutarchum de Herodoti malignitate Tom. II. pag. 857. De Helenae morte conſule Pt. Hephaeſtionem l. l. & Pauſaniam parum diſſentientes lib. III. cap. 19. Poſt mortem Achilli nupſiſſe Helenam uterque docent cum Philoſtrato cap. XIX. Heroic. §. 16, 17.

8 CENTUM ARMENTA] Ergo armentum eſt quilibet bos, ut jumentum. Lactant. Argum. lib. I. Met. *Quia erat ſpecioſior caeteris armentis.* i. e. bubus. Aliam *ἐτυμολογίαν* excogitat Hom. Schol. *Νὺ ἑκατὸν βόεσιν, ὃ ἐστιν ἐξ ἑκατὸν ζώων.* Quam argutiorem puto, quam veriorem. Vide potius Heſychium, & Etymol. in *Ἑκατόμβη.* Hecatomben expreſſit Ovid. II. Triſt. el. I. *Sed tamen ut fuſo taurorum ſanguine centum, Sic capitur minimo thuris honore Deus.* Senec. Hippol. 499. *Fruge nec ſparſi ſacra Centena nivei colla ſubmittunt boves.* MUNCK.

9 IN PATRIAM REDIT] Puto ſcripſiſſe, *rediit.* SCHEFF.

## Ad CAP. CXIX.

10 ORESTES A. E. C. FILIUS] Servius ad XI. AEn. 268. *Alii hunc Oreſtem filium Menelai & Helenae tradunt: quidam inventam Iphigeniam abortivam uxorem ei volunt fuiſſe.* Iphigeniam alii, ut Steſichorus Himeraeus, Euphorion Chalcidenſis & Alexander Pleuronius tradunt Theſei & Helenae fuiſſe filiam, Clytaemneſtram vero Iphigeniae fuiſſe nutricem. Vide Pauſaniam lib. II. cap. 22. & notas ad Fab. 98. Quando Oreſtes natus ſit, docet Pt. Hephaeſtio lib. III. apud Photium pag. 477.

11 MORTEM EXSEQUI] *Ἀντὶ τοῦ* vindicare, ulciſci. Locutio eſt Hygino frequens. Cap. 116. *Perſequi injurias.* 117. *Exſequi injurias*, & ſimilia, quae congeſſi ad cap 58. Ea phraſi praeter Livium, & alios ſaepe uſos oſtendit ſummus Gronovius ad illius lib. I. cap. 59. MUNCK.

12 AEOLIUM HOSPITEM ESSE] Apud Sophoclem Electr. vers. 44. jubetur ſimulare Phocenſem paedagogus. MUNCK.

13 URNAM] Tzetzes ad Lycophron. pag. 67. *Ἐθάφθη λοιπὸν τὰς ἀσκάχης τὸ πατρῷον τεθνηκότας καίειν, καὶ τὴν τέφραν αὐτῶν εἰς τὴν πατρίδα κομίζειν.* Confer Cic. lib. II. Leg. Propert. lib. III. el. 10. *Neve aliquid de te fiendum referatur in urna. Sic redeunt illis qui cecidere locis.* MUNCK.

14 DICITQUE OSSA ORESTIS] Scribendum videtur, *dicitque ea oſſa Oreſtis.* Idem vitium eſt alibi notatum. SCHEFF. Cl. Schefferus, *dicitque ea oſſa.* MUNCK. Levi quidem illa, ſed minus tamen neceſſaria, ut videtur, mutatione legebat Schefferus *dicitque ea oſſa. O. c.* Simili ellipſi Tacitus Ann. I. II. . . *cum proferri libellum recitarique juſſit, opes publicae* (in illo) *continebantur.* ubi plura damus exempla. WOPKENS.

15 QUI OCCASIONE CAPTA &c.] I. e. uſi. Frontinus Strat. I. 2. initio: *Scipio Africanus*, capta *occaſione*, *mittendae . . legationis* &c. *Captare occaſionem* eſt obſervare, exſpectare. Vide Fab. ſeq. WOPKENS.

16 ORESTES CUM PYLADE] Haec gloſſam reſipiunt,

reſtes cum Pylade, noctu [1] Clytaemneſtram matrem & AEgiſthum interficiunt. Quem Tyndareus cum accuſaret, Oreſti à Mycenenſibus [2] fuga data eſt propter patrem, quem poſtea furiae matris exagitarunt.

## CXX. *Iphigenia Taurica.*

ORESTEM furiae cum exagitarent, Delphos ſciſcitatum eſt profectus, quis tandem modus eſſet aerumnarum: reſponſum eſt, ut in [3] terram Tauricam ad regem Thoantem, patrem Hypſipyles, iret, indeque de templo Dianae ſignum [4] Argos adferret: tunc finem fore malorum.

ſipiunt, & videntur delenda. Idem vitium jam alibi non ſemel notavimus. Vide quae ſuperius dicta ad cap. 29. MUNCK.

1 CLYTEMN. M. ET AEGISTHUM INTERFICIUNT.] Interfecit praeter eos Helenam AEgiſthi & Clytaemneſtrae filiam Oreſtes. Ptolem. Hephaeſtio lib. IV. apud Photium pag. 479. Euripides in Oreſte vs. 1300, & 1689. Helenae Menelai uxori violentas injicere voluiſſe manus furiis jam agitatum Oreſtem, ſed ab Apolline repreſſum docet. Oreſtes AEgiſthum, Pylades vero Nauplii filios AEgiſtho ſubcurrentes occidiſſe dicuntur a Pauſania lib. I. cap. 22. pag. 52.

2 FUGA DATA EST] Servius ad AEn. X. 497. *Sola Hypermeſtra ſervato Lynceo fugam dedit.* Schol. Hor. ad lib. III. Od. 2. *Ab omnibus factum eſt, praeterquam ab Hypermeſtra, quae Linum* (leg. *Lynceum*) *fuga data ſervavit.* Saluſt. Catilin. cap. 51. *Non animam eripi, ſed exilium permitti jubent.* MUNCK. Oreſtem, matre intereimpta, Athenas ad cognatum Pandionem Athenienſium regem confugiſſe, refert Schol. Ariſtoph. Equit. 95. & Acharn. 960. Demophonte rege Athenienſibus imperante Athenas veniſſe Oreſtem tradit Phanodemus apud Athenaeum lib. X. cap. 10. pag. 437. in Areopago eſſe abſolutum, & in paternum regnum reſtitutum docent Philoſtratus cap. VI. Heroicon. & Schol. Euripidis ſive Hellanicus apud eumdem in Oreſte vs. 1050. pag. 264. B. Adde Pauſan. lib. I. cap. 28. & lib. II. cap. 31. qui de judicibus parum differt ab Hellanico. Quot annos vixerit, & regnaverit poſt caedem Oreſtes, inquirit Meziriacus ad Ovid. Tom. II. p. 364, 365. De furiis, quibus poſt caedem agitatus fuit Oreſtes, agit Lact. ad Statii XII. Theb. 509. Alii vero Clytaemneſtram non manu filii Oreſtis interemptam, ſed a judicibus ultimo adfectam eſſe ſupplicio tradunt. Vid. Serv. ad XI. AEn. 268.

## Ad CAP. CXX.

3 IN TERRAM TAURINAM] Emenda, *in terram Tauricam.* Ideo mox *Tauricos fines* memorat. SCHEFF. Recte *Tauricam* Cl. Schefferus. Supra cap. 98. *In terram Tauricam detulit.* Cap. 261. *Tranſlata ad Tauricam civitatem.* MUNCK.

4 ARGOS ADFERRET] V. Eurip. Iphig. in Tauris 86. & ſeqq. 977, 1014, 1441, 1450. & Meziriac. ad Ovid. Epiſt. VIII. Heroid. p. 278, 279. & ſeqq.

5 STROPHII FILIO] Vide cap. 117. Perperam *Strophicus* dicitur Servio ad AEn. III. 131. MUNCK. Vide Schol. Pindari O. Pyth. XI. vs. 53. Eurip. Iphig. Taur. 917.

6 QUORUM FUIT INSTITUTUM] Taurorum nempe. Ita enim gentem eam appellant Lact. lib. I. cap. 21. Salluſt. apud Juvenal. Scholiaſt. ad Sat. XV. vers. 116. Clemens Admonit. ad gentes pag. 27. ed. Morell. Minutius Felix pag. 34. ed. Leid. aliique. MUNCK.

7 TEMPLO DIANAE] Valde ſanguine gaudebat illa Scythica Diva. Vide Caſſiod. Var. V. 42. Ovid. IV. Triſt. El. 4. III. P. El. 2. MUNCK. De diris hiſce humanis victimis, non tantum Scythicae huic Dianae, ſed inprimis Saturno aliisque diis apud has & alias gentes olim inmolari ſolitis, conſulendi Plutarch. de Superſtit. Tom. II. p. 171. & de Pyth. Orac. pag. 402. Columna ad Ennii Annales pag. 28, 29, 30. Meurſius lib. IV. de Creta cap. 2. Palmerius in Apologia pro Lucano, ultimae editioni adjecta pag. 934. 935. Perizonius ad AEliani VI. V. H. cap. 11. Critici ad Silium Italicum IV. 767. item Celeb. P. Burm. ad Ovidii Ibin. vs. 469. Pauſan. lib. VIII. cap. 2. Tzetzes ad Lycophron. vs. 229. & vs. 1141. Lactant. ad Statii X. Theb. 787. Adde, quod de Amaſtri refert Celeb. P. Weſſeling. II. Obſ. 24. De Scythica hac Diana eadem notant Euripides Iphig. in

lorum. Sorte audita, cum Pylade [5] Strophii filio ſodale ſuo navem conſcendit, celeriterque ad Tauricos fines devenerunt. [6] Quorum fuit inſtitutum, ut qui intra fines eorum hoſpes veniſſet, [7] templo Dianae inmolaretur. Ubi Oreſtes & Pylades cum in ſpelunca ſe tutarentur, & occaſionem captarent, à paſtoribus deprehenſi, ad [8] regem Thoantem ſunt deducti. Quos Thoas ſuo more [9] junctos in templum Dianae, ut inmolarentur, duci juſſit, ubi Iphigenia Oreſtis ſoror fuit ſacerdos. Eoſque ex ſignis atque argumentis, qui eſſent, quid veniſſent, poſtquam reſciit, [10] abjectis miniſteriis, ipſa coepit ſignum Dianae avellere. Quo rex cum interveniſſet & rogitaret, cur id faceret: illa ementita eſt, dicitque [11] eos ſce-

in Tauris a vs. 35. ad vs. 40. & Lucianus Dialog. fabuloſ. VII. & adhaec adludit Philoſtratus lib. VIII. de Apoll. Tyan. cap. 7. §. 10. Quidam etiam dixerunt, Helenam & Menelaum ab Iphigenia huic Dianae Oreſtem quaerentes eſſe inmolatos. Vid. Ptolem. Hephaeſtion. lib. IV. apud Photium pag. 479. Alii, ut Heſiodus & Herodotus narrant, Iphigeniam Dianae beneficio eſſe factam Virginem Hecaten, & Tauros, Scythicam gentem huic Virgini Hecatae i. e. Iphigeniae inmolare ſolere naufragos. Vid. Pauſan. lib. I. cap. 43. init.

8 REGEM THOANTEM] Hic fuit Bacchi filius. Vid. Laet. ad Statii IV. Th. 769. ad V. Th. 659. ab Antonino Liberali videtur vocari Boryſthenis filius. v. Celeb. P. Burm. ad Val. Flacc. II. Arg. 257. Hypſipyle in Lemno ex Jaſone peperit filium Thoantem ab avo denominatum. Laet. ad Statii IV. Th. 771. & ad V. Th. 29. (ubi pro *Euneus* male *OEneus* legitur) & Burm. ad Ovidii Epiſt. VI. Heroid. vs. 56, 339, 507. qui cum fratre Euneo, ac Soloonte Theſei fuit ſocius, ut Menecrates ait apud Plut. in Theſeo pag. m. 12. Fuit & Thoas Ornyti filius, Siſyphi nepos, de quo plura dabunt Schol. Eurip. in Oreſte vs. 1096. pag. 221. Plut. Quaeſt. Graec. Tom. II. pag. 298. Pauſan. lib. II. cap. 4. Fuit & Thoas Andraemonis filius, de quo Pauſan. lib. V. cap. 3. & Hygin. fab. 97. videndi.

9 JUNCTOS] Mallem, *vinctos*. Quod firmat luculentus locus Tzetzae ad Lycophron. p. 200. Πυλαγόρου δ' ἦν ὁ Πυλάδης, ὃς κατελθὼν πρὸς βασιλέα, ἔσχε διαμιᾶς τὸν τῆς Πυλάδης καὶ, Θόαντα τὸν βασιλέα. Multa veterum loca idem vitium occupavit, quorum non exiguam partem alicubi à Nob. Heinſio correctam legi memini. An inter illa etiam illud Pompeiani de amne concreto lib. IV. Catal. Pith. *Poſtquam triſtis hyems frigore junxit aquas*, manum ejus medicam expertum ſit, quoniam locus mihi excidit, neſcio: hoc certum habeo, *vinxit aquas* in illo verſiculo eſſe legendum. Ita *flumina nexa*, & *undae alligari* dicuntur apud Petronium; nec non ὕδωρ πεδᾶσθαι à Graecis. Anthol. lib. I. Sect. XXIII. epigr. I. Ἔδρα Θρηϊκίη χρυσῷ κεκαδμένον ὕδωρ. MUNCK. *Vinctos* hic legendum docet Euripides Iphig. Taur. 456. ubi Iphigenia de Pylade & Oreſte dicit Ἀλλ' οἵδε χέρας ὑπερτόνους δεσμοῖς ἀδύτους συντριβέντες χαλκέοις νέον Πελοπίαγμα θεᾶς.

10 ABJECTIS MINISTERIIS] Nihil hic mutandum. *Abjectis*, eſt abactis, juſſis templo excedere, qui miniſtrare ipſi in ſacrificiis faciendis debebant. Cicero Epiſt. ad Plancum 12. *Hunc quemadmodum fregerim, quantaque contentione Titium interceſſorem abjecerim, ex aliorum te litteris malo cognoſcere.* SCHEFF. H. e. abactis miniſtris, ut bene Scheffcrus interpretatur. Miniſteria pro miniſtris, ut ſervitia pro ſervis, conjugia pro conjugibus, dominatio pro dominis, & id genus ſexcenta alia, eleganter dicuntur. Cyprianus Sermon. de Laplis. *Non in ſacerdotibus religio devota, non in miniſteriis fides integra.* Quintil. decl. 2. *Non terſit miniſteria coeci.* Et, *Miniſteria luminum ſumus.* Decl. 18. *Hoc miniſteria narrant.* Apulej. Mileſ. X. *Miniſteria publica annulum* &c. Sic *officia* pro officialibus dixit Corippus lib. III. pag. 45. *Omnis ſacrorum vis affuit officiorum.* Et pag. 48. *Officia ſtratos juſſu monituque jubentis Erexere viros.* Tertull. de Anim. cap. 37. *Nos officia divina angelos credimus.* Cap. 40. *Cum officia ſulſantur. Magiſterium* pro magiſtro Ambroſius: *Factus eſt caeteris magiſterium perſeverantiae, qui electus erat ad infirmitatis exemplum.* MUNCK.

11 EOS SCELERATOS] Mallem, *eo ſcelerate ſignum contaminaſſe, quod impii & ſcelerati.* Quanquam illud *ſceleratos* a ſequentibus ortum trahere videatur. SCHEFF. Cl. Scheffero rectius videtur: *Eo ſcelerate ſignum contaminaſſe, quod impii & ſcelerati* &c. Ego διὰ κοινοῦ illa verba de Oreſte & Pylade accipiam, quos ſimulanter

ſceleratos ſignum contaminaſſe: quod inpii & ſcelerati homines in templum eſſent adducti, ſignum expiandum ad mare [1] ferre oportere, & jubere eum interdicere civibus, ne quis eorum extra urbem exiret. Rex ſacerdoti dicto audiens fuit. Occaſione Iphigenia nacta, ſigno ſublato, cum fratre Oreſte & Pylade in navem adſcendit, ventoque ſecundo ad inſulam [2] Zminthum ad Chryſen ſacerdotem Apollinis delati ſunt.

## CXXI. [3] *Chryſes.*

AGAMEMNON cum ad Trojam [4] iret, & Achilles [5] in Moeſiam venit, & [6] Chryſeidam Apollinis ſacerdotis [7] filiam adduxit, eamque Agamemnoni dedit in conjugium. Quod cum Chryſes ad Agamemnonem deprecandum veniſſet, ut ſibi filiam redderet, non impetravit. Ob

ſceleratos facit Iphigenia, ne fraudem ſtrui rex ſentiret. Sed ea, quae ſtatim ſubduntur, *quod inpii & ſcelerati homines in templum eſſent adducti*, videntur mihi gloſſam redolere: vel, ſi retinere velis, ita collocanda: *Illa ementita eſt eos ſceleratos ſignum contaminaſſe, dicitque, quod inpii & ſcelerati homines in templum eſſent adducti, ſignum* &c. MUNCK. Nihil hic interpolati animadverto. *Ementita eſt, dicitque*, diciturque per enallagen temporis uſitatiſſimam, (vide ad Fab. XCII.) perque ſolennem itidem pleonaſmum; de quo Daviſius ad haec Min. Felic. Oct. c. XXXIV. *Loquitur Plato: partes orbis nunc inundare* dicit, *nunc* &c. *Eos ſceleratos* dicit Hyginus, quod hoc nomine amicos ſimulate appellaret Iphigenia. Denique quae addit, *quod inpii .. adducti*, rationem, qua ab his hominibus contaminatum eſſet Dianae ſignum, diſertius declarant. WOPKENS. Vid. Eurip. I. I. vs. 1168. & ſeqq.

1 FERRE OPORTERE] Melius, *ferre ſe oportere*. SCHEFF. Cl. Schefferus, *ferre ſe oportere*. Ego antehac conjeci, unica literâ mutatâ, *ferri oportere*. Quid ſi illud *ſe* ſubaudiendum eſſe dicas? Non eſſe id inſolens, nemo ignorat, niſi qui veteres non legit. Tibull. I. el. 7. *Et ſimulat tranſire domum.* Ter. Eun. I. ſc. 2. *Venturum ad me conſtituit.* Curt. lib. VIII. 11. *Conſtituit daturum.* Et ſexcenta id genus alia. MUNCK.

2 ZMINTEN] *Smynthen*. MICYLL. Lege, *Zmintlum* vel *Smintlum*. Vide notas ad cap. 106. MUNCK. Stephanus Byzantinus de Urbib. tamen Σμύδη πόλις Τρωάδος. varie locus exprimitur. Σμύδην vocat Schol. Homeri Iliad. A. vs. 39. Σμύδιον Tzetzes ad Lycophron. vs. 1313. niſi forſan ibi legendum pro τὸ Σμύδιον, τ' Σμύδην. Haec interea de Iphigenia & Diana Taurica narrat Pauſan. lib. I. cap. 33. Μαρτάζουσι δὲ ἀπίχει τῇ μάλιστα Βραυρῶνι, ἔνθα Ἰφιγένειαν τὴν Ἀγαμέμνονος ἐκ Ταύρων φεύγουσαν, τὸ ἄγαλμα ἀγορμῶσι τῆς Ἀρτέμιδος, λανθάνειν λέγουσιν, καταλιπεῖν δὲ τὸ ἄγαλμα ταύτῃ, καὶ εἰς Ἄβαντας, καὶ ὕστερον εἰς Ἄργος ἀφικέσθαι.

## Ad CAP. CXXI.

3 CHRYSES] Hoc caput non fuiſſe ita ab Hygino diviſum a praecedentibus, ſicut nunc eſt, recte videtur cenſere Cl. Schefferus. MUNCK.

4 IRET, ET ACHILLES] Illud *&* delendum eſt, ut formatum ex ſyllaba ultima verbi praecedentis. SCHEFF. Illud *&*, ut natum ex ultima vocis praecedentis ſyllaba, dele cum eodem Scheffero. MUNCK.

5 IN MOESIAM] Imo *in Myſiam*, quod facile colligitur ex Strabone. SCHEFF.

6 CHRYSEIDAM] Aſtynome ejus erat nomen κύριον. Vide notas ad cap. 106. MUNCK.

7 FILIAM ADDUXIT] Scribendum eſt, *abduxit*. Vitium frequens apud Noſtrum, ut jam aliquoties notavi. SCHEFF. Schefferus, *abduxit*. Vide notas ad cap. 8. MUNCK.

8 PARTIM FAME] Videtur deeſſe *partim peſte*. MICYLL. Deeſt, *partim peſte*, quod & Barthius vidit. Res eſt nota ex Homeri Iliad. A. SCHEFF. Suppleo *partim peſtilentiâ*. Cap. 2. Ci-

vitas

Ob id Apollo exercitum ejus [8] partim fame * prope totum consumpsit. Itaque Agamemnon Chryseida gravidam sacerdoti remisit. Quae cum diceret se ab eo intactam esse, [9] suo tempore peperit Chrysen juniorem, & dixit, se ab Apolline concepisse. Postea Chryses [10] Thoanti eos cum reddere vellet, Chryses audiit senior, Agamemnonis Iphigeniam & Orestem filios esse, [11] qui Chrysi filio suo quid veri esset, patefecit, eos fratres esse, & Chrysen Agamemnonis filium esse. Tum Chryses, re cognita, cum Oreste fratre Thoantem interfecit, & inde Mycenas cum signo Dianae incolumes pervenerunt.

## CXXII. *Aletes.*

Ad Electram Agamemnonis & Clytaemnestrae filiam, sororem Oresti,

*vitas tota partim fame, partim morbo interiret.* Videre praeter Micyllum Barthius quoque & Clar. Schefferus eum hiatum. Et quis non videat, qui unquam Homeri poësin inspexerit? Iliad. A. 61. Εἰ δὴ ὁμῶς πόλεμός τε δαμᾷ καὶ λοιμὸς Ἀχαιούς. Quod autem Apollinem pestilentiae auctorem facit Poëta, ex AEgyptiorum id disciplina habet, qui λοιμικὰς νόσους ἡλίῳ ἀναθέσιαν, teste Clemente Alexandrino lib. v. Strom. Confer Hom. Schol. Iliad. A. 50. Heraclid. in Homeri Allegoriis p. 12. Eustath. p. 24. MUNCK. Munkerus plenius legebat *partim fame partim pestilentia p. t. c.* Renititur autem, & merito quidem, doct. Arntzenius ad Aur. Victor. Vir. Inlust. c. XXI. 3. quem consulas. WOPKENS. Subplementum hoc inprobat cl. Arntzenius ad S. A. Victorem de Vir. Inlustr. cap. 21. n. 3. Sed necessarium esse recte vidit cl. Munckerus; audiamus enim, Schol. Homeri Iliad. A. vs. 366. λοιὸν δὲ τὰς Χρύσης Χρυσηΐδα τὸν Χρύσην τὸν ἱερέως τοῦ Ἀπόλλωνος ἔνγαστέρα, ἣν Ἀγαμέμνων κλέψας λαχὼν τῶν παρὰ θεμένων ἐκ ἀκτέανων, ἐξ ὧν ὀργισθεὶς ὁ Θεὸς ἔπεμψε τοῖς Ἕλλησι ΛΟΙΜΟΝ, ὅ ἐστι λοιμικὸν νόσον. Historia ipsa itaque postulat, ut Munckeri emendationem amplectamur.

9 Suo tempore] H. e. mensibus actis, ut loquitur Phaedrus; ἐν καιρῷ ἐκτεκόσῃ ut Graeci. MUNCK.

10 Thoanti eos cum reddere vellet] Quos? Orestem ac Pyladen, quos Iphigenia raptos detulerat ad Chrysen, ut liquet ex superioribus. Caeterum cum de his nil antecesserit hoc in capite, manifestum est, non fuisse ita ab Hygino divisum a praecedentibus, sic ut nunc est, verum hanc divisionem cum inscriptione tituloque factam ab alio quocunque. SCHEFF.

11 Qui Chrysi filio suo] Quis est ille *qui*? an Chryses senior? At hujus filius Chryses junior non erat. Ac ne putare quidem hoc poterat, cum supra noster dixerit, Chryseidam matrem ejus finxisse Apollinem Chrysis junioris patrem. Superest, ut Chryseis ipsa intelligatur. At ita legendum fuerit non *qui*, sed *quae*, quod tamen cum habeat nihil in praecedentibus, quo referri possit commode, locus iste parum integer videtur. SCHEFF. Quaerit Cl. Schefferus, quis sit ille *qui*? Quid si dixero cum, esse Chrysen seniorem? ut hoc velit Hyginus: Qui Chryses senior filio suo, *avi ejus*, hoc est, filio Agamemnonis Chrysi, quid verum esset, patefecit. *Suus* pro *ejus* usurpatum huic scriptori etiam cap. 78. & 109. Ut *se* pro *eum* cap. 60. nec tamen non Latinè. Vide Mariangelum in Auctario pag. 68. ed. Amstel. Gruteri Inscript. pag. 112. 355. 557. 798. Addam & hoc secundum quosdam Iphigeniam etiam & Chrysen esse germanos. Tzetz. in Lycophr. Ἕτεροι δέ φασι Ἐλένης, ἀπὸ Κλυταιμνήστρας λέγουσι τὴν Ἰφιγένειαν. φασὶ δέ, ἐκ τοῦ Χρυσοῦ τοῦ Ἀσσίριος (leg. Ἀστυόχης) καὶ Ἀγαμέμνονος γίνεσθαι παῖδας Χρύσην καὶ Ἰφιγένειαν. Eadem legas apud Etymol. magni auctorem in Χρυσόπολις. Perperam Χρυσόπολις legitur apud Tzetzen. MUNCK.

Ad

reſtis, nuncius falſus venit, fratrem cum Pylade in Tauricis Dianae eſſe inmolatos. [1] Id Aletes AEgiſthi filius cum reſciſſet, ex Atridarum genere neminem ſupereſſe, regnum Mycenis obtinere coepit. At Electra de fratris nece Delphos ſciſcitatum eſt profecta. Quo cum veniſſet, eodem die Iphigenia cum Oreſte venit eo. Idem nuncius, qui de Oreſte dixerat, dixit Iphigeniam fratris interfectricem eſſe. Electra ubi audivit id, truncum ardentem ex ara ſuſtulit, voluitque inſcia ſorori Iphigeniae oculos eruere, niſi Oreſtes interveniſſet. Cognitione itaque facta, Mycenas venerunt, & Aleten AEgiſthi filium Oreſtes interfecit, [2] & Erigonam ex Clytaemneſtra & AEgiſtho natam voluit interficere: ſed Diana eam rapuit, & [3] in terram Atticam ſacerdotem fecit. Oreſtes autem, Neoptolemo interfecto, [4] Hermionem Menelai [5] & Helenae filiam abductam conjugem duxit. [6] Pylades autem Electram Agamemnonis & Clytaemneſtrae filiam duxit.

CXXIII.

## Ad CAP. CXXII.

1 ID ALETES] H. e. *ob id*. Vid. Not. ad cap. 108. Mox *ſupereſſe* repoſui ex Micylli editione, pro *ſupereſſet*, quod Commeliniana & Leidenſis exhibent. MUNCK.

2 ET ERIGONAM] Aut illud & delendum, aut pro eo *at* ſcribendum. SCHEFF. Ante haec verba poſuerim τιλείαν τιγμολὼ, & ſcripſerim, *Etiam Erigonam*. Dictys lib. VI. *Brevique denupta adultero Erigonem ex eo edit*. Scribe, ut heic habes, *Erigonam*, vel *Erigonen*. Adde Etymol. auctorem in Αἴγισθος. Hephaeſtion lib. IV. *Helenam* vocatam tradit. MUNCK.

3 IN TERRAM ATTICAM] Pro *in terra Attica*. Dictum ea de Syntaxi jam ſuperius ad cap. 41. MUNCK.

4 HERMIONEM] Hanc ſolam ex Menelao & Helena natam Homerus ſubindicat. Sed alii etiam filios Nicoſtratum, AEthiolam, Maraphium, & Diaethum ex illis ortos memorant, ut Euſtath. in Hom. Iliad. pag. 303. annotavit. MUNCK. Pauſanias lib. II. cap. 18. dicit Nicoſtratum Menelai filium eſſe ἐκ δούλης e ſerva. Si autem Helena fuiſſet Nicoſtrati mater, iſta injuria Helenae non fuiſſet a filio facta, qua a Nicoſtrato adfectam tradunt Rhodii apud Eund. lib. III. cap. 19.

5 HELENAE FILIAM ADDUCTAM] Legendum ſine dubio eſt *abductam*. Simile quid habes in ſuperioribus, non uno tantum loco. SCHEFF. *Abductam* heic, & cap. ſeq. 2. *abduxit* lege cum Cl. Scheffero. Adde notas ad cap. 8. Quidam Erigonam duxiſſe volunt, ut annotavit Tzetzes ad Lycophron. p. 200. ed. Steph. MUNCK. Cum Noſtro facit Pauſanias lib. I. cap. 33. in fine, ubi plura de *Hermyone*.

6 PYLADES AUT. ELECTR.] Auctore Apolline dedit Oreſtes Pyladi ſororem Electram uxorem. Eurip. Oreſt. vs. 1660.

## Ad CAP. CXXIII.

7 DEIDAMIAE] Deidamia Pirithoi uxor dicitur fuiſſe a Plutarcho in Theſeo p. 14. ſed vide ad fab. 33. De Deidamia Lycomedis filia Neoptolemi matre Philoſtrat. cap. XIX. Heroic. §. 3. Alii Achillis & Iphigeniae filium faciunt. Vid. Tzetz. ad Lycophron. vs. 183.

8 EETIONES FILIA] Ita & Homerus, Dictys, & Serv. ad AEn. II. 456. MUNCK. *Andromachen* patrem fuiſſe Eetiona omnes confirmant, qui de Andromache ſcripſere. Conſule Schol. Homeri Iliad. A. vs. 366. & Meziriac. ad Ovidii Epiſt. VIII. Heroid. pag. 316. Sed de Eetionis patre altum ſilentium. Plures fuiſſe Eetionas conſtat. Jovis & Electrae filius non fuit, de quo Tzetzes ad Lycophron. vs. 218. is enim ob contumeliam, qua adfecit Cereris ſtatuam, fulmine percuſſus eſt, ut docet Schol. Apollonii Rhodii lib. I. Argon. vs. 916. cum Eetion pater Andromachae interfectus dicatur ab Achille cum ſeptem filiis juxta Homerum Iliad. VI. vs. 416.

9 AMPHIALUM] Quos heic auctores habeat Hyginus ignoro. Moloſſum cum aliis Servius eum appellat ad AEn. III. 297. & 319. ut & Iſidorus Orig. lib. XIV. 4. Unde Moloſſia dicta

pars

## CXXIII. *Neoptolemus.*

NEOPTOLEMUS, Achillis & [7] Deidamiae filius, ex Andromacha [8] Aetionis filia, captiva, procreavit [9] Amphialum. Sed poſtquam audivit, Hermionem ſponſam ſuam Oreſti eſſe datam in conjugium, Lacedaemonem venit, & a Menelao ſponſam ſuam petit. Cui ille fidem ſuam infirmare noluit, Hermionemque [10] ab Oreſte abduxit, & Neoptolemo dedit. [11] Oreſtes injuria accepta, Neoptolemum Delphis ſacrificantem occidit, & Hermionen recuperavit; [12] cujus oſſa per fines Ambraciae ſparſa ſunt, [13] quae eſt in Epiri regionibus.

## CXXIV. [14] *Reges Argivorum.*

PHORONEUS Inachi filius, Argus Jovis filius, [15] Peranthus Argi filius,

pars Epiri. Schol. Eurip. Hypoth. Andromachae: Παῖδα ἔσχεν ἐκ αὐτῆς Μολοσσόν. Idem ad vers. 34. Ἴδιος ὁ ἐκ φησὶ παῖδα γενέσθαι τῷ Νεοπτολέμῳ, ἄλλοι τρεῖς (leg. τρεῖς) λέγονται, Πύρρον, Μολοσσὸν, Αἰακίδην. Schol. Pind. ad Nem. od. VII. Ἔσχεν δὲ καὶ Μολοσσὸν τὸν Νεοπτολέμου καὶ Ἀνδρομάχης τέκνον ἔλαττον ἢ Μολοσσία. Invenies ibidem varias cauſas, ob quam cum Delphos ſacrificatum iverit, tum & occiſus illic & ſepultus ſit. MUNCK. Pauſan. lib. I. cap. 11. pag. 26. 27. hic forſan pro *Amphialum* legendum docet *Pielum*. Quum de Pyrrho Achillis filio agens ait καὶ οἱ (Pyrrho) παῖς ἐκ μὲν Ἑρμιόνης ἐγένετο οὐδείς. ἐξ Ἀνδρομάχης δὲ Μολοσσὸς, καὶ Πιελῶ, καὶ πρεσβεῖον ὁ Πίργαμος. Plura p. 27. quomodo pro *Pielis* apud Juſtinum lib. XVII. cap. 3. procul omni dubio legendum. Praeter *AEacidem*, de quo Euripidis Scholiaſtes agit, fuit *AEacides* filius Arybbae, alterius Pyrrhi pater, ut paullo ante idem Pauſan. Αἰακίδης γὰρ τῆς Ἀρύββα Πύρρου ἦν. Adde Plutarch. in Pyrrho paullo poſt init. Tom. I. p. 383. De cujus morte Pauſ. p. 27.

10 AB ORESTE ADDUXIT] Etiam hic *abduxit* eſt ſcribendum. SCHEFF.

11 ORESTES I. A. NEOPTOLEMUM D. S. O.] Ptolemaeus Hephaeſtio lib. III. in excerptis Photii pag. 477. Achillem duos ex Deidamia filios genuiſſe Neoptolemum & Oneirum, & ex iis Oneirum ab Oreſte occiſum hoc modo refert Ἀχιλλέως καὶ Δηιδαμείας δύο γενέσθαι παῖδες Νεοπτόλεμος καὶ Ὄνειρος. Καὶ ἀνελεῖται παῖς ὑπὸ Ὀρέστου ἐν Φωκίδι ὁ Ὄνειρος περὶ σκευοφορίας αὐτῷ μαχεσάμενος. Si haec vera ſint, alterum prudens, alterum imprudens interfecit Oreſtes, & Achillis domui magnam cladem intulit. De Neoptolemi nece Pauſanias lib. I. cap. XI. p. 26. cap. 14. init. cum Kuhnii nota. pag. 33. Serv. ad III. AEn. vs. 297, 330. Scholiaſtes Euripidis in Oreſte vs. 1657. apud quem Pherecydis verba rectiſſime emendantur a Meziriaco ad Ovidii Epiſtol. VIII. Heroid. pag. 308. ita legente καὶ ὑπὸ &c. αὐτὸν δὲ κτείνει Μαχαιρεύς. Quod jam viderat P. Leopardus lib. XX. Emendat. cap. 9. Adde Interpr. ad Juſtinum lib. XVII. cap. 3.

12 CUJUS OSSA] Neoptolemi puta, non Hermionis. SCHEFF. Neoptolemi ſive Pyrrhi. Vide Ovid. Ib. vers. 303. MUNCK. Vid. Meziriac. ad Ovid. Epiſt. VIII. Heroid. p. 310, 312.

13 QUAE EST IN EP. REG.] De Ambracia conſule Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 492. Item Antoninum Liberalem cap. 4. Metam. Adde Strabon. lib. VII. Geograph. p. 500, 501. ac Serv. ad Virg. III. AEn. vs. 274.

## Ad CAP. CXXIV.

14 REGES ACHIVORUM] *Argivorum* Heinſius. Quod probandum omnino. Tatianus Orat. Contr. Graecos p. 172. Γενέσεως Ἀργείων βασιλεῖς ἴδε, Ἶναχος, Φορωνεύς, Ἄπις, Κέλμις, Τελμισσὸς, Ἀργεῖος, Φορβὰς &c. Corrig. Κέλμος & Ἄργος. Vide Not. ad cap. 145. MUNCK.

15 PERANTHUS] Huius loco Phorbas, filius Argi, & pater Triopae memoratur Pauſaniae in Corinth. II. SCHEFF. *Pirantus* cap. 145. audit. Graecis eſt Πείρας. Scribendum ergo utrobique *Perantius* vel *Pirantius*. Nam Graecam

filius, [1] Triopas Peranthi filius, Pelasgus Agenoris filius, Danaus Beli filius, Tantalus Jovis filius, Pelops Tantali filius, Atreus Pelopis filius, Temenus Ariſtomachi filius, Thyeſtes Pelopis, Agamemnon Atrei, AEgiſthus Thyeſtis, Oreſtes Agamemnonis, Clytus [2] Temeni filius, Aletes AEgiſthi, Tiſamenus Oreſtis, Alexander Euryſthei.

## CXXV. *Odyſſea.*

ULYXES cum ab Ilio in patriam Ithacam rediret, tempeſtate ad [3] Ciconas eſt delatus, quorum oppidum Iſmarum expugnavit, praedamque ſociis diſtribuit. Inde ad Lotophagos, homines minime malos, qui Loton [4] ex foliis flore procreatum edebant, [5] idque civibus tantam ſuavitatem praeſtabat, ut qui guſtabant, oblivionem caperent [6] domum reditionis. Ad eos ſocii duo miſſi ab Ulyſſe, cum guſtarent herbas ab eis

diphthongum *ει* in E vel I vertunt Latini. MUNCK.

1 TRIOPS] Non dubito, quin *Triopas* ſit ſcribendum, quia cunctis ſic vocatur. SCHEFF. Quod Cl. Scheffernus conjecerat, *Triopas*, id Noſter ipſe firmat cap. 145. MUNCK.

2 TEMENEI] Lege *Temeni*. Vide notas ad cap. 219. MUNCK.

## Ad CAP. CXXV.

3 CICONAS] Haec Thraciae gens eſt, a Cicone Apollinis filio dicta. Philargyr. ad Virg. IV. Georg. vs. 520. Sed de hac hiſtoria vide Philoſtrati Heroic. cap. X. §. 12.

4 EX FOLIIS FLORE PROCREATUM] Barthius Mſ. ſuum ita exhibere locum hunc teſtatur: *ex foliis florem procreatum edebant, idque cibi genus tantum.* Puto, iſtam lectionem non plane contemnendam. SCHEFF. Vexatiſſimus hic locus. Barthius ex membranis, laudante Scheffero, emendat, *ex foliis florem procreatum.* Ubi ita emendaverit Barthius, hauddum comperi. Adverſariorum lib. VIII. cap. 6. membranas ſuas habere ait, *ex foliis rore procreatum.* Ego malim, *ex trifolii flore procreatum.* Gloſſ. Steph. *Trifolium*, Λωτὸς, τρίφυλλον. Dioſcorides lib. IV. cap. 3. Λωτὸς ἡμερὰ, οἱ δὲ τρίφυλλον. Scio alios, inter quos & Plinius eſt lib. XVII. 17. arborem fuiſſe velle. Sed cum Hygino herbam facit etiam Apollolius Cent. XII. 40. ad proverbium. Λωτῆ ἴφαγις. Ἔστι δὲ πόα, inquit, τὸ λωτὸν, λίθῳ ὁμοιωθὲν. Diſpiciant, qui me ingenio & eruditione magis pollent. Moſchopulus pag. 48. ed. Steph. Λωτὸν χεινῆς κυφόξυλον, ᾧ τὸ ἄνθος ὁμοῖον καθ' Ὅμηρον, καὶ εἰς τροφὴν χρήσιμον τοῖς ζώοις. Tangit locum Homeri Iliad. ξ. quem & Plinius reſpexit lib. XXII. 21. Verſus eſt 348. Λωτὸν δ' ἐρατεινὸν &c. Schol. Λωτὸς, εἶδος χόρτου ἡδέος, διὸ καὶ ἐρατεινὸν, ὅ ἐστι θελκτικόν. MUNCK. De *Loto* conſule Salmaſii Exercitat. Plin. in Solinum pag. 729. & ſeqq.

5 IDQUE CIVIBUS] Barthius ex MS. *Idque cibi genus.* quod probo. MUNCK.

6 DOMI REDITIONIS] Haec juncta, unoque ſcripta vocabulo ait ſimiliter ibi reperiri. Quod tametſi probet, poſſitque videri per alia hujus generis firmari, qualia ſunt *vivicomburium*, *domicoenium*, tamen quia non ut *combuſtio vivi*, *coenatio domi*, ſic & *reditio domi*, verum *domum* dicitur, aſſentior ſummo Gronovio, qui hic *domum reditionis* putat ſcribendum. Vide cum ad Scr. Eccleſ. c. 14. p. 153. SCHEFF. Correxeram, *Domum reditionis*, quod legiſſe memineram cap. 118. *Quando domum repetitionem haberet.* Et apud Dictyn Cretenſem lib. II. *Domuitionem cupiebant.* lib. I. *Domuitionem confirmans.* Cum video id jam olim feciſſe in Obſervationibus τὸ μαχαιρίδιον Gronovium. Gloſſ. Steph. *Domitionem*, ἐπάνοδον. Scrib. cum Vulcanio, *Domnitionem.* Apulejus Hermagora, laudante Fulgentio: *Pollincto ejus funere, domuitionem paramus.* Et in Metam. *Coragio itaque perfecto, omnis domuitionem parant.* Priorem locum adducit in POLLINCTOR, poſteriorem in CHORAGIUM. qui legitur ſub finem lib. IV. ſed paulo aliter. Utitur & lib. I. & XI. eadem voce. Alia exempla ex aliis tibi ſuppeditabunt Voſſius in de Conſtruct. cap. 8. & Schottus Nod. Cicer. lib. IV. cap. 10. Verbalia illa in IO conſtruuntur ut verba, unde deri-

eis datas, ad naves obliti ſunt reverti; quos vinctos ipſe reduxit. Inde ad Cyclopem Polyphemum, Neptuni filium. huic reſponſum erat ab augure Telemo Eurymi filio, ut caveret, ne ab Ulyſſe excaecaretur. [7] Hic media fronte unum oculum habebat, & carnem humanam epulabatur. Qui poſtquam pecus in ſpeluncam redegerat, molem ſaxeam ingentem ad januam obponebat. [8] Qui Ulyſſem cum ſociis incluſit, ſocioſque ejus conſumere coepit. Ulyſſes cum videret ejus inmanitati atque feritati reſiſtere ſe non poſſe, vino, quod [9] à Marone acceperat, eum inebriavit, ſeque Utim vocari dixit. Itaque cum oculum ejus trunco ardenti exureret, ille clamore ſuo [10] caeteros Cyclopas convocavit, eiſque ſpelunca praecluſa dixit, Utis me excaecat. Illi credentes eum deridendi gratia dicere, neglexerunt. At Ulyſſes ſocios ſuos ad pecora adligavit, & [11] ipſe ſe ad arietem: & ita exierunt ad AEolum [12] Hellenis

derivantur. Plautus Moſtell. II. 2. *Quid illi reditio etiam huc fuit?* MUNCK. Adde Cl. Oudendorp. ad J. Caeſar. lib. v. B. G. cap. 48.

7 HIC M. F. UNUM OCULUM H. ET CARN. H. E.] Vid. Inl. Spanh. ad Call. H. Dian. vers. 52, 53.

8 QUI ULYSSEM] Mallem, ſubſtituto commate pro praecedenti puncto, legere *qua*, ut ad molem referatur. SCHEFF. Cl. Scheffero ante haec inciſum mallet poni, & legi *qua*, ut ad *molem* referatur. MUNCK.

9 QUOD A MARATHONE] *Marone.* MICYLL. Legendum eſt, *quod a Marone*, quod Micyllus quoque vidit. Idem vitium ſuperius fuit Fab. 116. SCHEFF. Micyllus, *Marone.* Nil pote melius. Ita enim eum appellat Hom. Odyſſ. I. 197. Vide Euſtath. pag. 317. ed. Baſ. Tibullus Panegyrico: *Ceſſit & AEtnaeae Neptunius incola rupis Villa Maronaeo foedatus lumina Baccho.* Confer Plinium lib. XIV. 4. *Merum Iſmarium* vocat Propert. lib. II. 24. MUNCK. Conſule Olear. ad Philoſtrati Heroicon. prooem. pag. 661. ſive §. 1. & Celeb. Broukh. ad Tibull. lib. IV. El. 1. vs. 57. Fabulam narrat Tzetzes ad Lycophron. vs. 659. & 618. explicat vero Servius ad Virgil. III. AEn. vs, 636. De poculo quod Polyphemo Ulyſſes dedit, v. Athenaeus lib. XI. cap. 1. p. 461. & cap. 9. pag. 481.

10 CAETEROS CYCLOPAS] Triplex a Grammaticis genus Cyclopum dicitur exſtitiſſe. Vide Caſaubon. ad Straboni lib. VIII. pag 572. quod confundit Inl. Spanhem. ad Callim. H. Dian. vs. 68. Philoſtratus enim, Homerum ſecutus loquitur de his Cyclopibus, qui cum Polyphemo erant, quos deſcribunt Plutarchus in Grylo. pag. 986. Schol. ad Homeri Odyſſ. I. vs. 106. ac Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 730. & Philoſtrat. II. Icon. 18. De quorum ſede diſputat Bochartus lib. I. Canaan cap. 30. pag. 561. item Spanh. ad Callim. H. Dian. vs. 56 nec non Broukh. ad Tibull. lib. IV. Eleg. 1. vs. 56. Sed quos numquam fuiſſe cenſet Philoſtratus idem cap. II. Heroic. §. 20. & cap. XI. §. 2. & lib. VI. cap. II. pag. 248. de Apoll. Tyan. Strabo loquitur de Cyclopibus, a quibus Mycenae fuere conditae, de quibus vidimus ad fab. 97. quos Scholiaſtes Euripidis tamen confundit cum tertio genere Cyclopum ad Oreſtem vs. 966. nempe, qui Jovis fulmina facere dicuntur, de quibus ad fab. 49. egimus. Conditores vero Mycenarum ab eodem Euripidis Scholiaſte oriundi dicuntur, a Cyclopibus Thraciae gente, Cyclope rege ita dicta, qui bello ſedibus ſuis relictis inhabitarunt Curetida. Polyphemum ab Ulyſſe excaecatum deſcribunt Schol. Ariſtoph. Plut. vs. 290. & Athenaeus lib. I. cap. 8. pag. 10. ex Hom. Odyſſ. I. 515.

11 IPSE SE AD ARIETEM] Hanc fabulam tangit Schol. Ariſtophanis in Veſpis vs 179.

12 HELLENIS FILIUM] Ita tradit etiam Aſtron. II. 18. in quo ἀμαθέστατον habet Plin. lib VII. 56. Sed AEolum illum ventorum regem Hippotae alii, alii Neptuni, quidam Jovis faciunt filium. Servium vide ad AEn. I. vers. 56. Schol. Hom. ad Odyſſ. K. vers. 2. Αἰόλος ὁ Ἱππότου καὶ Μαρπήσσης. ἕτερος ὁ Ἕλληνος (leg. Ἕλληνος) ἐκ Διὸς, ὃν καὶ Ἡσίοδος μέμνηται. Tres ad eundem locum fecit Euſtath. quem conſule. Longe aliter, quam vulgus, hanc hiſtoriam narrat Parthenius Erot. c. 2. MUNCK. AEoli Hellenis filii ſtemma recenſet Schol. Pindari O. Pyth. IV. vs. 192. ut ex Apollodoro Meziriac. ad Ovidii

lenis filium, cui [1] ab Jove ventorum poteſtas fuit tradita. Is Ulyſſem hoſpitio [2] libere accepit, folleſque ventorum ei plenos muneri dedit: ſocii vero aurum argentumque credentes, cum accepiſſent, & ſecum partiri vellent, folles clam ſolverunt, ventique evolaverunt. Rurſum ad AEolum eſt delatus, à quo ejectus eſt, quod videbatur Ulyſſes numen deorum infeſtum habere. Ad Laeſtrygonas, quorum rex fuit [3] Antiphates * devoravit, naveſque ejus undecim confregit, [4] excepta nave, qua ſociis ejus conſumptis, evaſit in inſulam [5] AEnariam ad Circen Solis filiam, quae potione data homines [6] in feras beſtias commutabat. ad quam Eurylochum cum viginti duobus ſociis miſit, quos illa ab humana ſpecie inmutavit. Eurylochus timens, qui non intraverat, inde fugit, & Ulyſſi nunciavit, qui ſolus ad eam ſe contulit: ſed in

vidii Epiſtol. 1. Heroid. p. 16. De fabula Philoſtratus lib. VII. cap. 14. de Apoll. Tyan. pag. 294.

1 AB JOVE VENTORUM POTESTAS ] Vide Schol. Apollonii Rhodii lib. IV. Argon. vs. 765. & Homerum a Scholiaſte laudatum Odyſſ. K. vs. 21. Quem imitatur Virgilius 1. AEn. vs. 70. Fabulam explicat Tzetzes ad Lycophron. vs. 738. Hunc AEolum propter vinolentiam & corporis craſſitiem Ἀσκὸν vocari ab indigenis Antiphanes ait apud Athenaeum lib. XII. cap. 13. pag. 552.

2 LIBERE ACCEPIT] Ἀντὶ τοῦ *liberaliter*. Rarum illud, nec uſquam legiſſe memini, niſi apud Servium ad illud Virg. Georg. 1. 124. *Omnia liberius nullo poſcente ferebat. Alii*, inquit, *liberius pro liberalius accipiunt.* Ita *libertas* pro *liberalitas* & *abundantia* uſurpare idem videtur ad ejuſdem libri vers. 9. *Intellexit id pabuli libertate fieri.* Uſitatius foret *liberaliter hoſpitio excipere*, ut habes hoc ipſo capite inferius; vel *liberali hoſpitio.* Cap. 130. *In hoſpitium liberale venit.* In Servii loco poſteriori pro *libertate* puto legendum, *ubertate.* Caſſiod. Var. lib. VIII. epiſt. 10. *Ut quod ab illo Martio viro didicerat verbis, in camporum libertate monſtraret.* MS. Cod. cujus excerpta penes me ſunt, *in camporum ubertate.* MUNCK.

3 ANTIPHATES * DEVORAVIT] Videtur aliquid deeſſe. MICYLL. Mſ. Barthii, ut ait ipſe, *divortiavit.* Sed hoc mihi quidem aegre perſuadet. Praeterea locus hac mutatione nondum redditur integritati ſuae. Abeſt enim, quomodo Antiphates devoravit ſocios ipſius, ad quod ſine dubio id *devoravit* ſpectat, legerem; *Ad Leſtrigonas, quorum rex fuit Antiphates, divertit * devoravit.* ut deeſſe id, quod dixi, appareat. SCHEFF. Quo loco aſteriſcus eſt poſitus, deſideratur, *deinde venit, qui ſocios ejus devoravit*, vel ſimile quid. MUNCK. De Antiphate & Laeſtrygonibus conſulendi Tzetzes ad Lycophron. vs. 956. & Broukh. ad Tibull. lib. IV. El. 1. vs. 59. Hos numquam fuiſſe cenſet Philoſtratus cap. 2. Heroicon. §. 20. Sed vide Bochart. de Colon. Phoenic. lib. 1. cap. 30. Hanc fabulam tangit Athenaeus lib. XIII. cap. ult. pag. 610.

4 EXCEPTA NAVE] An, *excepta una nave?* potuit facile ultima ſyllaba vocis *una* periiſſe ob ſimilitudinem litterarum ſequentium. SCHEFF. Mallem, *nave una.* Nam deeſſe aliquid bene vidit Micyllus. Auſon. Perioch. x. *Ibi amiſſis unâ minus navibus, Circeum littus acceſſit.* MUNCK.

5 AENARIAM] Meminit ejus inſulae Obſeq. cap. 114. Vellejus II. c. 10. Cicero ad Atticum x. 13. Sueton. Tiber. cap. 56. ut antiquae editiones repraeſentant. *Inarime* eſt Homero, auctore Solino cap. 9. Feſtus: *AEnariam appellavere locum, ubi AEneas à Troja veniens claſſem appulit.* Ita quidem & Plinius vult lib. III. cap. 6. Sed falli utrumque, & *Enariam* ab enaribus, hoc eſt, ſimilis dictam contendit ad Solinum pag. 97. Salmaſius. In quo ei praevit ad AEn. IX. 715. Servius. Conferendus omnino Voſſius Etymol. in voce SIMIA. Lactantius ad Theb. IV. 550. *Haec igitur Circe in inſula Maeonid delatos ad ſe in feras mutabat.* Leg. *Maeoniae.* Livius enim lib. 94. Inarimen in Maeoniae partibus fuiſſe dicit apud Servium. Tzetzes in Lycophron. pag. 131. Ἦλθεν εἰς Αἰαιλὸν νῆσον τῆς Κίρκης. Leg. Αἰαίλιον. Adde notas ad cap. 127. MUNCK. Salmaſii ſententiam explodit If. Voſſius ad P. Melam lib. II. cap. 7. lin.

in itinere Mercurius ei remedium dedit, monſtravitque, quomodo Circen deciperet. Qui poſtquam ad Circen venit, & poculum ab ea accepit, remedium Mercurii [7] monitu conjecit, enſemque ſtrinxit, minatus, niſi ſocios ſibi reſtitueret, ſe eam interfecturum. Tunc Circe intellexit, non ſine [8] Divina voluntate deorum id eſſe factum: itaque fide data, ſe nihil tale commiſſuram, ſocios ejus ad priſtinam formam reſtituit, ipſa cum eodem concubuit, ex quo filios duos procreavit, [9] Nauſiphoum & Telegonum. Inde proficiſcitur ad lacum Avernum, ad inferos deſcendit, ibique invenit [10] Elpenorem ſocium ſuum, quem [11] ad Circen reliquerat, interrogavitque eum, quomodo eo perveniſſet. cui Elpenor reſpondit, ſe ebrium per ſcalam cecidiſſe, & cervices fregiſſe: & deprecatus eſt eum, cum ad ſuperos rediſſet, ſepulturae tra-

lin. 166. & ab aeriſodinis hanc inſulam dictam cenſet.

6 IN FERAS BESTIAS] Curt. v. 4. *Quaſi feras beſtias ipſos poſſe deprehendi.* Nepos in Datam. cap. 3. *Ut ſi feram beſtiam captam duceret.* Auſonius: *In ferarum ora converſi ſunt.* MUNCK. Livius lib. 26. cap. 13. *Feras beſtias caeco impetu ac rabie concitatas.* cap. 27. *velut feras beſtias per agros vagari.* Ulyſſis ſocios a Circe in ſues mutatos Schol. Theocriti Idyll. IX. vs. 35. in leones & lupos refert Athenaeus lib. 1. cap. 8. pag. 10.

7 MONITU CONJECIT] Legendum eſt, *monitu eo conjecit*, caetera ſunt integra. *Eo*, eſt, in poculum. SCHEFF. Cl. Schefferus, *monitu eo conjecit* h. e. in poculum. Quod ampleſtor. Caeterum moly illud Homeri verbaſcum eſſe autumat Apulejus de Herbis cap. 7. E ſanguine natum in Circes inſulâ interfecti gigantis narrat Hephaeſtion apud Photium p. 482. Tzetzes ad Lycophron. pag. 111. Μῶλυ δέ ἐστι καθ' ὃν ἐκ τῆς ἐκτρῆς τὸ ἄχειρ πήγασον. Adde quae idem habet pag. 131. & Plin. lib. XXV. cap. 4. MUNCK.

8 DIVINA VOLUNTATE DEORUM] Illud *Deorum* gloſſatoris eſt, non Hygini. SCHEFF. Illud *Deorum* Gloſſatoris eſſe cenſet Schefferus. Mihi magis ſuſpectum *divina*. Cap. 63. *Quod ſua voluntate noluit, id deorum factum.* cap. 273. *Deorum factum eſt numine.* Καθ' ἱκεσίαν, καθ' ἑκόντα βάλλειν dicerent Graeci. Lactant. ad Theb. IV. (vs. 552.) *Tunc Circe ſenſit ſine voluntate Deorum non eſſe factum, fideque datâ ſocios ei reſtituit.* MUNCK. Non injuria Munckerus illud *divina* gloſſae loco habebat. Simili autem in menda cubare hic locus Firmici videtur, de Errore Prof. Relig. p. 6. *Ad ſuſtentationem generis humani haec omnia divina ſummi Dei liberalitate donata ſunt.* Niſi talia ſibi invicem patrocinio eſſe velis. WOPKENS.

9 NAUSIPHOUM] *Nauſitboum.* Haec in veteri exemplari in margine annotata erant *Deioneus genuit Cephalum, Cephalus Archium, Archius Laertem, Laertes Ulyſſem, Ulyſſes ex Circe Telegonum, ex Penelope Telemachum. Telegonus ex Penelope Ulyſſis conjuge, Italum, qui Italiam ex ſuo nomine appellavit, e Telemacho Latinus, qui Latinam Linguam ex ſuo nomine cognominavit.* Homerus pro Archio Laertis patre Arceſium habet. Ovid. tamen non Cephali, ſed Jovis filium Arceſium facit. MICYLL. Micyllus *Nauſitboum*, quod Homerus ipſe firmat. SCHEFF. Micyllus *Nauſitboum*. Id ab Homero ipſo firmari ait Cl. Schefferus. Locum Homeri fruſtra quaeſivi. Sed apud Heſiodum Θεογ. 1016. *Nauſinoum* & *Nauſitboum* Ulyſſi ex Calypſone editos invenio; ex Circe autem vers. 1013. *Agrium* & *Latinum*. Tzetzes Chil. v. 16. ex Circe ſuſtuliſſe Ulyſſem hoſce tres ait *Auſonem*, *Telegonum* & *Caſiphonem*. Iſacius ad Lycophron. Κίρκης καὶ Ὀδυσσέως Τηλέγονος καὶ Κασιφόνη. Unius *Telegoni* tantum meminit ad Statium Lactantius. MUNCK. Unius tantum *Telegoni* ex Ulyſſe & Circe nati etiam meminit Schol. Ariſtophanis in Pluto vs. 303. qui totam hanc fabulam refert. De liberis Ulyſſis & Circes conſule etiam Meziriac. ad Ovidii Epiſtol. 1. Heroid. p. 105.

10 ELPHENOREM] *Elpenorem* ſcribendum, cum Graecis ſit Ἐλπήνωρ. Fabulam habes Odyſſ. K. MUNCK. Ita etiam Athenaeus lib. 1. cap. 8. pag. 10. qui de ejus obitu agit.

11 AD CIRCEN] Pro *apud*, ut ſaepe noſter cum optimis. Fallit ergo & fallitur Donatus in libello de octo partibus: *Neque apud amicum vado recte dicitur, neque ad amicum fum.* MUNCK.

traderet, & ſibi in tumulo gubernaculum poneret. Ibi & cum matre [1] Anticlia eſt locutus de fine errationis ſuae. Deinde ad ſuperos reverſus, Elpenorem ſepelivit, & gubernaculum, ita ut rogaverat, in tumulo ei fixit. Tum ad Sirenas [2] Melpomenes muſae & Acheloi filias venit, quae partem ſuperiorem muliebrem habebant, [3] inferiorem autem gallinaceam. [4] Harum fatum fuit tamdiu vivere, quamdiu earum cantum mortalis audiens nemo praetervectus eſſet. Ulyſſes monitus à Circe Solis filia, ſociis [5] cera aures obturavit, [6] ſeque ad arborem malum conſtringi juſſit, & ſic praetervectus eſt. Inde ad Scyllam Typhonis filiam venit, quae ſuperiorem corporis partem muliebrem, [7] inferiorem ab inguine piſcis, & ſex canes ex ſe natos habebat: eaque ſex ſocios Ulyſſis, nave abreptos, conſumpſit. In inſulam Siciliam ad Solis pecus ſacrum venerat, quod ſocii ejus cum coquerent in aheno, mugiebat: monitus id ne adtingeret, ab Tireſia, [8] & à Circe Ulyſſes: itaque multos ſocios ob eam cauſam ibi amiſit. [9] Ad

1 ANTICLIA] Homero eſt Ἀντίκλεια, Odyſſ. Λ. SCHEFF.

2 MELPOMENES] Ita & infra cap. 141. & in Geneal. tradit. Lactantius autem Argum. lib. 1. Met. Ovid. & Servius ad v. AEn. vers. 864. earum matrem Calliopen faciunt. Alii Terpſichoren. Vid. not. ad Geneal. MUNCK.

3 INFERIOREM GALLINACEAM] Pedes gallinaceos habuiſſe tradit Fulgentius lib. 1. Myth. Conſule Spanhem. in de Nummis pag. 224. MUNCK. Et Broukh. ad Tibull. l. IV. El. 1. vs. 69.

4 HARUM FUIT FATUM] Lactant. Argum. lib. v. Met. fab. 9. *Harum ita fuit fatum* &c. MUNCK.

5 CERA AURES] Plutarch. de Aud. Poet. T. II. p. 15. hinc ait πότερον ἂν τῶν νέων, ὥσπερ τὴν Ἡλιακὴν ΚΗΡΑ τινὲς ἢ ἀΐδα ΑΤΕΓΚΤΩ καλοῦσιν.

6 SEQUE AD ARBOREM MALUM] Τὸ *malum* gloſſatoris eſſe videtur. Solebant enim ſimpliciter vocare *arborem*, ut oſtendi in libris meis de Militia Navali. SCHEFF. Τὸ *malum* à gloſſa eſſe cenſet Cl. Schefferus. Non puto. Virg. AEN. v. 504. *Adverſique infigitur arbore mali.* Hieron. lib. II. epiſt. 13. edit. Canis. *In ſummâ mali arbore ſedeat, & inde regendae & circum flectendae navis dictata praedicet.* Accedit huc, quod noſter id genus appoſitionibus delectetur, ut oſtendimus ad cap. 140. Servius ad AEn. v. 487. *Malus, arbor & navis, generis eſt maſculini.* Lege, *Malus, arbor navis, & generis eſt maſculini.* MUNCK.

7 INFERIOREM AB INGUINE PISCIS] Inf. fab. 151. ait *canis.* Verum nil mutandum. Sequitur noſter alios & alios Scriptores. Vide Virg. AEn. III. SCHEFF.

8 ET A CIRCE MONITUS ULYSSES] Illud *monitus* ex ſuperiori huc intruſum, abundat. SCHEFF.

9 AD CHARYBDINQUE] Barthius haec ita dicit Mſ. ſuum habere. *ad Carybdin perlatus, quae ter die abſorbebat, terque eructabat.* Probo. Niſi malimus haec in parentheſi poſita credere, ac ſic oportere ſcribi (*ter die abſorbebat, ter quae eructabat.*) SCHEFF. *Ad Charybdin perlatus, quae ter die abſorbebat*, ex MS. emendat Barthius, laudante Cl. Scheffero. Sed illud *obſorbebat* puto poſſe retineri, ut *obſorbere* dictum ſit, quemadmodum *obducere* pro exhaurire apud Plaut. & Petron. Nob. Heinſius legit: *Ad Charybdin denique perlatus, quae* &c. Conveniunt haec Hyginiana cum illis, quae in Charybdis deſcriptione apud Hom. habes Odyſſ. M. Virg. AEn. III. 420. Ovid. VII. Met. 62. Euſtath. pag. 481. παλίρροιαν illam in Siculo freto quotidie bis tantum fieri oſtendit. MUNCK. Conſule de Charybdi Schol. Apollonii Rhodii lib. IV. Argon. vs. 825. & inprimis Hyginum inluſtrantes Tzetz. ad Lycophron. vs. 743. & Broukh. ad Propert. lib. II. El. 20. vs. 54. Verbum *obſorbere* recte hic tueri Munckerum docet Celeb. P. Burm. ad Phaedr. lib. I. fab. 14. vs. 9.

10 TER DIE OBSORBEBAT] Videntur hic corrupta quaedam, quaedam etiam tranſpoſita eſſe, noluimus tamen quicquam a Vetuſto exemplari recedere. MICYLL.

11 EO MONITU] Emendo, *eam monitu.* Litte-ra *m* ob ſimilitudinem ſequentis eſt expuncta, ut

9 Ad Charybdinque perlatus [10] ter die obſorbebat, terque eructabat: [11] eo monitu Tireſiae praetervectus eſt. ſed ira Solis, [12] quod pecus ejus erat violatum, cum in inſulam ejus veniſſet, & monitu Tireſiae [13] vetuerat violari, cum Ulyſſes condormiret, ſocii involarunt pecus: [14] itaque cum coquerent, carnes ex aheno dabant balatus. Ob id Jovis navem ejus fulmine incendit. Ex his locis errans, naufragio facto, ſociis amiſſis, enatavit [15] in inſulam AEaeam. Calypſo [16] Atlantis filia nympha, quae ſpecie Ulyſſis capta, [17] anno toto eum retinuit, neque à ſe dimittere voluit, donec Mercurius Jovis juſſu denunciavit Nymphae, ut eum dimitteret. [18] Et ibi facta rate Calypſo omnibus rebus ornatum eum dimiſit; [19] eamque ratim Neptunus fluctibus disjecit, quod Cyclopem filium ejus lumine privaverat. Ibi cum fluctibus jactaretur, [20] Leucothee, quam nos matrem Matutam dicimus, quae in mari exigit aevum, [21] baltheum ei dedit, quo ſibi pectus ſuum vinciret, ne peſſum abiret; quod cum feciſſet, enatavit. Inde in [1] in-

ut in multis factum ſimilibus. SCHEFF. Recte, *eam monitu* Cl. Schefferus. MUNCK.

12 QUOD PECUS EJUS ERAT VIOLATUM] Theo in Aratum: pag. 17. Ed. Pariſ. Ὠγυγίδη δ' ὁ νῆσος, ἐπεὶ οἱ ἀρρητῆρες βόες τῷ ἠρᾶν τ' ἤλιον αἴτιοί εἰσι, πρόφρις ποιμενικοὶ ὄντες &c. MUNCK. De hac fabula etiam Tzetz. ad Lycophron. vs. 740. Euripid. in Troad. vs. 435.

> ΟΥ̓ δὴ ϛιὶν ΔΙ΄ΑΥΛΟΝ ὦκισαι πίτρας,
> ΔΕΙΝΗ᾽ ΧΑ΄ΡΥΒΔΙΣ, ὠμόϕαγος τ' ὀρειβάτης
> Κύκλωψ, λίγυσις δ' ἡ ΣΙΩ΄Ν ΜΟΡΦΩ΄ΤΡΙΑ
> ΚΙ΄ΡΚΗ, θαλάσσης ἐξ' ἁλμυρᾶ ναυάγια,
> Λωτῷ τ' ἕρωτες, ΗΛΙ΄ΟΥ Θ' ΑΓΝΑἸ βόες,
> ΑἸ ΣΑ΄ΡΚΑ ΦΩΝΗ΄ΕΣΣΑΝ ἅσσιν ποτὶ
> Πικρὸν ΟΔΥΣΣΕἸ γᾶμον.

13 VETUERIT] Scribo, *vetuerat*. SCHEFF. *Vetuerat* Schefferus. Mallet tamen quis *vetuiſſet* propter praecedens *veniſſet*. Sed vide notas ad cap. 148. & 165. MUNCK.

14 ITAQUE CUM] *Idque cum* Nob. Heinſius. MUNCK.

15 IN INSULAM AEAEAM] Homerus hanc inſulam *Ogygiam* vocat, & erant quoque in vetuſto exemplari quaedam craſa, & pro iis *AEaeam* ab indocto aliquo ſuper inductum. MICYLL. Atqui ea inſula non Calypſus, verum Circes domicilium, ut conſtat ex Homeri Odyſſ. M. Scribendum ſine dubio *Ogygiam*. Cum praeſertim teſtetur Micyllus, in vetuſto Exemplari ſuo hic craſa quaedam fuiſſe, & pro iis *Aeaeam* ab indocto aliquo ſubſtitutum. SCHEFF. Atqui illa in Ogygia habitabat teſte Homero Odyſſ. A. 85. Plin. III. 10. Auſon. Perioch. Od. IV. & V. Tzetze ad Lycophr. pag. 232. aliiſque. Cum Hygino heic tamen facit Mela lib. II. cap. 7. *Circa Siciliam in Siculo freto AEaee, quam habitaſſe Calypſo dicitur.* Caeterum, ſi heic cum Cl. Scheffero *Ogygiam* reponi velis, non difficulter, ut in praecedentibus pro *AEnariam* reponam *AEaeam*, mihi dabis. MUNCK. Conſule ad Melae locum interpretes, &, qui ante Munckerum Hyginum e Mela conatur defendere Mezeriacum ad Ovidii Epiſtol. VI. Heroid. pag. 65. 66. *Ogygiam* & *AEaeam* diſtinguit in hiſtoria Ulyſſis Philoſtratus cap. X. Heroic. §. 12.

16 ATLANTIS FILIA NYMPHA] Deeſſe poſt haec verba *habitabant*, vel ſimile quid, arbitror. MUNCK. Munckerus *habitabat* vel ſimile quid excidiſſe *putabat* poſt *nympha*. Poſſet tamen etiam pro injectitio haberi illud *quae*, quo dempto oratio aptiſſime conſtat. WOPKENS. Solis filia vocatur a Tzetze ad Lycophron. vs. 174. Ad hanc fabulam adludit Philoſtratus lib. VII. cap. 10. de Apoll. Tyan.

17 ANNO TOTO] Septem Annos Ulyſſem apud Calypſo commoratum fuiſſe dicit Tzetzes ad Lycophron. vs. 744.

18 ET IBI FACTA] Illud *&* delendum puto, ut natum ex litteris praecedentibus. SCHEFF. Tὸ *&* non male inducit Cl. Schefferus. MUNCK.

19 EAMQUE RATIM &c.] Conſule Philoſtrat. cap. 11. §. 20. Heroic.

20 LEUCOTHOE] *Leucothee*, vel *Leucothea* ſcribendum eſſe oſtendimus ad cap. 2. Λευκοθέη eſt Hom. Odyſſ. E. 334. MUNCK.

21 BALTHEUM] Sine aſpiratione ſcribunt hoc nomen

[1] insulam Phaeacum venit, nuduſque [2] ex arborum foliis ſe obruit; qua [3] Nauſicaa Alcinoi regis filia, veſtem ad flumen [4] lavandam tulit. ille erepſit è foliis, & ab ea petit, ut ſibi opem ferret. Illa miſericordia mota, pallio eum operuit, & ad patrem ſuum eum adduxit. Alcinous hoſpitio liberaliter acceptum doniſque decoratum, in patriam Ithacam dimiſit. Ira Mercurii iterum naufragium fecit. [5] Poſt viceſimum annum, ſociis amiſſis, ſolus in patriam redit. Et cum [6] ab hominibus ignoraretur, domumque ſuam adtigiſſet, procos, qui Penelopen in conjugium petebant, obſidentes vidit regiam, ſeque hoſpitem ſimulavit: [7] at Euryclia nutrix ipſius, dum pedes ei lavat, ex

nomen alii. *Calanticam* appellat Auſon. Odyſſ. Perioch. v. Κριδίμιον Homerus vers. 346. Scholiaſtes κεφαλόδεσμον interpretatur. Immo & καλύπλεγι ad Iliad. ξ. vers. 184. Gloſſ. Steph. *Cacautica*, εἶδος ζώνης. Lege cum Vulcanio *Calantica*, quae explicatio valde huic loco eſt conveniens. Ζώνη enim ζωστὴρ, hoc eſt, *balteus*. Sed Ciceroni apud Nonium eſt tegmen capitis: *Tunc cum vincirentur pedes faſciis, cum calanticam capiti accommodares.* Quanquam ibi *Calauticam* habet Merceri editio, ut & ultima Arnobii lib. II. Servius in IX. AEn. *Pilea virorum ſunt, mitrae foeminarum, quas Calanticas dicunt.* Diſtinguit à mitris Ulpianus Pandect. lib. 38. *Ornamentorum haec, vittae, mitrae & feminitrae, calantica, acuſve* &c. Ἄμπυκα appellat Lycophr. p. 121. Ubi interpres: Ἔστι ὁ κεφαλοδέσμιον γυναικεῖον. Lege, κεφαλοδέσμιον. Et pag. 132. Δίδωκε τὸ κριδίμιον αὐτῇ. MUNCK. *Balteus* quaevis cinctura eſt, id quod patet e Servio ad Virg. v. AEn. vs. 313. *Balteus non tantum dicitur, quo cingimur, ſed etiam a quo arma dependent.* Ergo inprimis notat id, quo cingimus ſive caput, ſeu humeros, ſive pectus, ſeu etiam pedes. Conſule Bart. & Vlit. ad Nemeſiani Cyneget. vs. 92. e quibus poſterior docet *Balteum* praecipue dici, quod tunicam in medio homine cingit. Recte itaque *Balteum* noſter vocavit id, quo Ulyſſes pectus ſibi vinciret. *Balteum* hoc adpellavit Lycophron. vs. 758. ἄμπυκα, quam vocem proprie notare diadema, reticulum, faſciam, qua mulierum coma redimitur, recte docent Schol. Pindari Olymp. Od. VII. vs. 118. & ad O. Iſthm. II. vs. 2. Spanh. ad Callim. H. Cer. vs. 125. p. 731. & Cl. Graevius in Lect. Heſiod. cap. 25. pag. 131. Verum etiam aliud quid notat interdum. Si conſulamus Scholiaſtem Ariſtophanis in Acharn. vs. 671. is docebit, etiam notare τὸ περιέχον, & ab ipſo Ariſtophane pro ambitu ſive operculo poculi ſumi videbimus. Si Scholiaſtem Euripidis in Hecuba vs. 464. inſpiciamus, diſcemus Ἄμπυκα quidem proprie eſſe, ornamentum quoddam auro gemmiſque diſtinctum, quod mulieres circum capita geſtant, verum etiam metaphorice Ἄμπυκας dici ἀργυρέους χαλινοὺς *inauratos fraenos.* Rota, ad quam Ixion ligatus dicitur, ἄμπυξ vocatur a Sophocle in Philoctete vs. 679. ubi Vet. Schol. κατ' ἄμπυκα explicat per καθ' ὁμαλὸν τροχόν. Itaque ἄμπυξ Lycophronis, & *Balteus* Hygini parum differunt. κριδίμιον Ulyſſis vero apud Homerum non notat κεφαλόδεσμον tantum, verum etiam velamentum, quod tegebat totum pectus, quo κριδίμιον Ulyſſes uſus eſt ἀντὶ ταινίας in inſula Samothrace ad exemplum eorum, qui, ſacris Deorum Cabirorum initiati, circa ventrem taenias purpureas habebant, & ita e maximis tempeſtatibus ſervabantur, quibus ſacris initiatus etiam fuit Ulyſſes. conſule Schol. Apollonii Rhodii lib. I. Argonaut. vs. 917. de κριδίμιον hoc latiſſime egit Doctiſſ. Guthberlethus de Myſteriis Deorum Cabirorum cap. 9. Sic Homerus κριδίμια vocat Moenia totam urbem cingentia Iliad. II. vs. 100. ubi Schol. De hac fabula vide Philoſtratum etiam lib. VII. cap. 22. de Apollon. Tyan.

1 INSULAM PHAEACUM] Corcyram puta. Vide Serv. ad AEn. III. 291. MUNCK.

2 EX ARBORUM FOLIIS SE OBRUIT] Manuſcr. Barthianum ipſo teſte habet, *operuit*, quod non contemno, cum alterum fere damnum aut exitium illius notet, qui obruitur. Nil tamen cenſeo mutandum. Vide c. 195. SCHEFF. Barthius ex MS. profert Adverſ. VIII. 6. *operuit.* Homerus quidem Odyſſ. E. vers. 491. Ὡς Ὠδυσῆος φίλοισι καλύψαῖ. Vulgatum tamen praefero, quia è foliis erepſiſſe mox ſequitur. Ad hoc *obruere* familiare huic ſcriptori eſt verbum. Cap. 147. *Clam in igne obruebat.* 171. *Titionem in media regia obruit.* 195. *Corium in terram obruerunt:* Apitius lib. I. *Si herdeo obruas, illaeſas invenies.* Vellejus II. 19. *Nudus ac limo obrutus.* MUNCK.

Alia

ex cicatrice Ulyſſem eſſe cognovit. Poſtea procos, Minerva adjutrice, [8] cum Telemacho filio & duobus ſervis interfecit ſagittis.

## CXXVI. *Ulyſſis cognitio.*

[1] ULYSSES ab Alcinoo rege Nauſicaae patre cum eſſet muneribus dimiſſus, naufragio facto, nudus Ithacam pervenit, ad quamdam caſam ſuam, ubi erat nomine Eumaeus ſybotes, [9] hoc eſt, ſubulcus pecoris. quem canis cum agnoſceret, & ei blandiretur, Eumaeus eum non recognoſcebat, quoniam Minerva eum, & habitum ejus commutave-

Alia de Ulyſſe Plut. de Aud. Poet. pag. 27.

3 NAUSICA] Scribendum *Nauſicaa* ex Homero, cui eſt Nauſicaa. Idem vitium eſt in ſequenti capite, ubi pro *Nauſicae*, *Nauſicaae* legendum. SCHEFF. Ita recte ediderunt Micyllus & Commelinus. Perperam *Nauſica* Lugdunenſis. MUNCK. De rege ipſo Phaeacum *Alcinoo* videndi Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 492. Conon Narrat. 3. apud Photium Biblioth. p. 425. & Perizon. ad AElian. lib. XII. V. H. cap. 25.

4 LAVANDUM TULIT] Lego *lavandam*. Alluſit ad hanc fabulam Ovid. Priap. c. 69. *Hujus & Alcinoi mirata eſt filia membrum Frondenti ramo vix potuiſſe tegi.* Ἐγκρύπτειν nempe, non σφετερίζεσθαι. Hybreas in controverſia de illo, qui tribada deprehenderat, & occiderat, ut eſt apud Senecam Contr. II. lib. 1. Ἐγὼ δ' ἐκ ἐζήτουν σφάγιον τὸν ἄνδρα, γνῶσιν δὲ σφετερίσασθαι. Ita lego illum locum. Notus eſt helleniſmus. Ut *Vir* apud Latinos, ita & ἀνὴρ apud Graecos pro virilitate ponitur. Vide Lucian. p. 147. tom. II. ed. Bened. Quod ſequitur in eadem controverſia, ἰδοὺ φιλάνδρου μοιχὸν ἔλαβον, verterim, *ecce virorum amantem adulterum cepi.* Ita tribada appellat, quod mulier nata vir eſſe deſideraret, & virile negotium ageret. Dignum Thebano aenigmate monſtrum, de quo Martial. I. 91. Hierocles in Facetiis: ἰδὲ ὡς πρωΐ καὶ σφεκάσιι. *Vide ut comedat & ambulet.* Gloſſ. Philox. *Vide*, ἰδὲ, βλέπε. leg. ἰδὲ. MUNCK. Vide Pauſan. lib. I. cap. 22. p. 52.

5 POST VICESIMUM ANNUM] De Ulyſſis erroribus diſputans ampliſſ. Cuperus in Apotheoſi Homerica pag. 53, 54, 55. recte obſervat Ulyſſem poſt decennale Trojae bellum totidem annos erraſſe, & ita a patria ſua viginti annis abfuiſſe, quod & hoc ipſo loco probatur.

6 AB HOMINIBUS IGNORARETUR] Malim *omnibus*. Niſi forte putas homines opponere eum cani, à quo agnitus fertur cap. 126. Cicero lib. I. ep. 10. *Illo ſi veneris, tanquam Ulyſſes, cognoſces tuorum neminem.* Lepide ſermonem convertit ab Ulyſſe ad ipſius Valerii humilitatem ac ſolitudinem, ut recte animadvertit Manutius. MUNCK.

7 ET EURYCLEA] Scribendum cenſeo, *At Euryclea*. SCHEFF.

8 CUM TELEMACHO] Qui poſtea a Sirenibus interfectus dicitur ab Hephaeſtione lib. VII. apud Photium pag. 490.

## Ad CAP. CXXVI.

9 HOC EST, SUBULCUS PECORIS, QUEM CANIS] Barthius haec verba ſic exiſtimat legenda. *Subulcus, quem canis pecoris.* Mihi neceſſarium non videtur, ut mutetur quidquam, praeter diſtinctionem, quae poſt *Subulcus*, non *pecoris* collocanda. Solet quippe noſter iſtiusmodi trajectionibus non ita infrequenter uti, quod jam alibi notatum eſt. SCHEFF. A gloſſa haec eſſe ſuſpicor. Neque enim Hygini eſt interpretari ſemper Graecanica vocabula. Vide cap. 26. 30. 188. 190. 199. Facit id tamen cap. 12. *Monocrepis, id eſt, uno pede calceatus.* 71. *Epigoni, id eſt, filii.* 92. *Eride, id eſt, diſcordia.* 188. *In baliaetum, id eſt, aquilam marinam.* 200. *In Daedalionem, id eſt, accipitrem.* Barthius heic legit, *Quem canis pecoris.* Cl. Scheffernus mutat tantum diſtinctionem, *ſubulcus pecoris quem canis.* Scio ſatis Latine ita poſſe dici canem paſtoritium. Jobi cap. XXX. vers. 1. *Quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei.* Dubito tamen nonnihil, an tam levi medicinâ ſatis ſanatus ſit locus. Nam canis ille, qui Ulyſſem agnoſcebat, non Eumaei erat canis, nec cuſtos pecoris, ſed quem Ulyſſes, antequam ad bellum Trojanum proficiſceretur, enutriverat. Nomine *Argum* fuiſſe memorat Homerus Odyſſ. P. 291. Vide ibi Schol. & Etymol. in Ἄργος. Tu *ſybotes* nec Manilius uti eit veritus lib. V. *Et [illegible]*



-dus,

taverat. Eumaeus eum rogavit, [1] unde eſſet. & ille ait, ſe naufragio huc perveniſſe. quem cum paſtor interrogaret, an Ulyſſem vidiſſet: dixit ſe comitem ejus eſſe, & ſigna & argumenta coepit dicere. quem mox Eumaeus caſa recepit, cibo potuque animavit. Quo cum veniſſent famuli, miſſi ſolito more pecora petitum, & ille interrogaſſet Eumaeum, qui eſſent: ait, Poſt Ulyſſis profectionem, [2] cum jam tempus intercederet, proci Penelopen in conjugium petentes venerunt. quos illa conditione ita differt: Cum telam [3] detexuero, nubam. [4] Quam interdiu detexebat, & ſic eos differebat. nunc autem illi cum ancillis Ulyſſis diſcumbunt, & pecora ejus conſumunt. Tunc Mi-

*dum Laertiadae genuere ſyboten.* MUNCK. Ὑφορβὸν Εὔμαιον vocat Theocritus Idyll. XVI. vs. 54. quem conſulas oportet. De hoc Eumaeo plura narrabit Plutarchus in Quaeſt. Graec. Tom. II. pag. 294. ut & de Ulyſſe. & lib. VII. Sympoſ. Quaeſt. 4. p. 704.

1 UNDE ESSET, ET ILLE AIT] Illud & natum ex praecedentis vocis ſyllaba ultima videtur. plane uti factum praecedenti capite. SCHEFF. Τὸ & delet, me non nolente, Schefferus. MUNCK.

2 CUM JAM TEMPUS INTERCEDERET] Barthius Mſ. ſuum poſt vocem *tempus* interſerere ait vocem *ingens*. SCHEFF. Barthius Adv. X. 20. ex membranis, *tempus ingens intercederet*. Quod ſane vulgato longè eſt melius. MUNCK. Quod Mſ. Barthii *ingens* exhibet poſt *tempus*, repudiandum quidem non eſt, quamvis nec cum Munckero adſciſci illud opus ſit. De hac enim ellipſi adeatur cum multis aliis Burmannus ad Phaed. IV. 18. WOPKENS. De numero & luſu procorum Penelopen ambientium conſule Athenaeum lib. I. cap. 14. pag. 16, 17.

3 DETEXUERO] H. e. texendo abſolvero. Titinnius Fullonibus: *Quae inter decem annos nequiſti unam tegam detexere.* Gloſſ. Cyrill. Ἐκτίμωσον ἰσόν, *detexo*. Philox. *Detexo*, Καθαίρω ἰσόν. Bene Servius in Ecl. II. 72. *Detexere, perficere, finire, multum texere. Nam DE modo non minuentis eſt, ſed augentis.* Μιλφορικῶς Nemeſianus Ecl. III. 15. *Famque ego Baccheos ortus, & ſenina vitis Ordine detexam.* Et Virgil. Ciri: *Coeptum detexere munus.* Sulpicia in Satyrâ. *Fabellam permitte mihi detexere paucis.* Quo in verſu *paucis* legendum cenſet Illuſtris Heinſius, cum tota Satyra in pacem Domitiani invehatur. In eodem doctiſſimae poëtriae carmine, ut in tranſitu hoc dicam, vereor ne fruſtra exagitent illum verſum Douza in Schediaſmate ſuo, & Scioppius in Veriſimilibus, quem diſtinctione aliqua ita clariorem reddo: *Teque, quibus, princeps & facundiſſima, calles, Aggredior.* Aggredior te, inquit, ô princeps & facundiſſima Muſarum, iis numeris, quibus tu calles & perita es prae caeteris; heroicis puta. Facundiſſimam eſſe Calliopen nomen ipſum indicio eſt. Principem etiam facit Naſo v. Met. 662. *Finierat doctos è nobis maxima cantus.* Et merito *princeps* audit, cum ejus inventum dicatur ποίησις. Vide Tzetz. ad Heſiod. pag. 7. ed. Heinſ. Heſiodus ipſe Theog. Καλλιόπη θ', ἣ δὴ σεμνοτάτη ἰσὶν ἀπασέων. Vide ibi χολ. πακ. *Callere carminibus* ſatis Latinè dicitur. Juſtinus lib. XXIV. 4. *Augurandi ſtudio callere.* Solin. cap. 13. *Callere arte ſagittaria.* Petron. *His ego callens artibus.* Capella lib. III. *Foeminam tali multorum curatione callentem.* Virgilius lib. IV. contra Eutych. *Quem callens aſtris quaeſivit cura magorum.* Valer. Max. VIII. 12. *Qui quotidiano ejus uſu callent.* MUNCK.

4 QUAM INTERDIU DETEXEBAT] Barthius ſic legit ex Mſ. *Noctu autem, quam interdiu texebat, retexebat.* Probo. Nam *detexere* non eſt ſolvere, quod textum eſt, ſed texturam finire. Ideo ſupra dicebat, *cum detexuero.* Non ergo *detexebat*, quia ſic nubendum ipſi fuiſſet, verum *retexebat*, id eſt, quod detexuerat ante, & poſt ſolverat, texebat de novo. SCHEFF. Barthius ex conjectura non ex MS. ut vir Cl. putabat, *Noctu autem, quam interdiu texebat, retexebat.* Quod probo vehementer. *Retexere* eſt reſolvere. *Reſolvere ſtamen* dicunt Propertius, Silius & Seneca, ut obſervavit Illuſtris Heinſius ad Ovid. Met. p. 43. Propertius lib. II. el. 7. *Conjugium falſâ poterat ſimulare Minervâ, Nocturno ſolvens texta diurna dolo.* Ovid. III. Am. El. 9. *Tardaque nocturno tela retexta dolo.* Eleganter Apulej. *Omnem columniae textum retexo.* MUNCK.

5 EFFIGIEM SUAM EI RESTITUIT. SUBITO SYBOTES] Illud *Subito*, exiſtimo cum praecedenti *reſtituit* connectendum, minus enim convenienter dicitur Sybotes ſubito vidiſſe, quia prius

Minerva [5] effigiem ſuam ei reſtituit. Subito ſybotes ut vidit Ulyſſem eſſe, tenens amplectenſque lachrymari coepit prae gaudio, & admirari quid eſſet illud, quod eum inmutaverat. Cui Ulyſſes ait, Craſtino die perduc me in regiam ad Penelopen. Quem cum duceret, Minerva [6] ei iterum faciem mendici transformavit. Quem cum Eumaeus ad [7] mneſteras perduxiſſet, [8] & cum ancillis diſcumberent, ait ad illos: Habetis ecce alterum mendicum, qui cum Iro vos delectet. Tunc [9] Melanthius unus ex mneſteribus ait: Imo inter ſe luctentur, & victor accipiet [10] ventriculum fartum & harundinem, [11] unde victum ejiciat: qui cum luctati eſſent, & Ulyſſes [12] Irum adploſiſſet, atque

prius videre non poterat, quam Ulyſſis ſpecies eſſet immutata. SCHEFF.

6 EI ITERUM FACIEM MENDICI] Barthius, *faciem in mendici*, quod eſt optimum. SCHEFF. Barthius, *Ei iterum faciem in mendici.* Quod amplectitur Cl. Schefferus. Ego mallem tamen, *Eum iterum in faciem mendici.* Virg. AEn. XII. 623. *In faciem converſa Metbyſci.* Noſter cap. 189. *Commutat eum in boſpitis figuram.* MUNCK. Emendant *M. ei iterum faciem in mendici tr.* vel *M. eum iterum in faciem mendici tr.* Sed loci integritas omne remedium reſpuit. Solenni enim ὑπαλλαγῇ *transformari, mutari* &c. dicuntur, in quae alia transformentur, mutentur, vel quae alterius vice dentur vel adſciſcantur. Sic *album mutare colorem*, pro adſciſcere pro alio, Fab. CXXXVI. *qui ter in die colorem* mutaret, . . *primum* album, *ſecundo* rubrum, *deinde* nigrum. Paulinus v. Mart. v. 155.

Permutat *niveum deſcendens unda colorem.*

Alcimus Avitus II. 63.

*Et nunc ſaepe hominum, nunc ille in ſaeva ferarum*
*Vertitur ora, ſubinde novos* mutantia *vultus.*

Ovidius Metam. I. ineunte:

*In nova fert animos mutatas dicere formas*
*Corpora. Di coeptis (nam vos* mutaſtis *& illas)*
*Adſpirate meis.*

Ubi non erat, cur Francius vellet, *nam vos mutaſtis in illa*, vel *namque bas mutaſtis in illas.* Ruffinus Hiſt. Euſeb. l. I. . . *in banc vitam . . deciderunt, ac terrae . . habitaculum pro paradiſi deliciis commutarunt:* id eſt, ac pro terrae habitaculo p. delicias comm. Dictys Cret. VI. 9. mutata *Phrygia veſte:* i. e. Locrenſi veſte in Phrygiam. Tacitus Hiſt. II. 80. *Statuiſſe Vitellium, ut Germanicas legiones in Syriam ad militiam opulentam quietamque transferret: contra Syriacis legionibus Germanica biberna . . mutarentur:* i. e. Sua hiberna Germanicis hibernis mutarentur. Sed jam Lambinus ac Bentlejus ad Horat. aliique alibi hanc formam obſervarunt. WOPKENS.

7 MNESTRAS] Μνηστῆρας. MICYLL.

8 ET CUM ANCILLIS DISCUMBERENT] Exiſtimo ſcribendum *& cum ancillis illi diſcumberent.* Vocula haec excidit ob ſimilitudinem litterarum, quae ſunt in voce *ancillis.* SCHEFF. Cl. Schefferus, *cum ancillis illi diſcumberent.* Eſt tamen, cur dubitare poſſis, ſi conſideres illa, quae ad cap. 8. annotavi. MUNCK.

9 MELANTHIUS] *Antinous.* MICYLL.

10 VENTRICULUM FARSUM] Scribo *ventriculum fartum.* Sermo eſt de ventriculo caprino farto, & toſto ad ignem, in cibum, uti conſtat ex Homero. SCHEFF. An *fartum*? Auſon. Perioch. Odyſſ. 18. *Caprini ventris omentum.* Ἔντερον eſt τῆς ὁ Deuter. XVIII. 3. Homer. vers. 44. γαστέρα αἰγὸς appellat. Gloſſae Iſidor. *Scrutulus, ventriculus fartus.* In notis Tyronis p. 167. inter cibaria invenio numerari *Suericulum.* Fort. *ventriculum.* niſi *vericulum* mavis à veru. Sed verius videtur *utriculum.* Sanè *utriculum porcelli* habes apud Apit. lib. VIII. cap. 7. Poſſis tamen excuſare *farſum* per archaiſmum. *Farſum* vetuſtiſſimos dixiſſe oſtendit *farſura*, quo Tertullianum uſum obſervat Scaliger ad Varron. pag. 242. Petron. Fragm. Trag. pag. 54. *Niſi epidipnis eſſet allata, turdis iligine*, (leg. *ſiligine* cum Nob. Heinſio) *uvis paſſis, nucibuſque farſis.* Ita antiquus codex habuit, non *fartis*, ut ediderunt. Apitius lib. IV. cap. 2. *Mittes longanones* (leg. *longabones*) *porcinos ex jure Tarentino farſos, conciſos* &c. lib. V. cap. 3. *Piſa farſilia.* VIII. 7. *Porcellus farſilis.* Adde, quae obſervavit Borrichius in ſuis cogitationibus ad Voſſii Librum de Vitiis Sermon. MUNCK.

11 UNDE] I. e. quâ. Vide not. ad cap. 112. MUNCK.

12 IRUM APPLOSISSET] *In terram.* MICYLL.

atque eum ejeciſſet, Eumaeus in mendici perſona Ulyſſem ad Euryclíam nutricem perduxit, dicitque eum ſocium Ulyſſis fuiſſe, [1] cui cum vellet, Ulyſſes ei os compreſſit, atque Penelopen [2] & eam praemonuit, ut arcum & ſagittas ejus daret procis, ut qui ex iis eum intendiſſet, eam uxorem duceret. [3] Quae cum fecit, inter ſe certarent. & nemo [4] poſt intenderet, [5] Eumaeus ait deridendi gratia, [6] demus * non pateretur Melanthius, qui erat * Eumaeus arcum ſeni tradidit. Ille omnes procos confixit, excepto Melanthio ſervo. [7] Is clam procis deprehenſus eſt, cui nares & brachia & reliquas partes membrorum minutatim ſecuit, [8] atque [9] domum ſuam cum conjuge potitus eſt. Ancillas autem ſuas juſſit corpora eorum ad mare deferre, in quas

CYLL. Ita rectè Leidenſis & Schefferi editio, ut conjectaverat quoque Barthius, niſi quod *terrae* addi volebat. *Iterum* malè Commelinus & Micyllus ediderunt: quorum ille tamen in erratis, ita ut heic legitur, legendum eſſe benè monuit. Plena oratio eſt, *Irum terrae applosiſſet*. Apulejus VI. Met. *Protinus terrae applodo*. Et IX. *Terrae graviter applodit*. Sueton. Aug. 96. *Aſflixit & ad terram dedit*. Domit. cap. 23. *In terram arietavit*. Hom. de Iro Od. Σ. 97. Κάδ δ' ἔπιεσεν κονίηισι μακὼν, σὺν δ' ἤλασε' ἴδοντας; Λαικάζων ποδὶ γαίαι. Malui antehac *afflixiſſet*. Sed *affligo* & *applodo* idem. Gloſſ. Cyrill. Πεσσρόσω, *inlido*, *applodo*, *adlido*, *adfligo*. *Plodo* archaicum eſt pro *plaudo*. Diomedes lib. I. *Plaudo frequens eſt apud veteres plodo, eâ conſuetudine, qua au ſyllaba cum o commercium habet, ut cum dicimus clauſtra & cloſtra, cauda & coda, & ſimilia*. Sanè coda, copo, plodo invenias etiam in Fragm. Petron. Trag. cui & *lotam* pro *lautam* puto reſtituendum pag. 36. *Etiam videte, quam porcus ille ſilvaticus lotam comederit glandem*. Ita lego, pro *totam glandem*. Intelligit autem *Thebaicas & caryoeas*, de quibus loquutus erat in praecedentibus. MUNCK.

1 CUI CUM VELLET] Barthius exiſtimat legendum, *cui cum ulularet*. Ego nil invenio in hiſtoria, quod illud *ulularet* poſſet ſtabilire. Quare cum Micyllo deeſſe aliqua hic cenſeo. SCHEFF. Merito locus hic ἀτιέτωται. Deſunt enim heic illa, quae habes capite praecedenti. Poſtularet hiſtoria & contextus fabulae ex Hom. Odyſſ. vers. 477. & ſeqq. *At Euriclia, dum pedes ei lavat, ex cicatrice Ulyſſem eſſe cognovit. Quae cum exclamare eum eſſe Ulyſſem vellet, Ulyſſes ei os compreſſit*. Vel cum Auſonio Periocho XIX. *Quae cum multa alia quaerere vellet* &c. MUNCK.

2 ATQUE PENELOPEN ET EAM] Quam? nutricem Euryclíam? Atqui ſequitur de una tantum *daret*. Neque aliter habetur in hiſtoria. Quare lego, *atque Penelopen etiam praemonuit*. SCHEFF. *Etiam* Cl. Schefferus. Accedo ejus conjecturae, cum mox ſequatur, *quae cum fecit*. MUNCK.

3 QUAE CUM FECIT INTER SE CERTARENT] Haec omnia ſe habent peſſime. Scribendus totus locus ita videtur: *quae cum fecit, & inter ſe certarent, & nemo poſſet intendere, Eumaeus ait* &c. SCHEFF. Conjectavi antehac, *Quae fecit. Cum inter ſe* &c. Cl. Schefferus in indice ſubaudiri per ellipſin *ut* putat. At in notis ad hunc locum emendat: *Quae cum fecit, & inter ſe certarent*. Quod praeferò, cum ſciam diverſos modos etiam alibi à noſtro copulari. Vide not. ad cap. 148. Sed Nobil. Heinſius emendat: *Qui cum confeſtim inter ſe certarent*. MUNCK.

4 POST INTENDERET] *Poſſet intendere*. MICYLL. In Micylli editione, *poſt intendere*. Inde fecerim, *poſſet intendere*. Quod & Micyllo viſum fuit. Conſer Priap. c. 69. MUNCK.

5 EUMAEUS AIT DERIDENDI GRATIA] Inciſum ponam poſt τὸ ait. Simulat Eumaeus ſe favere procis. MUNCK.

6 DEMUS * NON PATERETUR] Locus palam defectus eſt. Forte ſcripſit, *Demus etiam huic mendico experiundi poteſtatem. Cum non pateretur Melanthius, qui erat fautor proterviae procorum, Eumaeus arcum* &c. Vide Hom. Odyſſ. XX. & XXI. apud quem non Eumaeus, ſed Telemachus Ulyſſi tradit arcum. MUNCK.

7 IS CLAM PROCIS DEPREHENSUS EST] Haec verba parentheſi debent includi. Eſt autem *clam procis*, ipſis neſcentibus. SCHEFF.

8 ATQUE] *Itaque* Cl. Schefferus, hoc eſt, & *ita*. Non malè. MUNCK.

9 DOMUM SUAM POTITUS EST] *Domó ſua*. MICYLL. Emendo *itaque domum ſuam*, hoc eſt, & *ita*. Micyllus putat *Domo ſua* legendum, ſine cauſa, cum & hic caſus verbo *potiri* adjunctus legatur

quas rogatu Penelopes poſt caedem procorum Ulyſſes animadvertit.

## CXXVII. *Telegonus.*

TELEGONUS Ulyſſis & Circes filius, miſſus à matre, ut genitorem quaereret, tempeſtate in Ithacam eſt delatus: ibique fame coactus, agros depopulari coepit. Cum quo Ulyſſes & Telemachus ignari arma contulerunt. Ulyſſes [10] à Telegono filio eſt interfectus: quod ei reſponſum fuerat, ut à filio caveret mortem. Quem poſtquam cognovit, qui eſſet, juſſu Minervae, [11] cum Telemacho & Penelope in patriam redierunt; in inſulam [12] AEaeam ad Circen Ulyſſem mortuum depor-

legatur optimis ſcriptoribus. SCHEFF. Plaut. Amphitr. I. 1. *Ut ſalvi patremur domum.* Ne corrigere velis cum Micyllo, *domo ſua.* Servius ad AEn. III. 278. *Legimus & per accuſativum, ſed uti non poſſumus.* Terentius: *Patriam potitur commodam.* Lege, *patria commoda.* quomodo rectè adducit Diomedes lib. I. Locus eſt Adelph. V. ſc. 4. vers. 17. Creberrimè eâ ſyntaxi uſum Juſtinum oſtendit in Indice Freinshemius. Conſer Sanctii Minerv. lib. III. MUNCK.

## Ad CAP. CXXVII.

10 A TELEGONO] Hor. lib. III. Od. XXIX. *Telegoni juga parricidae.* Ad quem locum, ut & ad Epod. I. conſule veterem Commentatorem. Parthenius Erot. cap 3. alios ſecutus eſt auctores: Καὶ ὁ μὲν πολὺς χρόνος, ἢ τιδὶ ἀπειρηκέναι ἔφη, ἐπὶ τὴν αὐτὴν αὐτὰ χθιζὰ πρωΐας ἀκμὴν βαλλούσας πυγῶν ἐτέλεστεν. MUNCK Cum Parthenio facit Philoſtratus lib. VI. cap. 32. de Apoll. Tyan. adde ibi Olearii notas. ſed Parthenius, Philoſtratus, & Scholiorum brevium auctor Homeri locum Odyſſ. Λ. vs. 133 intellexerunt alio modo, quam interpretatur Hephaeſtion. lib. IV. apud Photium pag. 482: οἱ Τυρρηνικὰ φασὶν εἶναι Ἀλὶς πόργον καλούμενον. Ὁμολογοῦσι δὲ καὶ ΑΛΟΣ Τυρρηνῶν φρούριόν, ἡ Κίρκης διατριβὰς γενομένης, ἐνθένδε τὸ ὄνομα. Περὶ ταύτην δὲ φησι Θεόφιλος τὴν Ὀδυσσέα εἰς ἔτος μετοικῆσαι τοῖς βαρβάροις, κἀκεῖθεν παρ' αὐτῆς ὁρμώμενον γηραιὸν τελευτῆσαι. &c. Cum Noſtro Tzetzes ad Lycophron 805. & vs. 818. p. m 91. & Proclus in Chreſtomathia apud Photium pag. 981. μέχρι δὲ εἰς Ἰθάκην ἀπαντήσεως Ὀδυσσέως, ὃν ἐκ τοῦ τῆς παιδὸς Τηλεγόνου ἀγνοοῦντος, ὡς πατὴρ ἦν, κτείνει. Conſule Serv. ad II. AEn. 43. Salvagnium ad Ovidii Ibin. vs. 569. & Cioſanum a Cl. Burmanno ibi citatum ad lib. I. Triſt. El. I. vers. 114. Item Meziriac. ad Ovidii Epiſt. I. Heroid. p. 100. & ſeqq. Alia de Telegono patrem quaerente refert Plutarchus in Parall. T. II. pag. 316. Fuit & alius ante hunc Telegonus AEgyptiorum rex. Apollodor. lib. II. pag. 77.

11 CUM TELEMACHO ET PENELOPE REDIERUNT] Diximus de iſtâ ſyllepſi ad cap. 6. Curt. IV. 5. *Pharnabazus cum Apollonide & Athenagora vinctli traduntur.* Nepos Phocion. cap. 2. *Demoſthenes cum caeteris plebiſcito in exilium erant pulſi.* MUNCK.

12 IN INSULAM AEACAM] *AEaeam.* MICYLL. Imo, *in inſulam AEaeam.* Sic enim Homerus ipſe nominat SCHEFF. Lege *AEaeam*, ut habet margo editionis Micylli. Cretenſis Dictys lib. VI. *Telegonum, quem Circe editum ex Ulyſſe apud AEaeam inſulam educaverat.* Conſer Servium ad AEn. VII. 10. VIII. 385. Perperam etiam Tzetzes in Lycophron. pag. 116. ed. Baſ. Εἰς πλὴν Αἰαιὴν ἦτοι Κίρκης. Leg. Αἰαίην. Hom. Odyſſ. K. vers. 135. Αἰαίην δ' ἐς ἦσον ἀφικόμεθ' ἴνθα δ' ἔναιε Κίρκη. Ibi Scholiaſtes: Ἀντὶ τοῦ ἔνιοί φασι τὸ νῦν Κιρκαῖον ὄρος πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ. Convenit hoc cum illis, quae Strabo tradit lib. V. pag. 255. edit. Xylandri. Idem Scholiaſtes ad Odyſſ. I. 32. *AEaeam* dici Circen ait ἐξ Αἰαίας νήσου τῆς Τυρρηνίας ἢ Κολχίδος. Αἰαίη δέ, inquit, ἡ πόλις τῆς Κολχίδος. An ſcribendum Αἶα? Ita putes. Strabo lib. I. pag. 42. Ἔστι Αἶα δείκηνται δὲ Φάσιν πόλις. Nec aliter Scholiaſtes Pindari Pyth. Od. IV. pag. 105. edit. Francof. aut Apollonius & ejus Scholiaſtes Argon. II. 419. Quibus & Tzetzes accedit ad Lycophr. pag. 161. Αἶα πόλις Κολχίδος. Facit tamen cum Homerico illo interprete Etym. magni auctor in Αἰαίη. Αἰαίη, inquit, ἡ Μήδεια, ὡς τὸ Αἰαίην δολόεσσαν. εἴρηται δὲ ἀπὸ Αἰαίης πόλεως Ἀσσυρίας. Ad quem locum Sylburgius: Ἀσσυρίας ſi au-

deportarunt, ibique ſepulturae tradiderunt. Ejuſdem Minervae monitu [1] Telegonus Penelopen, Telemachus Circen duxerunt uxores. [2] Circe & Telemacho natus eſt Latinus, qui ex ſuo nomine [3] Latinae linguae nomen inpoſuit. Ex Penelope & Telegono natus eſt Italus, qui [4] Italiam ex ſuo nomine denominavit.

## CXXVIII.

*ſtor ſcripſit, fortaſſe ſignificare voluit AEaeam alio nomine Apolloniam fuiſſe dictam, aut legendum,* Ἀπολλάνιον. Poſterius verum eſt. Verba enim Apollonii ſunt, Αἰαίῃ δολίοσαν. At ab *AEaea* non poteſt formari adjectivum *AEaeus*, ſed ab *AEa*, Αἶα. Hyginus cap. 125. *AEnariam* vocat Circes inſulam. AEnariam ponit inter illas inſulas Mela, quae Italico littori objacent. An igitur AEnaria Circaea illa terra eſt, cujus lib. VII. meminit Virgilius? Non memini hoc legiſſe. Puto apud Hyginum etiam illo loco *AEaeam* reſcribendum. MUNCK. Αἰαίη, ſive Αἰαίη, & Αἶα Graecis dicitur, a Latinis *AEa*, & *AEaea*. Apollon. Rhod. lib. III. Argon. vs. 1073. Ἠὼ δ᾽ Αἰαίης ἵκετο πίλας, ubi Vet. Schol. τοῦτο δὲ τὸ Φάσιδι ἐστὶν ἡ Αἰαίη, ἐν ᾗ τὸ δίοπος ἵκετο. αὕτη δέ ἐστι Κόλχων μητρόπολις. lib. IV. vs. 661. Ἵξον ὅ᾽ Αἰαίηος λιμένα κλυτόν, ubi Vet. Schol. ἔοικεν Ἀπολλάνιος ἐκδιδέχθαι τὴν Ὀδυσσέως πλάνην ἀφὲ Τυῤῥηνίαν, ᾗ Ἰταλίαν, ἐκεῖ δὲ ὑποτίθεται τὴν Κίρκην οἰκεῖν. De habitaculo Circes Vide Eund. ad lib. III. vs. 311. Sed vs. 277. *AEam* vocat Apollonius, atque ita Valerium Flaccum ac Strabonem adpellaſſe docet J. Fr. Gronovius ad Livium lib. XXVII. cap. 47. Circe ipſa *AEaea* vocatur, nempe ab urbe Colchorum *AEa* a Virgilio III. AEn. vs. 368. Sed diſſentiunt ibi interpretes, ut teſtatur Servius, qui ipſe aeſtuat. De hoc epitheto, & Servii loco, pro *aſperantium* (quamquam in aliis Edd. legitur *aſpernantium*) *deſperantium* legentem conſule Meziriacum ad Ovidii Epiſtol. VI. Heroid. pag. 64, 65. Servii ſententiam exploſit Pintianus ad P. Melam lib. II. cap. VII. §. 109. additque *AEaeae* ibi nomen inſulae, non cognomen eſſe Circes. & ita *AEaeam* vocat Philoſtratus cap. X. Heroic. §. 12.

1 TELEGON. PENELOP.] Vid. Meziriac. ad Ovidii I. Epiſt. Heroid. pag. 105.

2 CIRCE ET TELEMACHO] Scribe, *Circe ex Telemacho*. SCHEFF. Ita & Galatas apud Feſtum in *Roma*. Conſtant. Geopon. lib. XI. cap. 3. Cl. Schefferus corrigit, *Circe ex Telemacho*. Non video rationem. Servius ad AEn. XII. 164. diverſus ab Hygino abit. *Latinus*, inquit, *ſecundum Heſiodum in* ἀπιδοποιΐᾳ *Ulyſſis & Circes filius fuit, quam multi etiam Maricam dicunt.* Scribe Θεογονίᾳ in Servio. Nam locus ille, ubi hoc tradit Heſiodus, legitur Θεογ. vers. 1013. Eandem genealogiam refert ad AEn. I. 277. In quo ὁμώνυμον habet Stephanum in Πεγάμῳ, & Euſtath. in Dionyſium. Ad AEn. III. 171. ſcribit: *Appellata Auſonia ab Auſonio Ulyſſis & Calypſus filio: & primo pars, poſtea omnis Italia nominata.* Lege, *Auſone*. Feſtus: *Auſoniam appellavit Auſon Ulyſſis & Calypſus filius* &c. Adde Schol. Apollon. IV. 553. Euſtath. in Dionyſ. vs. 78. Ulyſſi ex Circe natum ſcribit, additque Ethnicographum Atlantis eum & Calypſus facere filium. Callias Agathoclis prodidit, Latinum illum fuiſſe unum e manu Trojanorum fugientium, Ilio capto. Tzetzes ad Lycophron. Herculis filium ex Fauni uxore p. 183. & 186. MUNCK. *Latini* genealogiam refert Servius ad X. AEn. 76, qui ad VII. AEn. vs. 47. plures fuiſſe *Latinos* ex Hygino docet

3 LATINAE LINGUAE] Cur tandem linguae magis, quam genti, quae ea lingua utitur? Sane lingua nomen habet a gente, non vice verſa. Puto noſtrum ſcripſiſſe, *Latinae terrae*, poſt ſciolum adjeciſſe gloſſam *linguae*, qua innuebat, & ipſam inde accepiſſe nomen ſuum. Denique retentum eſſe nomen *linguae* ab imperitis monachis, qui eam magis ſcilicet, quam terram cognitam habebant. SCHEFF. Mallet Cl. Schefferus, *terrae*. Videri tamen poteſt linguam pro gente poſuiſſe. Zachar. cap. VIII. 23. Δέκα ἄνδρες ἐκ πασῶν γλωσσῶν τῶν ἐθνῶν. Lactant. III. 25. *Populumque ex omni linguâ, & conditione, & ſexu, & aetate conflari.* Servius ad AEn. VIII. 322. *Quidam ferunt à Latino dictum Latium, alii ipſum Latinum à Latio.* Sed iſtum Latinum Fauni filium rectius faciunt alii. Vide Auguſtin. C. D. XVIII. 16. MUNCK. Schefferus emendat *Latinae terrae*: minore tamen mutatione legeris *Latinae genti*. WOPKENS.

4 ITALIAM] Varro II. R. R. cap. 5. à bubus habere eam nomen exiſtimaſſe quoſdam ſcribit. *Graecia enim*, inquit, *antiqua, ut ſcribit Timaeus, tauros vocabat* Ἰταλούς. Unde Feſtus: *Italia dicta, quod magnos Italos, hoc eſt, boves habebat.* Et Tzetzes, qui ſe tam multae lectionis eſſe gloriatur, Chiliad. I. 36. Τυῤῥηνοὶ γὰρ Ἰταλὸν καλοῦσί πως τὸν ταῦρον. Quibus adde, quae Iſacius habet

ad

## CXXVIII. *Augures.*

5 AMYCUS Elati filius, 6 Mopſus Ampyci filius, Amphiaraus 7 Oeclei vel Apollinis filius, Tireſias 8 Eueris filius, 9 Manto Tireſiae filia, 10 Polyidus Coerani filius, 11 Helenus Priami filius, Caſſandra Priami filia, Calchas Theſtoris filius, 12 Theoclymenus 13 Theſtoris

ad Lycophron. pag. 183. Servius ad AEn. I. 26. *Italus rex Siculorum profectus à Sicilia venit ad ea loca, quae ſunt juxta Tiberim, & ex ſuo nomine appellavit Italiam.* Adde Jun. Animad. lib. I. cap. 22. In alia omnia abit doctiſſimus Bochartus in Canaan lib. I. cap. 33. MUNCK. Ab Hercule Italiae nomen inditum eſſe a bove *Italo* Tyrrhenis dicto dicit Apollodor. lib. II. pag. 125. Thucydides, jam a Servio ad VIII. AEn. vs. 328. citatus, ait lib. VI. cap. 2. ὁ χρόνος ἀπὸ Ἰταλοῦ βασιλέως τινὸς Ἀρκάδων τοῦνομα ἴσχοντος ἔτως Ἰταλία ἐπωνομάσθη. qui locus etiam non fugit Junium. Regem Siciliae vocat Italum, unde Italiae nomen. Serv. ad I. AEn. 533. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 78. nihil determinat.

## Ad CAP. CXXVIII.

5 AMYCUS ELATI] Legendum eſt *Ampycus*? Ita namque mox vocatur, & conſtat ex Pauſania. SCHEFF. *Ampycus* Cl. Schefferus ex Pauſania. Sed ille non Elati, ſed Titaeronis erat filius, ut vult Tzetzes ad Lycophron. pag. 127. ed. B ſ. Steph. pag. 143. MUNCK.

6 MOPSUS AMPYCI] Vide ſupra cap. 14. Clemens Strom. lib. I. Μόψου Ἀπόλλωνος καὶ Μαντοῦς. Sed ille alius fuit ab hoc Ampycide. Bene alterum ab altero diſtinguit Tzetzes in Lycophron. pag. 143. Lactantio ad Stat. Theb. III. 521. eſt *Apollinis & Himantis filius.* Scribe *Mantus* vel *Mantonis*, cujus & Conon cap. 6. meminit apud Photium. Tireſiae facit filium Euſtath. in Dionyſ. p. 60. Cicero I. de Div. *Amphilochus & Mopſus Argivorum reges fuerunt, ſed iidem augures.* MUNCK. Idem Tzetzes ad Lycophron. vs. 980. repetit. ὅτου δὲ ὁ Κάλχας, ὃν λέγει, ὁ ΜΟΨΟΣ ἐστὶ, υἱὸς Ἀπόλλωνος καὶ Μαντοῦς, τοῦ Τειρεσίου, οὐχ ὁ Ἀργοναύτης Μόψος ὁ τοῦ Ἀμπύκου καὶ Χλωρίδος, τοῦ Ὀρχομενίου θυγατρὸς, ὃς καὶ ἐμαντεύετο ὑπὸ ἔρεσι ἐν Λιβύῃ τιλινοῖς, καὶ θάκῳ ὑπὸ τῶν Ἀργοναυτῶν. ὅτου δὲ ὁ Μόψος, ὃν λέγει, ὁ Ἀπόλλωνος καὶ Μαντοῦς, ἐν Κολοφῶνι τῆς Ἀσίας ἦκεν &c. Itaque Merulam aliosque ſequi non poſſumus in Ovidio I. Ex Ponto IV. vs. 37. legentes: nec *Himantide natus.* cum vel Tzetze ex uno ſatis manifeſtum eſt, *Moſſum* non *Himantis*, ſed *Mantus* fuiſſe filium. De utroque *Mopſo* videndus cl. Burm. in Catal. Argon. Athenaeus lib. II. cap. 13. cum etiam Mantûs filium vocat pag. 208.

7 OECLEI VEL AP.] Mallem, *Oclei.* Nam Pauſaniae eſt Ἰοκλῆς in Heliacis. SCHEFF. Cl. Schefferus *Ioclei*, quod Pauſaniae ſit Ἰοκλῆς. Sane & apud Schol. Hom. Odyſſ. Λ. 326. invenio, Ἀμφιάραος ὁ Ἰοκλόης. Perperam. Scribe Οἰκλείης. Nihil in Hygino eſſe mutandum oſtendi ad cap. 70. Solinus cap. 8. *Catillus Amphiarai OEclei avi juſſu* &c. MUNCK. Conſule Celeb. P. Burm. in Catalog. Argonaut. in voce *Amphiaraus.* & a Pindaro O. Pyth. VIII. vs. 55. Amphiaraus Οἰκλείης παῖς vocatur, a Scholiaſte Pindari Olymp. Od. VI. vs. 18. Οἰκλείης υἱὸς dicitur, ad O. Nem. IX. vs. 37. vero adpellatur iterum Οἰκλείης παῖς. Sive Οἰκλείης, ſive Οἰκλείδης dicatur filius, recte vulgatam lectionem Munckerus tuetur. Somniorum fuiſſe conjectorem docet Pauſanias lib. I. c. 34. p. 84.

8 EURYMI] Apollodoro lib. III. eſt filius *Eueris.* SCHEFF. *Eueris* vel *Eueri* ſcribendum eſſe monui ad cap. 68. & 75. MUNCK.

9 MANTO] Vide Scholiaſt. Eurip. ad Phoeniſſ. vers 846. MUNCK. Et Serv. ad X. AEn. 198. Item Apollodor. lib. III. p. 197. Polyidi filia, Aſtycrateae ſoror vocatur a Pauſania lib. I. cap. 43. pag. 104.

10 POLYDUS COERANI] Sic habet etiam Pauſanias in Atticis. SCHEFF.

11 HELENUS] Schol. Eurip. Hecub. vers. 87. Ἕλενος καὶ Κασάνδρας ἐκ τοῦ Ἀπόλλωνος ὄντων, ἁλόντες ὄφεις, καὶ τὰ αὐτῶν ὠτα ἐκλείξαντες ἔφη, ἵνα ὀξυκόοι εἰργάσαντο, ὡς μόνους τοὺς τοῦ θεοῦ ἀκούειν βουλὰς, καὶ μάντεις ἄριστοι εἶναι. MUNCK. De Heleno augure Philoſtrat. cap. XVI. Heroicon. Serv. ad I. AEn. 480. Ptol. Hephaeſtio. lib. VI. apud Photium pag. 487. Pauſan. lib. I. cap. 11. pag. 26.

12 THEOCLIMENUS THESTORIS FILIUS] *Theoclymenus* eſt ſcribendum ex Homero, Clemente, & Auſonio Perioch. Odyſſ. XV. MUNCK.

13 THESTORIS FILIUS] *Polybiae* ut apud Hom. Odyſſ. O. MUNCK. At Homerus eum fecit filium Polyphidae Od. O. neque mihi dubium, quin illud *Theſtoris filius* hic male ſit intruſum ex ſuperioribus. SCHEFF. Πολυφείδης eſt pater Theo-

ſtoris filius, [1] Telemus Protei filius, Telemus [2] Eurymi filius, Sibylla Samia, alii [3] Cymaeam dixerunt.

## CXXIX. *OEneus.*

Liber cum ad OEneum Parthaonis filium in hoſpitium veniſſet, Althaeam Theſtii filiam, uxorem OEnei, adamavit. Quod OEneus ut ſenſit, voluntate ſua ex urbe exceſſit, ſimulatque ſe ſacra facere. At Liber cum Althaea concubuit, ex qua nata eſt Deianira. OEneo autem ob hoſpitium liberale muneri vitem dedit, monſtravitque quomodo

Theoclymeni Homero Odyſſ. O. 249. & Schol. ad Odyſſ. O. 223. An ergo *Polyphydis* pro *Theſtoris* ſcribendum? Non convenire heic Hygino cum Homero pridem & Micyllus animadverterat. MUNCK.

1 Telemus Protei filius] *Theonoē Protei filia* legendum puto *ex Helena Euripidis*. MICYLL. Atqui ſtatim poſt, *Telemus Eurymi filius*, quod convenit cum Homero. An haec emendatio eſt praecedentis, num quis ex filiis Protei vates, cujus nomen corruptum eſt? Micyllus putat, *Theonoe Protei filia* legendum. Mihi veroſimilius, ſi legatur *Telegonus*. Hic enim inter filios Protei memoratur Apollodoro lib. II. SCHEFF. Micyllus ex Euripidis Helena: *Theonoe Protei filia*. Agnoſcit ſane illam Conon cap. 8. Cl. Schefferus mallet *Telegonus*, qui inter Protei filios recenſetur ab Apollod. lib. II. Tzetze in Chiliad. I. 36. & Iſacio in Lycophron. pag. 26. Niſi longiuſcule à vulgata ſcriptura abiret, reponerem, *Tenerus Phoebi filius*. Hic enim vates audit apud Pind. Schol. ad Pyth. Od. XI. & Lycophronianum interpretem. MUNCK. Conſule de hoc *Tenero* praeter Tzetzen, etiam Potterum ad Lycophron. vs. 1211.

2 Eurymi filius] Hinc *Eurymides* eſt Ovid. XIII. Met. 771. & Ib. vers. 720. Cyclopum vates fuit, cujus & Theocritus meminit Eid. VI. 23. Schol. Οὗτός ἐστιν ὁ Τήλεμος, ὁ παρ' Ὁμήρῳ Εὐρυμίδης, ἢ Εὐρύμαχος, καλλιμῶδος, ὃς μαντοσύνῃ ἐκέκαστο. Tolle illa, ἢ Εὐρύμαχος. Locus eſt Homer. Odyſſ. I. 509. Τήλεμος Εὐρυμίδης, ὃς μαντοσύνῃ ἐκέκαστο. MUNCK. De Telemo Eurymi filio conſulendus P. Leopardus lib. XIX. Emendat. cap. 3.

3 Cymeam] Id eſt, *Cumaeam*, ut vulgo, rectiusque ſcribitur. SCHEFF. *Cymaeam*, per diphthongum ſcribendum. Capella lib. II. *Sibylla vel Erythraea, quaeque Cumaea eſt, vel Phrygia*. Etiam ibi *Cymaea* MS. Cod. Leid. Bibl. quod archaicum eſt. Vide Popmam in de Antiq. Locut. lib. I. cap. 1. Plures augures ſi deſideres, recenſitos invenies à Clemente lib. I. Strom. pag. 335. edit. Morell. MUNCK. De variis Sibyllis conſule J. Perizon. ad AElian. lib. XII. V. H. cap. 35. Σίβυλλαι τέσσαρες, ἡ Ἐρυθραία, ἡ Σαμία, ἡ Λιγυστίνη, ἡ Σαρδιανή. Οἱ δὲ φασι, καὶ ἕτεραι ἓξ, ὡς εἶναι τὰς πάσας δέκα, ἐν οἷς καὶ τὴν ΚΥΜΑΊΑΝ, καὶ τὴν Ἰουδαίαν. De *Erythraea Sibylla* Schol. Ariſtophan. Equit. vs. 61. quae Erythraea Sibylla a quibuſdam dicitur fata Romana ſcripſiſſe. V. Serv. ad VI. AEn. vs. 36, 72. Sed *Cumaea*, & *Erythraea* eadem eſt Sibylla, ut patet e Servio eodem ad vs. 321. Adde ill. Heinſ. ad Ovid. XIV. Met. 144. quamquam alii alius ſint ſententiae, in quibus Tzetzes ad Lycophron. vs. 1278. qui a Cumaea *Sibylla* Romanorum fata conſcripta adfirmat. Servius ad III. AEn. vs. 445, & ad VI. AEn. vs. 12. docet *Sibyllam* nomen eſſe adpellativum dictum quaſi σιὸς βυλὴν *Dei voluntatem*, ſed dudum a Salmaſio refutatus. Unde hoc nomen originem ſuam habeat, incertum eſt. Varias opiniones tamen, lector, diſces a Perizonio l. l. Gronovius ad A. Gell. lib. I. N. A. cap. 19. derivat a voce Orientali *Sabeula, portatrice*. De prima Sibylla vide Plutarch. de Pythiae Orac. Tom. II. pag. 398, 399. poſt quam fatidicae mulieres hoc nomine fuere inſignitae, vide de Erophile Erythraea Eund. pag. 401. & conſule Celeb. P. Weſſeling. ad Edw. Simſonii Diſquiſition. de Sibyllin. Vaticin. pag. 1707. Ubi & in ſequentibus plura de Sibyllis diſcet Lector.

## Ad CAP. CXXIX.

4 Oenon ut appellaretur] Scribendum, Oēnos, qui Graecis οἶνος, non vero οἶνον. SCHEFF. Rectè *OEnos* Cl. Schefferus, hoc eſt, οἴνος. Conſimile vitium nos obſervavimus ad cap. 118. Illud praecedens *fructum* in errorem induxit librarium, qui helleniſmum non videbat.

Fru-

modo ſereret: fructumque ejus ex nomine hoſpitis [4] OEnos ut vocaretur, inſtituit.

## CXXX. *Icarius & Erigone.*

Cum Liber pater ad homines eſſet profectus, ut ſuorum fructuum ſuavitatem atque jucunditatem oſtenderet, ad [5] Icarium & Erigonam [1] in

*Fructum inſtituit ut OEnos appellaretur*, dictum eſt ἀντὶ τοῦ, *inſtituit, ut fructus OEnos appellaretur.* Vide not. ad cap. 34. Servius ad Georg. II. 98. *Vinis de Graeco traxit. nam οἶνος dicunt.* Et ad Georg. I. 9. *Circa hunc Staphylus OEnei paſtor cum animadverteret ex capris unam eſſe pinguiſſimam, intellexit id pabuli libertate fieri; ſecutus itaque eandem, cum vidiſſet uvis veſci, admiratus & novitatem & dulcedinem, decerptum fructum pertulit regi, qui cum liquorem expreſſiſſet, à ſuo nomine vocavit OEnon, ab inventore Staphylen.* Gloſſae MSS. Bibliothecae Leidenſis: *Oviſta filius Thon* (leg. *Staphylus OEnei*) *regis paſtor cum videret caprum ſaepius à grege diſcedere & pleniorem reverti, ſecutus, uvam depaſcentem invenit, quam decerpſit, & guſtavit. Cujus dulcedine inductus eam expreſſit, & cum humorem ejus bibiſſet, quem* (leg. *eum*) *& ſuavem ſenſit, ac per hoc Achelöo fluvio, in cujus ripa uva fuerat inventa, aquam miſcuit vino, atque ita cum potum optimum feciſſet, ſpeciem uvae & potum optimum obtulit regi. Qui* (leg. *quem*) *cum ille probaſſet, uvam inventoris nomine vocari juſſit, vinum Graeco verbo Thon* (leg. *OEnon*) *à ſuo nomine appellavit.* Hinc ergo non *vinum* tantum, ſed & *vinus* dixerunt Latini. Petron. Fragm. Trag. *Vinus mihi in cerebrum abit.* Interp. Anonym. Coſmogr. Godofred. p. 17. *Vinum habundantem.* MUNCK. De ipſo OEneo Olear. ad Philoſtrat. Heroic. prooem. §. 2. Athenaeus lib. I. cap. 20. vero de vino reperto ex Theopompo haec adfert. Θεόπομπος δέ φησι πρώτους γενέσθαι τὸ μίλαινα οἶνον, καὶ τὸ φυτεύειν δὲ καὶ διαπιέσειν ἀμπέλους Χίες πρώτας μαθόντας παρ' ΟΙΝΟΠΙΩΝΟΣ τοῦ ΔΙΟΝΥΣΟΥ, ἐξ οὗ συνήκιστα τὸν πότον, (vide Apollodor. lib. I. pag. m. 15.) τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις μισόπονος. Qui locus firmat Scholiaſten Apollonii Rhodii lib. III. Arg. vs. 996. ex quorumdam ſententia *OEnopiona* ex Baccho & Ariadne natum eſſe docentem, quamquam alii ex Theſeo & Ariadne progenitum ſtatuant, in quibus eſt Jon, qui de Chio patria ſua canit Τύνδοτε ΘΗΣΕΙΔΗΣ ἴκωσιν ΟΙΝΟΠΙΩΝ. Vid. Plut. in Theſeo pag. m. 9. & Meurſ. in in Theſeo cap. 14. Ut ad rem revertar, idem cap. 21. pag. 27. Παρ' Ἰνδοῖς τιμᾶται Διόνυσος, ὡς φησὶ Χάρης ὁ Μιτυληναῖος, ὃς καλεῖται ΣΟΡΟΑΔΕΙΟΣ. ἑρμηνεύεται δὲ Ἑλλάδι φωνῇ ΟΙΝΟΠΟΙΟΣ. Unde vero Vinum οἶνος Graece dicatur, non conſtat inter antiquos, plerique tamen cum noſtro ab Oeneo dictum ſtatuunt. Conſule Athenaeum lib. II. cap. I. Apollodor. lib. I. p. 31. Οἰνεὺς δὲ βασιλεύων Καλυδῶνος ὑπὸ Διονύσου φυτὸν ἀμπέλου πρῶτος ἔλαβε. Plato apud Plutarchum lib. VII. Sympoſ. Quaeſt. 10 p. 715. ἐξ αἰτίας οὐκ ἔχειν ποιεῖν τοὺς πίνοντας dictum admirat. Sed inter Mythologicam & Philoſophicam derivationem multum intereſt.

## Ad CAP. CXXX.

*Fabulae, quae a fab. 129. ad Marſyam uſque, hoc eſt ad cap. 165. ſequuntur, capitibus ſuis & numero inſcriptae non erant in veteri exemplo, quae nos tamen ad indicem reſtituimus.* MICYLL.

5 Icarium] Infra cap. 224, 243, 254. *Icarus* appellatur. Atque ita quoque ſcribitur apud Servium ad I. Georg. 68. Feſtum in *Ojcillum.* Tibullum Paneg. Propertium lib. II. el. 24. Ovid. Ib. vers. 611. X. Met. 450. Scholiaſt. Germanici Fabulâ Canis, & Gloſſ. MSS. in Georg. Virg. I. Sed noſter ut heic, ita & lib. II. Aſtron. cap. 4. *Icarium* cum Apollodoro lib. III. Luciano Dial. Junonis & Jovis Tom. I. p. 156. ed. Bened. & Dial. de Saltat. pag. 931. Plutarch. Parall. 9. Tzetze ad Heſiod. p. 130. edit. Heinſianae. Scſiol. Hom. ad Iliad. X. 29. Odyſſ. E. 272. & Ampelio cap 2. vocitat. Moneo inſuper edit. Venet. anni 1482. & 3. MSS. Aſtron. Hyg. lib. II. 4. & 40. diſertim repraeſentare *Icarum* & *Icarus*, quae temerè à Criticis poſtea mutata exiſtimes, praeſertim cum & Morellius *Icarum* ſemper in ſuis legi teſtetur. Immo confuſiſſe ſcriptores poſterioris aetatis patrum Penelopes & Erigones nomina non fruſtra exiſtimat Perizonius noſter. MUNCK.

[1] in hoſpitium liberale devenit. iis utrem plenum vini muneri dedit, juſſitque, ut in reliquas terras propagarent. Icarius, plauſtro onerato, cum Erigone filia [2] & cane Maera in terram Atticam ad paſtores devenit, & [3] genus ſuavitatis oſtendit. Paſtores cum inmoderatius biberent, ebrii facti, conciderunt: qui arbitrantes Icarium ſibi [4] malum medicamentum dediſſe, [5] fuſtibus eum interfecerunt. Icarium autem occiſum canis ululans Maera, Erigonae monſtravit, [6] ubi pater inſepultus jaceret. Quo cum veniſſet, ſuper corpus parentis in arbore ſuſpendio ſe necavit, ob quod factum Liber pater iratus, Athenienſium

*Icarium* adpellat Schol. Ariſtoph. Equit. vs. 697. Διόνυσ- ΙΚΑΡΙΩ φιλοξενίας ἕδωκε δῶρον, ὃς φιλοφρόνως αὐτὸν ὑπεδέξατο, τὴν ὕσην φυγεῖν τὴν Πανδίας. Vide H. Grotium ad Germanici Phaenomena pag. 5. Ab hoc *Icario*, ſive *Icaro* inſula *Icaros* dicta mihi videtur, in qua vinum *Pramnium* naſcitur, & vitis hoc vinum ferens ab OEnoenſibus hujus inſulae incolis vocatur Διονυσιάς, vide Semum apud Athenaeum lib. I. cap. 24. p. 30. quam alii ab Icaro Daedali filio dictam autumant. Vide Munck. ad fab. 40.

1 IN HOSPITIUM LIBERALE] Pauſan. lib. I. cap. 2. p. 7. συνεπιλάβοιτο ὁ οἱ τὸ ἐν Δελφοῖς μαντεῖον, ἀπεμπήσαν τὸν ἐπὶ ΙΚΑΡΙΟΥ ποτὲ ἐπιδημίαν τοῦ θεοῦ.

2 ET CANE MERA] Junius lib. I. Animadv. c. 5. mallet *Neaeram* ex Germanico Caeſare. Sed ubi habeat hoc Germanicus, non oſtendit, & vereor, ne Germanicum vocaverit, qui eſt enarrator ejus. Quanquam & apud ipſum in edit. Sanctand. *Maera* legatur. Et profecto nil mutandum. Heſychius: Μαίρα, κύων, τὸ ἄστρον. SCHEFF. *Maera* ſcribendum ex Apollod. lib. III. pag. 197. Aſtron. Hyg. loco modo laudato edit. Venet. & Heſychio, cujus verba opportunè heic laudat Cl. Schefferus. Fuit & Orionis canis Μαῖρα. Tzetzes ad Lycophron. p. 61. Μαῖρα νῦν ὁ κύων λοιπὸν μοῖρας τοῦ κυνὸς Ὠρίωνος Μαῖρας καλουμένης. Revera eadem eſt canis. Vide noſtrum Aſtron. II. 35. *Neaera* appellatur à Schol. Germanici ed. Hervag. quod benè in *Maera* transformavit Sanctandreana. Meminit hujus canis praeterea AElian. lib. VII. Anim. cap. 28. Schol. ad Iliad. Homeri x. 29. & Lucianus Θεῶν ἐκκλησία, ſed more ſuo σκωπτικῶς. An eadem ſit Maera, cujus Naſo facit mentionem lib. VII. Metam. vers. 363. dicere non habeo. MUNCK.

3 GENUS SUAVITATIS] Infr. cap. 274. *Significantes ſuavitatem inveniſſe*, h. e. ſuavem potum vini. Sed Nob. Heinſio legendum videtur, *genus ſuave vitis*. MUNCK. Heinſius conjicit & *genus ſuave vitis o*. Sed recte jam contulit Munck. fab. CCLXXIV. meritoque etiam loci ſinceritatem agnovit Cl. Dukerus ad Ampel. c. II. p. 13. WOPKENS. A Plutarcho in Parallelis SATURNUS Icarium docuiſſe dicitur vini uſum & vitis cultum. Quem loc. debeo magno Bocharto lib. I. cap. I. in Phaleg. pag. 3. Athenienſes vini uſum docuiſſe dicit Juſtinus lib. II. cap. 6.

4 MALUM MEDICAMENTUM] Ita & German. Scholiaſt. in hac fabula. Noſter. cap. 132. *Quod diceret illud malum medicamentum eſſe. Venenum* ſimpliciter in hac fabula appellat Servius ad lib. II. Georg. 389. Venenum nempe quidlibet, quod efficit aliquid contra naturam. Vide Quintil. Declam. 246. MUNCK. Fabulam dedit Lactantius ad Statii IV. Theb. vs. 255, 292.

5 FUSTIBUS E. I.] Lapidibus obrutum, dicit Eratoſthenes apud Plut. Parall. Tom. II. pag. 307. ubi addit, Erigones filios moerore confectos ſibi etiam laqueo vitam eripuiſſe, & poſtea a Saturno in ſidera relatos. Vide pag. 308.

6 MONSTRAVIT UBI PATER] Mallem, *monſtravit, & ubi pater*. SCHEFF. Mallet Cl. Schefferus, *& ubi* &c. Non arbitror eſſe opus. *Ululare aliquem*, ut *flere aliquem*, & Aſtron. II. 4. *Lacrymari obitum domini*. Petronius Frag. Trag. *Maligne illum uxor ploravit*. Apulej. III. Met. *Fortunas meas ejulabam*. Horat. II. Od. IX. *Ploravit Antilochum*. Elegantiſſima eſſet oratio, & haud paulo eruditior, ſi illud *pater* deleretur. Sed Scholiaſtes Germanici, qui haec partim tranſcripſit, cum Hygino: *Icarum autem occiſum canis, qui cum eo fuerat, Maera nomine, ululans, Erigonae ejus filiae monſtravit, ubi pater inſepultus jaceret*. Et cur non *ululare aliquem* rectè, cum *ululatus* rectè dicatur cum ululatu invocatus? Stat. III. Theb. 158. *Ululata Lucina*. MUNCK.

7 SI-

ſium filias [7] ſimili poena adflixit. De ea re ab Apolline reſponſum petierunt: quibus reſponſum eſt, quod Icarii & Erigones mortem neglexiſſent. Quo reſponſo, de paſtoribus ſubplicium ſumpſerunt, & Erigonae [8] diem feſtum oſcillationis peſtilentiae cauſſa inſtituerunt, & ut per vindemiam de frugibus Icario & Erigonae primum [9] delibarent: qui deorum voluntate in aſtrorum numerum ſunt relati. Erigone ſignum Virginis, quam nos Juſtitiam adpellamus; Icarius arcturus in ſideribus eſt dictus; canis autem Maera, canicula.

## CXXXI.

7 SIMILI POENA AFFLIXIT] Servius: *Sed poſt aliquantum tempus Athenienſibus morbus inmiſſus eſt talis, ut eorum filiae furore quodam compellerentur ad laqueum.* MUNCK.

8 DIEM FESTUM OSCILLATIONIS] Referendum hoc ad καλυτήρια. Vide Servium ad illa Virgilii Georg. II. 389. *Oſcilla ex altâ ſuſpendunt mollia pinu.* Scholiaſtes German. *Quod factum eſt ab Athenienſibus, qui diebus feſtis inſtitutis aras conſtituerunt, ideo quia illam pendentem conſpexerunt, quod eſt apud Graecos, ex quo factum eſt, ut ſoli oſcilo jactarentur homines.* Corrupta heic quaedam & omiſſa. Primum pro *aras* repone *aeoras* vel αἰώρας. Vide Heſych. & Etym. magnum in αἰώρα. Deinde poſt illa verba *apud Graecos*, interpone αἰωρᾶσθαι cum Leopardo Emendat. lib. VI. cap. 14. Turneb. Adverſ. lib. XX. 24. Nec illa ſana *ſoli oſcilo*, ex quibus binis vocabulis fecerim unum, *oſcillo*. *Oſcillum* autem eſt αἰώρα & κίνησις. Aliter *oſcilla* dicuntur larvae & σφενδόναι, de quibus Scaliger ad Auſon. pag. 160. Quo & illud ex Cyrilli Gloſſario pertinet, Πεσσωσῆα, *oſcilla*. Et quod Varro ait apud Servium ad AEn. XII. 603. *Suſpendioſis, quibus juſta fieri fas non ſit, ſuſpenſis oſcillis veluti per imitationem mortis parentari.* Niſi & hoc potius ad αἰώρας & κινήσεις referendum eſt. Conſule Mercurial. in de Art. Gymnaſt. lib. III. cap. 8. & ante omnes Salmaſium notis ad Tertull. Pall. pag. 130. Noſtrum Aſtron. II. 4. Feſtum in *Oſcillum*. *Laqueos penſiles* interpretantur Gloſſ. MSS. in I. Georg. Virg. *Et poſtmodum cum filia ejus Erigone mortem quaereret, quae cum reperiſſet corpus ejus, laqueo finivit vitam. Unde Athenienſes filias ſuas laqueis infigebant. Poſt cujus interitum cum multi Athenienſes tali morte interirent, oraculum conſuluerunt, quibus reſponſum, Erigones mortem expediendam*, (leg. *expiandam*) *eandem placandam. Tunc inſtituerunt ludos, & dies feſtos agere, & arboribus laqueos penſiles inligare, in quibus ſe huc illuc * ferentur, quos laqueos oſcilla vocaverunt.* Pro oribus ad humanam ſpeciem arte ſimulatis accepit oſcilla Lactantius in XI. Theb. 644. *Pinus autem, in quâ pependit,* (Erigone) *regionem illam umbra ſua vaſtabat. Ut placaretur exſtincta, ora in humanam ſpeciem ipſi formata in eadem arbore ſuſpendebant, & paſtorum congreſſibus cantibuſque diem illum celebrem faciebant. quod Virgilius aliud agendo perſtrinxit: Tibique Oſcilla ex altâ ſuſpendunt mollia pinu.* Confer Macrob. Saturn. I. cap. 7. & 11. Etym. magni auctor originem ejus feſti deducit ab Erigonâ AEgyſthi & Clytaemneſtrae filia in Αἰώρα. Feſtus autem in *Oſcillum* & Gloſſographus MS. in I. Georg. Virgil. à morte Latini regis. De Feſti loco videndus Vives ad Auguſtini C. D. lib. XVIII. cap. 18. MUNCK.

9 DELIBERARENT] *Delibarent.* MICYLL. Ita repoſui pro *deliberarent*, quod in principe & Commelini editione conſpicitur. Atque ita ſcribendum eſſe cum in margine Micyllus, tum & in erratis Commelinus monuerat. Schol. German. *Ex oraculo reſponſum eſt ceſſaturam peſtilentiam, ſi per annos ſingulos de frugibus & vindemia Icaro & Erigonae delibaretur.* Primum de frugibus delibare eſt ἀπαρχεύειν. Heſych. Ἀπάρχεσθαι, ἀπαρχὰς ἀφαιρεῖσθαι. Ἀπαρχὴν initia tranſtulit vetus interpres Siracid. cap. 7. vers. 35. *Libare, ſi proprietatem ſermonis reſpicias, fundere ſignificat, tractumque de Libero quodam, qui in Graeciâ uſum repperit vitis*, ut notat Iſidorus. At non ego credulus illi. Libare eſt ex Graeco λείβειν. Melius Servius ad Georg. I. 7. *Quamvis Sabini Cererem pacem appellent, Liberum Lebaſium; dictum autem, quia Graece λείβειν res divina dicitur.* Feſtus: *Janual libi genus, quod Jano tantummodo libatur.* Leid. Cod. *delibatur.* AElianus: Ὁ γὰρ Πύθιος ἔχρησεν, εἰ βούλοιτο τυγχάνειν σωτηρίας, Ἰκαρίῳ θύειν, καὶ Ἠριγόνῃ τῇ τότε παιδὶ, καὶ πρὸ κυνὸς &c. MUNCK. Conſule Cl. Arntzen. ad Plinii Sec. Panegyr. cap. 38.

## CXXXI. *Niſus.*

LIBER cum [1] in Indiam exercitum duceret, [2] Nyſo nutricio ſuo, dum ipſe inde rediret, regni Thebani poteſtatem tradidit: ſed poſteaquam inde reverſus eſt Liber, Nyſus regno cedere noluit. Liber cum nutricio contendere noluit, paſſuſque eſt, cum regnum obtinere, dum occaſio ſibi regni recuperandi daretur. Itaque poſt annum tertium cum eo redit in gratiam, ſimulatque, in regno ſe ſacra facere velle, quae Trieterica dicuntur, quoniam poſt tertium annum faciebat, militeſque muliebri ornatu pro Bacchis introduxit, & Nyſum cepit, regnumque ſuum recuperavit.

## CXXXII. *Lycurgus.*

[3] LYCURGUS Dryantis filius, Liberum de regno fugavit: quem cum negaret Deum eſſe, vinumque bibiſſet, & ebrius matrem ſuam violare voluiſſet, tunc vites excidere eſt conatus, quod diceret, illud malum

### Ad CAP. CXXXI.

1 IN INDIAM EXERCIT. DUC.] Indos a Baccho debellatos docet Schol. Apollonii Rhod. II, 906. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 1153. Cloſan. ad Ovid. IV. Met. 20. & Hygin. Aſtronom. II, 20. Qui Indi a Baccho devicti, ejus Orgia etiam celebrare coeperunt. Vide Lactant. ad Statii VII. Theb. 687. qui ad lib. VI. Theb. vs. 60. ex India cinnamum in Graeciam advectum eſſe a Baccho tanquam belli praedam docet. Sed lis eſt inter antiquos, quinam iſte Bacchus fuerit, Indi enim Bacchum Thebanum fuiſſe negant. Conſule Philoſtrati lib. II. cap. 9. de Apoll. Tyan. de pluribus Dionyſis egit Petitus de Amazonibus cap. 42.

2 NYSO.] Melius per y ſcripſeris, ut factum cap. 167. ubi iterum de iſto Bacchi nutricio agit. MUNCK.

### Ad CAP. CXXXII.

3 LYCURGUS DRIANTIS] Apud Apollodorum ſcribitur *Dryantis* lib. III. ubi habes & caetera. Ipſe Noſter ita, inf. fab. 242. ubi quaedam aliter. SCHEFF. Δρύας Graece Lycurgi pater dicitur. Ergo *Dryantis* ſcribendum, quemadmodum recte exaratum eſt cap. 242. ut jam notavit Scheffer. Nimium nimirum multa ſunt eum in hoc ſcripto, tum apud Servium, Scholiaſten Germanici, alioſque id genus ſcriptores, in quibus iſta vocalium Y & I facta eſt confuſio, ſicut monui jam ſuperius quoque. MUNCK. De hac fabula Apollodor. lib. III. p. 175. Schol. Homeri Iliad. Σ. vs. 486. Critici ad Sophocl. Antigon. vs. 967. Phurnutus de N. D. cap. 30. Lactant. ad Statii VII. Theb. vs. 180. Meziriac. ad Ovidii Epiſt. II. Heroid. vs. 19. Interpr. ad Ovidii IV. Met. 22. & ad Ibin. 347. fabulam explicat ex Plutarcho Servius ad III. AEn. 14. Hujus Lycurgi imago depicta eſt Athenis. v. Pauſan. lib. I. cap. 20. pag. 46.

4 RHODOPE, QUI MONS EST THRACIAE] Si quid de hoc monte ſatis noto ſcire velis, adi P. Leopard. XX. Emendat. cap. 22. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 298. Celeb. J. Perizon. ad AElian. lib. V. cap. 11. Olear. ad Philoſtrati Heroica cap. II. §. 8. Eximium P. Burm. ad Ovid. VI. Met. 87. & Meziriac. ad Ovidii Epiſt. II. Heroid. vs. 20.

5 CUJUS IMP. HABUIT.] Hinc *Lycurgi regna* periphraſis Thraciae eſt. V. Cl. Burm. ad Ovidii Epiſtol. II. Heroid. vs. 111.

### Ad CAP. CXXXIII.

6 EXISSE] Sic cap. 9. *Ex qua ſerpentes plurimos exiiſſe. Exilire* eo ſenſu uſurpat Lactant. ad III. Theb. 476. vers. 257. *At ille ictu ſcorpii interiit, quem terra in ultionem Dianae exilire computerat.* MUNCK.

7 AE-

malum medicamentum esse, quod mentes inmutaret: Qui insania ab Libero objecta, uxorem suam & filium interfecit, ipsumque Lycurgum Liber pantheris objecit in [4] Rhodope, qui mons est Thraciae, [5] cujus imperium habuit. Hic traditur unum pedem sibi pro vitibus excidisse.

## CXXXIII. *Hammon.*

LIBER in India cum aquam quaereret, nec invenisset, subito ex herena aries dicitur [6] exiisse: quo duce Liber cum aquam invenisset, petit ab Jove, ut eum in astrorum numerum referret; qui adhuc hodie [7] aequinoctialis aries dicitur. In eo autem loco, ubi aquam invenerat, templum constituit, quod Jovis Hammonis dicitur.

## CXXXIV. *Tyrrheni.*

TYRRHENI [8] qui postea Tusci sunt dicti, cum piraticam facerent, Liber pater inpubis in navem eorum conscendit, & rogat eos, ut se Naxum

7 AEQUINOCTIALIS ARIES] Alii illum esse autumant, qui Phrixum & Hellen vexerit. Ampelium vide Lib. Mem. cap. 2. Lactant. ad III. Theb. 476. Nostrum Astron. II. 20. Schol. German. Ariete; quem non parum errare censet doctiss. Antonius Borremansius Var. Lect. cap. 19. Cum Scholiaste tamen illo facit Ampelius: *Aries eis aquam demonstravit, & ob id à Libero Jovis Ammon est appellatus, eique fanum magnificum fecit ad eum locum, ubi aquam invenit.* Sed nec Festus satis Hammonem ab ariete distinguit: *Hamo*, inquit, *cognominatus, quia in arena putatur inventus, quae Graecè hoc nomine ἄμμος appellatur. Cui cornua adfiguntur arietis, à genere pecoris, inter quod inventus.* Pro *Hamo* Leidensis Bibliothecae codex rectius habet *Hammo.* Adde quae Servius habet ad AEn. IV. vers. 196. MUNCK. Euripides in Alcest. vs. 114. dicit ἀνὸρας Ἀμμωνιάδας ἵδρας, sed an hic locus firmet sententiam eorum, qui *Hammon* ab ἄμμος *arena* derivant, non definio, licet templum hoc in arenoso campo positum monstret. Vide & Dionys. Perieg. 212. Unde arenosus Jupiter vocatur a Scholiaste Lucani III. 292. & Nostr. lib. II. Astron. Poet. cap. 20. *Quo tempore Liber Africam obpugnaverit, devenisse cum exercitu in eum l. qui propter multitudinem pulveris Ammodes est appellatus. Ammonem* alii observant ab Afris Jovem vocari. Vide Freinshem. ad Curt. II, 7, 5. & Obs. Miscell. Jan. Febr. 1734. pag. 98. Item Doctiss. Alberti Miscell. Critica in Hesychium pag. 318. idque firmat Herodotus II, 55. τὸν δὲ ἐς τὰς Λιβύας οἰκεόμενον πολεμάδα λέγουσι ΑΜΜΩΝΟΣ χρησάμενον κελεῦσαι τὰς Λιβύας ποιέειν. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο ΔΙΟΣ. & cap. 42. Ἄμμωνι γὰρ Λιγύπτιοι καλέουσι τὸν Δία. & Plutarch. in Iside pag. m. 354. ἔτι δὲ τῶν πολλῶν νομιζόντων ἴδιον παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τοῦ Διὸς εἶναι τὸν Ἄμμωνα, ὃ τῷ ἄγοντες ἡμεῖς Ἄμμωνα λέγομεν. De hujus vocis Etymologia egere S. Bochart. lib. I. cap. I. in Phaleg. pag. 6. & Voss. lib. I. Idol. G. cap. 27. Vide etiam quae de Jove Ammone apud Graecos disputant Celeb. J. Perizonius AEgypt. Orig. Invest. cap. 5. pag. 76, 77. & Cuperus lib. II. Obs. cap. 17. item Spanh. Dissert. 5. de Praest. & usu Numism. pag. 350. & seqq. Docti *Ammonem*, & omnia nomina Punica cum adspiratione scribi volunt. Vide Cl. Oudendorp. ad Lucan. lib. I. vs. 305. qui ad lib. IX. vs. 512, 518. de hujus *Hammonis* templi situ, ejusque cultu egit. Hoc templum dicitur altera earum columbarum, quae in Jovis Dodonaei templo responsa dederant, tenere. Vide Lactant. ad Statii III. Theb. 106.

## Ad CAP. CXXXIV.

8 QUI POSTEA TUSCI SUNT DICTI] Servius ad III AEn. 781. *Tuscus dictus Lydius a fratre Tyrrheni, Tusci enim a Lydis* (Plut. Tom. II. p. 277.)

Naxum deferrent. Qui cum eum ſuſtuliſſent, atque vellent ob formam conſtuprare, Acoetes gubernator eos inhibuit, qui injuriam ab eis paſſus eſt. Liber, ut vidit in propoſito eos permanere, remos in thyrſos commutavit, vela in pampinos, rudentes in hederam. deinde leones atque pantherae proſiluerunt: [1] qui, ut viderunt, timentes in mare ſe praecipitaverunt, [2] quos & in mari in aliud monſtrum transfiguravit. nam quiſquis ſe praecipitaverat, in delphini effigiem transfiguratus eſt, [3] unde delphini Tyrrheni ſunt adpellati, [4] & mare Tyrrhenum eſt dictum. Numero autem fuerunt duodecim, his nominibus; [5] Ethalides, Medon, Lycabas, Libys, Opheltes, [6] Melas, Alcime-

*originem ducunt: nam Lydus & Tyrrhenus duo fratres, cum eos provincia una non ferret, in ſortem miſerunt, ut, diviſis copiis, proficiſceretur unus ad novas ſedes quaerendas: profectus Tyrrhenus eſt, qui ex ſuo nomine Tuſcos Tyrrhenos vocavit. Thuſci autem a frequentia ſacrificii dicti ſunt, hoc eſt,* θύειν τὸ θύειν. *Conſtat namque illic a Tage aruſpicinam repertam, ut Lucanus meminit.* SED CONDITOR ARTIS FINXERIT ISTA TAGES. *Et alibi:* HAEC PROPTER PLACUIT, TUSCOS DE MORE VETUSTO ACCIRI VATES. Locus Lucani eſt lib. II. vs. 781. Tuſcam diſciplinam eſſe divinandi artem docet Graevius ad Cic. VI. Fam. Ep. VI. Qui autem hoc divinandi genere per thus utebantur, ab Homero dici Θυοσκόοι, & inde *Tuſcorum* nomen non inepte derivari docet Menag. ad Diog. Laert. Vit. Pythag. cap. 20. A Tyrrheno Telephi filio *Tyrrhenos* Italos dictos docet etiam Tzetzes ad Lycophron. vs. 1239, ſed ipſe ſibi obloquitur ad vs. 1351, docens a *Tyrrheno* Atyos filio *Tyrrhenos* dictos. Conſule etiam Herodot. lib. I. cap. 94. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 347. qui addit *Tyrrhenos* a Romanis *Tuſcos* (non *Thuſcos*) dici, & Caſaubon. ad Strabon. lib. V. pag. 335. A Romanis itaque *Tuſci*, (ut iiſdem verbis Strabo docet,) ſunt dicti. Sunt, qui negant *Tuſciam* in idoneis ſcriptoribus reperiri, & ideo ſemper *Tyrrheniam* eſſe dicendam; ſed quum *Tuſci*, & *Etruſci* ſine diſcrimine vocentur, quid ni *Tuſcia* dicatur, praeſertim, ſi ab idoneis Scriptoribus ita dicta reperiatur. Conſule Celeb. Duker. ad Florum lib. I. cap. V. §. 5. *Piraticam facere*, bona eſt locutio pro piraticam exercere, ſic *lenocinium*, *barbatoriam*, *topiariam*, *navicularíam facere* & ſimilia dicunt Latini. Conſule Celeb. P. Burm. ad Phaedr. lib. I. fab. 14.

1 QUI UT VIDERUNT] Malim, *quae ut viderunt*. Sic fab. 201. *Qui cum ſolito more involaſſet*. lege *quae*, nempe pecora. Nob. Heinſius mallet *Tuſqui* pro *Tuſci*, quemadmodum ſaepe id vocabulum exaratum in membranis. MUNCK. Cum nonnullis vix auſim *Tuſqui ut viderunt*, vel *Quae ut viderunt* &c. Uſitatiſſima enim ellipſi ſic reticetur *illud*, ut monui jam ad Fab. LV. Et relativum *qui* ſic paſſim, apud noſtrum praeſertim, cum duritie quadam atque obſcuritate periodos connectit, ut dixi etiam ad F. XXVIII. Inſpice, ſis, loca iſta Fab. CII. Quibus *poſtea reſponſum eſt.* &c. Fab. CIV. Quae *ne diutius torqueretur*, &c. Fab. CCLXXIV. Quae *cum artem didiciſſet.* &c. Immerito autem ſollicitata haec ratio eſt. Fab. CXXV. Qui *Ulyſſem cum ſociis incluſit*, &c. Fab. CLXIX. Quae *dum quaerit* &c. & rurſus ibidem: quae *cum eduxiſſet*, &c. Fab. CLXXXI. Qui *ne eloqui poſſet*, &c. Fab. CLXXXV. Qui *in ipſo certamine* &c. WOPKENS.

2 QUOD ET IN MARI] *Quos.* MICYLL. Num ſcribendum, *quas*, an *quod* eſt *propter quod*, quaſi diceret, quia putarunt, ſe hac ratione periculum evaſuros, ne hoc quidem conceſſit, ſed alio punivit modo. SCHEFF. Scribendum, *quos &*. Quod & Micyllo notatum. MUNCK.

3 UNDE DELPHINI TYRRHENI] Nob. Heinſius ita capiebat: *Ex hac natatarum transfiguratione ducunt originem delphini, qui adhuc in mari Tyrrheno ſunt frequentes.* Puto tamen *Tyrrhenum piſcem* κατ' ἐξοχὴν dictum delphina. Seneca Agamem. vers. 451. *Tyrrhenus omni piſcis exſultat freto.* h. e. delphin. De mari Tyrrheno vide quae ad AEn. I. vers. 71. Servius, & Boeclerus ad Paterc. lib. I. cap. I. congeſſere. MUNCK. Conſule Celeb. P. Burm. ad Ovidii III. Met. 686.

4 ET MARE TYRRHENUM] Melius *ut mare* cum Heinſio legas. MUNCK.

5 ETHALIDES] *Ethalion.* MICYLL. Apud Ovidium eſt *Ethalion*, quod jam monuit Micyllus, apud eundem pro *Melas*, occurrit *Melanthus*, pro *Alcbimedon*, *Alcimedon.* SCHEFF. Hic *AEthalion* eſt Ovid. III. Met. 647. MUNCK.

6 MELAS] *Melanthus* ſic Ovid. lib. I. MICYLL.

cimedon, [7] Epopeus, Dictys, Simon, Acoetes. hic gubernator fuit, quem ob clementiam Liber ſervavit, [8] & Proreus.

## CXXXV. *Laocoon.*

Laocoon [9] Acoetis filius, Anchiſae frater, Apollinis ſacerdos, contra voluntatem Apollinis [10] cum uxorem duxiſſet, atque liberos procreaſſet, [11] ſorte ductus ut ſacrum faceret Neptuno ad littus: Apollo occaſione data, [12] à Tenedo per fluctus maris dracones miſit duos, qui filios ejus [13] Antiphantem & Thymbraeum necarent. quibus

CYLL: Ovid. III. vers. 117. eſt *Melanthus.* MUNCK.

7 Epopeus] Aliam de eo refert fabulam Athenaeus lib. VII. cap. 7. p. 283.

8 Et Proreus] Hic in veteri exemplari omiſſus erat, quemadmodum apud Ovid. contra Simonis nulla mentio fit. MICYLL. Micyllus hoc loco: *hic in veteri exemplari omiſſus erat.* Itaque miror, quare intruſerit. Sed nimirum putavit Micyllus, hoc eſſe nomen proprium. Neque ſolent aliter edere apud Ovidium, niſi littera majuſcula. Verum *proreus* nomen eſt officii nautici, Graece πρωρεὺς, pro quo Plautus aliique maluerunt *proreta.* Nulla ergo cauſa eſt, ut hunc allinamus, niſi ea unica, ut habeamus nautas duodecim, quot vult auctor in navi fuiſſe. Sane Prorei vocabulum nuſquam alibi proprium reperio. SCHEFF. Ita Micyllus edendum curavit. Sed audi quid ad eum locum annotet: *Hic in veteri exemplari omiſſus erat, quemadmodum apud Ovidium contra Simonis nulla mentio fit.* Atqui *Proreus*, Plauto *Proreta*, Graecis πρωρεὺς dictus, apud Ovidium eſt Melanthus, cum audiat *prorae tutela.* Pro nomine ergo proprio, quod eſt officii, accepit Micyllus? Ita videtur Scheffero. Ego ut antehac dubitavi, ita adhuc vereor id affirmare. Fieri potuit, ut ex nomine officii proprium finxerit Ovidius. Certe praeter alios etiam Nob. Heinſ. qui MSS. cum editis contulit, majuſculâ à capite litera id vocabulum deſcribendum curavit. Accedit huc, quod illud *Proreus* magis Graecum ſit, quam ut pro appellativo uſurpare voluiſſe videatur Naſo: ne dicam jam, duodecim velle Hyginum in navi ea fuiſſe nautas. At Proreus hic ſi omittatur, undecim tantum comparebunt. Propter ea tamen, quae ſequuntur, *Hic gubernator* &c. ante Acoeten eum poſuerim. MUNCK. De *Acate* Interpr. ad Ovidii III. Met. 582.

## Ad CAP. CXXXV.

9 Acoetis filius, Anchiſae frater] Alii Capin Anchiſae patrem faciunt. MICYLL. Non ſcio, an haec ſatis ſint integra. Anchiſae patrem non *Acoetem* nominat Apollodorus, ſed *Capyn*, quod & alii faciunt, ut Diodorus. SCHEFF. Atqui Anchiſae pater erat *Capys*, ut poſt Micyllum recte ex Apollodoro & aliis notavit Cl. Schefferus. An ergo *Capyos* reponendum pro *Acoetis*? Ennius apud Philargyrium ad Georg. III. vers. 35. *Aſſaraco natus Capys optimus, iſque pium ex ſe Anchiſen generat.* Supra cap. 94. Anchiſen Aſſaraci filium facit; in quo itidem abit ab aliis. Deinde Laocoon non Acoetis, ſed Antenoris erat filius, ſi Tzetzen audimus ad Lycophr. p. 95. MUNCK. Ex Erichthonio, Aſſaracum, ex Aſſaraco Capyn, ex Capye Anchiſen, ex Anchiſe AEneam eſſe natum docet Servius ad VIII. AEn. 130. & Tzetzes ad Lycophron. vs. 1232. Anchiſen etiam Capyos filium, & Aſſaraci nepotem eſſe ad cap. 94. docui: uterque vero Anchiſis ſtemma referentes nullam Laocoontis faciunt mentionem.

10 Cum uxorem duxisset] Aliter, & ob compreſſam in templo Apollinis uxorem hoc factum dicit Servius ad Virgilii II. AEn. v. 201. ubi habes caetera hujus fabulae, quemadmodum & apud Petronium in Satyr. SCHEFF.

11 Sorte ductus] Virgil. AEn. II. 201. *Laocoon ductus Neptuni ſorte ſacerdos.* Ad quem verſum conſule Servii commentarium. MUNCK.

12 A Tenedo] Ita & Virgilius & Petronius. Sed Bacchylides apud Servium, loco modo laudato, *A Caledonis inſulis* veniſſe dicit. Lego *Calydnis.* Καλύδναι enim vocantur à Scholiaſte Lycophroniano. MUNCK.

13 Antiphantem et Thymbraeum] Theſſandrus apud Servium ad AEn II. 211. Ethronem & Melanthum eos nominat. Quos autem angues

bus Laocoon cum auxilium ferre vellet, [1] ipſum quoque nexum necaverunt. Quod Phryges idcirco factum putarunt, quod Laocoon haſtam in equum Trojanum miſerit.

## CXXXVI. *Polyidus.*

[2] GLAUCUS Minois & Paſiphaae filius, dum [3] ludit pila, cecidit in dolium melle plenum; quem cum parentes quaererent, Apollinem ſciſcitati ſunt de puero. Quibus [4] Apollo reſpondit: Monſtrum vobis natum

angues *Curiffin* & *Periboeam* appellat Lyſimachus, Πύρκης & Χαλδαία dicuntur à Tzetze, ut utervis ex altero videatur emendandus. MUNCK.

1 IPSUM QUOQUE NEXUM] An legendum *quoque innexum*, num potius, *quoque nexu necaverunt*? Conſule Plinium lib. 36. c. 5. SCHEFF. Hoc eſſet, voluminibus & ſpiris ſuis implicitum, tergoribus ligatum, ut loquitur Petronius Trojae Haloſi. Sed Cl. Schefferus mallet *innexum* vel *nexu*. MUNCK.

## Ad CAP. CXXXVI.

2 GLAUCUS MINOIS] De tribus Glaucis conſule Palaephatum cap. 26. & duobus ſequentibus. MUNCK. Hic Glaucus etiam *Glaucon* dicitur Tzetz. ad Lycophron. vs. 798. De eo conſule Salvagnii notas ad Ovidii Ibin vs. 559. & Meurſium in Creta lib. III. cap. 3. de hoc Glauco haec etiam narrat Servius ad VII. AEn. vs. 796. *Glaucus Minois filius venit ad Italiam, & cum ſibi imperium poſceret, nec acciperet ideo quod nihil praeſtabat, ſicut ejus pater praeſtiterat: Zonam eis tranſmittendo, cum antehac diſcincti eſſent, oſtendit ſcutum militare, a quo & ipſe Labicus dictus eſt, & ab eo populi, ἀπὸ τῆς λαβῆς, quam Latine anſam vocamus.*

3 LUDIT PILA] Apollod. τὸν μῆλον διώκων. al. μηλέαν legitur. MUNCK.

4 APOLLO RESPONDIT] Reſponſum ita refert Tzetzes ad Lycophr. Ἔδοξεν αὐτοῖς χρησμὸς, ὀπτῆναι εἰκῆν τοῦ παιδὸς τῷ αὐτὸν εὑρόντι, ὃν δὲ ἀναστῆσαι αὐτὸν, ὃς εἴπερ τίνι ὁμοῖος ἔσται ἢ τρίχρωμον Μίνῳ βοῦς ἢ ὃν πῦρ ἀγροῖς. MUNCK.

5 PER QUATERNAS HORAS] A gloſſatore haec eſſet exiſtimat Tollius. MUNCK.

6 RUBEUM] Gloſſ. Steph. Κίρρος, *rubeus*. *Roboeus*, ἰρυθρός. leg. *rubeus*. Capella lib. I. *Minio rubeoque igne rutilantes*. Palladius Mart. Tit. 14. *Murini maximè coloris, aut rubei*. Auctor. Ovid. Vetulae. *Sic tamen, ut rubeus vincatur ab albo*. Comparet ea vox etiam in notis Tyronis. Adde Erythraeum Indice Virgiliano, & Alciat. Parerg. II. I. Fulgentius lib. I. cap. II. *Erythraeus Graecè rubeus dicitur*. Iſidor. Orig. XVII. 9. *Rubia dicta, quod radix ejus ſit rubea*. Egeſippus de diſtantiis locorum Terrae Sanctae: *In Hebron habetur quidam ager, cujus gleba rubea eſt*. Et ſic ſaepe ille. Voſſio tamen ea vox ſe probare non potuit III. Vit. Serm. cap. 43. Nec valde Rodolpho Agricolae epiſtolâ ad Alex. Hegium. MUNCK.

7 DEINDE NIGRUM] Forte ſcribendum, *denique nigrum*. SCHEFF. *Denique* ſcribendum eſſe cenſet Cl. Schefferus. MUNCK.

8 QUI CUM NON INVENIRENTUR] Puto lectionem veram, *qui cum non invenirent tum Polyidus*. Sententia, non inveniſſe, non excogitare potuiſſe ejus ſolutionem, vel, quomodo ſolverent. SCHEFF. *Inveniret* ſcribendum eſſe monui antehac, & ſubaudiendum monſtrum. *Invenire* enim, *demonſtrare* & *ſolvere monſtrum* idem eſt, τὸν δράκοντα nempe vituli illius εἰκόνα, ut loquitur Apollodorus in hac fabulâ lib. III. Εὑρεῖν αἴνιγμα non diſſimiliter dixit Palaephatus cap. 7. Cl. Schefferus hoc amplius cenſet legendum, *non invenirent, tum* &c. Sulpic. Sever. Hiſt. Sacr. lib. I. *Quod cum à prudentibus AEgyptiorum non poſſet adjudvi*. Plane, ut *ſolvere monſtrum* heic Hyginus. MUNCK.

9 BIZANTI] Quid hoc eſt? Suſpicor, in libro veteri fuiſſe *birenti* pro *virenti*. Quod cum non intelligeret librarius, fecit *bicenti*, poſt alius, qui de Bizantio quid audiverat, *Bizanti*. SCHEFF. Cl. Schefferus totum locum hunc ſatis obſcurum ſic conſtituit, *virenti demonſtravit eum arbori moris ſimilem eſſe*. Si ſatis conſtaret, quod vero tamen non diſſimile eſſe arbitror, Coeranum illum, cujus mentionem facit Apoſtolius Cent. VI. 95. hujus Polyidi fuiſſe patrem, reſcriberem *Byzantius*. Dices Argivum eum facere Palaephatum cap. 27. & Tzetzen ad Lycophron.

natum eſt, quod ſi quis ſolverit, puerum vobis reſtituet. Minos, ſorte audita, coepit monſtrum à ſuis quaerere: cui dixerunt, natum eſſe vitulum, qui ter in die colorem mutaret [5] per quaternas horas, primum album, ſecundo [6] rubeum, [7] deinde nigrum. Minos autem ad monſtrum ſolvendum augures convocavit. [8] qui cum non inveniren-tur, Polyidus Coerani filius [9] Bizanti [10] monſtrum demonſtravit, eum [11] arbori moro ſimilem eſſe: [12] nam primum [13] album eſt, deinde rubrum, cum [14] permaturuit, nigrum: tunc Minos ait ei, Ex Apollinis reſponſo filium mihi oportet reſtituas. Quod Polyidus dum augu-

phron. pag. 129. ed. Steph. Corinthium Pind. Olymp. Od. XIII. & Clementem ſcribere lib. I. Strom. pag. 334. Πολύϊδον τὸν Ἄργει τὸν Μιγάους. Reſpondere poſſum, origine Byzantium fuiſſe, & Byzantio habitatum conceſſiſſe Argos vel Corinthum. MUNCK. *Polyidus* fuit revera filius Coerani. Munck. ad fab. 251. Pauſan. lib. I. cap. 43. qui *Coeranus* juxta eundem fuit filius Abantis Argivi e Melampode nati, cujus genus hoc modo recenſet Schol. Apollonii Rhodii lib. I. vs. 143. Ἄβας δὲ Μελάμποδος ἦν τῷ Ἀμυθάονος, τῷ Κρηθέως, τῷ Αἰόλου. & Derichidas apud Eund. vs. 118. Ἀμυθάονος τῷ Κρηθέως, τῷ Αἰόλου τῷ Ἕλληνος, τῷ Διὸς καὶ Δευκάλιωνος γένετο Μελάμπους. Ubi plura de Melampode videbis notata. Qui Melampus etiam Ἀμυθάονος filius vocatur ab Herodoto lib. II. cap. 49. ubi etiam plura de eodem videnda. Servium ad III. Georgic. vs. 550. addas licet, & Pauſan. lib. I. cap. 44. p. 107. Haec accuratius adnoto, ne quis Abantem noſtri *Polyidi* avum confundat cum Abante Lyncei & Hypermneſtrae filio, rege Argivorum. De quo Hyginus fab. 273. Schol. Euripidis in Hecuba. vs. 887. p. m. 78. & ad Oreſt. vs. 966. item Schol. Pindari O. Pyth. VIII. vs. 77. Sed qui duo ſtemmata ibi confudit, nempe *Biantis*, & *Abantis*, ut lectorem docebit Celeb. P. Burmannus in Catalog. Argon. in voce LYNCEUS. Quid ſi itaque legamus *Coerani filius Abantis nepos*? *Bizanti* retineri tamen poteſt. Quid Bizanti Coerano evenerit, docet Plutarchus Tom. II. pag. 985. quem Parium fuiſſe addit.

10 MONSTRUM DEMONSTRAVIT, EUM ARBORI] Quid, *eum*? An *monſtrum*? At hoc generis eſt alterius, quod liquet vel ex praecedentibus. Referendum igitur *ad vitulum*, de quo praeceſſit, & *monſtrum* hoc loco delendum, quod ex gloſſa irrepſit, qua quis illud *quem* volebat explicare, non tam vocabulum, quam rem attendens. Quod hic Barthius de vocabulo *demonſtrare* habet, quaſi *monſtrum expiare* ſignificet, plane alienum cenſeo. SCHEFF. Palam eſt reſpici ad vitulum. Quamobrem illud *monſtrum*, quod modo praeceſſit, delendum cenſet Cl. Schefferus. Dubito nihilominus. Videtur mihi rem magis, quam proximè praecedentem vocem ſpectaſſe auctor, quemadmodum non uno feciſſe loco hunc ſcriptorem ipſe obſervat. MUNCK.

11 ARBORI MORO SIMILEM] Veteres, *meri*. Scribo, *moris ſimilem*. Nam album, rubrum, nigrum, de quo ſequitur, non poteſt referri ad arborem, ſed morum. Porro *virens arbor moris*, eſt plena & referta, nec inepte *virens* dicitur, quia initio in colorem cum mora inclinant, ut a viridi non longe diſtent. SCHEFF. Veteres *arbori meri*, inquit Cl. Schefferus. Atqui princeps editio exhibet, *arbori moro*. quod non temerè mutaverim. Sic *arbor malus*, *arbor laurus*, *arbores populi* habes apud noſtrum. Vid. Not. ad cap. 140. Si quid mutandum eſſet, libenter reſcriberem *rubi moro*. Nam morus eſt rubus. Iſidor. XVII. 7. *Morus à Graecis vocata, quam Latini rubum appellant, eo quod fructus vel virgulta rubent.* Scholiaſt. Horat. lib. I. Od. 23. *Rubus ſpecies eſt meri. Sic in Italia nominantur à ruſticis.* Iſacius. εἶναι ὁμοίαν οἷον βάτῳ καρπῷ. Quam conjecturam firmant ſequentia, *nam primum album eſt*. MUNCK.

12 NAM PRIMUM] Si praecedentia verba à vitio libera ſunt, ſcribendum, *nam morum primum*. Propter praecedens *moro τὸ morum* repetere ſupervacaneum duxit indoctus librarius. MUNCK.

13 ALBUM EST] Sic rem magis, quam praecedentia reſpiciens, loquitur, nam morum unum habet in animo; quale quid & alibi ſolet. Vid. ſup. c. 45. SCHEFF.

14 PERMATURAVIT] Scribo, *permaturuit*, Ovid. IV. 165. *Nam color in pomo eſt, cum permaturuit ater.* Celſus II. 24. *Quae in arbore bene permaturuerunt.* Lactant. Firm. lib. II. cap. II. *Eoſque, cum maturaſſent, natura cogente, ruptos animalia tenera profudiſſe.* Legerim & iſtic, *maturuiſſent*. MUNCK.

auguratur, vidit noctuam ſuper cellam vinariam ſedentem, atque apes fugantem. [1] augurio accepto, puerum exanimem de dolio eduxit. Cui Minos ait, corpore invento, nunc ſpiritum reſtitue. [2] Quod Polyidus cum negaret poſſe fieri, Minos jubet eum cum puero in monumento includi, & gladium poni. qui cum incluſi eſſent, draco repente ad corpus pueri proceſſit. quod Polyidus aeſtimans eum velle conſumere, gladio repente percuſſit, & occidit. altera ſerpens [3] parem quaerens, vidit eam interfectam, & progreſſa herbam adtulit, atque ejus tactu ſerpenti ſpiritum reſtituit. idemque Polyidus fecit. Qui cum intus vociferarentur, quidam praeteriens Minoi nunciavit, qui monumentum juſſit aperiri, & filium incolumem recuperavit, Polyidum cum multis muneribus in patriam remiſit.

## CXXXVII. *Merope.*

[4] POLYPHONTES Meſſeniae rex [5] Creſphontem Ariſtomachi filium

1 AUGURIO ACCEPTO] Ante haec verba ponendam curavi τελείαν σύγμιξιν. Male enim hactenus conjuncta ſunt cum praecedentibus. MUNCK.

2 QUOD] Pro *quare*, ut ſupra quoque. MICYLL.

3 PAREM QUAERENS] Par eſt conjux. Ovid. Faſt. 32. *Potat & accumbit cum pare quiſque ſua.* Et lib. IV. 98. *Et docuit jungi cum pare quemque ſuâ.* Art. A. II. 483. *Cerva parem ſequitur.* Gloſſ. Steph. *Compar*, συζυγος. Catull. Carm. 69. *Nec tantum niveo gaviſa eſt ulla columbo Compar.* Et ita etiam Naſo Art. Am. III. 359. Amor. III. el. 5. Caeterum quae heic Polyido, Aſtron. II. 14. AEſculapio tribuuntur. Merentur cum hac fabula conferri, quae ex Xantho refert Plin. lib. XXV. cap. 2. MUNCK.

## Ad CAP. CXXXVII.

4 POLYPHONTES] Credo eundem eſſe, qui a Pauſ. *Deiphontes* dicitur. Vide latius infra in *Pentheo*. MICYLL. Micyllus ſuſpicatur *Deiphontes* ex Pauſania. Sed nihil eſt mutandum. Sic enim iſta habes & apud Apollodorum lib. II. SCHEFF.

5 CRESPHONTEM] Hic male parta male dilabi damno ſuo ſenſit, quomodo enim imperium ſit adeptus Cresphontes praeter Pauſaniam lib. IV. cap. 3. & alios docet etiam Schol. Sophoclis, in Aiace vs. 1302.

6 MEROPEM] Corrupte ſcriptum hoc, ut cap. 184. *Ad Meropen venit.* Μερόπην eſt Graecis. Vide Apollod. ſub finem lib. II. Saepe admiſſum id peccatum in his fabulis, ut cap. 126. *Penelopem.* 164. 251. *Eurydicem.* 179. 251. *Semelem.* 186. *Melanippem.* 67. 242. *Iocaſtem.* Dices apud Vellejum ſcriptum lib. I. *Mitylenem.* Juſt. XII. 15. *Roxanem.* Et XIII. 7. *Cyrenem.* Petron. *Helenem.* Sidon. c. VI. *Calliopem*, & ſexcenta alia apud alios. Sed & illae ſcriptiones mihi vitioſae ſunt. Servium & caeteros Latinorum poëtarum Scholiaſtas, apud quos non minus frequenter, quam apud Hyginum, occurrunt, nihil moror. Sed unde illa ſcribendi ratio orta? Inde, opinor, quod barbaro ſaeculo, quo ab indoctis hominibus deſcripti plerique libri, in recto caſu dixerint, *Meropis* vel *Meropes*. Certè *Syncepis* pro *Syncope* invenitur apud interpretem Bingyzlae, *Helles*, *Melotes*, aliaque apud Lactant. Caſſianum, & Iſidorum, pro *Helle* & *Melote*. Lactantium puta Statii interpretem. *Daphnis* pro *Daphne* eſt apud Servium ad AEn. III. 91. MUNCK. Sic duo Codd. Voſſ. *Erigoni* pro *Erigonae* exhibent lib. II. Aſtron. Poet. cap. 4.

## Ad CAP. CXXXVIII.

7 IN THRACIA] In Theſſalia contigiſſe hoc narrat Philargyrius ad Georg. III. 93. apud quem hanc fabulam invenies, ut & apud Apollon. Schol. in Argon. lib. I. vers. 554. & ad lib. II. vers. 1235. Germ. Schol. in Centauro. MUNCK. Ab hac *Philyra* dicti ſunt *Philyres*, de quibus Schol. Apollonii Rhodii lib. II. vs. 395. & Dionyſ. Perieg. vs. 766. Philyram Chironis matrem

lium cum interfeciſſet, ejus imperium & [6] Meropen uxorem poſſedit.

## CXXXVIII. *Philyra, quae in tiliam verſa eſt.*

SATURNUS Jovem cum quaereret per terras, [7] in Thracia cum Philyra Oceani filia, in equum converſus, concubuit, quae ex eo peperit Chironem centaurum. qui [8] artem medicam primus inveniſſe dicitur. Philyra poſtquam inviſitatam ſpeciem ſe peperiſſe vidit, petit ab Jove, ut ſe [9] in aliquam ſpeciem commutaret: quae [10] in arborem Philyram, hoc eſt, tiliam, commutata eſt.

## CXXXIX. *Curetes.*

POSTQUAM [11] Opis Jovem ex Saturno peperit, petit Juno, ut ſibi eum

matrem fuiſſe praeter Apollonii Scholia teſtantur etiam Tzetzes ad Lycophron. vs. 1200. Schol. Pindari O. Pyth. IV. 180. & O. Pyth. VI. 21. & Munck. ad lib. III. Aſtron. Poet. cap. 37. aliique. Haec etiam Nauplio nupſiſſe a nonnullis dicitur. Apollodor. lib. II. pag. 83. Verum Lactantius ad Statii II. Achill. vs. 77. matrem ejus vocat *Penelopen*. Unde haec hauſerit Lactantius, an vero a librario profectus ſit error, neſcio. De *Thracia* pro *Theſſalia* V. Burm. ad V. Flacc. IV, 280. pro *inuſitatam* lege e Graecis *inviſitatam*.

8 ARTEM MEDICAM INVENISSE] Vide infra cap. 274. MUNCK.

9 IN ALIQUAM SPECIEM] Certum habeo ſcripſiſſe Hyginum, *in aliam ſpeciem*. Aſtron. II. 28. *In aliam figuram ſe convertiſſe*. Lycophronis interpres de Myrrha: Μύρρα πῶς Θεοῖς εἰς ἑτέραν φύσιν μεθαρμόζεται. MUNCK.

10 IN ARBOREM PHILYRAM] Philargyrius: *Quidam Philyram in florem converſam eſſe dicunt, vel in arborem, unde liber philyrinus, quo coronae illigantur*. Gloſſ. Philox. *Tilia*, Φίλυρα κέφ. Forte ſcripſit, Φίλυρα κλάδος. ut ad fabulam alludatur. Schol. Horat. ad lib. I. od. 38. philyram corticem arboris tiliae interpretatur: quo ſenſu Plinius lib. XVI. 14. *philyras tenuiſſimas* dixit. Capella lib. II. *Alia ex papyro quae cedro perlita fuerant, videbantur: alii carbaſinis voluminibus complicati* (MS. Leidenſis, *impliciti*) *libri*; *ex ovillis quoque multi tergoribus; rari vero in philyrae cortice ſubnotati*. Pro illis, *quae cedro perlita fuerant*, membranae Biblioth. Leidenſis exhibent, *quae cedriâ perlita fuerat*. Longè optimè. *Cedria* eſt reſina ex cedro, ut interpretatur gloſſa interlinearis. Iſidorus lib. XVII. Orig. cap. 7. *Hujus ligni reſina cedria dicitur, quae in conſervandis libris adeo eſt utilis, ut perliti ex eâ nec tineas patiantur, nec tempore conſeneſcant*. Celſus lib. V. XVIII. 35. *Cedriae cyathus unus*. Servius ad AEn. VI. 180. *Cedria dicta eſt quaſi καιομένης ὕλης ὑγρὸν*, id eſt, *arboris humor ardentis*. Volebam idem vocabulum reſtituere Frag. Trag. pag. 35. edit. Blau. *Omnia domi naſcuntur, lana, credrae, piper*. Volebam, inquam, *cedria*. Sed Nob. Heinſius docuit me, legendum eſſe, *Lanae, cerae* &c. MUNCK.

## Ad CAP. CXXXIX.

11 OPIS] Ἀρχαϊκῶς ἀπὸ τῆ Ὀπός. Gloſſ. Bened. *Opis*, Τέα. Feſtus: *Opis dicta eſt conjux Saturni*. Fulg. lib. I. *Opis ejus uxor, eo quod opem eſurientibus ferret, dicta eſt*. Lactantius lib. I. 13. *Idem ſororem ſuam Rheam, quam Latinè Opem dicimus, cum haberet uxorem*. Ita *trabis* pro *trabs* apud Jul. Obſ. cap. 601. *Iovis* pro *Ios* in Fragm. Tragur. *nucis* pro *nux*, *ſuis* pro *ſus* apud antiquos, de quibus Scaliger ad Feſtum. Gloſſae Latino-Graec. *Scrobis*, Βόθρος. Graeco-Lat. Ἀποχέσεμα, *ſtercus*, *Scobis*. Gracchus apud Servium ad II. Georg. 288. *Abunde foſſa ſcrobis eſt*. Servius ipſe ad ejuſdem libri vers. 372. apud antiquiores *frondis* nominativum eſſe obſervat. *Gruis*, *ſuis* in Not. Tyr. p. 179. Ennius apud Lactantium lib. I. 14. *Pluton Latinè eſt Dieſpiter, alii Orcum dicunt*. Sed antiquum MS. *diis pater* praefert, ut notat Iſaeus. Un-

eum concederet, quoniam Saturnus [1] Orcum ſub Tartara dejecerat, & [2] Neptunum ſub undas: [3] quod ſciret, [4] ſi quis ex eo natus eſſet, ſe regno privaret. Qui cum Opem rogaret, [5] ut eſſet, quod illa peperiſſet, illa [6] lapidem involutum oſtendit, eum Saturnus devoravit. Quod cum ſenſiſſet, coepit Jovem quaerere per terras. Juno autem

de ſuſpicio mihi incidit, ſcripſiſſe Ennium *Ditis pater*. Quod quo eſt ἀρχαϊκώτερον, eo ei videtur convenientius. Petron. *Has inter ſedes Ditis pater extulit ora.* Adde notas ad cap. 40. MUNCK.

1 ORCUM] I. e. Plutonem. Vide Cl. Graevium in Lect. Heſiodeis cap. 17.

2 NEPTUNUM SUB UNDAS] Poſtea Jupiter, Neptunus & Pluto in urbe Claria mundum ſortiti eſſe dicuntur a Lutatio ad Statii VIII. Theb. 199, 312.

3 QUOD SCIRET, SI QUIS EX EO NATUS ESSET, SE INTERFICERET] An ſcribendum? *Quod ſciret, ut, ſi quis ex eo natus eſſet, ſe interficeret.* Non videtur id abhorrere ab Hygini ſtylo. Aſtron. II. 10. *Alii plures dixerunt, ut gloriata ſit, ſe forma Nereidas praeſtare.* Cap. 42. *De quo plures ſcripſerunt, ut patris inſcienter curru vectus incenderit terras.* Supra cap. 63. *Huic fuit fatum, ut, quod peperiſſet, Acriſium tolleret.* Vide ibi Not. Si nihil mutandum putes, adducere poſſis illa cap. 166. *Optionem à Jove accepit, ſi quid ab iis petiiſſet, impetraret.* Sed & ea mihi ὑπναλα viderentur, & eadem medicina curanda, niſi ita quoque Lactantius loqueretur Argum. lib. XI. fab. 3. *Optandi Deus ei veniam dedit, ſi quid vellet, à ſe peteret.* MUNCK.

4 SI QUIS EX EO NATUS ESSET] Scribo, *ſi quis ex ea.* Ope ſcilicet. SCHEFF. Cl. Scheffero, *ex ed.* Non neceſſe exiſtimo, cum *ex eo* pro *ex ſe* poſuiſſe potuerit. Cap. 80. *Deprecatus eſt, ut liceret ei.* ἀντὶ τοῦ *ſibi.* Scilicet Coelum ac Tellurem ceciniſſe illum à filio ſuo deturbatum iri imperio. Apollod. vide lib. I. & Heſiod. Θ. 464. Servius, neſcio quo auctore, vaticinatam ei hoc Themidem ſcribit ad AEn. III. 104. Scholiaſtes ad Stat. IV. Theb. 785. Proteum. Adde quae eadem de re Lactantius prodit lib. I. cap. 14. ſed longè ab his diverſa. MUNCK. Adde Lact. ad Statii II. Achill. 190.

5 UT ESSET, QUOD ILLA PEPERISSET] Nihil deeſt, quod Micyllus putabat. Illud *ut eſſet* Barthius exponit, *ut viveret*, ego arbitror ſignificare, cujus eſſet generis ac ſexus, hocque puto Saturnum quaeſiviſſe. SCHEFF. Ego antehac explicavi, *ut ederet.* Memineram enim legiſſe cap. 55. *Secur exeſſet* 149. *Cor exeſſet.* In Gloſſ. Philox. *Eſſe*, ἐδεῖν, ἐσθίειν. Apud Macrobium Sat. II. cap. ult. *Se bibere & eſſe, ut viveret.* Unde *comeſſe* apud Phaedrum I. 20. apud Varronem *comeſt* pro comedit. Adhoc arbitrabar illa, quae ſcripſi ad Antonini cap. 4. de ſexu nimirum, quod occultaretur, ſatis perſuaſum fuiſſe videri Saturnum. Atque ita quoque accepiſſe video hunc locum Nob. Heinſ. ad Ovid. III. Art. am. vers. 757. cum ex hoc loco laudaret *eſſet* pro *ederet.* Poſtea in mentem venit, latius, quam Schefferus volebat, illud *ut eſſet* poſſe accipi, pro *cujuſmodi* nempe, vel *quale eſſet.* Ter. Andr. *Sic hic eſt Crito.* Phorm. *Sic eſt ingenium.* Quod Barthius *eſſe* heic interpretatur *vivere*, plane ἄτοπον eſt. Verum interim, quod *eſſe* vivere, & *non eſſe* ſignificare interiiſſe obſervat. Innumera ſunt apud utriuſque linguae ſcriptores exempla. Ovid. IX. Met. *Vellem nullâ forem.* II. 579. *Qui nullus erat.* In Catal. Pith. lib. III. *Oppia jam non eſt, erepta eſt Oppia Firmo.* Matth. Euang. II. 28. Οὐκ ἔθελε παρελθεῖν, ἕως οὐ εἰσί. Ariſtot. Eth. I. cap. 2. Μὴ ποιεῖν ἀδυνάτους τοὺς μὴ ὄντας. Eurip. Hecub. 683. Ἀπολόμην, οὐκέτ' εἰμὶ δή. Schol. Apollon. ad lib. II. Argon. vers. 140. Ἀχιλῆος ἀνακτος ἥγαγε τιθηνήτορα, ὅστις ἦ τῷ ἀφειλεῖτο ζωοῦ. Anton. lib. cap. 2. Αὐτὸν ἔσεσθαι, *eum victurum eſſe.* Adducere haec placuit, quoniam, quod Barthius producit, cum à fontibus diſſideat, minus convenit. Forſan etiam non male hîc reponi *ubi eſſet*, dixi ad Antoninum. Immo ita omnino legendum eſſe ſuadet Lactantius, qui identidem Hyginum exſcribit ad Theb. Stat. IV. 785. Hem tibi hominis verba: *Itaque cum Opem rogaſſet, ubi eſſet, quod pepererat, illa lapidem ei involutum veſte monſtravit, quem Saturnus voravit.* MUNCK.

6 LAPIDEM INVOLUTUM] Lactantium ſi reſpicias, dicas hinc excidiſſe quaedam. De lapide illo Apoſtol. Cent. X. 71. Βαίτυλος δέ ἐστιν ἐσπαργανωμένος λίθος, ὃν Κρόνος κατέπιεν ἀντὶ Διός. Pithoeus in Excerptis Vett. Gloſſ. *Aebis eſt lapis, per quem Saturnus Jovem devoravit.* Sed βαίτυλος etiam eſt Etymologicographo & Heſychio, quos vide in ea voce. Apud Heſiod. Schol. pag. 280. Ἀγαθοκλῆς ὁ Βαιτυλάπιδος φησιτδὲ Τῆιον ἐκ Περικτιόνου δέξασθαι τὸ λίθον. Lactantius Firm. lib. I. cap. 20. *Quid, qui colunt lapidem informem atque rudem, cui nomen eſt Terminus? Hic eſt, quem pro Jove Saturnus devoraſſe dicitur.*

Alites

autem Jovem [7] in Cretenſi inſula detulit. [8] Adamantaea pueri nutrix eum in cunis in arbore ſuſpendit, ut neque coelo, neque terra, neque mari inveniretur. & ne pueri vagitus exaudiretur, inpuberes convocavit, eiſque clypeola aenea & haſtas dedit, & juſſit eos circum arborem euntes [9] crepare, qui Graece Curetes ſunt adpellati. [10] aliis

Aliter fabulatur Heſiodus Θεογ. vers. 98 in cujus Schol. leg. Πεγασίης. MUNCK. Conſule Serv. ad VIII. AEn. 322. unde Jupiter Δίκτας vocatur. Tzetz. ad Lycophron vs. 400.

7 IN CRETENSI INSULA] Vide notas ad cap. 92. MUNCK. Arrianus apud Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. vs. 498. dicit Creta quemdam, unde inſulae nomen, Jovem occultaſſe in monte Dyctaeo. Pt. Hephaeſtio apud Photium pag. 475. hunc vocat Olympum Cretis filium, Jovemque hunc nutritorem & praeceptorem, a quo divinum cultum didicerat, poſtea fulmine percuſſiſſe, gigantum inſidias ſuſpicatum, addit. In monte vero Dictaeo Jovem natum eſſe tradunt. Vide Agathoclem Babylonium apud Athenaeum lib. IX. cap. 4. pag. 375. Quamquam de loco, quo natus & educatus eſt Jupiter, diſſentiant. V. Lact. ad Statii IV. Theb. vs. 105. Schol. Pind. Od. Olymp. v. 42. Schol. Ariſtoph. Nub. 1470. Burm. ad Ovid. II. M. 405. Servius ad III. AEn. 104. docet Salluſtium dixiſſe ideo in Creta Jovem educatum fingi, quia conſtat, Cretenſes primos inveniſſe religionem.

8 ADAMANTAEA &c.] Hanc ego Adamantaeam nusquam alias reperio. Mallem *Adraſteam* legere ex Apollonii lib. III. Argon. SCHEFF. Scribendum cenſeo *Adraſtea* quod & Cl. Scheffero venit in mentem. Apollod. lib. I. Καὶ τῦτο μὲν δίδωσι τρίφωλος Κυρησί τι καὶ ταῖς Μελισσίως παισὶ νύμφαις, Ἀδραστείᾳ καὶ Ἴδῃ. αὗται μὲν ἦν τὸ παῖδα ἔτιθον τῷ τὸ Ἀμαλθείας γάλακτι. De Amalthea Schol. Callim. ad Hymn. I. Οὗτος ἐκαλεῖτο ὁ παῖς τοῦ Διὸς τρίφωνος. leg. ὁ τὸ Διὸς &c. Si quis *Amalthea* heic legi malit, advocare poterit Lactant. lib. I. cap. 22. *Didymus in libris ἐξηγήσεως Πινδαρικῆς ait, Meliſſea quendam Cretenſium regem primum Dis ſacrificaſſe, ac ritus novos ſacrorumque pompas introduxiſſe. Hujus duas fuiſſe filias Amaltheam & Meliſſam, quae Jovem puerum caprino lacte & melle nutrierunt.* Statianus interpres loco modo laudato: *Amaltbea nutrix, ne vagitus pueri audiretur, Corybantes poſuit.* Conſer German. Schol. Erichthonio, Anton. lib. cap. 19. Schol. Hom ad Iliad. Θ. 318. & quae notavimus infra ad cap. 182. Haec ſcripſeram, cum ita ad me Nob. Heinſius in literis: Pro *Adamantaea* utique corrigendum *Amaltbea*, ut ex Naſone liquet copioſe hanc fabulam perſecuto in Faſtis lib. IV. ubi Cybeles ſacra enarrat, & Jovis natalem. MUNCK. *Amaltbaea* etiam jam Woverius voluerat, qui itidem in ſeqq. corrigit, ad Min. Felic. c. XXI. *bis autem Lares appellantur.* WOPKENS.

9 CREPARE] Vide Lucian. Περὶ ὀρχήσεως Tom. I. pag. 914. edit. Bened. MUNCK. V. Spanh. ad Callim. H. Jov. 53. Jovem ſeſe in draconem vertiſſe, & ita totum annum a Corybantibus ſervatum eſſe docet Theo ad Arati Phaen. p. 10.

10 ALII CORYBANTES DICUNTUR] Sine dubio legendum, *aliis Corybantes.* SCHEFF. Scripſerim, *aliis*, niſi mavis *dicunt* pro *dicuntur.* Serv. ad AEn. III. 104. *Sed nonnulli eoſdem Curetes & Corybantes dicunt.* Etiam *Dactyli Idaei* iidem, qui Corybantes & Curetes, ſecundum nonnullos. Conſule Pauſaniam in Eliacis, Schol. Arat. pag. 112. Apollonii ad lib. I. Argon. 1129. Strabon. lib. X. Diomedem lib. III. & ante omnes Arnobium lib. III. extremo. Sed quia non omnes eoſdem faciunt, poſſit videri Hyginus velle alios eſſe Corybantes. Certe eorum tanquam diverſorum facit mentionem Ovid. IV. Faſt. 209. *Pars clypeos ſudibus, galeas pars tundit inanes. Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.* Servius ad IV. Georg. 153. *Quem Ops Saturni uxor Curetibus, Corybantibus & Idaeis Dactylis cuſtodiendum dedit in monte Cretae.* Seneca Hercule Oet. vers. 1877. *Nunc Curetes, nunc Corybantes Arma Idaea quaſſate manu.* Lucian. Περὶ Ὀρχήσ. pag. 913. Ἐν Φρυγίᾳ μὲν τὰς Κορύβαντας, ἐν Κρήτῃ δὲ τὰς Κούρητας ὀρχεῖσθαι καλέσαι. Tzetzes in Lycophron. pag. 19. Οἱ μὲν Κούρητες Διονύσου νύμφης Κρησίας καὶ Ἀπόλλωνος παῖδες, οἱ δὲ Κορύβαντες, Θαλείας καὶ Ἀπόλλωνος. Idem legas apud Apollod. lib. I. Quamobrem miror, quid Servius ad AEn. III. vers. 111. ſibi velit, *Jaſonis* eos faciens filios, quam genealogiam legiſſe alibi haud memini. Putabam *Apollinis* corrigendum. Sed monuit me Nob. Heinſ. etiam apud Diod. lib. V. Jationis & Cybeles conſtitui filium Corybantem. Scribe ergo apud Serv. *Jaſionis*. Sed ut quamplures eos diverſos faciant, non puto tamen eos heic ſequi Hyginum. Veteres Gloſſae Curetes & Corybantes etiam confundunt. *Indigetes*, ἰμάδιοι, Κούρητες. Cyrill. Lex. Κούρητες, οἱ περὶ τὰ Πατῆνα, *Indigetes, Corybantes.* Eos Cabiros aliter dictos fuiſſe docuit me Clemens Admon. ad

liis Corybantes dicuntur; [1] hi autem Lares adpellantur.

## CXL. *Python.*

[2] PYTHON Terrae filius, [3] draco ingens. Hic ante Apollinem [4] ex oraculo in monte Parnaſſo reſponſa dare ſolitus erat. huic ex Latonae partu interitus erat fato futurus. Eo tempore Jovis cum Latona Poli filia concubuit. hoc cum Juno reſciit, facit, ut Lato-

Gentes pag. 12. MUNCK. *Corybantes* Apollinis ac Thaliae erant filii juxta Apollodor. lib. 1. p. m. 10. tres erant *Cyrbas*, *Pyrrhus*, & *Idaeus*, ut ex Nonno docet Grotius ad Imagines pag. 40. De Corybantibus Serv. ad III. AEn. 113. & ad VII. AEn. 796. Theo ad Aratum pag. 8. Eurip. Bacch. 120. Spanh. ad Callim. H. Jov. 52. Licet in Samo tam Corybantum, quam Cabirorum myſteria eſſent, v. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 524, tamen coſdem fuiſſe negat Gutberlethus de Diis Cabiris cap. 2. Quod vero Plut. Tom. II. pag. 420. de Oracul. defectu, notat, prope Britanniam eſſe inſulam, in qua Saturnus a Briareo detinetur dormiens, hanc quoque fabulam ſpectare credo.

1 HI AUTEM LARES APPELLANTUR] Illud *autem* heic eſt ἐξηγηματικὸν, ut cap. 101. Statianus interpres: *Ne vagitus pueri audiretur, Corybantes poſuit. quia Curetes Latine lares familiares appellantur.* Diomedes de Curetibus initio lib. III. *Hos quidam tres putant, qui lares eſſe creduntur, Damnameneus, Acmon, Celmon.* Ita quidem edidit in corpore Vett. Grammat. Putſchius. Corrigit Nobil. Heinſ. ad Ovid. Metam. pag. 86. *Celmis.* Eſt mihi vetus editio, quam Soter dedit Coloniae anno 1533. in qua legitur *Celmus.* quod annotandum duxi propter Ovidianum illud *Celme.* Firmat Nob. viri emendationem poëta ille Apolloniano Scholiaſtae laudatus ad lib. 1. vers. 1129. Alius Σκέλμις eſt, qui & Σκέλμος dicitur à Nonno p. 371. Vetus ſane vitium ſit oportet, quod Ovidio oblatum eſt, cum & Lactantius in Argum. *Caſus relaturam Celmi* &c. Cicero libr. de univerſitate: *Quos Graeci δαίμονας appellant, noſtri opinor, lares.* Adde Tzetz. ad Heſiod. p. 41. ed. Heinſ. Barthius ex ſuo MS. *Latine lares appellantur*, Hygino reſtituit. Sed vidi qui Barthii MSS. parum fidei haberent. Ad ſummam, lares iidem, qui genii; & genii, qui indigetes. Vide notas ad Fulg. lib. III. cap. 5. MUNCK. Cenſorinus de Die Natali cap. 3. *Eundem eſſe Genium & Larem, multi Veteres memoriae prodiderunt: in queis etiam Granius Flaccus in Libro, quem ad Caeſarem de Indigitamentis ſcriptum reliquit.* Larum loco aliquando majores etiam Deos fuiſſe habitos, docet Cuperus in Monumentis Antiquis pag. 235. Cetera de Laribus nota ſunt.

## Ad CAP. CXL.

2 PYTHON TERRAE FILIUS] Vide Not. ad Geneal. Scholiaſtes in Hom. Catal. vers. 26. *Πυθὼν πόλις Φωκίδος. τὸ ἐθνικὸν ὁ Παρνασσὸν ναίων ἐκαλεῖτο, ὡς λέγει παρακειμένη ὄρος ἔσπελα Πυθών, ὕστερον ὁ Δελφοί. καὶ Πυθὼν μὲν ἐπεὶ κατισάνη* (leg. *κατισάνη*) *αὐτὸν ὁ δράκων, ὁ τὸ μαντεῖον ἐφύλασσεν.* Adde quae idem habet ad Iliad. 1. 405. Hypoth. Pyth. Pind. Scholiaſt. ad Od. 1. *Ἐκαλεῖτο ὁ ἐθνικὸς Νάπη, εἶτα Πυθὼ, εἶτα Κρίσσα, εἶτα Πυθώ.* Plura ſuppeditabunt Etym. magni auctor in Πυθώ. Schol. Apollon. ad lib. 1. vers. 207. & Heinſius Ariſtarchi ſui cap. 1. ubi veriorem Etymologiam eruit. MUNCK. Varias opiniones de vocis etymologia profert etiam Schol. Apollonii Rhodii lib. IV. vs. 1405, item Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 444. Urbem Pythona etiam a Pindaro Παρνάσσιον μυχὸν vocari docet Schol. ad O. Pyth. 10. vs. 13.

3 DRACO INGENS] Διλφύδα cum draconem appellat Apollon. Argon. II. 708. ut & Heliodorus apud Iſacium. Apollodorus lib. 1. pag. 17. *Διλφύδα δράκαιναν* ſemiferam fuiſſe puellam autumat. Etym. auctor in Ἐκηβόλος, Διλφὶς vocat, ut & Tzetzes. Unde Διλφίνιος θεὸς Apollo Lycophroni p. 43. Schol. Callim. Hym. IV. 90. *Τερπανδρίνιος ὁ Διλφίνας.* Exiſtimo ſcribendum Διλφύνας, & referendum ad ὄφις, qui verſu proximo ſequitur. Non enim Διλφὼν tantum, ſed & Διλφύνας dictum illud monſtrum. Vide Euſtath. in Dionyſ. p. 64. MUNCK. Conſule inl. Spanh. ad Callim. H. Del. vs. 91. & 101. Plutarch. de facie in Orbe Lunae pag. 945. de Typhone ſcribit Διλφὺς καλεῖσθαι, καὶ συνέρρεξαι τὸ χρησθὲν ὕδωρ καὶ βίᾳ Τυφών.

4 EX ORACULO RESPONSA DARE] AElian. Ποικ. Ἱσ. lib. III. cap. 1. *Ὅτι τὸν Πύθωνα τὸν δράκοντα κατέλιξόσιν ἔτι φυλάττοντα τὸ Διλφὸς, ἐ Γῆς ἐχόντος τὸ μαντεῖον.* Alii, ut Juvenalis Scholiaſt. ad

Sat.

Latona ibi pareret, quo Sol non adcederet. Python ubi ſenſit, Latonam ex Jove gravidam eſſe, perſequi coepit, ut eam interficeret. At Latonam Jovis juſſu [5] ventus Aquilo ſublatam ad Neptunum pertulit. ille eam tutatus eſt; ſed ne reſcinderet [6] Junonis factum, in inſulam eam Ortygiam detulit, quam inſulam fluctibus cooperuit. Quod cum Python eam non inveniſſet, Parnaſum redit. At Neptunus inſulam Ortygiam [7] in ſuperiorem partem retulit, quae poſtea inſula Delus eſt adpellata. [8] Ibi Latona [9] oleam tenens, parit Apollinem & Dia-

Sat. 1. vers. 82. Themidem ante Apollinem oracula tenuiſſe tradiderunt. Sed Themis eadem, quae Tellus, ut didicimus ex AEſchyli Scholiaſte Prometh. vers. 209. & aliis. Pauſan. tamen in Phocicis diverſas facit, & primo Tellurem, deinde Themidem, tandem Phoebum reſponſa dediſſe Delphis refert. Aliter paulo, Scholiaſtes Pindari Hypoth. Pyth. Εἶτα ἤρξεν ἐπὶ τὸ μαντεῖον, εἶτα ἡ χρήτη τὴν Ἰχρησμῳδοῦσαν, εἶτα Θέμις. Πυθῶνα δὲ τέτε κοιμίσαντα τὸν φρέατος πέτρᾳ, εἶτα ἡ τρίτη Δίονος ἐδημάτισεν. MUNCK. Diodorus apud Schol. Ariſtophanis in Pluto vs. 9. quomodo Oraculum Delphis ſit inventum, narrat. Ὅτε δὲ Χάσματος τὸ τέτε τὸ τέμενος, καθ' ὃν ἐν τῷ ἄδυτῳ, ἡ ἀρχὴ τῶν γινομένων αἰνιγμῶν &c. Sed inprimis δι' ἃς αἰτίας νομιζόμενον ΤΗΣ ΓΗΣ εἶναι τὸ χρηστήριον. Schol. Euripidis in Oreſte vs. 164. ὡς φασί τινες, ὁ τρίτος πρόπολος ἦν τῆς γῆς, εἶτα ἡ Θέμιδος. ἡ δὲ Θέμις διὰ παρ' Ἕλλησιν, ὑφορᾷς δικαιοσύνης. εἶτα τῷ Ἀπόλλωνι ἐγένετο παρὰ Θέμιδος λαβόντι. imo vi eripuiſſe Themidi divina Apollinem oracula (nempe poſtquam infans Pythonem oraculi cuſtodem interfecerat, ut & mox videbimus. vide & Apollodor. lib. 1. pag. m. 13.) ipſe docet Euripides in Iphigenia in Tauris. vs. 1259. ad vs. 1288. Addens, quas machinas adhibuerit Tellus, ad Apollinis reſponſa inrita reddenda, quippe irata maxime, quod filia ſua Themis e ſede hac ſua ab eo eſſet ejecta. Schol. Pindari O. Pyth. XI. vs. 15. Θέμιδος ἐν τῷ χρηστηρίῳ, ὅθεν καὶ τὸ θεμιστεύειν. Conſule de Themidis oracolo Plutarch. quid referat. de Oracul. def. T. II. p. 421. & 433. qui Themidem ſemper fuiſſe creditam ἀνυπόστατον docet in de Herod. Malign. pag. 860. Alii dicunt Oraculum Delphicum primum fuiſſe Saturni. Tzetzes ad Lycophron vs. 202. καὶ φασὶν, ὅτι τὸ τὸ Δελφοῖς μαντεῖον πρότερον τῷ Κρόνῳ ἦν. Plut. de Oraculor. defectu T. II. pag. 414. τόν γε ἐν ἀγκῶνι, ΕΝ ΤΕΓΥΡΑΙΣ, ὡς πρότερον ἦν μαντεῖον, ἢ ἐπὶ τὸ ΠΥΘΟΝ, ἔστι μέρος κώμης ὀνυχῆς, ἐφ' ὑψηλοῦ πέτρου κείμενον. καὶ γὰρ τοῦτο ἔστιν ὑπαθρον χρησθῆναι δὲ χρόνῳ τι καὶ δεῖξαι καλυπτόμενον, τοῦ θείου χαλκοῦ ΔΡΑΚΑΙΝΗΣ πολὺν χρόνον ὕστερον γυμνὸν καὶ ἀπογυμνωθὲν ἐφάνη.

5 VENTUS AQUILO] Nepos cap. 2. Milt. *Vento boreâ.* Valde arriſiſſe patet huic ſcriptori id genus appoſitiones. Cap. 126. *Seque ad arborem malum adſtringi juſſit.* 136. *Eum arbori moro ſimilem eſſe.* 152. *In arbores populos converſae ſunt.* 103. *In arborem laurum commutavit.* Dictys lib. v. *Avis aquila cum ſtridore magno immittit ſe.* Macrob. 1. Sat. 12. *Sacrificant ſub arbore caprifico.* Schol. Juvenal. Sat. XV. 3. *Ventum Africanum* dixit, quem abſolutè *Africum* dicunt alii. Adde his, quae notavit ad rei venaticae ſcriptores Vlitius pag. 375. Freinshem. ad Juſtinum lib. XXXVI. 3. MUNCK.

6 JUNONIS FACTUM] Barthius ex Mſ. ſuo legit, *Junonis fatum.* Neſcio, quale manuſcriptum habuerit, mihi certe non parum ſuſpectum eſt. Nam cur hic *fatum* praeferat? cum anteceſſerit, *facit, ut Latona.* SCHEFF. Ovid. III. Met. 336. *Neque enim licet irrita cuiquam Facta Dei feciſſe Deo.* MUNCK.

7 IN SUPERIOREM PARTEM RETULIT] Emergere è fluctibus fecit, unde Δῆλος appellata. Vide Serv. AEn. III. 75. Ovid. VI. Met. 333. MUNCK. Schol. Apollonii Rhodii lib. II. vs. 123. ἡ Δηλὸ ἴσχυσε ἐπὶ πολὺ ἐπιπολῆς τῆς Δήλου ἐλθεῖν μεταπαλῶσα τὸς λόγους. De *Delo* Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 525. Lactant. ad Statii II. Achill. vs. 191. Spanh. ad Callim. H. Del. vs. 53.

8 IBI] In inſula Delo, unde *Delius*; & quidem in monte Cyntho, unde *Cynthius.* Schol. Hor. ad lib. 1. od. 21. MUNCK. In monte Cyntho Dianam natam teſtatur etiam Servius ad Virgil. 1. AEn. 502. de quo monte Lactant. ad Statii 1. Thebaid. vs. 701. Hyginum maxime inluſtrant, quae adducit inl. Spanh. ad Callim. H. Del. vs. 255. Plures vero ſibi Apollinis ac Dianae natales vindicant populi, ut praeter laudatum Spanhemium egregie nuper docuit Eximius Vir in deſcriptione Inſulae Deli ex inſcriptionibus inluſtratae cap. 5. Cur autem Diana ante Apollinem fingatur edita, praeter Servium a Spanhemio l. l. citatum, docet etiam Lactantius ad Statii II. Achill. 9. pluribus hanc fabulam totam referens.

9 OLEAM TENENS] Cur hoc fecerit, dicet Schol.

& Dianam, quibus Vulcanus ſagittas [1] dedit donum. Poſt diem quartum quam eſſent nati, Apollo matris poenas exſecutus eſt. nam Parnaſſum venit, & Pythonem ſagittis interfecit; [2] inde Pythius eſt dictus: oſſaque ejus in [3] cortinam conjecit, & in templo ſuo poſuit, ludoſque funebres ei fecit, [4] qui ludi Pythia dicuntur.

## CXLI. *Sirenes.*

SIRENES Acheloi fluminis & Melpomenes Muſae filiae, Proſerpinae raptu aberrantes, ad Apollinis terram venerunt, ibique Cereris voluntate, quod Proſerpinae auxilium non tulerant, volaticae ſunt factae. His

Schol. Apollon. ad lib. I. vs. 1131. Ἐλθὼν ἐπὶ ταῖς κυήσαις τῆ παρακειμένῃ λαμβάνειν, καὶ λαμπαδίζειν ἑαυτὸν τῆ ἀληθείᾳ. Varro apud Vibium Sequeſtrum: *Quos magno Anchiale partus adducta dolore, Et geminis capiens telluren Oaxida palmis.* Diomedes lib. III. *Ajunt in Idam montem inſulae Cretae fugiendo delatam, manus ſuas impoſuiſſe memorato monti, & ſic infantem ipſum edidiſſe. & ex manuum impreſſione emerſiſſe Curetas, ſive Corybantes, quos à montis nomine & à qualitate facti Idaeos Dactylos appellarunt.* Catullus in Dian. carm. 35. *Magna progenies Jovis, Quam mater prope Deliam Depoſivit olivam.* Hoc eſt, μεγάλαι ἀπιθήκαι κόλπαι, ut loquitur Callimachus. A Theognide in Gnomis palmam tenuiſſe dicitur. Neuter falſum dicit. Palmam enim & olivam tenuit. Hom. Schol. ad Iliad. A. 9. Ἔχεῖσι δὲ ἰλιθυίαι δενδρέων (leg. δεξαμένω) δύω φυτῶν ἐλαίας καὶ φοίνικος διδύμας ἀπικύσαι. Tzetzes in Lycophron p. 71. Δάφνης καὶ φοίνικος ἐρεισθεῖσα. Ovid. VI. Met. 235. *Illic incumbens cum Palladis arbore palmae, Edidit invitâ geminos Latona noverca.* Fuerunt etiam, qui duas amplexam illam laurus dicerent. Servius ad AEn. III. 92. *Aut quia traditur Latonam duas laurus amplexam Dianam & Apollinem enixam.* Sed cum Ovidio & Homeri Schol. facit AElianus Var. Hiſt. lib. V. cap. 4. In verſibus Varronis ex Vibio adductis ſcribendum *OEaxida*, ut ſyllaba prima producatur. Sumſit eos Varro ex Apollon. I. vers. 1130. ubi legitur, Δεξαμένῃ γαίης Οἰαξίδος ἰθλάσσαι. Vide Schol. MUNCK. Adde Spanh. ad Callimachi H. Del. vs. 262. locus iſte Euripidis, quem ibi adducit inluſtris vir, non eſt ex Jone vs. 1104. ſed ex Iphigenia in Tauris. vs. 1104. Dicunt etiam Apollinem ex Oſiride & Iſide eſſe natum, Rhea adhuc Deos in utero geſtante. Plutarch. cauſſam docet in Iſide & Oſir. Tom. II. p. 273.

1 DEDIT. DONUM POST DIEM] Diſtinctio prava, non enim poſt diem quartum interfecit Pythonem, ſed accepit ſagittas. Itaque hoc loco comma, & poſt *nati*, punctum collocandum. SCHEFF. Diſtinctionem pravam eſſe cenſet Cl. Schefferus, & poſt haec verba Inciſum, poſt τὸ *nati* ponit τελείαν ὑποστιγμήν. Non accedo. Sententia, quam ponit vulgata diſtinctio, non eſt inepta. Nam ſi Diana, ut fabulantur, potuit matri praeſtare officium obſtetricis, ſimul eſſet nata, potuit Apollo die à partu quarto interficere Pythonem. Vide Schol. Hor. ad lib. III. od. 22. Lactantium ad Stat. Achill. lib. II. vers. 9. Macrob. I. Sat. 17. *Apollinem in primâ infantiâ belluam confeciſſe.* Lucian. Dial. Marin. Tom. I. pag. 205. ed. Bened. Τὸν δεξάμενόν σ', ὡς τῶν ἱερέων αὐτὸν ἐπρεσβεύειν, τὰ πλοῖα, ἐπειδὰν τιχθῇ, αὐλαῖα μίτραις καὶ τιμαρίοις. Nec mirum hoc magis, quam quod de Mercurio narrant, cum tertio die à nativitate in cunis fabricaſſe lyram. Vide Schol. Arat. p. 35. ed. Lond. MUNCK. V. Spanh. ad Call. H. Apoll. vs. 101.

2 INDE] Malim *unde*. Lactant. Argum. lib. I. Met. fab. 8. *Unde etiam Apollo Pythius eſt appellatus, ludique Pythii.* Ovidius: *Inſtituit ſacros celebri certamine ludos, Pythia perdomitae ſerpentis nomine dictos.* MUNCK.

3 CORTINAM] Hinc *Cortinipotens* Apollo dictus Lucillio. Quid autem Cortina, & unde dicta ſit, anquirit Servius ad illa Virgil. AEn. III. 92. *Mugire ex adytis cortina reclusis.* Adde quae notavi ad cap. 32. MUNCK.

4 QUI LUDI PYTHIA D.] Ludos funebres ipſum Apollinem Pythoni interfecto feciſſe cum Noſtro docet Ptolem. Hephaeſtio lib. VII. apud Photium pag. 490. Lact. ad Statii VI. Theb. 8. ab Achaeis hoſce Ludos inſtitutos Apollini, Pythone interfecto docet, & ad VII. Theb. 96. Helladius apud Photium pag. 1590. Omnium certaminum Graecorum ultima eſſe Pythia, μετὰ τὸ τὴν Κίρραν πισθῆν, i. e. poſt Cirrhae fatum Inſtituta, docet. *Cirrha* urbs Phocidis olim *Criſſa* dicta,

His reſponſum erat, tam diu eas victuras, quam diu cantantes eas audiens nemo eſſet praetervectus: quibus [5] fatalis fuit Ulyſſes. Aſtutia enim ſua cum praeternavigaſſet ſcopulos, in quibus morabantur, praecipitarunt ſe in mare: à quibus locus [6] Sirenides cognominatur, qui eſt inter Siciliam & Italiam.

## CXLII. *Pandora.*

PROMETHEUS Iapeti filius, [7] primus homines [8] ex luto finxit. Poſtea Vulcanus Jovis juſſu ex luto mulieris effigiem fecit: [9] cui Minerva animam dedit, caeterique dii alius aliud donum dederunt; ob idque

dicta, a Criſſo Phoci filio, & Panopei fratre condita, ut docet Schol. Eurip. Oreſt. vs. 33. pag. 120. a. quem Criſſum hujus urbis regem fuiſſe, docet Schol. Homeri Iliad. B. 520. unde *Criſſam* ſemper ſcribendum eſſe, non *Criſam* patet, & fruſtra dubitat de vocis ſcriptura Munckerus ad Antonini Liberalis Met. cap. 8. *Cirrha* dicta a Cirrha Nympha, ut eſſe qui dicant refert Pauſanias lib. x. cap. 37. Haec urbs Apollini inviſa, cujus juſſu AEneianes, qui hanc urbem aliquando tenuere, OEnoclum Cirrhae regem lapidibus obruentes, diſceſſerunt. Vid. Plut. ex emendatione Xylandri Tom. II. Quaeſt. Graec. pag. 293, 294. Cirrhae vero incolae deinde Graecis & Apollini injuriam facere non deſtiterunt, donec Amphictyones, ſociis adſcitis, Cirrhaeos invadentes urbe potiti ſunt, & alterum certamen Pythicum, in quo & tibicines certarunt, inſtituerunt, ut refert Schol. Pindari in Hypoth. Pyth. quam hiſtoriam innuit Helladius.

## Ad CAP. CXLI.

5 FATALIS] Fatifer & exitialis. Flor. III. 15. *Fatale Capitolium Gracchis.* IV. 7. *Fatalis arena Pompejo.* Seneca Agam. 677. *Danaumque fatale munus* &c. Quo ſenſu *mortale* uſurpat Cyprianus Tract. de Bon. Patient. & Gregorius Dial. lib. I. MUNCK.

6 SIRENIDES] Suſpicor, *Sirenitis* ſcribendum. Nam & apud Strabonem lib. VI. Σειρηνίτις legitur. SCHEFF. Ex hoc loco corrigit Auſonium Voſſius ad Melam pag. 169. & pro *Siredones* in eo reſtituit *Sirenides.* Sed omnia iſta verba: *His reſponſum erat* &c. uſque ad fabulae finem ſub Servii nomine laudat. Lactantius Argum. lib. V. Met. fab. 9. Plin. lib. III. Ariſtoteles libro Θαυμασ. ἀκουσμ. & Iſacius in Lycophr. pag. 116. *Sirenuſas* appellant. Cl. Scheffero legendum videtur *Sirenitis* ex Strab. lib. VI. Sed *Sirenitis* ibi regionis, non inſularum eſt nomen. Νῆσοι autem *Sirenuſae* ſunt Ariſtoteli, Tzetzae Τρεῖς ἄκραι τῆς Ἰταλίας. Σειρῆνες. Euſtath. ad Dionyſ. p. 49. MUNCK. Recte pro *Proſerpinae raptu aberrantes ad Ap. terram* legit Valckenaer *raptum lamentantes ad Ap. petram.* Quia in fabula Graeca Hygini, quam edidimus, legitur Δηὼ τὴν ἁρπαγὴν Περσεφόνης θρηνοῦσα κατέφυγε πρὸς πέτραν Ἀπόλλωνος. Alius vir doctus legebat *ad Apollinis aram.*

## Ad CAP. CXLII.

7 PRIMUS HOMINES] Mihi admodum ſuſpectum eſt illud *homines.* Credo, noſtrum ſcripſiſſe *hominem*, & intellexiſſe virum, eique oppoſuiſſe mulierem, de qua ſequitur. *Hominem* ſpeciatim uſurpari pro viro, notum eſt, facitque ipſe noſter, c. 142. SCHEFF. Mallet Cl. Schefferus *hominem*, ut *hominem* opponat mulieri. Sed illa oppoſitio nihilominus conſtabit, ſi *homines* retineas. Hominem mulieri cum alii opponunt non raro, tum & Juriſconſulti. Paulus Recept. Sent. lib. V. Tit. 24. *Quod ſi eo homine vel mulier perierit, ſupremo ſupplicio afficiuntur.* Et ſacri ſcriptores. Deuteron. XXII. vers. 22. Ἐὰν ληφθῇ ἀνδρὶ κοιμωμένῳ μετὰ γυναικός &c. Matth. cap. XIX. vers. 10. Εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικός. Adde Pſoch. Diatrib. tmem. 619. Druſ. ad Sulpic. Sever. lib. I. Meurſ. Crit. Part. II. 6. Barth. Adverſ. Lib. XLII. 10. Dauſq. ad Baſil. Orat. pag. 151. MUNCK.

8 EX LUTO] Quod eleganter quidam non aqua, ſed lacrymis maceraſſe eum dixit. Vide Stobaeum Sermon. I. p. 21. MUNCK.

9 CUI MINERVA ANIMAM DEDIT] Lucianus

idque Pandoram nominarunt. Ea data in conjugium [1] Epimetheo fratri: inde nata eſt Pyrrha, quae mortalis dicitur prima eſſe creata.

## CXLIII. *Phoroneus.*

INACHUS Oceani filius [2] ex Archia ſorore ſua procreavit Phoroneum, qui [3] primus mortalium dicitur regnaſſe. Homines ante ſecula multa ſine oppidis legibuſque vitam exegerunt una lingua loquentes, ſub Jovis imperio. Sed poſtquam Mercurius [4] ſermones hominum interpretatus eſt, unde [5] Hermeneutes dicitur eſſe interpres (Mercurius enim

de Prometh. pag. 16. Tom. I. edit. Bened. Ἀρχιτέλων αὐτὸς λώ, συμπεγάζῃ δέ τοι ἡ Ἀθηνᾶ ἐμπνεύσασα τὸν πηλὸν, καὶ ἔμψυχα ποιῆσα τὰ πλάσματα. Lactant. Argum. lib. I. Met. Ovid. fab. 2. *Hominem ex humo imbri mollita finxit, cui Minerva ſpiritum immiſit.* Aliter Fulgentius lib. II. cap. 9. MUNCK.

1 EPIMETHEO FRATRI] Cujus fratri? Num Promethei? ſic quidem vulgo eum faciunt. Sed hic ſeries orationis poſtulare videtur, ut intelligamus ipſius, Pandorae videlicet. Qui proin non erit alius, quam homo, frater ejus dictus, quod & ipſe formatus eſſet ex luto, ſicut Pandora. Quod ſi verum, firmabitur, quod dixi, *hominem*, non *homines* in ſuperioribus legendum. SCHEFF. Frater is erat Promethei, ut cum aliis tradidit ipſe etiam Noſter in Genealogia. Sed huic ſeriem orationis poſtulare obſervat Cl. Schefferus, ut ipſius Pandorae intelligamus fratrem. quod tamen cum omnibus Mythologis pugnat. Ovid. Met. lib. I. fab. 7. Pyrrha eſt Epimethei filia, ſoror patruelis Deucalionis. Euſtath. in Iliad. pag. 18. Pandora Deucalionis & Pyrrhae filia. Melius cum Hygino convenit Scholiorum brevium auctori ad Hom. Iliad. A. vers. 10. & Proclo ad Heſiod. pag. 30. ed. Heinſ. cujus tamen verba miror pag. 46. Παυδώρας καὶ Ἐπιμηθέως γίνεται Δεύκαλίων καὶ Πύρρα. Atqui Deucalion erat Promethei filius ex Aſia. MUNCK.

## Ad CAP. CXLIII.

2 EX ARCHIA] *Meliſſam* eam appellat Apollodorus initio lib. II. Schol. Euripid. ad Oreſt. vers. 933. *Meliam.* ut & AEſchyli ad Prometh. vers. 921. & Homeri Iliad. A. 30. Quod rectius videtur. Certe inter Oceaninas etiam Noſter ſupra recenſuit Meliam. In alia omnia abit Hieron. Chron. Euſeb. *Phoroneus, Inachi filius & Niobes, leges primum judiciaque conſcripſit. Quidam hujus filiam arbitrantur.* MUNCK.

3 PRIMUS DICITUR REGNASSE] Lact. ad IV. Theb. Stat. vers. 589. *Hic eſt, qui primus Junoni ſacrificaſſe dicitur, ut Dardanus Jovi. Phoroneus autem Inachi filius, qui primus mortalibus regnavit, cujus filiam Nioben, quia alia Tantali eſt, Jupiter primo mortalem dicitur compreſſiſſe.* Lege *è mortalibus* & *primam* pro *primo* ex Hygin. cap. 145. Idem Schol. ad lib. I. vers. 541. *Iaſus & Phoroneus antiqui reges Argivorum fuere, qui primi Junoni ſacrificaverunt.* MUNCK. Hic antiquiſſimus Graeciae rex, Moyſi tamen aequalis (v. Cl. Weſſeling ad Simſonii Chronic. A. M. 1915.) primus hominum in Graecia, ſive ut alii, mortalium omnium pater fuit dictus. Salmaſ. de L. Hellenift. a pag. 308. ad 312. Perizon. in Or. Babyl. cap. I. Pauſan. II, 15. patrem mortalium dictum docet, quia τὰς ἀνθρώπους συνήγαγε πρῶτος εἰς κοινὸν, σκορπάδας τινὰς, καὶ ἐφ' ἑαυτῶν ἑκάστους οἰκοῦντας, καὶ τὸ χωρίον, εἰς ὃ πρῶτον ἠθροίσθησαν, Ἄστυ ὀνομάσαι ΦΟΡΩΝΙΚΟΝ. Quae urbs fuit Argos. v. Schol. Eurip. Oreſt. 1248. & Euſt. ad Dionyſ. Perieg. 419.

4 SERMONES HOMINUM INTERPRETATUS EST] Quid opus fuit hac interpretatione, cum eſſet lingua omnium una eademque? Credo *interpretari* hoc in loco ſignificare aliquid aliis reddere ac explicare verbis, Mercuriumque dici ſermones interpretatum eſſe, quod caepiſſet aliis linguis inſtituere ſermones, & ſic autor extitiſſet linguarum variarum. Dicitur profecto Mercurius ſermonis Deus, & interpretatio linguarum ei tribuitur. SCHEFF. H. e. interprete Schefſero, coepit aliis linguis inſtituere ſermones, & ſic auctor exſtitit variarum linguarum. Schol. Horat. ad lib. III. od. 10. *Notum eſt Mercurium haberi inventorem ſermonis, palaeſtrae, lyrae & furtorum. Verborum excogitator & nominum* audit apud Arnobium lib. III. Sed veriora ſunt, quae de eo refert Diodorus lib. V. pag. 342. Quem conſule. MUNCK.

5 UX-

enim graece Hermes vocatur) [6] idem nationes distribuit; tum discordia inter mortales esse coepit: quod Jovi placitum non est. Itaque exordium regnandi tradidit Phoroneo, ob id beneficium, [7] quod Junonis sacra primus fecit.

## CXLIV. *Prometheus.*

HOMINES antea ab inmortalibus ignem petebant, neque in perpetuum servare sciebant: [8] quod postea Prometheus in [9] ferula detulit in terras, hominibusque monstravit, quomodo cinere obrutum servarent. [10] Ob hanc rem Mercurius Jovis jussu deligavit eum [11] in mon-

5 UNDE HERMENEUTES DICITUR ESSE INTERPRES (MERCURIUS ENIM GRAECE HERMES VOCATUR)] Legendum puto, *dicitur & interpres*. Ut sit sententia, interpres dicitur hermeneutes ab Hermes, qui est Mercurius. Caeterum praedicta omnia parenthesi includenda, quia inter alia inseruntur. SCHEFF. Facile credo Cl. Scheffero haec omnia includenda esse parenthesi; nec refragor reponenti *& interpres*. quanquam non valde id necessarium. Videtur enim velle interpretis vocabulum apud Graecos à Mercurio ducere originem. Scholiastes Horatianus: *Qui pacem ambiunt, oratione utuntur, cujus ipse Deus est: hinc caduceatores dicti, qui pacem petunt; quemadmodum fetiales, qui bella denuntiant. Graece autem* Ἑρμῆς *dicitur* ἀπὸ τῆ Ἑρμηνείας. Adde August. C. D. lib. VII. 14. Fulgent. lib. I. Myth. cap. 22. Euseb. Praep. Euang. p. 29. edit. Rob. Stephani. MUNCK. Adde etiam Servium ad IV. AEn. vs. 242. *Mercurium* vero, quasi *Medicurrium* quidam dictum volunt. ad VIII. AEn. 138.

6 IDEM NATIONES] Arbitror scribendum, *item nationes distribuit*. Cohaerent quippe: postquam Mercurius sermones hominum interpretatus est, item nationes distribuit, tum discordia inter mortales esse coepit. Dantur duae causae discordiae, varietas sermonis, & divisio hominum in certas nationes. SCHEFF. Arbitratur *item* scribendum Cl. Schefferus. Videor idem vitium detexisse cap. 57. Heic tamen ista correctione nihil opus videtur. Ovid. VIII. Met. 134. *An inania venti Verba ferunt; idemque tuas, ingrate, carinas?* MUNCK.

7 QUOD JUNONIS SACRA PRIMUS FECIT] Scribi debet, *quod Junoni sacra*. SCHEFF. Correxeram *Junoni sacra*, quod librarium τὸ *s* geminasse existimarem. Quid tamen dubitare me aliquantulum faciat, dixi ad cap. 40. ubi similiter scripsit, *Sacra Deae Veneris per aliquot annos non fecerat*. Sed quo magis examino, eo magis id mihi videtur nimium insolens. Lactant. ad Stat. Theb. lib. I. vers. 252. *Phoroneus rex Argitorum, qui primus dicitur Junoni templa dicasse, & sacrificiorum instituisse solennia.* Clemens Paraenes. pag. 28. *Seu Phoroneus ille fuerit, seu Meraps, seu aliquis alius, qui iis posuerunt templa & altaria, etiam sacrificia eis primi obtulisse dicti sunt.* Adde Arnob. lib. XI. pag. 191. edit. Leid. MUNCK.

## Ad CAP. CXLIV.

8 QUOD POSTEA] H. e. ob quod. Cap. 136. *Quod Polyidus aestimans* &c. Vide notas ad cap. 16. MUNCK.

9 FERULA] Vide Serv. ad Eclog. VI. vers. 42. Ferula est νάρθηξ, de quo Proclus ad Hesiod. Ἔργ. A. pag. 24. edit. Heins. Ἔστι πυρὸς ὕττης φυλακτικὸς ὁ νάρθηξ, ἰσχίαν ἔχων μαλακότητα καὶ πρόφασιν τοῦ πῦρ μὴ ἀποσβεσθῆναι διαμένων. MUNCK. Praeter Servium hic a Munckero laudatum fabulam conati sunt explicare Heraclides Ponticus in Allegor. Homer. pag. 446. Agroetas Theophrastus & Herodorus apud Schol. Apollonii Rhodii lib. II. vs. 1252. & per *Prometheum* nil nisi prudentem hominem indicasse Veteres docet etiam Schol. Pindari O. Pyth. v. vs. 35. & inde fingitur ante homines natos fuisse Jovis Consiliarius. Vide Perizon. ad AElian. XII. V. H. 25. ex Lingua Orientis hujus fabulae originem eruere vult Magnus Bochartus in Phaleg. lib. I. cap. 2.

10 OB HANC REM] Aliam praeterea causam affert Schol. AEschyli Prometh. 1021. & noster Astron. II. 15. MUNCK. Adde Schol. AEschyli Prom. V. vs. 11. & Durim, apud Schol. Apollonii Rhodii lib. II. vs. 1253. qui dicit vinctum fuisse Prometheum διὰ τὸ τῆ Ἀθηνᾶς ἐφάψασθαι. ἔδει τοὺς περὶ τὸ Καυκάσιον οἰκοῦντας μύθῳ Διὶ καὶ Ἀθηνᾶ μὴ θύειν, διὰ τὸ κολάσεως αἰτίας Προμηθέα γενέσθαι. καθ' ἱστορίαν δὲ σίδηρον Ἡφαίστου, τῆς τοῦ αἰτοῦ τεχνίας Χάριν.

11 IN MONTE CAUCASO] Consule tu Lector. Schol. & Stanlei ad AEschylum Prometh. V. vs.

monte Caucaſo ad ſaxum clavis ferreis, & [1] aquilam adpoſuit, quae cor ejus exeſſet. quantum die ederat, tantum nocte [2] creſcebat. hanc aquilam poſt [3] triginta annos Hercules interfecit, eumque liberavit.

## CXLV. *Niobe ſive Io.*

[4] Ex Phoroneo & Cinna nati Apis & Nioba: hanc Jupiter [5] mortalem

1. Item de Caucaſo Olear. ad Philoſtrati lib. II. de vita Apoll. Tyan. cap. 3.

1 AQUILAM ADPOS.] Alii vulturem fuiſſe dicunt. Vide Olear. ad Philoſtrati lib. II. cap. 3. de Apoll. Tyan.

2 TANTUM NOCTE CRESCEBAT] Suſpicor ſcribendum, *tantum nocte recreſcebat*. Sic enim alibi quoque ſolet. Adde c. 55. SCHEFF. Cl. Scheff. *recreſcebat*. Sane in reſimili ita loquitur cap. 55. *Qui jecur ejus exeſſet, quod cum luna recreſcit.* Aſtron. II. 15. *Quae aſſiduè noctu renaſcentia jecora exeſſet.* Audacius Paulinus *recretas vires* dixit pro *renatis*. Gloſſ. Steph. *Recrementum*, σπίασμα, ἀπόπτισμα. leg. *retrimentum*. MUNCK.

3 TRIGINTA ANNOS] Ex AEſchyli ſententia reponendum eſſet XXXIV. Vide Aſtron. II. 15. Alii dicunt ab ipſo Jove reſolutum, *quod eum monuiſſet à Thetide abſtinere, quod de ejus femine naſceretur, qui eum regno pelleret, ſicut ipſe Saturnum patrem, cui poſt ſacramentum, quod eum nunquam ſe ſoluturum juraverat, annulum de ipſis vinculis clauſo de monte Caucaſo lapide dedit, ad poenae praeteritae indicium*, ut ait Servius loco modo laudato. Pro *clauſo* mallem *clauſum*. Hyg. Aſtron. *Annulos lapide & ferro concluſos*. Vel *incluſo*. Iſidor. Orig. XIX. 32. *Prometheus fertur circulum ferreum incluſo lapide digito circumdediſſe*. Plin. Prooem. lib. 36. *Fragmentum ſaxi incluſum ferro ac digito circumdatum, hoc fuiſſe annulum, & hoc gemmam*. MUNCK.

## Ad CAP. CXLV.

4 EX PHORONEO ET CINNA] Phoroneo ſic enim ex Pauſ. colligitur legendum eſſe, qui Argum Φορωνέως Φυγατριδῆν vocat. MICYLL. Nomen *Cinnae* mihi admodum ſuſpectum eſt. Apollodorus lib. II. ab initio, ubi reliqua convenienter noſtro commemorat, *Laodicem* appellat. SCHEFF. *Laodice* et Apollod. lib. II. *Telodice* Tzetzae in Lycophron. pag. 38. Schol. Euripid. ad Oreſt. vers. 933. qui tamen multipliciter in Scholiis ad eum locum corruptus videtur, hunc in modum ἡμιαλογεῖ. Ἰνάχῳ ὁ καὶ Μιλίας Φορωνεὺς καὶ Πηγὼς ἐξῆλθε. Φορωνεὺς ὁ καὶ Πειθᾶς ἐξῆλθε Αἰγιαλέως Ἄπιδα. λαὶ δὲ Εὐρώπης Νιόβη. Pro Ἄπιδα videtur ſcribendum, καὶ Ἄπις. Niſi mavis ἄπαις ex Tzetze. Sed non male. Eſt enim Apis Phoronei filius etiam Schol. Hom. A. 30. Unde Ἄπια Peloponneſus Euſtath. in Dionyſ. p. 59. Deinde *AEgialeus* Apollodoro & Tzetzae non filius, ſed frater eſt Phoronei. Nec Πηγὼς caret ſuſpicione. *Phegeus* eſt Auguſtino C. D. lib. 18. cap. 3. Puto utrobique ſcribendum *Phegeus*. MUNCK. Adde Schol. Eurip. Oreſt. vs. 1248. Ἰνάχῳ δὲ Μιλίας ἐγένετο Φορωνεὺς καὶ Φηγεύς. Τότων ὁ Φορωνεὺς ἄρξας τὸ τῶν Ἀργῶν Φορωνικὸν, ἄτυ ἐκάλεσε, ἔχει δὲ παῖδας ἐκ Πειθῶς Αἰγιαλέα, Ἄπιν, Εὐρώπαν, Νιόβην. Φηγεὺς πόλιν κτίζει Φηγάς. Sic emendatio ultima Munckeri firmatur ex eodem Scholiaſte. Hunc Apin interemiſſe fertur AEtolus, ut Apollodor. pag. 29. Fuit & Apis Telchinos filius, de quo Pauſan. lib. II. cap. 5. p. 123.

5 MORTALEM PRIMAM COMPRESSIT] Euſeb. Praepar. lib. II. pag. 35. ed. Steph. Ζεὺς δὲ πρώτῃ μὲν ἐμίγη γυναικὶ θνητῇ Νιόβῃ τῇ Φορωνέως, ἐχάτῃ δ' Ἀλκμήνῃ τῇ τῆ Ἡρακλέους μητρί. Schol. Stat. Theb. IV. 589. *Phoroneus. Hic eſt qui primus Junoni ſacrificaſſe dicitur, ut Dardanus Jovi. Phoroneus autem Inachi filius, qui primus mortalibus* (leg. *è mortalibus*) *regnavit, cujus filiam Nioben, quia alia Tantali eſt, Jupiter primo mortalem dicitur compreſſiſſe*. Hieronym. Chron. Euſeb. *Niobae primae omnium mulierum mixtus eſt Jupiter, ut Graeci perhibent, de quâ naſcitur Apis, quem Serapin cognominant*. MUNCK.

6 EX EA] Et Apide, ut vult Schol. Hom. ad Iliad. A. 115. MUNCK.

7 ARGOS OPP.] De pluribus & his Argis conſule P. Leopard. lib. V. Emend. cap. 16. & Serv. ad II. AEn. 95. & ad VII. AEn. vs. 286. necnon Salmaſ. de L. Hellenift. pag. 287, 301, 302. De Argis Cypri agit Ptol. Hephaeſtion lib. VII. apud Photium pag. 491. Argus, a quo Argos Inachium dictum eſt, vocatur etiam filius Apidis & Niobae Phoronei filiae a Schol. Homeri, Iliad. A. vs. 123.

8 CRINUS] Non dubito, quin ex Apollodoro ſcribendum ſit *Criaſus*, item mox pro *Baſus*, *Faſus*. SCHEFF. Κρίασος eſt Apollodoro & Euripidis

talem primam compreſſit: [6] ex ea natus eſt Argus, qui ſuo nomine [7] Argos oppidum cognominavit. Ex Argo & Euadne [8] Crinus, [9] Piranthus, & [10] Baſus nati [11]. ex Pirantho Callirhoe, [12] Argus, [13] Areſtorides, [14] Triopas. [15] hic * [16] ex hoc Euriſabe Anthus, Pelaſgus, Agenor. ex Triope & Oreaſide Xanthus & Inachus, [17] ex Pelaſgo Laris, [18] ex Inacho & Argia Io. Hanc Jupiter dilectam compreſſit, & in vaccae figuram convertit, ne Juno eam cognoſceret. Id

pidis Scholiaſtae cum loco modo adducto, tum ad Phoen. vers. 1124. quanquam ibi de matre variat. Ἄργον inquit, ὁ Διὸς γαμεῖ Πειρὼ τὴν Ὠκιαλῆ θυγατέρα. τῆς ὁ γένος) Κρίασον &c. *Crias* ſus ergo pro *Crino* reſtituendus Hygino; quod & Cl. Scheffero viſum. Nec aliter eum appellat Auguſtin. C. D. lib. XVIII. cap. 8. MUNCK.

9 Pirantus] Πείρανθος eſt Apollodoro. *Pirantbus* ergo ſcribe potius. Euripid. Scholiaſt. cum Pauſaniâ Πείρασον appellat. MUNCK.

10 Basus] *Iaſus* exiſtimo ſcribendum. Ἔκβασον vocat Euripid. Scholiaſt. à quo hiſce tribus duo alii adjunguntur, *Epidaurus* nempe & *Tirynus*. Notavit AEgius ad Apollod. in antiquis codicibus inveniri Ἔκασον, pro Ἴασον, ut videatur & ille Ἔκβασον hunc nominaſſe. MUNCK.

11 Ex Pirantho Callirhoe] *Phorbante*. MICYLL. Suſpicor ſcribendum, ex Pirantho & Callirrhoë. Sic enim & Scaliger ſcribendum cenſuit ex Phoronide ad Num. Euſeb. CCCLXVII. SCHEFF. Cl. Schefferus cum Scaligero reſcribendum ſuſpicatur, *ex Pirantbo & Callirboe*. MUNCK. Plures fuere. Praeter Acheloi filiam (v. Pauſan. VIII, 24.) Scamandri fuit filia, uxor Trois, mater Ili, Aſſaraci & Ganymedis. Conon Narrat. XII. apud Photium pag. 429. fuit & Lyci e Marte geniti Africae regis filia, quae a Diomede, quem deperibat, & propter quem patrem prodiderat, ſpreta ac relicta laqueo ſibi necem conſcivit. Plut. Parall. T. II. p. 311. Oceani filia, e qua & Nilo nata Chione. Serv. ad IV. AEn. 250. Fuit & nomen meretricis apud Perſium juxta quoſdam. Vid. Jac. Nic. Loenſis lib. VI. Epiphyll. cap. 15. ubi & de fonte *Callirrboe*.

12 Argus &c.] Pauſan. ſic. Ἄργος ὁ Πείρασος γυναικὸς δὲ Φόρβαντος. Φορβάντου δὲ Τρίοπας. Τρίοπα δὲ Ἴασος καὶ Ἄγηνωρ. Ἰὼ μὲν δὴ Ἴασος θυγάτηρ. Vide in Argolic. MICYLL.

13 Aristorides] Videtur hoc vocabulum olere gloſſam ejus, qui meminiſſet Argum apud Ovid. I. Met. 624. Ariſtoridem dici, ut Ἀρίστης ὑὸν ab Aſclepiade apud Apollodorum, qui hunc Agenoris facit filium. Ab Aſclepiade Stat. Eurip. Scholiaſtes ad Phoen. 1124. MUNCK.

14 Triopas] Τρίοπας Euripidis interpreti eſt Phorbantis & Euboeae filius, cui calculum dat Pauſanias. MUNCK.

15 Hic *] Illud *hic* delendum puto, ut ex ſeq. *hoc* natum. MUNCK.

16 Ex hoc Eurisabe] Deſunt aliqua, puto autem legendum, ex hoc & *Euriſabe*, ſi modo nomen *Euriſabes* ſe recte habet, ac intelligendum Jaſum, qui male noſtro *Baſus* dicitur. Certe Jaſum patrem Agenoris Apollodorus etiam, aliique faciunt. Series majorum Jus integra ſecundum noſtrum ſic ſe habet: Phoroneus, Niobe, Argus, Piranthus, Jaſus, Triopas, Inachus, Jo. SCHEFF. Bene & interponit legitque, *ex hoc & Euriſabe* Schefferus. Sed quem per illum *hunc* intelligemus? *Iaſum*, ut putat Schefferus, ſuadente id Apollodoro p. 59. quod Iaſum Agenoris patrem faciat. Sed Pauſaniam, & Homeri ac Euripidis Scholiaſtas ſi reſpicias, *Triopam* dicas intelligendum. Pauſanias Corinthiacis: *Argo Piraſus eſt natus & Phorbas: Phorbanti Triopas: Triopae Iaſus & Agenor.* Homeri interpres ad Iliad. Γ. 75. Ἴασον καὶ Πελασγὸς Τρίοπα παῖδε, quibus tertium Agenorem adjungit Euripideus ad Oreſtem: Τρίοπα δ' ἐκ Σιδὸς ἐλθόντε δίδυμοι μὰν Πελασγὸς καὶ Ἴασος, τὸν τρίτον δ' Ἀγήνορ' καὶ Ξάνθος. Cenſebam a primo ex his verbis corrigendum Hyginum, & reponendum, *ex hoc & Soide*. Sed turbare videtur, quod mox ſubnectit, *ex Triope & Oreaſide*. Ubi pro *Triope* ſcripſerim fidenter *Triopâ*, cujus mentionem etiam Aſtron. II. 14. facit. Dicamus duas habuiſſe uxores Triopam. ex priore natos Anthum, Pelaſgum, & Agenorem; ex poſteriore Xanthum & Inachum. Sed *Antbus* mihi ſuſpectus. Hieron. Chron. Euſeb. *Xantbus Triopa Lesbum condidit*. Leg. *Triopae*. Vide Diodor. lib. V. p. 347. MUNCK.

17 Ex Pelasgo Laris] Hic *Laris* nuſquam mihi inventus. An ſcribendum *Lycaon*? Infra cap. 176. *Ad Lycaonem Pelaſgi filium*. 225. *Lycaon Pelaſgi filius*. Firmant conjecturam meam illa Heſiodi, ab Euſtathio & Strabone laudata, Υἱεῖς ἐξεγένοντο Λυκάονος ἀντιθέοιο, Οἵ ποτε τέκε Πελασγός. Et Tzetzes in Lycophron. pag. 83. ed. Steph. Πέλαγος (leg. Πελασγὸς) ὢν παῖς τοῦ Διὸς καὶ Νιόβης ἢ καὶ Λυκάων παῖς ὢν ἐκ Μελιβοίας ἦτον (leg. ἦγεν) Κυβέλης. Adde Scholiaſt. German. Arctophylacis fabulâ. MUNCK.

18 Ex Inacho et Argia Io] Schol. Euri-

Id Juno cum reſcivit, [1] Argum, cui undique oculi refulgebant, cuſtodem ei miſit. [2] hunc Mercurius Jovis juſſu interfecit. At Juno [3] formidinem ei miſit, [4] cujus timore exagitata, coegit eam, ut ſe in mare praecipitaret: quod [5] mare Ionium eſt adpellatum. Inde in Scythiam tranſnavit, [6] unde Boſporus fines ſunt dictae. inde in AEgyptum, ubi parit [7] Epaphum. Jovis cum ſciret ſuapte propter opera tot eam aerumnas tuliſſe, formam ſuam ei propriam reſtituit, deamque

pidis: Ἰάσου δ' ἐξ Ἀδυάρης Ἰὼ ἐβόσκε. Cui, quod ad patrem attinet, accedit Pauſanias. Cum Hygino tamen Caſtor apud Apollodorum & complures Tragici faciunt. Quam non inter ſe in caſcis hiſce hiſtoriis tradendis conſentiant veteres, videre potes ex ſubjecta tabella.

Stemma IUS.

| Secund. Pauſan. | Secund. Hygin. | Secund. Apollod. |
|---|---|---|
| Inachus. | Inachus. | Inachus. |
| Phoroneus. | Phoroneus. | Phoroneus. |
| Niobe. | Niobe. | Niobe. |
| Argus. | Argus. | Argus. |
| Phorbas. | Piranthus. | Iaſus. |
| Triopas. | Triopas. | Agenor. |
| Iaſus. | Inachus. | ArgusPanoptes. |
| IO. | IO. | Iaſus. |
| | | IO. |

MUNCK. De Jûs parentibus conſule Salmaſ. de L. Hell. p. 323. Spanh. ad Call. H. Dian. 524. & Celeb. P. Burm. ad Ovidii lib. I. Met. vs. 588. Areſtoris filiam facit Charax in hiſtoria Graecorum apud Anonymum de Incredibil. cap. 15. Ed. Th. Gale, qui etiam docet, cur hic Argus πανόπτης ſit dictus. Inachi filiam fuiſſe docet nos etiam Lactant. ad Statii IV. Theb. vs. 119. nec non Pauſan. lib. I. c. 25. Lucianus Dialogo I. Fabulos. Item Philoſtratus lib. I. cap. 19. de Apoll. Tyan. Alia de *IO* videnda apud Plutarch. de Herodoti malign. Tom. II. pag. 856. & Burm. ad Ovidii l. l.

1 ARGUM, CUI U. O. R.] Hunc Argum Areſtoris filium facit Servius ad VII. AEn. vs. 790. Schol. Sophoclis in Electr. vs. 5. Argum vocat τὸν κύνα τὸν Ἄργον τὸν πανόπτην. De ejus parentibus Apollodor. lib II. pag. 75, 77. uterque fabulam latius referunt. Adde de hoc Argo diſputantem Meziriac. ad Ovidii Epiſt. VI. Heroid. pag. 70.

2 H. MERC. J. I. I.] Unde Mercurius Ἀργειφόντης dictus Apollodor. lib. II. p. m. 77.

3 FORMIDINEM EI MISIT] Pro, *immiſit*. Vide notas ad cap. 30. Ovid. I. Metam. 725. *Horriferamque oculis animoque objectat Erinnyn Pellicis Argolicae.* Apollodorus in hac fabula: τῇ βοῒ οἶστρον ἐμποιεῖ. Schol. Horat. ad Artem: *OEſtro agitata & in vaccam mutata in AEgyptum pervenit.* Atque ita Virgilius quoque III. Georg. 152. *Hoc quondam monſtro horribiles exercuit iras Inachiae Juno peſtem meditata juvencae.* Servius: *Nota eſt fabula Io Inachi filiam à Jove Junonis adventu converſam eſſe in vaccam, cui Juno immiſit oeſtrum: quo toto orbe fatigata, tandem aliquando venit ad AEgyptum, & illic in Iſin converſa eſt. Tranſit autem per mare anguſtum, quod boſporum appellatum eſt, nunc autem Helleſpontum dicitur.* OEſtrum μύωπα βοῶν ἐλατῆρα appellat Coluthus. *Quem Romani aſylum dicunt, Graeci OEſtrum.* Lactant. ad Stat. Theb. lib. I. vers. 32. Sed μύωπα ab oeſtro diſtinguit Scholiaſtes Theocriti ad Eid. VI. 28. fruſtra ut puto. Vide Schol. Hom. ad Odyſſ. X. vers. 300. Sed ille ſecum diſſentit, & ad vers. 299. omnino diverſos eſſe vult οἶστρον & μύωπα. Gloſſ. Stephani. *Aſilus, furor*, οἰστρηματία. *Furioſus*, οἰστρηλάτης. Sophocles: Τῆς οἰστροπλήγος Ἰούχης κόρης. Schol. Τῆς οἴστρῳ ἢ μανίᾳ πληγείσης. Conſer Tzetzen ad Lycophron. p. 72. OEſtrum quoque furiam interpretatur Philargyrius. Nimirum formidinem incutere furiarum eſt. Formidinem autem idolum fecerunt pagani. In Genealogiâ habes ſuperius, *Ex Marte & Venere Harmonia & Formido.* Schol. AEſchyli ad Prometh. vers. 563. φάσμα interfecti Argi, quem canem facit fuiſſe, ei objectum ſcribit. MUNCK. De oeſtro multi multa. Videatur Athenaeus lib. VII. cap. 14. Schol. Apoll. Rhodii lib. I. vs. 1265. D'Arnaudtius cap. 32. Obſ. AEſchyli in Prom. Vinct. vs. 675. Metaphorice hac voce uſi veteres de furore, vehementique impetu. Vide Sophocl. Trachin. vs. 665. in Antig. 1014. Potter. ad Lycophron. vs. 405. & Nobiliſſ. Juvenem M. Röverum ad Muſaeum vs. 134. De rebus inanimatis Eurip. Herc. Fur. 862. κεραυνὸς τ' οἰστρος ἀδῖνας πνέων. Ariſtophanes Theſmoph. vs. 331. μυχὸν οἰστροδίνητον dixit.

4 CUJUS TIMORE EXAGITATAM COEGIT EAM] Barth. ad Stat. Tom. III. pag. 46. legit, *Exagitatam coëgit ut ſe.* Cl. Schefferus nihil mutat, ſed illis haec accenſet, quae, ut ait, non tam vitioſa, quam plebejo ſermonis generi propria ſunt. Ego unica literula addita ſcribendum putem *exagitatam coëgit eam ut ſe* &c. Amat noſter iſtas

que AEgyptiorum [8] esse fecit, [9] quae Isis nuncupatur.

## CXLVI. *Proserpina.*

PLUTON petit ab Jove Proserpinam filiam ejus & [10] Cereris in conjugium daret. Jovis negavit Cererem passuram, ut filia sua in Tartaro tenebricoso sit: sed jubet eum rapere eam, [11] flores legentem [12] in monte

istas trajectiones vocum. MUNCK.

5 MARE JONIUM] V. Apollodor. lib. II. p. 77. Schol. Eurip. Hippol. 727, 735. p. 559. Tzetz. ad Lycophron. vs. 630. Schol. Pindari O. Pyth. III. vs. 120. Schol. Apoll. Rhod. IV, 308. Eust. ad Dionys. Perieg. vs. 389. qui varias de hujus maris nomine sententias produnt.

6 UNDE BOSPHORUS FINES SUNT DICTAE] Num post *Bosphorus* deest quidpiam, an scribendum *Bosphori*? SCHEFF. Cl. Schefferus, *Bosphori fines sunt dictae.* Nob. Heinsius conjectat, *unde Bosphorus ejus fines sunt dictae.* ut velit Scythiam Bosporo terminari. Ita sane Tanais *Asiam & Europam finis interfluere* dicitur apud Curt. lib. VII. cap. 7. Vide tamen, an placere & hoc possit, quod postea mihi in mentem venit, *unde Bosporus Maeotis fauces sunt dictae.* Nam Bosporum heic Cimmerium sive Maeoticum intelligere debemus, de quo Eustath. ad Dionys. p. 24. *Maeotis* autem pro *Maeotidis* potuisse scribere Hyginum, discces ex iis, quae dixi ad cap. 10. Schol. Horat. ad od. 13. lib. II. *Bosporus Ponti sunt fauces, ubi propter angustias assidua naufragia fiunt.* Capella lib. VI. p. 221. *Debinc Ponti ora, fauces Bosphori.* Uterque Bosporus fauces audiunt, ille Maeotidis, hic Ponti. Στόμα Πόντου AEschylo Pers. vers. 880. Adde Moschopul. περὶ χαρῶν pag. 84. Quod ait mare Ionium appellatum, de eo vide Tzetzen ad Lycophron. p. 504. De Bospori vocabulo multis disputat Schol. Apollon. ad lib. II. 168. Possis etiam: *Unde Bosfori fauces* &c. στόμα βοσπόρου apud Dionys. MUNCK. *Bosporum Thracicum* intelligit Apollodorus lib. II. p. 77. Alii *Bosporum Cimmerium.* V. Spanh. ad Callim. H. Dian. vs. 254. qui pluribus de *Bosporo* egit. Adde Eust. ad Dionys. Perieg. a vs. 140. ad vs. 144. Schol. Sophocl. Ajac. 893. pro eo saepius male *Bosphorum* scribi, monuerunt jam Celeb. P. Burm. ad Ovid. I. M. 179. & Duk. ad Florum lib. III. cap. V. §. 25.

7 EPAPHUM] Ex Telegono. Euseb. Chron. Ovid. I. Met. 748. *Hinc Epaphus magni genitus de semine tandem Creditur esse Jovis.* Idem hic est, qui Osiris, Apis, & Serapis sive Sarapis. Vid. Herod. Thalia, & Lactant. lib. I. cap. 21. MUNK. De Epapho Strabo lib. X. p. 682. Schol. Eurip. Phoeniss. 683. Schol. Pindari O. Pyth. IV, 25. O. Nem. X, 9. Lact. ad Statii VII. Theb. 186. Celeb. P. Burm. ad Ovidii locum.

8 ESSE FECIT] Sedigitus apud Gellium lib. XV. 24. *Nono loco esse facile facio Luscium.* Ovid. VI. Met. 75. *Stare Deum pelagi longoque ferire tridente Aspera saxa facit.* MUNCK.

9 QUAE ISIS NUNCUPATUR] V. Eust. ad Dionys. Perieg. v. 918. Diogen. Laert. prooem. §. 10. Plutarch. de Iside & Osiride inprimis pag. 364. Tom. II. Lact. ad Statii I. Theb. vs. 265. G. Cuper. in Harpocrate pag. 109. Broukh. ad Tibull. I, III, 23. Duo Isidis templa in Corintho sunt, quorum alterum vocatur Isidis *Pelagiae*, i. e. maritimae, alterum *AEgyptiae.* Vid. Pausan. lib. II. c. 4. p. 121.

## Ad CAP. CXLVI.

10 CERERIS IN CONJUGIUM DARET] Post τὸ *Cereris* excidisse *sibi* arbitror. MUNCK. *Sibi* facile hinc abesse patior. Sic Fab. CLIII. *petierunt ab Jove, ut aut homines* (ipsis) *daret, aut eos calamitate afficeret.* Fab. CXCI. *atque ducem dedit, qui eum .. deduceret.* ubi ellipsin hanc rectè contra Schefferum tuetur Munckerus. Conferantur, si necesse sit, quae olim dedimus ad haec Cicer. N. D. II. 48. *At quibus bestiis erat is cibus, .. aut vires* (his) *natura dedit aut celeritatem.* WOPKENS.

11 FLORES LEGENTEM] Legisse narcissos ajunt, cum raperetur. Vide Scholiast. Sophocl. ad OEdip. Colon. vers. 674. MUNCK. Ovid. V. M. 392.

> . . . *Quo dum Proserpina luco*
> *Ludit, & aut violas, aut lilia candida carpit.*

12 IN MONTE AETNA] An in AEtna legebat flores, cum in raptoris manus incideret, Proserpina? & hoc est, quod ad Nem. A. tradit Pindari Scholiastes? Περιφέρη περὶ τὴς τῆ Αἴτνα ἁρπαζέσα λειμῶνας, ἡρπάσθη παρὰ τῦ Πλάτωνος.

monte AEtna, qui eſt in Sicilia. in quo Proſerpina dum flores cum Venere & Diana & Minerva legit, [1] Pluton quadrigis venit, & eam rapuit. Quod poſtea Ceres ab Jove inpetravit, ut dimidia parte anni apud ſe, dimidia apud Plutonem eſſet.

## CXLVII.

τυπος. Sed ibi urbem AEtnam intelligere videri poſſit, de quâ Barth. ad Stat. Tom. II. pag. 934. An potius ſcribendum *in nemore Ennae*? Arnobius lib. v. *Conſimiliter in alterâ fabula Hennae nemus & flores quid ſunt*? Confer Jul. Firm. in de E. P. R. Ovid. IV. Faſt. 421. Diodorum lib. v. Cic. IV. Verr. Sed mutare quicquam nos vetat luculentus locus Ariſtotelis libro περὶ θαυμ. ἀκουσμ. cap. 116. p. 101. edit. Sylburg. quem videre operae erit pretium. Lactant. ad Stat. v. Theb. vers. 357. *Ut Proſerpinam circa cacumen AEtnae flores legentem raperet.* In Argum. lib. v. Met. Ovid. fab. 6. *Uti Proſerpinam circa AEtnam flores legentem cum Minerva atque Diana raperet.* Ad locum ergo, quo rapta eſt, reſpexit Seneca Herc. Fur. vers. 660. cum de Proſerpina diceret? *Quam tota irrita Quaeſivit AEtnâ mater.* Columella lib. x. *AEquoris AEtnaei vernantia lilia carpſit, Raptaque Letbaei conjux modo facta tyranni.* MUNCK. De Proſerpinae raptu Apollodor. lib. I. p. m. 15. & Schol. Ariſtophan. Equit. vs. 782. Inter antiquos parum conſtat de loco, quo Proſerpina fuerit rapta. Alius in Attica, ſeu concava quadam Atticae voragine, ubi in vivis eſſe deſiit OEdipus. Alius in Argolide. Alius in Cyllene Arcadiae monte. Graeci vero Aſiatici in Charonio Lydiae, prope Nyſam, antro Proſerpinam eſſe raptam ſtatuerunt. V. Spanh. ad Callim. H. Cer. vs. 9. Poſtea fuerunt, qui apud Hennam rapuiſſe Ditem Proſerpinam operoſe adſtruxerunt. V. Celeb. P. Burm. ad Ovid. v. M. 385. De qua Henna inprimis egit Spanh. ad Callim. H. Cerer. vs. 15. Hinc quidam poetarum finxerunt, Sicilliam Proſerpinae ſponſae dotem a Jove fuiſſe datam. V. P. Leopard. lib. x. Emend. cap. ult. Pauſan. lib. I. cap. 38. pag. 92. Ῥεῖ δ' Κηφισὸς κεῖς Ἐλευσῖνι βιαίτερος παριχόμβῳ τῷ σοτάμῳ ῥεῦμα. καὶ παρ' αὐτὴ καλοῦσι Ἔρινιν, λέγοντες τ' Πλούτωνα, ὅτι ἥρπασε τὴν Κόρην, καθοῦναι ταύτῃ. Proſerpinae fabulam allegorice multi explicarunt, ut Auguſtinus de C. D. lib. VII. cap. 10. & Lact. ad Statii Theb. lib. VIII. vs. 63. Theon. ad Arati Phaenomena pag. 19. & quos laudat Graevius Lect. Heſiod. cap. XI. Spanh. ad Callim. H. Cer. vs. 20, 138. J. Perizonius ad AElian. lib. IV. V. H. cap. 5.

1 PLUTON.. EAM RAPUIT. QUOD POSTEA CERES AB JOVE IMPETRAVIT, UT DIMIDIA PARTE ANNI APUD SE .. ESSET] Si *quo* pro quam ob cauſam ſatis probum, vel his Latinis uſitatum ſit, ut volunt Schefferus ac Munckerus, libens legerim, *Quo poſtea* &c. Suavius tamen adhuc ſonaret, *Quo facto Ceres* &c. WOPKENS. Apollodor. lib. I. pag. m. 17. Περσεφόνη δ' καθ' ἑκάστον ἐνιαυτὸν, τὸ μὲν τρίτον μοῖραν Πλούτωνι παγκάδη μίσει, τὸ δ' λοιπὸν παρὰ τοῖς θεοῖς.

## Ad CAP. CXLVII.

2 CUM CERES] Hanc fabulam tantum non iiſdem verbis narrat Servius ad Georg. I. vers. 19. ut utrumvis ex altero deſcripſiſſe eam palam ſit. Lactantius, qui & ipſe ad II. Stat. Theb. 382. κάτοπλιξεν Hyginum expreſſit, quin furti reus ſit, non eſt dubitandum. MUNCK.

3 ELEUSINUM REGEM] *Eleuſium.* MICYLL. Putat Micyllus, *Eleuſium* legendum. Ego nihil muto. Ita namque dicitur & aliis, niſi *Eleuſinam* malis. Vide Apollod. SCHEFF. Vulgo tradunt Triptolemi patrem Celeum regem Eleuſiniorum, & ad eum divertiſſe Cererem. Παυσανίας δ' Τριπτολέμου Ἐλευσῖνος λέγει. Φησὶ δὲ Δήμητρα ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν ἰδίᾳ, ut teſtatur Apollodorus lib. I. Pauſanias Atticis: Ἐλευσῖνα δ' ὄνομα, ἀφ' ἧ τὴν πόλιν ὀνομάζουσι. An ergo ſcribendum *Eleuſinum*? Non puto. *Eleuſinum* nominant quoque Servius, Lactantius, & Noſter rurſus cap. 275. Ὠνομάσθη δ', ait Harpocration, ἡ πόλις Ἐλευσὶς ἀπὸ Ἐλευσίνος τοῦ Ἑρμοῦ. quae totidem verbis exhibet Etym. magni auctor in voce Ἐλευσίς. Sive illud Ἐλευσῖνι referas ad rectum in ις, ſive in ος, parum referre exiſtimo. Novimus veteres dixiſſe Ἰόβαλος & Ἰωβάτης, *Aceſtes* & *Aceſtus*, *Zetes* & *Zetus*, & id genus alia valde ἀλλόφορα. Lactant. ad XII. Theb. 628. *Ceres à Dite filiam raptam dum quaerit, hoſpitio regis Eleuſi fertur fuiſſe ſuſcepta.* Leg. *Eleuſini.* Non tamen valde ei repugnem, qui terminatione latina uſum Hyginum ſtatuere velit, ut *Titani* pro *Titanes* cap. 150. & 167. Sane adjective *Eleuſina lampas*, *Eleuſina Ceres* habemus apud Arnobium & Capellam. In loco illo Apollodori modo laudato

## CXLVII. *Triptolemus.*

[2] Cum, Ceres Proſerpinam filiam ſuam quaereret, devenit ad [3] Eleuſinum regem, cujus uxor [4] Cothonea puerum Triptolemum pepererat, [5] ſeque nutricem lactantem ſimulavit. Hanc regina libens nutricem filio ſuo recepit. Ceres cum vellet alumnum ſuum immortalem reddere, [6] interdiu

dato τὸ Δήμητραν à mala videtur eſſe manu. Non ignoro quidem Tzetzen dixiſſe ad Heſiodum pag. 18. edit. Heinſ. Ἔφασαν Δήμητραν εἰς Ἀθήνας ἐλθεῖν. Moſchopulum ad eundem pag. 5. Δήμητραν τὴ σῖτοι καὶ τὰς καρπάς. Schol. Theocrit. ad Eid. XVII. Τῷ Δήμητραν λίγει καὶ τῷ Περσεφόνῃ. Sed cultiori utitur dictione Apollodorus, quam ut barbarè cum poſterioris aevi Scholiaſtis loqui potuiſſe cenſendus ſit. Certe in Etym. magni auctore, qui & ipſe Δήμητραν, & Δήμητρα in recto frequentat, atro id carbone notavit Sylburgius. Invenitur tamen Δήμητραν etiam apud Euſeb. Praep. Euang. p. 34. & 52. ed. Steph. apud Heſych. in ΑΓΡΑΙ Δημήτρας. Caeterum Panyaſis illius, quem heic ſequitur Hyginus, corruptum vocabulum non ſemel apud German. Scholiaſten; tanquam in Dracone, *Ut Pannaſis Heracleas refert.* Legendum eſſe *Panyaſis Heraclea*, oſtendi ad Antoninum Lib. cap. 20. atque ita quoque exhibet edit. Sanctandreana. Praeter Panyaſin Heracleam ſcripſit etiam Herodotus, ut docet nos Heinſius ad Heſiod. pag. 84. Immo & Criſpinus, ſi Fulgentio fides in voce *Antiſtare.* Panyaſis reſtituendus quoque Tzetzae Proleg. in Lycophron. Γιγάσι ὃ δισμαχὸι ποιηταὶ πέντε, Ὅμηρος, Ἡσίοδος, Πάνυσις, Ἀντίμαχος, καὶ Πείσανδρος. Leg. Παυσάνις. Caeterum Piſander ille ſurrogandus mihi videtur in Theſſandri locum, qui Servii comment. occupavit ad AEn. II. 211. Scripſiſſe & eum Heracleam didicimus ex Suidâ & Athenaeo. Caeterum Scholiaſtes Nicandri ab uxore Hippothoontis hoſpitio exceptam Cererem memorat, longe alios ſecutus auctores. MUNCK. In Apollodoro Δήμητραν ne rejicies. legitur in antiquo Phytali epitaphio apud Pauſan. lib. I. cap. 37. pag. 89. ipſe Pauſanias hac flexione uſus eſt, ut lib. VIII. cap. 42. lib. IX. cap. 25. quod Sylburgius ad Phytali epitaphium jam monuit. Plutarch. de Herodoti Malign. Tom. II. p. 857. τὰς περὶ Δήμητραν τιλετὰς dixit.

4 Cothonea] Metanira a Pauſ. dicitur. Triptolemi autem pater *Celeus.* MICYLL. De hoc vocabulo dubito. apud Lactantium Hyona uxor Eleuſini vocatur. SCHEFF. Ita & Lactantius. Servius, *Cyntinea. Metaniram* dici à Pauſania notat Micyllus. Atque ita quoque eam appellat Apollodorus lib. I. Loeſcherus Pauſaniae interpres in ſuo codice inveniſſe Μεγάνειραν videtur. Atque ita legitur etiam apud Diomed. lib. III. p. 113. ed. Soter. Vitioſam eam eſſe ſcripturam diſces ex Nobiliſſ. Heinſii notis ad Ovid. IV. Faſt. 537. Sed Tzetzes ad Heſiod. Ἔργ. pag. 7. docuit me quoſdam Triptolemi matrem facere *Polymniam.* Propius ergo à vulgata ſcriptura diſceſſerimus, ſi Hygino reſtituamus *Polymnia* vel *Polymnea.* MSS. certè Lactantii repraeſentant *Hionia. Neaera* eſt in marmore Arundeliano. Νάερα Schol. Hephaeſt. pag. 81. Nicandri Scholiaſtes illam Metaniram non Eleuſini, ſed Hippothoontis facit uxorem pag. 72. edit. Col. Cum Polymnia inventrix feratur φυτουργίας, optimè omnium heic *Polymnia* ſcribi exiſtimem. MUNCK. *Neaera* juxta Sophoclem Medeae mater fuit. Vid. Schol. Apollon. Rhod. III, 242. De *Metanira* Interpr. ad Ovid. v. M. 448. de Triptolemi parentibus conſule Panyaſin & Pherecydem apud Apollodor. lib. I. pag. 17. Argivos, Athenienſes: Muſaeum, Orpheum, & Choerilum apud Pauſan. lib. I. cap. 14. p. 34. Pauſaniae locus, ubi Μεγάνειρα Triptolemi mater adpellatur, eſt lib. I. cap. 39. p. 94.

5 Seque nutricem lactantem simulavit] Illud *nutricem* cenſeo à gloſſa eſſe, cum praeſertim ſequatur, *nutricem filio ſuo recepit.* Non ergo ante, quam reciperetur, nutrix fuit, ſed tantummodo lactans, id eſt, quae haberet lac in uberibus, ut nutrire poſſet, licet non nutriret. Talis enim proprie eſt *lactans*, ut ex Gellio apparet. SCHEFF. Τὸ *nutricem* deletum vellet Cl. Schefferus. Ego nil temerè putem mutandum. Servius habet: *Seque nutricem pueri amore ducta ſimulavit.* Lactantius: *Seque nutricem ſimulabat. Lactantem nutricem* exiſtimo dixiſſe Hyginum, quia & *aſſa nutrix* eſt, quae lac non praeſtat infantibus, ſed ſolum diligentiam adhibet, ut loquitur Schol. Juvenal. ad Sat. XIV. 208. MUNCK.

6 Interdiu lacte divino] Servius; *cum lacte divino.* Mallem *cum lacte* &c. Immo ita legi debet etiam apud Hyginum, qui τὸ *cum* malè omiſit. MUNCK. Non facile mihi perſuaſerit Munckerus in poſterioribus his excidiſſe *cum.* Fab. CLXIV. *Myrrha cum patrem ſuum amaret, inebria-*

terdiu lacte divino alebat, noctu [1] clam in igne obruebat. Itaque praeterquam solebant mortales, crescebat. Et sic fieri [2] cum mirarentur parentes, eam observaverunt. Cum Ceres eum vellet in ignem mittere, pater [3] expavit. Illa irata Eleusinum exanimavit; at [4] Triptolemo alumno suo aeternum beneficium tribuit. [5] nam fruges propagati * currum draconibus junctum tradidit, [6] quibus vehens orbem terra-

*inebriavit* (eum) *& sic cum eo concubuit.* Fab. CCLXXIV. *Et validius* (eam) *medici accusare coeperunt.* Sed affatim jam talia cumulavimus ad Cicer. N. D. II 48. WOPKENS.

1 CLAM IN IGNE] Deest *noctu*, ut illud *interdiu* praecedens habeat, quo referatur. Et ipsa exigit historia. Vide Apollodorum. SCHEFF. Deest *noctu*. Supplendum ergo, *noctu clam in igne.* Servius habet: *Noctu clam igne eum obruebat.* Apollod. lib. I. Τὰς νύκτας εἰς πῦρ κατέθηκε τὸ βρέφος. Idem feciſſe Thetidem Achilli ſuo idem refert, ut & Lycophron apud Hom. Schol. ad Iliad. Π. 36. & Tzetz. ad Lycophron. pag 39. Geminum germanum eſt, quod in vita Eliae memorat Epiphanius: Καί ἔτι, inquit, ἔτεκεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτῦ, ἴδιν Σαβὰκ ὁ πατὴρ αὐτῦ ἐπῶδεσεν, ἴδι ἄνδρις λόγοφανῆς ἀφοσηγόρευεν, ᾗ ὅτι ἐν πυρὶ αὐτὸν ἐπαργάνει &c. MUNCK. De Achille conſule Schol. Ariſtoph. Nub. 1064.

2 CUM MIRARENTUR PARENTES, EAM &c.] Ita diſtinguo. Male inciſum erat poſitum ante τὸ *parentes.* Servius: *Id ſic fieri cum pater admiraretur.* Unde vides Hygino in praecedentibus eſſe reſtituendum, *id ſic fieri.* Lactantius habet: *Cum hoc pater miraretur.* MUNCK.

3 EXPAVIT] Servius & Lactantius, *exclamavit*, quod puto rectius. Tzetzes in Lycophron. Ἰδὼν δὲ Πηλέως τὸν Θέτιν βάπτοντα αὐτὸν εἰς τὸ πῦρ, καὶ βοήσαντος, σωτῆρα ταύτῃ φῶς Νηρηΐδας ὑποχωρῆσαι. MUNCK.

4 TRIPTOLEMO ALUMNO] Deiphontem Triptolemi fratrem Cereris alumnum facit Apollodorus. Schol. Nicandri Celeum conjectum in ignem à Cerere narrat pag. 32. Ἡ Δημήτηρ Κελεὸν λαβοῦσα ἀπέστειλεν εἰς ἴδιον. Βελομένη ὁ ἀπαθανατίσαι, σωιχῶς εἰς τὸ πῦρ ἔβαλεν &c. MUNCK.

5 NAM FRUGES PROPAGATI] Barthius ex Mſ. ſuo, *fruges propaganti.* Sed ne ſic quidem locus integer videtur. Mallem: *nam fruges propagare currum* &c. Formula *fruges propagare* non eſt inconveniens Noſtro, pro, *ut propagaret fruges, ad propagationem frugum.* Sic fab. 88. *ad flumen exit ſanguinem abluere.* fab. 27. *reſponſum fuit ab AEetae progenie mortem cavere.* Niſi malis illud *propagare* ad ſequens *tradidit* referre, ac ſcribere, *fruges propagare ac currum.* Sane *tradere propagare*, pro *tradere propagationem* non ineptum foret, & Graecis locutionibus conveniret. SCHEFF. Servius habet: *Nam ad fruges portandas currum draconibus junxit, deditque* &c. Cenſeo ex Hygino in Servio reſcribas *propagandas*, praeſertim cum & Lactantius exhibeat: *Fruges ei propagandas, & currum draconibus junctum tradidit.* Schol. German. Fab. Canis: *Juſſit, ut in reliquas terras propagaret.* Hyginum forte non male reſtituas, ſi *propagatum* legas pro *propagati*, quanquam non valde diſplicet, quod Cl. Schefferus conjecit, *propagare*, non tantum, quia legi cap. 27. *Reſponſum accepit mortem cavere.* 88. *Exit ſanguinem abluere.* 145. *Deam eſſe fecit.* Sed quod & optimi ſcriptores ita loquantur. Ovid. in hac fabula v. Met. 660. *Rurſuſque per aëra miſit Mopſopium juvenem ſacros agitare jugales.* Horat. I. od. 23 *Frangere perſequor.* AEn. v. 248. *Magnum dat ferre talentum.* Propert. lib. I. el. XVI. *Mittit me quaerere.* Caelius I. Hiſtor. *Mittit viſere.* MUNCK. Itaque recte Cl. Oudendorpius ad J. Caeſar. B. Civ. cap. 34. MSS. Codicum lectionem defendit *in Theſſaliam ire* ſc. *miſit.*

6 QUIBUS VEHENS] Lactantius & Servius: *Quibus ille vectus.* Sed Hyginianum elegantius eſt. Sueton. Neron. 34. *Terra marique praetervehentes.* Apul. I. Mil. *Equo indigena veralbo vehens.* Nepos Timoth. cap. 2 *Circumvebens Peloponneſum.* Unde *vector* qui vehitur. Nec diſſimile *geſtans* de eo, qui geſtatur apud Sueton. Domit. cap. XI. Adde quae ad Juſtin. lib. XI. cap. 7. congeſſit Freinshemius, & Anal. lib. III. cap. 9. Voſſius. MUNCK.

7 OBSEVIT] Servius, *obſeruit.* Lege ex Hygino & Lactantio *obſevit.* Idem vitium occurrit apud Noſtrum cap. 277. MUNCK. Vide Lactant. ad Statii XII. Theb. vs. 626. Hic Triptolemus inventor frumenti, & aratri etiam dicitur a nonnullis. Vide Jac. Nic. Loenſem lib. I. Epiphyll. cap. XI. nempe in Graecia, a Cerere edoctus. Vide Celeb. Broukh. ad Tibull. I, VIII, 39. Oſirim primum AEgyptiis aratrum monſtraſſe, uterque addit, unde Dionyſius Perieg. vs. 233. de AEgyptiis canit

Οἱ πρῶτοι βίοτον διεκήσαντο κελεύθῳ,
Πρῶτοι δ' ἰμερόεντα ἐπειρήσαντο ἀρόσσαι.

Et plura apud eoſdem de aratri inventoribus reperies. Adde inl. Spanh. ad Callim. H. Cer.

terrarum frugibus [7] obſevit. Poſtquam domum rediit, [8] Celeus eum pro benefacto interfici juſſit: [9] ſed re cognita, juſſu Cereris Triptolemo regnum dedit: [10] quod ex patris nomine [11] Eleuſinum nominavit. [12] fierique ſacrum inſtituit, quae Theſmophoria graece dicuntur.

## CXLVIII.

vs. 22. ac Munck. ad fab. 274. Quomodo a multis Graecorum *Bacchus*, Graecis idem, qui AEgyptiis *Oſiris*, arare & ſerere primus inveniſſe creditur. Plut. Quaeſt. Graec. Tom. II. pag. 299. & de Iſide & Oſir. Tom. II. pag. 365. Calliſtratus apud Plutarchum lib. IV. Sympoſiacôn pag. m. 670. dicit quoſdam eſſe, qui narrent, primam aratri uſum docuiſſe AEgyptios ſuem terram roſtro findentem. & inde ὖης (de qua voce Suidas & J. Pollux lib. I. cap. 13. initio) dici vomerem. Aprum dentibus vites praerodentem mortales putationem demonſtraſſe docebunt cum Hygino alii, quos laudat Cl. Munck. ad fab. 274. De Cerere omnis agriculturae inventrice Serv. ad I. Georgic. 147. De Saturno, cui multi agrorum, & vitium cultus tribuunt S. Bochart. in Phaleg. lib. I. cap. I. pag. 3. qui ex Noae hiſtoria Saturni fabulam conflictam ſtatuit. Vide ad cap. 129. & 130. ex Saturno & Venere omnia naſci multi ſtatuunt. Plut. in Iſ. & Oſiride T. II. p. 378.

8 PELEUS ] *Celeus* vel *Cepheus* ut Boccatius; niſi quis malit *Lyncium* intelligere, de quo Ovidius. MICYLL. Non dubito, quin legendum ſit, *Celeus*, is enim proxime ante Triptolemum regnavit. Et fuerunt, qui cum patrem Triptolemi facerent, ut ex Apollodoro conſtat. SCHEFF. Servio eſt *Cephalus*, Lactantio *Cepheus*. Ubique emendandum eſſe *Celeus* vel tyrunculus non rudiſſimus videat. Apollodorus lib. I. Δήμητρα μὲν Κελεὸς εἰς τὴν Ἐλευσῖνα ὑπεδέξατο. Virg. I. Georg. 165. *Virgea praeterea Celei vilisque ſupellex.* Ad quem verſum Servius: *Id eſt, vaſa viminea, qualia Ceres Celeo quondam monſtravit.* Cubant ergo in vitio & illa ad vers. 19. *Quod munus ei Ceres dedit propter humanitatem patris Icari.* Lege *Celei.* Vel *Rhari* potius cum doctiſſimo Perizonio noſtro ex Pauſaniâ in Atticis pag. 10. Conſer Ovid. lib. IV. Faſt. 508. & ſeqq. Voſſii notas ad Juſt. lib. II. 6. Etym. magn. in Ἄγρα. Reſtituendum idem vocabulum Lactantio in Stat. lib. VII. Theb. vers. 407. *Eleuſis civitas Atticae regionis eſt, in qua regnavit Teleus, qui Cererem, dum filiam quaereret, liberaliſſimè ſuſcepit hoſpitio.* Legendum *Celeus* eſſe quis dubitet? MUNCK. Adde etiam Serv. ad I. Georg. vs. 163. & *Celeus* legendum eſſe docet etiam Pauſan. lib. I. c. 39. p. 94. & II, 14.

9 SED RE COGNITA, JUSSU ] Ita & Lactantius habet. Corrigatur ergo Servius, in quo corrupte legitur: *Sed per cognita juſſa Cereris Triptolemo regnum tradidit.* MUNCK.

10 QUOD EX PATRIS NOMINE ] Servius auctior heic eſt? *Qui accepto regno oppidum conſtituit, quod ex patris nomine Eleuſinum nominavit*: Et Lactantius: *Ibique oppidum conſtituit, quod ex patris ſui nomine appellavit Eleuſinum.* Et ſane apud Noſtrum quoque cap. 277. *Eleuſinum* oppidi non regni vocabulum. Sed ubique videtur ſcribendum *Eleuſinam.* Gloſſ. MSS. ad illa Georg. I. Virg. *Puer monſtrator aratri: Alii Triptolemum Celei filium dicunt, alii Oſirim putant; ob quam* (leg. *ob quam rem*) *ab AEgyptiis inter Deos ſit relatus; Triptolemus Celei regis, Eleuſinae filius fuit, qui uſum ſerendi primus mortalibus tradidit. Bene autem de nomine tacuit, & generaliter ait puer. Nam non unus in toto orbe monſtravit, ſed diverſi in diverſis locis.* Et paulo poſt: *Eleuſina civitas Graeciae haud longe ab Athenis, in qua cum regnaſſet Celeus, & Cererem quaerentem filiam ſuſcepiſſet hoſpitio, pro remuneratione oſtendit ei omne genus agriculturae.* Hieron. Chron. Euſeb. *Eleuſinae regnavit Celeus.* Tullius ipſe I. Nat. Deor. *Omitto Eleuſinam ſanctam illam & auguſtam, ubi initiantur gentes* &c. Πόλιν Ἐλευσῖνα appellat Schol. Homer. Iliad. Σ. 491. *Eleuſinum* tamen οὐδετέρως invenitur apud AEthicum. MUNCK.

11 ELEUSINUM ] *Eleuſim.* MICYLL. Micyllus putat, *Eleuſim*, rationem non video. Pater dictus eſt, *Eleuſinus*, ut liquet ex ſuperioribus. Regnum ergo dicetur, vel *Eleuſinum*, vel *Eleuſinium*, quomodo Eleuſinae urbis cives ſunt *Eleuſinii*, & templum *Eleuſinium.* SCHEFF.

12 FIERIQUE SACRUM INSTITUIT ] Legerim cum Servio: *Cererique ſacra primus inſtituit.* Quod & Lactantius ſuadet, qui in ſuos commentarios prorſus eadem tranſtulit: *Cererique ſacra primus inſtituit, quae Theſmophoria Graecè appellantur.* Etiam agon Cereris celebratus fuit Eleuſine, de quo Pind. Schol. ad Iſthm. od. I. Οὗ τὸ Ἐλευσῖνι Δαμάτερος ἦεν ἀγών, ἔνθα σέφανος ἦν κριθαί. MUNCK. Conſule inl. Spanh. ad Call. H. Cer. vs. 22. De Cereris agone in Eleuſine etiam Schol. Pindari Olymp. od. IX. vs. 150. τὸν ἐν Ἐλευ-

## CXLVIII. *Vulcanus.*

VULCANUS cum reſciit, [1] Venerem cum Marte clam concumbere, & ſe virtuti ejus obſiſtere non poſſe, catenam ex adamante fecit, & circum lectum poſuit, ut Martem aſtutia deciperet. Ille [2] cum ad conſtitutum veniſſet, concidit cum Venere in plagas, adeo ut ſe exſolvere non poſſet. Id Sol cum Vulcano [3] nunciaſſet, ille eos nudos cubantes vidit, [4] deos omnes convocavit. * viderunt. Ex eo Martem id ne faceret, pudor terruit. Ex eo conceptu nata eſt Harmonia, cui Minerva & Vulcanus veſtem ſceleribus tinctam muneri dederunt: ob quam rem [5] progenies eorum ſcelerata exſtitit. Soli autem Venus ob indicium [6] ad progeniem ejus ſemper fuit inimica.

CXLIX.

Ἐλευσὶς ἡ πρὸς τῇ θαλάσσῃ κειμένη, ταῖς ἀγλαΐαις αὐτῆ χρῆ νίκαις μαρτυρεῖ. ἄγεται δ' αὐτόθι ΑΓΩΝ ΚΟΡΗΣ ΚΑΙ ΔΗΜΗΤΕΡΟΣ, ἃς καλοῦσι ΕΛΕΥΣΙΝΙΑ. ἃ ἔπαθλον, κεφαί. Scholiaſtem adde Ariſtophanis in Nub. vs. 302. Pindari Scholia inluſtrantem ὕθλα (i. e. εἰς Ελευσῖνι) τὰ ΔΗΜΗΤΡΟΣ καὶ ΚΟΡΗΣ ἐπιτιλῆται μυήσεως.

## Ad CAP. CXLVIII.

1 VENEREM CUM MARTE] Hinc Schol. Apollonii Rhodii lib. 1. Argon. vs. 743.

Ἐξείης δ' ἔστηκε βαθυπλόκαμος ΚΥΘΕΡΕΙΑ
ΑΡΕΟΣ ἐχμάζουσα ΘΟΟΝ ΣΑΚΟΣ.

Haec adnotat, Ὀχμάζουσα; κατέχουσα, βαστάζουσα, καὶ τοι μὴ οὖσα πελιμική, ἀλλ' ὡς ΕΡΑΣΤΗ χαριζομένη τῷ ΑΡΕΙ. Cur haec fabula inventa ſit, docent Athenaeus lib. XII. cap. 1. pag. 55. & Plutarchus de aud. Poetis T. II. pag. 19.

2 CUM AD CONSTITUTUM VENISSET] Ad conſtitutum puta locum vel tempus. Varro R. R. lib. II. cap. 5. *Qui tam ſero ad conſtitutum veniſſet.* Petron. *Et nos metu criminis non veniremus ad conſtitutum.* Juvenal. III. 12. *Hic ubi nocturnae Numa conſtituebat amicae.* MUNCK.

3 NUNCIASSET, ILLE EOS] Puto abeſſe conjunctionem hic neceſſariam, & oportere ſcribi, *nunciaſſet, & ille eos.* SCHEFF. Cl. Schefferus, *& ille eos.* Sed hic pro *vidit*, mallet aliquis *vidiſſet.* Neque enim ſatis bene tempora perfecta diverſorum modorum (de futuris obſervarunt id jam alii) videntur poſſe copulari. Facit id tamen noſter cap. 165. *Minerva & Venus cum eam irriderent, quod & caeſia erat & buccas inflaret.* Cap. 27. *Cum productus eſſet, ut mendacium morte puniretur, & illa aliter eſſe vidit.* Aſtron. II. 24. *Quod prima fuerit Herculis haec certatio, & quod cum inermis interfecit.* Lib. I. cap. 8. *Cum ſol pervenit & efficiat.* Quintil. Declam. XIV. *Si, quantum affirmas, miſereris ac diligis.* Ita & Colonienſis ed. anni 1521. Sed legerim, *miſereris ac diligis*, ut Colinaeus edidit. Idem tamen Declam. XVIII. *Date, Judices, patrem, qui filium mori velit & credit.* Sic editi omnes. Fulgent. Mythol. II. 9. *Quod mundus & celeri quadam velocitate verſetur, & cadaverum naſcentium occidentiumque perennitate depaſcitur.* Capella lib. I. *Et licet hic curſor Apollonei plerumque axis celeritate vincatur, ac remorata ſtatione conſiſtens captat demum feſtinata praevertere.* Florus lib. II. 15. *Quod adverſus Numidas ſemel paraſſet claſſem, & exercitum, frequens autem Maſiniſſae fines territabat.* Adde notas ad cap. 125. & 126. Notandum interim tamen, quod ad cap. 4. nobis dictum, copulativam patriculam & tam ſaepe in hoc ſcripto omitti, ut non tam librarii vitio, quam ſtudio ab auctore ipſo factum id videri poſſit. MUNCK. In inſula Lemno detectum Veneris adulterium perhibetur. Vide Lact. ad Statii v. Theb. 59, 356.

4 DEOS OMNES CONVOCAVIT * VIDERUNT] Barthius ex ſuo codice ſic legit: *Omnes convocavit, Dii riſerunt.* Dixi alias, me codicem Barthianum habere ſuſpectum. Ita ne hic quidem placere poteſt ea repetitio, *Deos, Dii.* Mallem ſcribere, *omnes convocavit, ii riſerunt.* SCHEFF. Barthius ex MS. *Deos omnes convocat. Dii riſerunt.* Cl. Schefferus mavult. *Deos omnes convocavit: ii riſerunt.* Utraque correctio convenit cum circumſtantiis fabulae. Hom. Odyſſ. Θ. ubi adulterium hoc perquam feſtivē depingit: Ἀσβέστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσι, Τέχνας εἰσορόωσι πολύφρονος Ἡφαίστοιο. MUNCK. Tolle aſteriſcum. Amat Hyginus ita loqui.

5 PRO-

## CXLIX. *Epaphus.*

JUPITER Epaphum, quem ex Io procreaverat, AEgypto oppida commúnire, ibique regnare juſſit. Is oppidum primum [7] Memphim, & alia plura conſtituit: & [8] ex Caſſiopeia uxore procreavit filiam Libyen, à qua terra eſt adpellata.

## CL. [9] *Titanomachia.*

POSTQUAM Juno vidit Epapho ex pellice nato tantam regni poteſtatem eſſe, [10] curat in venatu ut Epaphus necetur: Titanoſque hortatur, Jovem ut regno pellant, & Saturno reſtituant. Hi cum conarentur

5 PROGENIES EORUM] Armoniae, & cui nupta fuit. Vide ſupra fab. 7. SCHEFF. Armoniae & cui nupta fuit, inquit Schefferus. Adi ejus notas ad cap. 7. Sed pro *Armonia* rectius ſcripſeris *Harmonia* ex Geneal. ubi rectè habet, *Ex Marte & Venere Harmonia & Formido.* Ἁρμονία eſt Heſiodo Θ. 975. Nupſit autem Cadmo. Vid. cap. 6. & 155. MUNCK.

6 AD PROGENIEM EJUS SEMPER INFESTA FUIT] Fulgent. lib. II. *Illa dolens quinque filias Solis amore ſuccendit; id eſt, Paſiphaen, Medeam, Phaedram, Circen, Dircen.* Et Servius de Paſiphae ad Ecl. VI. 52. *Ob iram ſcilicet Veneris, quae irata Soli, quod ſe, ut quidam, Anchiſae, ut alii, Marti conjunctam prodidiſſet, ſobolem ejus inhoneſtis amoribus ſubjecit, ut Circen, Medeam, Paſiphaen.* Vide praeterea Ovid. Epiſt. IV. Heroid. vers. 53. Senecam Hippol. vers. 124. MUNCK. De hac fabula Lactant. ad Statii VII. Theb. vs. 63. & ad I. Achill. 192. Celeb. P. Burm. ad Ovidii IV. Met. vs. 189. & Meziriac. ad Ovidii IV. Heroid. §. 7. Quomodo vero haec fabula explicetur, docemur a Lact. ad Statii V. Theb. 66. e Palaephati Fragmentis pag. 65, 66. Editionis Th. Gale. & ab Ampliſſ. Cupero in Apotheoſi Homerica pag. 67. alio etiam modo explicat Phurnutus de N. D. cap. 19.

## Ad CAP. CXLIX.

7 MEMPHIM] De hujus urbis conditore parum conſtat inter Veteres. Joſephus lib. VIII. Antiquit. Judaicar. cap. VI. §. 2. *Minaeum* hanc urbem condidiſſe docet, ſive ex eo inl. Spanhemius ad Callim. H. Cerer. vs. 2. quem *Minaeum* vocat *Minem* Herodotus lib. II. cap. 99. Diodorus vero Siculus ab *Uchoreo* conditam tradit. a Noſtro Hygino ſtant Apollodorus, Euſebius, & Lutatius ad Statium. ut docet Celeb. P. Burm. ad Ovidium lib. I. Met. vs. 748. Nomen urbis alii ἴφιος ἀγυιᾶν, alii τάφου Ὀσίριδος interpretantur. vid. Plut. in Iſ. & Oſir. T. II. p. 357.

8 EX CASSIOPEIA] Apollodorus *Memphin* hanc appellat, alii aliter. Sed poteſt Notter ſuos habuiſſe auctores. SCHEFF. Nihil heic mutandum. Illuſtrant hanc fabulam illa Lactantiana ad Theb. IV. 737. *Jupiter Epaphum, qui hoc petiverat, in AEgyptum oppida communire, ibique regnare juſſit. Oppidum Memphin & alia plura conſtituit, & ex Caſſiopâ uxore ſuſcepit filiam Libyen, quae poſtea in Africa regnum poſſedit, cujus nomine terra Libyes* (leg. *Libye*) *eſt appellata.* MUNCK. *Libyen* Epaphi filiam, matrem Lelegis fuiſſe docet Pauſanias lib. I. cap. 44. *Libyam* a *Libye* Epaphi illius filia dictam docet Schol. Pindari O. Pyth. IV. vs. 25. ut & Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. vs. 175. qui & tres alias hujus adpellationis reddit rationes, e quibus duas etiam profert Servius ad I. AEn. vs. 26. Idem Euſtath. ad vs. 912. *Libyen* etiam Jûs filiam facit, verum Tzetzes ad Lycophron. vs. 894. *Libyam* a *Libye* Epaphi & Memphis filia nomen adeptam tradit. Salmaſ. de regione nigrorum hominum dictam adfirmat in Ling. Hellen. pag. 359, 360.

## Ad CAP. CL.

9 TITANOMACHIA] Vide Fabulam apud Lactant. ad Statii II. Theb. IV. Ptol. Hephaeſtion. lib. VI. pag. 487. Athenaeum lib. III. cap. 5. Titanas ob Bacchum membratim diſcerptum fulmine percuſſos refert Plutarch. Orat. I. de eſu carn. pag. 996.

10 CURAT IN VENATU, UT EPAPHUS NECETUR]

rentur in coelum adſcendere, eos Jovis cum Minerva & Apolline & Diana praecipites in Tartarum dejecit. Atlanti autem, qui dux eorum fuit, coeli fornicem ſuper humeros inpoſuit, qui adhuc dicitur coelum ſuſtinere.

## CLI. *Ex Typhone & Echidna nati.*

Ex Typhone gigante & Echidna [1] Gorgon, [2] canis Cerberus triceps, draco, qui mala Heſperidum trans oceanum ſervabat: Hydra, quam ad fontem Lernaeum Hercules interfecit: Draco, qui pellem arietis [3] Colchis ſervabat: Scylla, quae ſuperiorem partem mulieris, [4] inferiorem canis, & canes ſex ex ſe natos habebat: Sphinx, quae in Boeo-

Diſtinctio eſt prava. Non enim in venatu, ſive tempore venationis hoc curavit Juno, ſed ante curavit, ut necaretur in venatu. Itaque poſt *curat*, comma collocandum. Et ſic ſolet alias vocabula trajicere. SCHEFF.

## Ad CAP. CLI.

1 GORGON] Num ſcribendum *Gorgones*, an intelligenda Meduſa? Meduſa profecto una tantum eſt Gorgonum. Cur autem unam memoret ſororem, caeteris neglectis? Imo patrem Gorgonum intelligit, ut liquet ex ſequentibus. Adde Genealogiam fabulis praemiſſam, ubi eadem habentur. SCHEFF. Hic in Genealogiâ ex Ceto Stheno, Euryalen, & Meduſam generaſſe dicitur. MUNCK.

2 CANIS CERBERUS TRICEPS] De quo Heſiodus, ſicut de dracone Apollonius. Quanquam iſta & ſequentia omnia noſter ex Heſiodo videatur hauſiſſe. SCHEFF. Heſiod. Θ. 312. & Tzetzes Chil. I. 36. quinquaginta, Horat. lib. II. od. 13. centum ei capita tribuit ſequutus Pindarum. Vide Schol. Heſiod. ad Θεογ. pag. 277. ed. Heinſ. & Horatianum p. 114. ed. Cruq. qui centicipitem dici cenſet Cerberum *propter multitudinem anguium, qui è capite ejus eminebant.* MUNCK. Sophocles Trachin. vs. 1114. vocat Ἅιδᾳ πίκεφαν σκύλακα. Schol. τ. κέρβερον, ὃν Ἡσίοδος πεντηκοντακέφαλον φησιν εἶναι, ἄτοπον δὲ τρίκεφαλον. Eurip. Hercul. Fur. vs. 24. πέντε σωμάτων κύνα. vs. 611. Θῆρα τ' ἐκ κάρητος. & vs. 1277. κύνα πέντε κάρητος vocat. denique Cicero lib. I. Tuſculan. Diſputat. cap. 5. & hunc πεντέφαλον κέρβερον, quem Hercules ab Inferis reduxiſſe dicitur. v. Schol. Apoll. Rh. II, 354. & Euſt. ad Dionyſ. Perieg. 791. per πεμπτὴ φιλοσοφίαν explicat Heraclides in Allegor. Homeric. pag. 453. quamquam diverſis modis explicant Servius ad VI. AEn. vs. 395. Palaephatus de Incredibilibus cap. 40. & Anonymus de Incredibilib. cap. 6. in Edit. Th. Gale. Ex hiſtoria natam hanc fabulam cenſet Cl. Perizonius ad AElianum l. IV. V. H. cap. 5. Adde Plut. in Theſeo pag. 15. A. De Cerberi fabuloſis parentibus V. Heinſ. & P. Burm. ad Ovidium lib. VII. vs. 408. & Micyll. ad X. Met. vs. 22. de Echidna Apollodor. lib. II. p. 75.

3 COLCHOS] Subaudiri vult *ad* ſive *apud* Cl. Schefferus. Ego ex Geneal. *Colchis* legere malim. *Draco*, inquit, *qui pellem auream Colchis ſervabat.* Durum illud alterum, &, ut puto, ſine exemplo inauditumque. MUNCK.

4 INFERIOREM CANIS] Idem tradidit in Geneal. Cap. autem 125. *Inferiorem partem piſcis habuiſſe dicitur.* Quod convenit cum denariis gentis Pompejae. Vide Spanhem. in de Numm. p. 233. MUNCK. De canibus, quibus Scylla eſt ſubcincta (unde & latrare dicitur V. Cl. Burm. ad Val. Flacc. lib. I. vs. 590.) & qui ex ea dicuntur nati, conſule Celeb. Broukh. ad Tibull. lib. III. El. V. vs. 89, & qui fabulam de his canibus explicant, Servium ad III. AEn. vs. 420. Palaephatum de Incredibilib. cap. 21.

5 QUAE PRIOREM PARTEM] H. e. ſecundum priorem partem. Heraclitus περὶ ἀπίστων cap. 15. Ταύτην Ὅμηρος εἰκονογραφῶν φησι, Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέση δὲ χίμαιρα. Lege ὄπιθεν δὲ δράκων, μέση δὲ χίμαιρα. Vide ſupra cap. 57. MUNCK.

6 EX MEDUSA GORGONIS FILIA] Habes ecce Gorgonem, ſupra memoratum, filium Typhonis & Echidnae. Sed hic alibi vix reperitur, certe alii alios Meduſae faciunt parentes. Debebat autem ab his verbis fieri initium novi capitis, aut

Boeotia fuit: Chimaera in Lycia, [5] quae priorem partem leonis figuram, posteriorem draconis habebat, media ipsa Chimaera. [6] Ex Medusa Gorgonis filia & Neptuno nati sunt, [7] Chrysaor, & equus Pegasus: ex Chrysaore & Callirrhoe, Geryon trimembris.

## CLII. [8] *Typhon.*

[9] TARTARUS ex Terra procreavit Typhonem inmani magnitudine, specieque portentosa, cui centum capita draconum ex humeris enata erant. Hic Jovem provocavit, [10] si vellet secum de regno certare. Jovis fulmine ardenti pectus ejus percussit. [11] cui cum flagraret, montem [12] AEtnam, qui est in Sicilia, super eum inposuit: qui ex eo adhuc ardere dicitur.

[1] PHAE-

aut in titulo Medusae mentio addi. Quorum cum nunc neutrum factum, liquet, quid de capitum divisione titulisque judicari debeat, de quo & alibi jam monui. Adde infra c. 172. Fabula ipsa etiam ab Apollodoro prodita legitur lib. II. SCHEFF.

7 CHRYSAOR ET EQUUS PEGASUS] V. cl. Burm. ad Ovid. lib. IV. Met. vs. 784.

## Ad CAP. CLII.

8 TYPHON] Anton. Liberalis cap. 25. Τυφὼν ἐγένετο γῆς ὑὸς ἐξαίσιος δαίμων ὄφις ἰσχύι. κατὰ ὃ ὄφις παραπλήσιος. ἐπιφύεσθαι γὰρ κεφαλαὶ ταῖς ἀφ' ἑκάστης χεῖρις, καὶ πτέρυγες. Puto excidisse voculam οἱ. Lego, ἐπιφύεσθαι γὰρ οἱ. Lucianus Asino: Καὶ ἄφνω πτερὰ ἐκφύεσθαι αὐτῷ. Schol. Eurip. ad Phoen. 1161. Τυφὼς πτερύγεσσι δαίμων, ὃς τὸ σῶμα ἦν τῷ ἀέρι Schol. AEschyl. ad Prom. vers. 331. Μετὰ ταῦτα ἡ γῆ ὀργὴν μιγεῖσα τῷ τάρταρῳ τὸν ἑκατογχείρα Τυφῶνα ἐγέννησεν, ἅπαντων θηρίων ἔχοντα κεφαλάς. De ortu Typhonis quae ad Iliad. B. p. 261. ed. Bas. refert Eustath. etsi nimium mira sunt, quia tamen prolixiora sunt, exscribere operae pretium non duxi. Adeat ipsum, qui volet, & Tzetz. in Lycophr. p. 38. ed. Steph. MUNCK.

9 TARTARUS EX TARTARA] *Terra.* MICYLL. Etymol. Τυφωεύς. Ἡσίοδος αὐτὸν γῆς γέννημα λέγει. Στησίχορος δὲ ὁ Ἥρας μίσει καὶ μητρικαῖς Διὸς τίκτεσθαι αὐτόν. MUNCK. AEgyptii dicunt Saturni filium esse Typhonem & ἀναιρεθέντα πληγῇ ἁλὸς τῆς πλευρᾶς ἐκπεσεῖν. Plut. in Is. & Osir. Tom. II. p. 355. qui tota hac dissertatione de eo disputat.

10 SI VELLET SECUM DE REGNO CERTARE] Lactant. ad Stat. II. Theb. 595. *Ut, si vellet, secum de regno certaret.* MUNCK.

11 CUI CUM FLAGRARET] Si vera est haec scriptura, illa *super eum* redundant, estque dictum, ut illa Deuter. IV. 7. Οὐκ ἔστιν ἔθνος μέγα, ὃ ἔχει αὐτὸ θεὸς ἐγγίζων αὐτῷ. & IX. 28. Οὐκ ἦμεν ἐξάγαγεν αὐτούς. Psal. XIX. 3. οὐκ ἔχει ἀκούεται φωνὴ αὐτῶν. *Quorum non auditur vox eorum*, transtulit vulgatus interpres. Sed rectius puto τὸ *cui* in *qui* mutaveris. Ita enim Lactantius ad Statii illum versum modo laudatum, ubi hanc fabulam ex Hygino transcriptam inveni. MUNCK.

12 AETNAM SUPER EUM IMPOSUIT] Nihil hic mutandum, solet enim noster ita loqui, quod jam alibi notavi. SCHEFF. Lactantius, *AEtnam ei superimposuit.* Statius: *Superimposite moles geminata Colosso.* Secundum Virgilium AEn. IX. 716. *Inarime Jovis imperiis imposta Typhoeo.* AEtna autem Enceladi lib. III. 578. Sic idem pater ille Deorum Ophioni imposuit montem ab eo dictum Ophionium, ut nos docet Hom. Schol. ad Iliad. Θ. 479 De versu Virgiliano consule Brodaeum ad Q. Calabri lib. XII. Claver. ad Claud. R. P. III. 184. Voss. Etymol. in SIMIA. Male legitur in Lycophronis interprete p. 179. ὑπ' Ἀείμους ὄρεσι. Scrib. Ἀείμους. Fuerunt etiam, qui AEtnam Briareo impositam dicerent. Vide Schol. Callim. IV. 14. MUNCK. Variae variorum de hac fabula sunt sententiae, quas Lectori dabunt Schol. Pindari Od. Olymp. IV, 11. Serv. ad III. AEn. 578. Ryckius in Orat. de Gigantibus, quae legitur post Holstenii notas in Stephanum Byzantinum pag. 475. Cum nostro facit Apollodorus lib. I. p. m. 23. Sunt, qui Cumanum agrum *Phlegram* dictam volunt, ob Gigantas ibi fulmine percussos. Strabon. pag. 376. De ipso Typhone consule Schol. Apoll. Rhod. II, 1214, 1215. Herodot. II. 144, 156. III, 5. Tzetz. ad Lyco-

[1] PHAETHON. Solis & Clymenes filius, cum [2] clam patris currum conſcendiſſet, & altius à terra eſſet elatus, prae timore decidit in flumen Eridanum. Hunc Jupiter cum fulmine percuſſiſſet, omnia ardere coeperunt. Jovis, ut omne genus mortalium [3] cum cauſſa interficeret, ſimulavit, ſe id velle exſtinguere: amnes undique inrigavit, omneque genus mortalium interiit, praeter Pyrrham & Deucalionem. At ſorores Phaethontis, quod equos injuſſu patris junxerant, [4] in arbores populos commutatae ſunt.

## CLIII.

Lycophron. 178, 212, 1825, 1194. Philoſtrat. II. Icon. 17. lib. v. de Apoll. Tyan. cap. 13, 14, 16. cum ejus Interprete. Plut. in Iſide Tom. II. p. 351, 361. Athenaeum pag. 680. Obſ. Miſc. Nov. & Dec. 1732. pag. 350. Interpr. ad Ovid. V. M. 321. Bochart. in Can. p. 593. De fluvio Typhone, ab hoc gigante nomen adepto Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 919.

1 PHAETON &c.] Hoc caput in indice non numeratur. MICYLL. Iterum hic eſt peccatum, quod in capite ſuperiori. Duae namque fabulae diverſiſſimae ſub uno titulo comprachenſae ſunt. Etiam in indice hoc caput non numerari, Micyllus obſervavit. Quoniam hinc conſtat, eum quoque indicem ſero, & ab homine non ſatis circumſpecto factum. SCHEFF. Etiam heic peccatum ab illo eſſe, qui additis lemmatis in capita diſpeſcuit hanc mythologiam, recte obſervat Cl. Schefferus. Longè enim haec alia à praecedenti fabula. MUNCK.

2 CLAM PATRIS CURRUM] Apollo expugnatus Phaethontis filii, & uxoris Clymenes precibus, permiſit ei, ut ſolis currum regeret. Ut docet Lucianus in Dialogis Fabuloſis Dialog. XII. Adde Serv. ad X. AEn. 189.

3 CUM CAUSA] Id eſt Phaetonte, qui cauſa fuit incendii. Verum neſcio, an non vitium hic lateat. Deliberent alii. SCHEFF. H. e. *Cum Phaëtonte*, inquit Schefferus. Vide ſi verius ſit, *ſub praetextu vel obtentu aliquo.* Cauſa enim ſaepe quaelibet προφασις dicitur. MUNCK. Aliam diluvii, quo Jupiter terrarum orbem obruit, cauſſam docebunt Servius ad Ecl. VI, 41. Tzetzes mox citandus, Lact. ad Statii I. Theb. 222. ad III. Th. 560. De tempore, quo hoc diluvium contigit, diſſentiunt Veteres. Plerique ſtatuunt, ſub rege Nyctimo Lycaonis & Artoniae filio terram aquis eſſe deletam. Vid. Schol. Eurip. Oreſt. 1648. p. 264. Tzetzes ad Lycophron. vs. 72. & Apollodorus, quem citat Edw. Simſonius in Chronico A. M. 2492. Primum vero diluvium ſub Ogyge Thebanorum rege primo factum adfirmat. Lact. ad Statii I, Theb. 173. Sed vide Salmaſ. de L. Hell. pag. 334. Deucalionis diluvium fuiſſe ſub Amphictyone tertio a Cecrope Athenarum rege dicit Juſtin. II, 6. Sed vide Edw. Simſonium l. l. Confudiſſe diluvia iſta Graecos, & non niſi unum exſtitiſſe ſtatuit Salmaſ. de L. Hellen. pag. 309, 310, 311, 325, 333. Plures homines ex hoc diluvio fuiſſe ſervatos, docent Ephorus apud Athenaeum lib. III. cap. 24. p. 105. & Apollodorus lib. I. pag. 25, 27. & ex eo Salmaſ. de L. Hellen. pag. 297. ad pag. 348. De Megaro Jovis & Nymphae Sithnidis filio, qui in Geraniae verticem effugit, vide Pauſan. lib. I. cap. 40. p. 96.

4 IN ARBORES POPULOS] Virgil. Ecl. VI. 62. in alnos converſas fuiſſe canit. AEn. autem X. 190. in populos, ut noſter heic vult, Schol. Germ. Eridano. Hom. ad Odyſſ. p. 248. & Diod. lib. V. Nam in αἰγείρους eas converſas tradunt. Αἴγειρος autem propriè *populum nigram* denotat. Corrupte αἴγειροι dicuntur apud Homeri Scholiaſten. Conſer. Not. ad Geneal. Iſidorus Orig. lib. XVI. 9. *Electrum autem vocari fabuloſa argumentatio dedit. Namque Phaëtonte fulminis ictu interempto, ſorores ejus luctu mutatas in arbores populos, lacrymis electrum omnibus annis fundere juxta Eridanum amnem: & electrum appellatum, quoniam ſol vecitatus ſit alectron, plurimi poëtae tradiderunt. Conſtat autem non eſſe ſuccum populi, ſed pineae arboris.* Scrib. *elector.* Reſpexit Plin. lib. XXXVII. 2. Perperam & cap. 23. ejuſdem libri Iſidor. *Sol enim à poëtis electron vocatur.* Plura infra ad cap. 154. MUNCK.

## Ad CAP. CLIII.

5 VEL IRRIGATIONEM] Gloſſa hoc videtur, & ſequitur, cum *factum eſt*, quod ad *irrigationem* non poteſt referri. SCHEFF. Gloſſam eſſe autumat Cl. Schefferus, quod ſequatur, *factum eſt.* Ego hoc amplius τὸ *factum* mutaverim in *factus*, ut ad *Cataclyſmus* referatur: niſi *Cataclyſmum* neutro genere ſcripſit, ut *theſaurum*, *Pelope-*

## CLIII. *Deucalion & Pyrrha.*

CATACLYSMUS, quod nos diluvium [5] vel inrigationem dicimus, cum factum eſt, omne genus humanum interiit, praeter [6] Deucalionem & Pyrrham, qui [7] in montem AEtnam, qui altiſſimus in Sicilia eſſe dicitur, fugerunt. Hi propter ſolitudinem cum vivere non poſſent, [8] petierunt ab Jove, ut aut homines daret, aut eos pari calamitate adficeret. Tum [9] Jovis juſſit, eos lapides poſt ſe jactare. quos Deucalion jactavit, viros eſſe juſſit: quos Pyrrha, mulieres. Ob eam rem

*loponeſum*, & alia id genus inveni apud nonnullos deterioris aetatis ſcriptores. Certe *Cataclyſmum* neutro genere videtur poni in notis Tyronis pag. 194. ut *baptiſmum* apud Cyprianum in Sententiis Concilii Carthag. *Cum non ſit baptiſmum niſi in eccleſia unum.* Adde notas ad cap. 84. & 3. MUNCK. Generis maſculini vocem *cataclyſmus*, quaſi obliviſcitur Hyginus, dum neutrum *factum eſt* propius praecedenti nomini *diluvium* accommodat. Non fert quidem hanc rationem Munckerus, dum corrigit *Cataclyſmum* vel *factus*; ut nec Heinſius in his Fab. CXCII. *Ceterae ſorores poſtea luctu conſumtae, ſidera facta ſunt*: ubi vult *factae*. Magna tamen ejuſmodi exemplorum ſeges eſt. Juſtinus XXVII. 2. *nec* quicquam *illi .. praeter paucos naufragii comites*, reſiduos *fortuna fecit*. lib. XLIV. 3. *Gallograeciae autem* portio *Ampbilochii* dicuntur. Cicero de leg. I. 7. *ut jam univerſus* mundus *una civitas .. ſit* exiſtimanda: Aliàs plura. WOPKENS.

6 DEUCALIONEM] Hic Promethei & Pandorae filius fuiſſe traditur ab Heſiodo & Apollonio lib. III. 1085. ad quem verſum conſule Scholia, & Lucianum in Deâ Syriâ; unde diſces, Deucalioni quae tribuuntur, ea maximam partem convenire Noacho. Triclinius in Pind. Olymp. IX. matrem Deucalionis Clymenen facit. Ἰαπετῷ, inquit, παῖδες Προμηθεὺς καὶ Ἐπιμηθεύς. Προμηθέως καὶ Κλυμένης Δευκαλίων, ὁ καὶ Ὄσσης καλούμενος. Ἐπιμηθέως καὶ Πανδώρας, Πύρρα. MUNCK. Promethei & Heſionae ſive Axiotheae vocatur filius a Tzetze ad Lycophron. vs. 1283. Hic Deucalion in Theſſalia regnaſſe dicitur ab Hellanico apud Schol. Apoll. Rhodii III. 1084. & 1085. & a Schol. Theocriti Idyll. XV. vs. 141. & idem fuiſſe creditur, qui Thubal, cui a patribus Graecis in diviſione terrarum etiam Theſſalia adſignata fuit. Conſule Cl. Salmaſ. de Ling. Hellen. pag. 338, 339. & 340. Dicunt Phaethontem primum poſt diluvium Theſprotorum ac Moloſſorum fuiſſe regem, inque Epirum cum Pelaſgo veniſſe. Alii Deucalionem & Pyrrham, exſtructo prope Dodonam templo, apud Moloſſos ſedem poſuiſſe memorant. Plutarch. in Pyrrho pag. 383. Athenis habitaſſe, & ibi Olympii Jovis templum exſtruxiſſe ajunt Athenienſes, ejuſque ſepulcrum oſtentant. Pauſan. lib. I. cap. 18. p. 43. Haec fabula, ut recte docti animadvertunt, ex Moyſis hiſtoria conficta eſt. Adde Schol. Homeri Iliad. A. 10. & Bochart. lib. I. de Columba Noachi cap. 6. pag. 31.

7 IN MONTEM AETNAM] Servius ad Ecl. VI. 41. in monte Atho ſervatos eos prodit. Ovid. I. Met. 317. in monte Parnaſſo, quem Λαφιστὸν vocatum primitus tradit Andron apud Apollon. Schol. ad lib. II. vers. 713. & Etym. in Παφιστὰς, quod ibi adhaeſerit ἡ λάρναξ τῆ Δευκαλίωνος, cujus Lucianus quoque meminit in de Saltatione p. 930. Tom. I. edit. Bened. Nihil tamen heic mutandum. Audi Scholiaſten Germanici Aquario: *Nigidius Hydrocboon ſive aquarium exiſtimat eſſe Deucalionem Theſſalum, qui maximo Cataclyſmo ſit relictus cum uxore Pyrrha in monte AEtna, qui eſt altiſſimus in Sicilia.* MUNCK. In monte Parnaſo ſervatos eſſe plerique ſtatuunt. Conſule Pauſaniam lib. X. cap. 6. & confer cum eo Lucianum in Timone lin. 51. Schol. Eurip. Oreſt. 1096. parum diſſentient. s. Adde Lact. ad Statii I. Theb. 118. Verum conſule Salmaſ. de L. Hell. pag. 300. & 326, 327.

8 PETIERUNT AB JOVE] Immo à Themide quaeſierunt rationem generis humani reparandi. Auctores Ovidius, Arnobius, Lactantius, aliique. Cum Hygino tamen faciunt Apollod. lib. I. Tzetzes Chil. VIII. 134. Schol. German Aquario. Euſtath. ad Hom. Iliad. A pag. 18. ed. Baſ. Non ergo cauſa erat, cur erroris à Barthio & Elmenhorſtio argueretur Hyginus. Majori jure notent Horat. commentatorem ad lib. I. od. 2. ubi Apollinem ab illis conſultum tradit. MUNCK.

9 JOVIS JUSSIT] Oraculo Themidis id edocti ab aliis eſſe dicuntur. V. Lact. ad Statii III. Theb. 560. Serv. ad Ecl. VI, 41. Cloſan. ad Ovid. I. M. 379.

rem Laos dictus: [1] Laos enim graece lapis dicitur.

## CLIV. *Phaethon Heſiodi.*

[2] PHAETHON [3] Clymeni Solis filii & Meropes nymphae filius, quam Oceanitidem accepimus, cum [4] indicio patris avum Solem cognoviſſet, impetratis curribus male uſus eſt. nam cum eſſet propius terram vectus, vicino igni omnia [5] conflagrarunt: & fulmine ictus [6] in flumen Padum cecidit. Hic amnis à Graecis Eridanus dicitur, [7] quem Pherecydes primus vocavit. Indi autem quod calore vicini ignis ſanguis in atrum colorem verſus eſt, nigri ſunt facti. Sorores autem

1 LAOS ENIM] Comeliniana habet *Laos*, abſque cauſſa. *Las* enim rectum eſt, a Graeco λᾶς, quod eſt contractum à λᾶας, de quo Heſychius: λᾶας. λίθος. Niſi malis *Laas*. Apollodorus lib. 1. ubi agit hac de re: λαοὶ μεταφορικῶς ὀνομάσθησαν ἀπὸ τοῦ λάας ὁ λίθος. SCHEFF. Scribo, λάας. Apollod. lib. 1. Ὅθεν καὶ λαοὶ ὠνομάσθησαν ἀπὸ τοῦ λάας λίθος. Schol. German. *Ob quam rem* λαὸς *Graecè populus dicitur, quia* λάας *antiquitus lapis dicitur.* Confer Schol. Hom. ad Iliad. Α. 10. Etym. magnum in Λαεί. Alluſit huc Ovidius 1. Met. *Inde genus durum ſumus experienſque laborum, Et documenta damus, qua ſimus origine nati.* Putes reſpexiſſe Virgil. 1. Georg. 63. *Unde homines nati durum genus.* Ubi Servius: *Nam & Graecè populi* λαοὶ *dicuntur à lapidibus.* λαοὶ *enim lapides dicuntur.* Lege, λάες. Lapides autem iſtos nova hominum ſemina ſumſerunt ex petra Agdo, narrante Arnobio lib. v. Caeterum Etymologiae hujus alias cauſas affert Schol. Pindari ad Olymp. Θ. & Euſtath. ad Homericum, quem laudavi modo locum. MUNCK. Vid. Schol. Pindari Olymp. Od. IX, 66.

## Ad CAP. CLIV.

2 PHAETHON HESIODI] In opere forte aliquo deperdito iſtam fabulam tradidit Heſiodus. In Θεογονίᾳ, quae hodie exſtat, Phaëthontem Cephali & Aurorae facit filium. MUNCK. Praeter Heſiodum alii quoque Cephali & Aurorae filium faciunt. V. Pauſan. lib. 1. cap. 3. De hoc Lemmate egi in Obſ. Miſc. Vol X. Tom. II. p. 304.

3 CLYMENI SOLIS FILII] Aliter ſupra fab. 152. Sed non eoſdem ubique ſequitur auctores, & unam rem quandoque tradit diverſimode. SCHEFF. Cap. 152. *Ex Clymene & Sole* dicitur natus. Atque ita & Ovidius 1. Met Servius ad Ecl. VI. aliique. Quos hoic ſecutus ſit auctores, nondum comperi. MUNCK. V. Pauſan. lib. 1. cap. 3. p. 10. & Lact. ad Statii 1. Theb. 221. qui etiam in Padum decidiſſe Phaethontem, & ad XII. Th. 413. Phaethontis ſorores in arbores populos eſſe converſas docet; uti Schol. Apoll. Rh. IV, 603.

4 INDICIO PATRIS] *Matris* ſecundum Naſonem Met. 1. Heinſius. MUNCK.

5 CONFLAGRARUNT: ET FULMINE ICTUS] Exiſtimo ſcripturam veram eſſe, *conflagrarunt. At fulmine ictus.* SCHEFF. *At fulmine* mallet Cl. Schefferus. Vide notas ad cap. 8. MUNCK.

6 IN PADUM] Ariſtoteles in Admirandis *in lacum vicinum illi flumini* cecidiſſe refert. MUNCK.

7 QUEM PHERECYDES PRIMUS VOCAVIT] Sententia eſt, Eridani vocabulum ante Pherecydem nemini fuiſſe notum, ipſumque primum excogitaſſe. Nam revera nullus eſt Eridanus. Vide Strabonem lib. v. SCHEFF. Sententia eſt καὶ Schefferum, Pherecydem primum excogitaſſe vocabulum Eridani. Ego ſententiâ non multum diverſâ volui antehac, *Quem Pherecydes Padum vocavit.* h. e. quo nomine Pherecydes Padum vocavit: niſi mavis, *quem Pherecydes Padum putavit.* Vel, *quem Pherecydes primus Padum vocavit.* Schol. Germanici Eridano. *Ab Arato & Pherecyde Eridanus Padus eſſe putatur.* Servius AEneid. VI. 659. *Qui in Italia, id eſt, in Venetia Padus vocatur.* Certum eſt à quodam poëta vocabulum Eridani eſſe fictum. Vide Herod. Thaliâ pag. 109. edit. Hervag. Euſtath. ad Dionyſ. p. 10. Cato ille ſuppoſititius in Originum libris: *Padus ante à duce Coloniarum Eridanus, ſed à profunditate Botigon ab Hetruſcis, & Botigon à Liguribus, & à circa arbore picea Gallice Padus appellatur.* Βόχιρος eſt Theoni ad Aratum pag. 144. ed. Valder. quod mutat in Βόδινος Editor Londinenſis. Servius ab Eridano Solis filio appellatum vult ad AEn. VI. 659. Capella lib. v. *Italia etiam Pado flumine memoranda, quem Graecia dixit Eridanum.* Certe Eridani vocabulum eſt antiquius. Diodorus lib. v. *In oſtia Padi delapſus eſt, qui quondam Eridani nomen habebat.* Si Βατραχομυομαχίᾳ Homerum, ut Martial. Apophoret. 183. & in voce Ἀχίλλεως Thomas Magiſter cenſent, habet auctorem, notum erat jam ante Pherecyden Eridani vocabulum. Legitur enim in eâ vers. 20. παρ' ὄχθας Ἠριδανοῖο. Confer Plin. lib. III. cap. 16. MUNCK. In Eridanum Celticae fluvium decidiſſe Phaethontem docet Schol.

autem Phaethontis, dum interitum deflent fratris, in arbores ſunt populos verſae. Harum lachrymae, ut Heſiodus indicat, in [8] electrum ſunt duratae: Heliades tamen nominantur. Sunt autem, Merope, Helie, AEgle, Lampetie, Phoebe, AEtherie, Dioxippe. Cygnus autem rex Liguriae, qui fuit Phaethonti propinquus, dum deflet propinquum, in cygnum converſus eſt. Is quoque moriens flebile canit.

## CLV. *Jovis filii.*

[9] LIBER ex Proſerpina, quem Titanes [10] carpſerunt: Hercules ex Alcu-

Schol. Apoll. Rhod. IV, 596. qui hunc fluvium diſtinguit ab Eridano Attico, de quo Pauſan. lib. I. cap. 19. pag. 45. Πεζομαὶ δ' Ἀθηναίοις ἐίσιν Εἰλισσός τι, καὶ Ἡρόδωρος τοῦ Κιλλικὸς καλῶ τὰ αὐτὰ ὄνομα ἴσχει, ἐκδιδὺς ἐς τὸν Ἐλισσόν. & Celticum Eridanum eſſe, in quem decidit Phaethon, docet idem Pauſan. lib. I. cap. 3. pag. 10. De nomine *Eridano* item *Pado* Olear. ad Philoſtrati lib. I. Icon. cap. 11. & ante eum Cerda ad Virg. I. Georgic. 482. *Proluit inſano contorquens vortice ſylvas Fluviorum rex Eridanus.* Qui lib. IV. G. 372. canit *Eridanus, quo non alius per pinguia culta In MARE PURPUREUM violentior influit amnis.* Qui imitatur Eurip. Hippol. 737. ΗΡΙΔΑΝΟΥ Θ' ὕδωρ, ἔνθα ΠΟΡΦΥΡΟΝ γαλάκτωσιν Εἰς Ο'ΙΔΜΑ ΠΑΤΡΟ'Σ πεζεύλαισιν Κόραι Φαέθοντος εἵκτῳ, δακρύων τὰς ἠλεκτροφεῖς αὐγάς. Ubi etiam Celtico de Eridano hoc pluribus agit Scholiaſtes. Πατὴρ vero Eridanus vocatur, non, ut Scholiaſtes ait, quia populi arbores Eridani hujus aqua aluntur, ſed eodem modo, quo Virgilius eum vocat *Regem fluviorum.* Sic praeter alios Nilus per excellentiam vocatur *pater.* Vid. Broukh. ad Tibull. I, VIII, 23. qui peculiarem ejus nominis, & honoris Nilo habiti reddit rationem. Livius lib. II. cap. 10. *Tiberine pater*, ubi *Tiberinus* pro ipſo fluvio Tiberi ponitur. Vide ibi Sigon. Ceterum, Phaethontis fabulam explicat Anonymus de Incredibil. cap. 13.

8 ELECTRUM] Philargyrius ad Georg. III. 522. *Quod à nobis ſuccinum appellatur, electrum vocant Graeci.* Servius ad AEn. VIII. 402. *Secundum Plinium in Naturali Hiſtoriâ ſunt tria electri genera; unum ex arboribus, quod ſuccinum dicitur* &c. Priſcianus Periegeſi: *Hic electra legunt alnis ſtillantia Celtae, Succina quae memorant, mellis vinive colore.* Videndi de electro Plin. lib. XXXVII. cap. 2. Iſidorus lib. XVI. cap. 23. & 9. Caſſiodorus Var. II. 2. Solinus cap. 33. Diodorus lib. V. Alciatus Parerg. lib. VII. cap. 4. Brodaeus in Q. Calabri lib. V. Hoelzlinus ad Apollon. IV. 604. Fabricius Commentario in poëtas Chriſtianos, in vocibus *Electrum* & *Succinum.* Etym. magni auctor in Ἠλεκτρον. Euſtath. in Dionyſ. vers. 293. Βερενίκιον vocari à vulgo notat Euſtath. Odyſſ. pag. 150. ed. Baſ. MUNCK. De Electro v. Schol. Eurip. Hippol. 740. & Olear. ad Philoſtrati lib. I. Icon. cap. 11.

## Ad CAP. CLV.

9 LIBER EX PROSERPINA] Recte, confirmatque Tzetzes. SCHEFF. Schol. Pind. ad Iſthm. od. VII. Ὁ ἐκ Περσεφόνης γεγονὼς Ζαγρεὺς Διόνυσος. Adde Etym. magnum in Ζαγρεύς. Tzetzen in Lycophron. vs. 355. Athenagoras in Legat. pro Chriſt. p. 20. *Poſtea etiam Proſerpinam filiam ſuam ſub draconis ſpecie vitiavit, & Dionyſium ex eâ genuit.* Ampelius cap. 9. *Liberi quinque. Primus ex Jove & Proſerpinâ. Hic agricola & inventor vini, cujus ſoror Ceres. Secundus Liber ex Merone & Flora, cujus nomine fluvius eſt Granicus. Tertius de Cabito, qui regnavit in Aſiâ. Quartus ex Saturno & Semele, dicunt. Quintus Niſi & Heſionae filius.* Non uno loco corruptus iſte Ampelii locus. Pro *Merone* vide, an reſtitui debeat *Melone.* quo nomine dictus olim Nilus, ut teſtatur Feſtus. Nilo enim natus ſecundus Dionyſus à Cicerone dicitur lib. III. de Nat. Deor. Pro *Cabito* reponam *Caprio* ex eodem: pro *Heſionae*, *Thymae.* Euſeb. Praepar. p. 34. ed. Steph. Τὸν ὑπό τινων Σαβάζιον ὀνομαζόμενον, τὸν Διὸς καὶ Περσεφόνης γενόμενον. Idem eſt qui Oſiris. Vide Tzetzen in Lycophron. vs. 212. alioſque. MUNCK. V. Schol. Ariſtoph. Ran. 326. Spanh. ad Call. H. Cer. 71. Meziriac. ad Ovid. Epiſt. IV. Heroid. Tom. I. p. 377. hinc Ceres, quae a nonnullis Bacchi mater vocatur, Proſerpina, & Bacchus ſunt θεοὶ παρεδροι. De quibus Arnaldus de Dis Paredris cap. 23. qui Bacchus inprimis ab Atticis colitur, alter ex Semele Cadmi filia Thebis. Vid. Arrian. apud Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 1153. Hujus templum in Eleuſini erat. V. Schol. Ariſtoph. Ran. 346. Alter Thebis colitur, quia Thebis natus. V. Schol. Eurip. Phoeniſſ. 652. a quo Baccho vinum dicitur inventum juxta Eurip. Bacch. 278

10 CARPSERUNT] H. e. διέσπασαν, diſcerpſe-

Alcumena, Liber ex Semele [1] Cadmi & Harmoniae, Caſtor & Pollux ex Leda Theſtii filia, Argus ex Nioba Phoronei filia, Epaphus ex Io Inachi filia, Perſeus ex Danae Acriſii filia, Zethus & Amphion ex Antiopa [2] Nyctei filia: Minos, Sarpedon, & Rhadamantus [3] ex Europa Agenoris filia. [4] Helena ex Pyrrhâ Epimeti filia, [5] Ethalion ex Protogenie Deucalionis filia, [6] Dardanus ex Electra Atlantis filia, [7] Laruntdiſtraxerunt. Simplex pro compoſito ſuo more uſurpat. Chryſol. Serm. XI. *Rabido dente carpuntur.* Cap. 167. *Liber Jovis & Proſerpinae filius à Titanis eſt diſtractus.* Arnob. lib. V. *Ut occupatus puerilibus ludis diſtractus ab Titanibus Liber fit, ut ab iiſdem membratim ſectus, atque in ollulas conjectus, ut coqueretur.* Idem lib. I. *Membratim ab Titanis diſcerptum ſanctum confecratione mactatis.* Confer Euſeb. Praep. lib. II. pag. 41. ed. Steph. Aſtron. II. 7. *Quae corpus ejus decerperent interfecti.* Ubi malim *diſcerperent.* quanquam videri poſſit *decerpere* poſuiſſe pro *carpere*, ut *detruncare* pro *truncare.* Vitalis tumulo Ciceronis: *Qui caeſus graviter, qui detruncatus acerbè, Hoc Lamiae debet, quod jacet in tumulo.* Et Cyprianus Serm. de ſtellâ & magis: *Avulſi à matrum uberibus detruncantur.* Bene ergo gloſſae Steph. *Detruncat*, ἀκρωτηριάζει. Sed *diſcerperent* edidit, ut video, illo Hygini loco pridem Soter. Caeterum *carpere* de Cicerone ad eundem modum uſurpat in ejus tumulo Vomanus: *Sed fortuna nocens miſerando funere raptum Carpſit, & hoc voluit membra jacere loco.* Et Severus ex emendatione ſummi Gronovii: *Tanquam ſola foret carpti Ciceronis imago.* Videndus praeterea de hac fabulâ Clemens Paraen. pag. 11. ubi διέσπασαν habes, quod *diſcerpere* rectius, quam *decerpere* Latinè dicas. Gloſſ. Philox. *Diſcerptus*, διεσπασμένος. MUNCK. Sic *carpere crines* pro diſcerpere Paſſ. ad Prop. II, IV, 23.

1 CADMI ET HERMONIAE] Scribendum, *Harmoniae*, omnium conſenſu. SCHEFF. Omnino *Harmoniae* cum Scheffero reponendum. Vide Geneal. cap. 6. & 148. MUNCK.

2 NICTEI] *Nyctei* ſcribe. eſt enim Νυκτεύς Graecis. Sed jam ſupra monui e pro ae, i pro y, tenues pro adſpiratis, frequenter poni apud hunc ſcriptorem, tanquam ſtatim *Rhadamantus* pro *Rhadamanthus.* MUNCK. Ab aliis Mercurii filius dicitur. V. Lact. ad Statii I. Theb. 10.

3 EX EUROPA AGENORIS FILIA] Certè hos tres Europae filios ex Jove facit quoque Homer. Scholiaſtes ad Iliad. M. 397. Servius autem ad AEn. I. 104. Sarpedonis matrem *Laodamiam.* Nimirum duo fuerunt Sarpedones, quorum alter Jovi ex Laodamiâ, alter ex Europâ natus. MUNCK. Vidimus ad cap. 52. AEacum ex AEgina eſſe natum: adde Pind. O. Iſthm. VIII. 45. & Tzetz. ad Lycophr. 176.

4 HELENA EX PYRRHE PIMETI FILIA] Pimetum illum alibi non reperio. Suſpicor ſcribendum, *Pyrrhe Epimethei filia.* Vide ſupra c. 142. quanquam nemo alius hanc Helenae faciat matrem, quod ſciam. SCHEFF. Scribe, *Pyrrha Epimethei filia.* Schol. Pind. ad Olymp. Θ. Πύρρα ἡ Δευκαλίωνος γυνὴ, θυγάτηρ Ἐπιμηθέως. Adde notas ad cap. 142. An quiſquam alius hanc Helenae matrem faciat, fateor me cum Cl. Scheffero neſcire. MUNCK.

5 ETHALION EX PROTOGENIE] Valde dubito de hac ſcriptura. Pauſaniae in Eliacis prior. eſt *Aëthlius*, Jovis & Protogeniae, Deucalionis filiae, filius. Neque aliter reperias apud Apollodorum lib. I. Et poteſt apud noſtrum prima littera excidiſſe propter ſimilitudinem ultimae in praecedenti vocabulo. Sequitur tamen *Etolus*, qui ſine dubio eſt *Aëthlius.* SCHEFF. Scribe, *Protogenid* De Ethalionis vocabulo merito dubitat Cl. Schefferus. Longè certè aliter Schol. Pindari ad Olymp. od. Θ. Πύρρας καὶ Δευκαλίωνος Πρωτογένειαι; ἧς καὶ Διὸς Ὄπους. Eadem legas apud Apollon. interpretem ad vers. 1780. lib. IV. MUNCK. De Protogenia Calydonis & AEoliae filia agit Apollodor. lib. I. p. 31.

6 DARDANUS] V. Serv. ad I. AEn. 32. II, 325. III, 167. VII, 207. VIII, 130. 134. IX, 10. Tzetz. ad Lycophr. 29, 72, 219. Schol. Apoll. Rh. I, 916, 917. Conon Narrat. XXI. apud Photium pag. 434. Hic primus Jovi ſacra fecit. V. Lact. ad Statii IV. Theb. 590.

7 LACEDAEMON EX TAYGETE] V. Pauſan. lib. III. cap. I, & 20. De Taygete Schol. Pind. Olymp. Od. III, 54. Serv. ad IV. Georg. 232. A matre Taygete Laconiae montem Taygetum adpellavit Lacedaemon. V. Schol. Eurip. Oreſt. 626. De monte Spanh. ad Callim. H. Dian. 188.

8 HIMANTIS FILIA] Suſpectum mihi hoc vocabulum, nec obſervavi alibi, quod ſciam. SCHEFF. Saturni filiam facit Schol. Pindari ad Olymp. I. Πλουτὼ φησὶ, inquit, θυγάτηρ Κρόνου, ἧς Ταΰγετος ὁ πατὴρ Πλούτωνος. Schol. Heſiod. ad Θεογ. vers. 355. *Oceani.* MUNCK. V. Meziriac. ad Ovid. Tom. II. p. 329. 330.

9 AEGIPPAN] *AEgipana.* MICYLL. Scribendum *AEgipan ex capra Boeotiae. Arcas ex Caliſto.*

7 Lacedaemon ex Taygete Atlantis filia, Tantalus ex Plutone 8 Himantis filia, AEacus ex AEgina Aſopi filia, 9 AEgipan 10 ex capra Boetis * 11 Arcada, ex Calliſto Lycaonis filia. 12 Etolus ex Protogenia Deucalionis filia, Pirithous ex 13 Dia Eionei filia.

## CLVI. *Solis filii.*

Circe 14 ex Perſeide Oceani filia, 15 Paſiphae ex Clymene

*liſto.* De Arcade res nota ex Pauſania & Apollodoro, ipſoque noſtro fab. 176. De *Boeotiae* dubito, & forte *Boeti*, aut aliud quidpiam legendum. Nam videtur ejus latere nomen, cujus capra fuit. SCHEFF. Scribe *AEgipan* cum Scheffero. Vide Poët. Aſtron. II. 13. & 28. Schol. German. Capricorno. Lexic. Cyrilli, Αἰγίπαν, *Semicaper.* Meminit ejus quoque Apollod. lib. I. cap. 18. Capella in recto *AEgipanus* videtur agnoſcere, cum ſcribit lib. VI. pag. 215. *Satyris AEgipaniſque bacchantibus.* Adde not. ad Aſtron. II. cap. 13. MUNCK.

10 Ex capra Boetis] Poët. Aſtron. II. 13. dicitur natus ex AEgâ Panos uxore. An ergo legendum, *ex capra Panos?* Etym. magni auctor AEgam Panos filiam facit, & eam primam Jovi nuptam dicit. Vide eum in αἰγίοχος. Cl. Scheferus conjicit, *Boeotiae* vel *Boeti.* Sed ſic mallem, *Boetid.* MUNCK. De AEgipane Plut. in Gryllo pag. 991. & If. Voſſ. ad Melam. I, VIII, 63.

11 Arcada] Scribere debuiſſet, *Arcas*, & *Calliſto* pro *Caliſto.* Cretei filiam facit Calliſtonem Euripidis Scholiaſtes ad Oreſt. vers. 1649. Κρητὸς ὁ ἐκ Σιδόνος ἴσχε Καλλιστώ. Ταύτην φασὶν ὑπὸ Διὸς Ἀρκάδα τεκνοποιῆσαι. Videri poteſt recto caſu dixiſſe *Arcada*, ut *Perdica* Fulgentius lib. III. cap. 2. *Atlanta* & *Heroida* Prolog. lib. I. *Tripoda* pro tripus cap. 6. Adde notas ad caput 2. lib. III. Schol. Stat. ad lib. VII. Theb. 267. *Unam Arcadam, cujus Parthenopaeus erat filius.* Plura dixi in Diſſertatione de Hygino, & ad Fulgent. Prol. lib. I. MUNCK. *Calliſto* pro *Caliſto* ſcribendum quoque in Servio ad I. Georg. 67. & in Lact. ad Statii III. Theb. 685. De Arcadis parentibus parum conſtat. Charon Lampſacenus Apollinis & Calliſtûs filium. V. Tzetz. ad Lycophr. vs. 480. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. 414. Jovis & Themiſtûs filium facit. Duris lib. XV. Macedonicon, apud Schol. Apoll. Rh. IV, 264. & Schol. Ariſtoph. Nub. 397 Orchomeni filium vocat. Cum Hygino facit Schol. Callim. H in Jovem 41. Lycaonis filium adpellat Schol. Apoll. Rh. I, 162. Calliſto Lycaonis filiam eſſe docet etiam Pauſan. I, 25. VIII, 3, 4. Fuit & alia Calliſto juxta quoſdam Ulyſſis ſoror. De qua Mnaſeas Patrenſis apud Athenaeum lib. IV. cap. 15. pag. 158.

12 Etolus] Aëtlius. ſic Pauſ. in Eliac. MICYLL. Micyllus ex Pauſania, *Aëtlius.* Scribe cum aſpiratione *Aëthlius* ex Gr. Αἰθλίῳ Apollodori lib. I. pag. 20. Fuit ille Aëthlius pater Endymionis. Vide Schol. Apollon. ad lib. IV. 57. Corruptè *Aëtbmum* appellat Conon cap. 14. apud Photium. MUNCK. Ita Hyginum emendaverat Meziriac. ad Ovid. Epiſt. III. Heroid. p. 280.

13 Dia Oenei filia] Etiam haec mihi ſunt ſuſpecta. Nam aliter de his Homerus in Iliade. SCHEFF. Oſtendi ad Anton. Liberalis cap. 2. legendum eſſe *Dii Dionei filii.* Quam conjecturam firmat etiam Homeri Scholiaſtes ad Iliad. A. 268. Addo, jam nec malè poſſe reſcribi, *Eionei.* Tzetzes Chil. IX. 273. Ἔχει κόρης γάμους ποινὴν Δίαν Δωναίαν. Ἄλλως Ἡσιόδῳ ὁ πάππος γεγονὼς τῆ διλῆ. Atque ita eum appellat quoque Apollon. Schol. ad lib. III. 62. Perperam Ἡσιονὶς dicitur Diodoro lib. IV. pag. 272. Sed idem ille modo ad partes vocatus Tzetzes ad Heſiod. Aſp. vers. 178. Diam Βοιώτιν facit filiam: quod tamen hactenus dictis fraudi eſſe nec debet, nec poteſt. Confer Euſtath. ad Iliad. pag. 75. ed. Baſ. Corrigendus in tranſitu etiam Horatii Scholiaſtes in Art. p. 626. ed. Cruq. *Ixion cum filiam Eionei accepiſſet uxorem* &c. Scrib. *Deionei* vel *Eionei.* MUNCK. Vide Bibliotheque Raiſonnée Tom. XX. part. I. p. 168.

## Ad CAP. CLVI.

14 Ex Perside] Scribendum eſt, *Perſeide*, ſic enim omnes vocant. SCHEFF. Scribendum *Perſeide* ex Heſiod. Θεογ. 356. & Apollod. lib. III. pag. 131. *Perſen* appellat Tzetzes Chil. IV. 137. Hacius ad Lycophron. pag. 35. & Schol. Hom. ad Odyſſ. K. 139. MUNCK. Ab aliis AEetae & Hecates filia vocatur, ſoror Medeae natu major. V. Schol. Apoll. Rh. III. 242. AEetae erat ſoror. V. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. 692 Noſter, ut alibi, ſequitur Heſiodum. V. Schol. Apoll. Rh. III, 200. qui ad II, 402. duas hujus nominis fuiſſe feminas docet. Cur Solis filia vocetur, quod figmentum deridet Lact. ad Statii IV. Th. 552. docet Serv. ad VII. AEn. 19.

15 Pasiphae ex Clymene] Paliphaë non fuit

ne [1] Oceani filia, Phaethon, Lampetie, AEgle, Phoebe.

## CLVII. *Neptuni filii.*

[2] Booetus & Hellen ex Antiopa AEoli filia, [3] Agenor & Bellero-

ex Clymene, ſed ex Perſeide, quod ex Pauſania eſt notum. Quare ſcribo, *Circe ex Perſeide, Oceani filia, ac Paſiphaë. Ex Clymene* &c. SCHEFF. Cum Paſiphae non ex Clymene, ſed Perſeide fuerit nata, ut praeter Pauſaniam etiam Apollodor. lib. III. & Schol. Hom. ad Odyſſ. Λ. 325. teſtantur, aſſentior Cl. Scheffero reſcribenti, *Circe ex Perſeide Oceani filia, ac Paſiphae. Ex Clymene* &c. Conſentit & Ovid. Met. I. Sunt tamen, qui Phaëthontem non ex Clymene, ſed Rhode Aſopi filiâ ortum tradiderint. Schol. Hom. ad Odyſſ. P. vers. 208. Ἥλιος Ῥόδῃ μιγεὶς τῇ Ἀσωποῦ, παῖδας ἐσχε, Φαέθοντα καὶ Λαμπετίην, καὶ Φαέθουσαν. MUNCK.

1 Oceani filia] Nonnulli apud Hom. Schol. ad Odyſſ. Λ. 325. hanc Minyae Neptuni filii filiam faciunt. Quae heic deſunt, ſuppleri poſſunt ex Tzetz. Chil. IV. 137. Scholiaſte Pindari ad Olymp. Z. & Geneal. noſtri. MUNCK.

## Ad CAP. CLVII.

2 Booetus et Hellen] Alii *Boeotum* & *AEolum* vocant, matrem autem *Melanippam*. MICYLL. Grotius in notis ad Imagines Arateas ſuſpicatur: *Boeotus ex Melanippe AEoli filia*. SCHEFF. Scribe *Boeotus*. Corruptius infr. cap. 186. 252. *Boetus*. Grotius, ut notavit Cl. Schefferus, ad imagines Arateas, ſuſpicatur ſcribendum, *Boeotus ex Melanippe AEoli filia*. Vide ſi magis forte placeat, ut reponatur ex cap. 186. & 252. *Boeotus & AEolus ex Melanippe AEoli filiâ*. Καὶ Διόδωρος lib. IV. cos ex Arne ſuſcepit Neptunus, quae AEoli erat filia. Tres AEoli fuere inter AEolidas. Vide eorum genealogiam à Rhodomanno accuratè deſcriptam ad Diodor. pag. 361. MUNCK. Cum Diodoro Boeotum Arnes filium facit Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 426. a qua Arne Aeoli filia, urbs Arne in Boeotia & Theſſalia (de qua Schol. Thucydid. lib. I. cap. 12.) nomen adepta eſt. V. Pauſan. lib. IX. cap. 40. qui cap. I. hujus libri Boeotum Itoni ex Amphictyone nati, & Menalippes filium facit. Quae Euſt. de origine nominis Boeotiae profert, confirmant Schol. Eurip. Phoeniſſ. 641. Serv. ad III. AEn. 88. & Lact. ad Statii VII. Theb. 604.

3 Agenor] Hic ab Euripidis Scholiaſte ad Phoen. vers. 5. & Tzetze Chil. VII. 136. dicitur Neptuno natus ex Libye Epaphi filia. MUNCK. *Bellerophon* Glauci filius vocatur a Pauſania lib. II. cap. 4. Lact. ad Statii IV. Theb. vs. 590. Apollodoro pag. m. 41. Homero Iliad. Z vs. 155. Verum ibi Schol. Ἦν ὁ φάσκων ἐκ Ποσειδῶνος, ἐπικλίσει ὁ Γλαύκου. Quidquid ſit; Neptuni filius vocatur, quia fuit rei nauticae peritus, ut patet e Palaephato de Incred. cap. 29. De *Agenore* Servius ad I. AEn. 338. *Agenor autem Neptuni filius, rex Libyae & Phoenicis*. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 899. φασὶ γάρ, ὅτι Λιβύης υἱὸς Ἀγήνωρ. Schol. Eurip. Phoeniſſ. vs. 298. Ἶσις Ἐπαφοῦ, οὗ Λιβύη, ἧς Ἀγήνωρ. Conſule celeb. P. Burm. ad Servii locum, & Apollodor. lib. II. p. 77.

4 Eurynome] Ab Apollod. lib. I. pag. 33. *Eurymede* dicitur Bellerophontis mater. MUNCK. De variis *Eurymonis* Celeb. P. Burm. ad Ovid. IV. Met. 210.

5 Rias] *Antas* ut eſt apud Pauſ. in Boeot. MICYLL. Probo Micylli emendationem, *Antas* legentis ex Pauſaniae Boeoticis, ubi hic Alcyones Atlantis & Neptuni filius memoratur. Niſi *Hyrieus* malis cum Nobil. Heinſio. Vide Not. ad Ovid. V. Faſt. p. 281. SCHEFF. Nob. Heinſius ad V. Faſt. Ovid. vers. 499. reſtituit *Hyrieus*. Micyllus ex Pauſania *Antas*. Heinſianam conjecturam praefero. Reſtituendum idem vocabulum Schol. Germanici fabulâ Pleiadum: *Cum Neptuno*, inquit, *Alcyone, ex qua Hercus*. Scrib. *Hyrieus*. Schol. Hom. ad Iliad. Σ. 488. Ὑρίεύς ὁ Ποσειδῶνος καὶ Ἀλκυόνης. Idem legas ad Catal. vers. 3. *Hyrea* noſter appellat Aſtron. II. 21. MUNCK.

6 Herilei filia] Corruptum τὸ *Herile*: pro quo *Herilei* exhibent Micyllus & Commelinus. Quod quomodo reſtituerem, haeſi aliquandiu. Arethuſa eſt inter Heſperidas Atlantis filias ex Heſperide, ut quidam voluerunt, Heſperi filia. Palaephatus ſimpliciter Heſperi filias facit, ut & Servius ad AEn. IV. 484. Unde ſuſpicabar ſcripſiſſe Hyginum, *Heſperi filia*. Niſi mavis, *Nerei filia*. Eſt enim Arethuſa etiam Nereidum una. Sed prius praeferam. MUNCK. Plures fuere Abantes. V. Serv. ad I. AEn. 125. De Abante Melampodis filio Schol. Apoll. Rh. I, 143. Unde

Ierophon ex [4] Eurynome Nyſi filia, Leuconoe ex Themiſto Hypſei filia, [5] Rias ex Alcyone Atlantis filia, Abas ex Arethuſa [6] Herilei filia, [7] Ephoceus ex Alcyone Atlantis filia: [8] Belus, [9] Actor, Dictys ex Agamede Augei filia: Euadne [10] ex Lena Leucippi filia, [11] Megareus ex OEnope Epopei filia, Cygnus [12] Calyce Hecatonis filia, [13] Periclimenus et Antheus ex Aſtiphila, [1] Aſty-

de in Euboea *Abantes* dictos docet ad vs. 78. V. celeb. P. Burm. Cat. Arg. in *Areio* & *Cantho*. Sed Euſt. ad Dionyſ. Perieg. 520. eos ab hoc noſtro Abante nomen adeptos tradit. Sic plures *Aſtores* fuere. V. Burm. Cat. in *Aſtor*.

7 EPHOCEUS] Hyperenorem appellat Apollod. lib. III. pag. 168. Dicit enim ex Alcyone & Neptuno natos Ἰρίαν καὶ Ὑπερήνορα. Etiam illic Ἰρίαν ſcribere malim ex Anton. cap. 25. MUNCK.

8 BELUS] Hic à Pindari Schol. ad Pyth. Δ. Theon. in Aratum pag. 26. & Eurip. ad Phoen. vers. 5. Homeri ad Iliad. A. 42. nec non Tzetze Chil. VII. 136. ex Libye Epaphi filia natus dicitur. Quibus accedit Nonnus Dionyſ. lib. III. MUNCK. Pauſan. IV. 23. Ἄμωμον δὲ Λιβύης, καὶ ὁ δὲ Βαβυλῶνι βῆλον, ὁ μὲν δὴ ἀνὴρ ΑΙΓΥΠΤΙΟΙ ΒΗΛΟΥ ΤΟΥ ΛΙΒΥΗΣ ὄνομα ἔχει. Sic Apollodorus lib. II. pag. m. 77. *Libyam* Beli matrem vocat. Verum plures etiam fuerunt Beli, quia Orientis populi progenitorem, ſive conditorem in Deos relatum vocabant *Belum*. Sic de Belo Jovis filio v. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 1005. qui & ipſe Jupiter *Belus* dicitur. V. Herodot. lib. I. cap. 181. & III. 158. uti apud Graecos plures *Joves* reperias. V. Tzetz. ad Lycophr. 1194. quia antiquiſſimi reges Deorum ſibi nomina vindicabant. V. Serv. ad VII. AEn. 180. De pluribus *Belis* egere Celeb. J. Perizonius Orig. Babylon. cap. 5. & P. Weſſeling. ad Simſonii Chronic. A. M. 1885. Item Salmaſ. Exerc. Plin. p. 867, 872.

9 ACTOR] Schol. Hom. ad Iliad. A. 49. Neptuni ex Mollione eſt filius. MUNCK.

10 EX LENA] *Calchinia* habet Pauſ. in Corinth. ſed ex ea non *Euadnem* ſed *Peratum* natum dicit. MICYLL. Micyllus ſuſpicatur, *Calchinia*, quia & haec Pauſaniae memoratur. Sed nomen nimis abit a ſcriptura veteri. Sunt plane in his aperte vitioſa. Verum in defectu veteris hiſtoriae difficulter poſſunt emendari. SCHEFF. Emendo, *Pitanâ*. Schol. Pind. ad Olymp. VI. Εὐάδνας ὁ διασαφ. μία μὲν Ποσειδῶνος καὶ Πιτάνης. Ἑτέρα ὁ Ἰφιδος &c. MUNCK. Tertia *Euadne* eſt filia Strymonis & Neaerae uxor Argi, mater Jaſi, Piranthi, Epidauri, & Criaſi. vide Apollodor. lib. II. pag. m. 75. Ed. Salmuſ.

11 MEGAREUS] Alius fuit Megareus, Jovis filius, cujus Etym. meminit in Γεράνια. MUNCK. Onchesti filius *Megareus* vocatur a Plutarcho Quaeſt. Graec. Tom. II. p. 295. Neptuni vero filius dicitur a Pauſania lib. I. cap. 39. Vid. Interpr. ad Ovid. X. Met. 605. Apollodorus lib. III. p. 253. Hippomenis filium facit. Μεγαρέα τ' Ἱππομένους ἐξ Ὀλύχης Νίσῳ βοηθοῦντ' ἐλθόντα ἀπεκτείνει (Minos). Ex Onchesto *Megarenſitus*, quibus Minos bellum faciebat, auxilio veniſſe, & inde *Megarei* hoc praelio caeſi monumentum apud *Megarenſes* exſtare confirmat etiam Pauſanias lib. I. cap. 42. p. 100. *Megareus* vero Jovis filius, quem hic Munckerus ex Etym. in Γεράνια profert, vocatur *Megarus* a Pauſania lib. I. cap. 40. Μεγαρέα τε παῖδα ὄντα Διὸς καὶ ταύτης δὴ τῆς νύμφης, (nempe μιᾶς τῶν Σιτιδῶν νυμφῶν) ἐκφυγεῖν τὴν ἐπὶ Δευκαλίωνος ποτὲ ἐκομιδήν, ἐκφυγεῖν δὲ καὶ τὸν ἄκρον τῆς Γερανείας, ἐκ ἐχόντος πω τὰ ὄρη τὸ ὄνομα τοῦτο.

12 EX CALYCE] An legendum? *Cycnus ex Harpalyce* vel *Harpale*. Scholiaſtes Pindari ad illa Olymp. B. Κύκνοι θανάτῳ κόρε, παιδοβόσκει, τ' Ποσειδᾶνος καὶ Σκαμανδροδίκης. οἱ δὲ Ἁρπάλης. *Scamandrodice* eſt etiam Iſacio in Lycophron. pag. 47. Sed duo fuerunt Cycni, ut de matribus eorum controverti nihil mirum ſit. Haec ſcripſeram, cum Nob. Heinſium in notis ad Ovid. Heroid. p. 171. vidi corrigere, *ex Calyce Hecataeonis filia*. Adi ipſum, & mecum propemodum perſuadebere ex Hygino corrigendum eſſe Scholiaſten Pindaricum. MUNCK. V. Cl. Burm. in Catal. Arg. in voce *Clymenus*.

13 ERICLIMENUS ET ANTHEUS EX ASTIPHILA] Scribe, & *Ancaeus ex Aſtypalaea*, quomodo habet Pauſanias in Achaicis. Euriclimenis nomen quoque ſuſpectum eſt. Nam *Eurypilum* Neptuni & Aſtypalaeae filium nominat Apollodorus. SCHEFF. Cl. Schefferus conjicit, *Eurypylus* & *Ancaeus*. Ancaeum Neptuni fuiſſe filium praeter noſtrum & Pauſaniam etiam Scholiaſtes Apollon. ad lib. I. vers. 185. docet. De Eurypylo auctores Apollodorus & Tzetzes Chil. I. 36. Sed potuit noſter auctores alios ſequutus fuiſſe. Ego antehac conjectaveram, *Periclymenus* & *Antaeus*. Antaeus ſanè Neptuni eſt filius Apollod. lib. II. *Ancaeus* in hoc indiculo mox ſequitur; niſi ibi *Antaeus* reponendum. quod verum puto. MUNCK.

riclimenus & Ancaeus ex [1] Aſtypalaea Phoenicis filia, [2] Neleus & Pelias ex Tyro Salmonei filia, [3] Euphemus & [4] Lycus & [5] Nycteus ex Celaeno Ergei filia: Peleus, Arprites, Ancaeus, [6] Moepus ex Chiona Aquilonis filia. [7] Amymone item. * Cyclops Euphemus, [8] Metus ex Melite Buſiris filia.

## CLVIII. *Vulcani filii.*

[9] PHILAMMON, Cecrops, Erichthonius, [10] Corynetes, [11] Cercyon, [12] Philoctus * [13] Pinther.

## CLIX.

1 ASTYPHILE] *Aſtypalaeam* eam nominant Pauſanias & Apollodorus, ut jam notavit Cl. Schefferus. Addo illis Scholiaſten Apollonii & Homeri ad od. x. vers. 19. Tzetzen in Lycophron. p. 78. ubi tamen perperam Ἀστυπαλαίᾳ editur. MUNCK. Conſule Cl. Burm. Cat. Arg. in *Ancaeus alter.*

2 NELEUS ET PELIAS] Firmant id Apollod. lib. 1. & Pind. Schol. ad Olymp. Θ. Alii Cretheo eos natos volunt. Schol. Theocrit. ad Eid. 2. Ἐξ ἧς (Τυρὼς) ᾧ Κρηθέως Νηλεύς, leg. Κρηθέως. MUNCK.

3 EUPHEMUS] Hic cap. 14. & à Schol. Apollon. ad lib. 1. vers. 179. dicitur natus ex Europâ Tityi filia. Aliter Heſiodus ἐν μεγάλαις ἠοίαις apud Pind. Schol. ad Pyth. od. IV. pag. 193. edit. Francof. Ἠοίη Ἰξὴ τυκτύφρων Μηκιονίκη, Ἣ τίκεν Εὐφήμου, γαμόσχῳ σύνοσιγαίῳ Μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι πολυχρύσου Ἀφροδίτης Θεοῦ ἀνέρι εἰδυίῃ. MUNCK.

4 LYCUS] Lycum Neptuni filium ex Celaeno facit etiam Apollod. lib. III. pag. 168. Sed illa Celaeno non Ergei, ſed Atlantis erat filia. Eratoſth. Καταστ. cap. 23. Κελαινὼ, ἧς καὶ Λύκος. Corrige Λύκος. MUNCK. Hinc Promethei filium facit Tzetzes ad Lycophr. 132, 218. Adde cl. Burm. Cat. Arg. in *Erginus.* Hujus Lyci patris nomen omittunt Eurip. Herc. Fur. 27. & Schol. Apoll. Rh. IV. 1090.

5 NYCTAEUS] An *Nycteus*? Affirmares, niſi ille Nycteus non filius, ſed nepos eſſet Neptuni. Nam Hyrieus Neptuni filius ex Nympha Cloniâ ſuſtulit Lycum & Nyctea, teſte Apollodoro. Tamen reſcribo *Nycteus.* Non enim Νυκταῖος, ſed Νυκτεὺς viri eſt nomen Graecis. MUNCK. Reſcripſi *Nycteus.* Graecis Νυκτεύς. v. Schol. Apoll. Rh. IV. 1090. Pauſan. II. 6. IX. 5. Apollodorus III. p. 177. eum Chthonii filium facit.

6 MOEPUS] Puto ſcripſiſſe Hyginum *Eumolpus.* Hic enim ex Chionâ natus & Neptuno proditur ab Apollodoro lib. III p. 200. unde *Chionides* poëtis. Ovid. III. Pont. eleg. 3. *At tum Chionides Eumolpus in Orphea talis.* MUNCK. *Eumolpus* legendum V. Pauſan. 1. 38. p. 92. & Celeb. Burm. ad Ovid. XI. M. 93.

7 AMOEMONE] An ſcribendum. *Amymone?* Sed haec aliis Danai eſt filia. Vide inf. Fab. 169. SCHEFF. Caput 169. ſi reſpicias, defectum heic eſſe dicas, & ſcribendum. *Nauplius ex Amymone Danai filiâ.* MUNCK.

8 METUS EX MELITE] Heinſius in margine libri ſui: Forte, *Amycus ex Melie.* MUNCK.

## Ad CAP. CLVIII.

9 PHILAMNON] Mallem *Phbilammon.* Hoc enim nomen legitur apud veteres, non alterum. SCHEFF. *Phbilammon*, qui in mentem venit Cl. Scheffero, inter Solis filios recenſetur, cap. 161. An legendum *Phbilaemon?* Sic apud Virgil. AEn. VIII. 425. eſt quidam *Pyraemon.* Aptiſſimum nomen utrique ab incude. Non tamen huc facere videtur. Reſcribendum putem *Palaemon* ex Apollod. lib. 1. pag. 43. MUNCK.

10 CORYNETES] Vide quae notavimus ad cap. 38. ubi Neptuni eum facit filium. MUNCK.

11 CERCION] Scribe *Cercyon* potius. Vide notas ad cap. 38. & Pauſaniam in Atticis. MUNCK.

12 PHILOCTUS ET PINTHER] Etiam haec corrupta videntur, ſuſpicorque. *Phbiloetus*, *Spintber* legenda. SCHEFF. Schefferus *Phbiloctus.* Ego putem *Phbiloncus* ſcribendum, ex ὄγκος. MUNCK.

13 PINTHER] Conjectaveram *Spintber* ex Gr. σπινθήρ: quod cum & Cl. Scheffero veniſſe in mentem videam, hactenus retineo. MUNCK.

## Ad CAP. CLIX.

14 EX ASTEROPE] Harpinam Aſopi filiam facit OEnomai matrem Pind Schol. ad Olymp. od. XIII. & Schol. Apollon. ad lib. 1. vers. 752. Οἰνόμαον Ἄρεος καὶ πεδὶς ᾗ Ἁρπίνης τ' Ἀσωπίδος, ἥτις Εὐρυτόης τ' Δαναΐδος. An ergo legendum *Eurythoe* pro *Aſterope*? Nihil minus. Vide notas ad cap.

## CLIX. *Martis filii.*

OENOMAUS [14] ex Sterope, [15] Harmonia ex Venere, [16] Leodice ex Ce * [17] Lycus, [18] Diomedes, Thrax, [19] Aſcalaphus, Ialmenus, Cycnus, Dryas.

## CLX. *Mercurii filii.*

[20] PRIAPUS, [21] Echo, [22] Antian, Eurytus, Cephalus ex [1] Creu-

cap. 84. Tzetzes ad Lycophron. vs. 149. Στιεύκης, ὁ Ὑπιεύχη, ὁ Ἀρπίνης τ' Ἀσωπῦ καὶ Ἀρτεμιδώρου. Lege, τ' Ὑπιεύχη. MUNCK.

15 HARMONIA] Haec diis fuit a poculis juxta quoſdam. Athenaeus lib. x. c. 7. p. 425. Sidonii referunt de tibicina regis Harmonia, quae cum Cadmo regis coquo aufugiſſe dicitur. Idem lib. XIV. cap. 22. pag. 658. Quomodo vero de Harmoniae parentibus philoſophati fuerint veteres, docet Plut. in Iſide p. 370. Tom. II.

16 LEODICE] In vetuſtioribus eſt *Leodoce*, quorum neutrum credo integrum, quia nomen eſt mulieris, non viri. Niſi filiarum quoque nomina hic recenſentur, non ſolorum filiorum, contra quam ſe habet titulus, qui tamen ex hoc ipſo ſcriptus liquet non ab Hygino, verum alio. Certe & in praecedentibus capitibus non filii ſoli memorantur. Obſervo, memorari hic & filias Martis, cum in titulo nominentur ſoli filii, quod ſimiliter, ut alia eos arguit non ab Hygino ipſo ſcriptos. SCHEFF. Locus hic corruptus ſine dubio. Princeps editio *Leodo ex Ce**. Quod quomodo emendem, nondum video. Commelinus, & eum ſecuti, ediderunt *Leodice*. Unde facile fieri poſſet, *Laodice*. Sed quod *Leodice* nomen ſit muliebre, recte ſe habere non credit Cl. Schefferus, titulo capitis non niſi filios promittente. Atqui denominatio fit à potiore ſexu non Latinè tantum, ſed & uſitatè ſatis. Serv. ad AEn. VIII. 130. *Tradunt OEnomaum, & Majam Martis & Aſteropes filios.* Fulgent. I. 2. *Cui etiam quatuor filios ſubjiciunt, primum Jovem, ſecundum Junonem* &c. Vide ibi not. Etiam in jure filii appellatione filia continetur. Vide Briſſon. de jure Connub. p. 113. Sic *ſoceri* pro ſocero & ſocru apud Ovid. *Patres* pro patre & matre in Vet. Inſcript. *Fratres* pro fratre & ſorore apud Lactant. ad Stat. III. Theb. 560. *Deucalion & Pyrrha fratres idemque* (leg. iidemque) *conjuges. Avi* pro avo & avia Epiſtol. Salviani p. 296. *Quae avos ſuos ex parentum primum reatu coepit agnoſcere. Reges* pro rege & regina apud Capellam pag. 15. edit. Grotii. *Regum conjugum uterque conſentit.* Et pag. 19. *His igitur uterque regum indumentis decenter ornati.* Ita habent membranae codicis Leidenſis. Perperam vulgo omittuntur illa *uterque regum.* Senec. Hercul. Fur. vers. 1136. *Ite, iratos viſite reges.* Plaut. Bacchid. Act. II. 3. *Vulcanus, Sol, Luna, Dies, Dei quatuor.* Manilius apud Varron. L. L. VI. *Latona parit caſto complexu Jovis Deli Deos geminos*, id eſt, Apollinem & Dianam. Nec Graecis ignotum hoc loquendi genus. Baſilius orat. 2. in Adam. Ἐν τύποις γὰρ ἦν οἱ ἐξ ὑμῶν πατέρες. h. e. Adam & Eva. MUNCK. Adde J. Fr. Gronovium ad Livium lib. I. cap. 39. & Servium ad I. AEn. vs. 79. *Propter Canacem & Macareum in ſe invicem turpiſſimos fratres: illi enim alterius AEoli filii fuiſſe dicuntur.* pro *Canacem* legendum *Canacen.* ſeu potius inſpice Munck. ad fab. CXXXVII. & per *fratres*, frater & ſoror, & per *filios* filius & filia intelligendi. Vide ad fab. 238.

17 LYCUS] Ex Celaeno Atlantis filia. Schol. Germ. Hyg. Aſtron. II. 21. Perperam Λαδικῶ legitur in Eratoſthenis Καταστ. cap. 23. MUNCK.

18 DIOMEDES] Hunc ſuſtulit ex Cyrene. Vide Apollod. lib. II. MUNCK.

19 ASCALAPHUS, IALMENUS] Lyci & Pernidis facit filios cap. 97. Homerus autem Catal. vers. 20. Martis & Aſtyoches. MUNCK. De alio praeter hunc Aſcalapho conſule Interpr. ad Ovid. v. Met. 539. qui Acherontis & Gorgyrae filius vocatur ab Apollodoro lib. I. pag. m. 17.

## Ad CAP. CLX.

20 PRIAPUS] Hic aliis dicitur Bacchi & Veneris filius. Vide Schol. Apollon. ad lib. I. vers. 932. Diodorum lib. IV. Ex Venere & Adonide natum tradit Tzetzes in Lycophron. pag. 134. ed. Steph. MUNCK.

21 ECHO] Scribe *Echion* ex cap. 14. MUNCK.

22 ANTIAN] Puto *Antias* ſcribendum. Sic cor-

[1] Creusa Erechthei filia, Eurestus, [2] Aptale, [3] Libys ex Libye Palamedis filia.

## CLXI. *Apollinis filii.*

[4] Delphus, Asclepius [5] ex Coronide Phlegyae filia, [6] Euripides ex Cleobula. [7] Ilius ex Urea Neptuni filia; Argeus ex Euboea Macarei filia, Philammon ex [8] Leuconoe Luciferi filia, [9] Lycoreus ex nym-

corruptè pariter infra cap. 165. *Marsyan* pro *Marsyas*. MUNCK. Cum cl. Burm. in Catal. in Voce *Ecbion* lege *Ecbion ex Anxianira, & Eurytus*.

1 Creusa Erichthei] Apollod. lib. III. *Ex Herse Cecropis*. MUNCK.

2 Aptale] Hoc cum plerisque caeteris vix alibi reperias. SCHEFF. Haud scio, an scripserit *Prylis*. Is enim filius fuit Mercurii ex Issa, ut tradit Lycophronianus interpres, quem corruptum censeo pag. 104. ed. Steph. Ἔνθα ἐκ Διὸς Ἐπαφῆς Ἔπαφον χθονὸς, ἣ Λιβύη, ἧς βᾶλ- &c. Cum loquatur ibi de Ione, deleam τὸ Ἐπαφῆς. Et in Hygino pro *Palamedis* forte rescribendum *Epaphi*. Certe Epaphi filiam etiam pag. 106. idem Commentator facit. Et pag. 146. Λιβύη ἡ χώρα λέγει· ἀπὸ Λιβύης τῆς Ἐπάφου καὶ Μέμφιος θυγατρός. Hieronym. Chron. Euseb. *Busiris Neptuni & Libyae Epaphi filiae filius*. MUNCK. Adde Pausan. lib. I. cap. 44. Λιβύης τῆς Ἐπάφου. Schol. Pindari O. Pyth. IV. vs. 25. Ἐπάφου δὲ καὶ Διὸς ἦν Ἰὼ τῆς Ἰνάχου ὁμώνυμος Λιβύη. Eust. ad Dionys. Perieg. vs. 175. Λιβύη ἡ χώρα λέγεται, ἢ ἀπὸ γυναικὸς ὁμωνύμου Λιβύης, δηλαδὴ τῆς Ἐπάφου. & hujus mater etiam IO vocatur ab eodem ad vs. 912. Andron Halicarnasseus apud Tzetzen ad Lycophron. vs. 1283. *Libyen* Oceani & Pompholyges esse filiam dicit. Apollodorus lib. II. pag. m. 77. Epaphum quidem *Libyae* patrem, sed Memphin Nili filiam matrem fuisse dicit. Nemo *Palamedis* mentionem facit.

3 Libys] Libri vetustiores habent *Libye*. SCHEFF.

## Ad CAP. CLXI.

4 Delphus] Hunc Tzetzes, vel alium ei cognominem Neptuni & Melanthus facit filium. MUNCK. De Delphi parentibus parum constat inter Mythologos. Tzetzes ad Lycophron. vs. 208. dicit juxta quosdam *Delphos* esse dictos a *Delpho* Neptuni & Melanthûs e Deucalione natae filio. Schol. Eurip. in Oreste vs. 1096. docet, Hyaspum post diluvium duxisse Melanthiam Deucalionis filiam, & ex ea procreasse Melanida, e qua Melanide natus esset Delphus. Pausanias lib. X. cap. 6. refert Apollinis & Celaenûs, Hyani filiae, filium dici *Delphum*, verum ejus matrem ab aliis Thyiam, ab aliis Celaenen Cephissi filiam perhiberi. Alii iterum Delphum Melaenes ex Melantho & Cephisso natae ac Neptuni filium faciunt. Consule cl. Burm. ad Ovidium lib. VI. Met. vs. 120.

5 Ex Coronide Phlegyae] Ita & inferius habes cap. 202. Scholiastae Pindari Leucippus ejus pater est. Nam ex Phlegyâ praeter Apollodorum lib. III. etiam alii natum eum tradunt. Lactant. Argum. lib. II. Met. fab. 7. *Coronidem Phlegyae filiam, aut (ut alii volunt) Leucippi*. Phoronis est Euseb. lib. II. pag. 36. ed. Steph. MUNCK. Apollon. Rhod. lib. IV. vs. 616. de Apolline agens ejusque filio

Χειρὶ δ' περὶ παιδὶ, τὸν ὃν λιπαρῇ λακιρείῃ
Δῖα ΚΟΡΩΝΙΣ τέκεν ἐπὶ σχεδίῃς ἀμύεσθαι.

Adde Celeb. P. Burm. ad Ovid. lib. II. Met. vs. 569. Scholiastes Pindari, quem hic citat Munckerus videndus est ad O. Pyth. III. vs. 14. qui docet, etiam a multis dici Arsinoen & Apollinis filium, quocum facit Pausanias lib. IV. cap. 3. adnotans scriptores tradere, Ἀρσινόης Ἀπελλαίου τῆς Λευκίππου, καὶ ὁ Κορωνίδι παῖδα εἶναι. Item Schol. Homeri Iliad. Δ. vs. 193. ubi plura de AEsculapii parentibus videbis notata.

6 Euripides ex Cleobula] De his quoque amplius cogitandum. Inter filios Apollinis Euripidem nullum hactenus reperire potui. Neque magis integra Ilii & Vreae nomina videntur. SCHEFF.

7 Ilius ex Urea] Haec corrupta esse persuasissimum habeo. Apollodorus lib. III. cap. 10. de Alcyone à Neptuno compressa: Ἡ θυγατέρα μὲν ἐτέκνωσεν Ἄλκυονα, τὸν Ἄπόλλωνι Ἑλλήνα τεκοῦσαν καλέσαι. Forte κάλπιον. vel pone incisum post τὸ τεκοῦσαν, ut ad Ἄλκυονα referatur. Eleuther certe Apollinis & AEthusae filius, non filia, ut docent Pausanias in Boeoticis, Stephanus in Ἐλεύθρᾳ. Schol. Hesiod. in Theog. pag. 235. edit. Heins. Memincrunt praeterea AEthusae Julius Firmicus. Clemens Protreptico, & Arnobius lib. IV. Tametsi longiusculè abeunt à vulgata scriptura, suspicatus tamen aliquando sum pro *Ilio Eleutherem*, pro *Urea AEthusam* restituendos Hygino. Nobil. Heinsius emendave-

rat

nympha, Linus ex Urania muſa, [10] Ariſtaeus ex Cyrene Penei filia.

## CLXII. *Herculis filii.*

[11] HYLLUS ex Deianira, Tlepolemus [12] ex Aſtyoche, [13] Leucites, Telephus ex Auge Alei filia, [14] Leucippus, [15] Therimachus, [16] [17] Creontiades, [18] Archelous, [19] Ophites, [12] Deu-

rat in margine libri ſui, *Phyllus ex Hyria*. MUNCK.

8 LEUCONOE] Ovid. Chionem vocat, & Daedalionis filiam Luciferi neptem. MICYLL. Repono, etſi timidè, *Leucothoë* ex cap. 14. & Ovid. IV. Met. 196. quanquam ibi patrem ejus non Luciferum, ſed Orchamum facit. Noſter infr. cap. 200. ex Chione Philammonem natum refert. MUNCK. Conſule cl. Burm. ad Ovidii l. l. & ad XI. Met. vs. 93.

9 LYCURGUS EX NYMPHA] Forte ſcripſit, *Lycoreus ex Lycores nympha*. Nomen certe nymphae illius abeſt; Lycoreae vero mentionem facit ſtatim ab initio. Verum alii non *Lycoream*, ſed *Corycian* appellant ejus matrem. filius quoque non *Lycoreus*, ſed *Lycorus* aliis. Conſule Pauſaniam. SCHEFF. *Corycia* nempe. Ita Scholiaſtes Apollon. ad lib. II. vers. 713. Κίλλα) ὁ λὰν Νύμφης Κωρυκίας, ἢ ἀπὸ Κωρύκου Ἀντιόπης. Malim Κωρυκίας cum Etymol. in Ἀντιόπη. Adde notas Cl. Schefferi. MUNCK.

10 ARISTEUS] Sic corruptè ſcribitur etiam cap. 180. 181. Aſtron. II. 4. & apud Lactant. Thebaid. IV. 565. Emenda *Ariſtaeus* ex Graeco Ἀρισταῖος. Vide Schol. Apollon. II. 502. Serv. ad I. Georg. 14. Juſt. XIII. 4. Quod E pro AE interdum conſpici obſervat in nummis Vir Inluſtr. Ez. Spanhemius, id ad libros non tranſtulerim; certè non ad Graeca nomina, licet hac in re nimium ſibi indulſerint poſterioris aetatis ſcriptores. Caeterum Cyrene ſecundum Diodorum lib. IV. & Euſtath. in Dionyſ. p. 32. non Peneo, ſed Hypſeo Penei filio erat nata. Etym. auctor Agreum ex Cyrene & Apolline natum tradit. MUNCK.

## Ad CAP. CLXII.

11 HILLUS] *Hyllus* ſcripſerim per Υ. Ὕλλος enim Graecis eſt. Vide Phlegontem, Apollodorum, & alios. Ovid. IX. Heroid. 44. *Nec pater Amphitryon, nec puer Hyllus adeſt.* Quod Natalis Comes Myth. lib. VII. cap. I. *Hyllum* è Melita AEgei fluminis filiâ, *Hylum* autem è Deianira tradit natum, in eo fallitur & fallit. Uterque enim Hyllus eſt dictus. Vide Schol. Apollon. ad lib. IV. 1149. Etym. in Ὕλλος. MUNCK.

12 EX ASTYOCHE] Ita & Homer. Catal. vers. 165. Apollod. lib. II. Euſtath. ad Iliad. P. 229. Scholiaſtes Hypotheſi Trachin. Sophoclis. Sed Pindarus Tlepolemum ex Aſtydamiâ Amyntoris filia natum vult Olymp. VII. Alia eſt Aſtyoche Actoris filia, unde Marti nati Aſcalaphus & Ialmenus in Catal. Hom. vers. 20. MUNCK.

13 LEUCITES TELEPHUS] Duo ſunt diſtincti ſicut mox *Leucippus Theromachus*, & propteres à ſe invicem dividendi commate. Ac de Telepho quidem certum eſt. Leucitem alibi non invenio. Pro *Theromacho* puto *Therimachus* ex Apollodoro legendum. SCHEFF. Hunc nec Schefferus, nec ego alibi invenimus. An ſcripſit, *Lyſippus?* Ita dictus fuit, quem ex Praxithea ſuſcepit. MUNCK.

14 LEUCIPPUS] Scio illum numerari inter Theſpiadas. Malim tamen heic *Theſippus*, quo nomine duo de ejus filiis fuere appellati, quorum alterum ex Deianirâ, alterum ex Aſtydamiâ ſuſcepit Ormenii Regis filia. Diodor. lib. V. MUNCK.

15 THEROMACHUS] Hunc *Theromachum* appellat cap. 31. 32. & 7. Sed *Therimachus*, vel *Therionachus* eſſe ſcribendum, demonſtravi ad cap. 31. MUNCK.

16 LEONTIADES, ARCHELAUS, OPHITES] Pro *Leontiades*, ſcribendum *Creontiades*, pro *Archelaus*, *Agelaus*, pro *Ophites*, *Onites*. SCHEFF.

17 LEONTIADES] *Creontiades*. MICYLL. Micyllus in margine *Creontiades*. Quod amplector. Firmant id Apollod. lib. II. Schol. Hom. ad Odyſſ. Λ. 269. Schol. Pindari ad Iſthm. Od. IV. ut & Tzetzes. MUNCK.

18 ARCHELOUS] Cl. Schefferus, *Agelaus*. Certe is refertur ab Apollod. lib. II. Herculi ex Omphale natus. Caeterum *Archelaus*, non *Archelus* praeferunt Micylli & Commel. editiones. Unde minima mutatione fieri poſſet *Archelaus*, ſi is alicubi inter Herculis filios compareret. Apud Euſeb. Praep. lib. II. pag. 35. ex ſervâ, cum Omphalae ſerviret, natus ei *Cleolaus* proditur. MUNCK.

19 OPHITES] Etiam cap. 31. 32. & 72. hujus

1 2 Deucalion, 3 Euhenus, 4 Lydus, & 5 duodecim Theſpiades, quos ex 6 Theſpii regis filiabus procreavit.

## CLXIII. *Amazones.*

Ocyale, Dioxippe, Iphinome, Xanthe, Hippothoe, 7 Otrere, 8 Antioche, Laomache, Glauce, Agave, Theſeis, Hippolyte, Clymene, Polydora, Pentheſilea.

## CLXIV. *Athenae.*

9 Inter Neptunum & Minervam cum eſſet certatio, qui primus oppi-

memſinit. *Onites* corrigit Cl. Schefferus. Quo auctore, niſi Natal. Comit. Myth. VI. cap. I. cum diu me fugiſſet, inveni tandem *Oniten* & Iſacio dici in Lycophron. pag. 2. Τὸν τίτταρας παῖδας αὐτῷ πεδίσας ἀνῆλεν, Ὀνίτην, Θερίμαχον, Δημοκόωντα, καὶ Κτεσιππίδην. Lactant. in IV. Theb. Stat. vers. 570. *Hic eſt ille Lycus, qui Megaram filiam ſuam Herculi dedit uxorem, & ob hoc à Junone in furorem verſus eſt, & filios Herculis ex Megara ſuſceptos Oxea & Leontiadem occidit.* Lege, *Megara* & *Creontiadem.* Sed quis eſt ille *Oxeus*? an *Onites*? MUNCK.

1 Deucalion, Euhenus] Etiam haec corrupta. Legendum, *Deicoon, Eueres*, ex Apollodoro. SCHEFF.

2 Deucalion] *Deicoon.* Cl. Schefferus. Numerat quidem eum inter natos ex Megarâ Apollodorus lib. II. Sed nimium abire videtur à vulgatâ ſcripturâ. Amplector tamen, cum nihil, quod propius accedat, inveniam, & cum Apollodoro in Chiliadibus Tzetzes, Dionyſius, & AEneas Argivus faciant apud Pind. Schol. ad Iſthm. Od. IV. Niſi mavis *Demoocoon* ex Iſacio in Lycophron. pag. 11. MUNCK.

3 Euhenus] *Eueres* ſcribendum cenſet Cl. Schefferus ex Apollod. lib. II. Nondum acceſſerim. Nam & cap. 242. Euhenum Herculis filium facit. MUNCK.

4 Lidus] Scrib. *Lydus.* Unde *Lydia* dicta, quae ante Moeonia erat. MUNCK. Vide Serv. ad II. AEn. vs. 781. Herodotus vero *Lydiam* a *Lydo* Atyos filio dictam docet. Vide Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 837. Nihilominus *Lydus*, non *Lidus* ſcribendum.

5 Duodecim Thespiades] Atqui quinquaginta & unus fuerunt. Τὰ πρώτης διδύμα τεκοῦσης. Vide Schol. Heſiod. p. 235. MUNCK.

6 Thespii regis] Ita cum regem appellat quoque Tzetzes Chil. I. 38. Θέσπις eſt Diodoro lib. IV. pag. 234. cap. 12. Θέσπιος Apollodoro lib. III. Sed audi AEgium: *Nos autem* Θεσπέα *per* τ *ſcribi fecimus per* π *in ſecundâ, quod alioqui contra hiſtoriae fidem legebatur, etſi omnes, quos vidimus, codices,* Θεσπέα *habebant.* Ergo non debebas mutaſſe. Plures enim illud Θεσπέα, quam Θεσπία, habet auctores. Nimium nimirum facilis eſt confuſio iſtorum vocabulorum. Sic Ledae patrem, quem *Theſtium* vocant Apollod. lib. III. pag. 173. & Hyg. cap. 14. *Theſpium* appellat Scholiaſtes Apollonii ad lib. I. 143. Sed corruptè, ut opinor. Quintus Smyrnaeus Anthol. lib. IV. Sect. 8. Τὸ πεντηκαιδέκατον πόνον λυγρὸν ἔχεν αἴθλον, Μειονυχὶ κεντήσας στιλπνὸν ξίφος. Sed apud Tzetzen, qui in caeteris heic ferme cum Anthologiâ facit, Chil. I. 36. idem Quintus ille tertium decimum laborem, ut reliquos, uno verſu abſolvit: Θεσπίου θυγατέρων πεντηκαιδεκάδα πάλιν ἄθλον. Feciſſe illas quinquaginta omnes gravidas, ſed ſingulas ſingulis noctibus, & inde filios ſuſtuliſſe refert Apollodorus, qui eorum longum texit catalogum lib. II. Pauſanias autem in Boeoticis, Clemens Protrept. Nazianzen. Orat. I. in Jul. & Arnobius lib. IV. una extantlaſſe cum nocte laborem illum volunt. Adde Diodor. lib. IV. Schol. Heſiod. Θεογ. 56. Athen. lib. XIV. Antigonus Mirab. cap. 120. inter LXXII. liberos unicam tantum habuiſſe filiam Herculem refert. Ergo rotundo uſus numero eſt in *Cingulo* Feſtus, LXX. ſolummodo reliquiſſe liberos Herculem referens. MUNCK.

## Ad CAP. CLXIII.

7 Otherpte] *Otrere.* MICYLL. Micyllus vult, *Otrere.* Ego *Otrira.* V. c. 30. & 223. SCHEFF. Micyllus *Otrere.* Clar. Schefferus *Otrira*, quemadmodum exaratur cap. 30. 223. Gr. eſt Ὀτρήρη; unde *Otrere* vel *Otre-*

oppidum in terra Attica conderet, Jovem judicem ſumpſerunt. Minerva, quod primum in ea terra oleam ſevit, [10] quae adhuc dicitur ſtare, ſecundum eam judicatum eſt. At Neptunus iratus, in eam terram mare coepit [11] inrigare velle. quod Mercurius Jovis juſſu id ne faceret, prohibuit. Itaque Minerva ex ſuo nomine oppidum Athenas condidit, quod oppidum in terris dicitur primum eſſe conſtitutum.

[12] ORPHEUS Eurydicen [13] nympham amavit, quam ſono citharae mulcens uxorem duxit. Hanc [14] Ariſtaeus paſtor dum amans ſequitur, illa fugiens in ſerpentem incidit, & mortua eſt: [15] poſtque maritus ad inferos deſcendit, & legem accepit, ne eam converſus adſpiceret.

*Otrera* eſſet formandum, quorum poſterius habes cap. 112. Sed ſolenne eſſe noſtro, ē Graecorum vertere in ī Latinum notavi jam ſuperius ad cap. 31. *Oritbrya* eſt Juſtino lib. 11. Sed valde ὑσέχως *Otriria* inde exſculpſit Salmaſius. Nempe Ὀτρήρη & Ὀτρήρεια idem, ut Πωλιάδη & Πωλιάδεια. Ex Ὀτρήρεια ergo *Otreria* vel *Otriria*: quarum poſterior pronunciatio arguit tamen deterius ſaeculum. Adde not. ad cap. 223. Nob. Heinſio duo in unum coaluiſſe vocabula videbantur, & corrigebat *Otrira*, *Clyte*. Quod amplector ambabus ulnis. Servius ad AEn. III. p. 310. ed. Gen. *Alii à Caulo Clitae Amazonis filio conditum tradunt*. MUNCK.

8 ANTIOCHE] Sine dubio *Antiope* legendum, quae ſaepe memoratur. In caeterorum plerumque vocabulis non habeo, quod deſiniam. SCHEFF. *Antiope*, quod conjicit Cl. Scheſſerus, probo. Vide cap. 30. Alia earum vocabula invenies apud Diodorum lib. IV. p. 224. ubi inter alia habes. Ἀνδρομάχη, Γλαύκη, Ἀσία. Conſer & Euſtath. in Dionyſ. pag. 109. MUNCK.

## Ad CAP. CXLIV.

9 INTER N. ET M.] Neque haec duo in indice ſignantur. MICYLL. Narrant hanc fabulam etiam Servius ad I. Georg. 13. & Lactantius ad Theb. Stat. VII. 184. MUNCK. Et ad XII. Theb. 630. Pauſan. lib. I. cap. 26. p. 63. Celeb. P. Burm. diſſert. de Jove Fulger. cap. VIII. & ad Ovid. VI. M. 70. Quod certamen ſecundo menſis Boedromionis die accidit. V. Plut. Frat. Am. Tom. II. p. 489. & lib. IX. Sympoſ. p. 741.

10 QUAE ADHUC DICITUR STARE] Hoc grande nimis ſonat. Mallem, *exſtare*. Ovid. I. Heroid. v. 67. *Utilius ſtarent etiam nunc moenia Phoebi*. MUNCK. De hac olea Pauſan. lib. I. cap. 27. pag. 64. unde *ſtare* recte hanc oleam dici poſſe videbis.

11 IRRIGARE VELLE] H. e. inundare. unde *irrigatio* pro cataclyſmo cap. 153. MUNCK.

12 ORPHEUS EURYDICEM] Fabula, quae nil commune habet cum praecedenti, ac idcirco ſeorſum novoque titulo memorari debebat. Vid. ſup. c. 151. & 152. SCHEFF. Scrib. *Eurydicen* ex Gr. Εὐρυδίκη. Vid. not. ad cap. 137. Fuit illa Dryadum una, ut innuit Virgil. Georg. III. 460. Caeterum hanc fabulam aliam eſſe à praecedenti, & propterea ab ea ſeparandam, rectè cenſet Cl. Scheſſerus. Ego addo iiſdem planè verbis illam legi apud Fulgent. Mythol. III. lib. cap. 10. adeo ut ab inepto quodam interpolatore Hygino ex Fulgentio aſſuta videatur. Certè in Hyg. fabularum indiculo nulla ejus fit mentio. MUNCK. Hanc fabulam ita narrat Schol. Eurip. Alceſt. vs. 357. Ὀρφεὺς γύην Εὐρυδίκην, ἣν λαβὼν ἀπὸ Θρᾴκης, κατιὼν, τῇ μουσικῇ θέλξας τὸ πλῆθος τῶν νεκρῶν, αὐτὴν ἀνήγαγεν ἐξ ᾅδου. Hinc Apollonius Tyanenſis apud Philoſtrat. lib. VIII. cap. 7. pag. 349. εἶναι Ὀρφεως φασὶν ὑπὲρ τῶν λαβόντων μελῳδίαν. qui de veritate videtur dubitare, & falſam hanc eſſe Graecorum fabulam ſtatuit Pauſanias lib. IX. cap. 30. & eam deridet Lucianus Dial. X. Mortuor. Ceterum ab antiquo poëta Orphei uxor haec *Agriope* vocatur apud Athenaeum lib. XIII. cap. 7. pag. 597.

13 NYMPHAM] Dryada puta. Servius IV. Georg. 460. MUNCK.

14 ARISTEUS] *Ariſtaeus* ſcribendum, ut oſtendi ad cap. 161. MUNCK. Fabulam totam narrat Lact. ad Statii VIII. Theb. 59.

15 POSTQUE] Fulgentii editiones heic exhibent *poſt quam*. Corrigendus ex illis Hyginus. Sequitur enim in eodem capite apud Fulgentium, *Poſt hanc artem exquirendam & elevandam vox canora deſcendit*. MUNCK.

ceret. quam converſus adſpiciens, iterum perdidit. [1] Myrrha cum patrem ſuum amaret, inebriavit, & ſic cum eo concubuit. Quod pater reſciens, utero plenam coepit evaginato perſequi gladio, illa in arborem myrrham eſt converſa: [2] quam pater gladio feriens, Adonis exinde natus eſt, quem Venus diligens * * * *

## CLXV. *Marſyas.*

[3] MINERVA tibias dicitur prima ex oſſe cervino feciſſe, & ad epulum deorum cantatum veniſſe. Juno & Venus cum eam inriderent, quod & caeſia erat, & [4] buccas inflaret, foeda viſa, & in cantu

1 MYRRHA] Et haec nova fabula, & a praecedenti ſeparanda. SCHEFF. Ita quoque eam nominat Servius ad Ecl. x. 18. & AEn. v. 72. Noſter *Smyrnam* cap. 58. ubi plenius hanc fabulam narrat, ut & cap. 275. capite autem 251. *Zmyrnam*. Vide notas ad cap. 58. MUNCK.

2 QUAM PATER GLADIO FERIENS &c.] Soloeca oratio eſt, quâ etiam in hac fabula Fulgentius lib. III. cap 8. unde huc videtur translata, utitur. Adſcribam ejus verba. *Minerva patrem ſuum amaſſe dicitur, cum quo ebriato concubuit. Cumque eam pater utero plenam reſciſſet, crimine cognito, eam evaginato coepit perſequi gladio. Illa in arborem Myrrham converſa eſt. quam arborem pater gladio percutiens, Adon exinde natus eſt.* Vide ibi notas noſtras. Non puto illud ἀνακόλουθον ferendum in Petron. Fragm. Trag. p. 48. edit. Blau. *Dum haec apophoreta jubemur ſumere, reſpiciens ad menſam* &c. Legebam, *ut reſpicimus*. Sed Nob. Heinſius *reſpicientibus* emendat. Caeterum cum nec haec fabula in indice heic ſignata appareat, perſuaſiſſimum habeo eam quoque à nimis liberali manu huic ſcriptori obtruſam. MUNCK. De hac Soloeca oratione Cl. Perizonius ad AEliani lib. II. V. H. cap. XI.

## Ad CAP. CLXV.

3 MINERVA] Quomodo Minerva tibias invenerit, non inſulſè narrat Pindari Scholiaſtes ad Pyth. Od. XII. Hinc ergo tibicines Minervam colunt. Feſtus: *Minuſcula quinquatrus appellabantur, Idus Juniae, quod is dies feſtus erat tibicinum, qui Minervam colebant.* Scholiaſt. Horat. ad lib. I. Od. I. Euterpen inveniſſe tibiam autumat. Sed conſulendus de tibiarum & αὐλητῶν inventoribus Caſaubonus ad Athen. lib. XIV. cap. 2. MUNCK. Adde Tzetzen ad Lycophron. vs. 838. ὃν τῶν ἰφικλῆων αὐτὸν κεφαλῶν ἐκπέμψασα ἀνέστρωσε, ἐξ οὗπερ Ἀθηνᾶ, καὶ Πύθωνος, τὸν αὐλητικὸν καλάμῳ πολυκέφαλον ἰὸν νόμον. Schol. Hom. Iliad. Σ. vs. 491. αὐλὸς τι ἐν τοῖς γάμοις ἰὸν Ἀθηνᾶ. Hinc Minerva dicta fuit Σαλπιγξ. Ut Cuperus Harpocrate pag. 142. cenſet, ſed pace viri ſummi ab inventa tuba Minerva hoc nomine inſignita fuit. Conſule Cl. Potter. ad Lycophron. vs. 915. Juba a Thebanis tibiam inventam tradit apud Athenaeum lib. IV. cap. 25. p. 182. A Phrygibus inventam docent, quos laudat Broukh. ad Tibull. lib. I. cap. Eleg. VIII. vs. 48. Sed de primis tibiarum inventoribus conſulendi Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 791. Plutarch. de Muſica pag. 1133. & 1135. Lactant. ad Statii VI. Theb. 666. Salmaſ. Ex. Plin. pag. 584. 585. & Spanhemius ad Callimachi H. in Dian. vs. 245.

4 BUCCAS INFLARET] Graviter, ut ſolet, Arnobius lib. II. *Idcirco animas miſit, ut inflandis bucculas diſtenderent tibiis, cantionibus ut praeirent obſcaenis?* Ariſtaenetus lib. I. ep. 14. Τί ἂν μάθοι τις ἰδὼν ἀλφιτοπώλιδα τὰς γνάθους ἐμφυσῶσαν τῷ στόματι. Conſer Fulgent. lib. III. cap. 9. MUNCK. Conſule P. Leopard. lib. II. Emendat. cap. 13.

5 UNDE TIBIAS IBI ABJECIT] Hanc conſtructionem verbi *abjicere* illuſtrat J. F. Gron. ad iſta Taciti Ann. I. 22. *ubi cadaver abjiceres.* Sic *in flumine abjici, projici*, dici obſervat Columbus ad Lactant. M. Perſ. c. XXI. ac Munckerus ad Fulgent. Myth. II. 4. *ſe fluvio Euphrate abjicere* elliptice dixit Aur. Victor. Epit. c. XXIV. niſi ibi forſan exciderit praepoſitio. WOPKENS.

6 OEAGRI] Sed Apulejo in Floridis, Nonno Dionyſ. lib. X. Plutarcho in Libro de Muſic. & Tzetzae Chil. I. Hiſt. XV. ſi credimus, Hyagnis ejus pater fuit. Forte *Hyagni* ſcribendum ὑαχνῆος pro *Hyagnis*. Videtur *Marſyam* ejus patrem facere Euſtath. in Dionyſ. p. 104. Ἐδίδαξε δὲ Μάρσυα ὁ αὐλητὴς πατέρα. Quae verba peſſimè vertit Bertrandus: *Qui Marſyam Auletis patrem tubarum ludum docuerat.* MUNCK. De *Marſyae* patre Conſule Celeb. P. Burm. ad Ovidii VI. Met. vs. 400.

7 UNUS

cantu inriſa, in Idam ſylvam ad fontem venit: ibique cantans in aqua ſe adſpexit, & vidit ſe merito inriſam, [5] unde tibias ibi abjecit, & inprecata eſt, ut quiſquis eas ſubſtuliſſet, gravi adficeretur ſubplicio. Quas Marſyas [6] OEagri filius paſtor [7] unus ex * turis invenit: quibus adſidue [8] commeletando, [9] ſonum ſuaviorem indies faciebat, adeo ut [10] Apollinem ad citharae cantum in certamen provocaret: quo ut Apollo venit, Muſas judices ſumpſerunt. Et cum jam Marſyas inde victor diſcederet, Apollo [11] citharam verſabat, idemque ſonus erat: quod Marſya tibiis facere non potuit. Itaque Apollo victum Marſyan [12] ad arborem religatum [13] Scythae tradidit, [1] qui

7 UNUS EX * TURIS] *Ex ſatyris* fortaſſe legendum. MICYLL. Non eſt dubium, quin *unus ex Saturis* legi oporteat, quod jam Barthius & Micyllus annotarunt. SCHEFF. Barthius conjicit *Curioſis* vel *Satyris*. Poſterius, quod etiam Micyllo viſum, probo. Vide Tzetzae locum modo laudatum, & Philippum Anthol. lib. I. Sect. XI. num. 5. qui eum Νυμφοχῶν Σάτυρον ſalutat. Ovid. VI. Faſt. 703. *Inventam Satyrus primum miratur; at uſum Neſcit, & inflatam ſentit habere ſonum.* Salmaſius ad Solinum heic legit, *ex Tityris*. Procul dubio ex ſua correctione, ut ſaepe ſolet ὁ πάνυ. De Tityris AElianus Ποικ. ἱστ. lib. III. cap. 40. *Comites Bacchi fuerunt Satyri, quos nonnulli Tityros appellant.* Schol. Theocriti ad Eid. I. vers. 72. Ὁ δ' Τίτυρος ὄνομα κύριον αἰσχόλιον, τινὲς δὲ παρὰ Δωριεῦσι τοὺς σατύρους λοιδορίαν λέγουσι. Puto legendum, Τοὺς Τίτυρους λοιδορίαν λέγουσι. Servius ad AEn. IV. 58. *Marſyas miniſter ejus* (Bacchi) *per civitates in foro poſitus libertatis indicium eſt.* MUNCK. De Tityris Strabo lib. X. pag. 420. Sed ſine dubio *Satyris* legendum: haec vox ſaepe in Mſſ. perperam ſcripta eſt. Sic apud Ovid. lib. IV. Met. vs. 25. pro *Satyri* in aliis *Thyrſi*, in aliis *Tyrſi* exaratum erat. De voce *Satyri* conſule Titium ac Bart. ad Nemeſiani Ecl. 3. vs. 25. Perizon. ad AElian. III. V. H. cap. 40. Cl. Burm. ad Ovidii l. l. Statua Athenis eſt τοῦ Ἀθηνᾶς τοῦ Σιληνοῦ Μαρσύου πλαίσεως. Vide Pauſan. lib. I. cap. 24. p. 56. Hinc certe tibiis Phrygiis utebantur in ſacris Bacchi, ac comeſſationibus, vide Euripidis Bacchas vs. 127. & 159. item Perizon. ad AElian. lib. XIII. V. H. cap. I. prope finem. De *Marſya* Chius in Troïcis apud Athenaeum lib. IV. c. ult. p. 184. ait σύριγγα μὲν, φησιν, ὑφὶ Μαρσύου τε αὐλεῖν τὸ Κελαιναῖς, τὸ ἐσθῆτας ἐν κελεύθῳ συνεζευγέναι. Vide plura apud Spanh. & Strabon. l. l.

8 COMMELETANDO] *Meditari* dictum eſſe quaſi *melitari*, obſervat Servius ad illum Virgilii verſum Ecl. I. *Sylveſtrem tenui muſam meditaris avena.* Μελιτᾶν autem tibicinum eſt, dum artem diſcunt, docente ad Solinum Salmaſio. Etiam *meditari* de iis, qui fidibus diſcunt, uſurpant Latini. Sueton. Neron. 20. *Paulatim meditari & ipſe exercerique coepit.* Diomedes lib. I. *Medito & meditor item differunt. Nam, ut putat Plinius, meditare eſt ſecum cogitare: meditari voce dicere.* Confer Sciopp. Suſpect. Lect. lib. IV. cap. 2. & Reineſium in Scholiis ad Petron. Frag. Trag. p. 294. MUNCK.

9 SONUM SUAVIOREM] Probo. Veteres *ſonum*, quod huc non ſpectat. *Facere ſuaviorem ſonum* eſt ſuavius ſonare, ſuavius canere, ob frequens exercitium videlicet. SCHEFF.

10 APOLL. AD CITHARAE CANT.] Conſule Plutarch. lib. VII. Sympoſ. Quaeſt. 8. pag. 713. quocum confer Salmaſ. Exercit. Plinian. in Solin. pag. 585.

11 CITHARAM VERSABAT] H. e. ad aliud modulationis genus accommodabat, quod non potuit Marſyas, cujus tibiae ad unum Phrygium fuerunt accommodatae v. Salmaſ. ad Solin. p. 119. SCHEFF. H. e. ad aliud modulationis genus citharam accommodabat, ut interpretatur Salmaſius ad Solin. pag. 119. Apollod. lib. I. Τῷ καλάμῳ ἐρίσας ἠγωνίζῃ ὁ Ἀπόλλων. Gloſſ. MSS. in Fulgentium: *Marſyas quidam paſtor erat, qui Apollinem Deum in certamen provocavit. Qui cum cum eo diu concertaret, eumque ſuperare nequiret, verſa citharâ cantare coepit. Quod cum Marſyas verſis tibiis agere non valeret, eum ad arborem religavit, ipſum cauda porcina damnavit.* Diodorus lib. III. pag. 192. citharae ſono congruam vocem applicuiſſe narrat, atque ita palmam meritum. MUNCK.

12 AD ARBOREM] Pinum Longus in Paſtoralibus, & Apollod. lib. I. fuiſſe volunt; alii φηγὸν faciunt. MUNCK. Conſule Celeb. P. Burm. ad Ovidii l. l.

13 SCYTHAE TRADIDIT] Hoc a noſtro eſſe

ex

[1] qui eum membratim ſeparavit. Reliquum corpus [2] diſcipulo Olympo ſepulturae tradidit, è cujus ſanguine [3] flumen Marſyas eſt adpellatum.

## CLXVI. *Erichthonius.*

VULCANUS Jovi caeteriſque diis [4] ſoleas aureas ex adamante cum feciſſet, Juno cum ſediſſet, ſubito in aere pendere coepit. Quod cum ad Vulcanum miſſum eſſet, ut matrem, quam ligaverat, ſolveret, iratus

ex male intellecto vocabulo ἀπεκοδίσαι, non improbabiliter conjicere videtur Salmaſius ad Solin p. 926. cum omnes alii doceant, ipſum eum excoriaſſe. Verum omnes alios hoc docere, male ſtatuit Salmaſius, cum ſaltem Philoſtratus Junior faciat etiam cum noſtro. Nihil igitur mutandum. Nam Scytharum olim proprium & ſingulare habitum hoc artificium excoriandi. Vide τὸ πάνυ Gronovium ad II. Senec. de Ira. c. 5. SCHEFF. Defendit heic Hyginum Rubenſius apud ſummum virum J. Fred. Gronovium ad Solin. p. 926. De Scythis miniſtris publicis apud Athenienſes conſule Meurs. Ceram. cap. 16. Etymol. Τολύτας, οἱ δημόσιοι ὑπηρέται. τὰς δ' αὐτὰς καὶ Σκύθας ἔλεγον καὶ Σπευσίμους. In Τοξότας, Σπευσινίους appellat ἀπὸ Σπευσίνου τοῦ πρώτου καθοπλίσαντος αὐτούς. Puto ſcribendum eſſe Πευσινίους & Πευσίνου, vel Πευσῖνος ex Schol. Ariſtoph. in Acharn. act. I. ſc. 2. Nec ſanum τὸ Τολύτας. MUNCK.

1 QUI CUM EUM MEMBRATIM SEPARAVIT] Valde mihi hoc ſuſpectum eſt. Quid enim, *ſeparare aliquem*? puto igitur deeſſe aliquid de cute, ac fortaſſe ſcribendum, *qui cutem ei membratim ſeparavit*. SCHEFF. *Membratim ſeparare* heic poſuiſſe videtur pro διχοβωσῶν καθὰ μέλος, quod Exod. 29. vel μελῶσι διαιρῶν, quod legitur apud Apollon. lib. II. vers. 628. *Membratim laniare* id dicit cap. 184. & German. Schol. in Lyrâ, *Membratim diſcerpere*. Apulejus lib. VI. Met. *Membratim diſſipare*. IX. *Membratim compilare*. Arnob. lib. I. *Membratim lancinare*. Lib. V. *Membratim ſecare*. Julius Firm. in de E. P. R. *Artuatim lacerare, particulatim conſcindere*. Gloſſ. Philox. *Membratim*, καθὰ μέλος. Cyrill. Μεληδόν, *membratim, minutatim*. Gloſſ. Iſid. *Artuatim, membratim*. Utitur & Plinius eâ voce Natal. Hiſtor. XI. cap. 37. quae deducta eſt à verbo *membro*. Cenſorinus cap. XI. *Infans membratur*. Caeterum διαιρεῖς pro dilaniare etiam Graecis uſurpatum video Apollod. lib. I. pag. 33. Ἃ διαρπάσαντες ἀπολιπόντες ἔφυγον. Verum non dilaniatum Marſyan, ſed cutem ei detractam narrant Ovidius, Apollodorus, Hephaeſtion, Palaephatus, Lucianus, Euſtathius, alii. Hinc Cl. Schefferus ſuſpicatur ſcribendum, *membratim cutem ei ſeparavit. Cutem à carne ſeparare id dicit* Apitius lib. VIII. cap. I. Iſtam cutem Celaenis in victoriae ſuae monimentum ſuſpendiſſe memorat AElian. Var. Hiſtor. lib. XIII. cap. 21. Stat. IV. Theb. 186. & Lucan. III. 206. In Apollinis aede Sicyone collocat eam Ampelius cap. 8. ſi verba ejus emendes: *Marti autem coriam quoque, rem. Argonautarum*. Legendum putem *Marſyae corium*. Sed Celaenis fuiſſe ſuſpenſum illud corium veriſimilius, cum Marſyas amnis juxta Celaenarum oppidum fuerit, ut liquet ex Plin. lib. XXXI. cap. 2. Conſer Schol. Stat. lib. II. Theb. 667. MUNCK. Adde eundem Lactant. ad Statii IV. Theb. 186. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 321. Celeb. Perizon. ad AEliani lib. XIII. V. H. cap. 21. Salvagnium ad Ovidii Ibin vs. 551. item Celeb. Burm. ad Petron. cap. 36. & conſidera tecum, quid Perizonius ac Burmannus de Herodoti loco Marſyae pellem ἀσκὸν vocantis adnotent. Vide praeterea, lector, num locus Ariſtophanis in Nub. 441. Herodotum inluſtret, ubi ἀσκὸν δέρειν, ſive δαίρειν dicitur, & a Scholiaſte per τὸ σῶμα διαιρεῖν explicatur. Apollodorus dicit lib. I. p. 13. διελὼν τὸ δέρμα. Notandum praeterea, quod de Marſya refert Ptolemaeus Hephaeſtio lib. III. apud Photium pag. 477. Μαρσύας ὁ αὐλητὴς, ὃς ἐξεδάρη, ἐν ἑορτῇ Ἀπολλωνίῳ ἐτύχθη, ἐν ᾗ πάντων τῶν θυομένων ζώων τὰ δέρματα αὐτῷ διαιρούμενα ἀναῖδεστα. Quo caſu tandem Marſyae tibiae Apollini apud Sicyonios dicatae ſint, docet Pauſan. lib. II. c. 7. p. 128.

2 DISCIPULO OLYMPO] Vide Euſtath. ad Iliad. A. pag. 21. Meminit ejus quoque Ovidius cum VI. Met. 393. tum III. Pont. eleg. 3. *At non Chionides Eumolpus in Orphea talis, In Phryga nec Satyrum talis Olympus erat*. Adde noſtr. cap. 273. Plutarchus in libro de Muſica non μελητῶν modo, ſed & παιδικὰ Marſyae appellat. MUNCK. Ad Ovidium Cl. Burmannus videndus & Philoſtratus ſenior lib. I. cap. 29. & 21.

do

tus, quod de coelo praecipitatus erat, negat, se matrem ullam habere. Quem cum Liber Pater ebrium in concilio deorum adduxisset, pietati negare non potuit. Tum optionem à Jove [5] accepit, si quid ab iis petiisset, inpetraret. Tunc ergo Neptunus, quod Minervae erat infestus, instigavit Vulcanum, Minervam petere in conjugium. Qua re inpetrata, in thalamum cum venisset, Minerva, monitu Jovis, [6] virginitatem suam armis defendit, interque luctandum ex semine ejus, quod in terram decidit, natus est puer, qui inferiorem partem draconis habuit: quem Erichthonium ideo nominarunt, [1] quod

de Iconibus. nec non Philostrat. Junior. Icon. 2. Rediit tamen postea cum tibicinibus, quos ob hoc Marsyae & Sileni sacinus oderat, in Gratiam Apollo, postquam sacadas primus tibia cantavit in ludis Pythiis. ut Pausanias docet lib. II. cap. 22. pag. 162. sed confer, quae dixi ad fab. 140. in f.

3 Flumen Marsyan] Scribe *flumen Marsyas*. Consule Plinium. v. 29. SCHEFF. Scrib. *Marsyas*. Solin. cap. 53. *Qui proximat, fluvius Marsyas dicitur*. Curt. III. I. *Marsyas amnis fabulosis Graecorum carminibus inclutus*. Plin. lib. v. cap. 29. *Marsyas ibi redditur ortus, ac paulo post conditus, ubi Marsyas certavit tibiarum cantu cum Apolline*. Palaephat. cap. 48. Εἶδον ἐγὼ ποταμὸν ἐν Φρυγίᾳ. Μαρσύας ὄνομα ποταμῷ, καὶ ἴλεγον εἶ Φρύγιος, ἀλλὰ τὸ ῥεῦμα ἐξ αἵματός ἐστι Μαρσύου. Eadem habes apud Plutarch. lib. de Flum. pag. 36. qui & Satyros ortos ex ejus sanguine addit ex Alexandro Cornelio. Apud Laetant. Argum. Fab. VI. lib. Met. Ovid. & poetam ipsum fluvius is natus dicitur ex lacrymis Satyrorum, & Nympharum. MUNCK. Vide & Philostrat. Junior. pag. 866. de hujus fluvii situ S. Bochart. Phaleg. lib. I. cap. 3. pag. 14.

## Ad CAP. CLXVI.

4 Soleas aureas ex adamante] Non intelligo, quomodo soleae aureae fiant ex adamante. Deinde, quid faciunt soleae ad sessionem? subdit, *Jumo cum sedisset*. Debuit itaque sedere, ut ligaretur. At huc soleae nil conferunt. An scripsit noster, *solia aurea, & soleas ex adamante?* Solia sunt Cathedrae Deorum. Virgilius lib. VI. AEn. de Dardano.

*Aurea nunc solio stellantis regia coeli*
*Accipit, & numerum divorum altaribus auget.*

Firmat conjecturam nostram Pausanias, quando sic in Atticis: *Vulcanum ajunt donum matri auream sellam misisse cum occultis quibusdam vinculis. Deam cum assedisset, statim vinculis implicatam*. SCHEFF. Cl. Schefferus non intelligere se ait, quomodo soleae aureae ex adamante fiant, & corrigit, *Solia aurea & soleas ex adamante*. Sanè soleae nihil faciunt ad sessionem. Ego puto sufficere ad correctionem, si legas, *solia aurea*, vel *sellas aureas*. Sanè χρύσεον ἐδώλιον Junoni dat Callim. Hymn. IV. 228. Τὸ *ex* heic idem est quod *cum*, ut ipse observat ad cap. 25. Gemina germana his sunt illa cap. 73. *Monile aureum ex gemmis fecit*. Et cap. 25. *Coronam ex venenis fecit auream*. Festus: *Solia appellantur sedilia, in quibus non plures singulis possunt sedere*. Duriuscula commenta mea si tibi videbuntur, mi lector, nec assensum tuum impetrare possunt, impetrabunt certè, quae à se ad hunc locum observata mecum communicavit doctissimus Jacobus Perizonius: Corrigendum censeo, *solia aurea nexa adamante*. Infra fab. 223. *Lapidibus variis & candidis vinctis auro*. Virg. I. AEn. 452. *Nexae aere trabes*. Nisi forte quis praeferat, *solia ex auro & ex adamante*. fab. 223. *Signum Jovis Olympii, quod fecit Phidias ex ebore & auro*. Virg. VI. AEn. 552. *Solidoque adamante columnae*. Haec ille. Caeterum de fabulâ hac videndus Servius ad Eclog. IV. vers. 62. MUNCK.

5 Accepit, si quid ab iis petisset, impetraret] An legendum? *accepit, ut, si quid* &c. Vide quae notavi ad cap. 139. Fulgentius in hac fabulâ lib. II. cap. 14. *Promissum accepit, ut, quicquid vellet, praesumeret*. Causam hujus promissi longe aliam affert Etym. auctor in Ἐριχθώς. MUNCK. Munckerus tentat, *accepit ut siquid* &c. Sed vel sic parum congruum hic videtur illud *impetraret*, nisi *promissionem, sponsionem* aut tale quid pro *optionem* substitui velis. Fortean igitur pro spurio hoc *impetraret* delendum. Tali certe forma fab. CXCV. *optionem ei dederunt, siquid peteret*. WOPKENS.

6 Virginitatem armis defendit] Ita quidem vulgo tradunt. Antigonus autem Hist. Mir. cap. 12. Φησὶν Ἡφαίστῳ ἐρᾶσαι Ἀθηνᾶς συγκαλυπτόμενον αὐτὴν ἀφανισθῆναι. MUNCK. Propter hanc fabulam Minervae statuam in Vulcani tem-

[1] quod ἔρις Graece certatio dicitur, χθὼν autem terra dicitur. Quem Minerva cum clam nutriret, dedit in ciſtula ſervandum [2] Aglauro, Pandroſo & Herſae Cecropis filiabus. Hae cum ciſtulam aperuiſſent, [3] cornix indicavit. illae, à Minerva inſania objecta, ipſae ſe in mare praecipitaverunt.

## CLXVII. *Liber.*

LIBER Jovis & Proſerpinae filius à Titanis eſt diſtractus, cujus cor contritum [4] Jovis Semelae dedit [5] in potionem. Ex eo praegnans cum eſſet facta, Juno [6] in Beroen nutricem Semeles ſe commutavit, & ait: Alumna, pete à Jove, ut ſic ad te veniat, quemadmodum ad Junonem, [7] ut ſcias, quae voluptas eſt, cum deo concum-

templo Athenis poſitam eſſe cenſet Pauſan. lib. 1. cap. 14. p. 35. & hinc ad imam Minervae haſtam anguis Erichthonius poſitus conſpicitur. cap. 24. pag. 58.

1 QUOD ἔρις] Ita [& Fulgent. Myth. lib. II. 14. Scholiaſtes autem Homeri λὰξ ἰέναι ἐς χθονός, ad Catal. vers. 54. quod & apud Tzetzen invenies in Lycophron. pag. 24. ed. Steph. Vide apud eos lepidam fabulam. Nam exſcribere eam cui bono? Adde noſtrum Aſtron. II. 13. Servium ad III. Georg. 113. Schol. German. Erichthonio. Auguſtin. C. D. XVIII. cap. 2. Lactant. lib. 1. cap. 17. Caeterum Tzetzes hunc Erichthonium ex Minervâ Cranai filiâ ſuſceptum memorat à Vulcano. Sed alibi aliter. Vide notas ad Fulgent. II 14. MUNCK. Ad hanc fabu- adluſit Philoſtratus lib. VII. cap. 24. de Apoll. Tyan. qui eum draconem & Minervae filium vocat. Erichthonius inde Minervae παρθένος V. Doctiſſ. Abreſch. in Obſ. Miſc. Oct. Nov. Dec. 1734. pag. 241. de eodem Pauſan. lib. 1. cap. 2. pag. 7. 8.

2 AGLAURO, PANDROSO] Scribendum eſt *Aglauro* ex Pauſania: Apollodoro eſt *Agraules*: Sed cum Pauſania facit & Antigonus in ſua Miraculoſarum Narrationum congerie. SCHEFF. Fulg. lib. II. *Duabus ſororibus Aglauro & Pandorae commendavit.* An legendum *Pandroſo?* Ita cenſeres, niſi mox ſubderet, *Pandora enim univerſale munus dicitur.* Sanè *Pandroſon*, non *Pandoram* eam appellant praeter Hyginum Ovid. II. Met. 561. Schol. Homer. Iliad. A. 334. Antigonus Mirabilium cap. 12. Apollod. lib. III. Schol. German. Erichthonio. Sed quam *Aglaurum* Pauſanias, Ovidius, Lactatius, ſive Lactantius in Argumentis Met. Ovid. Schol. German. & Fulgentius appellant, *Agraulos* dicitur Apollodoro, Antigono, Polluci, Philochoro, Heſychio, & Etymologicographo. MUNCK.

3 CORNIX] Coronis Coronei filia, quae in cornicem converſa eſt. Vid. Ovid. II. Met. fab. 8. MUNCK. Nihil certi in hiſtoria fabuloſa ſtatui poteſt. Hyginus refert tres ſorores aperuiſſe ciſtulam. Ovidius II. M. 558. dicit duas ſorores Pandroſon atque Herſen praecepto Minervae paruiſſe, ſed ciſtulam ab Aglauro apertam fuiſſe: denique Pauſanias lib. 1. cap. 18. & cap. 27. unam Pandroſam ſibi commiſſa ſine fraude fuiſſe tuitam, ſed duas ejus ſorores Aglauron & Herſen ciſtulae vincula ſolviſſe docet. Hyginum inluſtrant, quae ſcripſit Meurſius lib. 1. de Reg. Athen. cap. II. Cornix vero mulieris nomen apud Graecos fuit, ut patet e Plutarcho de Oraculor. defectu, Tom. II. p. 412.

## Ad CAP. CLXVII.

4 JOVIS SEMELAE DEDIT] Barthius ad Stat. Tom. III. pag. 670. *Jovi Semele dedit.* perperam. Cor diſtracti illius Liberi non poſſidebatur à Semele, ſed à Pallade Jovi fuit allatum, ut narrat Hom. Schol. Iliad. A. 200. Deinde, ex potione, quam Jupiter bibit, quomodo praegnans fieri Semele potuit? MUNCK.

5 IN POTIONEM] Hoc eſt, in philtrum, ut idem ibidem explicat. quod probo. Sic *potionare* pro philtrum dare Suetonius uſurpat Calig. cap. 50. MUNCK.

6 IN BEROEN] Lactant. ad Stat. 1. Thebaid. vs. 12. Junonem in *aniculam deceratam* verſam Semeles limen ingreſſam eſſe dicit. ubi plura.

7 UT SCIAS, QUAE VOLUPTAS EST] Scribe, *quae voluptas ſit*, ut habetur infra fab. 179. ubi eadem referuntur. SCHEFF. Politius eſt, quod legitur cap. 179. *Ut ſcias, inquit, quae voluptas ſit.* MUNCK.

8 EX CUJUS UTERO] Vide Eurip. Bacch. vs. 288. & ſeqq. Lactant. ad Statium 1. Thebaidos vs. 12. *Jupiter vero aperto ejus velociſſime utero Libe-*

cumbere. Illa autem inſtigata petit ab Jove, & fulmine eſt icta. [8] ex cujus utero Liberum exſuit, [9] & Nyſo dedit nutriendum, unde Dionyſus eſt adpellatus, [10] & Bimater eſt dictus.

## CLXVIII. *Danaus.*

DANAUS Beli filius [11] ex pluribus conjugibus, quinquaginta filias habuit: totidemque filios frater AEgyptus, qui Danaum fratrem & filias ejus interficere voluit, ut regnum paternum ſolus [12] obtineret, filiis uxores à fratre popoſcit. Danaus, re cognita, Minerva adjutrice, ex Africa Argos profugit. Tunc primum dicitur Minerva [13] navem feciſſe biproram, in qua Danaus profugeret. At AEgyptus ut reſciit

*Liberum patrem APERTO FEMORI abdidiſſe dicitur, ut expletis novem menſibus legitime naſceretur.* Et ex hac fabula mons μηρὸς dictus fuiſſe fingitur. Vide Olear. ad Philoſtrati lib. II. cap. 9. de vita Apoll. Tyan.

9 ET NYSO] Nutricium cum Bacchi fuiſſe ſcribit etiam cap. 131. & 179. quibus locis tamen malè *Niſus* ediderunt. Caeterum Servius ad Ecl. VI. 15. ex nutricio Nyſo *Nyſam* Bacchi nutricem facit, quam nec Noſter ignorat cap. 182. Vide & Freinshem. ad Curt. lib. VIII. 10. Juſtin. lib. XII. cap. 7. MUNCK. Ino Liberi patris fertur fuiſſe nutrix a Lactantio ad Statium I. Theb. 13. & ab Hygino fab. 2. ubi de Libero patre & *Ino nutricem ſuam eripuit.* Plures fuiſſe Bacchi nutrices docet Plutarch. lib. III. Sympoſiac. Quaeſt. IX. p. 657. T. II.

10 ET BIMATER EST DICTUS] Hoc vero falſum eſt, & ſcholion forte inepti glotſitoris, niſi ante haec verba nonnulla de Baccho femori inſuto exciderunt, ut Illuſtris Heinſius ſuſpicatur. Vid. Diodor. lib. III. pag. 198. ubi omnia haec accuratius referuntur, ut & initio lib. IV. Adde notas noſtras ad Fulgent. lib. II. cap. 15. Etymol. in Διώνυσος & Διώνυσος, ut & in Διθύραμβος. Iſidor. Orig. lib. VIII. cap. 2. MUNCK. *Dithyrambum* Bacchum triplici de cauſſa dictum docet Proclus apud Photium pag. 985. Plura de Baccho Dithyrambo & *Nyſa* (de qua etiam Herodot. lib. II. cap. 146. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 1153. & Schol. Homeri Il. Z. 133. Schol. Ariſtophan. Ran. vers. 218. Schol. Apollod. Rhod. II. 1215. item Antiqu. Schol. ac Triclin. ad Sophocl. Antigon. 1144.) notata videbis in notis Celeb. P. Burmanni ad Ovid. III. Met. 314. & Lactant. ad Statii VII. Theb. 166. & ad IX. Theb. 423. Aliam vero nominis *Dionyſi* eſſe originem cenſet Phurnutus de N. D. cap. 30. De Baccho conſulas Schol Euripidis & apud eundem Mnaſean, ad Phoeniſſ. vs. 653. & ipſum Eurip. in Bacch. a vs. 286. ad vs. 297. & Munck. ad fab. 179. Plures fuiſſe Dionyſos vidimus ad fab. 131. De *Baccho Nyſio* Olear. ad Philoſtrati lib. II. cap. 2. de Apoll. Tyan.

## Ad CAP. CLXVIII.

11 EX PLURIBUS CONJUGIBUS] Phlegon Trallianus Mirab. cap. 31. ex unâ Europâ Nili filiâ ſuſcepiſſe eas Danaum prodit. Atque ita etiam Hippoſtatus apud Tzetzen Chil. VII. 136. qui tamen *Europam* eam, non *Euryopam* appellat. Similius vero eſt, quod heic Hyginus, & Apollodorus lib. II. pag. 63. & ex eo Schol. Hom. ad Iliad. A. 42. tradunt. MUNCK. De fabula hac conſule Lactant. ad Statii v. Theb. 118. & quos laudat Celeb. J. Broukh. ad Tibull. lib. I. El. III. vs. 79. & Schol. Eurip. in Hecub. vs. 886. & ad Oreſtem vs. 872. Danai filias, quum filios AEgypti fugerent, prius adpuliſſe Lindum urbem in inſula Rhodo, & ibi Minervae templum poſuiſſe narrat Herodotus lib. II. cap. 182. Schol. vero Homeri Iliad. A. vs. 42. Danaum ipſum cum filiabus ad hanc inſulam adpellentem Minervae ſtatuam dicaſſe docet. Hae Cereris ſacra ex AEgypto in Graeciam tranſportaſſe dicuntur ab Herodoto apud Plutarch. de Herodoti Malign. T. II. p. 857. Quomodo vero Danaus cum Gelanore Sthenelae filio contendens, Argorum imperio potitus ſit, docet Pauſan. lib. II. cap. 19. pag. 152, 153.

12 OBTINERET, FILIIS] Videtur deeſſe copula & à praecedenti ſyllaba abſorpta, & ſcribendum *& filiis.* Vide notas ad cap. 4. MUNCK. Non male Munckerus mavult, *& filiis uxores a. f. p.* Rectè tamen etiam Doct. Waſſeus ad Salluſt. p. 367. ex Schol. Germanici p. 131. legebat *eaſque filiis ſuis uxores a. f. p.* WOPKENS.

13 NAVEM BIPRORAM] Sic infra cap. 277. Na-

reſciit Danaum profugiſſe, mittit filios ad perſequendum fratrem, & eis praecepit, ut aut Danaum interficerent, aut ad ſe non reverterentur. Qui poſtquam Argos venerunt, obpugnare patruum coeperunt. Danaus, ut vidit, ſe eis obſiſtere non poſſe, [1] pollicetur eis filias ſuas uxores, ut pugna abſiſterent. Inpetratas ſorores patrueles acceperunt uxores, quae patris juſſu viros ſuos interfecerunt. Sola [2] Hypermneſtra Lynceum ſervavit. Ob id caeterae dicuntur apud inferos [3] in dolium pertuſum aquam ingerere. Hypermneſtrae & Lynceo fanum factum eſt.

## CLXIX. *Amymone.*

[4] AMYMONE Danai filia, dum ſtudioſe in ſylva venatur, Satyrum jaculo percuſſit: eam Satyrus voluit violare. Illa Neptuni fidem inploravit. quo Neptunus cum veniſſet, Satyrum abegit, & ipſe cum ea

*tem biremem Danao aedificavit.* Schol. Apollon. ad lib. I. vers. 4. de Argo: Ταύτην δέ φασι πρῶτον ἁπάντων μακρὰν. ἔπλει δ' λίγυσι Δαναὸν διωκόμενον ὑπὸ Αἰγύπτου πρῶτοι καθασκεύασαν, ἐφ' ᾗ Δαναὸς ἐκόμιζε. Stat. Schol. in hac fabulâ ad lib. II. 222. *Primum dicitur navem feciſſe, à cujus nomine Argo dicta eſt navis.* Leg. *dicta eſt Danais.* Schol. Hom. ad Iliad. A. 42. Danai navim πεντηκόντορον appellat. Athenaeus lib. V. pag. 204. de navi à Philopatore aedificatâ: Δέκηρον ἐγεγόνει ἡ δέκρυμνος. Cujuſmodi iſta ſtructura fuerit, non percipio. MUNCK.

1 POLLICETUR EI FILIAS UXORES] Collocaſſe eas ad metam circi canit Pindarus Pyth. od. IX. ut curſu inter ſe juvenes de optione concertarent. MUNCK.

2 HYPERMESTRA] Ita & Servio appellatur in hac fabula ad AEn. X. 497. Ὑπερμνήστρα autem Apollodoro eſt & Schol. Euripid. pag. 200. edit. Steph. ſed corruptiſſime ibi Ἀμφίων audit, qui Heſiod. Aſpid. 327. Ἀνγεύς, aliis Ἀνγκεύς eſt. Sed in Heſiodo & ejus Scholiaſtis an non rectius Ἀνγκαῖος ſcribatur quam Ἀνγαῖος, viderit Clariſſ. Graevius. Ἀνγίων quoque ſcriptum invenî apud Euſtath. in Dionyſ. p. 104. *Hypermneſtram* & *Linum* eos appellat non minus vitioſe Horat. Schol. ad lib. III. od. 2. quanquam τὸ *Linum* etiam in Scholiaſte Germanici invenias, ut animadverſum pridem Nob. Heinſio ad Heroid. vers. 123. Caeterum praeter Hypermneſtram etiam Bebryces peperciſſe ſponſo ſuo tradit modo laudato loco Euſtathius. MUNCK. Quidni & *Hypermneſtra*? Sane pro Ἀνγεύς ubique Ἀνγκεύς ſcribendum. De utroque conſule Schol. Pindari O. Nem. X. vs. 10. & Cioſan. ad Ovidii Ep. XIV. Heroid. vs. 1. Ἀνγκία eum vocat etiam Herodot. lib. II. cap. 91. *Hypermneſtram* eam etiam adpellat Lactant. ad Statii I. Thebaid. vs. 324. & ad VI. Theb. vs. 290. ubi non tantum *AEgyſti* male pro *AEgypti*, ſed & *Lino* peſſime pro *Lynceo* legitur in Editione Pariſienſi, qua utor. Argis hinc in eodem tumulo ſepulti ſunt Lynceus & Hypermneſtra Pauſan. lib. II. cap. 21. pag. 158. qui cap. 20. pag. 156. dicit τάδε χωρίον τὸ ἄπιθεν ἡ ἐς τόδε κεκτήσεον ὀνομάζεσιν, Ὑπερμνήστρας σύταφα ὑπὸ Δαναοῦ κεκλῆσθαι λίγοντες.

3 IN DOLIUM PERTUSUM] Hinc proverbium ortum, εἰς τετρημένον πίθον ἀντλεῖν. de quo conſule Apoſtol. Cent. VII. 84. MUNCK. Pro quo de his Danai filiabus Lucian. Dialogo VI. Mortuor. οἱ δ' Δαναοῦ αὐτὰς παρθένοι εἰς τὸ ΤΕΤΡΥΠΗΜΕΝΟΝ ΠΙΘΟΝ ΕΠΑΝΤΛΟΥΣΑΙ.

## Ad CAP. CLXIX.

4 AMIMONE] Repetita eſt haec fabula, nam in indice ſemel tantum ponitur. MICYLL. A Gloſſatore repetitio hujus fabulae eſt. Nam in indice, ut recte obſervat Micyllus, ſemel tantum ponitur. Exſcripſit & heic Hyginum Lactantius ad Stat. II. Theb. vs. 433. MUNCK. Et ad VI. vs. 287.

5 ID IN QUO LOCO] Nihil muto, eſt enim trajectio, pro, *in quo loco id factum eſt.* Quanquam ignorem, an haec tota Hygini ſit narratio, cum eadem ſequatur ſtatim verbis magis ei convenientibus. Niſi malis credere, illud *Id*

per

ea concubuit. ex quo conceptu naſcitur Nauplius. [5] Id in quo loco factum eſt, Neptunus dicitur [6] fuſcina percuſſiſſe terram, & inde aquam profluxiſſe, qui Lernaeus fons dictus eſt, & Amymonium flumen.

[7] AMYMONE Danai filia miſſa eſt à patre aquam petitum ad ſacrum faciendum: [8] quae dum quaerit, laſſitudine obdormiit: quam Satyrus violare voluit. Illa Neptuni fidem inploravit. quod cum Neptunus fuſcinam in Satyrum miſiſſet, illa ſe in petram fixit. [9] Satyrum Neptunus fugavit. [10] qui cum quaereret in ſolitudine à puella, illa ſe aquatum miſſam eſſe dixit à patre: quam Neptunus compreſſit. Pro quo beneficium ei tribuit, juſſitque ejus fuſcinam de petra educere. [11] quae cum eduxiſſet, tres [12] ſilani ſunt ſecuti, qui ex Amymones nomine Amymonius fons adpellatus eſt. ex qua compreſſione natus eſt Nauplius. Hic autem [13] fons Lernaeus eſt poſtea adpellatus.

## CLXX.

per ellipſin ſignificare *eò id.* Vide Indicem in *Id.* SCHEFF.

6 FUSCINA PERCUSSIT TERRAM] Schol. Eurip. ad Phoen. v. 195. Τρίαινα τύπος Ἄργους, ὅτε τὸν πρίασθαι ὀρθῶν ἤτησεν ὁ Ποσειδῶν συγκοιμηθεὶς τῇ Ἀμυμώνῃ, ἡ δὲ εὐθὺς καὶ ἐκεῖνο ὕδωρ ἀνέλυσεν. ὁ δὲ τὸν ἐπίκλησιν ἔχει ἐξ Ἀμυμώνης. Vide & ſeqq. MUNCK.

7 AMYMONE D. P.] De matre ejus lis eſt inter antiquos. Ab Apollodoro lib. II. pag. m. 81. ex Europa & Danao nata eſſe dicitur, a Tzetze ex matre Elephantide progenita. Conſule inl. Spanh. ad Callim. H. Pall. vs. 48.

8 QUAE DUM QUAERIT] Lege *quam dum* &c. MUNCK.

9 SATYRUM] Alium vero Satyrum, qui Arcadas vexabat, & eorum pecora abigebat, interfecit Argus panoptes. Apollodor. lib. II. pag. m. 75. De hoc Satyro idem Apollod. p. 79. Plures fuere Satyri, de quibus Schol. Theocriti Idyll. IV. vs. 62. Perizon. ad AElian. III. V. H. 40. P. Burm. ad Ovidii IV. Met. 25.

10 QUI CUM QUAERERET IN SOLITUDINE] Abeſt aliquid, quod liquet ex puellae reſponſione. SCHEFF.

11 QUAE DUM EDUXISSET, ET TRES SYLANI] Illud & adjectum eſt ex ſyllaba poſtrema vocis praecedentis. Adde ſimilia Fab. 125. & 126. Sylani ſunt velut tubi, unde profluit aqua. Nempe ſicut fuſcina tres habebat cuſpides, ita iis evulſis, tres ſecuti ſunt ſylani, e quibus aqua profluebat, haec eſt fabulae ſententia. SCHEFF. Dele τὸ & cum Scheffero & Heinſio. Praeterea *quam* pro *quae* reſcribe. MUNCK.

12 SILANI] Aquae fiſtulae. Varro IV. L. L. *Fiſtula aquae, fuſus aquae. Fiſtulas aquarias* vocat Capitolinus in Macrino & Balbino. *Canales* interpretatur Barthius Adv. lib. X. cap. 20. *tubos*, unde aqua profluit, Schefferus. Celſus lib. II. cap. 19. *Conſert etiam aliquid ad ſomnum ſilanus juxta cadens. Tullios* etiam dictos ex Feſto in ea voce didici. Reſtituendum id vocabulum Vett. Gloſſ. *Silvanus*, κρουνός. Putabat Graecam vocem eſſe vitioſam Stephanus, & propterea nullo accentu notavit. Sed vitioſa eſt Latina. Scrib. *Silanus*, κρουνός. Eſt autem κρουνός, σωλὴν, *aquae ductus, fiſtula.* Gloſſae eaedem: *Fiſtula.* σωλὴν, σύριγξ &c. *Tubus*, σωλὴν. *Silanus*, κρουνός. Multus eſt, ut poſtea vidi, in ſilani vocabulo Gyraldus Part. II. Dialog. 18. Invenitur quoque in Not. Tyr. p. 171. MUNCK. Adde Interpr. ad Petron. Satyric. cap. 36. Imo Danai filiae Argis ſumma induſtria puteos inveniſſe dicuntur. Vid. Strabon. lib. VIII. pag. 570. & Delrium ad Senecam in Thyeſte vs. 119.

13 FONS LERNAEUS] Apollod. lib. II. *Amymone autem cum hoc concubuit, eique Neptunus Lernaeos fontes indicavit.* Schol. Apollon. ad lib. III. 1240. Λίμνη κρουνὸς ἡ Ἄργους, ἱερὰ Ποσειδῶνος. Heliodeus in Θιογ. 257. ed. Heinſ. Λίμνη λίμνα ἐν Ἄργει. Servius ad AEn. VI. 287. *Lerna Argivorum palus.* Adde Schol. Hom. ad Iliad. Δ. 171. Propert. lib. II. 20. *Teſtis Amymone, latices cum ferret in arvis, Compreſſa & Lernae ſalſa tridente palus.* MUNCK. Vide Strabon. l. I. & Eurip. Phoeniſſ. vs. 617. πολλὰν ἐς Ἄργος, ἀναπλάσας Λέρνης ὕδωρ. Vide ad fab. 30. De *Lerna* ad fab. 30. Eſt etiam in Corintho κρήνη καλουμένη Λέρνα Pauſan. lib. II. cap. 4. p. 121.

## CLXX. *Filiae Danai quae quos occiderunt.*

[1] IDEA Antimachum, Philomela Panthium, Scylla Proteum, Phicomone Plexippum, Euippe Agenorem, Demoditas Chryſippum, Hyale Perium, Trite Enceladum, Damone Amyntorem, Hippothoe Obrimum, Myrmidone Mineum, Eurydice Canthum, Cleo Aſterium, Arcania Xanthum, Cleopatra Metalcem, Philea Philinam, Hyparete Protheonem, Chryſothemis Aſteriden, Pyrante Athamantem, Armoasbus * Glaucippe Nravium, Demophile Pamphilum, Antodice Clytum, Polyxena AEgyptum, Hecabe Dryantem, Achamantis Echominum, Arſalte Ephialtem, Monuſte Euryſthenem, Amymone Midamum, Helice Evideam, Amoeme Polydectorem, Polybe Iltonomum, Helicta Caſſum, Electra Hyperantum, Eubule Demarchum, Daplidice Pugnonem, Hero Andromachum, Europome Atlitem, Pyranthis Plexippum, Critomedia Antipaphum, Pyrene Dolichum, Eupheno Hyperbium, Themiſtagora Podaſimum, Palaeno Ariſtonon, Itea [2] Antiochum, Erate Eudaemonem, Hypermneſtra Lynceum ſervavit: qui, cum Danaus periſſet, primuſque Abas ei nunciaſſet, [3] Lynceus circumcum-

## Ad CAP. CLXX.

*Hoc caput ſtatim capiti* 169. *erat ſubjiciendum, uti factum in ſimilibus* 172. *&* 173. *capitibus.* SCHEFF. Quo loco, & modo hi AEgypti filii occiſi ac ſepulti ſint, docet Pauſan. lib. II. cap. 24. p. 165.

1 IDEA ANTIMACHUM] De his nominibus non habeo, quod dicam. Recenſentur apud Apollodorum lib. II. verum nomina inter ſe vix tria conveniunt. ut plane alios ſecutus noſter videatur auctores, in quorum defectu manent, ſi quae ſunt, depravata. SCHEFF. Multum ab his nominibus variant, quae Apollodorus recenſet lib. II. p. 64. Conferant, quibus tantum ab re ſua otii. MUNCK.

2 ANTIOCHUM] Antiochus etiam Herculis & Medae Phylantis fuit ſive *Mideae* filius, vid. Pauſan. lib. I. cap. 5. p. 13. lib. II. cap. 4. p. 120. Apollod. lib. II. cap. 155, Hygini locum corruptum puto: nec Apollodoro ejus Antiochi ulla fit mentio.

3 LYNCEUS CIRCUMSPICIENS] Abundat illud *Lynceus*. Vel leg. *Quod cum Danaus* &c. MUNCK. Cave cum viro doctiſſimo illud *Lynceus*, quamvis abundet, exſtirpandum putes. Simili enim pleonaſmo Cicero Divin. II. 46. *qui* (nempe Alexander) *cum Ptolemaeus moreretur*, Alexander *adſidens* &c. pro Archia c. X. quod, *cum ipſis haec ampla ſunt, tum iis certe .. hoc maximum .. incitamentum eſt.* Academ. I. 5. *Similiter* vos *cum perturbare, ut illi remp. ſic* vos *philoſophiam .. velitis*, &c. ubi plura exempla collegimus; cum tamen hanc formam his agnoſci non opus ſit, modo diſtinguas. *Similiter vos, cum .. velitis, Empedoclem .. profertis.* WOPKENS.

4 CLYPEUM QUEM DANAUS] Puto rectius hic quaedam includi in parentheſi, hoc modo, *conſpexit clypeum, quem (Danaus conſecraverat Junoni, quem in juventa geſſerat) refixit, & donavit.* Niſi malis *quem* collocare ante refixit. SCHEFF.

5 QUEM IN JUVENTA GESSERAT] Videtur hic tranſpoſitio facta. Mallem, *Quem Danaus in juventa geſſerat, & conſecraverat Junoni*: Infr. cap. 273. *Detraxit clypeum, quod Danaus in juventâ geſſerat, & Junoni ſacraverat, & Abanti filio muneri dedit.* MUNCK Alia de clypeo & Abante narrat Serv. ad III. AEn. 286. 287.

6 ASPIS ET ARGO] Infr. cap. 273. ἀσπὶς ἰναργὴς. Nob. Heinſ. in notis ad Ovid. Met. pag. 403. emendat ἀσπίδ᾽ ἐν Ἄργει. Ego conjectaveram, ἀσπὶς ἐν Ἄργει. quemadmodum poſt illa vidi etiam marginem libri Salmaſiani praeferre. Non diſſimile eſt illud Aſtron. II. 4. *Et id* (ſacrificium) *Aletidas appellant.* quanquam & ibi *Aletidos* minimâ mutatione reſcribere poſſis. MUNCK. Corrupta haec credo ex ἀσπὶς ἐξ Ἄργους quomodo & in antiquis inſcriptionibus iſte agon vocari ſolet, ut docet Spanh. ad Callim. H. Pall. vs. 35. p. 570, 571. quamquam etiam Ἀσπὶς ἐν Ἄργει dicebatur. De ipſa cuſpide conſule Olear. ad Philoſtrati lib. IV. cap. 28. de Apoll. Tyan.

cumſpiciens in templo, quid ei muneri daret, caſu conſpexit [4] clypeum, quem Danaus conſecraverat Junoni, [5] quem in juventa geſſerat: refixit, & donavit Abanti, ludoſque conſecravit, qui quinto quoque anno aguntur. qui adpellantur [6] Aſpis en Argo. [7] è quibus ludis curſoribus [8] corona non datur, ſed clypeus. At Danaides poſt patris interitum, viros duxerunt Argivos, è quibus [9] qui nati, ſunt adpellati.

## CLXXI. *Althaea.*

Cum Althaea Theſtii filia una nocte concubuerunt OEneus & Mars: ex quibus cum eſſet natus Meleager, ſubito in regia [10] adparuerunt Parcae, Clotho, Lacheſis, Atropos. Cui fata ita cecinerunt: Clotho dixit, eum generoſum futurum, Lacheſis fortem: Atropos titionem ardentem adſpexit in foco, & ait: Tam diu hic [11] vivit, quamdiu hic [12] titio conſumptus non fuerit. Hoc Althaea mater cum audiſſet, exſiluit de lecto, atque titionem extinxit, & eum [13] in regia media obruit fatalem, ne [14] ab igni obrueretur.

CLXXII.

7 E QUIBUS LUDIS] *Tò e* deleam, vel *in* ejus loco reponam. Sed prius rectius puto. Cap. 273. *Quibus ludis qui vicit, accipit pro coronâ clypeum.* MUNCK.

8 CORONA NON DATUR] Schol. Pindari ad illa Olymp. VII. ὅτ' οὐ Ἀργεῖ χαλκὸς, etiam coronam illis datam teſtatur. Τὸ ἴσον δόλον, inquit, ἀσπὶς χαλκῆ. ὁ δὲ στέφανος οὐ μυρσινίνης. Proverbium vetus eſt apud Zenobium Cent. VI. 52. Ὡς τῷ οὐ Ἀργεῖ ἀσπίδα καθιλὼν στεφανοῖ, & alterum II. 3. Ἄξιος εἶ τοῦ οὐ Ἀργείου ἀσπίδος. Quod totidem verbis in ſuam συλλογὴν tranſtulit Apoſtolius Cent. III. 70. Sed ab illis paroemiographis proverbia iſta non eſſe intellecta rectè advertit Nob. Heinſius. Lactantius ad II. Theb. 250. *Eubippus Rex Argivorum mirae felicitatis fuit, cujus clypeum, qui apud Argos nobiliter rem geſſiſſet, accipiebat, ut illo per urbem incedens honeſtaretur. Unde proverbium apud illos, cum alicujus ignaviam irriderent, ut Callimachus ait,* " ὡς οὐ ΑΣΠΙΔΑΤΟΝΙΑΘΗ. Procul dubio corrigendum, ὡς τῷ οὐ Ἀργεῖ ἀσπίδα καθιλών. MUNCK.

9 QUI NATI, SUNT APPELLATI] Deeſt aliquid. Legendum, *qui nati, Danai ſunt appellati.* Vid. Servium ad Virg. II. AEn. vers. 5. SCHEFF. Deeſt aliquid. Legendum, *qui nati, Danai ſunt appellati.* Vide Serv. ad AEn. II. 5. Schefferus. Premo utrumque pollicem. Adde quae idem Servius notavit ad lib. X. 497. Scholiaſt. Hom. ad Iliad. A. 43. & 123. MUNCK. V. Pauſan. lib. II. c. 16. p. 145. Spanh. ad Call. H. in Pall. vs. 142.

## Ad CAP. CLXXI.

10 APPARUERUNT PARCAE] Hae juxta Lucinam naſcentibus infantibus adeſſe dicuntur ſemper. Videndi inl. Spanh. ad Call. H. Pall. vs. 104. & D'Arnaudtius cap. 22. de Diis Paredris, Hisque infantibus ſimul & nere, & canere fata perhibentur. Broukh. ad Tibull. l. 1. El. VII. vs. 1. & Munck. ad fab. 174.

11 TAMDIU HIC VIVIT] Legendum eſt, *vivet*, quia ſequitur *fuerit*. SCHEFF. *Vivet* Cl. Schefferus. quod probo. Meminerunt inter alios hujus fabulae Apollodorus lib. 1. pag. 25. Anton. lib. cap. 2. Zenob. Cent. v. 33. Alii non δᾷδα, ſed φοινικᾶν ἰλαίαν fuiſſe volunt. Vide Iſacium in Lycophron. pag. 86. ed. Steph. MUNCK.

12 TITIO] Iſidorus Orig. XVII. 6. *Torris lignum aduſtum: quem vulgus titionem appellat, extractum ex foco ſemiuſtum & exſtinctum.* Hoc hauſit ex Lactant. lib. IV. cap. 14. *Titionem enim vulgus appellat extractum foco torrem ſemiuſtum.* Apulejus Milet. VII. *Procurrit ad focum, ardentemque titionem gerens* &c. MUNCK.

13 IN REGIA MEDIA] Ovid. VIII. 458. *Ille alto fuerat penetralibus abditus imis.* MUNCK.

14 AB IGNE OBRUERETUR] Quid eſt *obrui ab igne?*

## CLXXII. *OEneus.*

[1] OENEUS Parthaonis filius, AEtoliae rex, cum omnibus diis [2] annua sacra fecisset, & [3] Dianam praeteriisset, ea irata, [4] aprum inmani magnitudine, qui agrum Calydonium vastaret, misit. Tunc Meleager OEnei filius se pollicetur cum delectis Graeciae ducibus ad eum expugnandum iturum.

## CLXXIII.

*igne*? Lego, *ab igne absumeretur.* Vitium ex eo, quia scriptum fuit *absueretur*, cum *s* minusculo, & virgula in *e*, quod librarius non intellexit. SCHEFF. Mallet Schefferus, *absumeretur.* Sed *obruo* est sepelio. Fulgent. *Nisi vanae laudis pompam obrueris.* Sepelire autem rectè ignis dicitur. Vid. cap. 72. Nob. Heinsius tamen *obureretur* mallet. Quid si *amburetur*? Hor. lib. 1. Sat. ult. *Capsis quem fama est esse, librisque Ambustum propriis.* MUNCK. Vid. Meziriac. ad Ovidii III. Epist. Heroid. p. 276, 277.

## Ad CAP. CLXXII.

1 OENEUS PORTHAONIS] Emenda, *Parthaonis.* Ita namque Apollodoro, Pausaniae, atque aliis, ipsique nostro infra c. 239. SCHEFF. *Parthaonis* forte legendum ex Ovidio, Statio, Apollodoro & Graecis nonnullis Scholiastis. Atque ita quoque noster ipse exhibet cap. 129. 175. 239. MS. tamen Pal. Apollodori Πορθάων exhibet. Nec deterius forsan, cum Πορθεύς sit Homero & Antonino. MUNCK. Consule Berckel. ad Antonin. Liberal. pag. 223. & inl. Heins. ad Ovidium VIII. Met. 541. De alio OEneo Pandionis filio notho Pausan. lib. 1. cap. 5. pag. 13.

2 ANNUA SACRA] Lactant. Arg. lib. VIII. Met. Ovid. fab. 4. *Quia in sacrificio cogendorum fructuum consulto praeterierat Dianam.* MUNCK.

3 DIANAM PRAETERIISSET] Lucianus Tragoedo: Ἠγανάκτησεν ἡ κληθῆσα ἐφ' ἑστίασιν ὑπὸ τοῦ Οἰνέως. MUNCK. Adde Serv. ad VII. AEn. vs. 306. & Lactant. ad Statii II. Theb. 481. qui ad vs. 540. hunc aprum in Oleno AEtholiae regione interemptum esse docet.

4 APRUM] Hic natus dicitur ex sue Cromyoniâ, de qua cap. 38. Vide Lactant. Argum. VII. Met. fab. 23. MUNCK. Vide Lactant. ad Statii II. Thebaid. 453. de hujus apri colore Athenaeum lib. IX. cap. 14. p. 402.

## Ad CAP. CLXXIII.

5 VERUSIUS MERCURII, PARTHECION] Hos duos nusquam alibi reperio, unde suspicor vocabula eorum esse corrupta. SCHEFF. Suspicor scripsisse Hyginum, *Eurytus*, *Ecbion.* Hi enim erant Mercurii filii. Vide cap. 14. & 160. MUNCK. Consule Celeb. P. Burm. ad Ovid. X. M. 686. & in Catal. Argonautarum.

6 AESCULAPIUS] *Amphiaraus.* MICYLL.

7 JASON AESONIS THEBIS] Apollod. lib. 1. pag. 26. Ἰάσων Αἴσονος ἐξ Ἰωλκοῦ. An ergo *Iolco* scribendum? MUNCK.

8 IOLAUS IPHICLI] Vide notas ad cap. 103. MUNCK.

9 TELAMON] De eo Lutat. ad Statii IX. Theb. 65.

10 LAERTA ARCIPPA] *Arcesii.* MICYLL. Etiam haec corrupta videntur. Scribo, *Laërtes Arcesii*, quomodo legitur apud Apollodorum. SCHEFF. Conjicit Micyllus *Arcesii*, quod & Scheffero in mentem venit ex Apollod. Locum Apollodori habes lib. 1. pag. 43. Λαέρτης Ἀρκεισίου. Addo & Homeri calculo eam conjecturam firmari Odyss. Π. 118. Μοῦνον Λαέρτεω Ἀρκεισιάδην ἐνὶ οἴκῳ. Quem versum non intellectum pessimè vertit Giphanius, *Solum Laërtem Arcisii filium genuit.* Hinc *Arcesiades* à patre dictus Ulysses. Ridiculus est Diomedes Gram. lib. 1. *Ut est Ulyssi agnomen Polytlas. Nam praenomen est, ut ait Ibycus, Ulysses, nomen Acrisiades, cognomen Odysseus.* Lege, *Arcesiades*, vel *Arcisiades.* MUNCK.

11 DEUCALION MINOIS] Plures Deucalliones fuere, in quibus & hic Minois non ultimum locum obtinet. De quo Clydemus apud Plutarch. in Theseo pag. m. 8. Pherecydes apud Schol. Apoll. Rhod. III. Argon. vs. 1086. Diodor. Siculus apud Meziriac. ad Ovidii Epist. IV. Heroid. p. 321, 325. & Meurs. in Creta lib. III. cap. 3.

12 THESEUS AEGEI] Ab Ovidio VIII. M. 303. a Pausania lib. VIII, cap. 45. & Nostro huic

## CLXXIII. *Qui ad aprum Calydonium ierunt.*

CASTOR & Pollux Jovis filii, [5] Veruſius Mercurii, Parthecion Mercurii, Thebis, [6] AEſculapius Apollinis, [7] Jaſon AEſonis, Thebis, Alcon Martis, Thracia, Euphemus Neptuni, [8] Iolaus Iphicli, Lynceus & Idas Apharei, Peleus AEaci, [9] Telamon AEaci, Admetus Pheretis, [10] Laërta Arceſii, [11] Deucalion Minois, [12] Theſeus AEgei, [13] Plexippus, Ideus, Lynceus, Theſtii filii, fratres Althaeae: [14] Hippothous Cercyonis, [15] Caeneus Elati, [16] Mopſus Amyci, Meleager OEnei, [17] Hippaſus Euryti, [18] Ancaeus Lycurgi, [19] Phoenix Amyn-

huic venationi interfuiſſe dicitur. Verum ſi Theſeus antiquior fuit expeditione Argonautica, ut oſtendit Celeb. P. Burmannus in Catal. Argonautar. h. v. & expeditione Argonautica hic venatus Apri Calydonii fuit poſterior, ut idem vir Celeb. obſervat in voce *Acaſtus* & ex Ovidio patet, Jaſonem jam primae ratis molitorem vocante, qui potuit huic venationi adeſſe Theſeus? Ipſe Plutarchus in ejus vitâ pag. m. 13. in fine de hac re dubitare videtur narrans, ἔνιοι δὲ καὶ μετὰ Ἰάσονος τὸ Κόλχικὸν γενέσθαι, καὶ Μελεάγρου συνηλικιῶσαι τὴν κάπρου, καὶ λέγειν τῶν παρόντων ἕνα, τὸν ἀπὸ Θεσπίας.

13 PLEXIPPUS, IDEUS, LYNCEUS] Alii duos tantum fratres Althaeae faciunt Plexippum & Toxeum, quem hic corrupte puto *Lynceum* dici. MICYLL. Videntur & haec vitioſa, ſcribendumque *Idas*, *Lynceus*, ex Apollodoro. Caeterum hi non ſunt filii Theſtii, ſed Apharei. Quare & in ordine peccatum fortaſſis, & omiſſi *Iphiclus*, *Eubippus*, & *Euryppylus*, qui praeter Plexippum Althaeae fratres Apollodoro memorantur. Denique locus totus ſic reſtituendus: *Theſeus AEgei*, *Idas*, *Lynceus Apharei*, *Plexippus*, *Iphiclus*, *Eubippus*, *Euripilus Theſtii filii*, *fratres Althaeae*. SCHEFF. Cl. Schefferus non tantum mutilum locum, ſed & in ordine peccatum ſuſpicatur, reſtituitque ita: *Theſeus AEgei*, *Idas*, *Lynceus Apharei*, *Plexippus*, *Iphiclus*, *Eubippus*, *Euryppylus Theſtii filii*, *fratres Althaeae*. Recenſet quidem hos quatuor Theſtii filios Apollod. lib. 1. pag. 34. Sed eadem, quae heic, habes etiam capite ſequenti nomina. Ovidius duos tantum nominat, VIII. Met. 440. *Plexippum* & *Toxea*, quem in locum Lyncei ſubſtitui vellet Micyllus. Etiam Lactantius ad Stat. Thebaid. II. 481. & Noſter quoque cap. 244. duos ſolummodo, *Plexippum* & *Agenora* memorant. Nimirum tres vulgo videntur fuiſſe numerati. Lactantius Argum. lib. VIII. Met. Ovid. fab. 4. *Quas* (exſuvias) *Plexippus*, *Toxeus*, *& Agenor Theſtii filii ereptas cum interitu rependerunt.* An ſcripſit igitur Hyginus, *Plexippus*, *Toxeus* & *Agenor*? Sed duo poſtrema vocabula cum plus juſto à vulgatâ abeant ſcripturâ, poſſit videri alios ſequutus auctores heic noſter. Homeri Scholiaſtae dicuntur ad Iliad. I. 653. Ἰφικλῆ, Πολυφάντης, Φάνης, Εὐρύπυλε, Πλήξιππε. MUNCK.

14 HIPPOTAS GERYONIS] Ne hoc quidem rectum. Scribendum enim, *Hippothous Cercyonis*. SCHEFF. Scribendum eſſe *Hippethous Cercyonis* notat Cl. Schefferus. Non addit, quo auctore nixa ſit ſua emendatio. De *Hippethoo* ego antehac advocavi Ovid. Met. VIII. 307. quem Cercyonis facere filium in Arcadicis Pauſaniam jam obſervo. MUNCK.

15 CAENEUS ELATI] Nullus Elati filius eſt *Caeneus*, ſed *Cyllenes*. SCHEFF. Cl. Schefferus *Cyllenes Elati*. Fruſtra heic eum eſſe oſtendi ad Anton. Liberal. cap. 17. Vide noſtrum cap. 14. & 242. Agnoſcit illum Elatidem inter apri Calydonii oppugnatores etiam Ovid. VIII. Met. 306. *Et velox Idas & jam non femina Caeneus.* MUNCK.

16 MOPSUS AMYCI] Corrige, *Mopſus Ampyci*. SCHEFF. Immo *Ampyci*. Unde *Ampycides* Ovidio. Ita enim ille in praelii illius deſcriptione VIII. Met. vs. 316. *Ampycideſque ſagax & adhuc à conjuge tutus OEclides.* Noſter ſupra cap. 14. *Mopſus Ampyci & Chloridis filius.* MUNCK.

17 HIPPASSUS] Scribendum, *Hippaſus*. Quanquam de eo toto dubitem. SCHEFF. *Hippaſus* ſcribe ex Ovidio. *Hippaſus & primis etiamnum Nyſtar in armis.* MUNCK.

18 ANCAEUS] De eo Philoſtrat. Junior Icon. XV. qui & *Peleum*, huic expeditioni interfuiſſe, & cum Meleagro aprum interfeciſſe gladio, quem ipſi Vulcanus fabricaverat, docet. Vide Cl. Burm. in Cat. in *Peleus*. De Ancaeo plura dederunt Schol. Apollonii Rhodii I. 188. & Pauſan. L. VIII. c. 45. p. 693.

19 PHOENIX AMYNTORIS] Etiam de his in-

Amyntoris, [1] Dryas Iapeti, [2] Enaesimus, Alcon, Denuxippus, Hippocoon Amyci, [3] Atalante Schoenei. [4] Quae civitates auxilium miserunt OEneo, [5] Tenerdos, Iolcos, Sparta, [6] Teurone, [7] Messe, [8] Perrhaebia, Phthia, [9] Magnesta, Salamin, Calydon, Thessalia, OEchalia, Ithaca, [10] Tegea, Creta, Dolopea, Athenae, Magnesia & Arcadia.

## CLXXIV. *Meleager.*

ALTHAEA Thestii filia ex OEneo peperit Meleagrum. Ibi in regia

certus sum. Phoenix alias est filius Agenoris apud omnes veteres. SCHEFF. Etiam de his dubitat Cl. Schefferus. Securos nos esse jubet Ovid. VIII. Met. 307. *Hippotheusque Dryasque & cretus Amyntore Phoenix.* Confer nostrum cap. 257. Ovid. Epist. Heroid. III. 27. MUNCK.

1 DRYAS IAPETI.] Apollodoro Martis filius vocatur. SCHEFF. Martis filius est Apollod. lib. I. Δρύας Ἄρεος. Etiam à nostro cap. 159. inter Martis filios numeratur Dryas. MUNCK. Plures fuere Dryantes. Vide Cl. Burm. ad Ovidii XII. Met. 290. De Dryante propter Parthenopaeum interfectum a Diana sagittis occiso agit Lactantius ad Statii VII. Theb. vs. 255. sed cujus hic sit filius, tacet. Sed idem erit, de quo Statius lib. IX. Theb. 830. agit, nempe Orionis filius, sed quem scorpionis ictu inmissu Dianae periisse refert Lactantius. De Dryante Neptuni filio ad 843.

2 EUATIMUS, ALCON.] Legendum fortassis *Enaesimus Hippocoontis, Leucippus Amyclae, Atalante Schoenei.* MICYLL. Micyllus ita putat hic legendum, *Enaesimus Hippocoontis, Leucippus Amyclae, Atalante Schoenei.* De Atalanta non est dubium. In caeteris haereo, libenterque alios audio. SCHEFF. Lege, *Enaesimus* ex Ovid. libri jam saepius laudati vers. 362. Hippocoontis hic erat filius, ut etiam *Alcon*, teste Apollodoro lib. III. p. 173. qui ibidem inter ejus filios numerat *Alcinoum* & *Doryclea*. Ad summam; totus hic locus videtur mihi ita constituendus: *Enaesimus, Alcon, Dorycleus, Alcinous Hippocoontis.* Alii excogitent alia. MUNCK. Plures heroes Meleagro aprum Calydonium capturo succurrerunt, de quibus hic nulla mentio; ut Echepolis Alcathoi Megarensium regis natu major filius, qui in hoc certamine periit. Vid. Pausan. lib. I. cap. 42. p. 102. de cujus sepulcro cap. 43. p. 103. agit.

3 ATLANTES PONDAEI.] Et fabula & verba postulant *Atalante Schoenei.* Quod & Micyllus videtur voluisse, in cujus editionis margine visitur, *Atalante Schoenei.* Diodorus lib. IV. *Inter venationis socios Atalanta Schoenei filia simul erat.* Adsentiuntur Apollod. lib. I. pag. 27. & Zenobius Cent. V. 33. Lactant. Argum. VIII. Met. fab. 4. Quibus adde, quae ad Stat. IV. Theb. vers. 248. congessit Bernartius. Corruptus in hoc vocabulo etiam Servius Danielis ad AEn. III. 113. *Scyros*, inquit, *civitas est, exinde fuit Atlantes Cyrinei filia.* Lege, *Atalante Schoenei.* Rectè heic reponi *Atalante Schoenei*, docet ipse Hyginus cap. 244. & 270. Alii tamen hanc expeditionem tribuunt Atalantae Iasii filiae; quos inter & Callimachus est Hymno in Dianam vers. 216. Κύρη Ἰασίου συνετὴν Ἀρκαδίδα. quem secutus est Schol. Hom. ad Iliad. I. 544. MUNCK. Consule interpretes ad AElianum lib. XIII. V. H. cap. I. n. I. in Servii loco pro *Scyros*, *Schoenûs* legit Edw. Simsonius in Chronico A. M. 2745. sed male. Adde ibi Cl. Wesselingii notas.

4 QUAE CIVITATES.] Est hoc lemma capitis, nec hic suo modo positum, & in Indice praetermissum, unde liquet, quam sit male habitus hic scriptor a librariis. Vide supra 151. SCHEFF. Lemma hoc esse alterius capitis crede Cl. Schefero. MUNCK.

5 TENERDOS] *Thebae, Argos.* MICYLL. Scribendum sine dubio est *Tenedos.* SCHEFF. Schefferus, *Tenedos.* Micyllus, *Thebae, Argos.* Quod non omnino contemnendum. MUNCK.

6 TEURONE.] *Pleuron.* MICYLL. Suspicor, pro ea emendandum *Teutrania*, licet nil desiniam, cum inde nemo veniisse legatur in superioribus. Desunt hic quoque Thebae, & nonnullae aliae civitates, ut sit dubium nullum, quin aliquae exciderint. SCHEFF. Micyllus, *Pleuron.* Minori mutatione aequè benè scripseris, *Pleurone.* Cl. Schefferus conjicit, *Teutrania.* Quod nimium abit à veteri scriptura. An scribendum *Teuthrone*? Τευθρών enim est urbs, cujus Pausanias meminit; non dixerim. Rectum est *Pleurone.* Schol. Hom. ad Iliad. I. 525. Καλυδῶνιοι καὶ Πλευρώνιοι στρατὸν ἦγον τῶν. Corruptè *Pleuras* à Lactant. I. Theb. 401. dicitur. Servius

gia dicitur titio ardens adparuiſſe. huc Parcae venerunt, & Meleagro [11] fata cecinerunt, eum tamdiu victurum, quam diu is titio eſſet incolumis. Hunc Althaea [12] in arca clauſum diligenter ſervavit. [13] Interim ira Dianae, quia OEneus ſacra annua ei non fecerat, aprum mira magnitudine, qui agrum Calydonium vaſtaret, miſit. quem Meleager cum delectis juvenibus Graeciae interfecit, [14] pellemque ejus ob virtutem Atalantae virgini donavit, [15] quam Ideus, Plexippus, Lynceus Althaeae fratres eripere voluerunt. Illa cum Meleagri fidem inploraſſet, ille intervenit, & amorem cognationi antepo-

vius AEn. XI. 239. *Unde Diomedes habuit ſocios de tribus ejus civitatibus, quas habet AEtolia, Pleuron, Olenon, Calidona.* ſcrib. *Pleurona.* MUNCK. Pleuron AEtoliae fuit urbs. V. Schol. Soph. Trach. vs. 7. Apollodor. lib. I. cap. 7. §. 6. & Celeb. P. Burm. ad Ovidii VII. Met. 383. *Pleuron* Peloponneſi urbs dicitur a Tzetze ad Lycophron. vs. 143. Recte hic legitur *Pleurone* pro *Teurone.*

7 MESSE] Puto *Meſſene* ſcribendum. SCHEFF. Reſtitui antehac *Meſſene.* Quod cum & Scheffero veniſſe in mentem videam, nondum diſplicet. MUNCK.

8 PERRHAEBIA] Ita recte Micyllus. Male Commelinus & alii ediderunt *Parrhaebia.* MUNCK.

9 MAGNESTA] Etiam hoc corruptum. Sed non occurrit, quod reponi debeat. Nam Magneſia eſt in ſequentibus. Niſi bis putamus poſitam per oſcitantiam librarii. SCHEFF. Hoc vocabulum non tantum heic, ſed & in fine capitis repraeſentat Micylli editio. Poſteriori loco non malè *Magneſia* reſtituit Commelinus. Quod & Vet. Comment. Horat. faciendum, apud quem ad lib. III. od. 7. corruptè *Magneſſa* dicitur, vel *Magnes*, ut quaedam editiones habent. Docuit me quidem duplicem eſſe Magneſiam Schol. Apollon. ad lib. I. vers. 584. ut & Plinius lib. I. cap. 29. non tamen fit veriſimile bis nominaſſe eam noſtrum. Meminit etiam urbis Magneſiae noſter Aſtron. II. 37. *Lariſſa*, quod antehac conjectaveram, non placet amplius, cum & Theſſalia heic exhibeatur. Cogitent eruditiores. MUNCK.

10 TEGAEA] Scribe ſine diphthongo cum Vellejo lib. I. cap. I. Apollodoro, & Strabone. Servius *Tegaeum* appellat ad AEn. v. 299. *Tegaeum*, inquit, *oppidum eſt à Tegaeo Arcadiae filio.* Gloſſ. MSS. ad Georg. I. *Tegeeus à Tegeo oppido Arcadiae. Item Tegea Arcadiae civitas, ut apud Pacuvium in Atalanta* &c. Τεγέη eſt Stephano. MUNCK. Τεγέη eſt Herodoto lib. I. cap. 67. & ſeq. qui urbis hujus incolas Τεγεήτας vocat. Τεγέη dicitur a Pindaro Olymp. Od. X. vs. 80. & O. Nem. X. vs. 87. & a Schol. Apollonii Rhodii lib. I. Arg. vs. 162. Τεγέη πόλις Ἀρκαδίας. Item Strabone lib. VIII. pag. 519.

## Ad CAP. CLXXIV.

11 FATA CECINERUNT] Aſtron. II. 15. *Parcae cecinisſe feruntur fata.* MUNCK.

12 IN ARCA CLAUSUM] Nihil muto. Poſſit tamen videri, ſcribendum, *in area.* quia ſuprà c. 171. legitur, *in regia media*, cui magis convenit *area* quam *arca.* SCHEFF. In arcâ clauſum fuiſſe titionem iſtum fatalem etiam Apollodorus lib. I. pag. 25. & Zenobius Cent. v. 33. tradunt. Supra tamen alios auctores ſequutus in regiâ mediâ obrutum eum ab Althaeâ dixit. MUNCK. De Meleagri morte Apollodor. lib. I. cap. 8. §. 3. & quos ibi laudat Th. Gale.

13 INTERIM IRA DIANAE] Non repudio. Quia tamen ſequitur, *ſacra ei non fecerat*, quod non tam ad iram, quam Dianam ipſam refertur, malo legere, *irâ Diana.* SCHEFF. Cl. Scheffero mallet, *irâ Diana.* Niſi *ira Dianae* heic idem valet, quod *irata Diana*, reſcripſerim *irata Diana*, Cap. 184. *Ob id irata Diana fecit* &c. MUNCK.

14 PELLEM EJUS] *Et capiti*, ut tradit Tzetzes in Lycophron. p. 86. Mox pro *eripere voluerunt*, malim, *ei eripere* &c. MUNCK. De Atalanta conſule Philoſtrat. Junior. Icon. XV. Haſtam vero, qua aprum percuſſit, dedicaſſe dicitur Meleager in templo Ποτνιάδος, *Suidae* apud Sicyonios. Pauſan. lib. II. cap. 7. pag. 128.

15 QUAM (pellem) .. FRATRES ERIPERE VOLUERUNT] Munckerus τὸ *ei* ingerebat ante *eripere.* At *eripere* ſic paſſim, ſine dativo, pro abripere, tollere, rapere ponitur. Juſtinus XXVII. 2. *quia .., in alienis* cripiendis *vitam ſectaretur.* lib. XXVIII. I. *AEtolis partem Acarnaniae* .. eripere *volentibus.* &c. Aur. Victor Caeſ. c. XXXIX. *Cari morte cognita, imperium avens* eripere &c. Dares Phrygius c. XXXVIII. *qui .. Helenam & praedam* eripuerit. Cicero de Leg. II. 17. *omnibus*

tepoſuit, avunculoſque ſuos occidit. [1] Id Althaea mater audivit filium ſuum tantum facinus eſſe aulum: memor Parcarum praecepti, titionem ex arca prolatum in ignem conjecit. Ita dum fratrum poenas vult exſequi, filium interfecit. At ſorores ejus, [2] praeter Gorgen & Deianiram, flendo, deorum voluntate, in aves ſunt transfiguratae, quae Meleagrides vocantur. At conjunx ejus [3] Alcyone moerens in luctu deceſſit.

## CLXXV. *Agrius.*

AGRIUS Parthaonis filius, ut vidit OEneum fratrem [4] orbum liberis factum, egentem regno expulit, atque ipſe regnum poſſedit. Inte-

*bus* ereptis *noſtris rebus ac perditis*; ubi tamen libens conjecerim *everſis*. Nepos Alcib. c. x. *familiaris ſui ſubalare telum* eripuit, quod immerito vexabat in Adverſ. Schefferus. Ex Ambroſ. Off. I. 30. ex aliunde exemplis pluribus depromendis ſuperſedebo. WOPKENS.

1 ID ALTHAEA] Τὸ *id*, expungendum, utpote natum ex litteris ultimis vocabuli antecedentis, quod nimis frequenter accidit apud noſtrum. Niſi malis: *Id Althaea mater ut audivit*, & τὸ *id* exponere *ob id*, quod noſtro frequens eſt. SCHEFF. Vel τὸ *id* expellendum cenſet Cl. Schefferus, vel legendum, *id Althaea mater ut audivit*. Poſterius praefero, niſi malis, *ut Althaea*. Lactantius: *Althaea mater Meleagri, ut fratrum caedem accepit*. Sed non valde ſapit Hygini ſtylum. Infr. cap. 188. *Hoc Neptunus ut vidit, in pecora commutatos conſumi, procos in lupos convertit*. Lactantius Argum. ſab. 26. lib. VII. Metam. Ovid. *Quod ut illa comperit à marito ſe eſſe deceptam* &c. Juſtin. lib. II. cap. 15. *Themiſtocles ut vidit ſpei urbis invideri*. Confer not. ad cap. 108. MUNCK.

2 PRAETER GORGEN ET DEIANIRAM] Nicander vocat *Gorgonem*. Vide Anton. Liberalis Metam. ubi iſtaec omnia habentur. SCHEFF. Anton. Lib. cap. 2. *Duae autem de filiabus Althaeae Gorge & Deianira feruntur formam non mutaſſe beneficio Bacchi, cui eam gratiam Diana fecerit*. Quod & Ovidius firmat VIII. Metam. 543. MUNCK. Hoc omittit Lactant. ad Statii IV. Theb. vs. 103. ubi pro *Plexippus* in editione, qua utor, male *Pleuxippus* legitur. Sed qui ad VIII. Theb. vs. 483. hanc transfigurationem ad civitatem Pleurona factam eſſe docet.

3 ALCYONE MOERENS IN LUCTU DECESSIT] Althaea autem mater, filio exſtincto, ſibi manus attulit, ut refert Homeri Schol. ad Iliad. I. 588. Stat. II. Theb. 481. & Diodorus lib. IV. nec non Ovid. VIII. Met. 532. & Heroid. IX. vers. 157. Sed hic ferrum per viſcera exegiſſe, illi laqueo gulam ſibi fregiſſe volunt. Caeterum quam Alcyonem heic Hyginus, Cleopatram vocat Antoninus cap. 2. Nimirum τὴν Κλεοπάτραν φασιν οἱ Ἀλκυόνα καλεῖν, ἀφ' οὗ τὸν μητέρα Μάρπησσαν εἶχεν Ἀλκυόνα κλαῦσαι, ὅτι ἀφῃρέθη αὐτὴν Ἀπόλλων, ut Scholiaſtes Homeri annotavit, qui turpi mendo inquinatus eſt loco modo laudato: Μιλτιάδην, inquit, καὶ ἀρχὰς τῇ μητρὶ μιανῶν, ὃν ἐσωσεν τῇ καρτερίᾳ. Leg. καὶ ἀεράς. Hom. Iliad. I. 562. Ἐξ ἀρίων μητρὸς κεχολωμένος. MUNCK. Adde Berkel. ad Antonin. Liberal. pag. 255. & Celeb. P. Burm. in Catal. Arg. in V. *Idas*. Plures *Alcyonas* fuiſſe ex Hygino ipſo conſtat. praeter eas dicitur fuiſſe *Alcyone* Agemonis Corinthii filia. Vide Athenaeum lib. XV. cap. 16. pag. 696.

## Ad CAP. CLXXV.

4 ORBUM LIBERIS FACTUM, EGENTEM REGNO] Illud *orbum* male hic intruſum eſt ex gloſſa, qua quis formulam, *egentem liberis* expoſuerat. Scribendum enim: *Ut vidit OEneum fratrem liberis factum egentem, regno expulit*. Ad eundem modum poſt: *Agrium egentem e regno expulit*. SCHEFF. Τὸ *orbum* expellit. Cl. Schefferus, legitque, *ut vidit OEneum liberis factum egentem regno expulit*. Ego nihil mutem. Duo enim notare mala mihi videtur Hyginus, orbitatem ſive ἀτεκνίαν, & egeſtatem. MUNCK.

5 DEIPHYLES] Scribe ſine aſpiratione, *Deiphyles*. MUNCK. Schol. Theocriti Idyll. XVII. vs. 53. Ἀργείαν εἶναι τὴν τῆς Διομήδους μητέρα ΔΗΙΠΥΛΗΝ, καθὼς ἐξ Ἄργους ἦν, Ἀδράστου θυγατηρ. ἢ ὅ ἱστορικὸς φησὶ τὴν Ἀργείαν καλεῖσθαι. Si alia de hoc Diomede ſcire velis, adi Schol. Thucydidis lib. I. cap. 12. lin. 53. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 483. & Schol. Pindari O. Nem. X. vs. 12.

6 STHE-

Interim Diomedes Tydei filius & [5] Deipyles, Ilio devicto, ut audivit, avum ſuum regno pulſum, pervenit in AEtoliam cum [6] Sthenelo Capanei filio, & armis contendit cum [7] Lycopeo Agrii filio. Quo interfecto, Agrium egentem è regno expulit, atque [8] OEneo avo ſuo regnum reſtituit. poſtque Agrius regno expulſus, ipſe ſe interfecit.

## CLXXVI. *Lycaon.*

AD Lycaonem [9] Pelaſgi filium [10] Jovis in hoſpitium veniſſe dicitur, & filiam ejus [11] Calliſto compreſſiſſe, ex quo natus eſt Arcas, qui ex ſuo nomine terrae nomen indidit. Sed [12] Lycaonis filii Jovem

6 STHENELO] Qui fuit amicus Diomedis, de quo cap. 257. & Euſtath. ad Iliad. p. 278. Alius fuit Sthenelus, cujus filius Cometes AEgialiam Diomedis uxorem vitiaverat, ut narrant Servius ad AEn. XI. 269. Tzetzes ad Lycophr. pag. 168. & 201. ed. Steph. & Schol. Hom. ad Iliad. E. 412. Sed corruptè *AEgialeam* Priſcianus in Periegeſi, & *AEgialam* appellat Servius, quae *AEgialia* erat, ut ſcimus ex Antonino, Dionyſio Periegete & Homeri interprete. Euſtathius ad Iliad. p. 429. adulterum fuiſſe Sthenelum Cometae filium refert. Lapſum putabam memoria minus fida, aut corruptum incuriâ μοιχαφόνον: ſed video idem illum denuo tradere ad Dionyſ. p. 69. ed. Steph. Quod tamen pugnat cum narratione aliorum. Servius ad AEn. VIII. vers. 9. *Cum Cillabaro, ut Lucilius, cum Cometa, ut plerique tradunt.* MUNCK.

7 OPOPA] *Epopea.* MICYLL. Micyllus vult *Epopea.* Ego dubito. Magis conveniret Lycopeus, memoratus Apollodoro. SCHEFF. *Lycopeo* benè conjicit Schefferus. Λυκωπεύς enim inter filios Agrii numeratur apud Apollodorum lib. 1. pag. 30. Narrant praeter Hyginum hiſtoriam hanc Antoninus Liberalis cap. 37. Apollodorus lib. 1. Tzetzes ad Lycophron pag 91. & Homeri Scholiaſt. ad Iliad Ξ. 120. quanquam ibi non patri Diomedi, ſed filio Tydeo id facinus tribuit. Caeterum inter Agrii filios etiam dēformitate ſua nobilem illum Therſiten numerat Hom. Schol. ad Iliad. B. 212. quicum & Heſychius facit in Ἄγρειος. MUNCK.

8 OENEO AVO] Ita & Antoninus. Apollodorus autem genero eius Andraemoni regnum tradidiſſe tradit. MUNCK. Regnum avo OEneo reſtitutum etiam non liquet e Pauſania lib. 11. cap. 25. quem conſule. Cum noſtro tamen facit Schol. Ariſtophan. Acharn vs. 417. μετὰ δὲ τὸν Θάνατον Τυδέως καὶ ἐπιστρατεύσαι Διομήδους κατὰ Θηβῶν ἀφῖχθαι τὸν βασιλέα Οἰνέα ὑπὸ τοῦ Ἄγρεως καὶ ἐπανελθόντα τὸν παῖδα κ) Θεῖον παππῶν ἄγειν ἐ ἐπανελθὼν Διομήδης Ἄγρεως μὲν ἀπέκτεινε, τὸν βασιλέα δ. Οἰνέα παρέδωκε.

## Ad CAP. CLXXVI.

9 PELASGI FILIUM] Ita & German. Schol. Arcophyl. Vide infr. cap. 225 & ſupr. notas ad cap. 145. Mercurii filium facit Schol. Theocrit. ad Eid. 1. 124. MUNCK. Pelaſgi filium facit eum etiam Schol. Eurip. in Oreſte vs. 1649. De ejus matre Apollodor. lib. 111. p. 201.

10 JOVIS] *Juppiter.* MICYLL.

11 CALYSTO] *Calliſto* ſcribendum ex Gr. Καλλιστώ. MUNCK. In Dianae ſpeciem verſus Jupiter Calliſto compreſſiſſe dicitur a Lactantio ad Statii IV. Theb. 294. item ad 111. Theb. vs. 685.

12 LYCAONIS FILII] Ipſum Lycaonem filium ſuum Nyctimum interfectum Jovi appoſuiſſe ex aliis tradit Clemens Protrept. pag. 23. & Tzetzes ad Lycophron. pag. 18. edit. Steph. Alii Arcadem fuiſſe voluerunt. Vide Noſtr. cap. 4. Aſtron. 11. Eratoſthenem in Καταστ. cap. 8. Schol. ad Stat. VII. Thebaid. 414. *Lycaon pater Helice* (leg. *Helices*) *urſae fuiſſe dicitur, qui dolore ſtupratae à Jove filiae Deos humanarum carnium cibis violavit.* Ex hoc facto παιδοφόνος dicitur Nonno Dionyſ. lib. XVIII. Alii tamen ἐκ παῖδα τῶν ἐπιχωρίων fuiſſe volunt, quem mactaverint Lycaonis filii. Vide Schol. Lycophron. p. 84. MUNCK. Ipſi Lycaoni adſcribit Lutat. ad Statii XI. Theb. vs. 118. qui totam fabulam refert. Hinc Ovid. 1. Met. 165. & in Ibide vs. 433. *Lycaoniam menſam* vocat. Item Pauſan. lib. VIII. cap. 2 nec non Servius ad Ecl. VI. vs. 41. *Alii dicunt Jovem Lycaoni, quod ei filium ſuum appoſuiſſet ejulandum, ipſum quidem fulmine premiſſe: fuiſſe vero divertium, quo homines feri-*

vem tentare voluerunt, [1] deus ne esset: carnem humanam [2] cum caetera carne commiscuerunt, [3] idque in epulo ei adposuerunt. Qui postquam sensit, iratus mensam evertit, Lycaonis filios fulmine necavit. Eo loco postea Arcas oppidum communivit, quod [4] Trapezos nominatur. Patrem Jupiter in lupi figuram mutavit.

## CLXXVII. *Callisto.*

Callisto Lycaonis filia [5] ursa dicitur facta esse, ob iram Junonis, quod cum Jove concubuit. [6] Postea Jovis in stellarum numero retulit, quae Septentrio adpellatur. quod signum loco non movetur, neque occidit. Tethys enim Oceani uxor, nutrix Junonis, prohibet eam in Oceanum occidere. [7] Hic ergo septentrio major, de qua [8] in Creticis versibus:

[9] *Tuque*

*rent.* Ast cum Nostro facinus etiam filiis Lycaonis adscribitur a Plutarcho Quaest. Graec. tom. II. pag. 300. μόνοι τῶν Λυκάονος παίδων Ἑλλὴν καὶ Λεύκων ἀμιγίχθη τῷ θεῷ τὸ Διὸς μιάσματος. Adde Suidam in *Lycaon.*

1 Deus ne esset: carnem] Mallem, *Deus ne esset, & carnem.* SCHEFF. *Et carnem* Scheffer us. Vide tamen not. ad cap. 4. MUNCK.

2 Cum caetera carne] Volui aliquando, *cum suilla carne.* Arnob. lib. IV. *Invitatum ad jus mensae pro suillis visceribus prolem nescium Lycaoniam transitasse.* Sed nihil opus est, cum & II. Astron. cap. 4. scribat; *Cum alia carne concisum pro epulis apposuisse.* & Tzetzes in Lycophron. p. 84. Τὰ τότε κρέα συμμίξαντες τοῖς ἄλλοις κρέασι. MUNCK.

3 Idque in epulo] Non repudio quidem. mallem tamen, *idque cibi epulo.* Cap. 88. *Epulis Thyesti apposuit.* MUNCK. Non erat, quod Munckerus mallet *idque cibi epulo ei a.* Fab. CCVI. in epulis *filiam apposuit patri.* Fab. CCXXXVIII. *quod ei filium suum* in epulis *apposuit. Epulum* autem pro convivio dixit itidem Fab. CLXV. WOPKENS.

4 Trapezos] Forte *Trapezos* aut *Trapezus* legendum. Stephano profecto τραπιζοῦς est. SCHEFF. Ita scribitur quoque apud German. Schol. Arctophylace. Mallem tamen *Trapezus*, ut est apud Melam lib. I. cap. 19. & Nostrum cap. 275. *Arcas Jovis filius in Arcadia Trapezunta.* ex gr. Τραπιζοῦς. Non tamen valde videtur necesse. Sic Ovid. II. Met. 224. *Agriodos* format ex Gr. Ἀγριώδης. *Tripos* Lactant. ad I. Theb. Stat. vers. 509. ut & Servius ad AEn. III. 92. ex Τρίπους, vel Attico Τρίπως. *Propos* pro *prepus* apud Nostrum Astron. III. 21. *Melampos* apud Charis. lib. I. Malè Τραπιζοῦς & Τραπιζοῦσα dicitur apud Lycophronis interpretem p. 84. ed. Steph. MUNCK. De urbe hac Eust. ad Dionys. Perieg. vs. 772. & Celeb. Burm. de Jove Fulgeratore cap. VII.

## Ad CAP. CLXXVII.

5 Ursa facta] in Leaenam se mutasse Callistonem canit Euripides in Helena vs. 384. Verum de hoc Euripidis loco consule Potter. ad Lycophron. vs. 88. Vide Pausan. lib. I. cap. 25. p. 59.

6 Postea Jovis] *Jupiter.* MICYLL. Forte, *post eam Jovis*, vel *postea eam Jovis.* MUNCK. De fabula hac etiam Serv. ad I. Georgic. vs. 138.

7 Hic ergo] Malim, *haec ergo*, ut ad Callistonem referatur. Sequitur enim, *de qua.* Lactant. ad III. Theb. 685. *Illa ἄρκτος μείζων Latinè septentrio major appellatur. Eadem est, quae Helice.* MUNCK. Adde Lactant. ad VII. Theb. vs. 8, & 167. ad VIII. Th. 370.

8 In Creticis versibus] Manuscr. Barthianum, sicut quidem ipse ait, praefert *Cretaeis*, unde ipse putat emendandum, *Arataeis.* Ego nil definio. SCHEFF. Barth. MS. habere ait *Cretaeis.* quod idem est. Ovid. VII. Met. 435. *Cretaei sanguine tauri.* Verisimilis quidem, nescio tamen, an vera ejus correctio, *Arataeis.* Certe necessaria non videtur. Forte innuit versus, in quibus res Creticae narrabantur. Sic *carmina Cypria* laudantur à Pausaniâ lib. X. Homer.

9 *Tuque Lycaoniae mutatae ſemine nymphae,*
*Quam gelido raptam* 10 *de vertice Nonacrinae*
*Oceano probibet ſemper ſe tingere Tethys,*
*Auſa ſuae quia ſit quondam* 11 *ſubcumbere alumnae.*

Haec igitur urſa à Graecis ἑλίκη adpellatur. Haec habet ſtellas in capite ſeptem non claras, in utraque aure duas, in armo unam, in pectore claram unam, in pede priore unam, in extrema coxa claram unam, in femine poſteriori duas, in pede extremo duas, in cauda tres, omnes 12 numero viginti.

## CLXXVIII. *Europa.*

EUROPA 13 Argiopes & Agenoris filia, Sidonia. Hanc Jupiter in

mer. Schol. Iliad. A. vers. 5. & Agathoſtenes (leg. *Agiaoſthenes*) *Aſiatica carmina* ſcripſiſſe dicitur apud German. Scholiaſten. Apud eundem in Coronâ legas: *Qui Creticam conſcripſit refert.* Lege *Cretica*, ut Sanctandreanam poſtea vidi recte praeferre editionem. Hygin. II. Aſtron. *Ut ait, qui Cretica conſcripſit.* Eucrates Ῥοδιακὰ fecit apud Heſych. in Ἔλικτον. MUNCK.

9 TUQUE LYCAONIAE MUTATAE SEMINE] Legendum arbitror, *mutata*, ut ad antecedens *tu* referatur. Verſus quoque totus ſic videtur reſtituendus.

*Tuque Lycaonio mutata e ſemine nympha.*

SCHEFF. Hunc verſum ita conſtituit Cl. Schefferus. *Tuque Lycaonio mutata è ſemine nympha.* Quid ſi apoſtrophe non ad Helicen, ſed ad Antophylacem inſtitui dicatur? Id ſi mihi des, nihil eſſe mutandum, ſed tantum è poſt *mutatae* inſerendum, facile etiam dabis. Fuerunt enim, qui Caliſtonem in urſam mutatam enixam Arcada voluerint. Vide Schol. German. Theo in Aratum p. 7. Ὀργιθέτας τὸν Ἄρτεμιν Σπερσὼν αὐτὸν, ᾧ ὅτε τικτοῖ ἄρκτος ὕσαι τὸ κλεινὸν Ἀρκάδα. Idem ſcribunt cum Noſter Aſtron. II. cap. I. tum Eratoſthenes in Cataſterismis, cujus verba in ſuum commentarium tranſtulit Theo. Haec ſcripſeram, cum *mutate è ſemine* legendum ſibi videri Nob. Heinſius mihi indicavit. Refert ergo & ipſe verba illa ad Arcada. MUNCK.

10 DE VERTICE NONACRINAE] Putem ſcribendum *Nonacrino*, hoc eſt, de vertice montis Nonacris. Aſtron. II. *Quae res geſta in Nonacri monte Arcadiae.* Lactant. Argum. Ovid. lib. I. fab. 12. II. fab. 5. *Circa Nonacrinum montem Arcadiae.* Et lib. IV. fab. 11. *Dum igitur circa montem Nonacrinum moratur.* Sed vide ibi, quae annotata à nobis. Meminit ejus montis & Plinius lib. II. cap. 103. Loenſis Miſcell. lib. III. 10. retinet *Nonacrinae*, & ſubaudit *petrae* vel *rupis.* Mihi nimis id durum videtur. MUNCK.

11 SUCCUMBERE ALUMNAE] Id eſt, *Junonis pellicem agere*, quae Tethyos erat alumna. Hinc illa apud Ovid. II. Met. 528. *At vos ſi laeſae tangit contemtus alumnae.* Hygin. II. Aſtron. I. *Quod Tethys Junonis ſit nutrix, cui Calliſto ſuccubuerit, ut pellex.* Lexic. Cyrilli: Παλλακὴ, *Concubina, ſuccuba.* Gloſſ. Arabico-Lat. *Succuba, pellex.* Ovid. VI. Heroid. 153. *Quod gemit Hypſipyle leſbi quoque ſuccuba noſtri.* Sed *ſubnuba* ibi reſtituit è melioribus codicibus Nob. Heinſius. Feſtus: *Pellices nunc quidem appellantur alienis ſuccumbentes, non ſolum foeminae, ſed etiam mares. Succubonem* dixit Titinnius. Apulejus V. Met. *Meae formae ſuccubam.* & X. *Velut aemulam tori ſuccubamque primo ſuſpicari.* MUNCK.

12 NUMERO VIGINTI] Aſtron. III. cap. I. numerat XXI. German. Schol. cum Theone in Aratum XXIV. MUNCK.

## Ad CAP. CLXXVIII.

13 AGRIOPES] *Argyropes.* MICYLL. Sic in ſequenti fabula. In fabula vero ſexta, *Agriſope* vocatur. Micyllus ubique ſcribit, *Argyrope.* Mallem ego *Argiope.* Dicitur haec Nympha Pauſaniae in Meſſeniacis. SCHEFF. Apollod. lib.

[1] in taurum converſus, [2] à Sidone Cretam tranſportavit: & ex ea procreavit Minoem, Sarpedonem, Rhadamanthum. Hujus pater Agenor ſuos filios miſit, ut ſororem reducerent, aut ipſi in ſuum conſpectum non redirent. [3] Phoenix in Africam eſt profectus, ibique remanſit: inde Afri Poeni ſunt adpellati. [4] Cilix ſuo nomine Ciliciae nomen indidit. Cadmus cum erraret, Delphos devenit: ibi [5] reſponſum accepit, ut à paſtoribus bovem emeret, qui Lunae ſignum in latere haberet, eumque ante ſe ageret. ubi decubuiſſet, ibi fatum eſſe, eum oppidum condere, & ibi regnare. Cadmus, ſorte audita, cum imperata perfeciſſet, & aquam quaereret, ad fontem Caſtalium venit, quem [6] Draco Martis filius cuſtodiebat: qui cum ſocios Cadmi interfeciſſet, à Cadmo [7] lapide eſt interfectus: [8] denteſque ejus, Minerva monſtrante, ſparſit & aravit, unde [9] Sparti ſunt enati. Qui inter ſe pugnarunt, ex quibus quinque ſuperfuerunt, id eſt, Chthonius, Udaeus, Hype-

lib. III. pag. 128. Telephaſſam ejus matrem facit. Schol. Hom. ad Catal. vers. 1. Phoenicem ejus patrem, ex ſententiâ Heſiodi & Bacchylidae, ut teſtatur ipſe ad Iliad. M. 397. Vid. not. ad cap. 6. MUNCK. Europam Tityi filiam Euphemi matrem facit Pind. O. Pyth. IV. 81. De Europae parentibus conſulendus Celeb. P. Burm. ad Ovid. lib. II. M. 859. Oceani & Parthenopes filiam Europam facit Andron Halicarnaſſeus apud Tzetzen ad Lycophron. vs. 1283.

1 IN TAURUM CONVERSUS] Fulgent. lib. Myth. I. *Sicut Europam in tauro rapuiſſe fertur, id eſt, in navem tauri picturam habentem, & Iſidem in vaccâ, ſimiliter in navem bujuſce picturae.* Lege *in nave* & *habente* ex membranis Bibliothecae Leidenſis, quas cum editis contulimus. Adde Feſtum in *Europam*. MUNCK. Variae de hoc Tauro ſunt opiniones. Tzetzes ad Lycophron. vs. 1214. & Palaephatus de Incredibilib. cap. 16. Europam a Tauro, viro Gnoſſio, perperam Cretae rege, ab Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 88. item aliis dicto, ſed ſub Aſterio per id tempus Cretenſium rege, exercitum ducente, raptam fuiſſe ſtatuunt. Vide Meurſium de Creta lib. IV. cap. 14. id quod clare docet Tzetzes ad vs. 1299. (quem Lycophronis locum ad partes vocavit idem Meurſius lib. I. cap. 2.) Ταῦρ⊙, ὁ Κρήσι⊙ στρατηγὸς παρὰ Ἀστερίῳ, ᾧ ἡ Μινῳὰρα, βασιλέως Κρήτης, περιφθεὶς, ἁρπάξαι αὐτὴν ἐπ Σαφρπίας, πόλεως Φοινίκης, μετακῦ Σιδῶν⊙ ἡ Τύρ κειμένης. Alii cum Fulgentio in navi Tauri picturam habente Europam avectam pro certo habent, conſule Meurſium ad Lycophronis l. l. & H. Junium lib. V. Animadv. cap. 12. p. 295. Fabulam debemus Euripidi in Phrixo. Vid. Eratoſthen. cap. 14.

2 A SIDONE] Vide Lactant. ad Statium I. Thebaid. vs. 181. Sed totam hanc rem pro fabula habet Conon narrat. XXXVII. apud Photium pag. 446.

3 PHOENIX] Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 905. ἄλλοι Φοίνικα αὐτὸν καλεῖσθαί φασιν ἀπὸ Φοίνικ⊙ τῦ Ἀγήνορ⊙ς. Vide & ad vs. 899. Adde Servium ad III. AEn. 88. ubi & de *Cilice* ac *Cilicia*, de quibus idem Euſt. ad Dionyſ. Per. 874. & Salmaſ. Exercit. Plin. pag. 402.

4 CILIX SUO NOMINE CILICIAE NOMEN INDIDIT] Doct. Arntzen. Victor. Vir. Illuſt. c. II. II. mavult *a* vel *ex ſuo nomine*. Fallitur omnino, cum nihil hac ellipſi ſit uſitatius. Supra fab. CXLV. *Argus, qui ſuo* nomine *Argos oppidum cognominavit*. Aur. Victor loco dicto: *Plebem in* XXX. *curias diſtribuit, eaſque raptarum* nominibus *appellavit*. & Epit. c. XXXIX. *matre pariter atque oppido nomine Dioclea; quorum* vocabulis .. *Diocles appellatur*. Ovidius Triſt. I. 10. 38. *& arces praetereat dictas* nomine, *Bacche, tuo*. Juſtinus XLIII. I. *Itaque Italia regis* nomine *Saturnia appellata eſt*. Conſer quae Celeb. Perizon. ad Valer. Max. VI. 4: 4. & Animad. Hiſt. cap. II. WOPKENS.

5 RESPONSUM ACCEPIT] Reſponſum illud invenies apud Euripidis Scholiaſten ad Phoeniſſ. vers. 641. ita ut fuiſſe narrat Hyginus. Scholiaſtes autem AEſchyli ad Ἑπτὰ vers. 492. deum reſpondiſſe narrat, μὴ τὸ ἰξιλθεῖν ἀ ἰιρὰ τῆ ἰυρυλίκ ἀκολυθεῖν. MUNCK.

6 DRACO MARTIS FILIUS] Vide Apollod. lib. III.

Hyperenor, [10] Pelorus, & Echion. Ex bove autem, quem secutus fuerat, [11] Boeotia est adpellata.

## CLXXIX. *Semele.*

CADMUS Agenoris & Argiopes filius ex Harmonia Martis & Veneris filia procreavit [12] filias quatuor, Semelen, Ino, Agaven, Autonoen, & Polydorum filium. [13] Jovis cum Semele voluit concumbere. Quod Juno cum resciit, specie inmutata in Beroen nutricem, ad eam venit, & persuasit, ut peteret ab Jove, ut eodem modo ad se, quomodo ad Junonem, veniret: Ut intelligas, inquit, quae sit voluptas cum deo concumbere. Itaque Semele petiit ab Jove, ut ita veniret ad se. Qua re inpetrata, [14] Jovis cum fulmine & tonitribus venit, & [15] Semelen conflagravit. Ex utero Liber est natus, quem Mer-

III. pag. 136. Schol. Euripidis ad Phoeniss. vers. 5. & quae ad Anton. Liberal. cap. 3. à nobis notata sunt. MUNCK. Schol. Soph. Antig. vs. 128. Ἐγγενὴς ὁ δεύτερος ἐξ Ἄρεως καὶ Τιλφώσης Ἐχιονεύς. λέγει δὲ τὸν δεύτερον τοὺς Θηβαίους δεῖλον, ὅτι δειλευόντων εἶεν.

7 LAPIDE] Ita & Hellanicus. Pherecrates apud Euripidis Schol. ad vers. 666. Phoen. gladio interfectum ait, Ovid. III. Met. 90. haltà. MUNCK.

8 DENTESQUE EJUS] Hyginum arbitror scripsisse, *dentes qui ejus.* SCHEFF. Schefferus, *dentes qui ejus.* Non improbo quidem. Vide tamen quae ad cap. 8. dixi. MUNCK.

9 SPARTAE] Ita & Schottus Cononis cap. 37. transtulit. perperam. Legendum, *Sparti.* Σπαρτοὶ enim Graecis dicuntur. Vide Schol. Pind. ad Pyth. Od. V. p. 222. edit. Francof. Etymol. in Φοινικήν, Σπαρτοὶ ἄνθρωποι sunt Theodoreto. Σπαρτοὶ λεὼς Lycophroni Thebani. Hieronymus Chronico Eusebiano: *Propter repentinos quosdam de terrâ contractus ex omni parte consluentes Spartos vocatos.* Lactant. lib. III. cap. 4. *Tanquam Sparti illi poëtarum, sic se invicem jugulant.* Adde Genforin. cap. 4. Gell. lib. XVII. cap. 3. MUNCK. De Spartis consule Schol. Pindari O. Isthm. VII. vs. 13. Lactant. ad Statii VII. Theb. 667. & Pausan. lib. IX. cap. 5. Hanc fabulam ex lingua Phoenicia inlustrare conatur S. Bochartus in Can. lib. I. cap. 19. pag. 447. Minervam Cadmo adfuisse docet Schol. Eurip. Phoeniss. vs. 1069.

10 PELORUS] Schol. Eurip. ad Phoen. vers. 675. est Πίλωρ. Sed ad vers. 946. Πίλωρόν ex AEschylo. Pro Ὑπερήνωρ apud Pausaniam Ἰσμήνωρ videtur inveniisse in suo codice Loescherus. Vertit enim *Hysterenor.* Corruptè. Nam *Hyperenor* est etiam Hellanico ad Apollon. III. 1185. Restituendum idem nomen Lactantio ad Theb. III. 285. ubi corruptè *Hyperion* dicitur, & *Tydeus*, qui fuit *Udaeus.* Iisdem nominibus, quibus hoc ab Hygino recensentur, appellantur etiam ad Isthm. Od. I. à Pindari Scholiaste. MUNCK. De Echione, unde & Thebani Echionii dicti, Servius ad XII. AEn. 514. & de hoc aliisque his Spartis Celeb. P. Burm. ad Ovid. III. Met. 126. Item Schol. Apoll. Rh. III. Arg. 1185. denique Obs. Misc. Vol. IX. Tom. III. pag. 457. 458.

11 BOEOTIA] Ovid. III. Met. v. 13. *Moenia fac condas, Boeotiaque illa vocato.* Alii à *Boeoto* Neptuni filio appellatam Boeotiam prodiderunt. Vide Schol. Hom. ad Catal. vers. I. MUNCK. Vide ad cap. 157.

## Ad CAP. CLXXIX.

12 FILIAS QUATUOR] Has sorores Thebanas vocat Lactantius ad Statium I. Thebaid. vs. 11.

13 JOVIS] *Juppiter.* MICYLL.

14 JOVIS] *Juppiter.* MICYLL.

15 SEMELEM CONFLAGRAVIT] Scribendum esset, *Semelen.* Vid. not. ad cap. 137. Sed heic legere malim *Semele.* *Conflagravit* est κατέκαυσεν. Παπτήλιος enim hoc verbum usurpat cap. 154. & 243. Certum interim activam antiquitus habuisse significationem. Cicero lib. IV. ad Her. 13. *Quemodo urbs acerbissimo concidit incendio conflagra-*

Mercurius ab igne ereptum, Nyſo dedit educandum, [1] & Graece Dionyſus eſt adpellatus.

## CLXXX. *Actaeon.*

ACTAEON [2] Ariſtaei & Autonoes filius, paſtor, Dianam lavantem ſpeculatus eſt, & eam violare voluit. Ob id irata Diana fecit, ut ei cornua in capite naſcerentur, & à ſuis canibus [3] conſumeretur.

## CLXXXI. *Diana.*

[4] DIANA cum in valle opaciſſima, cui nomen eſt [5] Gargaphia, aeſtivo tempore fatigata ex adſidua venatione, ſe ad fontem, cui nomen

ta? Avienus Phaenomenis Arataeis: *Nec cum flagratas emittunt marmora chelas.* Capella ſub initium lib. VI. *Diſpendia lini perflagrata.* Schol. Horat. ad Epod. V. *Veſtem pellici ſuae datam una cum ipſa & totâ domo conflagrari fecit.* Apulejus de mundo: *Cum Orientis regiones Phaëthontis ruina, ut quidam putant, conflagratae perierunt.* Gloſſ. Steph. *Flagro, flagratus ſum,* καίομαι. Propert. I. el. 13. *Flagrans amor Herculis Hebes.* De fabula hac ita Scholiaſtes Hom. ad Iliad. O. 323. Ζεὺς ὁ μὲν δυνάμῳ ἀσωτῶν, παρεγίγνη] εἰς τὸ θάλαμον αὐτῆς ἐφ' ἅρματος καὶ βροντῶν ὑπὸ, καὶ κεραυνὸς ἦσαν. Σεμέλης δὲ λέγ τὸ φῦσον ἐκλιπούσης, ἐξαμβλωθὲν τὸ βρέφος ὁ Ζεὺς ἐκ τῆς πυρὸς ἁρπάσας, ἐνέρραψε τῷ μηρῷ. Totum hoc ſcholion, ut & quae praeceſſerunt proximè, καὶ πόθεν deſcripta ſunt ex Apollod. lib. III. pag. 138. Sed malè omiſſum ἐξαμβλωθὲν. Scribe ergo, ἐξαμβλωθὲν, τὸ βρέφος ἐξαμβλωθὲν ἐκ τῆς &c. Habet praeterea pro παρεγίγνη] Apollodorus παρεγένη]. Quod etſi parum refert, monendum tamen eſt. Quod autem femori Jovis inſutum Bacchum fingunt, eo ex ſemine Jovis natum eum innuere voluerunt. Femur enim pudendam partem viri & mulieris notare obſervavit Heinſius Ariſtarchi cap. I. ut & Feſſel. Adverſ. Sacr. lib. II. cap. 24. Sibylla apud Lactant. lib. I. cap. 8. Οὐ δώσατ' ἀνδρὸς Ἐκ μηροῦ μίτρας τε Διὸς τριστασμῷ εἶναι. MUNCK. De fabula hac conſule Schol. Ariſtoph. Nub. vs. 604. nec non Schol. Pindari O. Pyth. III. vs. 177. (A nonnullis Βυγενὴς vocatur Bacchus. Vide Plut. Quaeſt. Graec. Tom. II. pag. 299. & de Iſide & Oſir. Tom. II. pag. 364.) Totam rem narrat Lactantius ad Statium lib. I. Thebaid. vs. 12. ubi inter alia haec leguntur *qui cum veniſſet cum fulmine Semele, ſuſtinere non potuit, & obiit.* Adde Eumd. ad II. Theb. vs. 71. nec non ad IV. Thebaid. vs. 673. & Philoſtrat. ſeniorem lib. I. de Iconibus cap. 14. Ab AEgyptiis Iſidis filius Bacchus vocatur. Plut. de Iſide & Oſir. Tom. II. p. 365.

1 ET GRAECE DIONYSUS] Supr. cap. 167. *Unde Dionyſus eſt appellatus, & bimater eſt dictus.* MUNCK.

## Ad CAP. CLXXX.

2 ARISTEI] *Ariſtaei* ſcribendum eſſe dixi ad cap. 161. Fabulam notiſſimam luculenter narrat Ovid. III. Met. vers. 131. & ſeqq. MUNCK. Fuit & alius Actaeon Meliſſi filius de nocte a Bacchiadis in domo paterna diſcerptus, qui Bacchiadae ob id ſcelus ex urbe Corintho poſtea ejecti ſunt. De quo latius Schol. Apollonii Rhodii lib. IV. Arg. vs. 1212. nec non Plutarch. T. II. p. 772, 773.

3 CONSUMERETUR] Actaeonem canes ſui, ut equi dominum Diomedem, abſumſerunt. Vid. Fulg. III. Myth. Palaeph. cap. 3. Nimirum viſcera noſtra ſunt opes, ut vita victus. Ovid. Heroid. I. *Viſcera noſtra tuae diripiuntur opes.* MUNCK. Actaeonis mater Autonoe, propter varias domeſticas & in primis filii calamitates Thebis relictis, commigraſſe dicitur in Eveniam Megarenſium vicum, & ibi ſupremum diem obiiſſe. Vid. Pauſan. lib. I. cap. ult. p. 107.

## Ad CAP. CLXXXI.

4 DIANA CUM] Omne hoc principium uſque ad

men eſt Parthenius, perlueret, Actaeon Cadmi nepos, Ariſtaei & Autonoes filius, eumdem locum petens ad refrigerandum ſe & canes, quos exercuerat, feras perſequens, in conſpectum deae incidit: [6] qui ne loqui poſſet, [7] in cervum ab ea eſt converſus. Ita pro cervo laceratus eſt à ſuis canibus. quorum nomina, maſculi, Melampus, Ichnobates, * [8] Echnobas, Pamphagos, Dorceus, Oribaſus, Nebrophonos, Laelaps, Theron, Pterelas, Hylaeus, Nape, Ladon, Poemenis, [9] Therodanapis, * [10] Aura, Lacon, [11] Harpyia, [12] Elion, Dromas, Thous, Canache, Cyprius, Sticte, Labros, Arcas, Agriodus, Tigris, Hylactor, Alce, Harpalus, Lyciſca, Melaneus, Lachne, Leucon. [13] Item tres qui eum Gnoſius * conſumpſerunt foeminae, [14] Melanchaetes, Agre, [15] Therodamas, Oreſitrophos. Item alii auctores tradunt haec nomina: Acamas, Syrus, AEon, Stilbon, Agrius,

ad canum nomina iiſdem poene verbis legitur in Argum. Lactant. III. Met. Ovid. MUNCK. Sic quod ſeſe lavantem Venerem Adonis vidiſſet, ab Apolline in aprum ſeſe vertente, dentibus laceratus letho datus eſt, ut Ptolemaeus Hephaeſtio apud Photium pag. 471.

5 GARGAPHIA] Inter nobiles Boeotiae fontes praeter Plinium & alios etiam Capella lib. VI. memorat Gargaphien valli cognominem. Adde Etym. in voce Ἀργαφίη. Corruptus eſt ergo Vibius Sequeſter, *Garga Euboeae, ubi Actaeon laceratus eſt à canibus.* Lege *Gargaphie Boeotiae.* MUNCK. De valle Gargaphia Burm. ad Ovid. III. M. 156.

6 QUI NE LOQUI POSSET] Lactant. ut ad Ovidium adduci à commentatoribus video, *qui ne eam rem eloqui poſſet.* Tu vide notas noſtras ad Lactantium, & lege heic, *Quae ne eloqui.* MUNCK.

7 IN CERVAM] Lactantius & Fulgent. lib. III. *in cervum.* Quod praefero, cum ſequatur *pro cervo.* quanquam Lactantius *pro fera.* MUNCK. *In cervum* etiam Lactant. ad Statii III. Theb. 203. ſimpliciter εἰς ἔλαφον Apollodor. lib. III. p. 173. Conſule inl. Spanh. ad Callim. H. Pall. 108, 113, 114. e fabula hac dictum hoc manavit in ingratos κακὸς κυνῶν ἐν θρέψαις κύνας, ut docet Schol. Theocriti Idyll. v. vs. 38. Ceterum haec erat poena, quam in inpios mortales exercere Dianae proprium eſſe fingitur. Sic Plut. in Quaeſt. Rom. Tom. II. pag. m. 264. γυναῖκα δ', κύντάτε (in templo Dianae) τὸν θεὸν στεφθέντ' βιαζόμβρις τις ὑπὸ τ' κυνῶν διεσπάσθη.

8 ECHNOBAS] Hic formatus ex praecedente videtur, ac propterea delendus. SCHEFF. *Ichnobas* reponerem, niſi praeceſſiſſet *Ichnobates.* Forte ſcripſit, *Chimobas.* Cl. Schefferus hunc, ut natum ex proximè praecedenti, deleri jubet. MUNCK.

9 THERODANAPIS] Etiam hic ex ſuperioribus duobus, quorum nomina Theron & Nape, conſarcinatus eſt. SCHEFF. Etiam hunc, ut ex *Theron* & *Nape* conflatum, idem inducit. Ego conjeci antehac *Theriomachus.* MUNCK.

10 AURA] Non male. Sed alii non numerant in his canibus, verum *Agre.* SCHEFF.

11 HARPYA] Scrib. *Harpyia.* Malè etiam inferius *Arpyia.* MUNCK.

12 ELION] *AEllo.* MICYLL. Micyllus putat. *AEllo*, nec diſplicet. SCHEFF. Micyllus ex Ovid. III. Met. 219. *AEllo.* Quod niſi ſatis placet, poſſis etiam ſcribere, *Ecbion.* MUNCK.

13 ITEM TRES, QUI EUM GNOSIUS CONSUMSERUNT] Barthius in ſuo Mſſ. ait, ſeſe reperiſſe, *qui eum cum ſuis conſumſerunt*; unde fecit, *qui eum cum oſſibus conſumſerunt.* Saepe dixi, Mſſ. Barthii admodum ſuſpectum mihi eſſe. Nam *Gnoſius* nomen canis videtur, alieno loco poſitum. Et eſt *Gnoſſius Ichnobates*, inter canes Acteonis apud Ovidium quoque. Ut ſimpliciter legendum ſit, *qui eum conſumſerunt.* SCHEFF. Pro *eum Gnoſius* Barthius legit, *cum oſſibus*, quod in MS. inveniret *cum ſuis.* Sed illud *item tres* viſum mihi ſemper etiam ὕπουλον. An ſcripſit? *Hi mares, qui eum cum oſſibus* &c. Dices in praecedentibus multa eſſe foeminina nomina. non nego. Sed ſi conſideres, quod ſequitur, *Foeminae* &c. facile vides id, quod volo, flagitare oppoſitionem. Confuſionem nominum diverſi ſexus imputa librario. MUNCK.

14 MELANOCHAETES] Scrib. *Melanchaetes*, & mox *Theridamas* ex Ovidio. MUNCK.

15 THERODAMAS, ORESISTROPHUS] Legendum ex Ovidio, *Theridamas*, & *Oreſitrophus* videtur. SCHEFF.

grius, Charops, AEthon, [1] Corax, [2] Boreas, Draco, Eudromus, Dromius, Zephyrus, Lampus, [3] Haemon, Cyllopotes, Harpalycus, Machimus, Ichneus, [4] Omelympus, Ocydromus, [5] Borax, Ocythous, [6] Pachitos, Obrimus. Foeminae, Argo, Arethusa, Urania, Theriope, Dinomache, Dioxippe, Echione, Gorgo, [7] Cyllo, Harpyia, [8] Lyncaeste, Leaene, Lacaena, Ocypote, Ocydrome, Oxyroe, Orias, [9] Sagnos * Theriphone, [10] Volatos, Chediaetros.

## CLXXXII.

1 CORAN] Forte *Corus* legendum, ut mox *boreas*, item *Zephyrus*. SCHEFF. Conjicit *Cerus* Cl. Schefferus. Malim *Corax*. Sic à celeritate *Cotaces* dicti olim & *Phoenices* Cleosthenis equi, ut refert Pausan. lib. VI. MUNCK.

2 BOREAS] An *Bores*? Apollod. lib. III. Σπαρτός τ' ὢν, Ἄργῳ τε Βόρης τ' αἰψηρομίλου. Non putem. Sed scripserim potius Βορῆς apud Apollod. pro Βόρης, ex Βορέης. Aptum id nomen ad velocitatem denotandam, & epitheto conveniens. Noster supra cap. 84. *Equos aquilone veleciores habuit*. MUNCK.

3 HEMON] Scribe cum diphthongo *Haemon*, & paulo inferius *Lacaena*. MUNCK.

4 OMELYMPUS] Rescripserim *Melampus*. Quid tum postea? Etiam Harpyia fuit; quae tamen hoc iterum ponitur. MUNCK.

5 BORAX] Mallem, *boras*. Hoc enim nomine unus legitur apud Apollodorum. SCHEFF. *Boras* suspicatur scriptum fuisse Schefferus, quod apud Apollodorum sit Βόρας. Mihi verisimilius videtur *Borus* h. e. Βόρος, *verax*, *edax*. nisi à Βόρος formatum est Βόρεξ, ut à λάβρος λάβραξ lupus piscis. Moschopulus, Βόρας λαίμαργος, pag. 84. ὁδὲ χιδών. MUNCK.

6 PACHITOS] An scripsit *Pachylus* ex παχυλὸς *crassus*? Equidem sic censeo, & mox pro *Aretusa* scribo *Arethusa*. MUNCK.

7 CYLLO] Puto Hyginum scripsisse *Aello* nisi ex Gr. κυλλὸς finxit hoc vocabulum. MUNCK.

8 LYNCAESTE] An *Lycaste*? MUNCK.

9 SAGNOS] Litteram initialem male huc tractam ex praecedenti vocabulo existimo, ac scribo, *Agnos*. De reliquis non habeo, quod dicam. SCHEFF. Cl. Schefferus emendat *Agnos*. Dubito. Mallem *Agrios*, vel *Lachnos*. MUNCK.

10 VOLATOS, CHEDIAETROS] Etiam haec corrupta monstrose; sed quomodo restituenda sint, non habeo dicere. MUNCK.

## Ad CAP. CLXXXII.

11 IDOTHEA] De hac dubito. Alibi profecto Prothei filia vocatur. SCHEFF.

12 ADRASTA] Mallem *Adrastea*, quanquam non ignorem ab Ἀδράστη formari Ἀδράστεια. Apollod. lib. I. Ταῖς Μελισσέως παισὶ Ἀδραστείᾳ τε καὶ Ἴδῃ. Callim. Hymn. Jovis vers. 47. Σὲ δ' κούρισιν Ἀδράστεια. Nec *Altbaea* mihi satis placet. Vide an totus locus ita constitui non malè possit: *Ida, Amaltbea, Adrastea*. His enim appellantur nominibus Jovis nutrices ab aliis. Lactant. lib. I. *Capella est Amaltheae nympbae, quae uberibus suis infantem aluit*. Germanici Scholiastes fabulâ Erichthonii *Themidiam Altbaeam* Jovis nutricem faciens, quid sibi velit nescias. Verba ejus adscribam: *Datur Jovis infans nutriendus Themidiae Altbaeae, quae fuit domina caprae* &c. Sed credo legendum, *Themidi & Amaltheae*. Musaeus, quem auctorem laudat Hygin. Astron. II. 13. *Athemidem* & *Amaltheam* eas vocat. Corrige *Themidem*, ut margo habet Micylli. Habet ea Hyginus ex Eratosthenis καταστερ. cap. 13. Schol. Homeri ad Iliad. O. 318. Τὸ δὲ παιδίον εἰς Κρήτην ἀφικόμισσα ἔδωκε Θέμιδι καὶ Ἀμαλθείᾳ, ἣ ἦν αἴξ &c. Vult Amaltheae nomen caprae fuisse, cum alii diversa faciant. Sed cum eo faciunt Nonnus Dionys. lib. LVI. & noster Astron. II. 13. Theo in Aratum pag. 23. qui & hoc addit, mulierem fuisse Arcadicam, quam post mortem stellis inseruerit Jupiter. MUNCK. *Ida, Amaltbea*, & *Adrastea* dictae fuere Jovis nutrices. *Amaltheam* inter Jovis nutrices fuisse docent etiam Servius ad I. Georgic. vs. 205. Theo ad Aratum pag. 20, 21. Lactant. ad Statii III. Theb. 27. qui Amaltheam capram Arcadicam fuisse dicit, & ad lib. IV. vs. 785. ad lib. VI. Theb. 422. de ea agit. Eust. ad Dionys. Perieg. vs. 431. ὡς ἄρα τῷ Ἡρακλεῖ τὸ τῆ Ἀμαλθείας κέρας ἐκβολίζει πᾶν ἀγαθόν, ὅ τὸ τῆ μυθικῆς αἰγὸς τῆ Θρεψαμένης τὸν Αἰγίοχον Δία. Serv. ad VIII. AEn. vs. 354. *AEgida: id est, pellem Amaltheae caprae, a qua nutritus est, in sinistra Jupiter tenet. Sane Graeci poetae turbines & procellas καταιγίδας appellant.* & hinc αἰγίοχον dictum vult Phurnutus de N. D. cap. 9. Διὰ μὲν τὰς αἰγίδας ὡς δὴ λαβὼν ἔκθεσιν ἐρμηῆ τὸ ὄνομα Αἰγίοχος ἐκλήθη. Verum

## CLXXXII. *Oceani filiae.*

OCEANI filiae, [11] Idothea, Althaea, [12] Adraſta. alii dicunt [13] Meliſſei filias eſſe, Jovis nutrices, quae nymphae [14] Dodonides dicuntur. alii Naiades vocant: quarum nomina, Ciſſeis, Nyſa, Erato, [15] Eriphia, [16] Bromie, [17] Polyhymno: hae [18] in monte Nyſa [19] munere alumni potitae ſunt, qui [20] Medeam rogaverat, & depoſita ſenectute [21] in juvenes mutatae ſunt, conſecrataeque poſtea inter

rum ſimpliciter ab hac capra Amalthea Jovis nutrice, id quod & innuit modo laudatus Euſtathius, dictus eſt Αἰγίοχος, παρὰ τὸν ἐξ αἰγὸς ὄχον, ὃ ἴσχει τροφόν. Conſule inl. Spanh. ad Callim. H. Jov. vs. 49. *Adraſteae*, Curetum ſorori etiam Jovis recens nati cura tradita eſt. Schol. Apoll. Rhod. lib. III. vs. 133. ἈΔΡΗΣΤΕΙΑ: αὕτη τροφὸς Διός. Καλλίμαχος. σὺ δὲ κοίμησον Ἀδρήστεια, ἀδελφὴ καρήτου. Quem ad Callimachi locum jam adduxit Spanhemius, (quem conſule, etiam de *Ida* ad vs. 33. ejuſdem hymni) quod nomen cap. 139. pro *Admantaea* cum Munckero ſubſtituendum. Fuit & altera Adraſtea Jovis & Neceſſitatis filia, de qua Plutarch. de his qui ſero a Num. pun. pag. 564.

13 MELISSI FILIAS] Mallem *Meliſſae*. SCHEFF. Schefferus: *Meliſſae*. Imo *Meliſſei*. Hygin. II. Aſtron. *Parmeniſcus autem ait Meliſſea quendam fuiſſe Cretae regem, ad cujus filias Jovem nutriendum eſſe delatum.* Confer Lactant. Firm. lib. I. cap. 22. MUNCK. Adde Meurſium de Creta lib. III. cap. I.

14 DODONIDES] Schol. Hom. ad Iliad. Σ. 486. Φερεκύδης δ τὰς Ὑάδας Δωδωνίδας νύμφας φησὶ εἶναι, τὰς Διονύσου τροφούς. Schol. German. Tauro: *In ſigno autem Tauri frons & facies Hyades appellantur, quas Phereades Athenaeus nutrices Liberi dicit, quae Dodonides nymphae ſunt.* Pro *Phereades Athenaeus* legendum *Pherecydes Athenaeus*, ut rectè exaratum in Pleiadibus. MUNCK.

15 ERIPHIA] Ἐρίφη dicitur Bacchi nutrix apud Etymol. auctorem in Ἔριφα, quod idem eſt. Ἐρίφη, Ἐρίφεια. unde *Eriphia*. MUNCK.

16 BROMIE] Servio ad Ecl. VI. 15. eſt *Bromie. Bacchus*, inquit, *à bacchatione, id eſt, inſaniâ dictus, unde & comites ejus Bacchae. Alii à Baccbe nymphâ, quae cum Brome ſorore ſuâ eum nutriverat in monte Nyſâ Anyſa nutrice.* Lege *à Nyſa nutrice dicto.* Νύσα eſt auctori de Mundo pag. 11. Plinius lib. V. 18. *Scythopolin, antea Nyſam à Libero patre ſepultâ nutrice ibi, Scythis deductis.* Ergo *Nyſa* urbi & monti commune nomen. Nemeſ. Ecl. 3. *Nos etiam viridi Nyſae nutrimus in antro.* Euſeb. Praepar. lib. I. pag. 34. ed. Steph. Εἰς τὸ εἰ τῇ Νύσῃ ἄντρον, καὶ ῥόδα μεθ' ὕδωρ Φοινίκες τε καὶ Νύσαν. Adde quae ad cap. 139. notavi. Nec tamen non defendi *Bromie* poteſt. Nempe à Βρόμιος Βρόμιε & Βρομίη, unde *Bromie*. Sed in Micylli editione viſitur *Bromiae*: unde fecerim *Bromia*. Βρόμιος eſt Bacchus. Vide Etym. auctorem. MUNCK.

17 POLYHYMNO] Cap. 192. *Polyxo* eſt. quod praefero. Vide illic annotata à nobis. MUNCK.

18 IN MONTE NYSA &c.] Videntur huic loco quaedam deeſſe, ſcilicet ex quibus intelligatur, Bacchum ab his nutritum eſſe, & eundem poſtea Medeam rogaſſe, ut nutrices ſuas ex vetulis in juvenes mutaret, cujus rei etiam Ovid. meminit lib. VII. Met. MICYLL. Hic deeſſe aliqua cum Micyllo ſuſpicor. Nec enim in ipſo monte factum autumo, quod ſequitur, ſaltem ut adderetur, magnopere huc non pertinebat. SCHEFF.

19 MUNERE ALUMNI] Bacchi videlicet. Vide infr. cap. 192. Recte Micyllus ſuſpicatur deſiderari hoic quaedam, ex quibus intelligatur Bacchum ab his nutritum eſſe, & eundem poſtea Medeam rogaſſe, ut nutrices ſuas ex vetulis in juvenes transformaret. Servius de Vergiliis ad I. Georg. 219. *Has alii volunt Jovis, alii Liberi nutrices, alii vero ipſas fuiſſe aſſerunt Heſperidas.* Tangit hanc Bacchi nutricum transformationem Ovid. VII. Met. v. 297. MUNCK. In Nyſa Aſiae has Bacchi nutrices habitaſſe docet Apollodorus lib. III. p. 173.

20 MEDEAM ROGAVERAT] Legendum eſſe *Tethyn* oſtendit Nob. Heinſius ad Met. Ovid. p. 171. Seductus ergo pravâ Ovidii lectione non Hyginus tantum, ſed & in Argumentis Lactantius. MUNCK.

21 IN JUVENES] Phaedr. lib. II. cap. 2. *Animoſque ejuſdem pulcra juvenis ceperat.* Fruſtra ſignificatione, non ſtructura eſſe commune cenſet Voſſius Anal. lib. I. cap. 15. Apulejus VII. Met. p. 197. edit. Elmenh. *Viſi quadam honeſtâ juvene.* Capella lib. III. *Feminini & communis, ut canis & juvenis.* MUNCK.

ter ſidera, [1] Hyades adpellantur. alii tradunt vocitatas, [2] Arſinoe, [3] Ambroſie, Bromie, Ciſſeis, Coronis.

## CLXXXIII. *Equorum Solis & Horarum nomina.*

[4] Eos, per hunc coelum verti ſolet: [5] AEthiops, quaſi flammeus eſt, concoquit fruges. Hi funales ſunt mares: [6] foeminae Jugariae, Bronte, quae nos tonitrua adpellamus, [7] Sterope, quae [8] fulgitrua. Huic

1 HYADES] Ovid. v. Faſt. 167. *Ora micant tauri ſeptem radientia flammis, Navita quas Hyadas Grajus ab imbre vocat. Pars Baccbum nutriſſe putant: pars credidit eſſe Tetbyos bas neptes Oceanique ſenis.* Gloſſ. Cyrilli, Ὑάδες, *pluviae.* Philox. *Suculae*, Ὑάδες, δοκίδες. fort. Δοδωνίδες. Etymol. auctor in Ὑης. Ὁ δὲ Φερεκύδης τὴν Σεμέλην ὕειν λέγει, καὶ τὰς Διονύσου τροφὰς ὕδας. leg. Ὑάδας. Confer Gell. lib. XIII. cap. 9. MUNCK.

2 ARSINE] Cum Grotio ex Arateis, *Arſinoë* legendum. SCHEFF. Rectè cum Grotio *Arſinoë* reponit Schefferus. MUNCK. Vide Grotium ad Arati Phaenomena pag. 5.

3 AMBROSIE] Malunt *Ambroſiam* vocare. Sed & hoc bonum. Heſychius. Ἀμβροσία, θεία, καὶ ἀθάνατος, καὶ ἡ τῶν θεῶν τροφή. Sic iſta diſtinguenda ſunt. ut paulo ante, Ἀμβροσία θεία, &c. SCHEFF. Cap. 192. *Ambroſia* dicitur. Sed Ἀμβροσία eſt etiam Nonno Dionyſ. XXXI. vers. 3. Diodoro lib. v. p. 325. Bacchi nutrices dicuntur *Philia*, *Coronis*, *Cleis*. Pro *Cleis* putes reponendum ex Hygino, *Ciſſeis*. Sed nihil affirmo. MUNCK. De Bacchi nutricibus, quae hic corruptis verbis leguntur, conſule Schol. Homeri Iliad. Σ. vs. 486. & Celeb. P. Burm. ad Ovidii III. Met. 314. Bacchi nutrices cur Νύμφαι vocentur, docet Athenaeus lib. XI. cap. 3. p. 465.

## Ad CAP. CLXXXIII.

4 EOS] *Eous.* MICYLL. Micyllus legit *Eous*, quod per Ovidium probatur. Idem mox pro *AEthiops*, legit *AEthon.* Sed hos diverſos ipſe noſter poſtea facit. SCHEFF. *Eous* Micyllus. & ſic eum Ovidius nominat II. Metam. 153. MUNCK.

5 AETHIOPS] *AEthon.* MICYLL. Pro hoc & praecedenti apud Euripidis Schol. ad Phoen. 2. nominantur Χρόνος & Αἰθών. quorum poſteriorem videntur appellaſſe quoque *Phaëthontem.* Soph. Scholiaſtes ad Electr. vers. 825. Λέγει δὲ Φαέθοντα ὁ υἱὸς τοῦ Ἡλίου, καὶ ὁ ἕτερος τῶν ἵππων αὐτοῦ. Sed *AEthiopem* unum ex Solis equis eſſe dictum legas etiam apud Athenaeum lib. XI. pag. 465. MUNCK.

6 FEMINAE, IOCARIE] Scribendum eſt *jugariae.* quod pridem monui poſt Salmaſium lib. I. c. ultimo mei operis de re Vehiculari. Vitium ex eo natum, quia veteri ratione formatum erat *jocariae*, quod non intelligebant. SCHEFF. Veravit divinus Salmaſius ad Solinum reſcribendo *Jugariae*, hoc eſt, Jugales. Jugales autem ἵπποι ὑπόζυγοι. Capella lib. I. *Qui Phoebi antevelans ſaepe jugalibus. Jugarius* dictum, ut *funarius* in Vett. Gloſſis. MUNCK.

7 STEROPE] Ἀστεροπὴ eſt Scholiaſtae Euripidis. Sed στεροπὴ, καὶ ἀστεροπὴ, καὶ ἀστεροπὴ ταυτὸ ἐστι, ut ait Diaconus ad Heſiod. Aſp. p. 214. edit. Heinſ. MUNCK.

8 FULGITRUA] *Fulgitrua* ſcribendum monui in praedicto de Re Vehiculari loco. Et ſic habet Commeliniana. Nempe ſicut *tonitra*, ſic & *fulgitra* dixere veteres, quod vel ex hoc loco annotandum. Niſi fors quis malit *fulgetra*, quae vox binis locis apud Plinium occurrit. Ego tamen in priorem lectionem plus inclino. SCHEFF. Cl. Schefferus ex hoc loco *fulgitra* dixiſſe veteres, ut *tonitra* notari jubet. Ego *fulgetra* praetulerim. Servius ad AEn. VIII. 425. *Brontes à tonitru dictus eſt*, ἀπὸ τοῦ βρυχᾶσθαι. *Steropes à fulgetra*, ἀπὸ στεροπῆς. Nempe *Fulgetrum* & *Fulgetra* dixere. Idem Grammaticus ad vers. 431. *Fulgores terrificos, quas fulgetras dicunt.* Inter barbara τὸ *fulgitrua* ex hoc loco adducit Voſſius de Vit. Sermon. lib. III. cap. 12. MUNCK.

9 EUMELUS CORINTHIUS] De eo Pauſan. lib. II. cap. I. & G. J. Voſſius lib. IV. de Hiſtor. Graec. cap. I.

10 HOMERUS TRADIT] Quis Homerus Hygine? Ὁ καλλιὼς duos tantum aurorae equos nominat Odyſſ. Τ. 246. *Lampum* & *Phaëthontem.* de quibus Tzetzes ad Lycophron. pag. 4. De Solis equis nihil apud eum repperi. Nec aliae iſtae ſunt bigae Aurorae, quarum meminit Pedo El. de obitu Maecen. Forte ſcripſerat auctor *Herodorus.* Fulgentius eos lib. I. Myth. facit *Erythraeum*, *Actaeonem*, *Lampon*, & *Philogeum.* Adſcribam verba Fulgentii; idque eo libentius, quod

Huic rei autor est [9] Eumelus Corinthius. Item quos [10] Homerus tradit, [11] Abrax, Aslo * [12] Therbeeo. Item quos Ovidius, Pyrois, Eous, [13] AEthon & Phlegon. [14] Horarum vero nomina haec sunt, [15] Jovis Saturni filii & Themidis filiae, [16] Titanaide, Auxo, Eunomia, Pherusa, Caria, [17] Odice, Euporie, Irene, Ortesie, [18] Thallo. Alii auctores tradunt decem his nominibus Auge, Anatole, Musia, Gymnasia, Nimphes, Mesembria, Sponde, Elete, Acte, [19] & Hecypris, Dysis.

CLXXXIV.

quod videor inde deprehendere posse aetatem Scholiastae Germanici. Sic ergo ille Planciades, & totidem poene verbis Scholiastes: *Unde & ipsius* (Schol. *ipsis*) *equis condigna sic nomina posuerunt, id est, Erythreus* (Schol. *Erythraeus*) *Lampos* (Schol. malè, *Lampros*) *Aethaeon, Philogeus* (Schol. *Philogaeus*). *Erythreus Graecè rubeus* (Schol. *ruber*) *dicitur, quod à matutino lumine Sol* (omittit postremam vocem Scholiastes) *rubicundus exurgat: Aethaeon splendens* (Schol. *lucidus*) *dicitur, quod tertiae horae momentis vehemens insistens lucidior fulgeat* (Schol. *quod tertiâ horâ instante* &c.) *Lampos vero ardens, dum ad umbilicum diei centratum conscenderit circulum.* (Schol. *Lampos vero lucens vel ardens dicitur, quod fit, dum ad umbilicum diei contra arcticum conscenderit circulum:*) *Philogeus Graecè terram amans dicitur, quod horâ nonâ proclivior vergens occasibus* (Schol. *occasui*) *pronus incumbat.* Nec haec tantum verba, sed totum illud caput de Apolline, nec non de Lunâ & Endymione ex Fulgentii Mythologiâ desumpta sunt. Conferat, cui tantum ab re sua otii est. MUNCK. *Lampus* & *Xanthus* nomina plurium sunt equorum. Sic Hectoris equi dicti ab Homero Iliad. Θ. vs. 185. De Diomedis equis vidimus cap. 30. iis nominibus & Achillis equos insignit Philostratus cap. XIX. Heroicon. §. 10. sed cum memoriae lapsu alterum Achilleos equorum *Lampum* pro *Balium* adpellasse recte ibi Olearius ostendit. ita de iis Ptolemaeus Hephaestio lib. v. apud Photium pag. 483. Ἑκτορος καὶ Βυκλίος οἱ Ἀχιλλέως ἵπποι αὐτίκα γίγαντες ἦσαν. καὶ μάτην γιγάντων συμμάχησαν τοῖς θείοις κακῶς τῷ ἀδελφῷ. Alia de iisdem lib. VI. pag. 487. sunt videnda. AEgyptii vero dicunt non curribus sed navigiis Solem & Lunam vehi. Plutarch. in Iside & Osir. Tom. II. pag. 364. & Clemens Alexandrinus apud inl. Spanh. ad Callim. H. Del. vs. 169.

11 ABRAX] Hoc cum sequentibus corruptum. Neque mihi notus locus est Homeri, unde desumserit. SCHEFF. Haec vocabula procul dubio in mendo cubant. Quomodo corrigam non video, nisi pro *Abrax* suspicor scribendum *Labrax*. MUNCK.

12 THERBEEO] Veteres, *Therebeo*. SCHEFF. *Hyperion* inter Solis equos recensetur a Lact. ad Statii VIII. Theb. 47.

13 AETHON] Dictus eo nomine & Pallantis equus apud Virgil. AEn. XI. 89. & Aurorae, ut notat Servius. Duos equos Solis nominat Martialis *AEthonem* & *Xanthum* lib. VIII. ep. 21. MUNCK. Quem Martialis locum Lactantius de Solis equis agens jam ad partes vocavit ad Statii III. Thebaid. 413. De AEthone Inl. Spanh. ad Callim. H. Cer. vs. 67. Equa Agamemnonis Αἴθη vocatur ab Homero Iliad. Ψ. vs. 525. & Plutarcho in Amatorio pag. 767.

14 HORARUM NOMINA] Orpheus, Phornutus, Diodorus lib. v. & Hesiodus tres tantum nominant, *Eunomiam*, *Irenen* & *Dicen*. Vide Schol. Pind. ad Olymp. XIII. MUNCK.

15 JOVIS SATURNI FILII] Nescio, an haec sint Hygini, non respondet sane sequens *filiae*, praecedenti *Horarum*. Nisi quis existimet, in parenthesi haec fuisse scripta. SCHEFF.

16 TITANAIDE] Et vitiosum hoc nomen & trajectum mihi videtur. Legerim lubens: *Jovis Saturni filii & Themidis Titanidis filiae*. Nam Themis erat μία τῶν τιτανίδων, ut est apud Clementem lib. I. Strom. p. 309. Nec ignotum Latinis hoc vocabulum. Ennius apud Varronem II. L. L. *Ut tibi Titanis Trivia dederit stirpem liberum*. Lactant. ad Stat. lib. I. Theb. *Sic autem Titan Titanis dicitur, ut Phoebus & Phoebe*. Suspicor tamen scripsisse Hyginum *Titanida* terminatione Latinâ, ut *Chalcida*, *Aulida*, *Heroida* & sexcenta alia. Ad hoc videtur mihi huic tantum novem voluisse enumerare, cum mox tanquam diversam opinionem subjungat: *Alii auctores tradunt decem* &c. MUNCK.

17 ODICE] Lego, *Dice*, ut alicubi apud Hesiodum habetur. SCHEFF. Ex Hesiodo & Orpheo aliisque *Dice* rescribendum. MUNCK.

18 THALLO] *Thallonen* hanc vocat Pausanias in Boeoticis. Nihil tamen muto. Clemens Protreptico p. 16. Ἀυξώ τε καὶ Θαλλώ. *Thallo* pro *Thallote* dictum sit, ut Ὑψὼ pro Ὑψιπύλη, Εἰδὼ pro Εἰδοθέα. Vide Etym. in Τιτώ. MUNCK.

19 ET HECYPRIS, DYSIS] Ultima vox supervacua

## CLXXXIV. *Pentheus & Agave.*

PENTHEUS, Echionis & [1] Agaves filius, Liberum negavit deum esse, nec mysteria ejus accipere voluit. Ob hoc eum Agave mater cum sororibus Ino & Autonoe, per insaniam à Libero objectam, membratim laniavit. Agave ut suae mentis compos facta est, & vidit se Liberi inpulsu tantum scelus admisisse, profugit ab Thebis, atque errabunda in Illyriae fines devenit, ad [2] Licotersen regem, quam Licoterses excepit. Cum qua Polyphontes, occiso [3] Cresphonte, regnum occupavit. Filium autem ejus infantem Merope mater, quem ex Cresphonte habebat, [4] absconse ad hospitem in AEtoliam mandavit. Hunc Polyphontes maxima cum industria quaerebat, aurumque pollicebatur, si quis eum necasset. Qui postquam ad puberem

vacua videtur, quia numerus Horarum denarius, de quo praecessit, jam est absolutus, conjunctioque inserta stat ante *Hecypris*. Solet autem in his poni ante ultimum vocabulum. De *Hecypris* vocabulo non habeo, quod dicam, nisi quod corruptum videatur. SCHEFF. Posterius vocabulum supervacuum, ut rectè censet Cl. Schefferus. Praecesserunt enim jam decem, tum conjunctio est posita ante *Hecypris*. quod & ipsum vocabulum non caret suspicione vitii. MUNCK.

## Ad CAP. CLXXXIV.

1 AGAVES] Lactant. ad Statii IV. Theb. 566, 570. Serv. ad IV. AEn. vs. 469. Schol. Eurip. Phoeniss. vs. 4. *Ἀκζάίστα μὲν ὧδ' αἱ εἰκέαι κόραι διεσπάσαντο. Πενθέα τε τὸν υἱὸν Ἀγαυῆς.* Lege *Ἀγαυὴ* scil. *διεσπάσατο*. Consule Schol. Pindari O. Pyth. III. vs. 173. Servium, qui paullo aliter sed latius rem narrat, ad IV. AEn. 469. Item Euripidem in Bacchis, inprimis vs. 1090. & seqq. Lactantium ad Statium lib. I. Thebaid. vs. 11, 69. qui vs. 230. adnotat, Pentheum se praetulisse Libero pulchritudine. In monte Cithaerone discerptus fertur Pentheus. Vide Eumd. ad II. Theb. vs. 80. Pausan. lib. II. c. 2. pag. 116. & lib. IX. cap. 5. & Philostratum seniorem lib. I. de Iconibus cap. 18. Ad hanc fabulam adludit hoc modo Plutarchus de superstit. pag. 167. *ὁ δ' Ἀθάμας μείζονι (ἀτυχίᾳ ἐχρῆτο) καὶ ἡ Ἀγαυὴ βλέπουσιν (τέκνα) ὡς λέοντας καὶ ἐλάφους.* Plura de hac fabula nuper dedit Vir doctus in Obs. Misc. Sept. O. N. D. 1738. pag. 454. ad 464. Ex hac fabula profluxit dictio, qua utitur Petronius in Satyrico cap. 47. *Gallum enim gallinaceum, PENTHEACUM, & ejusmodi naenias rustici faciunt* i. e. Gallum gallinaceum in frusta discerptum, dissecatum. Consule Heinsium ad h. l. & in Epistola CCCXIX. ad Th. Munckerum data. Varias variorum de Penthei interitu sententias docent Interpretes ad Strabonis lib. IX. pag. 627.

2 LICOTERSEN] Hunc postea ex insidiis occidit, ut infra cap. CCXL. MICYLL.

3 CRESPHONTE] De Cresphonte, ac Merope, & aliis consimilia narrat Pausanias in Messenicis, qui illum Messeniae, non Illyrici regem facit. & supra quoque Messeniae regem Polyphontem Hyginus vocat. MICYLL.

4 ABSCONSE] Improbaret hoc adverbium Servius, qui ad Georg. I. 135. *Sanè*, inquit, *absconditum dicitur, non absconsum, quia conditum facit, non consum.* Lego, *quia condo conditum* &c. Sed Serviun refellit aliorum auctoritas. Fulg. lib. I. 21. *Quod omne negotium semper sit absconsum.* Hilarius in Psalm. 54. *Absconsus ab eo fuisset.* Gennad. Catal. *Absconso nomine suo.* Firmicus Astron. II. cap. 2. *Vides quam aptè, quam absconsè* &c. Cyprianus, sive alius est auctor, in Revel. capitis Joan. Baptist. *In absconso uxor Herodis deposuerat.* Vetus interpres Eccles. cap. I. vers. 39. *Et revelet absconsa tua, τὰ κρυπτά σου.* Et IV. 21. *Denudabit absconsa tua.* Plura vide ad Fulgent. MUNCK.

5 MEROPIS] *Meropes* scribendum, & mox *Meropen*. Vide not. ad cap. 31. & 137. Meropes hujus

rem aetatem venit, capit consilium, ut exsequatur patris & fratrum mortem. Itaque venit ad regem Polyphontem, aurum petitum, dicens, se Cresphontis interfecisse filium & [5] Meropes, Telephontem. Interim rex eum jussit in hospitio manere, ut amplius de eo perquireret. Qui cum per lassitudinem obdormisset, senex, qui inter matrem & filium internuncius erat, flens ad Meropen venit, [6] negans, eum apud hospitem esse, nec comparere. Merope credens, cum esse filii sui interfectorem, qui dormiebat, [7] in Chalcidicum cum securi venit, insciа ut filium suum interficeret: quem senex cognovit, & matrem ab scelere retraxit. Merope [8] postquam * venit occasionem sibi datam esse, [9] ab inimico se ulciscendi, redit cum Polyphonte in gratiam. Rex lactus cum rem divinam faceret, hospes falso simulavit, se hostiam percussisse, eumque interfecit, patriumque regnum adeptus est.

## CLXXXV.

hujus mentionem facit Aristoteles Ethicor. lib. III. cap. 1. MUNCK.

6 NEGANS EUM] Filium, quem ex Cresphonte habebat, eum negabat senex ille in AEtolia esse apud hospitem, a quo recens tum reversus erat domum ad Meropen. SCHEFF.

7 IN CHALCIDICUM] Festus Pauli: *Chalcidonicum genus aedificii ab urbe Chalcidâ dictum.* Scribo, ut heic habetur, *Chalcidicum.* Atque ita quoque repraesentat Scaligeri editio ex officinâ Patissoniana. Sed perperam ibi legitur. *Chalcidicâ* pro *Chalcidâ. Chalcida* dictum pro *Chalcis*, ut *Elida* pro *Elis*, & sexcenta alia. Arnob. lib. III. *In Chalcidicis illis magnis & palatiis coeli.* Et lib. IV. *In Chalcidicis aureis coenitare.* Lapis Ancyranus: *Cumam continens, & Chalcidicum templum Apollinis.* Turneb. Adverss. lib. XVIII. 34. Videor, inquit, observasse Chalcidicum pro coenaculo poni. Quod enim Homerus scripsit, Γρηῢς δ' ἡς ὑπερῷ' ἀνεβήσατο καγχαλόωσα, convertit Ausonius Odyss. Perioch. XXIII. *Chalcidicum gressu matrix superabat anili.* Idem & mihi venerat in mentem ex eiusdem Perioch. Odyss. I. *Quem Penelope degressa Chalcidico, argumento tam miserabilis offensa materiae, ut alia concinat hortatur.* Exprimere voluit illud Homeri vers. 328. Τῇ δ' ὑπερῴοιθεν θρασὺ μνώοντε θύραζε δόσαν Κύπρι Ἰκαρίοιο θύγατρι Πηνελόπειαι &c. Florentius Christianus ad Aristophanis Lysistratam Chalcidicum ab aere dictum putat, ut sit Homeri χαλκοβατὲς δῶ. In quo rationem eum fugisse liquet ex iis, quae diximus modo. Caeterum quid ὑπερῷον sit explicat Homer. Schol. ad Citat. vers. 21. Gloss. Steph. *Coenaculum*, ὑπερῷον, ὑπερῶον, δίαιτα. Act. cap. XX. vers. 8. Ἦσαν δὲ λαμπάδες ἱκαναὶ ἐν τῷ ὑπερῴῳ. Vulg. Interp. *In coenacula.* Hoc ergo Chalcidicum est. Sed quid est *Virginal*? Isidorus in Glossis: *Virginal, membra virginis, in quo habitat.* Corrigit Vulcanius, *Camera, in quâ* &c. Sed sufficiebat *membrum virginis, in quo* &c. Membra enim conclavia sunt. Apulej. sub initium lib. VII. Met. *Membra, in queis omne patrimonium condi solebat, curiosè perspexerat.* Horat. Schol. ad od. 15. lib. II. *Inde & in Juvenal. de membro hiemali: Et algentem rapiat coenatio solem.* Columella lib. I. cap. 6. *Modus autem membrorumque numerus aptetur universo corpori, & dividatur in tres partes, urbanam, rusticam, & fructuariam.* Virginal ergo παστὸν Isidoro est, cum aliis idem sit, quod κόρυμα. De quo ad Phaedri lib. IV. cap. 14. Rigaltius & Rittershusius. Nec aliter acciperem verba ista, *membra virginis*, modo abessent altera illa, *in quo habitat.* quae ab aliena manu videri possint profecta. Dixerat supra Isidorus: *Cardulum, membrum feminae.* Lege, *Cadurcum.* Auson. Epigr. 120. *Uxoris coepit lingere membra suae.* Sextus Platonicus in de Medicinis Anim. p. 30. Ed. Humelb. *Membrum vulpis.* MUNCK.

8 POSTQUAM * VENIT] *Vidit.* MICYLL. Micyllus *vidit*, quod Barthius ex MS. suo probat. Cogitandum tamen, an non scripserit, *postquam invenit* h. e. intellexit. vide sup. c. 136. SCHEFF. Micyllus *vidit.* quod & ipse videram. Firmat eandem conjecturam ex MS. suo Barthius. Cl. Schefferus tamen cogitare jubet lectorem, si forte scripserit Hyginus, *postquam invenit*, h. e. intellexit. Non accedo. MUNCK.

9 AB INIMICO SE ULCISCENDI] Frontinus lib. III. cap. 16. *Hannibal simili consilio se ab inimi-*

## CLXXXV. *Atalanta.*

[1] SCHOENEUS Atalantam filiam virginem formoſiſſimam dicitur habuiſſe, [2] quae virtute ſua curſu viros ſuperabat. ea petiit à patre, ut ſe virginem ſervaret. Itaque cum à pluribus in conjugium peteretur, [3] pater ejus ſimultatem conſtituit, qui eam ducere vellet, prius in certamine, curſu cum ea contenderet, termino conſtituto, [4] ut ille inermis fugeret, haec cum telo inſequeretur: [5] quem intra finem termini conſecuta fuiſſet, interficeret, [6] cujus caput in ſtadio figeret. Pleroſque cum ſuperaſſet, & occidiſſet, noviſſime ab [7] Hippomene Megarei & Meropes filio victa eſt. Hic enim à Venere [8] ma-

la

*cis ultus eſt.* Iſidorus Orig. XVI. 20. *A ferro ſanguis humanus ſe ulciſcitur.* Cyprianus Tractat. I. ex Proverb. cap. XIX. *Ulciſcar me de inimico meo.* Vet. Com. Horat. ad Epod. V. *Cum ſe de pellice ſuâ Creontis filia ulta eſt.* Joſu. cap. X. vers. 13. *Donec ulciſceretur ſe gens de inimicis ſuis.* Vellej. lib. I. cap. I. *A Pyrrho Achillis filio virtute ſe vindicavit.* MUNCK.

## Ad CAP. CLXXXV.

1 SCHOENEUS ATALANTAM ] Duas fuiſſe Atalantas, alteram Schoenei, alteram Iaſi ſive Iaſii, notavi ex Euripidis Scholiaſte ad cap. 99. Quibus ſcholiis addo, quae prodit Apollonianus interpres ad lib. 3. vers. 769. Ἰάσιον Ζυγάτηρ, ὃν ἔγημε Μελανίων, ἐτέρα γάρ ἦεν ἡ Ἀρκὰς Ἀταλάντη Σχοινῆος, ὃν ἔγημε Ἱππομένης. Iaſii filia erat, quae cum priſcis heroibus expeditionem in aprum Calydonium ſuſcepit, & Milanioni nupſit, ut voluit Propertius lib. I. el. I. & alii, quos ſuperius laudavi ad cap. 99. & 173. Sed iſtam expeditionem Apollodorus lib. I. Zenobius Cent. V. 33. Diodorus lib. IV. Hyginus noſter cap. 244. & 270. Schoenei filiae tribuunt. Quae curſu cum procis certabat, erat Schoeneo edita, & Hippomeni, à quo ſuperata erat, nupſit, ut heic, & apud Ovid. lib. X. Met. Servium ad AEn. III. vers. 113. alioſque legimus. At enim & heic in alia omnia abeunt Palaephatus cap. 14. Apollodorus lib. III. & Tzetzes Chil. XIII. 453. tribuuntque Iaſidi, quod erat Schoeneidis, & Milanioni, quod Hippomenis erat. Adeo confundunt omnia, nec conſtant ſibi fabulatores. Lactantius ad Stat. Theb. lib. VI. 563. avius à vera longè ratione vagatur. *Atalantae*, inquit, *confundit hiſtoriam. Hanc enim Atalantam Hippomenis uxorem diximus filiam Siconei* (leg. *Schoenei*) *fuiſſe. Illam autem, qui* (leg. *quae*) *cum procis curſu contendit, OEnomai filiam, uxorem Pelopis.* Immotu, mi homo, Atalantam cum Hippodamiâ confundis. Melius rem geſſit ad lib. VII. 267. *Duas Atalantas eſſe certiſſimum eſt, unam Arcadam, cujus Parthenopaeus eſt filius; aliam de Scyro nobilem curſu, quam Hippomenes curſu ſuperavit projiciendo tria mala.* Atque haec me docuerunt fabulatores, ad quos ille, qui contra mulieres diſputare ſe non ait, me ablegabat, ut diſcerem *Hippomenem & Milanionem unius ejuſdemque viri eſſe nomina.* Id quod falſiſſimum eſt. MUNCK.

2 QUAE VIRTUTE SUA CURSU ] Emendo, *quae virtute ſua, ac curſu.* SCHEFF. Emendat Cl. Schefferus, *virtute ſua ac curſu.* Nihil mutem. Lactant. Argum. Ovid. Met. *Omnium virginum perniciſſima erat.* MUNCK.

3 PATER EJUS SIMULTATEM CONSTITUIT] Mallem ego, *pater eis ſimultatem conſtituit.* Ita fab. 22. SCHEFF. Mallet Schefferus, *pater eis* &c. Cui non tantum favet, quod ipſe legi notat cap. 22. *Iaſoni ſimultatem conſtituit.* ſed & illud cap. 67. *Creonti ſimultatem conſtituit.* Nil tamen puto mutandum. Nam quod in textu eſt, convenit cum illo, quod in re ſimili dixit cap. 84. *Simultatem conſtituit, ſe ei daturum.* MUNCK.

4 UT ILLE INERMIS ] Mallem, *& ille inermis.* SCHEFF. Cl. Schefferus, *& ille.* Nihil opus eſt. MUNCK.

5 QUEM INTRA FINEM TERMINI CONSECUTA ESSET ] Collocant hic aſteriſcum, quaſi deſit aliquid. Cauſſam nullam video. *Conſecuta*, eſt *aſſecuta* fuiſſet. Quomodo ſcriptores optimi. Cicero ipſe in Catilin. II. *Aurelia profectus eſt: ſi accelerare volent, ad veſperum conſequentur.* SCHEFF. Ita legendum eſſe in erratis monuit

Com-

la tria insignis formae acceperat, edoctus, quis usus in eis esset. 9 Qui in ipso certamine jactando [10] puellae impetum adligavit. illa enim dum conligit, & ammiratur aurum, declinavit, & juveni victoriam tradidit. Cui Schoeneus ob industriam libens filiam suam dedit uxorem. Hanc cum in patriam duceret, oblitus beneficio Veneris se vicisse, grates ei non egit. Irata Venere in monte Parnaso cum sacrificaret Jovi victori, cupiditate incensus, cum ea in fano concubuit. quos Jupiter ob id factum in leonem & [11] laeam convertit, [12] quibus dii concubitum Veneris denegant.

## CLXXXVI.

Commelinus. Atque ita quoque suum MS. velle ait Barthius. *Consequi* pro assequi crebrum est apud Curtium. *Constituta* perperam ediderat Micyllus. MUNCK.

6 Cujus CAPUT] Forte scribendum, *interficeret, & ejus*. Dico, forte, quia hujus generis quaedam alia apud nostrum occurrunt. SCHEFF. *Adde & & ejus*. Vide not. cap. 21. MUNCK.

7 HIPPOMENE MEGAREI] *Hippomedon* est Apollon. Scholiastae. Sed perperam, judice Nob. Heinsio ad Ovid. Artem pag. 350. An *Megareus* ejus pater fuerit, dubito. Edidit quidem ita in Argum. lib. x. Met. Ovid. Racnerius. Sed *Macareus* praeferunt aliae editiones, quod praeferat forte aliquis, cum Megareus apud Apollodorum Hippomenis dicatur fuisse filius. Nisi dicendum potius, nepotem avi habuisse nomen, ut Iphis habet apud Ovid. IX. Met. fab. ult. Quod verum puto. Vide Micyll. ad Ovidium p. 201. Hinc ergo *Megareius heros* vers. 659. lib. x. Met. Nasoni. Martis filius est Schol. Theocriti ad Eid. III. vers. 40. ubi itidem duas Atalantas habes. MUNCK.

8 MALA TRIA] Tot etiam numerat Ovid. in Ibid. vers. 372. Haec erant ex horto Hesperidum. Virg. Eleg. ad Messallam: *Felicem ante alias tanto scriptore puellam: Alter non fama dixerit ipse prior. Non illa, Hesperidum nisi munere capta fuisset, Quae volucrem cursu vicerat Hippomenem.* Secundus versus restituitur a Scaligero: *Altera non fama, dixerit ipse, prior.* Mallem: *Altera non fama dixerit esse prior.* Notus hellenismus. Etiam Schol. Theocrit. Eid. III. 40. ex Hesperidum horto ea fuisse narrat. Aliter Naso vers. 644. MUNCK.

9 QUI IN IPSO CERTAMINE] Mallem, *quae*, ut ad *mala* referatur. SCHEFF. Refero *quae*, & refero ad mala. MUNCK.

10 PUELLAE IMPETUM ALLIGAVIT] H. e. tardavit puellam. In Catal. Pith. de malis Matianis: *Haec poterant celeres pretio tardare puellas.* Lactant. Argum. x. Met. fab. XI. *Ut earum cupiditate ejus tardaretur impetus.* MUNCK.

11 ET LAEAM] Veteres *laenam*. Unde colligo, scripturam veram esse *Leaenam*. SCHEFF. Veteres *laenam* habere ait Schefferus, unde ipse facit *leaenam*. Atqui Micylli, hoc est, princeps editio exhibet *laeam*. quod credo perperam scriptum pro *leam*. quâ voce cum alii, tum Ovidius quoque utitur II. Fast. 88. *Et fletit infestae proxima forma leae*. Metam. IX. 649. *Pectus & ora leae, caudam serpentis habebat.* & Stat. v. Theb. 204. *Hircanae clausere leae.* MUNCK.

12 QUIBUS DII CONCUBITUM VENERIS DENEGANT] Barthius emendabat: *quibus Deum concubitum genetrix denegat.* Nempe quia missi sunt sub jugum, & juncti ad currum matris Deum, ut apud Ovidium alibique legitur. Sed similia ex vulgata lectione possunt colligi, ut fortasse non sit necesse, tam longe ab ea abire. *Concubitus Veneris* intelligi potest concubitus Veneris causa, Venereus concubitus. *Dii* autem, Jupiter mutando, Isis relegando ad vehiculum suum. SCHEFF. Falsissimum hoc esse ait Barthius Adversi. lib. XXVIII. 2. cum leones venere non minus utantur, quam quaevis aliae ferae. Defenderis Hyginum nullo negotio, si dixeris eum, *quibus* cum diceret, non omnes, sed illos duos novos leones intellexisse: vel leones non inter se, sed cum aliis animalibus coire, ut vult Servius ad AEn. III. 113. quem adire erit operae pretium. De leone, quod scribunt Antigonus Mir. cap. 25. & Firmicus in de E. P. R. latis refellunt Plinius lib. VIII. cap. 16. & Leo Allatius ad Eustath. Hexaem.

## CLXXXVI. [1] *Melanippe.*

MELANIPPEN Desmontis filiam, sive AEoli, ut alii poetae dicunt, formosissimam Neptunus compressit, ex qua procreavit filios duos. Quod cum Desmontes resciisset, & Menalippen excaecavit, & in munimento conclusit: cui cibum atque potum exiguum praestari jussit, infantes autem feris projici. Qui cum projecti essent, vacca lactans veniebat ad infantes, & ubera praestabat. Quod cum armentarii vidissent, tollunt eos, ut educarent. Interim [2] Metapontus rex Icariae à conjuge [3] Theano petebat, ut sibi liberos procrearet, [4] aut regno cederet. Illa timens mittit ad pastores, ut infantem aliquem [5] explicarent, quem regi subderet. qui miserunt duos inventos. ea regi Metaponto pro suis subposuit. Postea autem Theano ex Metaponto peperit duos. Cum autem Metapontus priores valide amaret, quod formosissimi essent: Theano quaerebat ut eos tolleret, & filiis suis regnum servaret. Dies advenerat, ut Metapontus exiret ad Dianam Metapontinam ad sacrum faciendum. Theano, occasione nacta, indicat filiis suis [6] eos subposititios priores esse. Itaque cum [7] in venatio-

p. 156. Sed priorem explicationem nullus dubito, quin praeferas Serviano commento. MUNCK.

## Ad CAP. CLXXXVI.

1 MELANIPPE] *Menalippe* ab aliis dicitur. MICYLL. Micyllus notat, *Menalippen* aliis vocari. Ego nihil censeo mutandum. Nam Μελανίππη quoque est Pausaniae in Boeoticis, & Straboni lib. VI. Adde ibi Casaubonum. SCHEFF. *Menalippe* quidem Juvenali dicitur Sat. VIII. 229. Varroni II. R. R. pag. 77. Gellio lib. XII. cap. 11. & illis, quos laudat ibi Thysius, nec non ab Hygino ipso cap. 252. & Astron. II. 18. Sed cum *Melanippe* à Pausaniâ & Strabone appelletur, ut recte observat Cl. Scheffernus, & à Clemente quoque Protreptic. pag. 20. Athenaeo lib. XII. Eratosthene Καταστερ. cap. 18. ut mihi notatum, nihil muto. Nescio, quid sibi velint, qui Graeca vertunt, quod Μελάνιππος qui Graecis est, Latinè appellent *Menalippum*, ut factum video ab interprete Apollod. lib. I. pag. 30. & Schol. Juvenal. ad Sat. VIII. 229. Sic apud Apollon. Argon. II. 968. ubi in Graeco est Μελανίππη, transtulit interpres *Menalippe*. Quid quod & apud Julium Firmicum in de E. P. R. & Arnobium lib. IV. *Menalippe* haec audit, quae Clementi est Μελανίππη? Causam exputare necdum quivi. Certe istam literarum μεταθεσιν non probavit ad Varron. pag. 139. Scaliger, ubi ex *Menalippâ* facit *Melanippum*. Moneo etiam Astron. II. 18. ubi nunc *Menalippa* editur, veterem editionem Venetam anni 1485. repraesentare *Melancippam*. unde apparet *Melanippam* esse faciendum. Disertim enim Eratosthenes, Ἐυριπίδης δέ φησι Μελανίππην εἶναι Χείρωνος θυγατέρα. Rectè ergo German. Scholiastes: *Euripidis dicit Melanippen Chironis filiam esse.* Μυκάλιττη tamen ediderunt apud Theophil. lib. II. ad Autolyc. p. 85. Sed perperam, me judice. MUNCK.

2 METAPONTUS] Sisyphi filius fuit, de quo Eustathius ad Dionysium p. 120. vers. 368. MUNCK.

3 THEANO] Plures hujus nominis nobiles fuere mulieres. Sic inter Trojanos Antenoris uxor. Vid. Serv. ad I. AEn. 480. inter Danaidas apud Apollodor. lib. II. pag. m. 81. in fin. Fuit & alia Scedasi filia, de cujus nece Plutarch. Narrat. Amator. p. 773. praeter eas uxor Pythagorae philosopharum prima *Theano* dicitur. vid. Menag. ad Diogen. Laert. lib. VIII. 42.

4 UT REGNO CEDERET] *Aut regno.* MICYLL. Sic esse scribendum monuerunt Commelinus in Erra-

tione exierint, [8] eos cultris interficite. Illi autem matris monitu cum in montem exiſſent, praelium inter ſe commiſerunt. Neptuno autem adjuvante, Neptuni filii vicerunt, & eos interfecerunt. quorum corpora cum in regia adlata eſſent, Theano cultro venatorio ſe interfecit. Ultores autem [9] Boeotus & AEolus ad paſtores, ubi educati erant, confugerunt. Ibi Neptunus eis indicat, ex ſe eſſe natos, & matrem in cuſtodia teneri. Qui ad Deſmontem pervenerunt, eumque interfecerunt, & matrem cuſtodia liberarunt, cui Neptunus lumen reſtituit. eam filii perduxerunt in Icariam ad Metapontum regem, & indicant ei perfidiam Theanus. Poſt quae Metapontus duxit conjugio Melanippen, coſque ſibi filios adoptavit, qui in Propontide ex ſuo nomine condiderunt, Boeotus Boeotiam, AEolus AEoliam.

## CLXXXVII. *Alope.*

ALOPE, [10] Cercyonis filia, formoſiſſima cum eſſet, Neptunus eam compreſſit: qua ex compreſſione peperit infantem, quem inſcio patre nutrici dedit exponendum. Qui cum expoſitus eſſet, equa venit, & ei lac praeſtabat. Quidam paſtor equam perſequutus, vidit infantem, atque

Erratis, & Micyllus in margine ſuae editionis, quae exhibet * *ut regno cederet.* MUNCK.

5 EXPLICARENT] H. e. *alicunde eruerent.* Male ad hunc locum illuſtrandum Plauti verba ex Poen. III. 5. *Rem meam explicavi paſſilla lucro*, adducit Barthius. MUNCK.

6 EOS SUPPOSITITIOS PRIORES ESSE] Barthius ex Mſ. ſuo, *eos priores, ſuppoſititios.* Solet tamen noſter ordine turbatiori aliquando gaudere. Si quid mutandum, mallem *eis ſuppoſititios priores eſſe*, tali ſenſu, ſuppoſititios eis praeferri, prioreque loco haberi, a Metaponto nempe. Niſi praeferas: *eos ſuppoſititiis priores eſſe.* Mihi certe magis arridet. SCHEFF. Barthius ex MS. *eos priores ſuppoſititios eſſe.* Cl. Schefferus divinat, *eis priores ſuppoſititios eſſe*, vel *eos ſuppoſititiis priores eſſe.* Lector eligat, quod ei maxime arridet. MUNCK.

7 IN VENATIONE EXIERINT] Barthius ex dicto libro ſuo *in venationem*, citra neceſſitatem, noſtrique conſuetudinem, ut ex indice cognoſcitur. SCHEFF. *Exierint* legendum eſſe in erratis monuit Commelinus. *Exirent* ejus, ut & Micylli editio exhibent. MUNCK.

8 EOS CULTRIS INTERFICITE] *Interficere jubet.* MICYLL. Si quid mutandum ſit, legerim potius *interficerent*, quam *interficere jubet* cum Micyllo. Sed enim videtur, ut jam obſervavi ad cap. 88. rectam orationem immiſcere obliquae. MUNCK.

9 BOETUS] Scribe, *Boeotus* & *Boeotiam.* Notavi ſuperius ad cap. 157. Conſer Hom. Schol. ad Catal. vers. 1. MUNCK. De hoc loco conſulendus Ampliſſ. G. Cuperus in Harpocrate pag. 179. pro *Icariae*, & *Icariam* hic *Italiae*, & *Italiam* ſubſtituens, & pro *AEoliam*, *AEolium* legendum cenſens, i. e. Thraciae urbem. Quinam vero AEoles ab AEolo dicti, docet Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 820. quem AEolum Athamantis filium facit Schol. Pindari O. Nem. III. vs. 137. Verum Apollodorus lib. 1. pag. m. 27. ab AEolo Hellenis & Orſeidis nymphae filio, Athamantis patre dictos docet, & ex eo ac Dicaearcho Salmaſius de Ling. Helleniſt. pag. 290, 355, 369.

## Ad CAP. CLXXXVII.

10 CERCYONIS] Vulcani hic erat filius. Vide ſupr. cap. 38. & infra cap. 238. MUNCK. Conſule P. Leopardi lib. XII. Emendat. cap. 21. Neptuni fuiſſe filium ex filia Amphictyonis dicit Choerilus Athenienſis in dramate *Alope.* Vide Paſan. lib. 1. cap. 14. pag. 34. de Cercyonis moribus cap. 39. p. 94.

atque eum ſubſtulit. qui veſte regia indutum cum in caſam tuliſſet, alter [1] compaſtor rogavit, [2] ut ſibi eum infantem donaret. Ille ei donavit ſine veſte. cum autem inter eos jurgium eſſet, quod qui puerum acceperat, [3] inſignia ingenuitatis repoſceret, ille autem non daret; contendentes ad regem Cercyonem venerunt, & contendere coeperunt. Ille autem, qui infantem donatum acceperat, repetere inſignia coepit. quae cum adlata eſſent, & agnoſceret Cercyon ea eſſe ex veſte ſciſſa filiae ſuae Alopes, nutrix [4] timens, regi indicium fecit, infantem eum Alopes eſſe, qui filiam juſſit ad necem includi, infantem autem projici. Quem iterum equa nutriebat. paſtores iterum inventum infantem ſubſtulerunt, ſentientes, eum deorum numine educari, atque nutrierunt, nomenque ei inpoſuerunt [5] Hippothoum. Theſeus, cum ea iter faceret à Troezene, Cercyonem interfecit. Hippothous autem ad Theſeum venit, regnaque avita rogavit. cui Theſeus libens dedit, cum ſciret, eum Neptuni filium eſſe, unde ipſe genus duce-

1 COMPASTOR] Ita *Comtranſer* apud Cic. Philippicis. *Conſacerdos* apud Cyprianum Sermone de mortalitate, & Leon. epiſt. decret. 69. *Coboſpes* apud Paulinum Cyth. *Conſocer* apud Sueton. Claud. cap. 29. *Compotrix* apud Ter. *Compoſſeſſor* in Gloſſis Steph. & Tertull. de Idol. cap. 14. *Conſponſor* in Gloſſis Iſid. *Colibertus* in Gloſſ. & Fragm. Trag. *Comperegrinus* apud Sidon. lib. VIII. ep. 17. *Communiceps*, *compagani*, *compar* pro uxore aut marito in Vett. Inſcript. Minus Latine, ut & *Concivis* in Gloſſ. Steph. *Compresbyter*, *Condiaconus* & ſimiles voces ex diverſis linguis conflatas merito damnat Voſſius in de Vit. Sermon. lib. IV. cap. 20. Repudianda ergo *Contberoletes* & *Compoſtolus*, quorum illud apud Fulgentium, hoc apud Vincentium Lirinenſem invenio. Repudiandum etiam *Coëpiſcopus* apud Leon. & alios. *Coaequalis*, quod in Petronio quidam miratur, & barbarum cenſet Voſſius lib. I. cap. 19. eſt apud Juſtinum quoque lib. XXIII. cap. 4. Hieronymum Epitaph. Nepotiani & Tertull. contra Hermog. cap. 9. de Anim. cap. 33. Refugerunt tamen ejus uſum politiores, & *aequalis* dicere maluerunt. Vide Graev. ad Luc. Solocciſt. pag. 62. MUNCK. Vide J. H. Withofii Specim. Guntherian. cap. 4.

2 UT SIBI EUM INFANTEM] Perperam. Priores editiones habuere, *ut ſibi cum infantem*. Vera lectio, *ut ſibi cum infante eam donaret*. Sermo eſt de veſte regia, qua infans fuit expoſitus: hanc ſibi voluit donari ſimul cum infante. Ideo ſequitur; *illo ei donavit SINE veſte*, contra ſcilicet, quam alter volebat. SCHEFF. Cl. Schefferus notat perperam priores editiones habere, *ut ſibi cum infantem*. Unde ipſe facit, *ut ſibi cum infante eam*. Atqui princeps editio, ut & Commeliniana, habent, *ut ſibi eum infantem*. Quod non putem ſollicitandum. MUNCK.

3 INSIGNIA INGENUITATIS] Monumenta, quae Graeci γνωρίσματα appellant. Vide Donat. ad Ter. Eun. IV. 6. Noſter ſupra cap. 37. *Indicium cognitionis* appellat. Vide ibi notas. Schol. Eurip. ſub finem Phoeniſſ. Σπάργανα αὐτῇ ἐδίννυε. Atque illa erant γνωρίσματα, unde agnoſcebatur OEdipus. *Crepundia* etiam appellabant. Gloſſ. Steph. *Crepundia*, γνωρίσματα, ἀρχαί. Corrigit Vulcanius, ἀρχαῖα. Dubito. Videtur voluiſſe exprimere Latinum, *initia*. *Initia*, crepundia, παίγνια. Catull. Att. *Tympanum*, *tubam*, *Cybele*, *tua*, *mater*, *initia*. Vetus interpres Siracidae cap. VII. 35. *Initia ſanctorum* vocat τὰς ἀπαρχάς. MUNCK.

4 TIMENS REGIS JUDICIUM FECIT] Veteres editiones: *Timens regis judicium*, *fecit*. Barthius, ex ſuo libro, *timens regis indicium fecit*. Probo, ſi poſt *regis* comma ponatur. *Timens regis*, eſt timens ex rege, vel a rege, per Graeciſmum, de quo Voſſius videndus. SCHEFF. Emenda, *Timens, regi indicium fecit*, ut legendum eſſe in Erratis benè monuit Commelinus. Quod & mihi in mentem venerat, cum adverterem illud *timens*, pro timore correpto eleganter dici. Cap. 186. *Illa timens mittit ad paſtores*. Phaedrus lib. IV. cap. 17. *Totam timentes concacarunt regiam*. Barth. ex MS. emendat, *Timens regis indicium fecit*. Hoc eſſet dictum, ut *metuens dictum matertera* apud Perſium Sat. II. 32. Praefero Commelinianam conjecturam. Quintil. Declam. XVIII. *Miſeremini*, *Judices*, *ne refandas ſuſpiciones maritum ex ullius credatis traxiſſe judiciis*.

Cor-

ducebat. Alopes autem corpus Neptunus in fontem commutavit, qui ex nomine Alopes est cognominatus.

## CLXXXVIII. *Theophane.*

THEOPHANE [6] Bysaltidis filia, formosissima virgo. Hanc cum plures proci peterent à patre, Neptunus sublatam transtulit in insulam [7] Crumissam. Quod cum proci eam scissent ibi morari, nave comparata Crumissam contendere coeperunt. Neptunus ut eos deciperet, Theophanem in ovem commutavit formosissimam, [8] ipse autem in arietem, cives autem Crumissenses in pecora. quo cum proci venissent, neque ullum hominem invenirent, pecora mactare coeperunt, atque ea victu consumere. Hoc Neptunus ut vidit, in pecora commutatos consumi, procos in lupos convertit: ipse autem, ut erat aries, cum Theophane concubuit: ex quo natus est aries [9] Chrysomal-

Corrige, *ex ullius indiciis.* ut est in vetustis edd. MUNCK.

5 HIPPOTHOUM] *Hippotheon*, ut Paus. in Attic. MICYLL. *Hippotheon* appellatur à Schol. Nicandri. Ἱππόθοϑς δὲ καὶ παῖς ἦν Ἱπποδόντος, ὃς ἐκ Θεοφάνης τῆς Βισάλτου καὶ Ποσειδῶνος ἐγένετο Ἄλοπος πατήρ Κερκύονος. MUNCK. De Hypothoo Alopes filio ab equa nutrito Cl. Perizon. ad AElian. XII. V. H. 42. & Mezeriac. ad Ovidii Epist. 5. Heroid. pag. 410. *Hippotheon* vocatur etiam a Pausania lib. 1. cap. 5. pag. 13. ἔτι μὴν Ἱπποδόντου Ποσειδῶνος τοῦ Ἄλοπος θυγατρὸς Κερκύονος. Et cap. 39. p. 94. ita fabulam referente Εὐρὺ Ἄλοπος μνῆμα, ὃν τιθέασιν ΙΠΠΟΘΟΟΝΤΑ εἶναι Ποσειδῶνος, ἀκούσαντι ὑπὲρ τοῦ πατρὸς Κερκύονος.

## Ad CAP. CLXXXVIII.

6 BISALTIDIS FILIA] Ovid. VI. Met. 117. *Aries Bisaltida fallit.* Schol. German. Ariete: *Genitum hunc arietem dicunt ex Neptuno & Theophane Altidis filia.* Unde Loensis Miscell. III. 10. *Bisaltis* vel *Bisaltae* putat faciendum. Quod sic satis placet. *Bisaltas* populos Scythiae, ut Servius vult, novit Virgilius III. Georg. 461. Thraciae populi sunt Cononi cap. 20. & Tzetzae in Lycophron. pag. 73. Macedoniae lib. IV. cap. 10. Nomen habent à Bisalte Solis & Terrae filio. Consule Stephanum. MUNCK. De *Bisaltis* etiam agit Perizonius ad AElian. lib. V. cap. 11. Verum hic pro *Bisaltidis*, *Bisalti* scribendum censet Meziriac. ad Ovidii Epist. VI. Heroid. pag. 31. a patre nempe *Bisalte*, quam lectionem probat Celeb. P. Burm. ad Ovidii VI. Met. 117.

7 CRUMISSAM] *Cromiusae* & mox pro *Crumissam*, *Cromiusam*. MICYLL. Micyllus putat *Cromiusam*, vel *Gromiusam* legendum. Ego neque hunc, neque illum invenio. Puto autem in respectu ad sequentem fabulam *Crotoniusam* legendum, vel Crimissam ex Strabonis XVII. SCHEFF. Schol. German. *Cbrinnissam* appellat. Loensis emendat *Crinissam*, hoc est, inquit, arietis insulam. Ita non deterius scriberes *Crionesam*; sicut dicuntur *Macaronesus*, *Hieronesus*, *Cherseneses*, *Peloponesus*. Certè optimè convenit cum fabulâ. Sed cui nimium à vulgatâ scriptura recedere videbitur, scribere poterit *Crionusam*. Sic *Sirenusae* dicuntur Sirenum insulae à Lactantio & Aristotele. Ἀστυπάλαια apud Etymol. Auctor. in Σαλάμις. Τραχὺ illam ᾶ in ᾱ advertas etiam in aliis. Velut à κρέας est κιμάκρας. Sed *alpoiposam* quae est Marco cap. 5. *Laemorrhoissam* appellat Chrysologus Serm. 36. ut forsan dederit harum fabularum consarcinator, *Crionissa*. Dubitet tamen non nihil aliquis, & omnium optimè scribi putet *Crionissos*. Sic *Proconissus* est Sidon. lib. II. epist. 2. quae aliis *Proconesos*. Non accedo. Placet prae omnibus *Crionissa*. MUNCK. Idem Mezeriacus ad Epist. VI. Ovidii pag. 32. legit *Cromyusam*, vel *Cromyonesum*.

8 IPSE AUTEM IN ARIETEM] Lego, *ipse se autem*. Illud *se* absumptum est per vocis praecedentis syllabam ultimam. SCHEFF. Deest *se*. Lege, *se ipse*, vel *ipse se*, ut placet Scheffero. MUNCK.

9 CHRYSOMALLUS] Schol. Pindari: (O. Pyth. IV.

ſomallus, qui Colchos Phrixum vexit. cujus pellem AEeta in luco Martis [1] habuit poſitam, quam Iaſon ſubſtulit.

## CLXXXIX. *Procris.*

PROCRIS [2] Pandionis filia. Hanc [3] Cephalus Deionis filius habuit in conjugio: qui cum mutuo amore tenerentur, alter alteri fidem dederunt, ne quis cum alio concumberet. Cephalus autem cum ſtudio venandi teneretur, & matutino tempore in montem exiſſet, [4] Aurora Tithoni conjunx eum adamavit, petitque ab eo concubitum. cui Cephalus negavit, quod Procri fidem dederat. Tunc Aurora ait: Nolo, ut fallas fidem, niſi illa prior fefellerit. Itaque commutat eum [5] in hoſpitis figuram, atque dat munera ſpecioſa, quae Procri deferret. Quo cum Cephalus veniſſet, inmutata ſpecie, munera Procri dedit, & cum ea concubuit. tunc ei Aurora ſpeciem hoſpitis abſtulit. Quae cum Cephalum vidiſſet, ſenſit, ſe ab Aurora deceptam, & inde profugit in Cretam inſulam, ubi Diana venabatur. Quam cum Diana conſpexiſſet, ait ei: Mecum virgines venan-

IV. vs. 430.) Φυξίῳ δὲ Διὶ τὸ θῆρας ἀπείρωσιν. ἔνιοι δέ φασιν ὑπὸ Ζ φεύξιδι ἀπατεθῆναι τῇ Ἄρεϊ τὸ Ζ Χρυσομάλλῳ κριῷ θῆρας. MUNCK.

1 HABUIT POSITAM] H. e. dedicatam. Julius Obſeq. Prodig. cap. 26. *Sacrificatum tum à Romanis, donaque in templo poſita.* Vide quae notavi ad illa cap. 3. *Pellem ejus inauratam in templo Martis poſuit.* MUNCK.

## Ad CAP. CLXXXIX.

2 PANDIONIS FILIA] Servio ad AEn. VI. 445. eſt *Iphidis* filia. Noſtro cap. 253. *Erechthei.* Quod rectum eſt. Vide Anton. Liberal. cap. 41. Tzetz. Chil. I. 29. Apollod. lib. I. Ovid. VII. Met. 668. Schol. Hom. ad Odyſſ. Λ. 320. MUNCK. Erechthei filiam Procrim facit Hellanicus apud Scholiaſtem Euripidis in Oreſte vs. 1650. pag. m. 264. B. item Pauſanias lib. IX. cap. 19. ὑπὸ τῶν κυνὸς, ὃν Πρόκελι τῇ Ἐρεχθέως ἔδωκεν Ἄρτεμις. Haec Procne vocatur a Schol. Euripidis in Hippolyto vs. 455. ſed ibi pro πρόκνην, πρόκελιν legas. De fabula vide, quos laudat Meziriac. ad Ovidii IV. Epiſt. Heroid. p. 353. & Meurſii Reliqua Attica cap. 5.

3 CEPHALUS DEIONIS FILIUS] Scribe *Cephalus Deionei*, ex Pauſania. SCHEFF. Infra cap. 270. *Pandionis* filius dicitur. quod corruptum eſſe ex *Deionis* rectè cenſet Nob. Heinſius ad Ovid. Met. p. 187. Cl. Schefferus ex Pauſaniâ reponit *Deionei*. Nihil opus erat. Idem enim Δείων, qui Δειωνεύς. Utroque vocabulo hunc hominem appellat Apollodorus. Δείων enim audit lib. I. quem lib. II. Δειονίκα vocat. Κέφαλος Δείονος eſt etiam Anton. Liberali cap. 41. Callim. Hymn. in Dian. vers. 209. Καὶ Κέφαλε ξανθὲ ἄλοχον Δηϊονίδαο. Schol. ἄγων τὴν Πρόκριν. leg. Πρόκελιν. MUNCK. De eo Hellanicus apud Schol. Eurip. Oreſt. 1650. & Schol. Eurip. Hippol. 455. P. Leopard. lib. VII. Emendat. cap. 23. & lib. XX. cap. 8. Meziriac. ad Ovidii IV. Ep. Heroid. p. 352. & Interpr. ad Ovid. VII. Met. 672.

4 AURORA] De illâ Apollod. lib. I. Ἐπεὶ δὲ αὐτὴν Ἀφροδίτη συνοικῆσαι ἔρᾳ, ὅτι Ἄρεϊ συνοικοῦσα. MUNCK.

5 IN HOSPITIS FIGURAM] Ovid. VII. Met. 723. *Immutatque meam (videor ſenſiſſe) figuram.* MUNCK.

6 RECEDE DE HOC * TU] *De hoc coetu*, fortaſſe legendum. MICYLL. Veteres habuere, *recede de hoc tu.* Barthius ex ſuis, *recede de hoc coetu.* Forſan ſcribendum, *recede de harum coetu.* Mallem tamen, *recede hoc tu*, ut *hoc* poſitum ſit elliptice, pro *ab hoc loco.* Quomodo apud Plautum in Moſtel: *Non hoc longe Delphium.* SCHEFF. Micyllus volebat, *de hoc coetu.* Nihil puto eſſe verius, quanquam Cl. Schefferus mallet *recede hoc tu*, pro *ab hoc loco.* Ovid. in fabula Calliſtonis lib. II. Met. 465. *Deque ſuo juſſit ſecedere coetu.* Contrarium eſt *recipere in coetum* apud Phaedrum Praefat. Lib. III. MUNCK.

7 CON-

nantur, tu virgo non es, [6] recede de hoc * tu. cui Procris indicat casus suos, & se ab Aurora deceptam. Diana misericordia tacta, dat ei jaculum, quod nemo evitare posset: & canem Laelapem, quem nulla fera effugere posset: & jubet eam ire, & cum Cephalo [7] concedere. Ea, capillis demptis, juvenili habitu Dianae voluntate ad Cephalum venit, eumque provocavit: quem in venatione superavit. Cephalus, ut vidit tantam potentiam canis atque jaculi esse, petit ab hospite, non aestimans, conjugem suam esse, ut sibi jaculum & canem venderet. illa negare coepit. regni quoque partem pollicetur: illa negat. Sed si utique, ait, perstas id possidere, [8] da mihi id, quod pueri solent dare. Ille amore jaculi & canis incensus, promisit se daturum. qui cum in thalamos veniissent, [9] Procris tunicam levavit, & ostendit, se foeminam esse, & conjugem illius: cum qua Cephalus, muneribus acceptis, redit in gratiam. Nihilominus illa timens Auroram, matutino tempore secuta eum, [10] ut observaret, atque inter virgulta delituit. quae virgulta cum Cephalus moveri vidit, [11] jaculum inevitabile misit, & Procrin [1] con-

7 CONCEDERE] *Contendere.* MICYLL. Micyllus in margine, & in erratis Commelinus, *contendere.* Quod omnino probandum. MUNCK.

8 DA MIHI QUOD PUERI SOLENT DARE] Astron. II. 15. *Mercedem petiisse ab eo, quae sine detrimento ejus daretur. Puerile corollarium*, postquam illa multa tam jocosa facta essent, ad postremum quoque pro liberalitate suâ dedisse sibi Photidem gloriatur Apuleius. Martialis IX. 69. *Illud puerile popposci.* Anton. lib. 41. Ἐι αὐτῇ τὸ ὥρας ἐδιλήσας τὸ ἑαυτῆ χαρίσασ. MUNCK.

9 PROCRIS TUNICAM LEVAVIT] Ita infr. cap. 274. *Quibus Agnodice tunicam allevavit, & ostendit, se foeminam esse.* Petron. *Haec locutus sustuli tunicam Eumolpeque me totum approbavi.* Asconius Argum. Orat. pro Milon. *Et ille sine mora tunicam levaverat.* Tertull. Spect. 21. *Qui in publico necessitate vesicae vix tunicam levet.* Ἀνασύρασ τὸν ἀναβολέα dixit Dionysius Halicarnasseus. Ἀνασύρασ πέπλους Orpheus apud Euseb. Praep. lib. II. pag. 42. Ἀνασύρασ τὰς μηρούς Tzetzes in Lycophron. pag. 202. *Reducere vestem* Auson. epist. 4. Confer Casaub. not. ad Hipparchiam Laert. p. 88. MUNCK.

10 UT OBSERVARET] Intellige de observatione insidiosa, quam *observantiam* nominat Astron. II. 42. Ter. Andr. I. 1. *Observes filium quid agat.* Quae verba opportunè quoque adducit Servius ad IV. Georg. 212. ut probet *observare* interdum idem esse, quod *callidè advertere.* Donatus: *Observatio in duabus rebus est, in obsequio & speculando.* Martial. lib. VII. 51. *Num quid Nymphārum notes observat amores?* Ovid. II. Met. 544. *Dum vel casta fuit vel inobservata.* Ita *servare* Plautus accipit Asin. IV. 1. *Tius servus servet, Veneri eas det, an viro. Custodire* apud Quintil. Decl. V. *Tu custodies utrum frequentius osculer.* & XVIII. *Hujus suspiria oculosque custodi.* Nec aliter τηρεῖν Graeci interdum. Consule Gatak. de stylo Novi Instrum. cap. 17. Eleganter Theano epist. ad Nicostr. Γαμετὴς ἀριτὰ ἐστιν οὐχ ὑ παρατήρησις τἀνδρὸς, ἀλλ' ὑ συμπαθεία. Nobilis est locus Gen. III. 15. Αὐτός σε τηρήσῃ κεφαλὴν, καὶ σὺ τηρήσεις αὐτῦ πτέρναν. Corrigit Isaacus Vossius, vir undequaque doctissimus, τρήσῃ & τρήσεις. Chr. Schotanus praeceptor quondam meus τειρήσεις, à τειρίω per μεθάθεσιν pro τέρω, *vexo, contero.* Non putem posterius membrum ullâ indigere ἐπανορθώσει. Vetus sanè interpres jam olim legit τηρήσεις, cum vertat, *Tu insidiaberis calcaneo ejus.* Psalm. LVI. 6. Τὰν πέδιραν μὲ φυλάξουσι. Insidiose scilicet, ut Psalm. LXXI. 10. Φυλάσσουσιν τὰν ψυχάν μὲ. Confer Donat. ad Prolog. Adelph. Hesiod. Ἔργ. α. Οἵῃ φυλάσσουσί τε δίκας καὶ χάρτια ἔργα. MUNCK. Eurip. Oreste VS. 1220. Φύλασσε σὺ, πῶ Ὀρ - - - - Ἐλθὼν ἐς οἴκους φθῇ. AElian. lib. II. V. H. cap. 17. οἱ Μάγοι παρασίδεξαν τῶν ἰνύχων τινί - - ΦΥΛΑΞΑΙ τὸ Ωχον, τὸ τραπίζης παραπεσόντος, τίνι πρῶτον τῶν παρακειμένων ἐπιχειρεῖ. Καὶ ὁ μὲν εἰσῆκει ΤΗΡΗΣΩΝ τοῦτο. & ita alii.

11 JACULUM INEVITABILE] Quod proverbio

[1] conjugem ſuam interfecit. ex qua Cephalus habuit filium [2] Archium, ex quo naſcitur Laertes, Ulyſſis pater.

## CXC. *Theonoe.*

[3] THESTOR mantis habuit Calchantem filium, & Leucippen filiam, & Theonoen, quam ludentem [4] à mari piratae rapuerunt, & detulerunt in Cariam, quam rex Icarus ſibi in concubinatum emit. Theſtor autem, filia amiſſa, inquiſitum profectus eſt, qui naufragio in terram Cariam venit, & in vincula eſt conjectus ibi, ubi & Theonoe morabatur. Leucippe autem, patre & ſorore amiſſis, [5] Delphos petit, an eorum foret inveſtigatio. Tum Apollo reſpondit: [6] Pro meo ſacerdote per terras vade, & eos reperies. Leucippe, ſorte audita, capillos totondit, atque pro juvene ſacerdote circum terras exit inveſtigatum. Quae cum in Cariam deveniſſet, & Theonoe eam vidiſſet, aeſtimans, ſacerdotem eſſe, in amorem ejus incidit, jubetque ad

praebuit originem, Πρόκριδος ἄκουσα. Vide Euſtath. ad Odyſſ. p. 440. A Minoe jaculum hoc & canem accepiſſe narrant Anton. Liberal. cap. 41. & Eratoſthenes Καλλιστ. cap. 33. Περὶ τούτου, inquit hic, ἱστορήσας, ὡς ἦν ὁ δοθεὶς Εὐρώπῃ φύλαξ μὲν ὁ δρόμος, (leg. ἄκουσα) ἀμφότερα δ' ταῦτα Μίνως ἴλαβεν, καὶ ὕστερον ἐπὶ Πρόκριδι ὑγιαθεὶς ἐκ νόσου ἐδωρήσατο αὐτῇ. MUNCK.

1 CONJUGEM SUAM INTERFECIT] Non diſſimile fuit fatum Leuconae, quae à mariti canibus lacerata periit. Parthen. cap. 10. MUNCK. Vide plura de Cephalo apud Pauſan. lib. 1. c. 37. p. 91.

2 ARCHIUM] *Arceſium*, ut Homer. & Ovid. MICYLL. Micyllus ex Homero & Ovidio *Arceſium* emendat. SCHEFF. *Arceſium* recte corrigit Micyllus ex Hom. & Ovidio. Adjungere illis potes Apollod. lib. 1. Euſtath. ad Hom. Odyſſ. p. 197. Vide porro notas ad cap. 173. MUNCK. Ita etiam legendum obſervavit Meziriac. ad Ovidii Epiſt. 1. Heroid. p. 13.

## Ad CAP. CXC.

3 THESTOR MANTIS] Veteres illud *mantis* non agnoſcunt. Nec repudio tamen. Eſt autem a Graeco μάντις. SCHEFF. Quos veteres illud *mantis* non agnoſcere dicat Schefferus, ignoro. Certe Micyllus, qui princeps has fabulas publicavit, agnoſcit. Cicero de Divin. *Divini ſacerdotes, quos mantes vocant.* MUNCK. Fuit & alia Theonoe Protei filia, de qua Conon narrat. VIII. apud Photium pag. 427. cujus mater una Nereidum fuit. Eurip. Helen. vers. 325.

4 A MARI] Volui antehac *ad mare*, & referre ad τὸ *ludentem*, non quod ſyntaxis illa, cujus exempla ſexcenta apud alios reperire eſt, me offenderet, ſed quod tautologiam quandam reſipere videantur illa *à mari piratae*. Piratas enim cum dicis *maritimos praedones*, ut eos appellat Arnob. lib. VI. intelligis. Nunc dubito, cum videam Graecis πειρατὰς etiam χερσαίους quoslibet κακούργους & λῃστὰς appellare. Vide Heſych. in Πειρατάς. *Οἱ* ὁ apud Job. cap. XVI. 9. Βίλτ πειρατῶν. Adde Hoſ. VI. 9. Gloſſ. Cyrill. Πειρατὴς, *praedo*. MUNCK. Optimos ita locutos docebunt Obſervationes Miſcellaneae Oct. Nov. & Dec. 1734. pag. 214. ut hic auctor *piratas a mari* ſive maritimos, ita Florus lib. IV. cap. 8. dixit *piratas navales*, ſi ſana ibi ſit vulgata lectio. Quidquid ſit, hic nihil mutari debet; non fugit enim Noſtrum propria vocis graecae ſignificatio & ideo *a mari* addit, ut piratas a praedonibus diſtinguat. Audiamus Schol. verbum πειρᾶσθαι, quod de Ixione furtivas Junonis nuptias ambiente adhibetur, explicantem ad Pindari O. Pyth. II. vs. 55. τὸ γὰρ ἐπειρᾶτο, ἀντὶ ἐπειρᾶτο ἦεν. σημαίνει δὲ, τὸ ἐπῆρτο. ὅτε γὰρ καὶ ΠΕΙΡΑΤΑΣ τοὺς κατὰ πέλαγος λῃστὰς λέγομεν. κυρίως δὲ, ΤΟΥΣ ΕΝ ΟΔΩ ΚΑΚΟΥΡΓΟΥΝΤΑΣ. Παρ' ὃ ὅτε, καὶ ὁδεύοντας αὐτοὺς λέγουσιν. Vide ibi cetera. & vox πεῖρα explicatur ab eodem Scholiaſte ad O. Nem. IX. vs.

ad ſe perduci, ut cum eo concumberet. Illa autem, quia foemina erat, negat id poſſe fieri. Theonoe irata, jubet, ſacerdotem includi in cubiculum, atque [7] aliquem ex ergaſtulo venire, qui ſacerdotem interficeret. quem ad interficiendum mittitur ſenex Theſtor, inprudens ad filiam ſuam, * [8] quam Theonoe non agnovit, datque ei gladium, & jubet eum ſacerdotem interficere. Qui cum intraſſet, & gladium teneret, Theſtorem ſe vocitari dixit, duabus filiis Leucippe & Theonoe amiſſis: ad hoc exitium veniſſe, ut ſibi ſcelus imperaretur. quod ille in ſe cum convertiſſet, & vellet ipſum ſe interficere, Leucippe, audito patris nomine, gladium ei extorſit. Quae ad reginam interficiendam ut veniret, patrem Theſtorem in adjutorio vocavit. Theonoe, patris nomine audito, indicat, ſe filiam eſſe ejus. Icarus autem rex, agnitione facta, cum muneribus eum in patriam remiſit.

## CXCI.

vs. 67. per τὸ λυσσᾶν ἐπίθετον. Schol. Sophocl. Ajac. vs. 1. docet hanc vocem Attice notare δῆλον καὶ τίχην. ad vs. 290. explicat per ὁδὸν, πορείαν. ubi Sophocles de inſano Ajacis molimine agit. Jam vero verbum πειρᾶν de amatorum & amicarum inlecebris proprie adhiberi docent Euripides in Cyclope vs. 577. Schol. Ariſtophanis in Equit. vs. 514. & Pind. O. Nem. v. vs. 54. Hinc ad alia transfertur. Πειρᾶν ἐπίκοσι dixit Apollon. Rhod. III. Arg. 179, 185. De eo, qui lapide Lydio aurum explorat Pind. O. Pyth. X. vs. 105. Media verbi forma cum genitivo notat cujuscunque rei periculum facere, incipere. Vide Schol. Homeri Iliad. Θ. vs. 18. Scholia inedita Sophoclis in Electra vs. 470. Πειρώμεναι πειρώμενοι dixit Theocrit. Idyll. XV. vs. 122. Πειρᾶτε μάχας Pind. O. Nem. I. vs. 66. Πειρώμενοι ἀγωνίας, Pindar. Od. Olymp. II. vs. 94. Μασταγωτὰν πειρᾶσιν. Herodot. lib. I. cap. 206. & lib. II. cap. 163. Πειρήσιος ἵμασιν ἁλός. Hinc Apollonius Rhodius lib. I. vs. 114. de navibus Ὅσσαι ἐπειρήνιον ἐπειρήσαντο θαλάσσης. & Dionyſ. Perieg. vs. 907. Οἱ πρῶτοι νήσοις ἐπειρήσαντο θαλάσσης. paſſive πεπειρᾶσθαι pro perfectum eſſe, ad finem perductum eſſe. Vide Schol. Sophoclis in Trachin. vs. 587. Sed jam nimii ſumus. Ex hiſce τὰς πειρατὰς videmus non proprie ſed per metaphoram pro maritimis praedonibus fuiſſe poſitos a Latinis: imo ab ipſo Cicerone *praedones* contra pro piratis adhibentur, ut adnotat Celeb. J. Broukhuſius ad Tibull. II, VI, 21.

5 DELPHOS PETIT] Plenius loquitur cap. 67. *Delphos profectus eſt ſciſcitatum.* Quod poſtremum vocabulum non malè heic inſereretur. MUNCK. Quamvis alibi plenius legatur *Delphos profectus eſt ſciſcitatum*, vix tamen poſtremam illam vocem inſerendam credere auſim. Dictys Cret. II. 26. . . *tumultus oritur, ſcilicet . . damum . . everſum iri*, h. clamantium. Tacitus Ann. I. 41. *Progrediuntur contuberniis, quis ille flebilis ſonus.* ſcil. ſciſcitantes. Cato in Fragm. Hiſt. ex Feſto: *propterea quod complures venerant*, (nuntiantes) *Aetolos pacem velle.* Vide Perizon. ad Sanct. IV. 5, 7. & alios alibi. WOPKENS.

6 PRO MEO SACERDOTE] H. e. induta ejus perſonâ, ut rectè explicat Barthius Adv. X. 20. Sic cap. 24. *Ipſa ad Peliae filias pro ſacerdote Dianae venit.* MUNCK.

7 ALIQUEM EX ERGASTULO] Servum de ergaſtulo, ut loquitur Juſtinus lib. I. cap. 6. MUNCK.

8 QUAM THEONOE] *Quem Th.* MICYLL. Sic volebat Micyllus. Veteres editiones habebant, *quam*, quod non debebat mutari. Eſt enim ſermo de Leucippe. Theonoe non agnovit eam eſſe Leucippen, filiam Theſtoris, multo minus ſororem ſuam, ſed putavit, eſſe juvenem ſacerdotem. SCHEFF. *Quem* conjecit Micyllus. Atque ita ſententia eſſet, *quem patrem eſſe ſuum Theonoe non agnovit.* Cl. Scheffierus retinet τὸ *quam*, & accipit de Leucippe. MUNCK.

## CXCI. *Rex Midas.*

[1] [2] MIDAS rex Mygdonius filius [3] Matris Deae, [4] à Timolo * ſumptus eo tempore, quo Apollo [5] cum Marſya vel Pane fiſtula certavit. quod

## Ad CAP. CXCI.

1 MIDAS REX MYGDONIUS] Quid hic eſt, *Mygdonius*? An *Mygdoniae* ſcribendum? vulgo Phrygiae rex dicitur? Nempe Mygdonia pars magnae Phrygiae. Vide Stephanum. SCHEFF. Cl. Schefferus, *Mygdoniae*. Non opus eſt. Juſtin. lib. v. 6. *Rex Cyprius.* 11. cap. 3. *Vexoris rex AEgyptius.* Nepos Iphicrate cap. 2. *Regi AEgyptio bellum inferre.* Hannib. cap. 10. *Pergamenus rex Eumenes.* Jul. Firmicus in de E. P. R. *Filius ſcilicet regis Cretici.* Vellejus 11. 18. & Solin. cap. 7. *Rex Ponticus.* Iſidorus Orig. lib. 1x. cap. 2. *Iaſon Peliaci regis frater.* Puto legendum, *Iolciaci*, vel *Peliae Ioici.* Sed errat Iſidorus. Pelias enim non frater, ſed patruus erat Iaſonis. MUNCK. Hic loquendi modus in aliis etiam locum habet. Horatius lib. 1. O. 4. vs. 17. dixit *domus exilis Plutonia.* ubi Cl. Bentleum conſule. hunc mutuati ſunt a Graecis, Eurip. Iphigen. Aul. vs. 767. Εἰρεσίᾳ πιλάζῃ Σιμοεντιοις ὀχετῶς, *remigatione adpropinquaverit ad Simoentis alveos.* in Supplic. vs. 656. Ἰσμήνιον πρὸς ἄχθοι *Iſmeni ad ripam.* in Rheſo vs. 258. Ἀγαμεμνόνιον κεφαλὰ, *caput Agamemnonis.* in Bacchis vs. 1043. λίσσας κιθαιρώνιον *jugum Cithaeronis.* In Helena vs. 1132. πετρώναις ῥιπαῖσιν *ſaxorum jactibus* vs. 1140. Αἰγαίοις τ' ἰταλοις ἀκταῖς, & *AEgaei maris littoribus.* Theocrit. Idyll. vii. vs. 148. Παρνάσσιον αἶπος, *Parnaſi montis cacumen.* Apollon. Rhod. 1. Arg. vs. 162. κλῆρον Ἀφεταίτιον Schol. explicat recte per τὴν βασιλείαν τῆ Ἀφείδαντος. ad vs. 712. κούρη Θεοστίδος, *Thoantis filia.* Lycophron. Alex. vs. 56. Τευθρήιος πλειράμασι, *Teutari telis.* vs. 97. Φερίκλειοι πόδες, *Pherecli pedes.* Sic τὰ Θυεστείων μελῶν explicat Schol. Ariſtophanis in Acharn. vs. 432.

2 REX MIDAS] Gordii filius vocatur ab Herodoto lib. 1. cap. 14. a Pauſania lib. 1. cap. 4. pag. 12. a Juſtino lib. x1. cap. 7. & Curtio lib. 111. cap. 1. Vid. Periz. ad AElian. 1v. V. H. 17. E. Satyrorum genere fuiſſe Midam finxit fabuloſa antiquitas. Vid. Philoſtrat. lib. v1. de Apoll. Tyan. cap. 27. Mater ejus dicitur eſſe *Mater Dea.* De *Matribus Deabus* vide G. Cuperum in Marmor. Antiq. pag. 264, 265, 266. Inprimis Rhea, ſive Cybebe, ſive Terra, ſeu Ceres, (quae etiam *Mater Magna* dicitur. Vide Eximium Virum in Vanno Critica cap. 10. p. 532, 533.) vocabatur *Mater Dea.* Conſule Cl. Oudendorp. ad J. Obſequentem cap. 104. Si tamen retinere velis *Mater Idaea* per me licet, hoc nomine in Phrygia fuit culta, ut & *Jupiter Idaeus*, cui aram poſuit Midas apud Plutarch. Parall. Tom. 11. p. 306. De *Matre Idaea* vide, quae ex Strabone notat Voſſius lib. 1. Idololatr. cap. 20. Qui duo inde junguntur a Virgilio v11. AEn. 139.

*Idaeumque Jovem, Phrygiamque ex ordine Matrem*
*Invocat.*

Sed majus ulcus hic ſedet, quod ſine codicum ope ſanari nequit. Auctores enim, quos mihi conſulere licuit, de Midae matre ſilent. Duos Midas in Phrygia regnaſſe e Petavio de Doctrina Temporum docet Menagius ad Diogenis Laertii lib. 1. §. 90.

3 MATRIS DEAE] Non dubito, quin emendandum ſit, *Matris Ideae* Lucretius lib. 11. *Idaeam vocitant matrem.* SCHEFF. *Matris Deûm* vel *matris Idaeae* legendum. Quorum poſterius Scheffero probatur, cui nos libenter accedimus. Epit. Liv. lib. 29. *Si mater Idaea deportata Romam eſſet.* Minucius Felix: *Teſtis mater Idaea.* Juvenal. Sat. x1. 192. *Idaeum ſolenne colunt.* Schol. *De Ida matre Deûm.* Lege *Idaea.* Lactant. lib. 11. cap. 7. *Cum ex libris Sibyllinis Idaea mater eſſet accita.* Atque ita mater Deum non Latinis tantum, ſed & Graecis cognominatur. Vide Apollon. lib. 11. 1127. Eurip. Oreſt. 1456. & ibi Scholia. unde intelliges in Etym. Magno eſſe ſcribendum Ἀυδία, ἡ Ῥία pro Ἀντία. Vide & Heſych. in Ἀΐλεια. *Idaea Ops* eſt Tibullo lib. 1. eleg. 4. *Deorum mater Idaea* Cypriano Tract. 4. *Alma parens Idaea Deûm.* Virg. AEn. x. 242. Nimirum eadem eſt, quae terra, quam Cybelen alias appellant. Noſter cap. 274. *Midas Cybeles filius Phryx.* Abſolutè *matrem* vocat Virg. Georg. 1v. 64. *Tumultuſque cie, & matris quate cymbala circum.* Κυβήλιν eam divam dixit Hipponax. Tzetzes ad Lycophron. p. 175. Ὁ Ἱππώναξ Κύβηλιν τὴν Ῥέαν λέγει παρὰ τὸ ἐν Κυβέλοις πόλει Φρυγίας τιμᾶσθαι. ἔστι δὲ καὶ τὸ πέλεκυν. Unde intelligis, quid Heſychius velit: Κυβήλις, μάχαιρα. ἄμεινον δὲ πέλεκυν, ἢ τὰς βοὸς καλοκάγαθους, muta accentum & ſcribe Κυβήλις.

Pol-

quod cum [6] Timolus victoriam Apollini daret, Midas dixit Marſyae potius dandam. Tunc Apollo indignatus, Midae dixit: Quale cor in judicando habuiſti, tales & auriculas habebis. [7] quibus auditis, effecit, ut aſininas haberet aures. Eo tempore Liber pater cum exercitum in Indiam duceret, [8] Silenus aberravit. [9] quem Midas exceptum hoſpi-

Pollux lib. v. cap. 13. Ἴσως ὃ καὶ τυφόμενος, ἢ Κύμολον καλῶν. leg. Κύμολιν. Vid. Etymol. in Ἀγυρτικὸν ὄνειδος. Lactant. Argum. lib. x. Met. fab. xi. *Deae matri ex illo leones ſubjecti ſunt.* Leg. *Idaeae.* MUNCK.

4 A TIMOLO * SUMPTUS ] Videtur nonnihil deeſſe. MICYLL. Poſt haec verba putant lacunam eſſe. Mihi aliter videtur, & deeſſe quaedam poſt praepoſitionem *a*, exempli cauſſa, *a Marſya & Apolline cum Timolo judex ſumptus eo tempore.* Poſſis tamen credere, omnia hic dici breviter, ut nonnunquam apud noſtrum fit, & *ſumtus* explicare per *aſſumtus*, ad ferendum una judicium videlicet. Nec *Timolo* aptum. Scribi enim debet *Tmolo*, quod vel ex Ovidio eſt clarum, & ſic ponendum in ſequentibus. SCHEFF. Volui antehac *à Timolo judex ſumptus*, nempe ut de ſuo judicio judicaret. Nunc verius puto, *cum Timolo judex ſumtus*, vel potius *à Timolo aſſumtus*. Quomodo vulgatam lectionem explicari poſſe Cl. Schefferus putat, quanquam hoc iſta fabula, ut ab aliis narratur, non habet. Tantummodo adfuiſſe in illo certamine volunt. Ovid. *Aderat nam forte canenti.* De *Timolo* dubito tamen, an quicquam ſit mutandum. Quem enim Τμῶλον Heſych. *Tmolum* Met. xi. 155. vocat Ovid. *Timolus* appellatur ab eodem lib. vi. 15. *Deſeruere ſui nymphae vineta Timoli.* Imo & xi. vers. 86. *Sui vineta Timoli Paſtoremque petit.* Plinius lib. v. cap. 29. *In latere Tmoli montis, qui ante Timolus appellabatur.* Sed *Tymolus* potius ſcribendum. Τυμῶλος enim Graecis eſt. MUNCK. Graecis etiam *Tmolus* ſive Τμῶλος dicitur. vide Dionyſ. Perieg. vs. 831. Herodot. lib. i. cap. 93. πάρεξ ὅσα ἐν τῷ Τμώλῳ καλεομένῳ ψύγματι, unde Euripides in Bacchis, qui de eo vs. 55. & 463. agit, vs. 154. dicit Τμώλου χρυσορόου. Adde Strabon. lib. xiii. pag. 928. Item Schol. Sophoclis Philoctet. vs. 392. Παλαιὸς ποταμὸς Λυδίας. χρυσᾶ δὲ ψήγματα λέγει ὁ Τμώλος ὄρος ἀφ' οὗ Πακτώλου καλεῖται. Etiam ab Homero Iliad. B. in Catal. vs. 373. Τμώλος vocatur. Vides a ſolutae & ligatae orationis ſcriptoribus promiſcue *Timolum* dici, eodem igitur redit, quomodo ſcribatur *Tmolus* an *Tymolus*. Cave tamen ſcribas *Timolus*. Vide Cl. Burm. ad Ovidii vi. Met. vs. 15.

5 A MARSYA VEL PANE ] Poſterius verum eſſe docet nos Ovidius lib. xi. fab. 4. Pan fiſtula, judice Tmolo, cum Apolline certavit: Marſyas autem tibiis, judicibus Muſis, ut noſter ipſe retulit cap. 165. Sed Fulgentius lib. iii. cap. 9. hoc poſterius certamen ſub judice Midâ initum narrat, eumque tunc, quod Marſyae victoriam adjudicaret, aſininis auribus depravatum. MUNCK. De aſininis Midae auribus fabulam explicant Schol. Ariſtophanis in Pluto vs. 287. Tzetzes ad Lycophron. vs. 1401. Athenaeus lib. xii. cap. 2. pag. 1516. Celeb. J. Perizonius ad AEliani lib. iii. V. H. cap. 18. n. 2. qui n. 3. quis fuerit *Silenus*, docebit, cui adde Davis. ad Ciceron. lib. i. Tuſcul. Quaeſt. c. 47. Item Nicephorum, quem laudat Celeb. P. Burm. ad Ovidii xi. Met. vs. 179. Eidem fere ἀκρασίας crimini adſinis fuit Manidas, Chalcidis in Epiro rex, Heſiodum Homero praeferens. Philoſtrat. cap. xviii. Heroicon. §. 2. in fine. De Mida Philoſtrat. in Iconib. pag. 796. De Spurio Midae filio Lityerſa Athenaeus lib. x. c. 3. p. 415.

6 TIMOLUS ] *Tmolus.* MICYLL.

7 QUIBUS AUDITIS ] H. e. quibus a Mida auditis, ſeu, poſtquam haec Midas audiviſſet. Verum neſcio, an non legendum ſit, *quibus editis* h. e. quibus verbis prolatis, poſt quae verba. SCHEFF. Cl. Schefferus ſuſpicatur ſcriptum fuiſſe, *quibus editis*, hoc eſt, *quibus dictis.* MUNCK.

8 SILENUS ABERRAVIT ] Theopompus Silenum crapulâ madentem, & ex ea ſoporatum à Midae regis paſtoribus apprehenſum refert apud Servium ad Ecl. vi. Narrat idem eandem fabulam ad lib. x. vers. 142. & Conon cap. i. apud Photium. Baccho Silenum aufugiſſe ſcribit Lactant. Argum. lib. xi. Met. fab. 3. Reſpexit fabulam hanc Tertull. de Anim. cap. 2. *Silenum Phrygem, cui à paſtoribus perducto ingentes aures ſuas Midas tradidit.* MUNCK. Philoſtratus lib. vi. c. 27. de Apoll. Tyan. Pauſanias lib. i. cap. 4. p. 12. & Theopompus referunt Midam Phrygium vino diluiſſe Antiochiae fontem, quum Silenum ebrium capere vellet. Vide Athenaeum lib. ii. cap. 6. pag. 45. Alia de Mida ac Sileno narrat Plutarchus de Conſolat. ad Apollon. T. ii. pag. 115. De Silenis Pauſan. lib. i. cap. 23. pag. 54. Perizon. ad AElian. iii V. H. 40.

9 QUEM MIDAS EXCEPTUM ] *Exercitum.* MI-

hoſpitio liberaliter accepit, [1] atque ducem dedit, qui eum in comitatum Liberi deduceret. At Midae Liber pater ob beneficium, [2] deoptandi dedit poteſtatem, ut quidquid vellet, peteret à ſe. [3] Quo Midas petiit, ut quidquid tetigiſſet, aurum fieret. quod cum inpetraſſet, & in regiam veniſſet, quidquid tetigerat, aurum fiebat. Cum jam fame cruciaretur, petit à Libero, ut ſibi [4] ſpecioſum donum eriperet. Quem Liber juſſit in flumine Pactolo ſe abluere. cujus corpus [5] aquam cum tetigiſſet, facta eſt colore aureo. Quod flumen nunc [6] Chryſorrhoas adpellatur in Lydia.

## CXCII. *Hyas.*

Atlas ex [7] Pleione ſive Oceanitide duodecim filias habuit, & filium

CYLL. Imo, *exceptum*, quomodo habuere veteres, licet male trajecto vocabulo. SCHEFF. Ita tranſpoſui vocabula, poſtulante id orationis contextu. Monuit in erratis Commelinus, & Barth. Adv. lib. x. cap. 20. MUNCK.

1 Atque ducem dedit] Non Silenum, ſed Sileno. Itaque ſuſpicor ſcribendum, *atque ducem ei dedit*. SCHEFF. Cl. Schefferus, *Ducem ei dedit*. Ego vix audeo ſollicitare iſta. Vide not. ad cap. 77. MUNCK.

2 Deoptandi dedit potestatem] Lactant. Argum. lib. xi. fab. 3. *Optandi veniam dedit*. MUNCK.

3 Quo Midas petiit, ut &c.] Forte *A quo Midas* &c. ut Fab. cclvii. *A quo Moerus petiit tridui commeatum. ut* &c. WOPKENS.

4 Speciosum donum] *Damnum*. Ovid. in hac fab. xi. Met. 133. *Sed miſerere, precor, ſpecioſoque eripe damno*. MUNCK.

5 Aquam cum] Rectius *aqua*, ob ſequentia. Heinſius. MUNCK. *Aqua* volebat Heinſius; ſed alterum optime vindicat Oudendorpius ad Jul. Obſeq. c. lx. p. 45. Conſule ſic etiam quae nos ad Cicer. N. Deor. ii. 57. omninoque quae Munckero jam notata ad Fab. viii. Fab. lxxvii. WOPKENS.

6 Chrysorrhoas] Apud Stephanum in voce Μάσταυρα eſt χρυσόρροας. Nihil tamen hic mutandum. Nam eodem modo legitur & apud Plinium, ipſumque noſtrum infra cap. 242. quanquam de iſto loco poſſit dubitari, ut ex notis ibi liquet. SCHEFF. Vide Euſtath. in Dionyſ. vs. 830. Mauſſac. in Plutarch. de Flum. p. 251. MUNCK. Schol. Apollon. Rhod. lib. iv. vs. 1300. Παχίτολος, ποταμὸς Λυδίας, ὁ τῶν Χρυσορρόας λεγόμενος. De eo vide & Criticos ad Sophoclis Antigonen vs. 1049. Tzetzes ad Lycophron. vs. 1352. de hoc fluvio dicit Παχίτολος ὁ ποταμὸς Λυδίας χρυσῶν σχεῖν ψῆγμα ἔχων, διὸ ὁ ὕλεος. De hoc etiam Philoſtratus de Ap. Tyan. lib. vi. c. 37. cum Olearii nota, & Athenaeus lib. v. c. 8. p. 203. De variis fluviis, Chryſorrhois conſule Munck. ad fab. 242. Haec vero fabula originem ſuam forſan debet hiſtoriae, quam refert Plutarchus in Parallelis pag. 306. Tom. ii. qui Midae mortem deſcribit in de ſuperſtitione pag. 168. prope finem, cui adde Strabon. lib. i. pag. 106. & Menag. ad Diogen. Laert. lib. i. Sect. 90.

## Ad CAP. CXCII.

7 Pleione sive Oceanitide] Legendum fortaſſis *ex AEthra Oceanitide*, ita enim Graecus auctor Timaeus habet. MICYLL. Micyllus: *Legendum fortaſſis ex AEthra Oceanitide, ita enim Graecus autor Timaeus habet*. Probo, ſi poſt *ſive* iſta putat inſerenda. Nam de Pleione uxore Atlantis alii quoque teſtantur. Ipſeque docet Ovidius lib. v. Faſtor. SCHEFF. Notat in margine Micyllus: *Legendum fortaſſis ex AEthra Oceanitide. Ita enim Graecus auctor Timaeus habet*. Probo cum Scheffero, ſi τὸ *AEthra* poſt τὸ *ſive* inſeratur. Habere hoc Micyllum, ut ne planè heic aſymbolus ſim, moneo ex Hom. Schol. ad Iliad. Σ. 486. Invenies eandem hiſtoriam apud Proclum in Heſiod. p. 97. ed. Heinſ. Conſer Aſtron. ii. cap. 21. MUNCK. Conſule J. Perizon. Animadv. Hiſtor. cap. ix. pag. 399, 400.

8 Vel

lium Hyantem : quem ab apro [8] vel leone occiſum dum lugent ſorores, ab eo luctu conſumptae ſunt. Ex his quinque primae inter ſidera relatae, locum habent inter cornua tauri, [9] Phaeſyla, Ambroſia, Coronis, Eudora, [10] Polyxo, quae à fratris nomine adpellantur [11] Hyades, eaſdem Latine Suculas vocant : quidam ajunt in modum Y literae poſitas, inde Hyadas dici. Nonnulli, quod, cum oriantur, pluvias efficiant. eſt autem Graece [12] hyin pluere. Sunt, qui exiſtiment, ideo has in ſideribus eſſe, quod fuerint nutrices Liberi patris, quas Lycurgus [13] ex inſula Naxo ediderat. Caeterae ſorores poſtea luctu conſumptae, [14] ſidera facta ſunt : & quia plures erant [15] Pleiades dictae, nonnulli exiſtimant ita nominatas, quia inter ſe conjunctae, quod eſt [16] pleſion : [17] ideo autem confertae ſunt, ut vix numerentur : nec unquam ullius oculis certum eſt, [18] ſex, an ſeptem exiſti-

8 VEL LEONE] Ab aſpide occiſum modo laudatus Timaeus tradit. MUNCK.

9 PHAESYLA] Mallem *Phaeola* ex Heſiodo. SCHEFF. Schefferus malle ſe *Phaeola* ex Heſiodo ait. Atqui Heſiodo eſt Φαιώλη. Suſpicor operas injuriam feciſſe viro doctiſſimo. Corruptè Aſtron. II. 21. *Pedile* appellatur. Sed *Phaeſyle* rectè correxit Soter, qui illa Aſtronomica edidit anno 1534. Coloniae. Αἰσύλη eſt Scholiaſtae, & Euſtath. ad Iliad. Σ. p. 1212. MUNCK.

10 POLYXO] Rectè. Ea enim eſt Πολυξὼ Hom. Scholiaſtae. Malè ſcrib. in Aſtron. *Poliſſo*. Corrige *Polyxo* cum Sotere. Pro hac poſtrema & Ambroſia ab Heſiodo in libro Aſtrico recenſentur Καλύκη & Φαιὼ apud Theonem ad Arat. pag. 153. quam pro *Pbileto* Hygin. in Aſtron. eſt reſtituenda cum Sotere. Longe illis alia nomina dat Schol. Theocrit. ad Idyll. XIII. 25. MUNCK. Plures fuere hujus nominis feminae. Conſule Inl. Spanh. ad Call. H. Cer. vs. 78. & 79.

11 HYADES] Unde id nominis habeant, non convenit inter veteres. Vide Aſtron. II. 21. Gellium XIII. 9. Schol. Hom. & Euſtath. loco modo laudato. Servium ad I. Georg. 138. & AEn. I. 748. Etym. in Ὑάδες. Tzetz. in Heſiod. Ἔργ. β. pag. 128. ed. Heinſ. Theon. in Aratum pag. 25. ed. Londin. MUNCK. Adde Jac. Nic. Locnſem lib. VIII. Epiphyll. cap. 18. & Nic. Heinſ. ad Virgil. III. AEn. 516.

12 HYIN] Ὑειν. MICYLL.

13 EX INSULA NAXO EDIDERAT] Barthius legendum exiſtimat: *ex inſula Naxo edicto ejecerat*. Mihi omnia videntur integra. *edere* compoſitum eſt pro ſimplici *dare*. Hoc autem idem ac compellere. Quomodo uſurpatur in *dare quem in fugam*. Sicut ergo *dare in fugam*, ita *dare ex inſula quem*, & *edere ex inſula*, i. e. extra dare, ejicere. SCHEFF. Barth. *edicto ejecerat*. Ego cogitaveram *exegerat*. Schefferus retinet τὸ *ediderat*, & explicat *ejecerat*. Sane *edere* pro relegare potuit uſurpaſſe, ut *dare* pro ablegare Fulg. III. 7. MUNCK.

14 SIDERA FACTA SUNT] *Factae ſunt* Nob. Heinſius. MUNCK.

15 PLEIADES DICTAE, NONNULLI] Diſtinctio prava, nam poſt *dictae*, punctum eſt collocandum. SCHEFF. Conſule Etym. Auct. Hyg. Aſtron. II. 21. Homer. Schol. loco praedicto. Euſtath. ad Odyſſ. P. 475. ed. Baſil. Heſiod. Schol. ad Ἔργ. β. p. 92. & 96. ed. Heinſ. Virgil. Schol. Serv. ad AEn. I. 748. ubi corruptè eas *Priadas* & *Prionis* filias dici animadverteres. Gloſſ. Philox. *Virgiliae*; Πλειάδες. Malim *Vergiliae*. Adde Iſidor. Orig. lib. III. cap. 70. MUNCK.

16 PLESION] Πλήσιον. MICYLL.

17 IDEO AUTEM] *Ita*. MICYLL. Barthius exiſtimat, ſcribendum, *adeo autem*. Mallem ego credere, trajectas voces, & hic collocandum *ita*, quod paulo poſt ſequitur, ejusque loco *ideo*, quod hic eſt. Etiam nova periodus hic inchoanda. SCHEFF. Barthius, *adeo autem*. Quod probo. MUNCK.

18 SEX AN SEPTEM EXISTIMENTUR] Sex enim tantum conſpiciuntur. Schol. Pind. in Nem. B. (vers. 17.) Αἱ γὰρ Πλειάδες καθ' ἑαυτὰς ἑπτὰ εἰσὶν ἀστέρες ἐν ἐξ δὲ ἀστέρων συγκείμεναι, καθὰ ὁ τῶν ὀπτῶν ἔξ. Conſer Ovid. IV. Faſt. 169. Quod ſex tantum conſpiciantur, inde & κοπὰς ἑξαστέρου λίγου), ut narrat Tzetzes in Heſiod. p. 91. MUNCK. Conſule Athenaeum lib. XI. cap. 12.

1 STE-

exiſtimentur. Earum nomina haec ſunt. Electra, Alcyone, Celaeno, Merope, [1] Sterope, Taygeta & Maja: ex quibus Electram negant adparere, [2] propter Dardanum amiſſum, Trojamque ſibi ereptam. alii exiſtimant [3] Meropen conſpicere erubeſcere, quia mortalem virum acceperit, cum caeterae deos haberent. ob eamque rem [4] de choro ſororum expulſa, moerens [5] crinem ſolutum gerit, quae [6] cometes adpellatur; [7] ſive longodes, quia in longitudinem producitur: ſive [8] xiphax,

1 STEROPE] Apud Pind. Schol. in Nem. B. quidam Ἀστεροπὴν eam appellat, quae Arato, Apollodoro, Eratoſtheni, Scholiaſtae Homeri, Servio, aliisque eſt *Sterope*. Sed *Aſteropen* vocat etiam German. Scholiaſt. Pleiadibus: *Cum Marte*, inquit, *Aſterope, ex qua OEnomaus*. Accedit illi Diodorus lib. III. pag. 194. Sterope ergo & Aſterope eadem eſt. MUNCK. De variis Pleiadum nominibus Schol. Pindari O. Nem. II. vs. 17. Schol. Theocriti Idyll. XIII. 25. Celeb. P. Burm. ad Ovidii VI. Met. 173. ſuit & alia Sterope Pleuronis & Xanthippes filia Apollodoro lib. I. pag. 31. & eadem pag. Parthaonis & Eurytes filia.

2 PROPTER DARDANUM AMISSUM] Qui ejus erat filius. Vid. cap. 155. Schol. Hom. Φασὶ ὁ Ἠλέκτρας ὑ βαλομβρόμῳ τῷ Ἰλίᾳ πόρεσιν θεάσασθαι, τὸ (leg. τῷ) κῦδος εἶναι τῆ λαιγόνων, καλλιπεῖν τὸ τόπον, ἵνα καλυφθεῖσα δόξῃ ἅσας σὺν τοῖς ἄλλοις ἀπὸ βοιάδων ἓξ. Idem habes apud noſtrum Aſtronomico, Ovid. IV. Faſt. Quint. Calabr. lib. XIII. Schol. Arat. p. 35. ed. Lond. Avien. Pleiadibus. Proclum in Heſiod. p. 79. ed. Heinſ. qui & ἀλκύπικα illam dictam narrat ibi τὸ ζυγόλωφον ἐσθίουσαν. Vide locum. Servius ad I. Georg. 138. *Sunt autem ſeptem, Taygete, Arcyone, Celaenis* (leg. *Alcyone, Celaeno*) *Sterope, Merope, Electra, quae exciſum* (malim *occiſum*) *filium dolens, lucere deſiit*. MUNCK.

3 MEROPEN CONSPICERE ERUBESCERE] *Conſpici*. MICYLL. Micyllus, *conſpici erubeſcere*. Barthius *conſpici ſe erubeſcere*. Mihi nulla opus mutatione videtur. Nam illud *conſpicere* debet ad praecedens *Electram* referri, hoc modo: alii exiſtimant Electram erubeſcere conſpicere Meropen, ac iccirco negant Electram comparere. Electra dicitur non comparere, ejusque rei cauſſa datur duplex, non Merope. SCHEFF. Barth. *conſpici ſe erubeſcere* ex MS. quod probo. Schol. Arati pag. 134. Φασὶ φεύγειν τὴν Ἠλέκτραν, ἢ μὴ ὑπομεῖναι ἰδεῖν τὴν ἅλωσιν ἀλικορόφου. leg. τὴν Ἴλιον. Diverſas refert opiniones de obſcurata illa ſtella. Electram illam eſſe quidam voluerunt, de qua jam vidimus; alii Meropen, de quâ Hellanicus apud Hom. Scholiaſt. Μερόπην ὃ Σισύφῳ θυητῇ ὄντι συγγενέσθαι, διὸ καὶ ἀμαυρὰν εἶναι. Adde noſtrum Aſtron. II. 21. Eratoſth. cap. 23. Καῖσ. Avienum & German. Schol. Pleiadibus. Corrigam in tranſitu Servium, apud quem ad I. Georg. 138. legitur vulgo: *Quidam Steropen volunt non apparere, quod ſola è ſororibus cum Siſypho mortali concubuit*. Leg. *Meropen*. Alii Meropen Hyperocho nupſiſſe tradiderunt, & ex eo genuiſſe OEnomaum, ut ad Lycophron. Tzetzes annotavit. MUNCK. Variae fuere Meropae. Inter alias fuit Merope Cebrenis filia, uxor AEſaci. Vide Tzetz. ad Lycophron. vs. 228. etiam Erechthei filia Daedali mater. Plutarch. in Theſeo pag. 8. D. OEnopionis filia Noſtrum Aſtron. Poet. II. 34. Diverſa ab his Merope Siſyphi uxor, quae Atlantis filia fuit. Apollodor. lib. I. pag. 41. Jam ſaepius vidimus, plures fuiſſe ejuſdem nominis heroas & heroinas, qui ideo ſaepius ab ipſis Auctoribus confunduntur. Moris erat apud Graecos nomina infantum non ſemper ab avis, aut majoribus repetere, ſed infantes ſuos etiam adpellare ab inluſtribus viris aut feminis, ſperantes, ſuos liberos ejuſdem fore indolis: hinc ſexaginta dicuntur fuiſſe Achilles in Graecia inluſtres ab Achille gigante nominati. Quâ de re videndus Pt. Hephaeſtio lib. VI. apud Photium pag. 488, 489. qui Achillem Pelei, & Achillem Thetidis diverſos fuiſſe docet. Hinc certe etiam Alexander Macedo, licet ad Herculem verum referre dicatur paternum genus, filio ſuo e Barſine ſuſcepto Herculis nomen dedit. Vide Interpr. ad Lycophron. vs. 801. Aut jam adultae aetatis hominibus dabantur cognomina inluſtrium virorum ac feminarum, qui iiſdem aut corporis, aut animi dotibus, aut arte fuerant celebres. Hinc plures finguntur Hercules, quum modo unum agnoſcat Herculem Thebanum Plutarchus de Herodoti Malignit. Tom. II. pag. 857. Plures *Lini*, ut alibi docemus: plures etiam feminae, quae *Sibyllae*, *Sapphus*, *Laidis* nomine fuerunt inſignitae. Vide Perizon. ad AElian. XII. V. H. 35. Sic altera *Lais* olivae oſſis hauſtu exſtincta a Pt. Hephaeſtione lib. I. apud Photium pag. 471. Altera juxta Helladium apud

phax; quia gladii mucronis effigiem producit. ea autem ſtella ⁹ luctum portendit.

## CXCIII. *Harpalicus.*

HARPALICUS rex ¹⁰ Amymneorum Thrax, cum haberet filiam Harpalicen, amiſſa matre ejus, vaccarum equarumque eam uberibus nutri-

apud Eumd. pag. 1590. ξυλόναις χιλώναις occiſa. juxta Plutarchum in Amatorio pag. 768. T. II. lapidibus a Theſſalis mulieribus fuit obruta. De utraque Palmer. agit in Exercit. in Opt. Auct. Gr. pag. 368, 369. Hujuſmodi cognomina deinde vera hominum nomina occultarunt, cujus rei multa exempla dat Plut. de Pythiae Orac. Tom. II. pag. 401.

4 DE CHORO SORORUM] Ita loquitur, quia Pleiades exiſtimantur choream ducere ſtellis, ut ait ipſe Aſtron. II. 21. Vide Propert. lib. III. el. 3. Horat. IV. Carm. Od. 4. Adde Schol. Theocrit. ad Eid. XIII. 25. Sed non Pleiadibus tantum, ſed & omnibus ſtellis choreas adſcripſere. Apulejus libello de Socratis Daemonio: *Radiantes Deos, quibus coeli chorum comptum & ornatum ſuâ tempeſtate viſimus.* Confer Schol. Heſiod. ad Θεογ. p. 256. ed. Heinſianae. Lucian. de Saltat. Tom. I. p. 913. ed. Bened. Heraclid. Hom. Alleg. pag. 18. ed. Geſn. Tibull. II. el. 1. Licentius ad Auguſtin. *Mundumque tonanti Diſſeruit canere & pariles agitare choreas.* MUNCK.

5 CRINEM SOLUTUM GERIT] Alludere videtur ad morem Romanorum, quo conſtat in luctu foeminas ſolutis fuiſſe crinibus, ut apud antiquos Graecos tonſis. Virgil. AEn. I. 484. *Crinibus Iliades ſparſis.* Ovid. XIII. Met. 584. *Sed crine ſoluto, Sicut erat, magni genibus procumbere non eſt* &c. Juſtinus de Arſinoe lib. XXIV. 3. *Sciſſa veſte, & crinibus ſparſis.* Senec. Troad. vers. 84. *Per colla fluant Moeſta capilli teſtdo Trojae Pulvere crines.* Hygin. II. Aſtron. *Lamentantem crine ſparſo videri.* Similia legas apud German. Schol. & quem non veterum? Conſule Plutarch. Quaeſt. Rom. cap. 14. Schol. Hom. ad Iliad. Υ. 135. MUNCK.

6 COMETES] *Stella comans* Ovidio, Plinio *ſidus crinitum.* MUNCK.

7 SIVE LONGOBAS] Λογχώδης fortaſſe, a ſpecie haſtae ſeu lanceae, quales a Plinio *Acontiae* dicuntur, MICYLL. Suſpicor, *lonchotos* ſcribendum, a Graeco λόγχη, quod *lanceam* ſignificat, quia longa ſit inſtar lanceae. Micyllus *logchodes* putabat, ſimul *acontium* a Plinio vocatum oſtendit. SCHEFF. Quaſi ex *longus* eſſet factum, ut *Longinum* ex lanceario fecerunt, qui tam prodigioſè vitas Sanctorum expoſuerunt. Vide Eugeſippum. Volui antehac *lonchodes* cum Micyllo. Nunc probem magis *lonchotos* Schefferi. Λογχωτὸς eſt longus inſtar haſtae ex Gr. λόγχη. Tertull. Coron. Mil. cap. XI. *Requieſcens ſuper lonche, qua perfoſſum eſt Chriſti latus.* Niſi mavis *lonchitis*; quanquam illud de herba uſurpatur ab Apulejo. Puto eam ſignificari, quae alias *bolis* dicitur. Gloſſ. Iſidor. *Butis, ſtella cometes.* Lego, *bolis. Bolis* enim lancea Numer. cap. 33. vers. 55. U & O confundi in Gloſſis & MSS. libris notiſſimum eſt. Gloſſ. Steph. *Abdumen*, ὑπογάστριον. leg. *Abdomen.* Non diſſimiles huic ſunt ſtellae illae, quas δοκίδας Graeci, *trabes* Seneca vocat, de quibus Ariſtoteles & Apulejus in de mundo σταγματίας. MUNCK.

8 XIPHIAX] Legendum eſt *Xiphias*, ex eodem Plinio. Vide lib. II. c. 25. SCHEFF. *Xiphias* Scheff. ex Plin. lib. II. 25. ξιφοφόρῳ eſt Theoni. A Servio ad AEn. X. 272. ξίφῳ appellatur. Perperam. Scrib. ξιφίας. MUNCK.

9 LUCTUM PORTENDIT] Vetus eſt ſenarius. Οὐδὲν κομήτης, ὅτις ἐ κακὸν φέρει. Tibullus II. 15. *Hae fore dixerunt belli mala ſigna cometen.* Adde Iſidor. Orig. III. cap. 70. Claud. R. P. I. 232. MUNCK. Adde Cl. Oudendorp. ad Lucani lib. I. vs. 529. & Morellum in Theſauro Numiſmatico Tab. II. n. 49. pag. 27. Schol. ad Arati Phaenomena vs. 10. Καλῶς ὁ τὰς ἀστέρας σημεῖα εἶπε, καὶ γὰρ ὁ κομήτης ἀστὴρ ΚΟΜΗΤΗΝ ἀστέρα σημεῖον εἶναι πολέμων λέγει, ἃ ἑαυτοῦ τίκει.

## Ad CAP. CXCIII.

10 AMYMNEORUM] Legendum eſt, Amymoneorum, quomodo habetur apud Servium ad I. AEn. V. 321. ubi eadem commemorantur. SCHEFF. Ita etiam infr. cap. 252. An legendum *Amymonierum?* Servius ad AEn. I. 321. *Quidam à patre Arpalico, qui rex Amymoniorum Thraciae gentis fuit, ita nutritam dicunt.* MUNCK.

nutrivit, & crescentem armis exercuit, [1] habiturus successorem regni sui. Postmodum nec spes paternas puella decepit. [2] nam tantum bellatrix evasit, ut etiam saluti fuerit parenti. Nam revertens à Troja Neoptolemus, cum expugnaret Harpalicum, gravique eum vulnere adfecisset, illa periturum patrem inpetu facto conservavit, fugavitque hostem. Sed postea Harpalicus per seditionem civium interfectus est. Harpalice graviter tum ferens patris mortem, contulit se in sylvas: ibique vastando jumentorum stabula, tandem concursu pastorum interiit.

## CXCIV. *Arion.*

ARION [3] Methymnaeus, cum esset arte citharae potens, rex [4] Pyranthus Corinthius eum dilexit: qui cum à rege petiisset, [5] per civita-

1 HABITURUS SUCCESSOREM REGNI] Charis. Lib. 1. *Successor cum masculino genere proferatur, Car. Severus etiam foemininum extulit. Ignea nam coelo ducebat sidera Phoebo Fraternis successor equis.* Ita *auctor* foemininо genere extulit Ovid. IV. Fastor. VII. Met. 157. VIII. 108. X. 673. Justin. VII. 1. Virgil. AEn. XII. 159. Ad quem locum consulendus Servius, & Vossius Anal. Lib. 1. 27. Adde Scalig. ad Festum in *Auctor*. Ovidius: *Sponsor conjugii stat Dea picta sui.* MUNCK. Sic etiam solent Graeci. consule Schol. Sophoclis in Antigone vs. 1086. De Furiis λωβητῆρες ὑπερφρόνων. & ad Trachin. vs. 875. Κύπρις ατάλλους. Haec quum ita sint, quid ni legamus in P. Mela lib. 1. cap. 18. *Primam urbium a MYRINA CONDITORE, Myrinam vocant.* pro *Myrino*? Audiamus Schol. Apollonii Rhodii lib. 1. Argon. vs. 604. Πόλις δ' ἐστὶν ἡ Μυρίνη ἀπὸ τῆς τέλει τῆς Λήμνου. καλεῖται δὲ ἀπὸ ΜΥΡΙΝΗΣ τῆς Θεσσαλῶν γυναικὸς, Κρητὸς δὲ θυγατρός. Ab Amazonum duce Myrina dictam, & conditam refert Diodorus. Alii ab Amazonis Myrinae nomine adpellatam statuerunt. Consule Schwartz. ad Cellarii Geographiam Antiquam lib. III. cap. III. §. 70. Adde Strabon. lib. XIII. pag. 924. sed nemo meminit *Myrini* praeter Steph. Byzantinum.

2 NAM TANTUM BELLATRIX] An legendum. *Nam in tantum*? SCHEFF. Suspicatur Cl. Schefferus scriptum fuisse, *in tantum*. Certe praepositio illa non male adderetur. Solin. cap. 14. *In tantum literarum amator extitit.* MUNCK. De Harpalyce, quae ab Iphiclo, quem deperibat, spreta, moerore contabuit, unde cantilena *Harpalyce* dicta, Aristoxenus scripsit apud Athenaeum lib. XIV. cap. 3. pag. 619.

## Ad CAP. CXCIV.

3 METHYMNAEUS] Probus ad II. Georg. vs. 90. *Lesbos est insula Asiae in sinu AEgaeo, conspicua Troadi & Thraciae, à Lesbe filio Macharis appellata, in qua oppidum, quod appellatur Methymna, ex quâ Arion Citharoedus.* Adde Eustath. in Hom. Odyss. Γ. p. 120. Fuit Cyclonis filius, ut tradit AElian. Animal. XIII. 45. Caeterum insula Lesbus dicta est ita à Lesbo Lapithae filio. Urbs autem in eâ Methymna nomen accepit à Methymnâ Macarei filia, ut Diodorus narrat lib. V. p. 347. In Probo pro *Macharis* scribendum *Macaris*. Vide Steph. in Λέσβος. Alii à Lesbo urbe dictam insulam volunt. MUNCK. Eust. ad Dionys. Perieg. vs. 536. De Lesbo & Orphei capite ibi loquente agens τοῦτο δὲ ἱμυθεύθη, λέγε τὸ ἀείσειν ἐκεῖ τὴν μετὰ Ὀρφέα γενέσθαι ἄνδρας λογίους, ὧν ἦν καὶ Ἀρίων ὁ Μηθυμναῖος. A. Gellius lib. XVI. N. A. cap. 19. ex Herodoto *Vetus*, inquit, *& nobilis Ario cantator fidibus fuit. is loco & oppido Methymnaeus, terra atque insula omni Lesbius fuit.* Adde Strabon. lib. XIII. pag. 919. latius de hoc Arione egit Simsonius in Chronico A. M. 3381. Verum pater Arionis non dictus fuit *Cyclon*, sed *Cycleus*: ut docet Salmasius in Exercitat. Plinianis ad Solinum cap. 7. & Suidas in hac voce.

4 PYRANTHUS] Gellius & Herodotus Periandrum hanc vocant. MICYLL. Hic *Periander* est Gellio aliisque, & ipsi, unde habent alii, Herodoto. Nihil tamen immutandum, quando ita nomen ejus legitur & apud veterem Grammaticum in Scholiis ad Germani Arataea. SCHEFF. Periander est Herodoto lib. 1. Lucian. Dialog. Mariu.

vitatem artem ſuam inluſtrare, & [6] magnum patrimonium adquiſiſſet, conſenſerunt famuli cum nautis, ut eum interficerent. cui Apollo in quietem venit, eique dixit, ut [7] ornatu ſuo & corona decantaret, & eis ſe traderet, qui ei praeſidio veniſſent. quem cum famuli & nautae vellent interficere, [8] petit ab eis, ut ante decantaret. cum autem citharae ſonus & vox ejus audiretur, delphini [9] circa navem venerunt. quibus ille viſis, ſe praecipitavit. qui eum ſublatum adtulerunt [10] Corinthum ad regem Pyranthum. Qui cum ad terram exiſſet, cupidus viae, delphinum [11] in mare non propulit, qui ibi exanimatus eſt. Qui cum caſus ſuos Pyrantho narraſſet, juſſit Pyranthus delphinum ſepeliri, & ei monimentum fieri. Poſt paucum tempus nunciatur Pyrantho, navem Corinthum delatam tempeſtate, in qua Arion vectatus fuerat. Quos cum perduci ad ſe imperaſſet, & de Arione inquireret, dixerunt, eum obiſſe, [12] & cum ſepulturae tradi-

Marin. Gellio XVI. 19. Tzetzae Ch. I. 17. Servio ad Ecl. VIII. vs. 55. Quamobrem perſuaſiſſimum mihi eſt illud *Pirantibus* natum ex *Periandrus*, quod invenies infr. cap. 221. apud Sidon. Carm. 23. & German. Scholiaſt. Leone; ad quam formam *Euandrus*, *Theſſandrus*, *Maeandrus* dicta ſunt in hoc ſcriptore, & *Ariſtandrus* apud Varronem, aliaque apud alios, de quibus egimus in diſſertatione noſtra. Dices Pirantum etiam vocari Germanici Scholiaſtae Fab. Orionis. At ille totam hanc fabulam tantum non ad verbum ex Hygino tranſcripſit, vel certe Hyginus ex ipſo. Verum prius exiſtimo verius. Etiam Orionem peſſime vocat ille Scholiographus, qui aliis omnibus eſt Arion. MUNCK. Imo *Periandrus* in textum recipiatur. Hic fuit Cypſeli filius, de quo praeter Herodot. lib. I. cap. 20, 23, 24. Menagius ad Diogen. Laertium lib. I. §. 94. Duos fuiſſe Periandros ab AEliano, & ejus Interpretibus ad lib. XII. cap. 35. docemur.

5 PER CIVITATEM ARTEM SUAM ILLUSTRARE] Corruptum eum locum cenſeo. Servius ad Ecl. VIII. *Cum à Periandro rege petiiſſet, ut ſibi liceret peragrare alias civitates.* Schol. German. *Ut civitatem arte ſuâ illuſtraret.* Putes ſcripſiſſe Hyginum: *Cum à rege petiiſſet civitatem per artem ſuam illuſtrare.* Agnoſcis Graecam ſyntaxin, qua non uno loco hic utitur ſcriptor. Quanquam hiſtoriam, ut cum ab aliis, tum ab Anonymo in Arione diligenter expoſita eſt, ſi conſideres, malis forſan: *Ut per civitates alias artem ſuam illuſtraret.* MUNCK.

6 MAGNUM PATRIMONIUM] Juſtinus Lib. XIV. 3. *Neque fugam ſe tentaturos dicunt poſt damna patrimoniorum.* h. e. praemiorum, quae longâ militia quaeſiverant. Ita optime eum locum emendat & explicat Celeb. Graevius. Servius: *Permiſſu ejus per multa oppida, collectis beneficio cantilenae opibus, Corinthum petere coepit.* Lege, *repetere.* Ovid. II. Faſt. 195. *Inde domum repetens puppim conſcendit Arion.* Forte tamen *petere* pro *repetere* poſuit, ut *venire* pro *redire* noſter cap. 157. Vide ibi not. MUNCK. Adde de voce *patrimonium* Cl. Burm. ad Phaedr. l. IV. fab. 19. vs. 23.

7 ORNATU SUO] Citharoedico ſcilicet, quem depingit Ovid. II. Met. 165. II. Faſtorum 105. ubi hanc fabulam exequitur. MUNCK.

8 PETIT] German. Schol. *petiit.* MUNCK.

9 CIRCA NAVEM] Schol. *Circum navem.* Quod idem eſt. Vide notas ad cap. 106. MUNCK.

10 CORINTHUM AD REGEM] Taenarum cum transvexit Delphinus; unde cum deſcendiſſet, Corinthum eodem, quo cantaverat, habitu perrexit. Vide Servium, & noſtrum Aſtron. II. 17. Habes de hac fabulâ non inelegantia epigrammata Anthol. Lib. I. Sect. 4. MUNCK. Sic Delphin Melicerten jam mortuum in littus Iſthmi Corinthiaci juxta Cromyonem ejeciſſe, & poſtea Siſyphus humaviſſe dicitur a Pauſania lib. II. cap. I. p. 111. qui ideo in Neptuni templo viſitur, ſtans erectus in Delphine. pag 112.

11 IN MARE NON PROTULIT] Comeliniana *protulit*, quod non debuit. Plinius, XX. c. 17. de albuconibus. *Mago praecipit, quarto die in Salem proferendos.* SCHEFF. Scheffierus edidit: *protulit.* Commeliniana, inquit, *propulit*, quod non debuit: immo debuit, quia in Micylli editione inveniebat. MUNCK.

12 ET EUM SEPULTURAE TRADIDISSE] Puto

tradidiſſe. Quibus rex reſpondit, Craſtino die ad delphini monimentum jurabitis. Ob id factum eos cuſtodiri imperavit, atque Arionem juſſit ita ornatum, quomodo ſe praecipitaverat, in monimento delphini mane delitescere. Cum autem rex eos adduxiſſet, juſſiſſetque eos per delphini manes jurare Arionem obiiſſe, Arion de monimento prodit. Quod illi ſtupentes, qua divinitate ſervatus eſſet, obmutuerunt. quos rex juſſit ad delphini monimentum [1] crucifigi. Apollo autem propter artem citharae [2] Arionem & Delphinum in aſtris poſuit.

## CXCV.

ſcribendum, *tradidiſſe ſe.* SCHEFF. Cl. Scheffe-rus putat ſcribendum *tradidiſſe ſe.* Non valde neceſſe eſt. MUNCK.

1 Crucifigi] Schol. *Regis imperio crucifixi ſunt Crucifigere* apud melioris notae ſcriptores vix invenias. *In crucem agere* dixit Salluſt. Jug. 14. *In crucem figere* Juſtin XXI. 4. Gloſſ. Philox. *Cruciat*, σταυροῖ. Servius: *Quos cum Rex de Arione requiſiſſet, illi cum mortuum mentirentur, produci Arionem juſſit * adfigi.* Suppleo, *& inſidiatores cruci adfigi.* MUNCK. Adde Cl. Burm. ad Quinctil. lib. VII. Inſt. Orat. cap. 1. pag. 587. Supplicium hoc fuiſſe antiquiſſimis populis uſitatum ſatis quidem conſtat ex ipſo Herodoto lib. III. cap. 125. de Polycrate: λαοξόου δέ μιν ἐκ ἀξίου ἀπαγαγόντος Ὀροίτεω ἀνεσάυρωσε. & cap. 159. ὁ Δαρεῖος τὸν ἄνδρα τὸν κορυφαῖον μάλιστα ἐς Τεγεήτας ἀνεσκολόπισε. Imo ex hiſtoria Herculis & Aſboli, apud Philoſtrat. cap. XIX. Heroicon. §. 17. p. 747, 748. Sed de hoc ſupplicio ſatis egit J. Lipſius lib. I. de Cruce cap. 11. Totam vero hanc hiſtoriam refert Herodotus lib. I. cap. 23, 24, 25. ſed de Apolline Arionem monente, & poena in nautas ſtatuta nullam facit mentionem. Vide & Philoſtrat. Senior. lib. I. cap. 19. de Iconibus. Plures de Delphinibus φιλανθρώποις fabulas profert Plutarchus de Solert. Anim. T. II. pag 984, 985.

2 Arionem et Delphinum] Arionem inter aſtra relatum non invenio, de citharа res eſt nota. Quare puto ſic ſcribendum: *propter artem citharae, citharam Arionis & Delphinum.* SCHEFF. Schol. German. *Dein Jovis miſeratione dicitur Orion cum Delphino inter aſtra poſitus.* Servius: *Apollo tam Delphinum, quam Citharam inter ſidera collocavit.* Hoc convenit cum emendatione Cl. Schefferi: *Propter artem citharae Citharam Arionis & Delphinum.* Facit tamen Scholiaſtes ille, ut nihil mutare audeam. Notavit & Grotius in notis ad imagines Arateas Oriona aliis Arionа appellari. Sed perperam, judice Meurſio, Lacon. IV. cap. XI. cujus judicio nos libenter ſubſcribimus. Caeterum ut fuere, qui tam Ariadnen, quam ejus coronam καθιέρωσαν; ita forte olim nonnulli Arionem unà cum citharà ſideribus intulerunt. MUNCK.

## Ad CAP. CXCV.

3 Jovis] *Juppiter.* MICYLL.

4 In Thraciam] Atqui ille habitabat Tanagrae in Boeotiâ. Vide Anton. Liberal. cap. 25. Palaeph. cap. 8. Hom. Scholiaſt. ad Iliad. Σ. 488. Euſtath. ad Iliad. P. 200. Ariſtonicus tamen apud noſtrum Aſtron. II. 24. Thebis eum, Pindarus in inſula Chio vixiſſe produnt. Nimirum ex Boeotiâ Chium venit, ut inſulam à feris beſtiis repurgaret, ut ſcribit Theo ad Aratum pag. 81. ed. Lond. Tzetzes in Lycophron. pag. 61. Παμφανδέα πόλις Βοιωτίας, ἡ νῦν Τανάγρα καλεῖται. MUNCK. Conſule P. Leopard. lib. XIII. Emendat. cap. 22.

5 Ad Byrsum] *Hyreum.* MICYLL. Paulo poſt *Tyreum* vocat lib. II. Poet. Aſtr. c. 14. eſt *Hyreus.* Reſtiſſimum eſt *Hyrieus*, quia Graece Ὑριεύς. Vide Anton Lib. Metamor. Tzetzen, Schol. Nicandri, Ovidii Faſt. v. & alios, inprimis vero Nob. Heinſium ad illum Ovidii locum, qui jam anticipavit emendationem iſtam. SCHEFF. Quos modo laudavi auctores, ut & Ovid. v. Faſt. 535. Eratoſthenes Καταστ. cap. 23. *Hyrieum* appellant, quod vocabulum etiam heic Hygino eſſe reſtituendum pridem monuit Nob. Heinſius ad Ovid. *Hyreum* quoque notari in margine curaverat Micyllus. Reſtituendum idem Scholiaſt. German. Orion, ubi *Muſeus*, & Pleiadibus, ubi *Herus* vel *Hereus* appellatur. *Orion* eſt Servio ad AEn. I. 539. *OEnopien* ad lib. X. 763. Corruptè utrobique. De OEnopione vide noſtrum II. Aſtron. 34. Parthen. Erot. cap. 20. qui & ipſe *Hyrieum* ibi appellat, ut & ad Lyco-

## CXCV. *Orion.*

3 Jovis, Neptunus, Mercurius 4 in Thraciam 5 ad Byrſeum regem in hoſpitium venerunt: qui ab eo cum liberaliter eſſent excepti, 6 optionem ei dederunt, ſi quid peteret. Ille liberos optavit. Mercurius de tauro, 7 quem Hercules Ypſeo ei inmolarat, corium protulit. 8 Illi in eum 9 urinam fecerunt, & in terram obruerunt, unde natus eſt 10 Orion. Qui cum Dianam vellet violare, 11 ab ea eſt interfectus. Poſtea ab Jove in ſtellarum numerum eſt relatus, quam ſtellam Orionem vocant.

## CXCVI.

Lycophronem Iſacius vs. 328. MUNCK. Vide ad lib. II. Aſtron. Poet. cap. 34.

6 Optionem ei dederunt, siquid peteret. Ille optavit] Barthium video ad Stat. III. Theb. 27. ſcribendum putare *non ei dederunt. Sine muliere liberos optavit.* Sed quis locum tam audaci egere correctione dicat? Senſus vulgatae lectionis ſatis commodus: dederunt ei facultatem quidlibet pro lubitu accipiendi, ſi quid peteret. Confer ſupra Fab. CLXVI. *Tum optionem a Jove accepit*, ſiquid ab iis petiſſet, *impetraret.* ubi exſcindendam forte vocem ultimam jam diximus. WOPKENS.

7 Quem Hercules Ypseo ei immolarat] Apparet nonnihil deeſſe. MICYLL. Illud *Hercules* eſt natum a Gloſſa, qua quis pro *Ypſeo* vel *Hypſeo* alibi legi *Hyreus* notaverat. Delet itaque deleri. Deinde ſcribendum, *quem Hyrieus Deis immolarat.* SCHEFF. Lego, *quem Hyrieus ipſis.* Ovid. v. Faſtor. 515. *Ut rediit animus, cultorem pauperis agri Immolat, & magno terret in igne bovem.* Servius: *Intra corium oblati ſibi bovis urinâ facta.* Scholiaſt. Hom. Λαβόντες ἐμεγαλίσθη αὐτῆς βοὸς βύσσαν. Eadem habentur apud Palaephatum, unde totam illam fabulam tranſcripſit Scholiaſtes. Narrat eodem modo hanc fabulam German. Scholiaſtes, ut & Lactantius ad Stat. III. Theb. 27. in cujus MS. pro *OEnopionem* haberi *Orionem* notat Tilliobroga. Quod mutandum procul dubio in *Hyricum. Pelaſgum* idem nominat ad lib. VII. 256. ubi legas, *minxerunt nimina in corium bovis, quem Pelaſgus Diis immolaverat.* Confer Noſtr. Aſtron. II. 34. Haec ſcripſeram, cum incidi in Doct. Tollii notas ad Palaephatum, ubi ſummum Gronovium locum hunc ita conſtituere video: *Quem Hyrieus ipſe eis.* Optimè. Schol. Stat. *Ut tauri corium, quem eis immolaverat, terrae infoderet.* Atque ita planè etiam in margine libri ſui emendaverat Nob. Heinſius. Gaudeo tam propè à vera lectione abfuiſſe meam conjecturam. Scriverius in libro Goeſiano correxerat, *Hyrieus ei immolaverat.* Multus eſt in hac fabulâ illuſtrandâ Leopardus Emend. lib. XIII. 22. MUNCK.

8 Illi in eum] *In id.* MICYLL. Corium puto. Micyllus emendat *id* ſine cauſſa. Nam & Plautus in Poenulo: *Tres facile corios contrivisti bubulos.* Quanquam & hoc inter plebeja debeat referri. SCHEFF.

9 Urinam fecerunt] *Facere* eſt excernere. Ita *ſanguinem facere*, *ventrem facere* dixiſſe Plinium Valer. lib. II. obſervat Barthius. Addo illis locum Scholiaſtae Juvenal. ad Sat. VI. 308. *Apud pudicitiam concumbunt, & urinam faciunt.* MUNCK.

10 Orion] Ovidius. *Quem Hyrieus, quia ſic genitus, vocat Oriona: Perdidit antiquum littera prima ſonum.* Noſter Aſtron. II. 34. *Quem Hyreus è facto Uriona nomine appellavit; ſed vetuſtate & conſuetudine factum, ut Orion vocaretur.* Etiam καὶ Παλαίφατος prius fuit *Urion* dictus, ἴσως καὶ ἀφ' ὁμοιότητος Ὠρίων. Servium nunc audiamus: *Cui nomen ab urina impoſitum, ut Ὠρίων diceretur. quod Dorica lingua mutatum eſt, ut ω diphthongus in ο verteretur.* Iſidorus Orig. lib. III. 70. *Dictus Orion ab urinâ, id eſt, inundatione aquarum. Tempore enim hyemis obortus mare & terras aquis & tempeſtatibus turbat.* Lactantius ad Stat. VII. 237. Thebaid. *Ex urinâ nomen accepit. Υ̓͂ρον enim Graecè urina dicitur.* Caeterum ſecundum Heſiodum ex *Brylle* Minois & Neptuno natus Orion, ut ad Arat. p. 140. Ed. Valder. notavit Theo. Sed corruptum eum locum puto, & legendum, *Euryale* ex Hygin. Aſtron. II. 34. & Μιδόκη ex eodem. MUNCK. Dictus a Poetis etiam *Oarion.* Vide Inl. Spanh. ad Callim. H. Dian. vs. 265 Ingenti fuit magnitudine. Theo ad Aratum pag. 71.

11 Ab ea] Ab ſcorpione, quem prodire è terra ipſa fecerat, periiſſe Palaephatus, & Homeri, Germanici, Arati, ac Statii Scholiaſtae tradunt. Confer noſtrum Aſtron. II. 26. & 34.

## CXCVI. *Pan.*

Dii in AEgypto cum Typhonis inmanitatem metuerent, Pan [1] juſſit eos, ut in feras beſtias ſe converterent, quo facilius eum deciperent, quem [2] Jovis poſtea fulmine interfecit. Pan deorum voluntate, quod ejus monitu vim Typhonis evitarant, in aſtrorum numerum relatus: & quod ſe [3] in capram eo tempore converterat, inde

Cum Hygino facit Horatius lib. III. od. 4. Schol. *Orion venator fuit, qui ſtuprare conatus Dianam, ejus ſagittis occiſus eſt.* MUNCK. A Scorpione *Orionem* interfectum docet etiam Schol. Euripidis in Hecuba. vs. 1088. p. m. 98. B. In qua ſententia eſt etiam Servius ad I. AEn. vs. 535. Adde Nicandrum ab inl. Spanhemio d. l. citatum, quem velim conſulas. Ita narrat Theo ad Aratum pag. 70. Ὁ Ὠρίων, ὃς κυνηγετῶν περὶ Χίον, τὴν Ἀρτέμιδι ἐθέσατο, καὶ τὴν πίστιν αὐτῆς ἐλάσειε. ἐν ᾧ δυμωθῆσα παρανὺξ σκορπίον ἐκ τῆς γῆς ἀπέδειξεν, ὑφ' ἑνὶ ἐπαλύξαι ὁ Ὠρίων. Adde Eratoſthenem cap. VII. Cataſter. Alias necis cauſſas profert Apollodorus lib. I. pag. m. 15. Ὁ δὲ Ὠρίων, ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσιν, ἀνῄρθη, διοτεύσειν Ἀρτέμιδι ἀποκαλύψαντα, ὡς δέ τινες, βιάζεσθαι Ὠρίωνα μίαν τῶν ἐξ Ὑπερβορέων παρθένων, ὑπ' Ἀρτέμιδος ἀπεκτάνθη.

## Ad CAP. CXCVI.

1 Jussit eos, ut] Apulejus Floridis: *AEgrum jubet, ut bono animo ſit.* Auſonius Ludo: *Rectè olim ineptum Delphicus juſſit Deus, Quaerentem, quiſnam primus ſapientum foret, ut in orbe tereti nomina eorum inſcriberet.* Ita legit Scaliger Animad. lib. II. cap. 2. Immerito ergo reprehendit Caſaubonum Scioppius (cui nollem in de Conſtruct. cap. 36. acceſſiſſet Voſſius) quod ſcripſerit, *juſſit me rex, ut tibi ſignificarem.* Quintil. nepos Declam. I. *Quid imprecer homini, qui primus fecit, ut pietate juvaremur.* Corrigit vir ſummus, *pietatem juberemus.* Puto rectius eſſe, *pietatem juberemur.* Sequitur enim paulo inferius: *Quanquam & huic jubetur neceſſitati pietas veſtra ſuccurrere.* & Declam. III. *Ferres dicentem juſſit me tribunus?* XVII. *Ne mihi animum pereundi vel hoc faceret, quod putabam me juberi.* Pſeudo Cyprian. de Sing. Cleric. *Qui ergo nos juſſit, ut in ſacris ſuis cum foeminis triumphemus.* Martial. lib. IX. 66. *Sed tu juſſiſſes Euryſthea.* Quod fruſtra unicum hujus conſtructionis eſſe exemplum affirmat, & propterea τὸ *Euryſthea* in *Euryſtheo* mutat vir magnus. Petron. Fragm. Trag. *AEdificas monumentum, quemadmodum te juſſi?* Immerito etiam in ſcriptis Lipſii *ut quid*, pro *quamobrem.* Symm. lib. III. 41. epiſt. *Ut quid multa?* Hieron. vitâ Hilarionis, *Ut quid intrarem in eum?* & Epitaph. Paulae: *Exurge, ut quid dormis domine?* Auguſtin. C. D. VII. 22. *Ut quid illi adjuncta eſt & Venilia?* Cyprian. Tract. II. *Ut quid exponis juſtificationes tuas?* Martial. lib. XI. 75. *Ut quid, oro, Non ſit cum citharoedus aut choraules?* Ipſum Ciceronem eâ loquendi formulâ uſum exiſtimat Pareus, cum ſcripſit ad Atticum lib. VIII. *Depugna, inquis, potius, quam ut ſervias. ut quid? Si victus eris, proſcribare, ſi viceris, tamen ſervias.* Ut non neſcio locum aliter poſſe explicari, ita perſuaſiſſimum habeo helleniſmum reſipere iſtam phraſin. Gloſſ. Steph. *Ut quid, ἵνα τί.* Joſ. VII. 7. Ἵνα τί διεπέρασεν ὁ παῖς σε τὸν λαὸν τοῦτον τοῦ Ἰορδάνου; Crebro ita cum ſacri ſcriptores, tum & Plato. Imo nec ipſe Virgilius hunc Graeciſmum refugit in Ciri: *Ut quid ego amens* &c. Vid. pag. 183. Potiori forſan jure in Voſſii commentariis de Vitiis Sermonis culpat *mutuo ſumere* pro *mutuari.* MS. tamen liber Biblioth. Leid. in Catil. Salluſtii: *Pecuniam ſuâ aut aliorum fide mutuo ſumptam.* Juſtin. Lib. XVII. 2. *Ab Antigono naves ad exercitum in Italiam deportandum mutuo petit.* Sed Juſtinus non ſatis idoneus auctor Latinitatis. Vapulet ergo Scioppius, quod ejus auctoritate contra Voſſium ipſe utatur. *Mutuo accipere pecuniam* dixit Schol. Juv. ad vers. 46. Sat. XI. Niſi alienum eſſet ab inſtituto noſtro, complura poſſem proferre, in quibus nimis acrem inſtituit cenſuram ille Claraevallenſis. Tanquam in illo Scaligeri, *aures erroribus perſonantur.* cum tamen Virgil. dixerit AEn. V. *Dum perſonat aequora concha.* Ovid. III. Triſt. *Scythico circumſonor ore.* Et in iſto Caſauboni, *omnes mortales omnium aevorum.* cum apud Ovidium legamus III. Pont. *Nulli datus omnibus aevis.* *Attaminare* citius inventurum aliquem in ſemidocti alicujus Grammatici Gloſſario autumat, quam apud claſſicum auctorem. Juſtinus tamen ab eo non abhorruit. Lib. XXI. 3. nec illi, quos laudat Caſaub. ad Capitolin. p. 432. Quibus addo Tertull. Coron. Mil. cap. ult. *Relinque Deo rem ſuam*

de AEgocerus eſt dictus, quem nos Capricornum dicimus.

## CXCVII. *Venus.*

In Euphratem flumen de coelo ovum [4] mira magnitudine ſcecidiſſe dicitur, [5] quem piſces ad ripam evolverunt: [6] ſuper quod columbae conſederunt, [7] & excalfactum excluſiſſe Venerem, quae poſtea dea Syria

*ſuam inattaminatam.* Turpem & faedam vocem putat *defaedat*, licet Cicero ipſe dixerit ad Atticum IX. *Defaedam moram.* MUNCK. *Jubeo te, ut faciat* ne imiteris Lector. Dicitur *jubeo te facere.* Quam locutionem etiam Julio Paullo Jcto, & Juſtiniano reſtitutam vult ſummus Gronovius ad Livium lib. XXVII. cap. 24. & contra Munckerum defendit Celeb. P. Burmannus ad Ovidium lib. VIII. Met. vs. 752. Cui adde Oudendorpium optime de J. Caeſare meritum ad lib. III. de B. Civili cap. 98. De verbo *finere*, eodem fere modo adhibito diſputat Celeb. P. Burm. ad Virgilii IV. Georgic. vs. 7. qui & de verbo *jubere* videndus ad I. AEn. vs. 3. Quod ſi ſubjunctivus modus ſequatur, *jubeo* abſolute poni ſolet a probatis auctoribus. Conſule Eundem ad Hirtium de B. Alexandrino cap. 73. & ſenſus ſatis, ut opinor, hic eſſet clarus & apertus, ſi legeres *Pan juſſit, ut in feras beſtias ſe converterent.*

2 Jovis] *Jupiter.* MICYLL.

3 In capram] Narrant hanc fabulam inter alios Eratoſthenes καταστ. cap. 27. Ampelius cap. 2. Sed corruptè pro *Typhone* exhibet *Pythonem.* Anton. Liberal. cap. 28. Theo ad Aratum pag. 156. ed. Valder. Noſter Aſtron. II. 28. Caeterum ex hac deorum transformatione in beſtias ortum earum cultum apud AEgyptios obſervat Euſebius Praep. Euang. p. 31. Ed. Steph. Addit Pignorius in Menſa Iſiaca cultos ab illis arietem, piſces, hircum, Apin, quod hujusmodi ſigna in coelo primi obſervaſſent. Vide ipſum pag. 6. MUNCK. Conſule Farnab. & Celeb. P. Burm. ad Ovid. V. Met. 321. Oſirim, ſive Solem, & Iſin, ſive Lunam ab AEgyptiis imagine ſcarabei, draconis, & accipitris fuiſſe expreſſos ac cultos docent Manethus & Hecataeus apud Diogenem Laertium Prooem. Segm. 10. Sed de hac hujus transformationis fabula, nequaquam credendâ, diſputat Plutarchus in Iſide & Oſir. Tom. II. pag. 379, 380. Aſinos ex hac fabula AEgyptiis inviſos eſſe idem docet in Conviv. VII. Sap. pag. 150.

## Ad CAP. CXCVII.

4 Mira magnitudine] Barthius in Mſ. ſuo ait *mira propertione* legi. Si ſic legit Barthius, ut ait, crederem id Gloſſatoris eſſe, non Hygini. SCHEFF.

5 Quem piſces] *Quod.* MICYLL. Micyllus, *quod piſces.* Barthius ex ſuo Mſ. *cum id piſces.* Nimis in multis abit, ut putes, divinatoris, non codicis alicujus eſſe lectiones. Mallem ego, *quum piſces.* SCHEFF. Micyllus, *quod piſces.* Barthius ex MS. *cum id piſces.* Schefferus *cum piſces.* MUNCK.

6 Super quod columbae] Barthius iterum ex libro ſuo, ſicut ait: *ſuper columbae quod*, unde ipſe facit: *ſuper columbae quaedam.* Nil me movet codex Barthii, quod jam monui aliquoties. Scribo. *cecidiſſe dicitur, quum piſces ad ripam evolverunt, ſuperque & columbae conſederunt, excalefactum excluſiſſe Venerem.* Male in omnibus poſt *excluſiſſe* poſitum eſt comma, voci *Venerem* poſtponendum. SCHEFF. Barthius, *ſuper columbae quaedam ſederunt*, quod in MS. ſuo invenirat, *ſuper columbae quod conſederunt.* Schefferus, *ſuperque & columbae conſederunt.* Mallem, *ſuperque id.* MUNCK.

7 Et excalfactam excluſisse] Barth. & *excalfactum excluſit.* Schefferus totum locum ita conſtituit: *Cecidiſſe dicitur, quum piſces ad ripam evolverunt, ſuperque & columbae conſederunt, excalfactum excluſiſſe Venerem* Dilucidior erit ſententia, ſi ita ſcribas: *Cecidiſſe dicitur, & quum piſces ad ripam evolverunt, ſuperque id columbae conſederunt, excalfactum excluſiſſe* &c. Atqui non ab ovis pulli, ſed avibus incubantibus excludi ab aliis dicuntur. An ſcripſit ergo? *Dicitur, quum piſces ad ripam evolverunt, ſuperque id columbae conſederunt, & excalfacto eo excluſerunt Venerem.* Schol. German. Piſcibus: *Quod volventes ejecerunt in terram, atque ita columbam injeciſſe, & poſt aliquot dies excluſiſſe eam Syriae, quae vocatur Venus.* Lege *Deam Syriam*, ut video jam ante nos emendaſſe Rutgerſ. Var. lect. lib. III. Grotius legit, *Deam Syriae.* ad Imag. Arat. pag. 12. Ampelius cap. 2. *Dicitur & in Eufrate fluvio o-*

*vum*

Syria eſt adpellata, [1] & juſtitia & probitate cum caeteros exſuperaſſet, [2] & ab Jove optione data, piſces, in aſtrorum numerum relati ſunt: & ob id Syri piſces [3] & columbas ex deorum numero habent, non edunt.

## CXCVIII. *Niſus.*

Nisus Martis filius, ſive ut alii dicunt, [4] Deionis filius, rex Megarenſium, in capite crinem purpureum habuiſſe dicitur. Cui reſponſum fuit, tam diu eum regnaturum, quam diu eum crinem cuſtodiſſet.

*vum piſcis in ord fluminis columba aſſediſſe* (leg. *inſediſſe*) *dies plurimos, & excluſiſſe Deam benignam & miſericordem hominibus ad bonam vitam.* Lucis non parum huic fabulae afferunt, quae ad lib. I. de Veritate Rel. Chriſt. annotavit Hugo Grotius. MUNCK. Vide de hac Dea piſcium abſtinentia culta Grotium ad Imagin. pag. 52. & Interpr. ad Ovid. IV. Met. 45.

1 Et justitia] Barthius iterum ex Mſ. ſuo: *Haec juſtitia.* Mallem: *Ea & juſtitia.* Illud *ea* periit per ſimilitudinem litterarum proxime praecedentium in fine vocis *appellata.* SCHEFF. Barth. ex MS. *Haec juſtitia.* Schefferus, *ea & juſtitia.* Quod non ſapit Hygini ſtylum, qui non ſolet uti polyſyndetis. Niſi ſatis placet Barthiana correctio, legere poſſis, *ea juſtitia* &c. MUNCK.

2 Et ab Jove] Hic contrarium ſuperiori accidit. Nam *&* deleri debet. SCHEFF. Τὸ *&* delet Schefferus. Malim mutare in *ei.* Schol. German. *Rogata à Jove, quod ſibi optatum tribui poſtularet, illa ait, ut piſces, qui ſuam originem ſervaſſent, immortali praemio afficerentur.* MUNCK.

3 Et columbas ex Deorum numero] Similitudo litterarum oſcitantem librarium decepit ſaepe, ut adderet vel demeret, quod non debebat. Hic detraxit *quas*; legendum enim, *& columbas, quas ex.* SCHEFF. Schefferus legit: *Columbas, quas ex Deorum numero.* Atque ita quoque hunc locum adducit Cl. Ouzelius ad Minutium Felic. p. 278. Malim tamen, *quas.* Nam & piſces Diis annumerant. Quanquam nihil opus eſt τὸ *quas* inſerere, ſi *non* mutes in *nec.* Vide hac de re Clement. Protrept. pag. 25. edit. Morell. Athen. II. 41. Phornutum cap. περὶ θ Ῥέας. Diodor. Lib. II. pag. 92. Theon. ad Aratum pag. 131. Scalig. ad Manil. pag. 343. Owen. Theol. Moſaic. lib. V. 8. Athenag. Legat. pro Chriſt. p. 33. Nonni de Re Cib. lib. III. cap. 2. MUNCK. AEgyptii, ſacrifici inprimis, Syri, Graeci, ſacerdotes Matris Deûm piſcibus abſtinuiſſe dicuntur variis de cauſſis. De quibus videndi Athenaeus lib. VIII. cap. 8. pag. 346. 346. Plut. de Iſide & Oſiride Tom. II. pag. 363. (qui de 24. diis ex Ovo prognatis juxta quoſdam pag. 370. diſputat.) & lib. VIII. Sympoſ. Quaeſt. 8. p. 730. Neapolis & Burm. ad Ovid. II. Faſt. 473. 474. S. Bochart. lib. I. cap. 6. pag. 44. De Cetis & Cetaceis. De Columbis, quas Syri adorant, St. le Moyne de Melanophoris ad G. Cuperum pag. 281. & Broukh. ad Tibull. I. VIII. 18.

## Ad CAP. CXCVIII.

4 Deionis filius] Meurſius in regno Attico p. m. 152. *Pandionis* oſtendit legendum. SCHEFF. Meurſius, ut notavit Cl. Schefferus, in Regno Attico corrigit, *Pandionis.* Etſi rationes ejus, quod liber ille ad manum mihi nunc non ſit, examinare non poſſum, non dubito tamen, quin verè corrigat. Vide Strab. lib. IX. pag. 454. edit. Xyl. Schol. Theocriti ad Eid. XII. 27. Eurip. ad Hippol. vers. 35. & 1200. Venerat eadem emendatio in mentem Lindenbrogio ad Catal. p. 292. MUNCK. Hyginus fab. CCXLII. dicit Niſum, fatali crine amiſſo, ſeſe interfeciſſe, quum Pauſan. lib. I. cap. 19. p. 45. a Minoe interfectum, & ab Athenienſibus ſepultum Athenis pone Lyceum tradat. Apollodorus lib. III. p. m. 253. Ἀπιέναι δὲ τὸ Νίσον ἀφ' ὑγιαπὶς σεσῶσίαι. ἔχοιλι δ' αὐτὸ πορφυρίαν τὸ μέσον τῇ κιφαλῇ τρίχα, τάυτης ἀφαιρεθείσης τελευτᾷ, ἡ δ' θυγάτηρ αὐτῶ Σκύλλα ἐγκαθῆσα Μίνῳ, ἐξέλι τὸν τρίχα.

5 Veneris impulsu] Virgil. non Venere, ſed Junone iratâ, hoc Scyllae acciditſe ſcribit. MUNCK.

6 Fatalem crinem] Χρυσῆν πλόκαμον appellant Lucianus & Euripidis Scholiaſtes. Lactantius Argum. Lib. VIII. Met. Ovid. *Crinem purpureum*

set. Quem Minos Jovis filius obpugnatum cum veniſſet, à Scylla Niſi filia, [5] Veneris inpulſu, eſt amatus. quem ut victorem faceret, patri dormienti [6] fatalem crinem praecidit. Itaque Niſus victus à Minoe eſt. Cum autem Minos Cretam rediret, eum ex fide data rogavit, ut ſecum aveheret. Ille negavit, Creten ſanctiſſimam tantum ſcelus recepturam. illa ſe in mare praecipitavit, [7] ne perſequeretur. Niſus autem dum filiam perſequitur, [8] in avem haliaeeton, id eſt, aquilam marinam converſus eſt, Scylla filia [9] in piſcem, Cirim quem vocant. hodieque, ſi quando ea avis eum piſcem natantem conſpexerit, mittit ſe in aquam, raptumque unguibus dilaniat.

## CXCIX.

*purpureum abſcidit genitori dormienti; quo facto patriae continebantur.* Noſter cap. 242. *Niſus Martis filius, crine fatali amiſſo, ipſe ſe interfecit.* Ovid. Lib. VIII. 85. *Fatali nata parentem Crine ſuum ſpoliat.* Similem hiſtoriam de Comaethone Pterelai filiâ habes apud Apollod. lib. II. pag. 81. & Tzetzen in Lycophron. pag. 134. MUNCK. Conſule Celeb. J. Broukh. ad Tibull. lib. I. El. IV. vs. 57. *purpureum* ac *fatalem crinem* vocat Lactant. ad Statii I. Thebaid. 332. Sic Pterelaus Taphii filius a Neptuno in capite acceperat χρυσῆν τρίχα, quem crinem quamdiu ſervaſſet, fuiſſet invictus ac indomitus Pterelaus. Conſule Tzetzen ad Lycophron. vs. 934. Eadem Apollodorus lib. II. p. 97. refert, ſed ibi e Tzetze pro ΑΘΑΝΑΤΟΝ ἐκείνῃ Ποσειδῶν lege ΑΗΤΤΗΤΟΝ. Quem crinem ei etiam praecidit filia Comaetho. Vide cetera pag. 101.

7 NE PERSEQUERETUR] Hoc *perſequeretur* Barthius paſſive putat poſitum, & probat. Mihi, ut hoc concedatur, deeſſe nihilominus videtur quidpiam. Sane nihil occurrit, quod oſtenderet, cur ſe tandem praecipitarit. Scribo igitur: *praecipitavit, ne pater perſequeretur.* Illud *pater* compendioſe ſcriptum fuit litteris tribus *per* cum lineola in vertice. cumque recurreret in *perſequeretur*, librarius indoctus ut ſuperfluum rejecit. SCHEFF. Barthius καθαλῶς accipit, ut apud Optatum: *Quem à nobis perſequutum eſſe aut dicere poſſis, aut probare?* Et ſic quoque German. Scholiaſt. Pleiad. *Quidam à ſole perſequutum arbitrantur.* Vincentius Lirinenſis: *Quem tanto ſacerdotum ſtudio proſequutum videret.* Nimirum quod activa olim erant, quae nunc deponentia ſunt, hinc paſſivè iſta ſaepe uſurpari etiam ab optimis videas. Salluſt. Jug. cap. 31. *Quicquid ſine ſanguine civium ulciſci nequitur.* Cap. 25. *Ab iiſdem illis regis fautoribus ſummâ ope eruſum.* Omitto prudens ſexcenta alia. Cl. Schefferus emendat, *ne pater perſequeretur.* Quid ſi legas? *ut perſequeretur.* videl. Minoem. Ovid. VIII. vers. 142. *Inſilit undis, Conſequitur ratem, faciente cupidine vires.* MUNCK.

8 IN AVEM HALIETON] Scribe *haliaeton* vel *haliaeeton.* Corruptus Lactantius in quibuſdam editionibus: *Patre jam in avem transfigurato, quam Graeci alieton dicunt. Aquilam piſcarien* appellat Servius in Eclog. VI. vs. 74. Leg. *piſcariam*, vel *piſcatoriam* potius. *Avem* ſanè *piſcatoriam* vocat Lactant. Argum. Lib. VIII. fab. 1. Ovidius: *Et modo factus erat ſulvis haliaeetos alis.* Inter accipitres recenſetur in epiſtola, quae Symmacho & Theodotioni inſcribitur. Scaliger ad Catal. pag. 83. *Haliaeetus Virgilii eſt Falco noſter.* At Falco accipiter magis, quam aquila videtur eſſe. Aquilam tamen facit Virgilius haliaeetum. *Facit & in terris haliaeetus ales ut eſſet: Quippe aquilis ſemper gaudet Deus ille cruentis.* Schol. Homer. ad Iliad. pag. 674. Αἰτὸς. Ὄρνις δορυφόρος τοῦ Διὸς ἐπὶ τὴν ἁρπαγὴν, καὶ ἱέραξ. Φασὶ γὰρ Ἀλεξανδρεῖς ὡς ἄρτι τὰς πτέρυγας ἐκβὰς τοῦ ἅλιος ἀναγκάζων βλέπειν, καὶ ὁ δυνάμενος ἁρπάζειν, ὃ αἰτὸς ἐστι ἅλιος. ὁ ὁ μὲν, ἁλιαίετος, καὶ γέγονεν ἁλιαιετός. Leg. ἁλιαιετῶ. & δορυφόρος pro δορυφός. Id quod Scholiaſtes ille ipſe vult, quem ſcripſiſſe deprehendo ad vers. 638. Iliad Π. Φοίβωνι) δορυφόρος, ἱέρης, ἱμαντοφόρῳ. Conſer Plin. lib. X. cap. 3. & quae dixi ad Lactant. lib. VII. fab. 20. &c. MUNCK Adde J. N. Loenſem lib. VIII. Epiphyll. cap. 26. ubi Typothetarum vitio *Ariſtoteles in Avib.* legitur pro *Ariſtophanes in Avib.* ſunt enim verba Ariſtophanis in Avibus vs. 892. ἁλιαίτους καὶ γῦπας jungentis, & ejus Scholiaſtae ſcribentis Ἐκ- ἀλιαίετος ὁ Θαλάσσης ἀρπακτικός. Reſcripſi *haliaeeton.*

9 IN PISCEM CIRIM] Hoc mire exagitat Reineſius, quia repugnat omnium aliorum rationibus, qui avem factam dicunt. Quaſi noſter nihil habeat, niſi quod reperiatur apud alios, aut quaſi nos habeamus omnes, qui de his tradiderunt apud veteres. Vide, quae in diſſer-

## CXCIX. *Scylla altera.*

SCYLLA [1] Crataeidis fluminis filia, virgo formosissima dicitur fuisse. Hanc [2] Glaucus amavit, Glaucum autem Circe Solis filia. Scylla

sertatione nostra super Hyginum de hoc loco diximus. SCHEFF. Avem eam Ovidius & Virgilius faciunt. Glossae Stephani *Circum* appellant. *Circum, ἱέρακα. ἔστι δὲ ἄρπαν μιλησιστὶ τὸ Σκύλλης τὸ πρὸς Μεγαρίων.* Vulcanius emendat: *Τῆς Νίσου βασιλίως.* Malim legi, *Νίσου δὲ Μεγαρίως* vel *Μεγαρίων*, ut subaudiatur *βασιλίως*, quemadmodum apud AElian. *ποικ. ἱστ.* XIII. 18. *Διονύσιος ὁ τὰ Σικελίας.* Tzetzes in Lycophron. pag. 95. *Μιξίπυρος, τὰ Σκύλλης, ἥτις καὶ ἐμὴ θυγάτηρ Νίσου δὲ Μεγάλου.* Leg. *Μεγαρίως.* Sed Scaliger, ut deprehendi postmodum, ad Catal. p. 83. *Τῆς Νίσου Μεγαρίως.* Confundit interim Scyllas, quo nihil apud Mythologos & Poëtas frequentius. *Circus* est Graecanica vox. *Κίρκοι* enim *αἰτοὶ* Graecis. Etym. magnum accipitrem esse vult. *Πίλεται*, inquit, *ὃ κίρκος εἶδος ἱέρακος.* Illis, quae pro Hygino adduxit Cl. Schefferus, addo illa ex Etymologicographo: *Κίρις ὁ ἰχθύς. ἐπειδὴ κίρρις ἐστὶ τὸ χρῶμα. Κιρὶς ὁ, ἀλλὰ δὲ ἡ ψιλῶ. Κίρρις, εἶδος ἱέρακος. ὑμοίως ὁ λέγει παρὰ Κυπρίοις Κίρρις ὁ Ἄδωνις.* Accedit huc, quod pisces captare solenne est haliaeeto: qua de re videndus Plinius Lib. x. 3. MUNCK. In avem mutatam Scyllam docuit Parthenius, qui Metamorphoses scripsisse dicitur. Vide Eust. ad Dionys. Perieg. vs. 420. (ubi plura sunt videnda, & apud Servium ad Ecl. VI. vs. 74. Item Meursium de Creta lib. III. cap. 3.) Servius ad VI. AEn. vs. 286. haec adnotat: *Scylla ejusdem Nisi filia, quae patri suo abscissam comam purpuream Minoi obtulit contra patrem pugnanti, & inde in avem conversa est.* Sed consule, Lector, Celeb. J. Perizon. Animadv. Historic. cap. IX. pag. 401, 402. Fabulam de Scylla in avem mutata tacitus explicat Pausanias, qui lib. II. cap. 34. pag. 192. non, ut Hyginus noster, Scyllam sese in mare dedisse praecipitem, sed a Cretensibus, Minoe jubente, e navi esse ejectam, *Σκυλλαῖον λόγῳ τὸ Νίσου καλυμένην θυγατέρα, ὡς δὲ καὶ τὴν Νισαίαν ὁ Μίνως ἐς τὰ Μέγαρα ἐλαύνει, ἐκείνης ἐρασθέντος, ὅτι γυναῖκα ἔχειν αὐτὴν ἐλέγετο, καὶ προστάξαι τοῖς Κρησὶν ἐκβάλλειν τὴν κόρην, λαβεῖν δὲ αὐτὴν ἐς τὴν ἄκραν τάυτην ὁ κλύδων, τάφον δὲ οὐ λαμφάνουσιν αὐτῆς, ἀλλὰ τελευτῆσαι τὴν κόρην φασι, ἀλλοφορηθῆναι ὑπὸ ΤΩΝ ἘΚ ΘΑΛΑΣΣΗΣ ὈΡΝΙΘΩΝ.*

## Ad CAP. CXCIX.

1 CRATETIS FLUMINIS] Alii, inter quos etiam Homerus est, Scyllam a matre Crataeida vocant. MICYLL. Vix puto ista esse integra, vel recte scripta. Pro *Cratetis* in vetustioribus est *Cateris*. Censeo scribendum *Cretheidos*. nam *Cretheis* mater ejus apud Servium ad Eclog. VI. vs. 74. At vero ita nomen patris deerit, quod noster alias non omittit. Itaque puto locum totum sic constituendum: *Scylla, Phorci & Cretheidos filia*: Illud *fluminis* omitto, quia malunt Nymphas appellare cum alii, tum noster. Et sic facit de Cretheide Servius. Denique hoc glossatoris ingenium sapit. SCHEFF. Servio ad Ecl. VI. est *Cretheidos nymphae filia*. Ad AEn. autem III. 420. *Scylla Phorci & Cretidis Nymphae filia fuit.* Scribo tum heic, tum apud Servium *Crataeidis*, vel *Crataeis*, ut inflexione Latinâ usus sit in vocabulo Graeco: quod non esse insolens sequioris aevi scriptoribus alibi ostendimus. Quanquam vir illustris ad Catal. pag. 50. *τὸ Cretheidos* non sustinuit mutare: *Alii*, inquit, *Crataein dicunt matrem Scyllae, alii Persean, alii Lamiam, alii Cretheida, alii Ecaten.* Nisi de *Cretheide*, quae ex *τῆς Cretaeis* nata, verum est de caeteris. Non debebant ergo mutari ab illo versus illi: *Ipsi seu Lamiae mater* &c. Schol. Apollon. ad Lib. IV. 828. *Ἀκεσίλαος Φέρεκυδος καὶ Ἑκάτης τὴν Σκύλλαν λέγει.* (Atque ita quoque Hom. Schol. ad Iliad. M. 85.) *Ὅμηρος δὲ τὴν Σκύλλαν μητέρα Κρατηΐδα καλεῖ.* Secutus ergo Homerum Ovidius XIII. Met. 745. *Nereis bis contra resecuta Crataeide natam.* Sed illo *fluminis* quid faciemus? A glossa esse censet Cl. Schefferus. Mihi videtur corruptum ex *Phorcynis*, & transpositum. Lego itaque *Phorcynis & Crataeidis filia*. Apollonius: *Σκύλλης Ἀνσσείης ὀλοόφρονος, ἣν τίκε Φόρκυι Νυκτιπόλος δ' Ἑκάτη τὴν τε καλέουσι Κρατηΐδα.* Gloss. MSS. in I. Georg. de duabus Scyllis: *Una Forci & Cretide filia fuit.* Scribe, *Crataeidae.* Lactant. Argum. lib. XIII. fab. 9. Met. Ovid. *Ut Scyllam Phorci & nymphae Gratheidis eadem mari versantem consexit.* Lege, *Crataeidis.* Quin veri haec speciem aliquam aequè tibi, ac mihi, habere videantur, nullus dubito. Nihil tamen mutandum, nisi *τὸ Cratetis* in *Crataeidis*. Capella lib. VI. pag. 205. *Scyllaeum oppidum cum Crataeide flumine, quae Scyllae mater fuit.*

la autem cum adſueta eſſet in mari [3] lavari, Circe Solis filia [4] propter zelum, medicamentis aquam inquinavit. quo Scylla cum deſcendiſſet, ab inguinibus ejus [5] canes ſunt nati, [6] atque ferox facta, quae injurias ſuas exſecuta eſt. nam Ulyſſem [7] praenavigantem ſociis ſpoliavit. CC.

*fuit.* Ita ex MS. reſtituit Grotius. Solinus cap. VIII. *Cum Scyllaeo oppido & Crataeide flumine Scyllae matre.* Quo loco vulgo *Cratbide* legunt. Caeterum alios heic rurſus auctores ſecutus Hyginus, ac cap. 151. vel in Genealogiâ, ubi Typhonis & Echidnae facit filiam Scyllam. Ita ego commentabar. Sed Nob. Heinſii Not. in Met. Ovid. p. 352. ſi inſpexiſſem, potuiſſem ſupersedere labore iſto. MUNCK. Lege *Crataeidis.* Conſule J. Nic. Loenſem lib. VIII. Epiphyll. cap. 24. & Celeb. Burm. ad Ovidii XIII. Met. 749.

2 GLAUCUS] Hic Polybi filius fuit, qui factus eſt Θαλάσσιος δαίμων, de quo Schol. Apollon. ad lib. I. 1310, Tzetzes ad Lycophron. pag. 107. Euſtath. ad Hom. Iliad. pag. 205. ed. Baſil. Palaephatus cap. 28. Anthedonis filius eſt Fulgentio lib. II. cap. 12. An perperam? Fuit Ἀνθηδόνιος τὸ γένος, non filius Anthedonis aliis. Sed cum Fulgentio faciunt Gloſſ. MSS. in Lib. I. Georg. & Lactant. Argum. lib. XIII. Met. fab. 9. Adde quae notamus ad Fulgentium. MUNCK Lactant. ad Statii VII. Theb. 335. de civitate Boeotiae Anthedone fuiſſe hunc Glaucum docet, & plura de eo refert, ut & ad vs. 337. & ad IX. Theb. 325. item Philoſtratus lib. II. Iconum cap. 15. inter alia notat de hoc Glauco εἰκάσαι ἔστι ποτὲ λέγεται τὴν ἀρχαίαν ΑΝΘΗΔΟΝΑ. Conſule & P. Leopardum lib. XI. Emendat. cap. 25. Ante Fulgentium Mnaſeas in lib. III. Europaeorum adfirmat hunc Glaucum ex Anthedone & Alcyone eſſe natum. Haec & plura de variis circa Glauci parentes opinionibus docebit Athenaeus lib. VII. cap. 12. pag. 296, 297. Ubi & de ejus & Scyllae amoribus agitur. Fuit praeter Glaucos ab Hygino memoratos etiam Glaucus Epicydis filius Spartanorum rex. Pauſan. lib. II. cap. 18. p. 149.

3 LAVARI] Etſi contra Varronis regulam, ex uſu tamen magis locupletum ſcriptorum eſſet *lavare.* Vid. Ter. Eun. III. 5. 47. Plaut. Truc. II. 3. Petron. Fragment. Trag. cum Hygino pag. 13. edit. Corn. *Et ego*, inquit, *non quotidie lavor.* Pag. 45. *Quibus lavari jam coeperat votum eſſe.* Plin. III. epiſt. 14. *Lavabatur in villâ Formiana.* Nec refugit Celſus lib. I. cap. 3. Imo nec Tullius ipſe lib. X. Att. 13. *Lavari ſe velle.* MUNCK.

4 PROPTER ZELUM] Fulgent. Mythol. Lib. II. *Zelataque Scyllam fontem, in quo lavari erat ſolita, venenis infecit.* Idem Lib. I. *Odium cauſale eſt, ut amoris zelus atque invidiae.* Inde *zelare* frequens Cypriano Sermone de Livore, & poëtis Chriſtianis, vocabulum. Zelum elegantter *rivalitatis dolorem* appellat Servius ad AEn. III. 420. *Furioſam amantium aemulationem* Petron. Gloſſ. Cyrill. Ζῆλος, *pellicatus, pellicatio, aemulatio, zelus.* Fulgent. Praefat. Lib. I. *Tam etenim libens zelo ſortitus ſum ex affectu conjugium, ut ſi hanc ſuis oblucentem, ut pellicem, voluptatibus ſupererit* &c. Ita omnino legendum cum membranis Vett. Bibliothecae Leidenſis. Male ab antiquis editionibus Micylli & Henrici Petri heic receſſit Commelinus. Aliter hanc fabulam narrat Tzetzes ad Lycophron. p. 13. ed. Steph. Ἡ δ' πρώτη ἡ Σκύλλα γυνὴ δίκτυα. Ποντίδαι δ' σωῶσα, Ἀμφιτρίτης ζηλοτυπήσασης, τῷ φάρμακα ἰωβαλούσης τῇ πηγῇ, ἐφ' ᾗ ἐώθει λούεσθαι, ἀκτηνωθείσα. Secutus hoc commentum Virgil. in Ciri: *Sive etiam exactis ſpeciem mutata vetuſtis Infelix virgo, quid enim commiſerat illa? Ipſe pater timidam ſaevo complexus aren: Conjugium caeae violaverat Amphitrites: Attamen exegit longo poſt tempore poenas; Ut cum cura ſui veheretur conjugis alto, Ipſa trucem multo miſceret ſanguine pontum.* Confer Ovid. I. Art. Amand. 331. MUNCK.

5 CANES SUNT NATI] Eleganti metaphorâ de obtrectatoribus Hieronymus vitâ Hilarionis: *Scyllaeos canes obturatâ aure tranſibo.* Male *obdurata* habet Caniſii editio. Tzetzes in Lycophron. pag. 107. ed. Stephani Scyllae ſex dat capita, & duodecim pedes. Sed denarii gentis Pompejae tres tantum imâ inguinum parte ei canes adſignant, ut obſervavit in de Num. Praeſtant. pag. 233. illuſtris Spanhemius. MUNCK.

6 ATQUE FEROX FACTA] Turbatus heic videtur verborum ordo, quem ita reſtituo: *Quae ferox facta atque injurias ſuas executa eſt.* MUNCK. Mollior omnino ductus erit orationis, ſi cum Munckero legamus . . *nati: Quae ferox facta, atque injurias ſ. e. e.* Sed vix quidpiam tentem. Licet enim iſta *atque ferox facta*, duriora videantur, ſimilis tamen duritiei exempla jam paſſim ex noſtro collegit vir ipſe laudatus ad Fab. LXXVII. De uſu pronominis *quae*, pro *illa autem*, diximus ad Fab. XXVIII. & CXXXIV. WOPKENS.

7 PRAENAVIGANTEM] Sic *praelabi* apud Symmach. Lib. I. ep. 7. & Colum. XI. 1. *Praefluere* apud Horat. IV. od. 3. & 14. *Praenatare* apud

## CC. *Chione.*

Cum Chione, ſive, ut alii poetae dicunt, [1] Philonide Daedalionis filia Apollo & Mercurius una nocte concubuiſſe dicitur. ea peperit ex Apolline [2] Philammonem, [3] ex Mercurio Autolycum, quae poſtea in venatione in Dianam [4] eſt locuta ſuperbius. Itaque ab ea ſagittis eſt interfecta. at pater Daedalion unicam filiam flendo, ab Apolline eſt converſus [5] in avem daedalionem, id eſt, accipitrem.

## CCI. *Autolycus.*

Mercurius Autolyco, ex Chione, quem procreaverat, muneri dedit, [6] ut furaciſſimus eſſet, nec deprehenderetur in furto: ut quidquid ſubripuiſſet, in quamcunque effigiem vellet, tranſmutaretur, ex albo

Virgil. AEn. VI. 705. *Praevebi* apud Plin. Lib. 2. ep. 8. *Praevertere* Capell. Lib. II. In quibus *prae* idem quod *praeter* valet, ut *ex* pro *extra* ponitur interdum. Plinius Junior: *Exſiluit cathedram.* Quod nollem temerè in praefatione ſuâ damnaſſet Stephanus. Sall. *Raro egreſſa fines ſuos.* Curt. IV. 2. *Eminebat aquam.* Lactant. Phoen. vers. 8. *Eminet montes.* Interpres Apollon. Tyrii: *Evaſit cubiculum.* Capella Lib. I. *Tractus aërios jam Phoebus exierat.* Sen. Agam. 968. *Exiit Mycenas.* MUNCK. Conſule Paſſerat. ad Propertii lib. I. Eleg. VIII. vs. 19. Gronov. ad Livium lib. XXIX. cap. 32. quomodo *excedere* conſtruitur a Livio. vide J. Fr. Gronovium ad lib. XXIV. cap. 20. & ad lib. XXIX. cap. 6. & de quo verbo eximium Drakenburgium ad lib. II. cap. 37. latius eſſe diſputaturum didici e notis Cl. Oudendorpii ad J. Caeſar. lib. I. de B. Civ. cap. 44. Eodem modo *egredi.* vide Celeb. P. Burm. ad Phaedr. lib. III. fab. 16. vs. 17. Oudendorp. ad Frontin. lib. III. Strateg. cap. 2. n. 25. & J. Arntzenium ad S. A. Victoris Epitom. cap. V. §. 7.

## Ad CAP. CC.

1 Philonide] Pherecydes apud Schol. Hom. ad Odyſſ. T. 432. Φιλονὶς ἡ Δαιδάλου θυγάτηρ εἰκάσα τῇ Παρθενίῃ τὸ αὐτὸ παρελίχθη τῷ Ἀπόλλωνι. Omiſſum eſt Ἕρμῇ, ut apparet ex illis, quae mox ſubjungit. Adde Ovid. Lib. XI. Met. fab. 8. MUNCK. De Philonide ita Conon narrat. VI. apud Photium pag. 428. ΦΙΛΑΜΜΩΝ παῖς ΦΙΛΟΝΙΔΟΣ, ἣ γίγνεται ἐξ Ἐυσφόρης τῆς Κλεοδοίας τὸ ἔκγονον τῆ Δήλῃ. Qui Philammon ex Apolline & hac Chione dicitur natus ab Ovid. V. ad XI. Met. vs. 193. Philammon cantaſſe dicitur Latonae, Dianae & Apollinis natales: & primus Choros ſacris Delphis inſtituiſſe. V. Plutarch. de Muſica Tom. II. p. 1132. ubi pro ἀδελφοὶ legendum eſſe Δελφοὶ docet ſequens pag. 1133. & ita in Mſſ. legi docet Celeb. Burm. ad Ovid. l. l. vs. 317.

2 Philammonem] Ita & Ovidius eum & Pherecydes appellant. Corruptè *Philemon* dicitur in veteribus Lactantii Argum. edit. Rectè *Philammon* Raenerius. MUNCK.

3 Ex Mercurio Autolycum] Hunc Mercurii dictum revera Daedalionis filium fuiſſe, teſtatur Pauſanias in Arcadicis. SCHEFF.

4 Est locuta superbius] Dianâ formoſiorem ſe jactavit. MUNCK.

5 In avem Daedalionem, id est, accipitrem] Accipitrem daedalionem vocari neque apud Graecos, neque apud Latinos hactenus obſervatum nobis. An ſcribendum *aeſalonem*? Plinius lib. X. c. 8. quo agit de accipitribus. *AEſalona Graeci vocant, qui ſolus omni tempore apparet.* SCHEFF. Cl. Schefferus emendat *aeſalonem* ex Plin. Lib. X. cap. 8. Sanè Αἰσάλων eſt etiam Ariſtotel. Lib. IX. cap. 46. Hiſtor. Animal. AElian. Lib. XII. cap. 4. cum aliquot accipitrum vocabula enumeraſſet, ſubjicit tandem, ἔστι δὲ ἱερώτατον ἐπὶ πάντων. Octo facit Callimachus apud Etym. auctorem in Πέλεια. An inter illa etiam Daedaliones fuerint, dicere non habeo. Naſo ſimpliciter in accipitrem converſum narrat. MUNCK.

albo in nigrum, vel ex nigro in album, in cornutum ex mutilo, & in mutilum ex cornuto. is cum Siſyphi pecus aſſidue involaret, nec ab eo poſſet deprehendi, ſenſit, cum furtum ſibi facere, quod illius numerus augebatur, & ſuus minuebatur. qui, ut eum deprehenderet, in pecorum ungulis [8] notam inpoſuit. qui cum ſolito more involaſſet, & Siſyphus ad eum [9] veniſſet, & pecora ſua ex ungulis deprehendit, quae ille involaverat, & abduxit. qui cum ibi moraretur, Siſyphus Anticliam Autolyci filiam compreſſit, quae poſtea Laertae data eſt in conjugium, ex qua natus eſt Ulyſſes: ideo nonnulli auctores dicunt [10] Yplipylon. ob hoc Ulyſſes verſutus fuit.

## CCII. *Coronis.*

Apollo cum Coronida Phlegyae filiam gravidam feciſſet, corvum

## Ad CAP. CCI.

6 Ut furacissimus esset] Vide Schott. Proverb. ex Suid. Cent. XII. 75. Pherecydes de Autolyco: Εἶχε δὲ ταύτην τὴν τέχνην παρὰ τοῦ πατρὸς, ὅτι κλέπτει τι, λανθάνει, ἢ τὰ θρέμματα τῶν λοιπῶν εἰς ὁ θέλει μορφῆς. Confer Sarisber. Curial. I. cap. 9. Ovid. XI. Met. 311. *Alipedis de ſtirpe Dei verſuta propago Naſcitur Autolycus, furtum ingenioſus ad omne.* Nimirum κλεπτὴς θεὸς Mercurius. Lactant. lib. I. cap. 10. *Fur ac nebulo Mercurius.* Hinc de eo ruſticus ille apud Anton. Liberal. cap. 15. κλέπτην ἴλεῳ ἔχειν τὸν τιμῶντα θεόν. Fulgent: Mythol. I. *Furatrinum Deum* ſalutat. Vide ejus imaginem apud Albricum cap. 6. Cur autem fur Mercurius? Ὅτι ὁ Ζεὺς κλέψας τὴν Ἥραν ἐμίγη τῇ Μαίᾳ, ut notat Schol. Hom. ad Iliad. Ω. 24. MUNCK. Jam puer Admeti boves furatus eſſe dicitur Mercurius, conſule Celeb. P. Burm. ad Ovidii II. Met. vs. 687. Imo φηλητὴν ἄνακ vocatur ab Euripide in Rheſo vs. 217. Confer Schol. Ariſtophanis Nub. vs. 1480. cum Phurnuto de N. D. cap. 16. p. m. 169, 170. De hoc & variis *Autolycis* conſule P. Leopardum lib. XIII. Emend. cap. 5. & Celeb. P. Burm. in Catalogo Arg.

7 Mutilum] Proprié locutus eſt. Horat. I. Sat. 5 *O tua cornu Ni foret exſecto frons, inquit, quid faceres, cum ſic mutilus minitaris?* Ovid. III. Art. A. 249. *Turpe pecus mutilum.* Donatus ad Hecyr. Ter. act. I. ſc. I. *Mutili dicti ſunt boves aut capri ſine cornibus.* MUNCK.

8 Notam] Feſtus: *Nota nunc ſignificat ſigillum, ut in pecoribus* &c. Schol. Sophocl. ad Ajac. Flagell. vers. 190. μετεχάραξε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. ubi hanc fabulam habes. Iſacius in Lycophron. pag. 62. Μετεχάραξε τοῦτ' ἔστι τὸ ὄνομα ἐγκεκόλαπται ταῖς τοῦ ἑαυτοῦ ζώοις ἐπλαῖς ἢ χαλαῖς ἐπιγίνεται. leg. αὐτοῦ ὄνομα. MUNCK.

9 Venisset, et pecora sua] Hic male inſerta eſt conjunctio &, quam peperit Syllaba proxime praecedentis vocabuli ultima. SCHEFF. Τὸ &, ut natum ex ultimâ praecedentis vocis ſyllabâ delet cl. Schefferus. Poſſit tamen videri polyſyndeton. Sed id cum frequentare non ſoleat Hyginus, amplector ejus conjecturam. MUNCK.

10 Yplipylon] *Siſyphium.* MICYLL. Hoc quid ſibi velit, non excogito. ὑψίπυλαι Graecis, quod habet altas portas. Hoc vero neque ad Anticliam, neque ad Ulyſſem pertinet. Non dubito, quin deſint aliqua, ſine quibus difficulter divinari poterit, quid ſit de eo ſtatuendum. SCHEFF. Micyllus in margine *Siſyphium.* Quod & mihi venerat in mentem ex Ovid. Lib. XIII. Met. v. 31. & Avieno in allegoriâ Sirenum: *Sanguine Siſyphio magnus generatus Ulyſſes.* Nunc rectius puto *Siſyphiden* vel *Siſyphi filium.* Suidas loco ſuperius laudato, διὰ Σισυφίδης Ὀδυσσεύς. Lactantius ad Stat. III. Achill. v. 76. *Lertae & Antioebae* (leg. *Laertae & Anticliae*) *filius, alii dicunt Siſyphi & Anticliae filium, quae ante nuptias cum Siſyphe Coii.* (leg. *AEoli*) *filio concubuit, unde Ulyxes natus eſt.* Ovid. III. Art. A. 313. *His ſua Siſyphides auditis paene rejecit Corpora.* MUNCK. Conſulendi de hac fabula Schol. Sophoclis in Ajace vs. 190. & Philoctet. vs. 417. Tzetzes ad Lycophron. vs. 344, 1031. &

vum cuſtodem ei dedit, ne quis eam violaret. Cum ea [1] & Chylus Elati filius concubuit: ob id ab Jove fulmine eſt interfectus. Apollo Coronidem gravidam percuſſit, & interfecit, cujus ex utero exſectum [2] Aſclepium educavit. at corvum, qui cuſtodiam praebuerat, ex albo in nigrum commutavit.

## CCIII. *Daphne.*

Apollo Daphnen, [3] Penei fluminis filiam, cum virginem perſequeretur, illa à terra praeſidium petit, quae eam recepit in ſe, & in arborem laurum commutavit. Apollo inde ramum fregit, & in caput inpoſuit.

CCIV.

Serv. ad VI. AEn. 529. item Plutarchus, (& apud eum liber Alexandrinus) in Quaeſt. Graecis Tom. II. pag. 301. Plura dabit Mezeriacus ad Ovidii Epiſtol. I. Heroid. pag. 17, 18. Cur Οὖτις & Ὀδυσσεὺς dictus ſit Ulyſſes, indicat Ptolemaeus Hephaeſtio apud Photium pag. 473.

## Ad CAP. CCII.

1 Et Chylus] *Iſchys* ab aliis hic dicitur. MICYLL. Vitioſe, ſine dubio, ſcribendumque *Iſchyus* ex Apollodoro, vel *Iſchyis*. Nam & Pauſanias ſic eum vocat aliquoties. Comeliniana habet *Alcionetus*, quod a veteri ſcriptura nimium recedit, nec convenit cum Hiſtoria. SCHEFF. Lactant. ad III. Theb. Stat. 506. *Lycus*. Utrobique legendum *Iſchys* ex Scholiaſte Pindari in Pyth. Od. 3. vs. 48. Pauſan. lib. I. Apollod. lib. III. Lactant. Argum. Met. Ovid. Met. II. 7. Immo ipſe Hyginus Astron. II. 40 *Iſchyn* eum appellat. Deſendi tamen poſſit *Iſchius*, ut ſit dictum, quemadmodum *Rhadamanthus*, ex Ῥαδάμανθυς, & *Altus* ex Ἄνυς apud Varronem. *Tribrachus* ex τριβράχυς apud Schol. Horat. ad epod. I. *Catus* pro *Cetus* apud Nepot. Iphicrat. cap. 3. Vide Buchner. ad ejuſdem Themiſt. cap. I. & quae nos ſuperius diximus. Editio Leidenſis praefert *Alcionetus*. Malè. Scribi debuiſſet, *Alcyoneus*. Anton. Liberal. cap. 10. Ὃν πρῶτον ἀπηγγειλε Κορωνίδα τὴν Φλεγύου θυγατέρα γαμηθῆναι Ἀλκυονεῖ. MUNCK. Lege *Iſchys*. Conſule Pauſan. lib. II. cap. 26. pag. 171. & Celeb. P. Burm. ad Ovidii lib. II. Met. vs. 599. Haec Coronis quo ritu colatur a Sicyoniis, docet Pauſan. lib. II. c. XI. p. 137.

2 Asclepium] AEſculapius ita a Noſtro Graecos imitato vocatur. Conſule Ampliſſ. Cuperum in Harpocrate pag. 80. De hoc nomine conſulendi Tzetzes (ab Ampliſſimo Cupero emendatus) ad Lycophron. vs. 1054. Servius ad VII. AEn. vs. 761. & ad X. AEn. vs. 316. P. Leopard. II. Emend. 9. In Epidauro Graeciae civitate AEſculapius natus dicitur a Lactantio ad Statii III. Theb. 398. Item Pauſan. lib. II. cap. 26. pag. 170, 171. qui & alia de AEſculapii natalibus refert. & ideo ab Epidauriis cultus. Plut. Quaeſt. Rom. T. II. pag. 286.

## Ad CAP. CCIII.

3 Penaei] Scribe *Penei*. Graecis enim eſt Πηνειός. Ovid. I. Met. 452. *Primus amor Phoebi Daphne Peneia.* Secutus eum Lactant. ad Stat. I. Theb. 554. Alii Ladonis filiam faciunt, ut Nonnus Dionyſ. III. Aphthon. Progymnaſmatis, Tzetzes in Lycophron. pag. 2. ed. Steph. Auctor Geopon. lib. XI. cap. 3. Servius ad AEn. III. 91. *Daphnis Penei, vel, ut alii volunt, Latonis filia, ab Apolline adamata eſt.* Scrib. *Daphne* & *Ladonis* ut recte exaratum ad AEn. II. 514. *Daphne Ladonis fluvii terrae Arcadiae fuit.* Hom. Schol. ad Iliad. A. 14. Λάδωνος δ' ἐν Ἀρκαδίᾳ πεδίῳ Δάφνη ὑπῆρχε θυγάτηρ Διαπρεπεστάτη. Fabula inde orta videtur, quod Apollo τὸ φυτὸν τὴν δάφνης invenerit. Vide Euſeb. Praep. Euang. lib. II. cap. I. MUNCK. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 416. Ὠγύγιον δὲ τὸν ΛΑΔΩΝΑ λέγει, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἀρχαιολογίαν. μετὰ δὲ βύλιτα πρώτην ἔθρεψεν ἐξ αὐτῆς ἡ γῆ γενέσθαι τὴν Δάφνην. Arrianum adde apud Eumdem vs. 916. Adde Palaephatum de Incredibilib. cap. 50. Lactantius vero, qui, ut Munckerus recte docet, eam lib. I. Statii Penei filiam adpellavit, ad lib. IV. Theb. vs. 290. vocat ſui oblitus Ladonis filiam, praeeunte ibi auctore ipſo, *& qui tibi Pythie Ladon, Pene Socer.* Iterum Ladonis filiam vocat ad vs. 832.

## CCIV. *Nyctimene.*

NYCTIMENE, [4] Epopei regis Lesbiorum filia, virgo formosissima dicitur fuisse. hanc Epopeus pater amore incensus compressit, quae pudore tacta sylvis occultabatur. quam Minerva miserata, in noctuam transformavit, quae pudoris caussa in lucem non prodit, [5] sed noctu patet.

## CCV. [6] *Arge.*

ARGE venatrix cum cervum sequeretur, cervo dixisse fertur: Tu licet Solis cursum sequaris, tamen te consequar. Sol iratus, in cervam eam convertit.

CCVI.

832. nec non Philostratus lib. 1. cap. 16. de Apoll. Tyan.

## Ad CAP. CCIV.

4 EPOPEI] *Hyclei* alii. MICYLL. Micyllus notat, aliis hunc dici *Hycleum*. Vide fab. 253. SCHEFF. Ita etiam infra habes cap. 253. In margine edit. Micylli visitur, *Hyclei alii*. Quod mutem in *Nyctei*. Lactant. ad III. Theb. Stat. 507. *Nyctеus AEthiopum Rex, felix si nunquam pater fuisset, filiam habuit Nyctaeam nomine.* Scrib. *Lesbiorum* & *Nyctimenen* ex Ovid. II. Met. fab. 9. in cujus argumento Lactant. *Nyctimene Nyctei filia, virgo Lesbia.* MUNCK. Consule Celeb. P. Burm. ad Ovidii II. Met. vs. 592.

5 SED NOCTU PATET] Barthius, *paret*, *vel sane*, *parit*. Videtur praetulisse *parit*. Atqui hoc nihil singulare docet in noctua, quoniam & aliae aves noctu pariunt. Itaque vera lectio est *paret*, pro composito nimirum, *apparet*. Sic Scriptores optimi. Martialis: *Ad potum quoties paruit Hermogenes.* Adde Frontinum de Re Agr. & ibi Keuchenium. SCHEFF. Barth. *paret*, vel *parit*. Prius probo. Matth. cap. XXIV. 30. Καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. Vet. Interp. *Et tunc parebit signum* &c. Cato Scholasticus, quem Ethicum salutat Sarisber. Polycrat. Lib. II. *Temporibus peccata latent, sed tempore parent.* Petronius: *Juris consultus PARET non PARET habeto.* Festus: *Parret, quod est in formulis, debuit & productâ priore syllabâ pronuntiari, & non geminato R scribi, ut fieret paret, quod est inveniatur* (leg. *invenitur*) *ut comparet, appareat.* Non ergo καθ' ἅπαντες est effatum illud Agraetii: *Apparet qui videtur, paret qui obsequitur.* Idem legas in Isidor. de Different. & apud Servium ad AEn. I. 121. qui & hoc addit: *Et haec observatio diligenter custodiri debet, licet eam auctores metri causa, vel clausulae, plerunque corrumpant.* Sen. Agam. 457. *Et dubia parent montis Idaei juga.* Excerpta Festi MSS. *Paret significat apparebitur.* Scrib. *apparet.* Idem *in viateres. Qui magistratibus parebant.* Chrysolog. p. 172. ed. Paris. *Parebunt corda vestra obstructiora* &c. Pseudo Cypr. de Sing. Cler. *Si justus vix salvus sit, injustus ubi parebit?* Tertull. Exhort. Cast. cap. 3. *Quod paruit eum magis velle.* Adde quae Sciopp. observavit Susp. Lect. II. cap. 20. & Cl. Daum. ad Caton. Distticha pag. 155. MUNCK. Hac de caussa haec avis Minervae sacra, non adeo ob ejus oculos, ut censet Phurnutus de N. D. cap. 20. & inde in armis, nummis, allisque Athenarum insignibus expressam in honorem Minervae nocturnas studiorum caussa amantis vigilias conspicere licet noctuae imaginem. Schol. Sophoclis in Ajace vs. 127. φασὶ τὸ Αἰάντιον πρῶτον ἀσυδοκίμως ἐπὶ τοὺς Θυμούς. πρῶτον μέν, ἐκβαλεῖν δ' ὄφρα τὸν Αἰανῆν, βυλομένων αὐτῷ συμμαχεῖν. δεύτερον ἀπαλείψαι ΤΗΝ ΓΛΑΥΚΑ ΤΗΝ ΕΓΓΕΓΡΑΜΜΕΝΗΝ ΤΩΙ ΟΠΛΩ ΑΥΤΟΥ ΕΞ ΕΘΟΥΣ ΠΑΤΡΩΟΥ. De Athenienssium moneta, in qua noctuae imago conspiciebatur, consule Schol. Sophoclis in Electra vs. 6. Schol. Aristophanis Equit. vs. 1091. & inl. Spanh. ad Nubes vs. 862. Imo stigma damnatis inustum noctua fuit, AElian. lib. II. V. H. cap. 9. Τοὺς γὰρ μὴ ἀλισκομένους αἰχμαλώτους Σαμίων στίζειν καὶ ἐπισήμαινε, καὶ εἶναι τὸ σίγμα γλαῦκα, καὶ τοῦτο Ἀθηναίων ψήφισμα. Haec in juvenum gratiam addere libuit.

## Ad CAP. CCV.

6 ARGE] Vide Bochartum Hieroz. Part. I. col. 883. MUNCK.

Ad

## CCVI. *Harpalice.*

CLYMENUS Schoenei filius, rex Arcadiae, amore captus, cum Harpalice filia ſua concubuit. ea cum peperiſſet, in epulis [1] filiam adpoſuit patri: Clymenus pater re cognita, Harpalicen interfecit. * * *

## CCXIX. *Archelaus.*

ARCHELAUS [2] Timeni filius exſul, à fratribus ejectus, in Macedoniam ad regem Ciſſeum venit. qui cum à finitimis obpugnaretur, Archelao regnum & filiam in conjugium dare pollicetur, ſi ſe ab hoſte tutatus eſſet. Archelaus, [3] quia ab Hercule eſſet oriundus, [4] nam Timenus Herculis filius fuit, [5] qui * hoſtes uno praelio fugavit, & ab

### Ad CAP. CCVI.

1 FILIAM APPOSUIT] Lego *filium*. Cap. 238. *Quod ei filium ſuum in epulis appoſuit*. 239. *Ex eo quem conceperat interfecit*. 246. *Clymenus Schoenei filius ex Harpalice filiâ ſuâ filium ſuum*. MUNCK. Fabulam narrat etiam Lutatius ad Statii v. Theb. 120.

*Deſiderantur hoc loco capita duodecim, ut ex indice apparet*. MICYLL.

### Ad CAP. CCXIX.

2 TIMENI] Scribendum *Temeni* ex Vellejo, Apollodoro, Strabone, Pind. Scholiaſte in Pyth. od. v. aliiſque. Gr. eſt Τημένος. MUNCK. Locus ſine dubio corruptus. Plures Archelai fuere. Fuit Ageſilai filius Archelaus Laconum rex, de quo Pauſan. lib. III. cap. 2. qui quomodo ab Hercule dici poſſit eſſe oriundus, docet Herodotus lib. VII. cap. 204. De Archelao Perdiccae filio, Macedonum rege, Celeb. Perizonius videndus ad AEliani V. H. lib. II. cap. 21. lib. VIII. cap. 9. lib. XII. cap. 43. lib. XIII. cap. 4. lib. XIV. cap. 17. Qui quando regnaverit, docent Salmaſius in Exercitat. Plinianis in Solinum cap. 9. pag. 111. Dodwellus in Annal. Thucydideis pag. 48. nec non Inl. Spanhemius in iſta ſerie Regum Macedonum, quam dedit in diſſertatione VII. de uſu & praeſtant. Num. pag. 378. Editionis ultimae, ut me docuit Celeb. Dukerus ad Thucydidis lib. II. cap. 99. Macedonum reges Temenidas dici, docet Hudſ. ad Thucyd.

3 QUIA AB HERCULE] Legendum, *qui ab Hercule*. Verba: *nam Timenus Herculis filius fuit*, in parentheſi collocanda. SCHEFF. Cl. Schefferus, *qui*, vel *ut qui* mallet. MUNCK.

4 NAM TIMENUS HERCULIS FILIUS FUIT] Si haec verba includas parentheſi, & τὸ *qui*, quod proximè ſequitur, delcas, tolli poterit alteriſcus. Verum non pater Temeni Hercules, ſed atavus fuit, ut ſcribit Vellejus lib. I. cap. I. Vide ibi Lipſium, & Voſſium. At Tzetzen in Lycophron. pag. 127. ed. Steph. ſi audimus, non abavus, ut Lipſius vult, nedum atavus, ut Vellejus, ſed proavus dicendus fuit. Ὁ Τημένης ἦν, inquit, ἔκγονος δὲ Ἡρακλέους. Ἡρακλῆς δὲ καὶ Δηιανείρας Υλλος. Υλλος δὲ καὶ Ἰόλης τῆ Εὐρύτου Κλεόδοξος, Λίχας, καὶ Κτέατος. Κλεόδοξος καὶ Παιδίας ὁ Τημένου ἦν, καὶ ἄλλοι. Sed errat Tzetzes ille. Ariſtomachi filium omnes faciunt Temenum. Theophilus ad Autolycum lib. II. pag. 85. *Ex Baccho & Althaea, quae Theſtii fuit filia, orta eſt Deianira: ex hac & Hercule Jovis filio genitus eſt Hylus: ex hoc Cleodemus, ex hoc Ariſtomachus, ex hoc Temenus* &c. Etiam Hygino ipſi cap. 124. Ariſtomachi filius Temenus eſt. MUNCK.

5 QUI HOSTES UNO PRAELIO] Barthius ex ſuo libro facit, *qui tot hoſtes*: nec rejicio. Mallem tamen vulgatis inſiſtere, ac primum poſt *tutatus eſſet*, ſcribere punctum. Deinde pro *Archelaus quia*, legere, *Archelaus, ut qui ab Hercule*, tum delere illud *qui* ante hoſtes, item illud &, quod ſequitur, cum ex ſyllaba praecedenti videatur natum. SCHEFF.

6 EO INGERI ET INCENDI] Nil mutandum.

Et

ab rege pollicita petit. Ille ab amicis diſſuaſus, fidem fraudavit, eumque per dolum interficere voluit. itaque foveam juſſit fieri, & multos carbones [6] eo ingeri & incendi, & ſuper virgulta tenuia poni. [7] quo cum Archelaus veniſſet, [8] ut decideret, [9] hoc regis ſervus Archelao patefecit. qui re cognita dicit, ſe cum rege conloqui velle [10] ſecreto, arbitris ſemotis. Archelaus regem abreptum in foveam conjecit, atque ita eum perdidit. inde [11] profugit ex reſponſo Apollinis in Macedoniam, [12] capra duce, oppidumque ex nomine caprae [13] AEgeas conſtituit. ab hoc [14] Alexander Magnus oriundus eſſe dicitur.

## CCXX. *Cura.*

[15] CURA cum quemdam fluvium tranſiret, vidit cretoſum lutum: ſubſtulit cogitabunda, & coepit fingere hominem. Dum deliberat ſecum, quid-

*Eo* non eſt adverbium, ſed pronomen elliptice poſitum, pro *eo loco*, vel *in eo loco*, ſi plenissime loquendum. SCHEFF. H. e. in eam foveam. Adverbium pro relativo pronomine poſuit. Cap. 199. *Aquam inquinavit, quo Scylla cum deſcendiſſet.* Juſtin. XII. 5. *Tranſlatis eo trium civitatum populis, quos Cyrus condiderat.* h. e. in eam urbem. Cl. Schefferus τὸ *eo* pronomen eſſe volebat elliptice poſitum, pro *eo loco*. Nihil opus eſſe hoc ellipſios heic praeſidio abunde demonſtravi ad cap. 3. MUNCK.

7 QUO CUM] Sufficit ante iſta ſcribi comma; cohaeret enim *quo*, cum ſuperiori *eo*, idque reſpicit. SCHEFF.

8 UT DECIDERET] Cogita, num ſcribendum, *ut ne decideret*. SCHEFF. Cogitare lectorem jubet Cl. Schefferus, num legendum ſit, *ut ne decideret*. MUNCK.

9 HOC REGIS SERVUS] Ante iſta punctum debet collocari. SCHEFF.

10 SECRETO, ARBITRIS SEMOTIS] Alterutrum eſt gloſſatoris, non Hygini; puto illud, *ſecreto*. SCHEFF. Alterutrum a gloſſa eſſe cenſet Cl. Schefferus. Ego putem poſt τὸ *ſecreto* τελείαν στιγμὴν eſſe collocandam; & illa *arbitris ſemotis* referenda ad ſequentem periodum. MUNCK. Nec cum Sheffero hic de gloſſa cogitandum arbitror, nec cum Munckero diſtinguendum .. *Secreto. Arbitris ſemotis, Archelaus regem* &c. Talium enim periſſologiarum omnia plena. Geminum autem eſt exemplum illud Apuleji Apol. p. 301. Ed. Elmenh. *confinxere puerum quempiam, carmine cantatum*, remotis arbitris, ſecreto aliquo loco .. *corruiſſe*. WOPKENS.

11 PROFUGIT IN MACEDONIAM] Atqui jam venerat in Macedoniam, ut praeceſſit. Credo in praecedentibus latere aliquid. Pauſan. Boeoticis: *Dicunt Macedones Caranum Macedoniae regem pugna ſuperaſſe Ciſſeum, qui in vicinâ regione principatum obtinebat.* MUNCK.

12 CAPRA DUCE] Tale quid de Carano Juſtin. Lib. VII. cap. 1. & Solinus cap. 14. narrant. MUNCK.

13 AEGEAS] Imo *AEgas*. Nomen enim, AEgae, AEgarum. Vide Plinium lib. IV. 20. & alios. SCHEFF. Cl. Schefferus emendat, *AEgas*. Non erat neceſſe. Juſtinus: *Urbem AEgeſſam ob memoriam muneris AEgeas, populum AEgeatas, vocavit.* Vide ibi Bernecceram. Sammonicus praefat. *Qui colis AEgeas, qui Pergama, quique Epidaurum.* MUNCK. Sic Ciliciae urbem, quam Sammonicus *AEgeas*, Philoſtratus lib. 1. cap. 7, & 8. Αἰγὰς vocat. Videndus Salmaſius in Exercitationib. Plinianis in Solinum cap. 9. pag. 110. Item Cellarius Geograph. Antiqu. lib. II. cap. 13. Sect. 2. n. 37.

14 ALEXANDER M.] Hinc dicitur ab Hercule genus trahere. Scholiaſtes Theocriti Idyll. XVII. vs. 23. λάπτεινε δὲ τὸ λόγον εἰς τὸ τοῦ μέγαν Ἀλέξανδρον καὶ εἰς τὸν Πτολεμαῖον. ἀμφότεροι γὰρ ἦσαν ἀφ' Ἡρακλέους. Conſule Marshami Chronicon ad Secul. XV. pag. 447, 448. Hinc Alexandri M. nummus leonis exuviis inſignitus. Conſule inſ. Spanh. Diſſert. 5. de Praeſt. & uſu Numiſm. pag. m. 344.

## Ad CAP. CCXX.

15 CURA] Reineſius lib. III. Var. Lect. p. 327. hoc

quidnam feciſſet, intervenit [1] Jovis: rogat eum Cura, ut ei daret ſpiritum, quod facile ab Jove inpetravit. [2] qui cum vellet Cura nomen ſuum inponere, [3] Jovis prohibuit, ſuumque nomen ei dandum eſſe dixit. Dum de nomine Cura & Jovis diſceptarent, ſurrexit & Tellus, ſuumque nomen ei inponi debere dicebat, quandoquidem corpus ſuum praebuiſſet. Sumpſerunt Saturnum judicem, [4] quibus Saturnus ſecus videtur judicaſſe: Tu Jovis quoniam ſpiritum dediſti, [5] corpus recipito: Cura quoniam prima eum finxit, quam diu vixerit, cura eum poſſideat. ſed quoniam de nomine ejus controverſia eſt, Homo vocetur; [6] quoniam ex humo videtur eſſe factus.

## CCXXI.

caput continere ait figmentum inſulſum, quod à gentilium de hominis conditu Mythiſtoriis diſſentiat. Ego nihil tale poſſum intelligere, nominatimque laudatum à Lilio Gyraldo video in Synt. de Diis primo. Quem ob id ſimiliter nil tale ſuſpicatum, obſervo. SCHEFF.

1 Jovis] *Juppiter.* MICYLL. Sic ubique Micyllus mutat.

2 Qui cum vellet] *Cui cum.* MICYLL. Veteres habuere, *qui*; credo antea fuiſſe *quoi*, antiqua ſcribendi ratione, quod non intellexerunt. SCHEFF. *Cui* emendavit Micyllus, cum in MS. inveniſſet *qui*. Non improbo quidem. Scio tamen, utrum τὸ *qui* dandi caſu per Q an per C eſſet ſcribendum, multum agitatam jam olim fuiſſe inter Grammaticos quaeſtionem. Conſule Velium Longum de Orthogr. Donatum in Ter. Andr. 1. 1. Scalig. de cauſis linguae latinae 1. cap. 24. Bembum libro de Terentii fabulis. Sic in Gruter. Inſcriptionibus pag. 880. *aliqui* legas pro *alicui*. MUNCK.

3 Jovis prohibuit] Perperam τὸ *Jovis* in *Jupiter* mutare intendit Micyllus. Κακοζηλία vulgi & infimae aetatis ſcriptorum id ex antiquiſſimis imitandum ſibi duxit. Conſule Apulejum, Capellam, Statii & Germanici Scholiaſtes, alioſque id genus heroas. Petron. Fragm. Trag. *Hoc ſolum vetare ne Jovis poteſt.* Malim *nec Jovis.* Quintil. Declam. 107. edit. Hackian. *Ne quisquam probare in altero poteſt.* Lege, *nec quiſquam*, ut habet Commeliniana. Juſtinus lib. 38. cap. 7. *Juſtitiae atque liberalitatis ſuae ne ipſos milites, qui experiantur, teſtes refugere.* Putem melius fore, *nec ipſos.* quanquam *ne* pro *nequidem* Ciceroni vindicat Stewechius de particulis Linguae Latinae lib. 1. In Apulejo certè ego obſervavi lib. 11. Met. *Ac ne omnino mihi notos illos latrones uſquam fuiſſe.* Et poſt paulo: *Ne ipſe, qui commiſit, poteſt diffiteri.* Et Tertull. p. 47. ed. Jun. *Quae nobis ne mutire conceditur.* Caeterum pariter κακόζηλον eſt *Jupitris* Aſtron. 11. 13. & *Jupitrem* cap. 28. pro quo *Jovem* poſtea ſuppoſuerunt. Sed nos illud alterum revocandum cenſemus ex editione Venetâ anni 1482. quam ignoravit Cl. Schefferus. Etiam cap. 14. ex eadem *ab Jupitre* forte pro *ab Jove* reponendum. MUNCK.

4 Quibus Saturnus secus videtur judicasse] Haec admodum corrupta ſunt. videntur autem ita emendanda: *quibus Saturnus; coecus videtur judicaſſe*, id eſt, Saturnus dicit ad eos, non ſapiens, & peritus quiſpiam, ſed plane coecus videtur de hac re judicium tuliſſe, adeo judicium veſtrum eſt inconveniens. Niſi malit quiſpiam: *quibus Saturnus; ſecus videtur. Judico ſic; tu Jovis.* SCHEFF. Emendat Cl. Schefferus: *Quibus Saturnus; coecus videtur judicaſſe.* Vel, *Quibus Saturnus; videtur ſecus; judico ſic; tu Jovis.* Vide num *ſecus* rectius exponi poſſit κακῶς, *non benè.* Benè de hac particula Caſaubonus ad Suet. Tib. cap. 2. & Scioppius Famiani Infamiâ. Gloſſ. Iſid. *Secus, malum.* Salluſt. Jug. cap. 21. *Secus ceſſerat.* 25. *Secus procedit.* Sic & *aliter* uſurpabant. Feſtus Pauli: *Alter & pro non bono ponitur; ut in auguriis altera avis cum appellatur, quae utique proſpera non eſt. Sic alter nonnunquam pro adverſo dicitur & malo.* Sed hoc poſteriori loco malim *aliter* ex MS. codice Leidenſi, quem cum editis contuli. Salluſt. Jugurth. *Providere, ne quid aliter eveniat.* Adde Don. ad Prolog. Andr. MUNCK.

5 Corpus recipito] Barthius emendabat, *cor ejus recipito*, & hoc vel propterea, quia cor ſpirituum eſt officina, placere poſſe videtur. Quia tamen non eſt oppoſitio inter id, quod Jupiter, & quod Cura poſſidere debet, qualem tamen hic requiri, ex narrationis ſerie intelligitur, praeterea Cura jubetur poſſidere ipſum, quod cum exceptione cordis difficulter intelligitur, cum *ipſe* ſine corde haud conſtare queat, idcirco cenſeo τὸ *corpus* retinendum, & mox ſcri-

## CCXXI. [7] *Septem ſapientes.*

PITTACUS Mitylenaeus, Periander Corinthius, Thales Mileſius, Solon Athenienſis, Chilon Lacedaemonius, Cleobulus Lindius, Bias Prieneus. [8] Sententiae eorum ſunt:

*Optimus eſt, Cleobulus ait, modus, incola Lindi.*
*Ex [9] Ephyra Periandre doces, [10] cuncta & meditanda.*
*Tempus noſce, inquit [11] Mitylenis Pittacus ortus,*
*Plures eſſe malos, Bias autumat ille Prieneus.*

*Mile-*

ſcribendum, *Cura animum*, pro *Cura eum*, *recipiat*. Illud *eum* factum ſine dubio ex compendio ſcripturae, & omiſſione litterae *á* in voce *animum* ob ſimilitudinem litterae antecedentis. SCHEFF. Barth. leg. *Cor ejus*. Cl. Schefferus retinet τὸ *corpus*, & mox ſcribit; *Cura animum poſſideat*. Imo τὸ *corpus*, cum intentius cogitavi, etiam mihi retinendum eſt viſum. Sed pro *cura eum poſſideat*, lego *cura animum poſſideat*. Hoc revera erat perverſum judicium, adſignare illi corpus, qui dederat ſpiritum, huic autem, quae finxerat corpus, animum; quemadmodum recte cenſuram inſtituit auctor verbis illis, *Quibus Saturnus ſecus videtur judicaſſe*. Quae porro ſequuntur, verba ſunt Saturni, quae nimium ex abrupto ſubjunguntur praecedentibus. MUNCK.

6 QUONIAM EX HUMO] Arator lib. 1. *Materies terrena ſumus, limumque parentem Nomine prodit homo*. Ita & Iſidorus Orig. lib. 1. cap. 28. & lib. XI. cap. 1. MUNCK. Vide Serv. ad II. Georg. 341. ad I. AEn. 747.

## Ad CAP. CCXXI.

7 SEPTEM SAPIENTES] Tot vulgo numerantur. Vide Lactant. lib. IV. cap 1. Tzetzen Chil. II. Auguſtin. C. D. XVIII. 24. Porphyr. Abſtin. lib. 1. pag. 35. ed. Fogeroll. Proclum ad Heſiod. p. 19. In Gloſſis autem Stephani legas: *Reſponſa novem ſapientum*, ἐννεάμικτα εἰσὶν σοφῶν. MUNCK. De ſeptem Sapientibus non convenit inter antiquos. De quibus conſulendi Pauſanias lib. 1. cap. 22. & 23. pag. 53. Scheffer. ad AElian. II. V. H. cap. 41. Perizon. ad lib. III. cap. 17. Menag. ad Diogen. Laertii lib. 1. Sect. 30, 40, 41. cum Schol. Pindari O. Iſthm. II, 17. Myſonis in Periandri locum ſubſtituti dictum refert Plutarchus Quaeſt. Rom. Tom. II. p. 284. De quo etiam Menag. l. l. §. 99. de Epimenide Cretenſi Meurſ. in Creta lib. IV. cap. 11.

8 SENTENTIAE EORUM SUNT] Non videntur iſta Hygini eſſe, ut nec verſus, qui ſequuntur, nihil ſane faciunt ad Hiſtoriam, de qua ſola ſollicitus eſt Hyginus. Neque alio commemoraſſe fine hic videtur, quam quia ſumma de iis apud veteres fuit controverſia, ut non magis conſtaret de ipſis, quam narrationibus fabuloſis caeteris. videndus eſt Diogenes Laertius ſtatim ab initio, qui prolixe memorat ſententiarum diverſitates. SCHEFF.

9 EPHYRA] Cap. 275. *Ephyre Oceani filia Ephyren, quam poſtea Corinthum appellarunt*. Heſych. Ἐφύρη ἡ τῶν Κόρινθος. Unde *Ephyrea Lais* Propert. lib. II. el. 5. MUNCK. De Periandro etiam Meurſ. lib. II. de Rhodo. cap. 7. De *Ephyre* adde Schol. Homeri Il. B. 659. (ubi pro Κίρκυρα recte legitur Κίχυρος in Obſ. Miſc. Jul. Aug. 1732. p. 116. Vide Schol. Pindari O. Nem. VII, 53.) Item Schol. Apoll. Rh. IV, 1212. Eust. ad Dionyſ. Perieg. 420. Schol. Thucydid. lib. 1. cap. 46. lin. 68. plura dabit Munck. ad fab. 275.

10 CUNCTA ET MEDITANDA] Illud & nimis otioſe heic poſitum. Certe ſi abeſſet, non deſiderarem, cum ſine illo per caeſuram ſtare poſſit metrum. Velut ſtatim, *Noſce inquit tete Chilon* &c. Sed forte melius, *cuncta ut meditanda*, ut verbum ſubſtantivum ſubaudiatur. Exprimere voluit verſificator illud, Μελέτη τὸ πᾶν. Vet. Epigram. quod affictum Sidonio: *Ille nihil rerum fieri jubet immeditatum*. Ipſe Sidonius carm. II. *Ex Ephyrâ totum meditans quod Periander*. Ad quem verſum ex Hygino adducit Savaro, *Ex Ephyrâ Periandre notas* &c. Memoriaene vitio, an ex antiquo codice, incertum. MUNCK.

11 MITYLENIS] *Mitylenas* numero multitudinis urbem eam appellat quoque Suetonius Tiberio; alii *Mitylenen*. MUNCK.

*Mileſiuſque Thales ſponſori* [1] *damna minatur.*
[2] *Noſce, inquit, tete, Chilon Lacedaemone cretus.*
*Cecropiuſque Solon, ne quid nimis,* [3] *induperabit.*

## CCXXII.

1 DAMNA MINATUR] Veteres habuere, *minantur*. quam lectionem non exiſtimo repudiandam. SCHEFF. Veteres habuiſſe *minantur* notat Cl. Schefferus. quam lectionem non exiſtimat repudiandam. Qui illi veteres ſint, neſcio. Micyllus, qui primus edidit, *minatur*. Quod longè elegantius. MUNCK. De Thaletis origine Plut. Tom. II. p. 857.

2 NOSCE TETE] Socrati tribuit Schol. Juvenal. ad Sat. XI. vers. 27. Sed Chiloni cum Hygino Plin. lib. VII. 32. ut & ſequens, & quod proximè praeceſſit. MUNCK. V. Menag. l. l. Sect. 40.

3 INDUPERABIT] Suſpicor, *induperavit* ſcribendum. SCHEFF. Scribendum cenſet *Induperavit* Cl. Schefferus. Mihi alterum nihilo deterius videtur. Caeterum cui illud μηδὲν ἄγαν tribuendum ſit, valde ambiguum eſſe diſcas ex Schol. ad Euripid. Hippol. 264. Ὅτῳ Χίλωνι ἀνατιθέασιν, ὡς Κελλίας ϗ Πίνδαρος. εἰ δὲ Σωδάμᾳ, ὡς τὸ σὸν Τιγίᾳ ἐπίζαμμα δηλεῖ. Ταῦτ' ἴλιγεν Σώδαμος Ἐπηράτᾳ ᾗ μ' ἀνίδηκεν, Μηδὲν ἄγαν, καιρῷ πάντα πρήσσεσθαι καλόν. Ὁ δὲ Θεόφραστος, ὡς τὰ Σισύφου λιγόμενα ϗ Πιτθέως, οἷον μηδὲν ἄγαν, μηδὲ δίκαιον δικάσῃς. Commendat idem dictum, & Platonis verbis illuſtrat Iſidorus Peluſiota epiſt. 73. Confer Plin. lib. VII. cap. 32. MUNCK. V. Menag. ad Diog. Laert lib. I. §. 41. De γνῶθι σεαυτὸν, & μηδὲν ἄγαν Pauſan. lib. X. cap. 24. Plut. de Conſolat. ad Apollon. Tom. II. p. 128. & de Garrulit. p. 511.

## Ad CAP. CCXXII.

4 SEPTEM LYRICI] Atqui Lyrici vates *numero ſunt Mnemonidarum*, ut canit Auſonius Eid. XI. Sed & Muſarum quoque, quas novem vulgo numerant, non minus controverſus eſt numerus. Vide Servium ad AEn. I. 12. & ad Ecl. VII. 21. Arnob. Lib. III. apud quem Myrtilus numero eas eſſe ſeptem aſſeverat, ut & Eumelus apud Tzetzen ad Heſiod. Ἔργ. Adde Phornutum cap. 14. Vulgatam opinionem ſequitur Petronius: *Cum Pindarus novemque Lyrici Homericis verſibus canere timuerunt.* Quintil. Orat. lib. X. cap. 1. *Novem vero Lyricorum longè Pindarus princeps.* Decem numerat, additâ Corinnâ, Tzetz. Prolegom. in Lycophronem. MUNCK. Inter novem hoſce Lyricos recenſetur Ibycus, Lyricus Rheginus, qui Croeſi tempore floruit, a quo ſambuca inventa dicitur. Vide Suidam. De quo ita Plutarch. lib. VIII. Sympoſiac. Quaeſt. 3. Τὸν ὄρθρον ὁ Ἴβυκος ἐ κακῶς κλυτὸν πρόσθημεν. Schol. Apoll. Rhodii III. Arg. 158. Διὰ τάχους τ' εἶχεν παρεγγράφειν τὰ ἐρωτικὰ ὁ Ἴβυκος, ὃν οἱ μὲν τ' Γανυμήδους ἁρπαγῆς εἶπεν εἶναι τὴν εἰς Γοργίαν ᾠδήν, ϗ ἐπιφέρει μὲν τ' Ἥβης, ὡς ἥρπασεν Τιθωνόν. De hoc poeta, cjuſque fato Celeb. P. Burm. Fr. fil. ad H. Valeſii lib. IV. Emendat. cap. 14. & in Add. p. 232. De Ibyci ſervo, qui vivus combuſtus eſt, quia opem tulerat latronibus hero violentas manus inferentibus, Ptol. Hephaeſtion. apud Photium pag. 477. Aliorum nomina paullo ſunt notiora. praeter novem Lyricos hoſce fuit Xanthus Steſichoro antiquior. V. Celeb. J. Perizon. ad AEliani lib. IV. V. H. cap. 26. Pyrrhus Erythraeus ſive Lesbius μιλῶν ποιητής. V. Schol. Theocriti Idyll. IV, 31. De Muſis, de quarum numero Munckerus, haec ſciant Juvenes. Antiquitus tres fuere, quot olim artes Liberales, Philoſophia, Oratoria, Matheſis, ſed Heſiodi aetate in varias ſpecies trifariam diviſae, novem Muſis earum inventricibus fuere dicatae. Conſule Plutarch. lib. ult. Sympoſiac. Tom. II. pag. 745, 746. & de an. procr. e Timaeo pag. 1029. & haec eſt duplex illa Muſarum geneſis, de qua vide Schol. Apoll. Rhod. III, 3. De nomine *Muſa* etiam non convenit inter antiquos. Conſule Plutarch. de Frat. Am. pag. 480. item Helladium alioſque apud Photium pag. 1582.

## Ad CAP. CCXXIII.

5 SEPTEM OPERA MIRABILIA] Tot etiam numerat Caſſiodorus Lib. VII. Variarum. Lactant. Lib. III. cap. 24. Vitruvius Prooem. Lib. VII. 25. Multo autem plura Ampelius cap. 8. MUNCK. Inter ſeptem opera Mirabilia numeratur ara in Delo ex dextris cornibus exſtructa. Vid. Anonymus de Incredibilib. cap. 2. p. 85. Ed. Th. Gale, & Spanh. ad Callim. H. Apoll. vs. 63.

6 OTRIRA] Ita ſcriptum etiam cap. 30. & 225. Sed Graecum Ὀτρήρη ſi reſpicias, *Otrerae* ſcribas: oportet

## CCXXII. [4] *Septem Lyrici.*

* * * *

## CCXXIII. [5] *Septem opera mirabilia.*

EPHESI Dianae templum, quod fecit Amazon [6] Otrira [7] Martis con-

oportet, ut recte exaratum est cap. 112. Ὀτρηρὴ est Lycophroni. Operae pretium puto me facturum, si huc transferam, quae ad Valerianum de Bon. Disciplinae notavit Goldastus pag. 103. *Fortasse scribendum* Sirico *more illius aevi, Christianis maximè usitato, qui* ι *Graecorum* (imo & ι saepe) *in* ι *breve commutarunt. Hinc illa passiva & proletaria*, crimus, mathisis, energima, phrenisis, ecclisia, ithica, *& his similia magis atque centum, quae in ecclesiasticis scriptoribus reperire est.* Atque haec eo libentius adduxi, quod me in sententiâ, quam ex veterum Christianismi antistitum lectione jam dudum conceperam, non parum porro confirmant. Pro exemplis porro sint illa Tyronis in notis pag. 21. *Paraclitum. Mathimaticus* 80. *Ephimeris* 124 *Sirapis* 135. *Jordanis* 183. Columbanus Monost. 110. *Vita aliena tuae sibi sic Catbegita vitae. Ipomanis*, genus veneni in Glossariolo à Barthio publicato Advers. Lib. XXVIII. 19. *Apocima*, genus potionis ex Vet. Membrana Lib. XXVII. 12. pro *apozema*. Plura notavi ad cap. 31. Videor illam mutationem etiam advertisse in Isidori Glossis, *Apiciosus*, *calvus*, *calvaster*. Lego, *alopiciosus*. Sunt enim *alopeciae* capillorum defluvia. Qui illis laborat *alopeciosus* dicitur, ut *cancerosus*, qui morbo cancro in vitâ S. Othonis. Sanè *alopicia* dicitur is morbus ab interprete Byngiziae. Eadem pronuntiatio permultis locis corrupit Glossas Stephani, sive Philoxeni, tanquam *Discivit*, αὐτομόλησεν, pro *descivit*, ἀπεμόλησεν. Videntur ultimis temporibus versificatores illi non meliores, quam poëtae, etiam E Latinum ut I pronunciasse. Certe E S tanquam I S corripuerunt. Abbas Columbanus: *Ignotum noto nunquam praepones amico.* Poëtaster nescio quis apud Spartianum Pescen. Nigr. cap. 12. *Hunc reges, hunc gentes amant, hunc aurea Roma.* Catal. Pith. Lib. III. Epitaph. Vitalis: *Ut plures uno crederes ore loqui.* Capella Lib. VI. *Hic igitur furvae oculos splendescere noctis Cerneres ex auro, ut sacra flamma micat:* Refero huc ex eorundem Catal. Lib. IV. p. 157. *Quaeso aliquid nostris gustatibus inde relaxis.* pro *relaxes.* Et ex Glossario Barthii: *Impetiginosus, populosus, birniosus.* Legendum, *papulosus, bernicosus. Pontifix, Mircurius, distructus* ex Vett. Inscript. Grut. Glossae Isidori, *Limbus navis piratica, vel clavus in veste regia, vel vestis ipsa.* Nempe *lembus* ut *limbus* extulit. Ultimam syllabam in *Thales, Lyristes*, & *Ganymedes* correptam fuisse à quibusdam jam diu est, cum observavit Scioppius Verisim. lib. II. cap. 8. Euphorbus, non Virgilius, ut ipse putat, Epigram. de Livore: *Aut tradat Ganymedes ipse nectar.* Quo loco tamen in Pithoei editione legitur, *Catamitus.* Sed perperam. De *Thales* & *Lyristes* observavit etiam Gretserus in de Instit. linguae Graecae p. 123. Ausonius Ludo: *Thales ipsa cithara se attulit protulit.* Sidonius Lib. VIII. epist. XI. *Alcaeo potior Lyristes ipse.* Verum quod illi docti homines ad tria illa nomina restringunt, id generaliter de omnibus pronunciat Capella Lib. III. *Es terminatus*, inquit, *in Graecis nominibus brevis est, ut Anchises.* Unde hoc autem? quia *es* ut *is* pronunciabant, imo & scribebant interdum illo aevo. Et non de nihilo suspicor in locis illis modo adductis Ausonii, Sidonii, & Euphorbi, ut deterioris aevi scriptorum, exaratum fuisse primitus *Thalis, Lyristis, Ganymedis*, ex corruptâ illâ pronunciatione, quâ η ut ι Latinum proferebant. Quae quam vitiosa sit, discas ex Platonis Cratylo: Οἱ μὲν ἀρχαιότατοι ἡμῖν τὴν ἡμῖν ἐκάλουν, οἱ δ' ἡμεῖς, οἱ δὲ νῦν ἡμεῖς. Licet eam pronuntiationem animadvertere etiam in isto marmore Arundeliano, quod ad Apul. Apologiam affert Pricaeus pag. 148. Ἔνδον πατρικὴν τέρψιν φέρων. Seductus eâ omnino est Probus in Catholicis, quando inter terminationes tertiae declinationis e productam numerat, & pro exemplo affert *Euterpe Enterpis.* Si nondum persuasus es, mi lector, accedat hoc in cumulum, quod *prolues* & *Jobannes*, in quibus ultimam corripi apud Prudentium notat Fabricius, ex MSS. *huis* & *Jobannis* restituit nobilissimus Heinsius. Eundem in modum existimem succurrendum Sedulio & Fortunato, quorum illum postremam in *Herodes*, hunc in *Moses* corripuisse putes, si vulgatas editiones inspicias. MUNCK.

7 MARTIS CONJUNX.] Vide notas ad cap. 30. & 112. De templo illo Dianae Avienus descript. Orbis terrae pag. 417. ed. Pith. *Urbs Ephesus qua tetrae sustollit fana Dianae, Munus Amazonidum memorabile.* Non constat metrum versiculi prioris. Forsan scribendum, *tetricae qua attollit* &c. ut pag. 418. *Inclyta per nubes attollens moenia*

conjunx. Monimentum regis Mauſoli, [1] lapidibus lychnicis, [2] altum pedes 80. circuitus pedes 1340. Rhodi ſignum Solis aeneum, id eſt [3] coloſſus, altus pedibus 90. Signum Jovis Olympii, quod fecit [4] Phidias ex ebore & auro ſedens, pedes 60. Domus Cyri regis in Ecbatanis, quam

*moenia Lyrbe.* Conſer Plin. Lib. XXXVI. 14. MUNCK. De templo hoc ne actum agam, V. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 823. Schol. Ariſtoph. Nub. vs. 599. Spanh. ad Callim. H. Dian. vs. 238. Perizon. ad AElian. lib. III. V. H. cap. 26. P. Petit. de Amazon. cap. 30. Cum Herodoto lib. II. cap. 148. conſer Arnaldum cap. XII. Animadv. ad Callimachum.

1 LAPIDIBUS LYCHNICIS] *Lychnitis* ſcribendum, ut rectè habet margo libri Salmaſiani. Vel certè *lychniticis.* Not. Tyr. p. 165. *Lignitis, Lignitbicis.* leg. *Lychnites, Lychniticis.* Marmor Parium, ſive alabaſtrum, ita olim vocatum obſervat Anſelmus Boëtius Hiſtor. Gemm. & Lapid. cap. 267. quod, Varrone teſte, ad lucernas in cuniculis caederetur. Vide tu Plinium lib. XXXVI. cap. 5. Dictus aliter lapis iſte λυχνόις. Clemens Protrept. pag. 30. Τὰς μὲν δύω Σκυπάς ὑποίσειν ὧν δ' καλυμβᾶν λυχνίας λίθε. Schol. Pind. ad Nem. IV. p. 285. Πάρεσ δὲ λίθ ἐξὶν ὁ καλύμβ λύγδιν. Iſidor. Orig. XVI. 5. *Parius candoris eximii Ligdinus cognomento.* Sed ille alius eſt Plinio, qui de eo agit libri modo laudati cap. 8. Candens tamen ut Parius fuit. Anacr. od. 28. Περὶ Λυγδίνῳ πυχίλῳ, h. e. candido inſtar Parii marmoris. Λυχνὶς alia eſt Periegetae. Pyropi & carbunculi faciunt genus. Certe inter gemmas cum Dionyſio numerat Capella lib. I. *Quippe tres fuerant à fronte gemmae, Lychnis, Aſtrites, & Ceraunos.* MS. Leid. habet, *Licnus.* Unde forte *Lychneus* faciendum. Perperam etiam *lignis* exaratur apud Iſidor. XVI. 13. Priſcianus Periegeſi: *Et flammae ſimilis ſplendenti lumine lychnis.* Dictus & Λυχνίτης, ut tradit Euſtath. ad Dionyſ. vs. 327. MUNCK. Athenaeus lib. V. cap. 9. pag. 205. λίθον λυχνίαν vocat. Suidae eſt λίθ λυχνίτης. Conſule Salmaſ. Exercit. Plin. cap. 52. p. 777. Olear. ad Philoſtrati lib. II. cap. 14. de Apoll. Tyan. Burm. in Var. Lect. ad Servii I. AEn. 593.

2 ALTUM PEDES 80.] Plinius loco modo adducto: *Patet toto circuitu pedes quadringentos undecim; attollitur in altitudinem* XXV *cubitis.* MUNCK.

3 COLOSSUS] V. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 504. J. Meurſ. lib. I. de Rhodo cap. 15. Primos ac praeſtantiſſimos fuiſſe ſtatuarios Rhodios docet praeter Euſtathium Schol. Pindari Olymp. Od. VII. vs. 95.

4 PHIDIAS] De hoc artifice ſummo Pauſanias multis locis, ut lib. I. pag. 10, 58, 67, 81. lib. IV. cap. 10. Schol. Ariſtophanis in Pace vs. 604. Suidas, Seneca, in loco, quem inluſtrat Celeb. P. Burm. ad Phaedri lib. V. in Prol. Sec. vs. 5. aliique egerunt. Conſule Salmaſ. Exercit. Plinian. cap. 52. p. 737. Hoc ſimulacrum Jovis Olympici ſecundum Homericam deſcriptionem a Phidia factum docuere veteres. Conſule II. Valeſium lib. II. Emendat. cap. 4. cum Celeb. P. Fr. F. Burmanni nota. Παχέων λε. fuiſſe hoc ſimulacrum docet Anonymus de Incredibilib. cap. 2.

5 VARIIS] H. e. varii coloris. Ita *oves variae* dicuntur à vulgato Interprete Geneſ. XXX. 32. *Veſtis varia* apud Terent. Eunuch. IV. 4. *Porcus varius* in Fragm. Trag. Petronii. *Variae tigres* Senec. Hippol. 63. *Pica varia* in Petronianis pridem editis, & apud Plin. lib. X. 29. Apud Ovid. Remed. Am. *Formido varia.* Proverbium eſt apud Juv. Scholiaſten ad Sat. II. 81. *Uva uvam videndo varia fit.* Varro de anſeribus lib. III. R. R. 10. *Eſt enim alterum genus varium.* Propert. lib. III. el. II. *Aut variam pluma verſicoloris avem.* Eodem ſenſu ποικίλ Graecis venit. Gloſſ. *Varia*, ποικίλα, παρδαλίς. nempe, quia varium colorem habet. Apollod. lib. III. Βῦς ποικίλ, *bos varii coloris.* Euſtath. in Dionyſ. p. 75. Μίτραι δέ εἰσι ποικίλης λίθε, Σκευῆς λεγομένης. AElian. Var. Hiſt. IV. 22. Ποικίλας ἐσθῆτας χιτῶνας. Iſidorus lib. XV. 1. *Ibi eſt regia Cyri lapide candido & vario cum columnis aureis* &c. Ampelius cap. 8. *Domus illic Cyri regis, aedificata lapidibus candidis & nigellis, auro vinctis, ubi ſunt columnae diverſis coloribus.* Scio *opus vermiculatum* etiam *lapidem varium* dici; eo tamen reſpicere Hyginum non dixerim. Papyrius apud Senec. lib. II. contr. 1. *In hos ergo exitus ſecatur varius ille lapis, ut tenui fronte parietem tegat* &c. Lapides varietatis ab Hebraeo ſcriptore I. Paralip. cap. XXIX. vers. 2. appellari obſervat vir reverendus, & juxta ſacras has etiam literas non vulgariter doctus, D. Petrus Texelius. Λίθες ποικίλες tranſtulerunt *oi ί. Lapides diverſorum colorum* vulgatus Interpres. Melius, ipſo judice, quam Belgae, qui inde *een borduirſel* fecerunt. Et ſanè, cum ibi de aedificandâ domo agatur, ad quam magis faciunt lapides, quam neſcio quod acupictum, non poſſum non premere pollicem.

quam fecit Memnon lapidibus [5] variis & candidis, vinctis auro. Murus in Babylonia, quem fecit Semiramis [6] Decertis filia, [7] latere cocto & [8] sulphure, [9] ferro vinctum, latum pedes 25. [10] altum pedes 60. in circuitu [11] stadiorum 300. [12] Pyramides in AEgypto, [13] quarum

licem. MUNCK. Herodotus lib. 1. cap. 98. de Ecbatanis, τὸ δὲ κῆ μᾶλλόν τι ἐστι θωμάζειν, κύκλοι ἑπτὰ τείχεων εἰσὶ σωματάρτων ἐπ' ἀλλήλοισι, ἐν δὲ τῷ τελευταίῳ τὰ βασιλήια ἔστι (consule Schol. Aristoph. Equit. vs. 1087. & Eust. ad Dionys. Perieg. vs. 988.) κῆ οἱ Θρασυνῆι, τὸ δὲ αὐτῶν μέγιστόν ἐστι τεῖχος &c. . . . . ἔστι μὲν δὴ πρώτα κύκλα οἱ προμαχεῶνες εἰσὶ λευκοί, ἔστι δὲ δευτέρα, μέλανος, τρίτα δὲ κύκλα φοινίκεοι, τετάρτα δὲ κυάνεοι, πέμπτα δὲ σανδαράκινοί. Unde scimus, quid per *varios lapides* sit hic intelligendum. De voce *varius* videndus Passeratius ad Propertium 1, 14, 22. & ampliss. Cuperus 11. Observ. cap. 12.

6 Decertis filia] Perperam *Cercetis filia* legitur apud Ampel. cap. 9. Δερκῆτις & Δερκετὼ est Graecis. Vide Tzetzen. Chil. IX. 275. Ovid. IV. Met. 45. & quos ad eum versum congessit Farnabii industria. Scalig. ad Varron. p. 25. Phornutum cap. 6. MUNCK. Adde Interpr. ad AEliani VII. V. H. 1.

7 Latere cocto] Justin. 1. 2. *Murumque urbi cocto latere circumdedit.* Vetus interpres Jesai. cap. XVI. 7. *Qui laetantur super muros cocti lateris. Ordinarium lapidem* dictum olim didici de Scholiaste Juvenal. ad Sat. X. 171. *Babylonem*, inquit, *Persarum civitatem, quam condidit Semiramis Nini uxor, & cocti lateris munivit, quem hodie dicimus ordinarium lapidem. Laterculum coctilem* vocat Curt. lib. v. cap. 1. MUNCK. Consule Salmas. Exercit. Plin. in Solinum cap. 56. pag. 867. & seqq.

8 Sulphure] Ita & Cassiodorus Variar. lib. VII. 25. *Latere cocto, sulphure, ferroque construxit.* Ampelius cap. 8. *Murus intus medio Babyloniae, quem Memnon aedificavit lapide cocto,* (fort. *latere cocto*) *id est, calce & sulfure, ferro intermixtus, ut sint* (leg. *sint*) *junctura.* Alii, ut Justinus lib. 1. & Curtius v. bitumine interlitum fuisse murum tradunt. Sed sulphuris & bituminis vicina est natura, ut ait Plinius lib. XXXV. 15. Tertullian. de bitum. Sodom. *Quod vividus ardor Subter flagra coquens, de sulphuris & salis aestu Temperat, inque picem dat terrae haerere marinam.* Carpit tamen eo nomine Hyginum & Cassiodorum Bulengerus Eclog. III. ad Amobium. MUNCK. Herodotus lib. 1. cap. 179. Οὗτος δὲ ὁ Ἶς πόλεμος, ἅμα τῷ ὕδατι θρέμμασι ΑΣΦΑΛΤΟΥ ἀνακλυδεῖ πολλῇ, ἦλθε ἡ ΑΣΦΑΛΤΟΣ ἐς τὸ ἐν Βαβυλῶνι τείχεος ἐκομίσθη. Περὶ τῆς ἀσφάλτου vide AElian. XIII. V. H. 16. Tzetz. ad Lycophron. 704.

9 Ferro] Putabam id vocabulum à primo esse delendum, ut natum ex repetitione syllabarum praecedentium, cum librarius inveniret scriptum *fulfore.* Frequenter enim librarii O pro U ponunt. Glossae Cyrilli: Πῶρμοις, *Sternomentum*, *Sternotum*, & sexcentis aliis locis. In fragmento Grammat. à Barthio publicato Adversar. lib. XXXVII. 13. *A ante f producitur, ut Afer. Praeter vafer & scafium, hoc est, orinale.* Leg. *urinale.* Juvenal. Sat. VI. 263. *Et ride, positis scabium cum sumitur armis.* Frustra ibi est Vet. Scholiastes. Sed Hyginum huic sanum esse evincunt, quae ex Ampelio & Cassiodoro modo adduxi. MUNCK. Eustathius ad Dionys. Perieg. hunc murum latissime describens vs. 1005. a quibusdam *murum aeneum* vocari dicit: quomodo haec intelligenda sint, inquirunt Raderus & Freinshemius ad Curtii lib. v. cap. 1. §. 25. Herodotus l. c. πύλας δὲ ἐνεῖναι πέριξ ἐν τείχεϊ ἑκατὸν, χάλκεας πάσας. Ceterum Olearius ad Philostrati lib. 1. cap. 25. de vita Apollonii Tyanensis, de muri hujus mole disputavit latissime.

10 Altum pedes 60.] Ampelius: *Latitudo ejus cubitis* XXX. *altus cubitis* CXXX. Juvenalis statim laudatus Scholiastes: *Quorum* (murorum) *latitudo* 200. *pedes detinet, altitudo* 50. Curt. v. 1. *Altitudo C. cubitorum.* Vide quae ad eum locum congessit Freinshemius. MUNCK.

11 Stadiorum 300.] Bochartus in Phaleg. lib. 1. cap. 12. emendat 360. In tanta auctorum discrepantia certi aliquid statuere difficile est. Eustath. in Dionys. p. 127. Περίμετρον αὐτῆς διεγράψατο στάδια τ φ ι fort. τξ. Vide Tzetz. Chil. IX. 275. MUNCK.

12 Pyramides] Plinius in circuitu passuum fuisse 6000. scribit, qui stadia constituunt 480. MICYLL.

13 Quarum umbra non videtur] Tempore solstitii puta, & die medio. Consule Ammianum lib. XXII. & ibi doctissimum Valesium. SCHEFF. Tempore solstitii puta, & die medio, ut rectè observat Cl. Schefferus. In Catal. Pith. lib. II. *Pyramidasque ausas vicinum attingere coelum, Pyramidas, medio quas fugit umbra die.* Ammianus lib. XXII. p. 240. ed. Boxh. *Quarum magnitudo quoniam in celsitudinem nimiam scandens gra-*

*dateſcit*

rum umbra non videtur, [1] altae pedes 60.

## CCXXIV. *Qui facti sunt ex mortalibus immortales.*

HERCULES Jovis & Alcumenae filius. Liber Jovis & Semelae filius. [2] Castor & Pollux Helenae fratres, Jovis & Ledae filii. Perseus Jovis & Danaes filius, in stellas receptus. Arcas [3] Jovis & Calysto filius in stellas relatus. [4] Ariadnen Liber pater Liberam appella-

*cilescit paulatim, umbras quoque mechanicâ ratione consumit.* MUNCK.

1 ALTAE PEDES 60.] Hoc vero falsum, quod vel ex Plinii lib. 36. c. 12. apparet. Mela lib. 1. c. 9. altitudinem maximae pyramidis facit jugerorum quatuor. Hoc autem est pedum nongentorum sexaginta, cum jugera singula in longitudinem habeant pedes 240. Quare suspicor & apud nostrum scribendum, *pedes* 260. & potest numerus duodenarius extritus esse per similitudinem literae praecedentis. SCHEFF. Strabo Lib. XVII. Εἰσὶ πυραμίδες. Scripserim ergo heic 600. Solinus cap. 45. *Pyramides turres sunt in AEgypto fastigiatae ultra excelsitatem omnem, quae fieri manu possit. Itaque mensuram umbrarum egressae nullas habent umbras.* Quae verba transcripsit in Orig. lib. XV. cap. 11. Isidorus. Ubi tamen corrupte legitur *pyra* pro *pyramis*. Anonymus περὶ ἀπίστων cap. 2. Αἱ ἐν Αἰγύπτῳ Πυραμίδες, αἳ ἡ μείζων ἔχει πήχεις τετρακοσίας. MUNCK.

## Ad CAP. CCXXIV.

2 CASTOR ET POLLUX] Pollux Argis pro uno e diis Olympiis colitur. Plut. Quaest. Graec. T. II. pag. 296. Cephalenses Castorem & Pollucem pro magnis diis habent. Pausan. lib. 1. cap. 31. p. 77.

3 JOVIS ET CALYSTO] *Callistus* esset scribendum vel *Callistonis*. Astron. II. 4. *Arcas Calystonis & Jovis filius.* Sed ut heic, ita & cap. 14. *Gubernator navis Argo.* Apud Lactant. in Thebaid. Stat. VII. 186. *Jovis & Io filium.* in MS. codice Fulg. III. Myth. cap. 4. *Fabulae Ero & Leandri. Dido* in Cod. antiq. Priap. Carm. 76. pro *Didus*. Non minus mira sunt illa apud Lactant. Arg. II. Met. fab. 10. *Chironis & Charitae filia.* apud Isidor. Orig. IX. 2. & XIV. 4. *Jovis & Calystae filius.* Dicas & illis locis *Charitelo* & *Callisto* scribendum esse. Nisi aliter in sequentibus loqueretur, parva mutatione restitui posset locus rescribendo, *Jovis ex Callisto.* MUNCK.

4 ARIADNEN LIBER PATER LIBERAM APPELLAVIT] Videtur ita dicta, quod esset conjux Liberi. Caeterum hic deest, quomodo sit facta immortalis, neque alibi hoc legas, sed solummodo de corona ejus. Ut tamen cohaereat oratio, scribe: *Ariadne, eam Liber pater.* Sic enim & in caeteris solet, ut *Hercules, Perseus, Arcas* &c. SCHEFF. Cl. Schefferus *Ariadne, eam.* quod non sperno. Quod autem addit alibi non legi, quomodo facta sit immortalis, in eo memoria ipsi imposuit. Fuerunt enim, qui non Ariadnae tantum coronam, sed & ipsam in sidera relatam dicerent, ut ostendit ad Manil. pag. 412. Scaliger. Lucianus medium sequitur, dum Ariadnen coelo adsumptam, sed coronam ejus astrorum choro insertam narrat διὰν ἐκκλησίᾳ. Ovid. Fast. III. *Occupat amplexu lacrymasque per oscula siccat, Et pariter coeli summa petamus ait. Tu mihi juncta thoro, mihi juncta vocabula sumes, Nam tibi mutatae Libera nomen erit.* Lactant. Firm. lib. 1. cap. 10. *Illam patris proditricem, ab alio relictam & repudiatam in conjugium sibi vindicavit, & Liberam fecit, & cum ea pariter in coelum ascendit.* Propertius Lib. III. el. 15. *Te quoque enim non esse rudem testatur in astris Lynceus in coelum vecta Ariadna tuis.* Phaedra apud Senec. Hippol. vers. 663. *Te, te, feror, quacunque siderei poli In parte fulges, invoco ad causam parem.* OEdip. vers. 497. *Ducitur magno nova nupta coelo.* Alia est Libera Cereris ex Jove filia, de quâ Arnobius Lib. V. Isidor. Orig. XIV. Cicero IV. Verr. & II. nat. Deorum. Etiam Semele dicta *Libera.* Gloss. Cyrilli, Σεμέλη, *Libera.* Ariadnae nomen, ut obiter hoc moneam, restituendum Servio AEn. III. 125. ubi de Naxo agit: *Aut ideo*, inquit, *gratam Baccho, quod ibi cum relicta Atheniensi duce * libentissime conciluerit, cui etiam coronam donavit, quae postea inter sidera collocata.* Lege, *cum relictâ à Theseo Ariadnâ libentissimè* &c. MUNCK. De corona Ariadnes inter sidera a Baccho relata, vide Schol. Apollonii Rhodii lib. III. vs. 996. De Ariadne ipsa divinis honoribus culta in insula Naxo vide Plut. in Theseo pag. 8, 9. & Meurs. in Theseo cap. 14. pluribus de hac corona agentem.

6 MER-

pellavit, Minois & Paſiphaes filiam. Calyſto Lycaonis filia in ſeptemtrionem relata. Cynoſura Jovis nutrix, in alterum Septemtrionem. Aſclepius Apollinis & Coronidis filius. Pan [5] Mercurii & Penelopes filius. [6] Croton Panis & Euphemes filius, [7] conlactius Muſarum in ſtellam ſagittarium. Icarus & Erigone Icari filia in ſtellas, [8] Icarus in arcturi, Erigone in virginis ſignum. [9] Ganymedes, Aſſaraci filius, [10] in aquario duodecim ſignorum. Ino Cadmi filia in [1] Leu-

5 MERCURII ET PENELOPES] Idem tradit Herodorus. Sed alii alia. Vide Natalem Myth. v. 6. & ante omnes Schol. Theocrit. ad Eid. I. v. 123. De Mercurio patre conſentit etiam Probus ad III. Georg. v. 391. Lucianus Dial. Deor. Tom. I. pag. 175. edit. Bened. Gloſſ. MSS. in Virgil. I. Georg. *Pindarus ex Apolline & Penelopâ in monte Lyceo editum ſcribit. qui à Lycaone rege Arcadiae dictus. Alii ex Mercurii & Penelopâ natum, comitem Dianae, feras ſolitum à cubilibus excitare, & ideo capripedem figuratum, quo facilius denſitatem curſu poſſet evadere. Cicero ait* IV. *Verrinarum Liberi eſſe filium: alii cum ex AEthere & Junone. Apollodorus ſine parentibus eum finit, quoniam univerſum, id eſt, τὸ πᾶν huic Deo ſit attributum.* MUNCK. Plutarch. de Oracul. defectu Tom. II. pag. 419. De magno Pane *εἰκάζειν δὲ τὸν περὶ αὐτὸν (Τιβέριον) φιλολόγως συγχινδυνεύοντας τῷ ἐξ Ἑρμοῦ καὶ Πηνελόπης γεγενημένῳ.*

6 CROTON] *Crotus.* MICYLL. Micyllus ſcribit *Crotus.* Et ſic legitur lib. II. Poet. Aſtr. forte tamen Graeco more apud noſtrum ſcriptum fuit *Crotos.* SCHEFF. *Crotus* appellatur Aſtron. II. 27. Eratoſth. *καταστερ.* cap. 28. Sed *Crotonem* appellat quoque German. Scholiaſtes Sagittario. Verba ejus adſcribam: *Hic autem homo equinis pedibus eſt, & caudam habet velut ſagittarii. Soſitheus autem tragoediarum ſcriptor illum affirmat eſſe Crotonem Euſebemis Muſarum nutricis filium.* Pro *ſagittarii* lege *Satyri* ex Eratoſthene; pro *Euſebemis*, *Euphemes.* Poſterius vidit etiam, & correxit, qui praefuit Sanctandreanae editioni, vel Morellius potius. Ampelius cap. 2. *Sagittarius Crotopi filius nutricius Muſarum, quae Muſae ſemper dilexerunt eum, quod plauſu & luſu ſagittarum eas avocaret.* Lege & heic *Croton Euphemes nutricis* &c. Sed rectius *Crotus* ſcribitur. Columell. Lib. X. *Spicula Phoebus Dirae nepae tergoque Creti feſtinat equino.* MUNCK. Fuit & alius Croton, filius AEaci, frater Alcimi, conditor urbis in Sicilia Crotonis. V. Schol. Theocriti Idyll. IV. vs. 32.

7 CONLACTIUS MUSARUM] Nil mutandum puto, licet alii malint *collactaeus*, item *collectaneus.* Nam *collactia* etiam eſt apud Juvenalem Sat. VI. v. 305. unde *collaciam* facere, absque ulla neceſſitate. SCHEFF. H. e. *σωίτροφος.* Gloſſ. Cyrill. Σωίτροφος, *concibus, conlactaneus.* Συμβάλακτος, *conlactaneus.* Gloſſ. Latino-Graec. *Conlactaneus, ὁμογάλακτος, σωίτροφος.* In Teſtam. Cuſpidii: *Ut ſingulis annis victum neceſſarium collactaneae Doryclae ſuppeditet.* Lucas Act. cap. 33. v. 1. Ἡρῴδου σωίτροφος. Quod recte vertit vetus interpres, *Herodis collactaneus.* Nec à Bezâ debuerat ſperni. Hieronymus ad Furiam: *Nec formoſulus collactaneus, nec candidulus & rubicundulus aſſecla.* Chariſius Lib. I. *Conlactaneus dici debet. Nam collactius nemo dicit.* AEquè verum hoc, bone magiſter, ac illud Lib. III. *Imperator nemo dicit.* Et quod ſub finem ejuſdem libri inculcas, *Dici non poteſt Sol occaſus.* Vana etiam diſtinctio Capri: *Collactaneus eſt, qui iiſdem mammis educatus eſt. Collacteus, qui uno eodemque lacte creatus.* Capella Lib. I. *Quod ſororis ejus collactea & indiſcreto amica foedere videretur.* Et ſub initium Lib. II. *Utrum matre virginis miſſa, an ſuâ, utpote ejus collactea, trepidatione ſollicita, quid ageret, conſpicatur.* Gloſſ. Cod. Leid. *à matre virginis.* Atque ita legendum omnino. Adde quae habet Pignorius de Servis pag. 188. ed. Patav. Ὁμοθήλους & ἀγκαλάκτους vocant Graeci eodem lacte nutritos. Vide Heſychium. In margine Hygini ſui Heinſius adſcripſerat, *Juvenalis.* Voluit, puto, innuere locum illum Sat. V. vers. 306. *Quid dicat nigrae collacia Maurae.* Ubi quidam *collactea* legunt. MUNCK.

8 ICARUS IN ARCTURI &c.] Ita quidam voluerunt. Vide Servium Georg. I. 68. & noſtrum ſupr. cap. 130. Aſtron. II. 4. MUNCK. Adde cl. Burm. ad Ovidii X. M. 450.

9 GANYMEDES] Gloſſ. Vett. *Catamitus*, Γανυμήδης. Feſtus: *Catamitus pro Ganymede dixerunt, qui fuit Jovis concubinus.* Noſter infr. cap. 271. Erichthonii facit filium. Vide ibi notas noſtras. MUNCK.

10 IN AQUARIO] Vel *in aquarium*, vel in *aquarii*, ut repetatur *ſignum* ex ſuperioribus, commendandum videtur. SCHEFF. Cur non *in aqua-*

[1] Leucothoam, quam nos matrem Matutam dicimus. Melicertes Athamantis filius [2] in deum Palaemonem. Myrtilus Mercurii & [3] Theobules filius in Heniochon.

## CCXXV. *Qui primi templa deorum conſtituerunt.*

AEDEM [4] Jovi Olympio primum fecit Pelaſgus Triopae filius in Arcadia. Theſſalus templum quod eſt in Macedonia Jovis Dodonaei in terra Moloſſorum. [5] Eleuther primus ſimulacrum Liberi patris conſtituit, & quemadmodum coli deberet, oſtendit. Phoroneus, Inachi

*quarium*, quo caſu caetera extulit? Sed ut heic, ita etiam cap. 177. *Poſtea Jovis in ſtellarum numero retulit.* Poſſis tamen ſuſpicari ſupra literam o ductam fuiſſe lineolam à librario, & ſcribendum *aquariom* & *numerom*. Qui antiquos codices inſpexit, vel vetera gloſſaria attentè legit, o pro u nimis ſaepe poſuiſſe librarios, ignorare non poteſt. Quintil. declam. 1. *Praeterea cum manus ex parte* (leg. *ea parte* cum Gron.) *qua palmare veſtigium poteſt, plicetur in capulo, & ſe, dum telo occupat, claudat.* Ita editum Leidae ann. 1665. Sed legendum ex Pariſ. & Colon. edd. *telum*. MUNCK.

1 LEUCOTHOAM] *Leucotheam* eſſe ſcribendum demonſtravi ad cap. 2. MUNCK. A Megarenſibus primum Ino *Leucothea* dicta, conſule pluribus de hac re agentem Pauſaniam lib. 1. cap. 42. in fine.

2 IN D. PALAEMONEM] Melicertes mutato nomine *Glaucus* vocatus eſſe dicitur a Nicanore Cyrenaeo apud Athenaeum lib. VII. cap. 12. pag. 296. Ejus aram & ſepulcrum deſcribit Pauſan. lib. II. cap. 1. p. 111. à Corinthiis perjurorum vindex habitus cap. 11. pag. 114.

3 THEOBULES] Scribe *Eleobules*. Ita enim aliis vocatur. SCHEFF. Cl. Schefferus corrigit *Eleobules*. Mercurium Myrtili patrem fuiſſe inter alios etiam Servius notavit ad 1. Georg. 205. Schol. Apollon. ad 1. 752. Sophoclis ad Electr. v. 509. Matrem noſter *Clytiam* appellat Aſtron. II. 13. Alii aliter. Vide notas ad cap. 84. Hic legendum *Cleobules*. Tzetzes in Lycophr. pag. 31. Ἑρμῆ ᾧ Κλεοβούλης τ' Αἴολις ἢ Αἰπόλιε συγκατέβης. (Corrigendus ergo idem pag. 35. Καδμίλου.) ὁ Ἑρμῆς Βασιλικὰς, ὁ ᾧ Κλεοβούλε υἱὸς ὁ Μύρτιλος. Lege, ὃ ᾧ Κλεοβούλης υἱὸς ὁ Μύρτιλος. MUNCK.

## Ad CAP. CCXXV.

4 JOVI OLYMPO] Rectius, *Jovi Olympio*. Niſi quis exiſtimet, τὸ *Jovi* ex gloſſa eſſe. Nam *Olympus* aliquando ſimpliciter, pro Jove Olympio, quod jam alii notarunt. SCHEFF. *Olympio* ſcrib. Cap. 223. *Signum Jovis Olympii*. Fragment. Trag. *Licet me Hercules Jovem Olympum clames*. Ubi rectè Schefferus, *Olympium*. Atque ita quoque habuit vetus codex. Columell. Praefat. Lib. 1. *Pulchritudine Jovis Olympii* &c. Cenſorinus cap. 18. *Agon Jovi Olympio celebratur*. Valerius Max. lib. 1. cap. 1. *Detracto Jovi Olympio magni ponderis aureo amiculo*. Lactant. II. 4. *Cum Jovi Olympio aureum amiculum detraxiſſet*. Ζεὺς Ὀλύμπιος eſt Graecis. Arnob. non tantum Lib. III. *Olympium* vocat, ſed & VI. *Olympiacum*. Quomodo tamen *Olympus Jupiter* defendi poſſit, diſces ex Salmaſii Comment. ad Tertull. Pall. pag. 362. MUNCK. Argis Cereri fecit templum idem Pelaſgus, quod inde Πελασγίδος Cereris templum vocatur. Pauſan. lib. II. cap. 22. Athenis vetuſtiſſimum Jovi Olympio templum fecit Deucalion, ut teſtantur Attici apud Pauſan. lib. 1. cap. 18. pag. 43. qui pag. 42. deinde Hadrianum Imp. ibidem Jovi Olympio aedem dicaſſe narrat. Corinthii olim etiam Jovi Olympio aedem poſuerant, ſed incerto quodam caſu incendio deletum. Idem lib. II. cap. 5. pag. 123. Pluribus vero locis *Jovem Olympium* fuiſſe cultum docet G. Cuperus III. Obſ. 10. Omnium templorum vetuſtiſſimum eſſe apud Troezenios, nempe Ἀπόλλωνος Θεώρια, a Pittheo exſtructum, cenſet Pauſanias lib. II. cap. 31. p. 185. qui de aliorum templorum antiquitate ibidem agit. In tranſitu velim notes, ut *Thearium* hic Apollinem, ita *Thearium* in AEgina locum dici, Apollini Pythio ſacrum, de quo haec notant Scholia Pindari O. Nem. III. 122. Θεώριον τόπος ἐν Αἰγίνῃ δημόσιος, ἔνθα τὰ συμπόσια, ὅπερ τινὲς λέγουσι τὸ Θεωρεῖον τὸ Ἀπόλλωνα κιμπομένων, deinde. ἔστι δὲ Αἰγίνῃ Πυθίε Ἀπόλλωνος ἱερὸν, ἐν ᾧ οἱ Θεωροὶ διητῶντο &c. Denique ἐν τῷ δὲ Πυθίε Ἀπόλλωνος ἱερῷ οἶκος ἐστὶ καλούμενος Θεώριον. &c.

5 ELEUTHER PR. S. I.. P. C.] Eſt Eleuther apud Pauſaniam in Boeoticis Apollinis & AEthuſae filius, qui an huc faciat, ignoro. Nam alias apud

chi filius, templum Argis Junoni primus fecit. Otrira Amazon Martis conjunx templum Dianae Epheſi prima fecit, [6] quod poſtea à rege * reſtituerunt. [7] Lycaon Pelaſgi filius templum Mercurio Cyllenio in Arcadia fecit. [8] Pierius.

* * * * *

## CCXXXVIII. *Qui filias ſuas occiderunt.*

AGAMEMNON Atrei filius, Iphigeniam, quam Diana ſervavit, [9] id eſt

apud eundem in Atticis ſtatim ab initio eſt Πήγασος Ἐλευθερεύς, ſeu *Pegaſus Eleutbereus*, *qui primus Liberi religiones Athenienſibus tradidit, atque id ex Delphico oraculo*, ut eo loco legitur. SCHEFF. Duo fuerunt Eleutheres. Alter Apollinis & AEthuſae filius, de quo Muncker. ad fab. 161. Alter Lycaonis filius, a quo Eleutherae Boeotiae civitas videtur nomen accepiſſe. vide Plut. Quaeſt. Graec. Tom. II. p. 300. Quamquam Stephanus Byzantinus prius nominato Eleutheri hoc honoris defert, qui de tertio Eleuthere, uno e Curetibus, mentionem facit; ſed is locum hic non habet. Hyginum conruptum cenſeo, ut docui in cap. VIII. Otiorum in Obſ. Miſc. Tom. I. Vol. X. In urbe Boeotiae Eleutheris Bacchi ſimulacrum, & cultum traditum eſſe, ſive a Pegaſo, ſeu ab alio quopiam, cujus nomen ignotum eſt, & ad caeteros Graecos, & inprimis Athenienſes tranſlatum, crediderunt, quod patet ex titulo Bacchi, quo Athenis colitur, Ἐλευθερεύς dictus, de quo titulo vid. Plut. Quaeſt. Rom. Tom. II. pag. 289. & Pauſan. lib. I. cap. 20. pag. 46. & cap. 29. pag. 71. ubi male Amaſaeus vertit *Bacchi liberatoris*, confundens Ἐλευθερεύς cum Ἐλευθέρεος, quo titulo colitur Jupiter. V. Herodot. lib. III. cap. 142. Pauſan. lib. I. cap. 3. p. 8. Periz. ad AElian. II. V. H. 9. quo titulo etiam Sol inſignitus fuit a Troezeniis, poſtquam ſervitutis, qua eos preſſuri erant Xerxes & Perſae, jugum a cervicibus depulerant. Vid. Pauſanian. lib. II. cap. 31. pag. 184, 185. qui paullo ante de *Baccho Liberatore* apud eoſdem Troezenios agit, ſed Epitheton Graecum eſt Σωτής. Quo titulo in luco prope montem Pontinum colitur. v. cap. 37. p. 198. Sed ad rem. Melampus Amithaonis filius (de quo Serv. ad Ecl. VI, 48. Schol. Apoll. Rh. I. 118.) Bacchi nomen & ſacra Graecis indicaſſe dicitur ab Herodoto lib. II. cap. 49. Sed vid. Plut. de Herodoti Malign. pag. 857. Caeſar Romam Liberi patris ſacra tranſtuliſſe fertur. v. Serv. ad Ecl. V. 29.

6 QUOD POSTEA A REGE * RESTITUERUNT] Hic manifeſte eſt lacuna. Puto autem primo delendum illud *a*, quod peperit littera ultima vocis *poſtea*. Deinde ſcribo, *poſtea Alexandro rege reſtituerunt*. Ac poteſt fieri, ut illud *A*, compendioſe poſitum fuerit, pro *Alexandro*. Sub Alexandro ſane refectum, ab Epheſiis conſtat ex Strabonis lib. XIV. cum eo die, quo eſt editus in lucem, crematum fuerit ab Heroſtrato, quae res eſt non ignota. SCHEFF. Cl. Scheffcrus emendat, *poſtea rege Alexandro reſtituerunt*. Conſule ejus notas. MUNCK. Simile quid hic legendum.

7 LYCAON] Jovi Lycaeo etiam Templum poſuit. Schol. Eurip. Oreſt. vs. 1648. quem humano ſanguine placavit. V. Pauſan. lib. VIII. cap. 2. AEgeus primus Atticos Veneris Coeleſtis cultum docuit. Pauſan. lib. I. cap. 14. p. 36.

8 PIERIUS] Scribendum arbitror, *Pierus*. Deeſſe autem videntur, quae inſtituit de cultu Muſarum, & videri poſſunt apud Pauſaniam in Boeoticis. SCHEFF. Cl. Scheffcrus *Pierus*. Quod probo. Πίερος enim Graeci, non Πιέριος vocant. vide not. ad Anton. lib. cap. 9. Hom. Schol. ad Iliad. Ξ. 226. Pauſan. lib. X. Tzetz. ad Heſiod. pag. 8. ed. Heinſ. Corruptus ergo & Servius ad Eclog. VII. 21. *Alii templum Libethridum Muſarum dicunt, quod à Pierio Apollinis filio conſecratum eſt.* Et Schol. Juvenal. ad Sat. VII. 8. *Pieria locus ſub radicibus Olympi montis, cui Pierius poëta nomen dedit* &c. MUNCK. Conruptus igitur etiam eſſet Plutarchus, qui Tom. II. de Muſica pag. 1132. ex Heraclide narrat Πίερον τὸν Πιερίας τὰ περὶ τὰς Μούσας κατάρξαι feciſſe. Quae verba inluſtrant Pauſaniam lib. IX. cap. 29. & unde fabula, de qua Antoninus Liberalis agit, lucem mutuatur.

*Deſunt & hic duodecim capita, ut ex indice videre licet.* MICYLL.

## Ad CAP. CCXXXVIII.

9 ID EST CALLISTHENEM] Fortaſſe legendum Cal-

eſt * Calliſthenem Euboeae filiam ex ſortibus, pro patriae ſalute. [1] Clymenus OEnei filius, [2] Harpalycen, quod ei filium ſuum in epulis adpoſuit. [3] Hyacinthus Spariantidem filiam ex reſponſo pro Athenienſibus. Erechtheus Pandionis filius, [4] Colophoniam ex ſortibus pro Athenienſibus. Reliquae ipſius ſorores ipſae ſe praecipitaverunt. Cercyon Vulcani filius, Alopen propter inceſtum cum Neptuno. AEolus [5] Canacen [6] propter inceſtum cum fratre Macareo admiſſum.

## CCXXXIX. *Matres quae filios interfecerunt.*

MEDEA AEetae filia, [7] Marcareum & Pheretum filios ex Iaſone. Progne Pandionis filia, Ityn ex Tereo Martis filio. Ino Cadmi filia, Melicerten ex Athamante AEoli filio, dum eum fugit. Althaea Theſtii filia, Meleagrum ex OEneo Parthaonis filio, quod is avunculos ſuos occiderat. Themiſto Hypſei filia [8] Plinthium & Orchomenum ex Athamante AEoli filio, inpulſu Inus Cadmi filiae. [9] Tyro Sal-

*Calliſthenes Euboeam filiam.* MICYLL. An ſcribendum, *idem Calliſthenem*, quomodo & fab. 142. illud *idem* mutatum eſt in *id eſt*. Sed Calliſthenem Agamemnonis quidem filiam non recordor me legiſſe alibi. SCHEFF. Verba illa, *id eſt*, videntur inducenda, & deinde legendum, *Calliſthenes Euboeam filiam*, ut voluit Micyllus; quanquam fabulam ignoro. MUNCK.

1 CLYMENUS OENEI] *Scboenei* ut ſupra quoque. MICYLL. Mallet Micyllus *Scboenei*. Sed nil mutandum. Vide quae notavi ſupra fab. 206. SCHEFF. Micyllus in margine pingi curavit, *Scboenei*. Sanè ejus filius dicitur cap. 246. Sed perperam. Vide cap. 206. & Apollod. lib. 1. pag. 35. ed. Commel. Corruptè etiam cap. 242. *Coenei* exhibetur. MUNCK.

2 HARPALYCEN] Ita reſcripſi pro *Harpalicem*, & mox *Erechtheus* pro *Erichtheus*, *Alopen* pro *Alopem*, *Canacen* pro *Canacem*. MUNCK.

3 HYACINTHUS SPARIANTIDEM FILIAM] De his alibi nil reperio. Filiam Erechthei immolatam ſcio in pago, Hyacinthos dicto. An librarius oſcitans confudit iſta, & ex pagi nomine nomen fecit puellae? SCHEFF. Puto reſpexiſſe Hyginum illud, quod refertur, ſed paulo aliter, ab Apollodoro lib. III. pag. 205. *Hinc cum peſtis & fames ſimul urbem invaſiſſent, primum quidem ex veteri oraculo Athenienſes Hyacinthi filias Antheidem, AEgeidem, * Enthenidem & Lytaeam ad Geraeſti Cyclopis tumulum jugularunt.* MUNCK.

4 COLOPHONIAM] *Chthoniam* eſſe ſcribendum jam ſuperius à nobis monitum. Meminit hujus ſacri exſecrandi etiam Clemens Protrept. pag. 27. Factum hoc Erechthei tragoediae argumentum dedit Ennio, quam laudat Gellius lib. VI. cap. 16. Nec aliam ob cauſam Erechtheus & ejus filiae Deorum in numerum relati ſunt. Vide Ciceron. III. Nat. Deor. MUNCK.

5 CANACEN] Rectius, *Canachen*, quia Graeci dicunt κανάχω, ut eſt apud Apollodorum. SCHEFF. *Canachen* rectius cenſet Cl. Scheffer us, quod Κανάχη dicitur Apollodoro. Sed in Apollodoro ex Pal. codice reponendum Κανάκη. *Canache* canis nomen eſt apud Ovid. III. Met. 217. Macarei autem ſororem *Canacen* appellat lb. vers. 357. & II. Tr. 1. 384. Atque ita quoque noſter cap. 242. & 243. Αἰολὶς Κανάκη eſt Callim. Hymn. Cer. vers. 100. Adde his Auſon. Cup. Crucif. v. 38. & epigr. 84. Diodor. lib. v. pag. 331. Stobaeum Sermon. 62. pag. 404. Sueton. Neron. 21. MUNCK.

6 PROPTER INCESTUM] Atqui Homerus Odyſſ. lib. x. vers. 6. dediſſe filias ſuas fratribus uxores AEolum ipſum refert. MUNCK. Apud Servium ad 1. AEn. vs. 79. *Canacen & Macareum in ſe invicem turpiſſimos fratres: illi enim alterius AEoli filii fuiſſe dicuntur.*

## Ad CAP. CCXXXIX.

7 MARCAREUM] Nemo alius ſic eum vocat. Apol-

Salmonei filia duos ex Siſypho AEoli filio ex reſponſo Apollinis. Agave Cadmi filia, Pentheum Echionis filium, inpulſu Liberi patris. Harpalice Clymeni filia propter inpietatem patris, quod cum eo invita concubuerat, ex eo quem conceperat, interfecit.

## CCXL. *Quae conjuges ſuos occiderunt.*

[10] CLYTAEMNESTRA Theſtii filia Agamemnonem Atrei filium. Helena Jovis & Ledae filia [11] Deiphobum Priami filium. Agave [12] Lycotherſen in Illyria, ut regnum Cadmi patri daret. Deianira OEnei filia Herculem Jovis & Alcumenae filium inpulſu Neſſi. Iliona Priami filia Polymneſtorem regem Thracum. [13] Semiramis Ninum regem in Babylonia.

## CCXLI. *Qui conjuges ſuas occiderunt.*

HERCULES Jovis filius, [14] Megaram Creontis filiam, per inſaniam.

Apollodoro eſt *Mermerus*, ut & Pauſaniae. Aliis *Mermorus*, item *Mormyrus*. Optimum *Mermerus*. Vide quae notavi ſupra fab. 25. SCHEFF. Lege *Mermerum*. Vide notas ad cap. 25. MUNCK.

8 PLINTHIUM] Hunc ſupra *Sphincium* vocavit. MICYLL. Fab. 1. *Sphincium*. Sed hoc praefero. SCHEFF. *Sphincium* appellat cap. 1. quod heic praefert Cl. Schefferus. Sed vide noſtras notas ad cap. 1. MUNCK.

9 TYROS] Scribe *Tyro*, ut ſupra fab. 60. littera ultima ex ſequenti nata. SCHEFF. *Tyro* ſcribe ex cap. 60. & 254. MUNCK.

## Ad CAP. CCXL.

10 CLYTEMNESTRA] Cum Κλυταιμνήστρα Graecis ſit, ſcribendum eſſet, *Clytaemneſtra*. Verum ſine diphthongo exarat etiam Dictys lib. 1. & Auſonius Epit. Heroum 1. ut *Cytheron* Grypho Ternario. De quibus Scaliger Auſon. Lect. lib. 1. cap. 17. MUNCK.

11 DEIPHOBUM] Huic Helena nupſerat, mortuo Paride juxta Servium ad VI. AEn. 495.

12 LYCOTHERSEN] Echioni nupſiſſe Agave dicitur Apollodoro lib. III. pag. 138. Ovid. III. Met. 725. Scilicet ſecundum ejus maritum fuiſſe Lycotherſen. Vide cap. 184. MUNCK.

13 SEMIRAMIS] Quae a Conone narrat. IX. apud Photium pag. 427. Nini, a Noſtro fab. 275. Dercetis filia vocatur, a Dinone dicitur juſſiſſe, ut ſatellites Ninum interficerent. Vide AElian. lib. VII. V. H. cap. 1. ubi Nini uxor fuiſſe perhibetur, ut & a Juſtino lib. 1. cap. 3. Sed nullam hujus caedis mentionem faciente; nec non a Suida in Νῖνος. Euſtathius ad Dionyſ. Periegeten vs. 1005. notat alios dicere, ὁ Νῖνος ὁ Σύρων βασιλέως τὴν Νινεὺϊ κτίσαντος, ἀπ' αὐτοῦ γυνὴ ἦν Σεμίραμις ἐπιβουλεύσασα Βαβυλῶνα εἰ τὴν πεδίον κτίζει. Oroſius, quem citat Edw. Simſonius A. M. 1937. Ninum, dum urbem, quae defecerat, obpugnaret, telo trajectum periiſſe ſcribit. Sed de Nino & Semiramide diſſentiunt viri docti. conſule Celeb. J. Perizon. Orig. Babylon, cap. 7. pag. 91. Verum Plutarchus in Amatorio pag. 753. Tom. II. de Semiramide audiendus, Noſtrum & AElianum inluſtrans.

## Ad CAP. CCXLI.

14 MEGAERAM] Scribe *Megaram* ex Moſcho, & Apollodor. lib. II. pag. 121. Atque ita quoque noſter ipſe vult cap. 32. Corrigendus ergo & Pindari Scholiaſtes ad 1. Iſthm. od. IV. pag. 343. ed. Francof. ubi *Megera* appellatur. MUNCK. Sic igitur legendum quoque in Servio ad VII. AEn. vs. 291. *dicens ab Hercule & Megaram uxorem, & ex ea filios interemptos.* Ante legebatur *Megaeram*. Verum Plutarchus in Amatorio pag. 754. Pauſanias lib. X. cap. 29. pag. 870. & Apollodorus lib. II. pag. 132. Megaram uxo-

niam. Theſeus AEgei filius, [1] Antiopam Amazonam Martis filiam, ex reſponſo Apollinis. Cephalus Deionis [2] ſive Mercurii filius, Procridem Pandionis filiam inprudens.

## CCXLII. *Qui ſe ipſi interfecerunt.*

AEGEUS Neptuni filius in mare ſe praecipitavit, unde AEgeum pelagus eſt dictum. [3] Euhenus Herculis filius in flumen Lycormam ſe praecipitavit, [4] quod nunc Chryſorrhoas adpellatur. Ajax Telamonis filius ipſe ſe interfecit propter armorum judicium. Lycurgus Dryantis filius, objecta inſania à Libero, [5] ipſe ſe interfecit. Macareus AEoli filius propter Canacen ſororem, [6] id eſt ſponſam, ipſe ſe interfecit. Agrius Parthaonis filius expulſus à regno à Diomede, ipſe ſe in-

rem dimiſſam Jolao dediſſe Herculem referunt.

1 ANTIOPAM AMAZ.] Conſule Meziriac. ad Ovid. IV. Epiſt. Heroid. p. 373.

2 SIVE MERCURII] Hinc *Cyllenia proles* Ovid. Art. A. III. 725. MUNCK. Vide Meziriac. ad Ovidii IV. Epiſt. Heroid. pag. 352.

## Ad CAP. CCXLII.

3 EUHENUS HERCULIS] Aliis ſemper eſt Neptuni filius hoc nomine, ipſique noſtro alibi, ut ſuſpicer, hic eſſe corruptum. Apollodorus vocat Εὔηνον, filiumque facit Martis lib. I. ubi habes iſtam fabulam. SCHEFF. Hic Herculis filius eſt etiam cap. 162. Martis filium hoc nomine in Lycormam ſe praecipitaſſe narrat Apollod. lib. I. pag. 24. Meminit quoque ejus fluminis Ovid. II. Met. 245. & Strabo lib. VII. Ὁ Εὔηνος, inquit, ὁ Λυκόρμας σεσήτιος καλούμενος. MUNCK. Euenum Martis & Steropes filium in Lycormam fluvium ſeſe praecipitaſſe docet etiam Plutarchus Parallel. T. II. pag. 315. & plura de hac fabula addit. Mater Eueni Apollodoro lib. I. p. m. 31. eſt *Demonice*.

4 QUOD NUNC CHRYSORRHOAS APPELLATUR] Gloſſatoris haec videntur. Strabo certe, aliique diverſiſſimos hos duos faciunt. SCHEFF. Gloſſatoris haec eſſe videntur Cl. Scheffero. Sanè *Chryſorrhoas* fluvius Phoenices eſt Straboni Lib. XVI. Quo nomine & Pactolus dictus fuit, ut tradidit noſter cap. 191. & Plinius Lib. V. 29. Solin. cap. 53. Euſtath. ad Hom. Iliad. p. 1290. Inter aurifluos (nam Chryſorrhoae cum in Aſia, tum in Europâ multi dicti fuere) numeratum fuiſſe Euenum nondum inveni. Debebat ſcripſiſſe, *quod nunc Euenus ab eo appellatur*. Lactant. Argum. lib. IX. Met. fab. 2. *Ut cum Euenum amnem transveheret, qui initio Lycormas erat nominatus*. Nec aliud legas apud Stobaeum Serm. 243. Plutarch. de Flum. p. 29. MUNCK. Athenaeus lib. V. cap. 8. pag. 203. Uni prae ceteris Nilo hoc nomen deberi docet. Apud Troezenios fluvius eſt Chryſorrhoas de quo Pauſan. lib. II. cap. 31. p. 186. Sophocles vero Trachin. 568. καλλίρροα πώγωνα vocat Euenum. Apud Vibium Sequeſtr. de Fluminibus ſpuria etiam mihi videntur *Euenus Calydoniae*. AEtoliae fuit fluvius. Vide Interpr. ad AElian. XII. V. H. 22, 1.

5 IPSE SE INTERFICIT] Cur non, *interfecit*? ut eſt caeteris in locis, per caput integrum. SCHEFF. Rectè *interfecit* emendat Cl. Scheffeferus. Apollod. lib. III. pag. 141. ex Dionyſi voto ab equis dilaniatum cum ſcribit. Diodorus autem lib. III. p. 199. à Baccho cruci adfixum. Apud Homerum Iliad. Z. 139. à Jove occiditur. Sed cum Hygino alii à ſemet ipſo interemptum tradidere. Vide Servium ad AEn. III. 14. Vetus commentator Horatii ad Lib. II. Od. 19. *Lycurgus Thracum rex cum videret per vini temulentiam in mores multa committi, abſcidi juſſit vineta: quare iracundia Dionyſii* (*Dionyſi* ſcribere debuiſſet) *in furorem verſus vinitoriâ falce ſibi crura amputavit*. Aliter haec narrant Triclinius ad Sophocl. Antig. vers. 1071. Hom. Schol. ad Iliad. Z. 130. Etiam Hyginus ipſe cap. 132. Schol. Stat. Theb. IV. 742. *Lycurgi duo fuerant, Thracius & Nemeus, de quo loquitur poeta. Ille*

interfecit. Caeneus Elati filius ipſe ſe interfecit. 7 Menoeceus Iocaſtes pater ſe de muro praecipitavit 8 Athenis, propter peſtilentiam. Niſus Martis filius, crine fatali amiſſo, ipſe ſe interfecit. Clymenus Caenei filius rex Arcadiae ipſe ſe interfecit, quod cum filia concubuerat. Cinyras Paphi filius 9 rex Aſſyriorum, quod cum Smyrna filia concubuerat. 10 Hercules Jovis filius ipſe ſeſe in ignem miſit. 11 Adraſtus & Hipponous ejus filius ipſi ſe in ignem jecerunt, ex reſponſo Apollinis. Pyramus in Babylonia ob amorem Thisbes ipſe ſe occidit. OEdipus Laii filius propter Iocaſtem matrem ipſe ſe occidit, ablatis oculis.

## CCXLIII. *Quae ſe ipſae interfecerunt.*

Hecuba Ciſſei filia, ſive Dymantis, uxor Priami, in mare ſe prae-

*Ille in mari praecipitatus dicitur, quia primum aquis vina permiſcuit, & rem in hauſtu finceram pluribus venenis infecit.* Caeterum ex iſto Lycurgi caſu proverbium arceſſit Reineſius ad Trag. Fragm. Petron. *Ipſe mihi aſciam in crus inpegi.* Moneo idem dictum occurrere apud Apul. III. Met. p. 57. ed. Pric. *Meque ſponte aſciam cruribus meis illidere compellis?* MUNCK.

6 Id est sponsam] Recte Barthius, *idem ſponſam*, fuit enim utrumque, & ſoror, & ſponſa ejus. Vide Fab. 238. SCHEFF. Barth. emendat, *idem ſponſam.* Quod probat Schefferus. Mihi iſta gloſſemata videntur. Si retinere vellem, ſcriberem, *itemque ſponſam.* Pro quo tamen politiores maluiſſent, *eandemque ſponſam.* h. e. quae & ſponſa ejus erat. Plinius lib. v. cap. 29. *Proſluente Pactolo, eodemque Chryſorrhoa.* Vellejus Lib. II. 112. *Patris atque ejuſdem avi ſui animum alienavit ſibi.* Juſtinus XXVIII. 1. *Amiſſo marito, eodemque germano:* Et Lib. XXX. 1. *Occiſa Eurydice uxore eademque ſorore ſua.* Schol. Juv. Sat. VIII. 212. *Quia & matrem occiderit, & uxorem Octaviam eandemque ſororem adoptivam.* Lactant. lib. 1. cap. 22. *Sororem ſuam Fatuam Faunam eandemque conjugem conſecravit.* MUNCK. Florus lib. IV. cap. 2. n. 15. *De ſucceſſione Caeſaris, Senatus, id eſt, Pompejus agitabat.* Conſule ibi quos laudat Celeb. Dukerus, & *id eſt* loco moveri noles. De fabula Plutarchus in Parall. T. II. p. 312.

7 Menoeceus] *Menoetius.* MICYLL. Veteres habuere, *Menoetius.* Sup. fab. 67. *eſt Menycus Jocaſtae.* Scribendum, *Menoecus Jocaſtae*, quia Graecis Μενοίκου. SCHEFF.

8 Athenis propter pestilentiam] *Thebis.* MICYLL. Deſunt aliqua ante haec verba, neque ſufficit, ut pro *Athenis*, *Thebis* ſcribamus, quod Micyllo placebat, cum Menoecus ſe non interfecerit propter peſtilentiam, ſed cauſſas alias, de quibus conſulendus eſt Pauſanias. SCHEFF. Scribe *Thebis* cum Micyllo. Nec quicquam ante haec verba excidit, ut ſuſpicabatur vir clariſſimus. Vide cap. 67. Ubi item *ſterilitatem frugum & peſtilentiam* cauſam fuiſſe retulit, propter quam ſe praecipitaverit Menoeceus. Schol. Sophocl. OEdip. Tyran. vers. 24. Οὐ μόνον ἀφορίαν φασὶν εἶναι, ἀλλὰ τὰς πυφυτόκους καρπὰς ἀμφθείρειν. Caeterum ex ſterilitate cur peſtilentia oriatur, non malè explicat Moſchopulus ad Heſiod. Ἔργ. α. p. 62. ed. Heinſ. MUNCK.

9 Rex Assyriorum] Ita tradit etiam cap. 58. & Apollodorus lib. III. Cypriorum rex eſt Ovidio, Clementi Alexandrino, & Pindari Schol. in Pyth. Od. II. Vide quae notavimus ad Anton. Liberal. cap. 34. MUNCK. Imo ipſe Pindarus Od. Nem. VIII. vs. 31. & Suidas in Σαρδαναπάλλης iis adſentiuntur. Conſule Celeb. P. Burm. ad Ovidii X. Met. 298.

10 Hercules J. f. I. se. I. I. m.] Vide, quae de ejus exitu notat Pauſanias lib. I. cap. 32. quippe diverſa ab iis, quae ſupra ad fab. 36. vidimus.

11 Adrastus] Hic ſenio ac dolore, quem ex filii AEgialei interitu ceperat, apud Megarenſes diem obiit juxta Pauſan. lib. I. cap. 43. pag. 103.

Ad

praecipitavit, unde [1] Cyneum mare eſt dictum, quoniam in canem fuerat converſa. Ino Cadmi filia in mare ſe praecipitavit cum [2] Melicerto filio. [3] Anticlia Autolyci filia, mater Ulyſſis, nuncio falſo audito de Ulyſſe, ipſa ſe interfecit. Sthenoboea [4] Iobatis filia, uxor Proeti, propter amorem Bellerophontis. [5] Euadne Philaci filia, propter Capaneum conjugem, qui apud Thebas perierat, in eamdem pyram ſe conjecit. AEthra [6] Pitthei filia propter filiorum mortem ipſa ſe interfecit. Deianira OEnei filia propter Herculem, decepta à Neſſo, quod ei tunicam miſerat, in qua conflagravit. Laodamia Acaſti filia propter deſiderium Proteſilai mariti. [7] Hippodamia OEnei filia, uxor Pelopis, quod ejus ſuaſu Chryſippus occiſus eſt. Megaera Autolyci filia propter Hippothoi filii mortem. Alceſtis [8] Pelei filia propter Admetum conjugem [9] vicaria morte obiit. [10] Iliona Priami filia propter caſus parentum ſuorum. Themiſto Hypſei filia inpulſu Inus, quod filios ſuos occidit. [11] Erigone Icari filia propter interitum

## Ad CAP. CCXLIII.

1 CYNEUM] Ita repoſui pro *Cynaeum* ex Gr. Κύνεον. Vid. notas ad cap. III. Etiam paulo ante *Dymantis* ſcripſi pro *Dimantis* ex Gr. Δύμας. Minus religioſi in iſtarum vocalium diſtinctione fuerunt poſterioris aetatis ſcriptores: quam tamen in nominibus propriis minimè putem negligendam. MUNCK.

2 MELICERTO] Scribe *Melicerta*, vel *Melicerte*. Sunt enim illa Graeca in ης primae ſimplicium primae vel tertiae, vel etiam utriuſque inflexionis apud Latinos. Schol. Stat. tamen cum Hygin. ad II. Theb. 383. *Promontorium dicit, de quo ſe Ino cum Melicerto filio praecipitem dedit.* MUNCK.

3 ANTICLIA] Pauſaniae eſt *Anticlea*. SCHEFF. Pauſaniae *Anticleam* eſſe notat Schefferus. Atqui hoc idem eſt. Ex Gr. ας, εα vel ια formant Latini. Servius ad Ecl. VI. 2. THALIA. *Muſa ſcil. & Graecè ait, ut* Θάλεια. *Nam Latinè Thalea dicitur. Sicut Cytheria Cytherea. Sed propter euphoniam contempſit jus regulae, & in Graecitate permanſit.* MUNCK.

4 IOBATIS] Ad formam tertiae inflexum eſt, licet apud Graecos ſit primae ſimplicium. Sic *Thyeſtis* pro *Thyeſtae* apud Servium ad Ecl. v. 89. & apud noſtrum cap. 244. *AEacidis* pro *AEacidae* in Catal. Pith. Lib. II. & alia ſexcenta apud alios. Nec malè tamen *Iobati* ſcripſeris. Ἰόβατος enim Pindari Scholiaſtae eſt Olymp. Od. XIII. qui aliis eſt Ἰοβάτης. MUNCK.

5 EVADNE PHILACI] Apollodoro lib. III. eſt filia *Iphiclis*, ubi eadem hiſtoria. SCHEFF. Cap. 256. eſt *Philacis*. Forte *Ipbidis* ſcribendum. Ejus enim eſt Filia Apollod. lib. III. p. 157. AEliano Hiſtor. Animal. lib. I. cap. 15. Schol. Pindari ad Olymp. od. 6. Hinc *Iphias* Ovid. v. Triſt. el. 14. & Epiſtol. de Ponto III I. III. Art. A. vers. 24. dicta Euadne. Falli enim interpretes exiſtimo, qui utrobique annotant *Iphiae* eſſe filiam. Prius dicta eſt *Ianira*. Poſtea ἀφ' τὸ πλεῖσθαι τῷ ὕδατι nomen *Euadnes* accepit, ut docet Pindari interpres. MUNCK. Hiſtoriam narrabunt Lactant. ad Statii XII. Theb. vs. 799. & Philoſtratus lib. II. Iconum 31.

6 PITTHEI] Ita repoſui ex cap. 79. pro *Pithei*. Vide notas ad cap. 84. MUNCK. Vide Pauſan. lib. I. cap. 22. p. 51.

7 HIPPODAMIA OENEI] *OEnomai*. MICYLL. Micyllus emendat, *OEnomai*. Recte. Vide ſup. fab. 84. & ſequentem, ubi habes eandem fabulam. SCHEFF.

8 PELEI] Scribe *Peliae*, ut rectè ſcriptum eſt cap. 24. & 57. Conſule Tzetzen Chil. I. 53. Hom. Schol. ad Odyſſ. A. 280. MUNCK.

9 VICARIA MORTE] Quintil. Declam. IX. *Una fingitur conjux, quae jam perituri vitam conjugis vicarià morte ſuâ redemit.* XVI. *Explebo, ſi videatur, vicariâ poenâ locum recedentis.* Et paulo ante: *Amicitia plurimorum, unus animus, vicariae manus, fortior quam matris affectus.* Corruptus locus. Lege, *fortiores*, vel *unius animi*. Quod malim. MUNCK.

10 ILIONA] Vide Cerdam ad Virg. I. AEn. 657.

11 ERI-

tum patris ſuſpendio ſe necavit. Phaedra Minois filia propter Hippolytum privignum ſuum ſuſpendio ſe necavit, [12] ob amorem. Phyllis propter Demophoonta Theſei filium ipſa ſe ſuſpendio necavit. Canace AEoli filia, propter amorem Macarei fratris, ipſa ſe interfecit. [13] Byblis Mileti filia propter amorem Cauni fratris ipſa ſe interfecit. Calypſo Atlantis filia propter amorem Ulyſſis ipſa ſe interfecit. Dido Beli filia, propter AEneae amorem, ſe occidit. Iocaſta Menoecei filia propter interitum filiorum & nefas. [14] Antigona OEdipodis filia propter ſepulturam Polynices. Pelopeia Thyeſtis filia, propter ſcelus patris. Thisbe Babyloniа propter Pyramum, quod ipſe ſe interfecerat. Semiramis [15] in Babylonia, [16] equo amiſſo, in pyram ſe conjecit.

## CCXLIV. *Qui cognatos ſuos occiderunt.*

THESEUS AEgei filius, Pallantem filium [17] Nilei fratris. Amphitryon

21 ERIGONE ICARI FILIA] Scribendum eſt cum duplici finali, *Icarii*, nam *Icarius* appellatur, teſte Apollodoro. & ſic noſter ipſe ſupra c. 130. SCHEFF. *Icarii* emendat Cl. Scheffer. Nihil opus erat. Vide notas ad cap. 130. MUNCK.

12 OB AMOREM] Haec ex gloſſa eſſe videntur, quam quis adſcripſerat vocabulo *propter*. SCHEFF. A gloſſa haec eſſe cenſet Cl. Scheffer. Quod verum eſſe puto. MUNCK. De Phaedrae morte Meziriac. ad Ovid. IV. Epiſt. Heroid. pag. 381, 382. *Ob amorem* ſuſpecta & mihi ſunt. Debuiſſet alias ſcribere *propter Hippolyti privigni amorem*. Quantopere Hippolyti amore inſanierit Phaedra, Myrtum foliis perterebratis argumento eſſe monſtrant Troezenii, de qua Pauſan. lib. I. cap. 22. p. 51. & lib. II. cap. 32. p. 187.

13 BYBLIS] Conſer Parthen. cap. XI. ubi hanc fabulam eleganter narrat. Se ipſa ſuſpendit. Adi Nob. Heinſ. notas ad Ovid. Met. pag. 248. Alii aliter narrant. Vide Anton. Liberal. cap. 30. Ovid. IX. Met. vers. 655. & ſeq. MUNCK. Hinc κακὸν ἶρως in proverbium abiit, de quo Suidas in h. v. & Euſt. ad Dionyſ. Perieg. 533. ſed de hac fabula & Byblidis nece conſulendus Celeb. P. Burm. ad Ovidii IX. Met. 663. Hinc etiam corrigendus eſt Theocriti Scholiaſtes Idyll. VII. vs. 115. Μυρσὰν γάρ φασι τὴν Ἀρείας ἰγένετο κούρης Δαΰνου τᾶς Βυβλὶς, ἃς ἰρασθεὶς ὁ Δαῦνος, ἀπέλιπε Μίλητον, ἐκεῖνα δ' αὖ φεύγουσα, ἀπήγξατο. pro Δαῦνος, bis lege Καῦνος.

14 ANTIGONA OEDIPODIS FILIA PROPTER SEPULTURAM POLYNICES] Quod nimirum ſepulturae tradi non poſſet, propter interdictum Creontis, regis Thebanorum. Paulo aliter haec habet Apollodorus lib. III. qui videndus eſt. SCHEFF. *Polynicis* ſcribendum. Sed falſum hoc, ipſam ſemet interfeciſſe. Vide cap. 72. Sophocles in Antigona, & Apollod. Lib. III. vivam defoſſam tradunt juſſu Creontis. Haemon ſibi ipſe manus attulit, ut praeter alios, & Propertius tradit Lib. II. el. 7. MUNCK.

15 IN BABYLONIA] Illud *in* ſuſpectum mihi eſt, forte ſcripſerat *regina Babyloniae*. Nil tamen muto. SCHEFF. Illud *in* ſuſpectum Cl. Scheffero. Mihi ſatis ſe probat. Juſtin. X. 5. *In Ilio quoque ad tumulos heroum parentavit*. Julius Obſequens: *Androgynus in Urbino natus*. Noſter cap. 254. *Anchises item in Ilio*. & 273. *Fecit in Ilio*. MUNCK. Semiramis a filio Ninya dicitur interfecta a Juſtino lib. I. cap. 2.

16 AMISSO EQUO] Eo videlicet, de quo Plinius lib. VIII. c. 42. Haec hiſtoria nemini alii eſt prodita. SCHEFF.

## Ad CAP. CCXLIV.

17 PALLANTEM FILIUM NILEI FRATRIS] Scribendum eſt *Nelei* ex Apollodoro & aliis. SCHEFF. *Nelei* ſcribendum eſt ex Gr. Νηλεύς. Vide quae notavi ad cap. 223. Sed vereor, ne majus ulcus heic lateat. Certe Schol. Eurip. ſi audis, ad Hippolyti vers 35. ſcribas oportet *Pandionis filium, AEgei fratrem*. Adde notas ad cap.

tryon [1] Electryonem Perſi filium. Meleager OEnei filius avunculos ſuos Plexippum & Agenorem, propter Atalantam Schoenei filiam. Telephus Herculis filius Hippothoum & Nerea aviae ſuae filios. [2] AEgiſthus Atreum & Agamemnonem Atrei filios. Oreſtes AEgiſthum Thyeſtis filium. Megapenthes Proeti filius, Perſeum Jovis & Danaes filium propter patris mortem. Abas propter patrem Lynceum [3] Megapenthem occidit. [4] Phegeus Alphei filius, Alpheſiboeae filiae ſuae filiam. [5] Amphion Terei filius, avi ſui filios. Atreus Pelopis filius, Tantalum & Pliſthenem Thyeſtis filios infantes in epulis Thyeſti adpoſuit. [6] Phillus Herculis filius, Sthenelum Electryonis proavi ſui fratrem. [7] Medus AEgei filius, [8] Perſen AEetae fratrem Solis filium. Daedalus Eupalami filius, [9] Perdicem ſororis ſuae filium, propter artificii invidiam.

## CCXLV.

cap. 198. Meminit hujus caedis Pauſanias quoque Lib. 1. MUNCK. Multi Pallantes fuere. Inter Lycaonis filios recenſetur *Pallas* ab Apollodoro lib. III. pag. 201. Fuit etiam *Pallas* AEgei filius, qui a fratre Theſeo Athenis regno pulſus ad Arcadiam venit, & ibi regnum tenuit. V. Serv. ad VIII. AEn. 54. Sed hic Pallas a Theſeo interfectus Theſei patruus fuit, Pandionis filius. Conſule quos laudat Edw. Simſonius in Chronico A. M. 2723. cujus quinquaginta filios etiam Theſeus occidit, ut docet Plutarchus in ejus vita pag. m. 6. De qua caede ut purgaretur, Troezenen abiiſſe Theſeus dicitur. Pauſan. lib. 1. cap. 22. pag. 51. & cujus abſolutus eſt judicio Delphinio, cap. 28. pag. 70.

1 ELECTRYONEM PERSI FILIUM] *Perſei.* MICYLL. Micyllus emendat, *Perſei*, & hoc convenit cum Apollodoro. SCHEFF. Scribe *Perſei* cum Micyllo. quod & Cl. Schefferus amplectitur. Dicere tamen poſſis *Perſi* genitivum antiquum eſſe ex *Perſes*, quod idem quod *Perſeus*. Sic pro Ἀχιλλεύς AEoles dixerunt Ἀχίλλης, unde *Achilles* Latini. Servius ad AEn. VIII. 383. *Omnia quae in Eus exeunt bodie, apud majores in Es exibant, ut Nereus Neres, Tydeus Tydes.* Περσεύς tamen eſt Apollodoro Lib. II. ubi haec habes, ut & apud Diaconum ad principium Aſp. Heſiodi. Sed hoc iis, quae dixi, nihil obeſt. Contra *Perſeus* dicitur Hecatae pater à Lycophrone, in quem Iſacius: Καὶ τοῦτο ἀδείας ἕνεκα Λυκόφρονι, τὸ Πέρσῃ Περσίν καλεῖν. MUNCK.

2 AEGISTHUS ATREUM &c.] Pauſan. lib. II. cap. 16. p. 147. de Mycenis agens Τάφοι δὲ ἐνταῦθα, εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι τῶν Ἀγαμεμνονείων ἑταίρων ἐστὶν ἐκ Τροίας διεπόντιοι κατηφάνισεν Αἴγισθος.

3 MEGAPENTHEUM] Emenda, *Megepenthem.* SCHEFF. Scribe *Megapenthem* ex Gr. Μεγαπένθη. MUNCK. Ita certe ſcribendum. Vide Schol. Pindari O. Nem. IX. vs. 30.

4 PHEGEUS] Scribe, *Phlegeus.* Ita habes mox, ſequenti capite. SCHEFF. Putavi antehac (quâ in re conſpiraſſe mecum etiam Cl. Schefferum video) *Phlegeus* eſſe reſcribendum ex cap. 245. Nunc nihil muto, & etiam illic pro *Phlegeus* reponendum eſſe *Phegeus* cenſeo. Vide Apollod. Lib. III. pag. 168. Lactant. Argum. fab. 10. Lib. IX. Ovid. Met. Quamobrem merito τὸ *Phegeius* pro *Phlegeius* reſtituit ibi poëtae Nob. Heinſius Rem. Amoris vers. 455. *Amphilochi frater ne Phegida ſemper amaret.* MUNCK. Plures fuere Phegei. Fuit Phegeus Inachi & Meliae filius, Phoronei frater. Conſule Schol. Eurip. Oreſt. 1248. De pluribus Phegeis egit Celeb. P. Burm. ad Ovidii IX. Met. vs. 412.

5 AMPHION TEREI FILIUS] Nec ſana haec nec integra videntur. Amphionem profecto Terei filium requiro, neque uſquam invenio. SCHEFF. Terei filium Amphionem, ut Cl. Schefferus nondum, ita nec ego inveni. *Iaſi* reſcriberem, niſi longè nimis à vetere ſcriptura recederet. Certe Iaſi fuiſſe filium Amphionem Chloridis fratrem, quae Neſtori nupſit, tradit Pherecydes apud Hom. Schol. ad Odyſſ. Λ. 280. MUNCK.

6 PHILLUS] *Hillus.* MICYLL. Micyllus putat *Hil,*

## CCXLV. *Qui ſoceros & generos occiderunt.*

IASON AEſonis filius [10] Phlegyonam; Pelops Tantali filius, OEnomaum Martis filium.

### *Qui generos ſuos occiderunt.*

PHLEGEUS Alphei filius, Alcmaeonem Amphiarai filium. Idem & Eurypylum. AEeta Solis filius Phrixum Athamantis filium.

## CCXLVI. *Qui filios ſuos in epulis conſumpſerunt.*

TEREUS Martis filius ex [11] Progne Ityn. Thyeſtes Pelopis ex [12] AErope Tantalum & Pliſthenem. [13] Clymenus Schoenei filius ex Harpalice filia filium ſuum.

CCXLVII.

*Hillus.* Et eſt Hillus inter filios Herculis, non Phillus. vix tamen quidquam horum puto rectum. SCHEFF. Imo *Hyllus*, non *Phillus* fuit Herculis filius. Vid. cap. 162. Vix tamen horum quicquam rectum putat Cl. Schefferus. Cauſam dubitandi non video. Stemma tale eſt:

Perſeus —— —— Danae

Alcaeus, Sthenelus, Neſtor, Electryon
Amphitryo
Hercules
Hyllus.

Confer Schol. AEſchyl. Prometh. vers. 702. MUNCK. De *Sthenelo* conſule Schol. Euripidis in Hecuba vs. 887. p. m. 78. & Celeb. Burm. in Cat. Arg. v. *Aſterion*. Herculis ſtemma paternum eodem fere modo recenſet Lactantius ad Statii x. Theb. vs. 885. *Sthenelus* Capanei filius Trojae moenia obpugnans cum Diomede periit. conſule Philoſtrat. cap. 4. §. 1. Heroicon.

7 MEDUS] Habes haec ſuperius cap. 27. & apud Diodor. lib. IV. pag. 259. MUNCK.

8 PERSEN] *Perſeus* dicitur Scholiaſtae Apollonii lib. III. vs. 200. Quod ut diverſum videri poſſit, idem tamen eſt. MUNCK. *Perſeus*, & *Perſes* ſaepius confunduntur, ut a Lycophrone. vide Tzetzen. ad vs. 1175. Quid ſi pro Περσέως legas Πέρσης in Apollonii Scholiis? eſt & alius Perſes Perſei filius. Conſule Eumd. ad vs. 838. & Apollodor. lib. II. p. 97.

9 PERDICEM SORORIS SUAE FILIUM] Neſcio, annon *Perdicis ſororis* ſit ſcribendum. Nam filium vocant Attalum vel Accalum, ſororem Perdicem. Vide Apollodorum in fine lib. III. SCHEFF. Nihil heic eſſe mutandum oſtendi ad cap. 39. MUNCK. Κάλως vocatur a Pauſania lib. I. cap. 21. p. 49. (qui Τάλως ab aliis, hic vero *Perdix* vocatur. Vide ad cap. 39.) Idem Pauſanias lib. I. cap. 26. p. 62. Ἐνθάδε ἦν γέρων μὲν Ἀθηναῖος, Δαιδάλῳ δὲ μαθητὴς, ὃς ᾧ φυγοντι Δαιδάλῳ ΔΙΑ ΤΟΝ ΚΑΛΩ ΘΑΝΑΤΟΝ, ἐκκαλέσασθαι ἐς Κρήτην.

## Ad CAP. CCXLV.

10 PHLEGYONAM] Corruptum hoc; imo & quaedam ante hanc vocem excidiſſe videntur. MUNCK.

## Ad CAP. CCXLVI.

11 PROGNE] Ita ſcribitur etiam cap. 45. & 255. Scribendum erat *Procne* ex Graeco Πρόκνη. Apparet, quantopere G & C confundant librarii cum multis ex aliis, tum & hoc vocabulo. In cauſa fuit pronuntiatio. Terent. Maurus: *Sic amurca, quae vetuſte ſaepe per c ſcribitur, eſſe per g proferenda crediderunt plurimi* &c. Adde notas noſtras ad Geneal. & cap. 45. MUNCK.

12 AEROPE] Vide ad cap. 86. MUNCK. Hic Tantalus duxerat Clytaemneſtram, antequam ea nupſerat Agamemnoni, qui Tantalus etiam Brontei filius vocatur. V. Pauſan. lib. II. cap. 22. p. 261.

13 CLYMENUS SCHOENEI F.] Hunc fab. 242. vocavit *Caenei* filium. Sed utroque loco *Clymenus*

## CCXLVII. *Qui à canibus consumpti sunt.*

ACTAEON [1] Aristei [2] filius: Thasius [3] Deloami sacerdotis Apollinis filius: ex eo [4] Delo nullus canis est. Euripides [5] tragoediarum scriptor in templo [6] consumptus est.

## CCXLVIII.

*nus Telei* videtur legendum ex Parthenio cap. 13. Eroticon. sed plures fuere cognomines. Praeter *Clymenos* a Celeb. P. Burmanno in Cat. Arg. notatos fuit etiam Phoronei filius, de quo Pausan. l. II. c. 35. p. 194. qui pag. 196. censet hoc cognomine apud Hermionenses insigniri Deum infernum.

## Ad CAP. CCLXVII.

1 ARISTEI] *Aristaei* scribe ex Gr. Ἀρισταῖος. Notavi jam ad cap. 181. MUNCK.

2 FILIUS: THASIUS] *Thasus* ut apud Ovid. in Ibin. MICYLL. Scribe, *filius, Thasus*. Ita habet Ovidius in Ibin, quod jam observavit Micyllus. Quanquam optima N. Heinsii editio habeat *Thrasus*. SCHEFF. *Thrasus* Ovid. Ib. v. 477. ed. Heinsianae. Thasus quidam Neptuni est filius apud Eustath. in Dionys. pag. 74. MUNCK. Nihil muta. nam neque in *Thrasum*, neque etiam absque Codicum auctoritate in *Thasum* mutandum. De *Thaso* consulendus Celeb. P. Burm. ad Ovidii III. Met. 126. & ad Ibin. vs. 479. ubi & de *Thasio* agit.

3 DELOAMI] Mihi hoc vocabulum suspectum est. Videant qui historias magis exploratas habent. De canibus exclusis ex Delo habet Strabo lib. x. p. 486. SCHEFF. Coaluerunt in unam duae voces. Scripserim, *Delo Anii sacerdotis filius. Ex eo Delo nullus canis est.* Virg. AEn. III. 80. *Rex Anius, rex idem hominum Phoebique sacerdos.* Ad quem versum Servius: *Anius rex Deli, Apollinis sacerdos.* Etym. auctor in Δωδέκατον. Ἄνιος Ἀνίου τοῦ ἱερέως Ἀπόλλωνος Δηλίου Ἀτρείδου. Meminit & Tzetzes ejus ad Lycophronem. MUNCK. Jam ante Munckerum sic legit Micyllus ad Ovidii Ibin. vs. 479. *A canibus consumpti sunt. Actaeon Aristaei filius, Thasius Delo, Anii sacerdotis Apollinis filius.* De hoc Anio plura dedit vir consummatae eruditionis in Dissert. de Insula Delo cap. 2. quae legitur in Observ. Miscell. Jan. Febr. Mart. & April. 1736. & S. Bochart. Geogr. pag. 406. *Thasus* in Hygino nostro jam legit Jac. Nic. Loensis lib. x. Epiphyll. cap. 3. Fuit & alius *Anius* rex Etruscorum, Plut. Parall. T. II. p. 315. A canibus etiam consumptus est Linus Apollinis & Psamathes filius. Vid. Interpr. ad Ovidii Ibin. vs. 482. Canes non ali in insula Delo docet etiam Eust. ad Dionys. Perieg. vs. 525. Caussam vero aliam docet Plutarch. Quaest. Graec. Tom. II. pag. 290. ὅλως μαχιμὸν ὄντως τὸ κύων, τῷ ἀστόλων καὶ ἁγνῶν ἱερῶν ἐξελέγχουσιν ἰσχὺν, ἀσφαλῶς καθαρεύειν τῆς ἰκείας διδόντες.

4 DELO] Ἀπὸ Δῆ in *Delo* vel *Deli*. Ita *domo* pro *domi* apud Suet. Caes. cap. 20. Gloss. Vet. *Domi, domo*, καὶ οἴκοι, ἐν οἴκῳ. Apulejus Apol. *Domo adservantur.* Justin. XX. 3. *Corintho nunciata victoria.* & lib. XVIII. 4. *Rex Tyro decedit.* Quod frustra in *Tyri* mutatum it Berneccerus. Ampelius cap. 8. *Rhodo signum marmoreum pulcherrimum.* Vet. Inscript. apud Grut. pag. 660. *Edoctus Juliâ Emonâ* Schol. German. *Sunt earum virginum, quae Lesbio perierunt.* Flor. IV. 2. *Prima Arimino signa cecinerunt.* Isidor. Orig. XVI. 5. *Corintho primum repertus.* Obsequens cap. 14. *Asylo per ludos Romani trucidati. Asculi* corrigit Freinsh. ad Flor. III. 18. l. eg. *Ascalo.* Hyginus noster cap. 67. *Corintho decedit.* Cap. 249. *AEgysto oppida communire.* Phaedrus lib. I. fab. 18. *Humo jacebat.* Deest in talibus praepositio, quam aliquando addi ostendo ad cap. 143. Virg. AEn. XII. 344 *Nutrierat Lycid.* Ad quae verba Servius: *Lycid autem pro in Lycid, ut non Libyae* *. Adde *non ante Tyro.* Tangit locum Lib. IV. 36. *Non Libyae non ante Tyro.* Ubi Servius: *Aut in Tyro, ac si diceret Tyri, aut certè* Τυρίᾳ, *id est, de Tyro, ut, Dardanus Hesperia. Quidam autem Libyae mariti Libyesiero mariti Tyrii exponunt.* Postrema verba corrupta esse quilibet videt. Certum est maritos appellare poëtam, non qui erant, sed qui esse cupiebant. Putabam ergo legendum esse, *Quidam autem Libyae mariti Libyae mnesteres, mariti Tyro, mnesteres Tyrii exponunt.* Nunc libenter discedo in sententiam Doctiss. Jacobi Perizonii, qui unica literulâ mutatâ, & divisis vocibus, ita locum restituit, *Quidam autem Libyae mariti, Li-*

## CCXLVIII. *Qui ab apro percussi interierunt.*

7 ADONIS Cinyrae filius. Ancaeus Lycurgi filius à Calydonio. Idmon Apollinis filius, 8 qui extra metam exierat cum Argonautis 9 apud Lycum regem. 10 Hyon ab apro vel leone, Atlantis & 11 Pleionis filius.

## CCXLIX.

*Libyes, Tyro mariti, Tyrli exponunt.* MUNCK.

5 TRAGOEDIARUM SCRIPTOR IN TEMPLO] Post *tragoediarum scriptor* punctum collocari debet. Nam sequentia non pertinent ad Euripidem, cum is non in templo, sed rediens domum a coena Archelai fuerit discerptus. Vide Gellium lib. xv. c. 20. & deest nomen ejus, qui a canibus est devoratus in templo. SCHEFF. Ante haec verba poni τελείαν στιγμὴν jubet Cl. Scheferus. Censet enim desiderari nomen ejus, qui in templo est consumptus, cum non in templo, sed à coenâ rediens Archelai à canibus dilaceratus sit Euripides. Vide Gell. lib. xv. 20. Valerium lib. IX. 12. & Apostol. Cent. XVI. 70. qui à Promero servo regio canes ei immissos memorat. Non inepte forsan suspiceris quatuor ista vocabula *in templo consumtus est*, pertinere ad praecedens exemplum, & à librario oscitante huc translata, ut scripserit Hyginus: *Delo Anii sacerdotis Apollinis filius in templo consumtus est.* MUNCK. Probanda admodum Munckeri conjectura: Adde de Euripide Salvagn. ad Ovidii Ibin. vs. 597. De hoc poeta antiquus apud Athenaeum lib. XIII. cap. 8 pag. 598.

Εἰσέτι τις δαίμων Εὐριπίδην ὑφεῖν ἄλιθρον
Ἀμφὶ βίᾳ συγγαῖν ἀνδράσασθαι κυνῶν.

Pausan. lib. I. cap. 2. pag. 6. vero haec notat, a Gellio, Valerio, & Apostolio dissentiens καὶ μοῦσα Εὐριπίδου, κυνὶ τιμωρῷ ὁ Εὐριπίδης ἐν Μακεδονίᾳ παρὰ τ βασιλέα ἰλθὼν Ἀρχέλαον. Vide ibi cetera. De die, quo natus est, videndi Plutarchus lib. VIII. Sympos. Quaest. I. p. 717. & Menag. ad Diogenis Laertii lib. II. cap. 45. e quibus alter etiam diem obitus describit.

6 CONSUMPTUS] H. e. devoratus. Supr. cap. 67. *Cum à Sphinge essent consumpti.* Vet. Interpr. Act. cap. XII. 23. *Consumptus à vermibus exspiravit.* MUNCK.

## Ad CAP. CCXLVIII.

7 ADONIS] V. Tzetzen & Meurs. ad Lycophron. vs. 833. & Salvagn. ad Ovidii Ibin. vs. 505. Adonin, quum lactucam avide comesset, ab apro interfectum esse docet Athenaeus lib. II. cap. 28. pag. 69. De Adonide Plutarch. Sympos. lib. IV. Quaest. 5. pag. 671. Quod autem fabulâ 251. Adonin licentia Parcarum ab Inferis rediisse scribit, explicat Ptolemaeus Hephaestion apud Photium pag. 471. ex Euphorione, nempe Adonidis vulnus, quod ipsi aper inflixerat, curasse Cocytum medendi artem a Chirone edoctum. Qui paullo post, Adonin ab Apolline in aprum sese convertente dentibus vulneratum & necatum, quod Venerem sese lavantem viderat, adjicit. Hic Adonis lugetur a mulieribus Argivis Pausan. lib. II. cap. 20. p. 156. H. Junius IV. Animadv. 27. de Adonidis festo. Schol. Theocriti Idyll. XV. 112, 133, 137. Olear. ad Philostrati VII. Apoll. Tyan. 32.

8 QUI EXTRA METAM] Inepte, scribe confidenter, *qui extra venatum.* Ita supra c. 18. *& extra venatum exissent.* SCHEFF. Hoc vitiosum sine dubio. Cap. 14. *Cum stramentatum exisset.* Cap. 18. *Cum extra venatum exissent.* Vide quae notavi ad locum priorem. MUNCK.

9 APUD LYCUM] Imo, *apud Lycum.* docet cap. 14. & 18. SCHEFF. Vide loca modo laudata, Male *Lyum* edidit Commelinus. MUNCK.

10 HYON] *Hyas.* MICYLL. Micyllus mallet *Hyas*, & sic vocatur frater Hyadum, qui hic intelligitur. Vide inf. in Post. Astr. II. c. 21. & supra c. 194. SCHEFF. Micyllus *Hyas.* Vide cap. 192. MUNCK.

11 PLEIONIS] Margo libri Salmasiani, *Pleione.* Malim *Pleiones* ex Gr. Πλειόνης. Solenne est nostro ι ponere, ubi in Graeco est ε. Notavi ad cap. 31. Idem vitium occurrit Astron. II. 21. *Pleionis & Atlantis filias.* Et cap. 24. *Berenicis patrem.* Non vitiosum tamen *Pleionae* ex *Pleiona.* quo utitur Dictys lib. I. ut *Hesiona* lib. IV. & apud Daretem scribitur. MUNCK. Legendum *Pleiones*, uxor Atlantis *Pleione* fuit. V. Tzetz. ad Lycophron. vs. 218.

## CCXLIX. [1] *Faces ſceleratae.*

[2] FACEM, quam ſibi viſa eſt parere Hecuba Ciſſei filia, ſive Dymantis. [3] Nauplii, ad ſaxa [4] Capharea, cum naufragium Achivi fecerunt. Helenae, quam de muris oſtendit, & Trojam prodidit. [5] Althaeae, quae Meleagrum occidit.

## CCL. *Quae quadrigae rectores ſuos* [6] *prodiderunt.*

[7] PHAETHONTA Solis filium ex Clymene. [8] Laomedonta Ili filium

### Ad CAP. CCXLIX.

1 FACES SCELERATAE] De voce *ſceleratus* conſulendus Celeb. Duker. ad Florum lib. I. cap. 12. §. 2.

2 FACEM, QUAM] Haec non cohaerent ſequentibus. Puto ſcriptorem noſtrum nullos ſcripſiſſe titulos, quales nunc comparent, alicubi tamen praemiſiſſe, quae deinde in titulos ſunt tranſſumpta. Colligitur hoc apertiſſime ex c. 173. ubi omiſerunt ſecernere a caeteris per oſcitantiam. Sicut ergo ibi ab initio ſcripſerat, *quae civitates auxilium miſerunt OEneo*, ita hic puto ſcripſiſſe, *faces ſceleratae*, ac poſtea ſubjeciſſe, *quam ſibi viſa eſt* &c. poſt veniſſe, qui adjecta gloſſa monſtrare voluit, quo illud *quam* pertineret, videlicet ad *facem*. Itaque id *facem*, mea ſententia eſt delendum. SCHEFF. Deleam inciſum poſt *τὸ facem*. Dictum eſt pro, *quam facem viſa eſt parere*. Petronius: *Hunc adoleſcentem, quem vides, malo aſtro natus eſt.* Infra cap. 274. *Caper vitem quam praeroſerat, abundantius fructum ferre coepit.* Ad quem locum pluſcula annotavi. MUNCK.

3 NAUPLII] Ponunt hic aſteriſcum, quaſi deſit quidpiam. Sed intelligenda eſt vox *fax*, ſicut fit & in ſuperioribus. SCHEFF. Ante hoc vocabulum quem poſuerant, ſuſtuli aſteriſcum. Non enim, ut recte animadvertit Cl. Schefferus, locus defectus eſt, cum ſubaudiatur *fax* ex capitis lemmate. Vide cap. 116. MUNCK.

4 CAPHAREA] Ita ſcripſi pro *Capharaea*. Propert. III. el. 7. *Saxa triumphales fregere Capharea puppes.* MUNCK.

5 ALTHAEAE, QUAE MELEAGRUM] Quia nominatim ſermo hic de facibus, propterea ſcribendum *qua Meleagrum*. Intelligitur autem titio, de quo ſupra c. 171. SCHEFF. *Qua* emendat Cl. Schefferus. Fabulam habes cap. 171. MUNCK.

### Ad CAP. CCL.

6 PRODIDERUNT] In titulo male ſcribitur pro *perdiderunt* id quod vel index capitum libello praemiſſus oſtendit. SCHEFF. *Perdiderunt* ex indiculo his fabulis praemiſſo reponit Cl. Schefferus. Sed *prodere* idem fermè interdum eſt, quod *perdere*. Auſon. Ephem. edit. Ald. *Sit ſatis antiquam ſerpens quod prodidit Evam.* Et in ludo: *Parcit quiſque malis, prodere vult bonos.* Quae loca an rectè poſteriores editores mutaverint, judicent Critici. Ennius apud Feſtum: *Non in ſperando cupidi rem prodere ſummam.* Servius ad AEn. IV. 431. *Quidam* prodidit *pro* perdidit *accipiunt*, *ut*, unius ob iram prodimur. Quo accedit, quod *prodere vectorem* equi & aurigae perquam eleganter dicantur, ut multis declarat Nob. Heinſius ad Faſt. Ovid. V. 715. & Gronov. Obſerv. lib. III. cap. 20. Seneca OEdipo de equo vers. 143. *Dominumque prono Prodidit arma.* Sed haec talia apud illos complura invenies. MUNCK.

7 PHAETHONTA] Ita ſcribere malim quam *Phaëtonta*. Notavi id vitium jam ad cap. 157. MUNCK.

8 LAOMEDONTA ILI FILIUM] Nam promiſſae Herculi pro liberatione Heſiones, nec datae, praebuerunt occaſionem belli, quo ab Hercule eſt interfectus. Vide Apollodorum. SCHEFF.

9 EX LEUCIPPE] Neſcio an hoc ſanum ſit. *Eurydicen* Laomedontis matrem facit Apollodorus lib. III. pag. 181. MUNCK Orchomenium vocat Laomedonta Plutarchus in Demoſthene pag. 848. qui de eo latius agit. De Ilo Laomedontis patre Ptolem. Hephaeſtion. lib. V. apud Photium pag. 483. Hic Ilus fuit Trois & Callirrhoes; Dardani enim filius ſine liberis deceſſit. V. Apollodor. lib. III. cap. 11. §. 2. Tzetz. ad Lycophron. vs. 29. ab hoc Troja *Ilium* dicta. Conon narr. XII. apud Photium, pag. 429. Eſt & tertius Ilus Phrygis filius. (Sed ibi in Graeco textu

lium [9] ex Leucippe. OEnomaum Martis filium [10] ex Aſterie, Atlantis filia, [11] Diomedem Atlantis filium, ex eadem. Hippolytum Theſei filium [12] ex Antiope Amazone. Amphiaraum Oiclei filium ex [13] Clytaemneſtra, Theſtii filia. Glaucum Siſyphi filium ludis [14] funebribus Peliae [15] equae ſuae conſumpſerunt. [16] Jaſonem Jovis filium ex Electra Atlantis filia. Salmoneus, qui fulmina [17] in quadriga ſedens imitabatur, cum quadriga fulmine ictus.

## CCLI.

textu ΤΑΝΤΑΛΟΝ legitur) qui Pelopem e Sipylo ejecit, apud Pauſan. lib. II. cap. 22. p. 161.

10 Ex Asterie] Scribendum eſt, *Aſterope*. Ita ipſe Noſter ſupra fab. 84. ubi habes hiſtoriam, ad quam hic reſpicit, & Pauſanias, de quo Euſtat. Od. B. SCHEFF. Rectè *Aſterope* Cl. Schefferus. Vid. cap. 84. MUNCK.

11 Diomedem Atlantis filium, ex eadem] Dubito, an rectum ſit Atlantis, nam alii Martis filium faciunt, ut liquet ex Apollodoro. Rem declarat Diodorus Siculus lib. IV. SCHEFF. Notavit quidem Servius ad AEn. VIII. 130. traditum à quibuſdam (Eratoſthene certè, Scholiaſte Germ. & aliis) Steropes & Atlantis filium fuiſſe OEnomaum. Sed qui dicant Diomedem ex Atlante & Aſterope editum jam diu eſt, cum fruſtra quaeſivi. Diomedes ille, qui ab equis devoratus eſt, Martis & Cyrenes filius dicitur Apollodoro Lib. II. pag. 95. & Tzetzae Chil. I. 36. Albricus cap. 20. *Quo comperto, illuc Hercules acceſſit, & illum clavâ peremit, ipſum in paſtum iiſdem equabus ſuis appoſuit.* Equas facit Schol. Ariſtophan. in Ἐκκλησ. Confer AElian. Animal. Lib. XV. 25. MUNCK.

12 Ex Antiope Amazone] Hinc Pauſan. II. 31. p. 184. vocat Hippolytum Ἀμαζόνι παρὰ τῆς μητρός. Ubi vero Hippolytus quadrigis everſis fuerit excuſſus, locum monſtrant Troezenii apud Eumdem cap. 32. pag. 188. qui tamen ab equis diſtractum negant, ut docui ad fab. 47.

13 Clytaemnestra] Cap. 70. & 73. *Hypermneſtra* dicitur. Quod rectius eſt. Pauſan. Argol. (l. II. c. 21.) Ὑπερμνήστρας μητρὸς Ἀμφιαράου μητρός. MUNCK.

14 Funebribus Peliae] Male. Scribendum & diſtinguendum eſt, *ludis funebribus Peliae*. Accidit hoc enim, cum Peliae patri ludos funebres faceret Acaſtus, ut eſt teſtis Pauſanias in Eliacis prioribus. SCHEFF. Ita correxi & diſtinxi hunc locum ex ſententiâ Cl. Schefferi. Accidit enim hoc, cum ludos funebres Peliae faceret Acaſtus. Vide Pauſan. p. 384. edit. Wechel. & noſtrum cap. 273. MUNCK. Vetus Interpres ad Ovidii Ibin. vs. 557. *Glaucus ex Potnia civitate, cum ſacrificium Veneris contemneret, equabus ſuis a Dea furor inmiſſus eſt, a quibus dilaceratus eſt.* Conſule ibi Salvagnium, & Celeb. P. Burmannum.

15 Equae suae consumserunt] Haec ex gloſſa irrepſiſſe videntur. SCHEFF. E gloſſa irrepſiſſe haec videntur Cl. Scheffero. Dubito, cum diſertim ab equabus ſuis eum eſſe abſumptum etiam alii ſcripſerint. Vide Palaeph. cap. 26. Schol. Euripid. ad Phoeniſſ. 1131. Ποσειδὼν τὰς ἵππους Γλαύκου φυτὸν, αἳ λυσσήσασαι κατέφαγον τὸν δεσπότην Γλαῦκον ὁ Ποσειδὼν ἐποίησε. Adde Noſtrum cap. 273. Virg. III. Georg. 267. MUNCK.

16 Jasonem Jovis filium] Emenda *Jaſionem*. Hic enim Jovis & Electrae filius Pauſania auctore. SCHEFF. *Jaſionem* emendat Cl. Schefferus ex Pauſaniâ. Atque ita quoque Diodorus Lib. V. pag. 322. Noſter Aſtron. II. 4. Homer. Odyſſ. E. 125. cum Scholiaſt. ſuo, ut & Heſiod. in Θεογ. p. 309. Stephanus in Παιεών, & alii appellant. *Jaſius* eſt Virg. AEn. III. 168. *Jaſon*, ut heic Hygino, etiam Cononi cap. 21. Quomodo & 3. MSS. exhibent II. Aſtron. cap. 4. & 22. & Venet. anni 1485. cum Morell. codicibus. Ad eundem modum Atalantae Arcadiae pater, qui *Jaſius* appellatur ab Hygino cap. 99. & Callim. Hymn. in Dian. vers. 28. Schol. Hom. Iliad. I. 544. *Jaſion* eſt AEliano Var. Hiſtor. lib. XIII. cap. 1. *Jaſius* Apollodor. lib. III. & Schol. Eurip. ad Phoen. vers. 152. *Jaſon* Apollon. Schol. Lib. I. 769. MUNCK.

17 In quadriga sedens] Sanctandr. *in quadrigas*, quod eſſet pro, *in quadrigis*, ut interdum noſter ſolet. Sed quia ſequitur, *cum quadriga*, nil mutandum. SCHEFF. Ita reſcripſi ex editione Schefferi, quae veſtigiis inſtitit edit. Lugd. anni 1608. Micyllus & Commelinus dederant *in quadrigas*. Perperam, me judice. Adhaeſit

## CCLI. *Qui licentia Parcarum ab inferis redierunt.*

CERES Proſerpinam filiam ſuam quaerens. [1] Liber pater ad Semelem matrem ſuam Cadmi filiam deſcendit. [2] Hercules Jovis filius ad canem Cerberum educendum. Aſclepius Apollinis & Coronidis filius. Caſtor & Pollux Jovis & Ledae filii alterna morte redeunt. Proteſilaus Iphicli filius, propter Laodamiam Acaſti filiam. Alceſtis [3] Pelei filia, propter Admetum conjugem. Theſeus AEgei filius, propter Pirithoum. Hippolytus Theſei filius, [4] voluntate Dianae, qui poſtea [5] Virbius eſt adpellatus. Orpheus OEagri filius, propter Eurydicem con-

ſit τὸ S ex voce proximè ſequenti. Supra cap. 61. *Quadrigam ſedens.* Apollodorus lib. I. Καὶ βύρσας ἐξηνιόχας ἐξ ἁρμάτων ἐπ' ἀλκυόνων χαλκῶν ὤρων. Volui antehac reſcribere ἐξηνεμωμένας, hoc eſt, *de curru ſuſpenſas.* Nunc video ex Palat. codice reponere Fabrum ἐξηνεμωμένας. quod praeſero. Tzetzes eadem de re Chil. VII. 107. Ἐν βύρσαις τε καὶ λύσσῃσι τῆς ὁρμοὺς τ' ἀρμάτων Βορέας ἐκπνεμιόφθορ- Διὶ ἐκτεχνώσεν. Interpres, *In pellibus atque Libycis curſibus equorum.* Ridiculè. Repone ex Apollodori lib. I. λύσσῃσι, hoc eſt, *lebetibus.* Sed occupaſſe hoc jam ſummum virum J. Fr. Gronovium monuit me quidam. Gratias habeo monitori. Peream, ſi ſciverim. Caeterum *in quadrigâ* legebat etiam apud Hyginum Scioppius, cum in diſſertatione de Stylo hiſtorico ſcriberet: *Hujus notae* (τῆς κατηλικῶν) *vox eſt* quadriga *pro curru quatuor equis juncto apud plebejum ſcriptorem Hyginum, qui dicit*, in quadrigâ ſedere, *cum Caeſar, Cicero, Livius, & alii* quadrigas *dicant, quatuor equos junctos ſignificantes; & inde* quadrigarum currus *apud eoſdem.* Cum Hygino loquitur Fulgent. Mythol. lib. I. *Huic quoque quadrigam adſcribunt.* Et Schol. German. Erichthonio: *Hic primus currus homines junctis equis docuit ſimiles quadrigae ſolis facere.* Servium audiamus ad II. Aën. 272. BIGIS. *Secundum artem dixit, quae exigit, ut quae de pluribus conſtant, plurali tantum dicantur, ut*, bigas, quadrigas, mappas. *Sed haec plerumque confundit auctoritas, ut Horatius*, ne ſordida mappa. *Item Statius*, Rorifera gelidum tentaverat aëra biga. Nihil ergo cauſae erat, cur *quadrigâ* barbarum eſſe pronunciaret Donatus; quanquam ille auctorem habet Varronem IX. L. L. Nec Philargyrius audivit Varronem ad Georg. III. 266. *Cum ad mimicum* (leg. *Iſthmicum*) *certamen quadrigam duceret.* MUNCK. Vid. Paſſ. ad Propert. II. XXV. 39.

## Ad CAP. CCLI.

1 L. P. AD SEMELEM M. S. C. P. D.] Quicumque omnia in hoc auctore ſollicitandi avidus hunc locum legerit, forſan adderet *ad S. m. f. C. f. educendam d.* e Pauſania lib. II. cap. 37. pag. 200. (Εἶδον) καὶ τὸν Ἀλκυονέως λίμνην, ἃ ἐς φασιν Ἀργεῖοι Διόνυσον ἐς τὴν ἄοδον ἰόντα Σεμέλῃ ΑΝΑΓΟΝΤΑ. Nec eſt, quod cum offendat ſequens verbum *educendum*, ſic enim ſolet Noſter. e. g. fab. 16. *Sepulturae eum tradidit, atque filiis regnum tradidit.* Nihil ego definio. Non omnia accurate deſcribit harum fabularum conſarcinator.

2 HERCULES Jov. P.] Populo alba velatus Hercules ab inferis rediiſſe dicitur. v. Serv. ad Ecl. VII. 61. hinc arbor Herculi ſacra. v. Burm. ad Phaedr. lib. IV. f. XVII. v. 4. Achilles a Penthesilea occiſus, matris Thetidis precibus ab inferis rediit. Pt. Hephaeſtion. lib. VI. apud Photium pag. 487. AEſopus a Delphenſibus interfectus poſtea revixit, & Graecis ad Thermopylas depugnantibus adfuit juxta Eumd. pag. 489

3 PELEI] *Peliae* ſcribendum, ut jam aliquoties monui. Vide cap. 249. Poſt hoc exemplum alterum inſerit Barthius ex membranis: *Admetus propter Alceſtin conjugem, quam Hercules ei reſtituit, vel Proſerpina donavit.* MUNCK.

4 VOLUNTATE DIANAE] Hinc in Italia poſtquam Aricinis imperavit, in vitam reſtitutus, Dianae Aricinae templum poſuit. v. Pauſan. lib. II. c. 27. p. 173. & deinde, tamquam Dianae πάρεδρος cultus fuit. Vid. d'Arnaudtius cap. 25. de Diis Paredris.

5 VIRBIUS] Fabulam habes apud Ovid. Lib. XV. Met. Lactantius: *Quem* (Hippolytum) *AEſculapius Dianae voluntate, cujus initio comes fuerat, reduxit ad ſuperos. Hinc ab eadem Diana evocatus in nemus Aricinum, mortalitatem exuit. A converſo itaque nomine Deus Virbius eſt nominatus.* Schol. Perſ.

cõnjugem ſuam. Adonis Cinyrae & [6] Zmyrnae filius, voluntate Veneris. Glaucus Minois filius, reſtitutus à Polyido [7] Coerani filio. [8] Ulyſſes Laertae filius, propter patrem. [9] AEneas Anchiſae filius, propter patrem. Mercurius Majae filius, [10] aſſiduo itinere.

## CCLII. [11] *Qui lacte ferino nutriti ſunt.*

TELEPHUS Herculis & Auges filius ab cerva. AEgiſthus Thyeſtis & Pelopiae filius ab capra. AEolus & [12] Boetus [13] Neptuni & Menalippes filii, à vacca. [14] Hippothous Neptuni & Alopes filius, ab equa. Romulus & Remus [15] Martis & Iliae filii ab lupa. Antilochus

Perſ. ad Sat. VI. vers. 56. *Quatuor millibus ab urbe eſt Virbii clivus, qua iter eſt ad Ariciam, & ad nemus Dianae, ubi Virbius colitur, id eſt Hippolytus, quod bis in vitam prolatus ſit.* Negat hoc Horatius Lib. IV. od. 7. *Infernis neque enim tenebris Diana pudicum Liberat Hippolytum.* Vetus commentator: *Revocare quidem illum potuit, at immortalem facere non potuit: quia licet dicatur Hippolytus revocatur, non potuit tamen à Junone in hac luce teneri.* Quid *Juno* heic agit? Aliter haec exhibet Badiana editio anni 1519. Caſſiod. de Orthograph. cap. VI. *Alii Virbium Herobium, tanquam ſit ἥρως ἀναδεδειγμένος, alii Deum, qui viribus praeſit, interpretantur.* De loco Horat. vide Torr. MUNCK. De nomine *Virbius* Serv. ad AEn. VIII. 761, 776.

6 ZMYRNAE] Mallem *Smyrnae*, ut eſt in ſuperioribus. SCHEFF. Cl. Schefferus mallet *Smyrnae*. Sed tueri ſe exemplis poteſt vulgata lectio. Ζμυρναίων pro Σμυρναίων in nummis quibuſdam viſitur, & *Zmyrnaeorum* in Gruteri inſcriptionibus, ut obſervavit Ampliſſ. Spanhemius in de Num. Praeſt. p. 75. Capella de litera Z. *Haec praeponitur M literae, ut Zmirna.* Confer Alciatum Parergon lib. V. cap. 14. ubi de literae Z pronunciatione agit, & Euſtath. ad Hom. Iliad. pag. 164. qui multis oſtendit antiquos Graecos Z in multis vocabulis pro Σ adhibuiſſe. Referenda huc *Lezbia* pro *Lesbia*, & *Zmaragdus* pro *Smaragdus*, quorum exempla ex Vett. Inſcript. profert Pierius Valer. in VII. AEn. p. 137. ubi Steph. MUNCK. Adde Broukh. ad Propert. II, XIII, 43. & Munck. ad fab. CVI.

7 COERANI] Ita reſcripſi pro *Carani*. Apollodorus Lib. III. Πολύιδον ὁ Κοιρανῦ. Palaeph. cap. 27. Κατάρξει τὸν ὃ Κοιρανῦ Πολύειδον. Atque ita Noſter ipſe habet cap. 128. & 136. Perperam ergo Plutarchus in libello de Flum. p. 74. Εἰς τὸν ὕλλον ἵδρυσαν συμπαταγμὸν μάλλο τὸν Κυφίου Πολύιδου. Quod miror non vidiſſe doctiſſimum Mauſſacum. MUNCK.

8 ULYSSES LAERTAE FILIUS, PROPTER PATREM] Suſpicor ſcribendum *propter matrem*. Ejus enim cauſſa, & ut colloqueretur cum ipſa, deſcendit. Vide quae dicuntur ſupra cap. 125. SCHEFF. Schefferus ſuſpicatur ſcribendum, *propter matrem*. Sane cum matre, non cum patre locutus eſt apud inferos. Vide Odyſſ. A. Forte ſcripſit *propter patriam*. Nam deſcendit χρηστόμυθος περὶ τῆς νίσου, ut loquitur Tzetzes in Lycophr. pag. 112. MUNCK.

9 AENEAS ANCH. F.] V. Serv. & Burm. Var. Lect. in Serv. ad I. AEn. 259.

10 ASSIDUO ITINERE] Hinc queritur apud Lucianum in Deorum Dialogis: *Soli omnium ne noctu quietem agere licet. Sed oportet me etiam tunc defunctorum animas Plutoni adducere, maniumque agere ducem.* Petron. *Mercurius, qui animas ducere & reducere ſolet.* Merito ergo χθονίου καὶ ψυχοπομπὸς Graecis audit. MUNCK.

## Ad CAP. CCLII.

11 QUI LACTE FERINO] Notandum, heic ſupra modum gaviſam antiquitatem figmentis, ut & ortum miraculoſum facerent, & ſe divinitus enutritos demonſtrarent. Confer, cum hoc capite, quae habet AElianus Hiſtor. Variae Lib. XII. 42. MUNCK.

12 BOETUS] Lege, *Boeotus*. Vide notas ad cap. 186. MUNCK.

13 NEPTUNI ET MENALIPPES] Supra fab. 136. ſunt *Metapontus & Melanippes filii*. Nihil tamen videtur mutandum. SCHEFF.

14 HIPPOTHOUS NEPT. ET AL. F.] V. P. Leopard. II. Emendat. 16.

15 MARTIS ET ILIAE] Sine dubio ſcribendum, *Martis & Silviae*. Vide, quae notavi ad AElianum.

Iochus Neſtoris filius expoſitus in Ida monte, ab cane. Harpalice Harpalici regis [1] Amymneorum filia, à vacca & equa. Camilla Metabi regis Volſcorum filia, ab equa.

## CCLIII. *Quae contra fas concubuerunt.*

Iocaste cum OEdipo filio. Pelopea cum Thyeſte patre. [3] Harpalice cum Clymeno patre. [4] Hippodamia cum OEnomao patre. Procris cum Erechtheo patre, [5] ex quo natus eſt Aglaurus. Nyctimene cum [6] Epopeo patre, rege Lesbiorum. [7] Menophrus cum Cyllene filia in Arcadia, & cum Bliade matre ſua.

## CCLIV. *Quae piiſſimae fuerunt, vel piiſſimi.*

Antigona OEdipi filia Polynicem fratrem ſepulturae dedit. Electra

num. VII. c. 16. SCHEFF. *Silviae* legit Cl. Schefferus. Ego nihil mutem. Ilia enim Romuli mater & aliis dicitur. Vide Schol. Juv. ad Sat. I. v. 7. Sat. IX. 53. Sat. XI, 106. Hieron. Chron. Euſeb. p. 45. Commentator vetus Horatii ad od. II. Lib. I. *Variae poëtarum de Ilia opiniones ſunt. Ea autem mater Romuli fuit, quem ex Marte ſuſcepit.* Et ad Sat. 2. Lib. I. *Ilia mater fuit Romuli & Remi.* Solin. cap. 2. *Nam, ut affirmat Varro, auctor diligentiſſimus, Romam condidit Romulus, Marte genitus & Rhea Silvia; vel ut nonnulli, Marte & Ilia.* Tibull. Lib. II. eleg. 5. *Te quoque jam video, Marti placitura ſacerdos, Ilia, Veſtales deſeruiſſe focos.* Adde Horat. Lib. IV. od. 8. Sidon. carm. 2. Tzetzes in Lycophron. p. 184. ed. Steph. Σιλβίαν, ἢ Ῥέαν Ἰλίαν ἱέρειαν τῆ Θεᾶς Ἑστίας πυρᾶ. Rectius Ἰλίαν ſcribit Conon cap. 48. Nec aliam, puto, quam matrem Romuli intellexit apud Chariſium Lib. I. Ennius, *Ilia dia nepos, quae aerumnas tetuliſti.* Auguſtin. C. D. XVIII. 21. *Numitoris filiam Rheam, quae etiam Ilia vocabatur, Romuli matrem.* Nota Iliam eum cum Cononе facere Numitoris filiam, id quod & Servius facit ad AEn. VI. 777. MUNCK.

1 Amymneorum] Servius ad AEn. I. 321. *Amymoniorum.* qui & hoc ibidem addit, *Ita nutritum dicunt, ut ipſe Camillam à Metabo facit.* Vide ſupra cap. 193. Ex Serviano commentario ad AEn. XI. 543. tollam in tranſcurſu mendam haud tolerabilem. *Statius Tullianus*, inquit, *de vocabulis rerum libro primo ait dixiſſe Callimachum apud Camillum appellari Mercurium* &c. Scribe, Tuſcos Camillum appellare Mercurium. Sunt iſta deprompta ex Macrob. Satur. lib. III. cap. 8. MUNCK. De Metabo Serv. ad XI. AEn. 540, 567. Ceterum Amazones lacte equino filias nutriiſſe dicuntur a Philoſtrato cap. XIX. Heroic. §. 19. Equae uberibus lactatus dicitur Darius Hyſtaſpis. V. Pt. Hephaeſtion. lib. III. apud Photium pag. 477. AEſculapius a capra lactatus. v. Pauſan. lib. II. cap. 26. p. 170.

## Ad CAP. CCLIII.

2 Harpalice] *Harpalyce* ſcribendum. Hiſtoria eſt apud Parthenium cap. 46. MUNCK.

3 Hippodamia cum OEnomao] V. Meziriac. ad Ovid. Tom. II. pag. 351.

4 Cum Erechtheo] Alii omnes, *Erichtheo.* SCHEFF. Ita repoſui pro *Erichtheo.* Monui jam ad cap. 46. MUNCK.

5 Ex quo natus est Aglaurus] Suſpicor & hunc gloſſatoris inepti pannum, cum nil tale addat in caeteris. SCHEFF. Pro gloſſemate haec habet Cl. Schefferus. Ego ut non pauca alia, ita & hoc inter aliis indicta numerandum cenſeam. Nam de Procridis cum patre concubitu altum quoque apud alios ſilentium. MUNCK.

6 Epopeo] An *Nycteo*? Tollius. Ita ſane vult Lactant. Arg. Lib. II. Met. fab. 9. MUNCK. V. Celeb. P. Burm. ad Ovidii II. M. 592.

7 Menophrus] *Menephron*, ut Ovid. VII. Met. MICYLL. Micyllus notat, apud Ovidium lib. VII. Met. ſcribi *Menephron.* SCHEFF. *Menephron* ſcri-

ctra Agamemnonis filia, in fratrem Oreſtem. Iliona Priami filia, in fratrem Polydorum, & parentes. Pelopea Thyeſtis filia in patrem, ut eum vindicaret. Hypſipyle Thoantis filia patri, cui vitam conceſſit. [8] Chalciope filia patrem non deſeruit, regno amiſſo. Harpalice Harpalici filia, in bello patrem ſervavit, & hoſtem fugavit. Erigone Icari filia, patre amiſſo, ſuſpendio ſe necavit. Agave Cadmi filia, in [9] Illyrica Lycotherſen regem interfecit, & patri ſuo regnum dedit. [10] Xantippe Myconi patri incluſo carcere lactè ſuo alimentum vitae praeſtitit. Tyro Salmonei filia propter patrem [11] filios ſuos necavit. In Sicilia cum AEtna mons primum ardere coepit, [12] Damon matrem ſuam ex igne rapuit. Item [13] Phinthia patrem, AEneas item in Ilio Anchiſem patrem humeris & Aſcanium filium ex incendio eripuit. [14] Cleobis & Biton Cidippae filii. Cidippe ſacerdos Junonis Argivae, cum boves in paſtionem miſiſſet, neque ad horam, qua ſacra [15] in monte ad templum Junonis duci & fieri deberent, adpararent, &

ſcribendum ex Ovid. Lib. VII. Met. 387. Monuit Id jam Micyllus. MUNCK.

## Ad CAP. CCLIV.

8 CHALCIOPE] Ita repoſui pro *Calciope* ex Gr. Χαλκίοπη. MUNCK.

9 ILLYRICA] Scripſerim *Illyrica* vel *Illyrid* ex cap. 240, MUNCK.

10 XANTIPPE MYCONI] *Cimoni* ut in vulgatis codicibus Valerii legitur lib. v. cap. 4. MICYLL. Micyllus exiſtimat *Cimoni* legendum ex vulgatis libris Valerii Maximi lib. v. c. 4. Temere nil muto. SCHEFF. *Cimoni* ex Valer. Max. Lib. v. 4. reponit Micyllus. Ego contra Valerium ex Hygino correxerim. Nam Cimon ille Valerianus ex Cimonis Athenienſis exemplo, quod proximè ſequitur, natus videtur. MUNCK. V. Doctiſſ. Torren. ad Valer. Maxim. lib. v. cap. 4. n. 49.

11 FILIOS SUOS] *Anapias* forſan & *Antinomus* intelligendi, de quibus idem Valerius lib. v. MICYLL.

12 DAMON MATREM SUAM] Nil fortaſſe in nominibus hiſce mutandum. Alia tradit Valer. Max. lib. v. c. 4. Alia Solinus, alia AElianus noſter, ut nil ſit mirum, ſi alia & Hyginus. SCHEFF.

13 PHINTHIA] Dixi jam, ab aliis aliter vocari. Salmaſius verum cenſet nomen eſſe *Pinthias*, a Siculo Φιλίας, pro Φιλίας, quod amicum notet. Vide ipſum ad Solinum p. 11. SCHEFF. *Pinthias*, ut placet Salmaſio ad Solinum, p. 78. Turnebo Adverſ. XX. 13. Scaligero ad Manil. pag. 171. Sed terminatione *As* nihil opus. AEque enim rectè qui Φιλίας eſt Graecis, Latinè *Phintia* dicitur, ac *Phintias*, ut *Perdicca*, *Mida*, *Pelia*, & ſimilia. Vide virum ſummum Gron. ad Sen. Med. vers. 101. Caeterum quod Hyginus Damoni & Phintiae, id Anapo & Amphinomo; quod Moero & Selinuntio, id Damoni & Phintiae alii tribuunt, ut praeter Micyllum etiam Salmaſius notavit. MUNCK. Scribendum *Phintias*, vel *Phintia*. V. Interpr. ad Valer. Maximum lib. IV. cap. 7. n. 68.

14 CLEOPS ET BITIAS] *Cleobis* & *Biton* ab Herodoto vocantur. Vide libro primo. MICYLL. *Cleobis* & *Biton* ſunt Herodoto, quod Micyllus notavit. Similiter nominantur Pauſaniae, Valerio Maximo, & pleriſque aliis ex veteribus. SCHEFF. A Cicerone I. Tuſc. Theon. in Progymn. Herod. lib. I. Luciano Charonte, Servio ad Georg. III. 532. & Philargyrio ad ejuſdem Libri v. 530. Triclinio in Trachin. Sophoclis vers. I. *Cleobis* & *Biton* nominatur. MUNCK. Legendum *Cleobis*, item *Biton*. V. Perizon. ad Val. Maximi lib. v. cap. 4. n. 59. & Daviſ. ad Ciceron. lib. I. Tuſcul. Quaeſt. cap. 47.

15 IN MONTE] In monte ergo erat illud templum; vel legendum *de more*. Bubus enim uſi videntur plerunque, cum ſacrorum cauſa ad templa vehcrentur. Propert. Lib. IV. el. I. *Ducebant macra vilia ſacra boves*. MUNCK. Non male *de more*. In primis ad Junonis templum, cujus ſacra bubus vehebantur. Vid. Cl. Oudendorp. ad Lucani lib. I. vs. 78. Et de Cleobis ac Bitonis hac hiſtoria

& [1] eſſent mortui: quae niſi ad horam ſacra facta eſſent, ſacerdos interficiebatur. Inter quam trepidationem Cleobis & Biton pro bubus ſub jugo ſe junxerunt, & ad fanum ſacra, & matrem Cidippem in plauſtro duxerunt: ſacrificioque peracto, Cidippe precata eſt Junonem, [2] ſi ſacra ejus caſte coluiſſet, ſi filii adverſus eam pii fuiſſent, ut quidquid bonum mortalibus poſſet contingere, id filiis ejus contingeret. Precatione peracta, plauſtrum & matrem filii domum reduxerunt, & [3] feſſi ſomno adquieverunt. [4] At Cidippe diligenter agnovit, nihil eſſe melius mortalibus, quam mori: & ob hoc obiit voluntaria morte.

## CCLV. *Quae impiae fuerunt.*

Scylla Niſi filia patrem occidit. Ariadne Minois filia fratrem & filios occidit. Progne Pandionis filia filium occidit. Danaides conjuges ſuos patrueles occiderunt. Lemniades in Lemno inſula patres & filios occiderunt. Harpalice Clymeni filia filium, quem ex patris concubitu pepererat, occidit. [5] Tullia Romanorum ſuper parentis corpus currum duxit, unde [6] vicus ſceleratus eſt dictus.

CCLVI.

Herodotus 1. 31. agens ſcribit ἱέσας ἱρῆς τῆς Ἥρης πῶϊ Ἀργείοισι ἔδει πάντως τὴν μητέρα αὐτῶν ζεύγεϊ κομισθῆναι ἐς τὸ ἱρόν. Οἱ δὲ σφι βόες οὐκ ἦσαν ἀγχοῦ· ὥρη παρεγίνετο οὐκ ὀλίγη. Plutarch. vero in eadem hiſtoria (de Conſolat. ad Apollon. Tom. II. p. 108.) non *boves*, ſed ἡμιόνους, *mulos* fuiſſe ait. *Biton* corpore tam robuſto dicitur fuiſſe, ut taurum humeris geſtaverit, quam hiſtoriam latius proſequitur Pauſan. lib. II. c. 19. p. 153. qui cap. 20. ejuſdem libri, Argis conſpici imagines, ex marmore factas, Cleobis & Bitonis plauſtrum trahentium, inque eo matrem in Junonis templum deducentium, adnotat.

1 Essent mortui] Peſtilentia ſcilicet, quae tunc temporis Atticam affligebat. MUNCK.

2 Si sacra] Illud *ſi* inluſtrat Celeb. P. Burm. ad Virg. I. Georg. 17.

3 Fessi somno acquierunt] Revera dormierunt, ſed non rurſus evigilarunt, ut narrat Herodotus; atque ita ſomno mortem junxerunt. Eleganter Quintilianus declam. 2. *Tanquam per illam quietem tranſierit in mortem.* Cicero: *Poſt epulas adoleſcentes ſomno ſe dediſſe, & mane eſſe inventos mortuos.* Palaephatus cap. 51. ubi hanc fabulam exequitur: Ὕπνος λῷ ὁ αὐτὸς, (μισθὸς) ᾧ δὲ βίᾳ πίεσμα γλεύκους. Hyginus ita haec narrat, quaſi ex κοιμήσει ὕπνου collegiſſe κοίμησιν θανάτου Cydippen velit. Imago enim mortis ſomnus, de quo Senec. Hercul. Fur. 1076. *Pavidum leti genus humanum Cogis longam diſcedere noctem.* Mortis ſpeculum vocat Tertull. de Anim. cap. 50. Maximianus Eleg. I. *Ipſa etiam cunctis requies gratiſſima ſomnus.* Etſi non valde eſt neceſſe, non male tamen iſto verſu ſcriberes *ſomni.* Vel *ipſe* pro *ipſa.* Curtius lib. VI. 10. *Unde proditori tam alta quies ſomni?* B. Joann. cap. XI. 13. Ἐκεῖνοι δὲ ἔδοξαν ὅτι περὶ τῆς κοιμήσεως τοῦ ὕπνου λέγει. 1. Reg. 26. Καὶ ἰδοὺ Σαὺλ κατεύδων ἐν τῷ ὕπνῳ ἐν τῇ παμπήκῃ. Ὕπνος ἀνάπαυσις appellat Homeri Schol. ad Iliad. I. 709. De κοιμήσει mortis Hieron. lib. I. Epiſt. Sel. 7. *Venerabilis Paulae confectus ſum dormitione.* & lib. III. *Dormivit ſancta & beata Paula* VI. *Kal. Feb.* Jobi cap. XIV. 12. *Sic homo cum dormierit, non reſurget.* Corippus lib. I. *Requieſcere ſomno Credere quod poſſis, non duro funere corpus.* Confer Nepot. Hannib. cap. 13. Druſii Schol. in Jobi cap. III. vers. 3. Eleganter Chryſol. Serm. LIX. *Quoties dormis & vigilas, toties moreris & reſurgis.* MUNCK.

4 At Cidippe] Mallem illud *At* expungere, quia natum ex poſtrema ſyllaba vocis praecedentis videtur. SCHEFF.

## Ad CAP. CCLV.

5 Tullia Romanorum] Sic & cap. 256. *Romano-*

## CCLVI. *Quae caſtiſſimae fuerunt.*

7 PENELOPE Icarii filia uxor Ulyſſis. Euadne [8] Philacis filia conjunx Capanei. Laodamia Acaſti filia conjunx Proteſilai. Hecuba Ciſſei filia uxor Priami. Theonoe Theſtoris filia uxor Admeti. Romanorum Lucretia Lucretii filia, conjunx Collatini.

## CCLVII. *Qui inter ſe amicitia junctiſſimi fuerunt.*

9 PYLADES Strophii filius cum Oreſte Agamemnonis filio. Pirithous Ixionis filius cum Theſeo AEgei filio. Achilles Pelei filius [10] cum Patroclo Menoetii filio. Diomedes Tydei filius cum Sthenelo Capanei filio. Peleus AEaci filius cum Phoenice Amyntoris filio. Hercules Jovis filius cum Philocteta Poeantis filio. Armodius & Ariſtogiton [11] more fraterno. In Sicilia Dionyſius tyrannus crudeliſſimus cum eſſet, ſuoſque cives cruciatibus interficeret, Moeros tyrannum voluit interficere: quem ſatellites [12] cum deprehendiſſent, armatum ad regem perduxerunt. qui interrogatus, reſpondit, ſe regem voluiſſe

*manorum Lucretia*, pro *Romana*. Juſtin. lib. 11. cap. 2. & 7. *Alexander Lynceſtarum*, pro *Lynceſtes*. Quod quanquam mutatum eunt homines docti, forte tueri ſe tamen hoc poterit exemplo, vel certè helleniſmo. Herodotus lib. 1. pag. 27. edit. Baſ. Λίχας τ̃ ἀγαθοεργῶν καλουμένων Σπαρτιητ̃ν. pro οἷς τ̃ &c. *unus Spartiatarum, qui benefici* vocantur. Lactantius fab. XI. lib. IV. Metam. *Salmacis Naiadum*. Et XVI. lib. XIV. *Pomona Hamadryadum*. MUNCK.

6 VICUS SCELERATUS] Vide Liv. lib. 1. 48. & Freinsh. ad Flor. lib. 1. cap. 7.

## Ad CAP. CCLVI.

7 PENELOPE] Vide Eurip. in Oreſte vs. 587, 588, 589. Sed adde Celeb. J. Perizon. ad AEliani XIV. V. H. 45. varia de Penelopes caſtitate notantem.

8 PHILACIS FILIUS] Supra cap. 243. eſt *Phlaci filia*. Quod eſſet ex Gr. Φύλακος. Sed Phylacum Euadnae patrem fuiſſe non inveni, qui diceret. Videtur *Iphidis* ſcribendum. Vide notas ad cap. 243. MUNCK.

## Ad CAP. CCLVII.

9 PYLADES STROPHII F.] Pauſan. lib. II. cap. 29. p. 178. ita ejus ſtemma recenſet Κείοιτο (lege Κείοιτο) ᾧ ἦν λόγος πρῶτος Πυλάδης, Στρόφιος τε ὢν καὶ Κείοιτο, καὶ Ἀναξιβίας ἀδελφῆς Ἀγαμέμνονος. Qui hanc Pyladis & Oreſtis amicitiam non magnifice extollit Πυλάδης τέ μοι καὶ ἄλλα ταῦτα φαίνεται, καὶ ἐκ Ὀρέστου φιλίᾳ μᾶλλον βουλόσασθαι Νεοπτολέμῳ τ̃ φόνον.

10 CUM PATROCLO] Vide Schol. Hom. ad Iliad. M. vers. 1. MUNCK. Lactantius ad Statii lib. 1. Thebaid. vs. 475. quatuor amicitiarum exempla fuiſſe pro certo habet, *Theſei & Pirithoi*, *Oreſtis & Pyladae*, *Achillis & Patrocli*, *Tydei & Polynicis*, & quam quiſque ſuo amico praeſtitit, fidem referens, dicit *Tydeus vero cauſſa Polynicis pergit ad Thebas, ibique dimicans periit.* Hinc *Theſeus* & *Piritheus* in eodem templo Athenis coluntur ut heroes. Pauſan. lib. 1. c. 30. p. 76. De Achillis & Patrocli amicitia Philoſtrat. cap. XIX. Heroicon §. 9. De Diomedis & Sthenelli amicitia Philoſtrat. cap. IV. Heroic. §. 2.

11 MORE FRATERNO] Cl. Tollius mallet, *amore fraterno*. MUNCK.

12 CUM DEPREHENDISSET, ARMATUM AD REGEM] Quid? *armatum*, & quo fine tandem? diſtin.

luiſſe interficere. quem rex juſſit crucifigi. à quo [1] Moerus petit [2] tridui commeatum, ut ſororem ſuam nuptui conlocaret, & daret tyranno Selinuntium amicum ſuum & ſodalem, qui ſponderet eum tertio die [3] venturum. cui rex indulſit commeatum ad ſororem conlocandam, [4] dicitque rex Selinuntio, [5] ut niſi ad diem Moerus veniret, eum eamdem poenam paſſurum, [6] & dimitti Moerum. Qui conlocata ſorore cum reverteretur, repente tempeſtate, & pluvia orta, flumen ita increvit, ut nec tranſiri, nec tranſnatari poſſet. Ad cujus ripam Moerus conſedit, & flere coepit, ne amicus pro ſe periret.

ſtingue *tum deprehendiſſet armatum, ad regem.* Nempe quia fuit armatus, id eſt arma, ferrumque ſecum portavit, ex eo ſuſpicati ſunt, quid machinari contra tyrannum. Similiter infra hoc eodem capite, *deprehenſi ſunt a ſatellitibus armati.* SCHEFF.

1 MOERUS] Eadem de Damone & Pythia Valer. lib. IV. cap. 7. refert. Quanquam haud ſcio, an hic quoque in propriis nominibus erratum ſit, quemadmodum ſupra quoque. MICYLL.

2 TRIDUI COMMEATUM] Barthius heic notat: *Commeatus eſt, quod itineri utile eſt & neceſſarium.* Tu audi potius Feſtum in *Remeare. Commeatus dari dicitur, id eſt, tempus, quo ire & redire commodè quis poſſit.* Minutius Felix: *Horarum ſaltem permiſſo commeatu.* Interpres vetus Hiſtor. Apollon. Tyrii: *Juvenis conturbatus, accepto commeatu, navim conſcendit, tendens in patriam Tyrum.* Commeatum dicit triginta dierum ſpatium, intra quod rediret. Quintil. Declam. XVI. *Ut tam abrupti commeatus diem contra tot incerta promitterem.* Dicitur ita etiam diſceſſus ab officio ad tempus. Plin. lib. III. ep. 4. *Cum in Tbuſcos excurriſſem, accepto, ut praefectus aerarii, commeatu.* Apulej. II. Mileſ. *Militiae brevem commeatum indulſit.* Confer quae de hac voce notavit vir ſummus Gronov. ad Sen. III. de irâ cap. 21. Pamelius ad Cyprian. lib. I. epiſt. 34. MUNCK.

3 VENTURUM] Malim, *reventurum.* Gloſſ. Steph. *Revenit*, παλινδρομεῖ. Utitur eo verbo aliquoties Plautus, ut & Solinus cap. 26. Apul. IX. Met. *Reveni Larem meum.* Unde *reventus* pro reditu in Moreto Suevii apud Macrob. lib. II. cap. 14. Forſit. tamen *venire* pro *redire* uſurpavit ut Lucas Euang. cap. XIX. 13. Πραγματεύσασθε ἐν ᾧ ἔρχομαι. Imo *venire* pro *redire* etiam Phaedrus dixit lib. IV. cap. 21. *Venire in patriam voluit curſu Pelagio.* MUNCK.

4 DICITQUE REX SELINUNTIO, UT NISI AD DIEM MOERUS VENIRET, EUM EANDEM POENAM PASSURUM] Saepe quidem *ut* cum ſubjunctivo, pro infinitivo cum accuſ., cum verbis *dicere, declarare* &c. conſtruitur, ut ad Cic. de Fato c. X. poſt alios vidimus. Sed cum ſequatur *paſſurum*, non *paſſurus eſſet*, non prorſus immerito illud *ut* tollendum hinc videbatur Munckero. Non poteſt tamen negari, tam multa hujus ἁπαξλεγόμενα exſtare exempla, ut vix iſta omnia librariis adſcribenda dici queant. Sic noſter Poet. Aſtron. IV. 9. . *evenire, ut cum* &c. *ibi montium magnitudine lumen* averti *ſolis, & ita noctem* videri. Palladius XI. Tit. 14. *Vitibus banc quoque eſſe naturam*, ut *albae vel nigrae ſi rediguntur in cinerem, vinoque adjiciantur, ei unamquamque formam ſui coloris* imponere. Dictys Cret. II. 23. *neque ignorare quemquam*, quin *ſi tam atrox injuria probanda ſit*, fore *uti malo exemplo* &c. Hirtius B. Afric. c. XC. *bona quidem eorum ſe venditurum, ita tamen* ut *qui eorum bona ſua redemiſſet*, ſe *bonorum venditionem* inducturum. Novatianus Trin. c. XV. *non conſiderantes quoniam . . . Deum* eſſe, *qui* &c. Sulpitius Severus Dial. I. 27. *Ego autem profiteor*, quia *etiamſi mutus eſſet, non* defutura *tibi verba*, &c. Dares Phr. c. IV. *dicit ei, velle ſe eum legatum in Graeciam mittere*, ut, *quum graves ſibi injurias . . pertuliſſet, omnia tamen aequo animo* paſſurum, *ſi Heſiona ei redderetur.* Haec, & longe plura quae ad manum mihi ſunt, non niſi idonea codicum auctoritate emendanda exiſtimo. WOPKENS.

5 UT NISI] Praeferam *quod niſi.* Sed rectius deleas τὸ *ut.* MUNCK.

6 ET DIMITTI MOERUM] Emenda, *dimittit Moerum.* Pendet enim a ſuperiori *dicitque.* SCHEFF. Cl. Schefferus emendat, *dimittit.* Quid ſi dicamus pro futuro eſſe poſitum praeſens? Cap. 68. *Oppidum ex clade liberari*, pro *liberandum eſſe.* Cap. 98. *Eam Achilli in conjugium dari*, pro *datum iri.* Vide quae praeterea notavi ad cap. 41. MUNCK.

7 PHALARIS AUTEM] Quomodo *Phalaris*, qui ante fuit *Dionyſius*? Non ſatis integra omnia hujus capitis videntur. SCHEFF. Atqui modo Dionyſium appellaſti. Ergo *Phalaris* poſitus κατ' ἐξοχήν

iret. 7 Phalaris autem Selinuntium crucifigi cum juberet, ideo quod horae ſex tertii jam diei eſſent, nec veniret Moerus. cui Selinuntius reſpondit, diem adhuc non praeteriiſſe. Cumque jam & horae novem eſſent, rex jubet duci Selinuntium in crucem. Qui cum duceretur, vix tandem Moerus, 8 liberato flumine, conſequitur carnificem, exclamatque 9 à longe: 10 Suſtine carnifex, 11 adſum, quem ſpopondit. Quod factum regi nunciatur. Quos rex ad ſe juſſit perduci, rogavitque eos, ut ſe in amicitiam reciperent, vitamque Moero conceſſit. 12 Armodius & Ariſtogiton, idem in Sicilia 1 eum-

ἰδιωτὴν pro Tyranno, ut apud Petron. *Hannibal* pro capitali hoſte, vel, ut quidam volunt, verſuto & callido. Ambo quidem Siciliae tyranni fuere, ſed ὁ Φάλαρις κακίστης ἐπὶ ὁ Πυθαγόρα, ὁ ὃς Διονύσιος πλάστης σωφρονίσ, ut loquitur Tzetzes Chil. XIII. 471. Ita mox rurſus *Phalarim* appellat, qui *Hipparchus* erat, ut notum eſt ex Aelian. Var. Hiſt. lib. XI. 8. Talia ſunt illa apud Vellejum lib. II. 18. *Odio in Romanos Hannibal.* Apud Sueton. Caeſ. 1. *Caeſari multos Marios ineſſe.* Apud. Juven. Sat. XIV. 4. *Et Catilinam quocunque in populo videas.* Apud Plautum Pſeudolo: *Ut civitas mihi nomen commutet meque ut praedicet Lenone ex Ballione regem Jaſonem*, hoc eſt, regem ditiſſimum. Pertinet & huc vel in primis illud in verſiculis, qui à Juvenalis Scholiaſte ad Sat. VI. vers. 611. referuntur, *quo rabidus Phalarim noſtro de rege dediſti.* Lactant. lib. III. cap. 19. *Si nihil intereſt, utrumne Ariſtides ſit aliquis, an Phalaris? Utrum Cato, an Catilina?* Conf. Voſſ. Orat. IV. pag. 175. MUNCK. De Phalaridis crudelitate, unde dignus, qui per excellentiam in genere pro tyranno ponatur, videndi Scholiaſtes Pindari O. Pyth. 1. vs. 187. & Clearchus apud Athenaeum lib. IX. cap. 12. pag. 396. item Plutarchus Parall. T. II. p. 315. De hiſtoria conſulendus Menagius ad Diogenem Laertium lib. VIII. cap. 10.

8 LIBERATO FLUMINE] Hoc non capio. Fortaſſe legendum, *librato flumine*, id eſt, arte ac induſtria trajecto, quomodo librantur tela, quod genus locutionis eſt notiſſimum bonis ſcriptoribus. nil tamen mutandum. Vide in licem. SCHEFF. H. e. ſuperato. Frontinus lib. IV. cap. 7. & 38. *Cum à Theſſalis in fugam verſus flumen liberaſſet.* Vide quae ad eum locum annotavit vir doctiſſimus Samuel Tennullius, & Salmaſ. ad Solin. pag. 11. MUNCK. Adde Cl. Oudendorp. ad Frontin. lib. I. cap. 5. n. 8.

9 A LONGE] Ἀπὸ μακρόθεν. B. Marcus cap. XV. 40. ἦσαν δὲ γυναῖκες ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι. *De longe aſpicientes* Vet. interpres. Et Luc. XVII. 12. *Steterunt à longe.* Auguſtin. Soliloq. cap. 53. *Cujus lumen à longè irradiat.* Et, *a longè te videmus.* Auctor Ovid. Vetulae, *Ditior à longè.* Chryſol. Sermon. p. 49. *Videns Jeſum à longè cucurrit.* *De longinquo* diceret Cyprianus; cujus eſt Sermon. V. *Deus approximans, non Deus de longinquo.* Schol. Stat. lib. II. Theb. 558. *De longe eſſet timor, ne à tergo circumveniretur.* Eſai. X. 3. *In die viſitationis & calamitatis de longe venientis.* MUNCK.

10 SUSTINE] II. e. exſpecta. Interpres vetus Siracidae cap. VI. 19. *Suſtine bonos fructus illius.* In Graec. eſt ἀνάμεινον. Vel *differ.* Apulejus Apolog. *Suſtine paululum, quae ſequuntur.* Senec. Thyeſt. 1016. *Suſtine, infelix manum.* Hippol. 794. *Dum ſpectat celeres ſuſtinuit vias.* Sed prius praeferam. *Suſtineo* eſt Graecum ὑπομένω. At id non tantum *tolero*, ſed & *exſpecto* ſignificat. Hinc utroque ſignificatu etiam *ſuſtineo* venit Latinis. Vetus interpres Pſalm XXIV. *Qui ſuſtinent te, non confundentur.* In Gr. eſt, Οἱ ὑπομένοντές σε. Actor. XX. 5. *Suſtinuerunt nos Troade.* Gr. Cod. Ἐμείναν ἡμᾶς. Matth. XXVI. 38. *Suſtinete hic.* In Gr. eſt μείνατε. MUNCK. Adde Celeb. P. Burm. ad Ovidii Epiſt. I. Heroid. vs 114.

11 ADSUM QUEM SPOPONDI] An legendum, *adſum, qui me ſpeſponſi?* ſcilicet *ad futurum* Sed rectius Commeliniana, *ſpopondit.* ſcilicet, *ad futurum amicus meus.* Bene, quod haec revocarunt in locum ſuum. Ante legebantur poſt *reciperent.* Sed adhuc deſideratur quidpiam. Nam ſcribendum, *non Armodius & Ariſtogiton idem*, nihil enim eſt, quo referri poſſit illud *idem*, verum, *Item Armodius & Ariſtogiton*, quia ſpectat, quod praecedit, *amicitia junctiſſimi fuerunt.* Sequitur deinde nova periodus: *In Sicilia &c.* SCHEFF. Ita recte Mieyllus & Commelinus ediderunt. Tangit hanc fabulam Manilius lib. II. *Optavitque rerum ſponſor non poſſe reverti. Sponſoremque reus timuit, ne faceret ipſum.* MUNCK.

12 ARMODIUS ET ARISTOGITON, IDEM] Cl. Scheffer. legit & diſtinguit: *Item Armodius & Ariſtogiton. In Sicilia &c.* Subaudire jubet lecto-

rem

[1] eumdem Phalarim Armodius cum vellet interficere, ſimulationis cauſſa ſcrofam porcellos habentem occidit; & venit ad Ariſtogitonem amicum ſuum enſe ſanguinolento, dicitque ſe matrem interfeciſſe, rogatque eum, ut ſe celaret: qui cum ab eo celaretur, rogavit Ariſtogitonem, ut progrederetur, rumoreſque, qui eſſent de matre, ſibi [2] renuntiaret * nullos eſſe rumores: [3] qui veſpere ita litem contraxerunt, ut [4] alius alio potiora ingererent: nec ideo Ariſtogiton voluit objicere, eum matrem interfeciſſe. Cui Armodius patefecit, ſe ſcrofam porcellos habentem interfeciſſe, & ideo matrem dixiſſe. cui indicat, ſe regem velle interficere: rogatque eum, ut ſibi adjutorio eſſet. Qui cum ad regem interficiendum veniſſent, deprehenſi ſunt à ſatellitibus armati, & cum perducerentur ad tyrannum, Ariſtogiton a ſatellitibus effugit. Armodius autem ſolus cum perductus eſſet ad regem, quaererentque ab eo, quis ei fuiſſet comes, ille, ne amicum proderet,

rem ex praecedentibus, *amicitiâ conjunctiſſimi fuerunt*. Ego tria iſta vocabula *Armodius & Ariſtogiton* è margine in textu irrepſiſſe cenſeo. Jam enim eorum mentio initio capitis facta eſt. Lego itaque *vitamque Moero conceſſit. Item in Sicilia* &c. De Armodio & Ariſtogitone videndi Lucianus Paraſ. pag. 374. Tom. II. Plin. Lib. VI. 23. AElianus loco modo laudato, Apoſtolius Cent. VIII. 71. Pauſan. Atticis, Thucyd. lib. VI. MUNCK. Adde Athenaeum lib. XIII. cap. 8. p. 602. & Carcini Scholion apud eumdem lib. XV. cap. 15. pag. 695. Plutarch. in Amatorio pag. 760, 770. & de Herodoti malignit. p. 860. item de Garrulitate pag. 505. Schol. Ariſtophanis in Acharn. vs. 977. Schol. Thucydidis lib. I. cap. 20. n. 12. Menag. ad Diogen. Laert. lib. VI. Sect. 50. Olear. ad Philoſtrati lib. VII. cap. 4. de Apoll. Tyan. & lib. VIII. cap. 16. S. Bochart. in Can. lib. I. cap. 21. pag. 455 Pauſan. lib. I. cap. 8. pag. 20. cap. 23. p. 53. c. 29. p. 75. Perizon. ad AEliani lib. XI. V. H. cap. 8. & Virum Eximium cap. 10. Vanni Criticae pag. 478.

1 EUNDEM PHALARIM] Atqui non idem erat, ſed Hipparchus, ut jam dictum eſt. MUNCK.

2 RENUNCIARET * NULLOS ESSE RUMORES] Barthius poſt *renunciaret*, interſerit vocem *ait*, quod non diſplicet. SCHEFF. Barthius legit, *renunciaret: ait nullos eſſe rumores*. MUNCK.

3 QUI VESPERE ITA LITEM] Perperam, & ſcribendum, *qui veſpere irâ ita litem*. Illud *ira* idem eſt, ac *ex ira*, *per iram*. Quomodo Cicero dixit, *contrahere litem offenſione*. Tò *irâ* excidit ob ſimiliſtudinem vocis ſequentis. SCHEFF. Cl. Schefferus corrigit, *irâ ita litem contraxerunt*. Non puto eſſe neceſſe. MUNCK.

4 ALIUS ALIO] Pro *alius alii*, antiqua conſuetudine, pertinetque & hoc inter plebeja. Vide Voſſium de Analo. IV. c. 6. SCHEFF.

5 NISUS CUM EURIALO] De quo Virgilius IX. AEn. & ibi Servius. SCHEFF.

## Ad CAP. CCLVIII.

6 EPULANDO APPOSUIT] Scribe *epulandum appoſuit*. Super o lineola fuit ſcripta, vice litterae *m*. ea omiſſa peperit errorem. SCHEFF. Melius foret *epulandum*, pro quo cap. 176. dixit *in epulo*. Cap. 206. *in epulis*. Cap. 41. *ad epulandum*. Totum hoc caput poene iiſdem verbis legitur apud Servium ad AEn. I. 572. ut alterum ex altero exſcripſiſſe hanc fabulam palam ſit. Atqui ibi *epulandum* habes, non *epulando*. Ut & apud Schol. Horat. ad od. 16. lib. I. & in Artem. Poët. ubi etiam eadem leguntur. Calculum praeterea dat & Lactant. in I. Thebaid. Statii. MUNCK. Scilicet ad vs. 324. qui ſcribit, *quod unus alterius liberos epulas facit*. Conſule vero Pauſan. lib. II. cap. 18. p. 149.

7 QUAE SOL NE POLLUERETUR, AUFUGIT] Servius habet: *Quae ſol ne videndo polluueretur, radios ab eâ civitate detorſit*. Diſtinguo locum ita: *Quae ſol, ne polluueretur, aufugit. Aufugere aliquid* ſatis Latinè dicitur, ut nihil neceſſe ſit confugere ad ellipſin. Cicero II. de Nat. Deor. *Andromeda aufugiens conſpectum moeſta parentis*. Propert. lib. I. el. 9. *Quiſquis es, aſſiduas aufuge blanditias*.

Petro-

deret, linguam dentibus ſibi praecidit, eamque regis in faciem inſpuit. [5] Niſus cum Euryalo ſuo, pro quo & mortuus eſt.

## CCLVIII. *Atreus & Thyeſtes.*

ATREUS & Thyeſtes germani cum in diſſenſione ſibi nocere non poſſent, in ſimulatam gratiam redierunt: qua occaſione Thyeſtes cum fratris uxore concubuit. Atreus vero ei filium [6] epulando adpoſuit: [7] quae ſol, ne pollueretur, aufugit. [8] Sed veritatis hoc eſt: Atreum apud Mycenas primum ſolis eclipſim inveniſſe: cui invidens frater, ex urbe diſceſſit.

## CCLIX.

Petronius: *Aufugi judicium.* Chryſol. Serm. XXVII. *Formam propriae deitatis aufugis.* Ita & λανθάνεσθαι τὸ dicunt Graeci. Tzetzes in Heſiod. λανθάνεσθαι μὲν τὸ ἀπλῶς καὶ παραπλήσιον σημαίνει. Et λανθάνει. Proclus: Τῷ ἀνθρωπίνῳ καταπίπτειν λανθάνειν. Horatianus Scholiaſtes in hac fabulâ ad od. 16. Lib. I. *Quod ſcelus & ſol fugiſſe narratur.* Oroſius Lib. I. 12. *Quod etiam aſtra fugiſſe dicuntur.* Lactantius in Arg. Thyeſtae Senecae: *Super quo ſcelere ſol indignatus à Mycenis aufugit.* Thyeſtis umbra apud Sen. Agam. vers. 56. *Phoebum moramur, reddo jam mundo diem.* Confer vers. 296. & 908. Solem putabant veteres & rebus hominum honeſtis exhilarari, & eorundem turpibus nefariiſque factis commaculari. Vide differentem hac de re Petrum Victorium Var. Lect. lib. XXIV. 18. Ita Minervam ſcribit Homeri Scholiaſtes ad Iliad. N. vers. 66. imaginis ſuae oculos avertiſſe à nefando Caſſandrae raptu. De lunâ Petron. *Et lucem ſceleri ſubduxit.* Ovid. X. Met. 448. *Ad facinus venit illa ſuum: fugit aurea coelo Luna* &c. Si quid mutandum putes, lege, *quo ſol ne pollueretur.* Atque ita habet Lactantius. MUNCK. Hinc certe etiam ritus iſte originem ſuam habet, de quo Schol. Eurip. Oreſte vs 823. haec adnotat εἰώθεσαν γὰρ οἱ ἀκριβέστερον τῶν δικαίων, ὡς οἴονται, τῷ ἡλίῳ τὸ ξίφος ἀνατείνειν, σημαίνοντες ὅ δικαίως πεφονεῦκέναι. Contra perjuri oculos contra ſolem adtollere non audebant. Conſule celeb. P. Burm. de Jove Fulgeratore cap. 15. pag. 337, 338. Imo ſolem ita rebus hominum honeſtis exhilarari credidit vetuſtas, ut piis, vita defunctis, in Beatorum campis jucunde ac perpetuo luceat. Conſule inl. Spanh. ad Ariſtophan. Ran. vs. 457. Ceterum de Atreo Mycenis ſepulto Pauſan. lib. II. cap. 16. p. 147.

8 SED VERITATIS HOC EST] Adjectamentum alterius hoc videtur, qualia locis aliis, & praeſertim capite ſequenti, 261, occurrit manifeſtiſſimum. Huc enim congerebant ſcioli, quae reperiebant apud alios. SCHEFF. Pro adjectamento ſcioli alicujus haec habet Cl. Schefferus. Sed apud Servium eadem legas, ut apud veterem commentatorem Horatii in Artem pag. 625. edit. Cruquii; cujus verba adſcribam. *Quod ideo fingitur, quia Thyeſtes fertur reperiſſe rationem deliquii ſolis, & quare eclipſis contingat: quo frater comperto, inde receſſit.* MUNCK. Conſule tu, Lector, Schol. Euripidis in Oreſte vs. 1004. pag. 213, 214. Primus ſolis defectum invetigaſſe dicitur Thales Mileſius. Vide Menagium ad Diogenem Laertium Lib. I. Sect. 23. Caeterum hic locus monſtrat, verba, quae reperiuntur Fab. XIV. p. 41. *Quod eſt numquam factum, nec fieri poteſt, ut quiſquam mortalis non poſſet ferro necari aut ex muliere in virum converti*, ab Hygino potuiſſe proficiſci. Vide, quae dixi in Obſ. Miſc. Vol. X. Tom. III. pag. 379. quibus adde Pauſan. lib. II. cap. 17. pag. 148. de Jovis ac Junonis nuptiis Τοῦτο τὸ λεγόμενον, ὡς ὕστερα ἐπιπλάσῃ εἰρήκασι περὶ Διὸς, ἐκ ἀποδεικνύω χάριν. χάριν δὲ ἴδιον ἔπος. Adde, quae dicit de Semele Jovis uxore, & Plutonis cane cap. 31. p. 183. Hujuſmodi multa apud Mythographos ſaepius reperias.

## CCLIX. [1] *Lyncus.*

LYNCUS [2] rex Siciliae fuit, qui missum à Cerere Triptolemum, ut hominibus frumentum monstraret, susceptum hospitio, [3] ut in se gloriam tantam [4] migraret, interimere cogitavit. Ob quam rem irata Ceres, eum convertit in lyncem varii coloris, [5] ut ipse variae mentis exstiterat.

## CCLX. *Eryx.*

[6] ERYX Veneris & Butae filius fuit, qui occisus ab Hercule est. monti ex sepultura suâ nomen inposuit, in quo AEneas [7] Veneris tem-

### Ad CAP. CCLIX.

1 LYNCUS] *Lynceus* alii. MICYLL.

2 REX SICILIAE] *Scythiae* fortasse. Sic enim & Boccatius legit. MICYLL. Legendum est, *rex Scythiae*. Ita namque habet Servius ad Virg. 1. AEn. vs. 327. ubi habes omnia hujus capitis ad verbum, quisquis tandem alterum exscripsit. SCHEFF. Micyllus: *Scythiae fortasse legendum. Sic enim & Bocatius legit.* Rectè. Vide Servium ad AEn. 1. 377. Ubi omnia etiam hujus capitis habes, ut jam observavit Cl. Schefferus. Firmari potest emendatio illa ex Ovid. v. Met. vers. 649. *Scythicas advertitur oras. Rex ibi Lycus erat.* Cubat ergo in eodem mendo Lactant. ad IV. Theb. 658. *Ad Lycum Siciliae regem venit.* Scrib. *Lyncum Scythiae.* MUNCK. Adde Cl. Burm. ad Ovidii locum.

3 UT IN SE GLORIAM TANTAM] Servius dicto loco, *ut in se inventi frumenti gloria tanta migraret.* Praefero Lectionem nostri, ut eruditiorem: exscriptoremque Servium, vel quemcunque alium nostri, non nostrum Servii arguere existimo. SCHEFF.

4 MIGRARET] H. e. transferret. Titinnius: *Quot pestes, senia, & jurgia semet aedibus emigrarunt.* Haimo in Amos cap. 6. *Secundum historiae veritatem de Judaeis dicit, qui in captivitatem transmigrati sunt.* Fulg. Lib. III. Myth. 10. *Secretis inferis transmigratur.* Sic legas in lemmate canon. Eccles. Concil. Chalced. Exigui num. 20. *Quod minime cleros transmigrari conveniat.* Psalm LI. vers. 6. *Emigralit te tabernaculo tuo.* Tertull. de Cor. Mil. cap. 1. *Nec dubito quosdam scripturas emigrare.* MUNCK. In Servii tamen codd. MSS. omnibus ad lib. I. AEn. vs. 333. Edit. Burm. legitur *ut in se gloria tanta migraret.*

5 UT IPSE VARIAE MENTIS EXSTITERAT] Eleganter Lactantius: *In feram sui nominis conversus morum suorum colore distinctus est.* Confer Argum. lib. 1. fab. 6. MUNCK.

### Ad CAP. CCLX.

6 ERYX VENERIS] Et haec quoque apud Servium ad AEn. 1. vers. 574. legas. Alii Erycem Neptuni & Veneris faciunt filium; ut idem Servius cum praedicto loco, tum ad AEn. v. 24. annotat. MUNCK. Idem Servius ad x. AEn. vs. 551. *Eryx Veneris & Neptuni filius ab Hercule occisus est.* Quo cum facit Tzetzes hanc fabulam latius inlustrans ad Lycophron. vs. 866, 958, 1232. Boeoti & Veneris filium facit Schol. Theocriti Idyll. XV. vs. 101. Sed forsan ibi pro Βοιωτῶ, Βύτᾳ rescribendum sive Βύτᾳ. Sic Stephanus Ἔρυξ πόλις Σικελίας, ἀπὸ Ἔρυκος τοῦ Ἀφροδίτης καὶ Βύτᾳ, quem locum debeo Salmasio in Exercitationibus Plinianis in Solinum pag. 50. Consule & Celeb. P. Burm. in Catalogo Argonautarum in *Butes.*

7 VENERIS TEMPLUM CONSTITUIT] An *Veneri?* Servius habet: *In quo matri fecerat templum, quod AEneae adscribit Poëta.* Lib. v. puta, vers. 759. Vide notas ad cap. 40. MUNCK. Servius ad v. AEn. 759. *Eryx mons Siciliae supra Drepanum, ubi fuit templum Veneris Erycinae.* & Schol. Apollonii Rhodii lib. IV. Argon. vs. 917. Ἔρυξ ὄρεμα πόλιος, ἵδρα τιμᾶται ἡ Ἀφροδίτη.

8 AD ITALIAM VENERIT] Eadem habes apud Servium. Eutrop. II. *Is mox ad Italiam venit.* Et sic passim ille pro *in Italiam*, ut & Servius. Vide

templum conſtituit. in hoc autem monte dicitur etiam Anchiſes ſepultus, licet ſecundum Catonem [8] ad Italiam venerit.

## CCLXI. *Agamemnon, qui ignarus Dianae cervam occidit.*

Cum de Graecia ad Aulidem Danai veniſſent, Agamemnon Dianae cervam occidit ignarus: [9] unde dea irata, flatus ventorum removit. Quare cum nec navigare poſſent, [10] & peſtilentiam ſubſtinerent, conſulta oracula dixerunt, Agamemnonio ſanguine eſſe placandam Dianam. Ergo cum ab Ulyxe, per nuptiarum ſimulationem, adducta Iphigenia in eo eſſet ut inmolaretur, numinis miſeratione ſublata eſt, & cerva ſubpoſita, & tranſlata ad Tauricam [11] civitatem, regi Thoanti [12] tradita eſt, ſacerdoſque facta, [13] Dictynnae Dianae ſecundum con-

Vide eum ad Georg. III. 152. AEn. I. vers. 5. & VII. 207. &c. Vellej. Lib. II. 120. *Mittitur ad Germaniam.* Vet. Interpres Actor. XX. 2. *Ad Graeciam venit.* Sic *à* pro *ex* apud Flor. I. 24. *Allatas à Graeciâ leges.* Juſtin. Lib. I. 24. *A Siciliâ exercitum in Italiam trajeciſſe.* XII. 14. *Se quoque à Macedonid evocatum arbitrabatur* &c. Vet. interpr. Actor. VI. 9. *Qui erant à Ciliciâ & Aſiâ.* Et *de* apud Phryg. Daretem: *Si Alexander ſibi uxorem de Graeciâ adduxiſſet.* Varias variorum ſententias de Anchiſae morte Var. Lect. XIII. 3. congeſſit Muretus. Sed hoc jam fecerant ante ipſum Schol. Hom. ad Iliad. N. 459. Euſtath. ad Iliad. M. pag. 850. ed. Baſ. Conon. cap. 46. Caeterum in Italiam veniſſe Anchiſen praeter Catonem etiam Strabo & Dionyſius tradunt. MUNCK.

## Ad CAP. CCLXI.

9 Unde dea irata, flatus ventorum removit] Tempeſtatem concitabat Diana, ut ex Dicty aliisque conſtat. Vide ergo, an legendum *unde Dea irata flatu* (vel *flatibus*) *ventorum mare movit.* WOPKENS.

10 Et peſtilentiam ſustinerent] Servius ad AEn. II. 116. unde haec omnia deſumpta videntur, habet: *Nec peſtilentiam ſuſtinerent.* Quod praefero. Eſt enim *non ſuſtinere* idem quod *pati non poſſe.* Cap. 104. *Quo ſe Laodamia dolorem non ſuſtinens immiſit.* Horat. Od. 9. Lib. I. *Nec jam ſuſtineant onus.* Apul. Mileſ. VII. *Moram non ſuſtinens.* Ambroſ. Serm. I. *Amaritudinem Judae minimè ſuſtinentes.* Phaedrus III. cap. 9. *Nec gloriantis ſuſtinet fratris jocos.* & II. *Irae furentis impetum non ſuſtinens.* Juſt. Lib. V. cap. I. *Sive conſcientiam ſive indignitatem rei non ferens.* Et Lib. 38. cap. 9. *Non ferens captivitatem.* Ovid. III. Triſt. el. 3. *Nec coelum patior.* III. Art. A. 583. *Dulcia non ferimus.* Lactant. Argum. Met. Ovid. VII. 26. *Cum ejus abſentiam ferre non poſſet.* Gregor. Dial. pag. 93. *Famis periculum ferre non poterat.* Pro quibus meliores mallent, *ferret & ferebat.* Latiniſſimè in mediâ barbarie Iſidor. de vita & morte Sanct. cap. 3. *Non ferens anguſtias.* MUNCK. Adde Celeb. P. Burm. ad Phaedri III. 8, 7.

11 Civitatem] *Regionem* habet Servius, quod idem eſt. Civitas enim pro regione nonnunquam ponitur. Vellej. I. 3. *Eam regionem armis occupavit, quae nunc ab ejus nomine Theſſalia appellatur, ante Myrmidonum civitas appellata.* Juſtin. XXXVIII. cap. 9. *In Hyrcaniam poenalem ſibi civitatem revertitur.* Et lib. XLI. cap. 4. *Duarum civitatium imperio praeditus.* h. e. Parthorum & Hyrcanorum. Schol. Horat. in Artem cum Servio: *Ara Dianae fuit apud Scythopolitas in Taurica regione, ubi advenae immolabantur.* MUNCK. Adde Ampliſſ. Cuper. in Monumentis Antiquis pag. 220. & quae dixi ad Nepotem Alcib. cap. VII. §. 4.

12 Tradita est, sacerdosque facta, * dictus] Veteres habuere *dictum.* Quicquid legas, manet hiatus, quem explere utcumque poteſt caput 120. Niſi malis: *Sacerdoſque facta Dictynnae Dianae. Cumque ſecundum conſuetudinem ſtatutam humano ſanguine numen placaret, cognovit,* &c. Clara profecto ſunt omnia, & puto ſic ſcripſiſſe noſtrum. Vide Serv. ad Virg. II. AEn. v. 116. SCHEFF. Lego & diſtinguo. *tradita eſt. Sacerdoſque facta Dictynnae Dianae, cum ſecundum* &c. MUNCK.

13 Dictus Dianae] Videtur deeſſe aliquid.

consuetudinem statutam humano sanguine numen placaret, cognovit fratrem Orestem. qui accepto oraculo, [1] curandi furoris caussa cum amico Pylade Colchos petierat, [2] & cum occiso Thoante simulacrum subsstulit, absconditum fasce lignorum, ([3] unde & fascelis dicitur, [4] non

quid. MICYLL. Princeps editio habet *Dictumne*. Unde faciendum esse patet *Dictynnae*. Exercuit hic locus viros doctissimos. Communicabo tecum, quae duo ex illis super eo ad me miserunt. Alter eorum ita censebat: *Cum etiam haec ex Servio descripta esse constet, ibique legatur* sacerdosque facta Ortiae Dianae, *nullum mihi est dubium, apud utrumque idem nomen esse reponendum, quod diversimodè à librariis eorum fuit corruptum, sicuti in Triptolemi fabula ex* Celeo *apud Hyginum fecerant* Peleum, *apud Servium* Cephalum. *Prorsus censeo legendum utrobique* Tauricae Dianae. *Originem erroris deprehendisse me reor. Scilicet duae priores literae perierunt, quia eaedem erant ultimae praecedentis vocabuli, quo genere mendi nihil esse usitatius omnes norunt, qui Critica scripta legere non fastidiunt. Ita ex residuis* URICAE *in Servio facili mutatione natum est* ORCIAE *vel* ORTIAE, *in Hygino* DICTUS. Tauricam *certè omnes hanc Dianam vocant. Et si maximè in Hygino locum haberet* Dictynnae, *quod tamen non existimo, quid faciemus Servio, in quo etiam vestigia vulgatae lectionis illud planè respuunt.* At alter *Oriae Dianae* Servio restituendum putabat. Ut & ipsum audias excerpam ex ejus literis, quae huc faciunt: *In Servio quaesivit quidam his diebus quid esset* Diana Ortia Lib. II. AEn. v. 116. Sacerdos facta Dictynnae, vel, ut quidam volunt, Orthiae Dianae, *ut habet editio Commelini*: Sacerdosque facta Dictynnae Dianae, *ut Servius vetus.* Sacerdosque facta Ortiae Dianae, *ut Servius Danielis. Respondi legendum videri.* Sacerdosque facta Dictynnae Dianae vel Oriae. *Nam verba*, ut quidam dicunt, *procul dubio sunt à descriptore vel emendatore aliquo. Quid autem est* Diana Oria? *montana. Hanc meam lectionem probabam loco Euripidis ex principio Iphigeniae in Tauris, ubi Iphigenia ipsa ita invocat Deam suam:* Ὦ πᾶν τᾶς Λατοῦς Δίκτυον· Ὀυρεία. Quod ad priorem attinet emendationem, convenit illa quidem cum historiâ, sed non item cum principe editione hujus mythologiae, quae disertim *Dictumne*, ut dixi modo, praefert. Nec τὸ *Orthiae*, quamvis valde acutè excogitatum sit illud *Oria* à viro doctissimo, in Servio mutaverim, cum Ὀρθία Dianam in eâ voce agnoscat Hesychius, Plutarchus in Libell. de Flum. p. 15. Orpheus initio Dianae, & Pausanias in Laconicis, immo in Arcadicis hoc amplius non aliam esse eam à Taurica ostendat. Quo accedit, quod Ἀρκαδία Λακαίνη fuerit, ut scribit Tzetzes in Lycophronem pag. 95. ed. Steph. Quod ideo addo, quia *Orthiam* dictam Dianam λάπὸ τοῦ ἐν Ἀρκαδίᾳ χωρίου, ait Hesychius. Etiam Ὀρθωσία dicta fuit. Tzetz. in Lycophron. pag. 152. Κυδωνία ἡ Θεσπιὰ ἐπίκλησις Ἀθηνᾶς, ὡς ἡ Ἀρτέμιδος Δίκτυννα παρὰ Κρησὶν, Οὖπις παρὰ Θεσσαλοῖς, Ὀρθωσία παρὰ Ἀρκάσιν, λάπὸ ὄρους Ὀρθωσίας Λακωνικοῦ. Confer Etym. in eadem voce. Τὸ Λακωνικοῦ in Tzetze mutaverim in Ἀρκαδικοῦ. Ita enim cum Hesychius, tum ipse p. 137. Ὀρθωσία ἡ Ἄρτεμις, λάπὸ Ὀρθωσίας ὄρους Ἀρκαδικοῦ. Sed Dictynna non dicebatur, quae erat in Tauris, sed *Taurica* & Ταυροπόλος. *Dictynnam* & *Britomartin* Cretenses eam vocabant. Vide praeter Tzetz. Pausan. pag. 141. ed. Wechel. & Hesychium in Βριτόμαρτις. Euripides usus videri potest antonomasia poëtis familiari, quâ epitheton pro nomine ponunt. Scribere ergo debuit Servius, *Tauricae vel Orthiae Dianae.* Nam *Orthia* vel *Orthosia Diana* eadem quae *Taurica.* Sextus Philos. Lib. III. Pyrrhon. Hypotyp. cap 24. ex versione Stephani: *At Lacedaemonii in arâ Orthosiae Artemidis flagris acerrimè caeduntur, ut multus in aram Deae defluat sanguis.* Etiam *Orsilochc* dicta fuit. Ammian. lib. II. p. 391. ed. Boxhorn. *Diis hostiis litantes humanis, & immolantes advenas Dianae, quae apud eos dicitur Orsilochc, caesorum capita fani parietibus praefigebant.* MUNCK. *Dictynnae* etiam legit N. Heinsius ad Silii Italici lib. XIV. vs. 260. Quo nomine in Creta colitur Diana, quae AEginetis *Aphaea* vocatur. Pausan. lib. II. cap. 30. p. 181. De hac voce consulendi Tzetzes ad Lycophron. vs. 936. Lactantius ad Statii IX. Theb. 619. Spanh. ad Callimachi H. in Dianam vs. 205. & Schol. Aristophanis in Ranis vs. 1398. ubi pro Βριμάρτυς, Βριτόμαρτις legendum, uti & pro Βριμώμαλις, in Schol. Eurip. Hippol. vs. 1130. De *Britomarti* inspice Pausan. l. l. & VIII. 102. & eruditas animadversiones easdem Spanhemii ad Eumdem Hymnum vs. 190. De utraque, nempe *Dictynna* & *Britomarti* Munckerus ad Antonini Liberalis cap. 40. Metam. Jac. Nic. Locnsis lib. VIII. Epiphyll. cap. 26. Meursius de Creta lib. IV. cap. 3. & Olear. ad Philostrati lib. VIII. de Apoll. Tyan. cap. 30. nec non P. Leopard. lib. X. Emendat. cap. 24. Hanc lectionem in textum recepi: ejiciant licet, qui ingenio suo, vel e codd. MSS. quibus ego careo, melius quid protulerint.

1 Ca-

[4] non tantum à face, cum qua pingitur, propter quod & [5] lucifera dicitur) & Ariciam detulit. Sed cum poſtea [6] Romanis ſacrorum crudelitas diſpliceret, quanquam ſervi inmolarentur, [7] ad Laconas Diana tranſlata eſt, ubi ſacrificii conſuetudo adoleſcentum verberibus [8] ſervaba-

1 CARENDI SORORIS CAUSSA] Inſerunt hic aſteriſcum, quaſi quid deſit. Sed ſanandus eſt locus, caetera non mutilus, ſcribendumque, *curandi furoris cauſſa* ex Servio. SCHEFF. Ex Servio optimè reſtituit ſummus Gronovius, *curandi furoris*. id quod & Cl. Schefferus vidit, & Scriverius quoque notaverat in margine libri Goeſiani. Nec mihi non viſum ſuit, cum legerem, quae ad illa verba Horatii Lib. I. od. 7. *Patiens Lacedaemon*, ſcripſit vetus commentator. Firmat iſtam emendationem ipſe Hyginus cap. 120. Tzetzes ad Lycophr. p. 200. Ἔχρησεν ὁ Θόας τῇ μαντίδι αὐτὸν ἀπαλλαγῆναι. MUNCK.

2 ET CUM OCCISO] Scribendum ex Servio: *& cum bis occiſo*. Vulgata ſenſum habet nullum, aut ineptum. SCHEFF. Lege cum Gronovio & Scheffero, *& cum bis, occiſo* &c. Intelligo autem Oreſtem & Pyladem, & refero ad Iphigeniam, tametſi aliud velit vir eximius. Vide cap. 120. Schol. Horatii loco modo adducto. MUNCK. De occiſo Thoante ne unum verbum reperies apud Euripidem in Iphigenia in Tauris. Sed vide Serv. ad Virg. VI. AEn. vers. 136.

3 UNDE ET FASCELIS] Quicquid ſequitur, uſque ad verba, *Oreſtis vero oſſa*, ſtulti hominis eſt adjectamentum, quod vel ex eo liquet, quia τὸ *faſcelis* a *face* dici, nemo, niſi ſtultus, ſuſpicari poteſt. Itaque fruſtranea hic omnis emendatio, quam adhibuere, qui noviſſimas editiones curarunt. Veteres candide ſtultitiam monſtrant, quando ita habent. *Unde faſcelis dicitur. Non tantum a face, cum qua pingitur &c.* SCHEFF. Ita habetur & apud Servium ad AEn. II. 116. Sed in Prooemio Comment. ad Bucol. *Faſcelitis*. Donato in vita Virgilii eſt *Faſcelina*. Ego omnium optimè ſcribi putem *Facelitis* ex Gr. Φακελίτης. Vide quae notavi ad Anton. Liber. cap. 27. Faſciculus autem, quo abſconditum ſuit ſimulacrum, viticum fuit, unde & vitice illud apud Lacedaemonios alligabatur, ut obſervavit Plerius Valerianus Hierogl. lib. XLVIII. p. 347. MUNCK.

4 NON TANTUM A FACIE] Scribe *face*, ex dicto Servii loco, ubi habet etiam, quae ſequuntur de oſſibus Oreſtis, alibi haud obvia, paene ad verbum omnia. SCHEFF. Micyllus & Commelinus habent, *notandum à face*. Schefferi editio, *non tantum à facie*. Leidenſis, *non tantum à face*. Atque ita Servius exhibet, & rectè quidem. MUNCK. Adde Spanh. ad Callimachi H. Dian. vs. 11. & 116.

5 LUCIFERA] Vide Nob. Heinſ. notas ad Heroid. p. 183. Scholiaſt. Horat. ad lib. IV. od. 6. Martial. X. 70. MUNCK.

6 ROMANIS SACROR. CRUD.] Haec ſacra olim pleriſque Ethnicis, ut ad fab. 120. oſtendi, uſitata tandem multis diſplicere coeperunt. Sic in Sicilia Palici Dii (de quibus egit Celeb. P. Burm. ad Ovidii lib. V. Met. 406.) primo humanis victimis placari ſolebant, ſed poſtea eorum ſacrificia inmutata eſſe docet Servius ad IX. AEn. vs. 584. Forſan quando Gelo, qui licet tyrannus a talibus ſacris abhorruiſſe dicitur, Siciliam in poteſtatem ſuam redegerat. Vide, quos ad fab. 120. citavi. Athenienſibus etiam poſtea diſplicuiſſe docet Fulgent. Expoſ. Serm. Ant. in *Nefrendes*. Aſt de Romanis legendus Plutarchus Quaeſt. Rom. Tom. II. pag. 283, 284. & quid de hiſce ſacris in genere ſentiat vid. de Orac. def. p. 417.

7 AD LACONAS DIANAM] Hoc ſenſum habet nullum. Veteres: *ad Laconas Diana*. Sed nec hoc placere poteſt, quia non tranſlata tum Diana, ſed jam olim culta Laconibus, quod & ſequentia teſtantur. Scribo igitur, *ad Laenum Dianam*. SCHEFF. Cl. Schefferus emendat, *ad Laconum Dianam*. Sed vulgatam lectionem defendunt Servius, Commelinus, Micyllus, & alii. Scholiaſtes Horatii: *At poſteaquam videretur Italis munen immite & aſperum, illud orientem verſus miſerunt, atque à Lacedaemoniis ſuſceptum eſt*. Lactant. ad Stat. VIII. Theb. 437. *Cujus cum ſimulacrum in Laconiam delatum fuiſſet*. At culta jam ea diva Laconibus, ut ſequentia teſtantur. Culta quidem illis Diana fuit, ſed non Taurica, nec eo ſacrificii genere. Vult, ni fallor, Hyginus, quod minus fecerint Romani, id olim feciſſe Laconas, ut nempe humano ſanguine eam placare pergerent. Loquitur, ut de re praeterita & jam deſita. Pauſanias de Orthia: *Simulacrum illud eſſe tradunt, quod & Oreſtes olim & Iphigenia ex Taurica furtim abſtulerunt*. MUNCK.

8 SERVABATUR] In Servio eſt *ſervatur*. Sed perperam, ut liquet ex *nec vocabantur*, quod ſequitur. Fuit ergo hic ſcriptor Tertulliani aetate inferior, cujus verba ſunt lib. ad Martyr. cap. 4. *Nam quae hodie apud Lacedaemonas ſolenni-*

vabatur, qui vocabantur Bomonicae, quia [1] aris ſuperpoſiti contendebant, qui plura poſſet verbera ſubſtinere. [2] Oreſtis vero oſſa de Aricia Romam tranſlata ſunt, & condita ante templum Saturni, quod eſt ante clivum Capitolinum juxta [3] Concordiae templum.

*Hic iterum deſunt octo capita, ut videre eſt in indice.*

Jovis & Europae filius, [4] Cygnus alter Martis filius, quem idem Hercules occidit.

## CCLXX. *Qui formoſiſſimi fuerunt.*

[5] JASION Ilithii filius, quem Ceres dicitur amaſſe, quod ipſum hiſtoriis

*tas maxima eſt* Λεμαστίγωσις, *id eſt, flagellatio, non latet.* MUNCK. De hoc Laconum more videndi Schol. Thucydidis lib. II. cap. 39. lin. 57. Lact. ad Statii IV. Theb. 48. (de quo loco egit Jac. Nic. Loenſis lib. II. Epiphyll. cap. 5.) & ad vs. 227, 231. ad VIII. Theb. 432. Philoſtrat. lib. VI. de Ap. Ty. cap. 20. cum Olearii nota.

1 AURI SUPERPOSITI] *Aris ſup.* MICYLL. Faciunt & hic lacunam. Sed ſcribendum *arae*, niſi putamus cum Micyllo *aris*. Sed & hoc monſtraret hominis imperitiam, qui haec de ſuo intruſit. SCHEFF. *Aris* repoſui ex Servio & Lactantio aliisque. Quomodo & legendum eſſe jam pridem Micyllus, Tilliobroga, & Gronovius conjecerant. Vetus Horatii commentator: *Hoc ſtatuerunt, ut juvenis ejus aras aſcenderet, quem alius tam diu foris caederet, donec ſanguis è viſceribus manaret.* Cic. II. Tuſc. *Spartae vero pueri ſic verberibus excipiuntur, ut multus è viſceribus ſanguis exeat; nonnunquam etiam, ut, cum ibi eſſem, audiebam, ad necem.* Confer quae notavit Bernart. ad Stat. Theb. lib. VIII. 439. MUNCK.

2 ORESTIS VERO OSSA] Aſclepiades apud Schol. Euripidis in Oreſte vs. 1647. in Arcadia a ſerpente necatum eſſe Oreſtem ſeptuaginta annos natum tradit. V. Meziriac. ad Ovid. Epiſt. VIII. Heroid. pag. 366, 367. & inde ejus oſſa in Tegea (quae eſt Arcadiae urbs, teſte Schol. Apoll. Rh. I. 162.) eſſe reperta, & Spartam tranſlata docent Herodotus lib. I. cap. 67, 68. Pauſanias lib. III. cap. 3. pag. 210. & Sylburg. in Not. & cap. XI. p. 234. item Philoſtratus, ut ab Olearío eſt emendatus, cap. I. Heroic. §. 2.

3 CONCORD. T.] Hic iterum deſunt octo capita, ut videre eſt in indice. MICYLL.

4 CYGNUS ALTER MARTIS FILIUS] Duo Cycni fuerunt. Vide Schol. recent. Pind. pag. 112. & 143. edit. Francof. Fuit hic Cygnus Martis & Pelopeiae filius, de quo Apollod. lib. III. pag. 118. edit. Commel. MUNCK. Vide ad Fab. 31. Ad fluvium Peneum Cycnum Hercules occidit. Pauſan. lib. I. cap. 27. p. 66.

## Ad CAP. CCLXX.

5 JASION ILITHII FILIUS] *Coriti* alii, alii *Minois*. MICYLL. Micyllus legit *Coriti*, ſed ut ſimul notet, alios Minois filium credere. Ego ſuſpicor ab initio *Electra* ſcriptum fuiſſe; nam Electram matrem ejus facit Tzetzes. SCHEFF. Cl. Schefferus conjicit *Electrae*. Et ſanè matrem ejus Electram fuiſſe teſtantur Apollod. Lib. III. Hygin. Aſtron. II. Schol. Apollon. ad Lib. I. vers. 917. ut & Pauſanias & Tzetzes. Sed cum in ſequentibus non matrum ſed patrum fiat mentio, malim cum Micyllo *Coriti*, vel *Corybi* potius ex Gr. Κόρυβος. Is enim ab Hygino ipſo Aſtron. II. 4. Servio ad AEn. III. 168. & Lactant. Firm. lib. I. cap. ult. ejus pater fuiſſe dicitur. Scholiaſtes Theocriti Idyll. III. 50. filium Minois & Phroniae nymphae facit. Nonnus Dionyſ. LVIII. Cereris maritum. Heracl. Alleg. Hom. pag. 78. *Iaſion quidam fertur agriculturam excoluiſſe, & cum fructus ex agris ſuis abundè recuperet, occaſionem fabulae dedit, ut à Cerere amatus exiſtimaretur.* MUNCK. Jovis & Electrae filius vocatur a Conone narrat. XXI. apud Photium pag. 433. ubi pro Ἴασων, Ἰασίων legendum. Conſule de hoc Jaſione Interpr. ad Ovidii IX. Met. 422. & Athenaeum lib. XIII. cap. 2. pag. 566.

6 CHA-

ſtoriis creditur. Cinyras Paphi filius rex Aſſyriorum. Anchiſes Aſſaraci filius, quem Venus amavit. Alexander Paris Priami filius & Hecubae, quem Helena ſecuta eſt. Nireus [6] Charopis filius. Cephalus [7] Pandionis filius, quem Aurora amavit. Tithonus [8] Laomedontis filius Aurorae conjunx. Parthenopaeus [9] Meleagri & Atalantes filius. [10] Achilles Pelei & Thetidis filius. Patroclus Menoetii filius. Idomeneus, qui Helenam amavit. Theſeus AEgei & AEthrae filius, quem Ariadne amavit.

## CCLXXI. *Qui ephebi formoſiſſimi fuerunt.*

ADONIS [11] Cinyrae & Smyrnae filius, quem Venus amavit. [12] Endymion

6 CHAROPIS FILIUS] Fab. 97. eſt filius *Charopi*, quod praefero. SCHEFF. Merito *Charopi* ex cap. 97. praefert Cl. Schefferus. Χάροπος enim eſt Homero Catal. vers. 178. quemadmodum jam antehac obſervavi. MUNCK. A quibuſdam Herculis filius vocatur. vid. Ptolemaeus Hephaeſtio apud Photium pag. 474. Euripides Homerum imitatus in Iphig. in Aulide vs. 205. vocat Νιρέα κάλλιστον Ἀχαιῶν. Conſule Tzetzen ad Lycophron. vs. 1011. & in proverbium abiit Νιρέως κάλλιον. Lucian. Dialogo v. Mortuor. & ὑπομορφότερος Νιρέως, in Timone pag. 112. lin. 414. Κάλλει παρῆλθε τοῦτον ὁμοίως, ἢ μᾶλλον ΕΥΜΟΡΦΟΤΕΡΟΝ ΜΕΝ ΝΙΡΕΩΣ εἶναι αὐτὸν, ἀγχινοίᾳ δὲ Ὀδυσσέως ἢ Κάλλει &c. Adde ibi cl. Hemſterhuſii notas.

7 PANDIONIS FILIUS] Supra *Deimis* filium dixit. MICYLL. *Deimei* vel *Deimis* legendum, ut monuit dudum Nob. Heinſius ad Ovid. Met. p. 187. Atque ita noſter ipſe habet cap. 189. 241. & 273. Confer quae notavi ad cap. 189. MUNCK.

8 LAOMEDONTIS FILIUS] Frater Laomedontis eſt Servio ad AEn. I. 493. Sed ego magis Diodoro credo, qui cum Hygino Laomedontis eum facit filium, ut & Tzetzes in Lycophron. pag. 6. Ὁ Τιθωνὸς, inquit, ἀδελφὸς ἦν Πριάμου ὁμοπάτωρ. Ὁ μὲν γὰρ Πριάμου ἦν Λαομέδοντος, ὁ δὲ Τιθωνὸς ἦν Σπεμοῦς ἢ Ῥοῦς τῆς Σαμάνδρου. Is ipſe eſt, unde proverbium ortum *Tithoni ſenectus*. Vide Zenob. Cent. VI. 18. MUNCK. Servium ſequitur Lactantius ad Statii V. Theb. 733. ſed conſule Celeb. P. Burm. in Var. Lect. in Servium ad Virg. IV. AEn. 585. Cur Aurorae conjux vocetur, docet Athenaeus lib. XII. cap. 12. p. 548.

9 MELEAGRI ET ATALANTES] Ita etiam tradidit cap. 99. Vide quae ibi annotata à nobis ſunt. Quos auctores ſequutus ſit Hyginus neſcio. Fortè è furtivo concubitu fuit natus. Nam captum fuiſſe amore Atalantes Meleagrum ſatis conſtat. Conſule Ovid. VIII. Met. v. 324. Amplexus Hygini ſententiam eſt Schol. Statii ad I. Theb. MUNCK.

10 ACHILLES P. ET T. F.] Vid. Philoſtrat. cap. XIX. Heroic. §. 5. Alius item Achilles Jovis & Lamiae filius praeſtantiſſima fuit forma. Vid. Ptol. Hephaeſtion lib. VI. apud Photium pag. 490.

## Ad CAP. CCLXXI.

11 CINYRAE ET SMYRNAE] Lege, *Cinyrae & Myrrhae*. Vide ſupra c. 58. ubi habes eundem errorem. SCHEFF.

12 ENDYMION AETOLI] Omnes alii habent *AEtolii*, nec aliter hic ſcribendum. Graecis enim eſt, Αἰτωλός. SCHEFF. *Endymion καὶ ἔξοχὴν* pro formoſo venit Juvenali Sat. X. 318. *Sed tuus Endymion dilectae fiet adulter*. Schol. *Endymion paſtor, quem luna adamavit*. Adde quae ad Virgil. Georg. III. 391. notarunt Philarg. & Probus. Apulej. I. Met. *Hic eſt, ſoror Panthia, carus Endymion*. Fabulam optimè explicat Schol. Apollon. ad lib. IV. vers. 57. MUNCK. Conſule Lactant. ad Statii VI. Theb. vs. 685. Theocritum Idyll. XX. vs. 37. a Somno amatum dicit Licymnius Chius apud Athenaeum lib. XIII. cap. 2. pag. 564. Fabulam explicat Schol. Apollon. Rhodii lib. IV. Arg. vs. 264. quo cum confer Fulgent. lib. II. cap. 19. pro *AEteli*, *AEtolii* hic ſcribendum docet Pauſanias lib. V. cap. I. p. 375. & ibi plura de eodem.

dymion [1] AEtoli filius, quem Luna amavit. Ganymedes [2] Erichthonii filius, quem [3] Jovis amavit. [4] Hyacinthus OEbali filius, quem Apollo amavit. [5] Narciſſus Cephiſi fluminis filius, qui ſe ipſum amavit. [6] Atlantius Mercurii & Veneris filius, qui hermaphroditus dictus eſt. [7] Hylas Theodamantis filius, [8] quem Hercules amavit. Chryſippus Pelopis filius, [9] quem Theſeus ludis rapuit.

*Deeſt caput* CCLXXII. *De iis, qui in Areopago cauſſam dixerunt.*

CCLXXIII.

1 AETOLI] Scribe *Aëthlii*. Apollod. Lib. 1. Καλύκης δ᾽ ἢ Αἰθλίῳ Ἐνδυμίωνι γίνεται. Idem habet Apollon. Scholiaſtes, & Etymol. in ἀλλᾶσαι. Perperam Αἴθλιος Conon narrat. 14. *AEtolus* autem Endymionis & Seidis nymphae filius fuit, ut cum Apollod. & Conon. cap. 14. Euſtath. in Dionyſ. p. 62. ed. Steph. & Homeri Schol. ad Iliad. N. 218. tradunt. Pindari autem interpres ad Olymp. Θ. pag. 72. ed. Francof. filium Endymionis etiam *AEthlium* vocat. Ad Olymp. autem γ. pag. 30. cum aliis *AEtolum*. An ergo in priori loco eſt mendum? dubito. Eſt enim Aëthlius etiam Tzetz. ad Heſ. p. 7. Ἔσχατος δ᾽ ἦν Αἰθλίου τοῦ Ἐνδυμίωνος, ἢ Φιλάμμωνος Θάμυρις. MUNCK.

2 ERICHTHONII] Cap. 224. *Aſſaraci* facit filium. Alii *Troïs*, ut Servius in AEn. 1. & v. Nepos ergo Erichthonii non filius eſſet. Schol. German. Aquario: *Quidam volunt Ganymeden eum Tvoili & Callirboes filium.* Lege *Troïs*. Lactant. ad Stat. Theb. 1. 548. *Ganymedes Trocli regis & Callirrhoes.* Lege *Troïs*. Iſidorus Orig. lib. XIV. 3. *Tros Trojanorum rex Ganymedis pater.* Hieron. Chron. Euſeb. *Ob raptum Ganymedis Troïs patris Ganymedis & Tantali bellum exortum eſt.* Nimirum tres fuerunt Troi filii, Ilus, Aſſaracus, & Ganymedes. Vide Conon. cap. 12. Quid ergo ſibi vult Tzetzes ad Lycophr. vs. 34. Ganymedem Laomedontis faciens fratrem? Atqui Laomedon filius Ili fuit. Mirum in re tam protrita tantas turbas dare ſcriptores veteres. MUNCK. Λαομεδόντιον παῖδα i. e. Trojanum vocat Eurip. Troad. 822. Troïs filium facit Tzetzes ad Lycophron. vs. 1232. Homerus non a Jove, ſed a Diis raptum Ganymedem, ut Jovi a poculis eſſet, refert. Conſule Schol. Apoll. Rhodii III. Arg. 115. Schol. Pindari Olymp. Od. X. 123. Athenaeum lib. XIII. cap. 2. pag. 566. Sunt, qui a Minoe raptum narrant. Vid. Meurſ. de Creta lib. III. cap. 3. Alii a Tantalo. V. Simſonii Chronic. A. M. 1630. Chalcidenſes a Jove raptum affirmant. Athenaeus lib. XIII. cap. 8. p. 601. quem aquilae formam induiſſe, cum Ganymedem raparit, finxit fabuloſa antiquitas. vid. Hygin. II. Aſtron. p. 16. Ovid. X. M. 156. Theocrit. Idyll. XV. 124. Pretium, quod pro Ganymede ſolviſſe dicitur Jupiter, varie memoratur. Vid. Apollodor. lib. II. p. 123. Munck. ad fab. 89. Schol. Euripid. Oreſt. 1394.

3 JOVIS] *Jupiter.* Deeſt caput CCLXXII. De iis, qui in Areopago cauſam dixerunt. MICYLL.

4 HYACINTHUS OEBALI FILIUS] Alii filium Amyclae faciunt. An quid deeſt? SCHEFF. Apollo apud Lucianum pag. 149. Tom. I. Παῖδα Λάκαινα τὸν Οἰβάλου. OEbalides ergo Ovid. X. Met. 196. Auſonio Cupidine crucifixo, aliiſque dicitur, non tam a patria OEbalia, quam a patre OEbalo. Alii *Amyclae* faciunt filium, ut Tzetzes Chil. I. II. vel *Amyclaei*, ut Schol. Nicandri pag. 60. Apollodorus variat. lib. I. Clionis & Pieri. III. autem Amyclae & Diomedes facit filium. MUNCK. Nequaquam *OEbalus* fuit *Hyacinthi* pater, licet a Luciano Dialogo Fabuloſo VI. OEbali filius vocetur, niſi plures *Hyacinthos* fuiſſe ſtatuamus: *Hyacinthus* enim ex Amycla Lacedaemoniorum rege quinto genitus diu ante patrem periit. Amyclae mortuo ſucceſſit in regnum Argalus. Argalum Amyclae filium natu maximum, fato functum, excipit Cynortas, e quo naſcitur OEbalus. Haec diligentiſſime adnotat Pauſanias lib. III. cap. I. pag. 204. Adde Meurſii regnum Laconicum uſque ad cap. 4. Huic OEbalo quod avus fuerit Caſtoris & Pollucis, id honoris tribuunt, ut Laconas OEbali, quaſi primi Spartanorum fundatoris, vocitent filios, ut Lycophron. vs. 1125. Τιμὰς μαγίστας Οἰβάλου τέκνοις λαχών. Ibi Tzetz. Οἰβάλου δὲ τέκνα, τοὺς Λακεδαιμονίους ἔφη, ὡς ὁ Ἡσίοδος. ΧΑΊΡΕΤΕ ΛΥΓΚΗΟΣ ΓΕΝΕΗ'. De aliis populis V. Burm. ad Virg. v. AEn. 45. & ita ex hoc more *OEbalides* pro Spartano dici poſſit Hyacinthus. De Luciani loco nihil definio. Attamen Pauſaniae locus litem dirimit, & Lucianum, ſi a Librariis non ſit corruptus, deceptum, an hujuſmodi loquendi modo, neſcio, ἀνεπιστάτως haud eſſe abſolvendum

## CCLXXIII. *Qui primi ludos fecerunt, usque ad AEneam quintum decimum.*

* * *

QUINTO loco Argis, quos fecit Danaus Beli filius, filiarum nuptiis, cantu, unde [10] Hymenaeus dictus. Sexto autem iterum Argis, quos fecit Lynceus AEgypti filius, Junoni Argivae, qui adpellandum evincit. Nisi Pausaniae locus in alia omnia discedere nos juberet, apud Ovidium x. M. 162. *Amyclides*, pro *Amyclaeo* i. e. Lacone accipi posset; nam *Amyclaei* in genere etiam Lacones vocantur. Vide Eust. ad Dionys. Perieg. vs. 213. Ceterum a Pausania stat Apollodorus lib. III. cap. x. §. 3. e quo Clius & Pieri Hyacinthum vocante filium lib. I. cap. III. §. 3. patet, plures fuisse Hyacinthos, sed saepius confusos. Praeter Apollodorum & Pausaniam etiam Tzetzes Chiliad. I. Hist. XI. Cinortam fratrem & Amyclam Hyacinthi patrem vocat, quod me docet Celeb. P. Burm. ad Ovid. x. M. 162. Eumdem errorem commisit Philostratus Junior Icon. XIV. ἐκεῖ μὲν Ὑακίνθου ἀνὴρ φησὶν ὁ Οἰβάλου. Si de hoc Hygini loco, & Hyacinthi parentibus Celeb. J. Perizonii sententiam scire velis, adi ejus Animadv. Historicas cap. IX. p. 399.

5 NARCISSUS CEPHISI] Vide Philostrat. Senior. lib. I. Icon. cap. 23. Lact. ad Statii VII. Theb. 340. Burm. ad Ovidii III. M. 342. Hic Cephisus arbiter fuisse dicitur cum Inacho, & Asterione, Junone ac Neptuno de Argorum imperio disceptantibus. V. Pausan. lib. II. & cap. 15. p. 145.

6 ATLANTIUS] Hunc vero Atlantium nusquam alibi reperio. Sed nec Hermaphroditi nomen impositum uni, verum duobus qui coaluere in unum, nec Atlantio, sed Hermaphrodito & Salmaci, ut est apud Ovidium. Qui tamen cum Salmacidem vocet *Atlantiadem* versu 368. ipse erit, quem hic noster innuit. SCHEFF. Nusquam hoc nomen mihi lectum. *Hermaphroditus* est Luciano, Euseb. Praep. lib. II. & aliis. Ab Ovid. IV. Met. 168. *Atlantiades* dicitur, sed à proavo Atlante. Lactantius lib. I. cap. 17. *Haec ex famoso Martis stupro genuit Harmoniam, ex Mercurio Hermaphroditum, qui est natus Androgynus.* MUNCK. Consule etiam Celeb. P. Burm. ad Ovidii x. Met. vs. 288.

7 HYLAS THEODAMANTIS] Apud Apollodorum & alios est *Thiodamantis* filius. SCHEFF. Ceycis facit filium Anton. Liberal. cap. 26. Vid. ibi notas nostras. MUNCK.

8 QUEM HERCULES AMAVIT] Hoc Socrates negat apud Schol. Apoll. Rhod. I. 1205. Qui juxta Schol. Theocriti Idyll. XIII. vs. 7. Herculis fuisse filium adfirmat; quae si vera essent, eadem Scholiastes Apollonii e Socrate quidem notasset, aut Socrates *Hyllum* cum *Hyla* confudisset. Sed Theocriti Scholiastae supinitatem in hac fabula jam notarunt Casaubonus Lect. Theocrit. cap. 14. & Rutgersius, quem citat Munck. ad Antonin. lib. cap. 26. Metam.

9 QUEM THESEUS LUDIS RAPUIT] Supra cap. 85. raptum scribit a Laio. Neque alibi de Theseo hoc reperias. Corrupta quaedam hic videntur. SCHEFF. Cap. 85. à Laio raptum dici notat Cl. Schefferus. Quod addo confirmari ab AEliano ποικ. ἱστ. Lib. XIII. cap. 5. & Animal. lib. VI. 15. Athenaeo lib. XIII. p. 603. Pisandro, Suidâ, Apollinis oraculo apud Eurip. Scholiast. in Phoenissas, Hieronymo in Chronico. Audi jam doctissim. Jacobum Perizonium: Rectè censet Doctiss. Schefferus corrupta haec esse: Chrysippum enim non Theseus, sed Laius rapuit. Plutarch. Parall. 33. de Chrysippo: Λάϊος ὁ Θηβαῖος ἐπιθυμήσας ἥρπασεν αὐτόν. Ipse Hyginus fab. 85. *Laius Labdaci filius Chrysippum Pelopis F. natum propter formae dignitatem Nemeae ludis rapuit.* Ex quo loco etiam hic mihi legendum videtur: *quem Nemeis Laius rapuit. Laius* obscurius forsitan scriptum, quia *Nemeis* praecedebat, mutatum primo videtur in *Ludis*, dein, quia jam auctor facinoris non comparebat, ex *Nemeis* factum *Theseus*, non magnâ utrinque mutatione. MUNCK.

## Ad CAP. CCLXXIII.

10 HYMENAEUS EST DICTUS] Confer Servium ad Ecl. VIII. vers. 30. AEn. IV. vers. 99. & 127. AEn. I. vers. 165. Lactant. ad Stat. III. Theb. vers. 283. MUNCK. De Hymenaeo

lantur [1] ἀσπισεναγγῶες : [2] quibus ludis qui vicit, accipit pro corona clypeum, ideo quod Abas Lyncei & Hypermneſtrae filius nunciavit, [3] Danaum parentibus periſſe : cui Lynceus de templo Junonis Argivae detraxit [4] clypeum, quod Danaus in juventa geſſerat, & Junoni ſacraverat, & Abanti filio muneri dedit. In his ludis qui ſemel vicit, & iterum [5] deſcendit ad certamen, ut niſi iterum vincat, ſaepe deſcendat. Septimo autem loco Perſeus, Jovis & Danaes filius, funebres Polydectae nutritori ſuo in inſula Seripho, [6] ubi cum luctatur,

Schol. Homeri Il. Σ. 493. Proclus apud Photium pag. 987. Serv. ad I. AEn. 651. De cantu Theocrit. Idyll. XVIII. 7. Spanh. ad Callim. H. Del. 296.

1 ΑΣΠΙΣΕΝΑΡΓΓΩΕΣ] Peſſime. Scribendum ἄσπις ὁ ἀργός. Vide ſupra fab. 170. ubi habes eadem. Latine. SCHEFF. Dictum de hoc loco ad cap. 170. MUNCK.

2 QUIBUS LUDIS QUI VICIT] Haec ex praedicto capite 130. inſerta videntur invito Hygino. SCHEFF.

3 DANAUM PARENTIBUS PERIISSE] Haec trajecta ſunt, & ſic conſtituenda : *filius nunciavit parentibus, Danaum periiſſe.* Vide ſupra cap. 170. SCHEFF. Tranſponenda haec ſunt : *nunciavit parentibus Danaum periiſſe.* Sed id jam pridem monuit Nob. Heinſius ad Met. v. 164. MUNCK.

4 CLYPEUM, QUOD] *Cl. quem.* MICYLL. Micyllus, *Clypeum quem.* Ita quidem locutus eſt noſter in hac fabula cap. 170. Nihil tamen mutem. *Clypeus* enim & *Clypeum* dixere ut *balteus* & *balteum.* Servius ad AEn. III. 286. *Clypeum hoc maſculino, at neutro alibi*, Clypeum ſuperintonat ingens. Gloſſ. Cyrilli : Ἀσπὶς τὸ ὅπλον, *Clypeum.* Ἀσπὶς λιγεμὴ, *citra.* leg. *cetra.* Noſter ſupra cap. 139. *Clypeola aenea.* Pomponius Capellà : *Clypeum in medio fixum eſt.* In notis Tyronis pag. 126. *Clypeum, Clypeolum.* Adde Non. cap. de Indiſcretis Generibus. MUNCK. In hujus Lyncei & Hypermneſtrae honorem Argivi quotannis feſtum quoque celebrant, quod vocant ἱερὸν τυρεῶν. Cauſſam latiſſime exponit Pauſan. lib. II. cap. 25. pag. 168.

5 DESCENDIT AD CERTAMEN] Poſt haec verba deſunt aliqua, quod non obſervaſſe miror. Neque habeo, unde reſtituam. Sed & ſequentia ſunt mutila. SCHEFF. Cl. Scheffero poſt haec verba deeſſe quaedam videntur. Doctiſſ. Jacobus Perizonius locum hunc ita conſtituit : *In his ludis qui ſemel vicit, & iterum deſcendit ad certamen, is niſi iterum vincat, ſaepe deſcendit.* Ut ſenſus ſit, eum qui ſemel vicerit, ſi iterum aleam certaminis ſubeat, niſi iterum vincat, ſaepius in certamen deſcendere ſolere ac debere, ne qui ſemel jam victor fuerit, temere dein pro victo diſcedat. Ego in curis ſecundis hunc in modum eum tentaveram. *In his ludis qui ſemel vicit, iterum deſcendit ad certamen, & niſi iterum vincat, ſaepe deſcendit.* Ut nempe nemo juſtus victor cenſeatur, niſi qui duas palmas continuas adeptus fuerit. Nob. Heinſius poſt illa *ad certamen*, interſerebat *lex eſt.* MUNCK. Utriuſque viri lectiones facile ſeſe tuentur. *Deſcendere* verbum huic rei proprium eſſe quis ignorat? Quem loquendi modum a Graecis mutuatos eſſe docet nos Sophocles in Trachin. vs. 512. Ἀλλ' ἴκει τάχ' ἄρ' ἄκκιτον Ἀμφίγυον ΚΑΤΕΒΑΝ ἐς γάμων τινάς. Pindarus Od. Pyth. XI. vs. 74. Πυθοῖ τε γυμνὸν ἐπὶ Στάδιον ΚΑΤΑΒΑΝΤΕΣ.

6 UBI CUM LUCTATUR] Ad hunc locum ita commentatus eſt doctiſſ. Perizonius : Falſum hoc. Perſeus Acriſium diſco miſſo interfecit ſupra fab. 63. & apud Pauſan. in Argol. p. mihi 46. Ἀκρίσιον δὲ λανθάνει δίσκωμα ἐκπεσὸν ὁ Πέρσης τῇ ἀφῇ. Neque facile exemplum hominis in lucta occiſi inveniemus. Itaque credo abſorptas hic eſſe literas propter ſimilitudinem praecedentium, & lego, *ubi diſcum jaculatus percuſſit* &c. Ovid. 7. Met. v. 276. *Vel Danaum Phrygios jaculatus puppibus ignes.* Petron. *Urceolum fictilem in Eumolpi caput jaculatus eſt.* Ovid. Ib. v. 587. *Aëra ſi miſſo vacuum jaculabere diſco.* Prop. 3. 14. *Miſſile nunc diſci pondus in orbe rotat.* Ubi videndus Paſſeratius. *Diſco percutere*, ut *ſaxo ſilice* Liv. lib. 1. 24. *fulmine* Plaut. Amph. *Sparo eminus percutere* Nepos Epam. c. 9. Haec ille; quae nullus dubito, quin ſe omnibus, qui non fatui ſint ſtomachi, facile probaturi ſint. Sed pro *cum* malim *dum*. De diſco omnia pervulgata ſunt, ejuſque à Mercurial. Artis Gymnaſt. lib. II. 12. variae nobis repraeſentatae Icones. Ἀ σόλον eum diſtinguit Hom. Schol. ad Iliad. Φ. Pro diſco tamen σόλον uſurpari videas ab auctore parvae Iliados, & forte aliis etiam. Illud vero novum puto & indictum aliis, quod ad Od. 8. Lib. I. Horat. vetus commentator tradit : *Diſcus erat rotula quaedam lignea apud Romanos inſtar ſcuti*

tur, percuſſit Acriſium avum ſuum, & occidit. Itaque quod ſua voluntate noluit, [7] in Deorum factus eſt numero. Octavo loco fecit Hercules Olympiae gymnicos, [8] Pelopi Tantali filio, in quibus ipſe [9] contendit * pammachum, quod [10] nos pancratium vocamus, cum Achareo. Nono loco facti ſunt in Nemea [11] Archemoro Lyci & Eurydices filio, quos fecerunt ſeptem duces, qui Thebas ibant obpugnatum. in quibus ludis [12] poſtea vicerunt curſu [13] Eunaeus & Deiphylus Iaſonis & Hyplipyles filii. His quoque ludis [14] Pythaules, qui Pythia

*ſcuti magni ponderis, qui dijactabatur in altum, ſeu aequaliter ſuper terram, ut experirentur, quis fortius brachium haberet.* MUNCK. Perizonii emendatio, *ubi diſcum jaculatus*, p. A. haud injuria ſe probabat Munckero; ſed quomodo ſic pro *cum* malit *dum*, non video; quum, ſtante lectione Perizoniana, neutra conjunctio hic locum habere queat. Praeterea ſaepiſſime, apud hos praeſertim Latinos, *cum* ita pro *dum* cum indicativo praeſentis temp. conſtruitur, quod alius dabitur oſtendendi locus. WOPKENS. Conſule Lamb. ad Horatii locum. Veteres inprimis diſco lapideo uſi fuere, hinc πέτρος pro diſco lapideo ponitur a Pindaro Olymp Od. x. vs 87. ubi Schol. ἐδίσκευσι δίσκῳ λιθίνῳ, ὅπερ οἱ Ἀρχαῖοι. Conſer Schol. ad O. Iſthm. I. vs. 34. & ſane eo diſco jaculatus eſt Perſeus Acriſium. Diomedes animi gratia diſcos mittere ſolebat. Eurip. Iphig. in Aul. vs. 200. Διομήδης δ' ἀθύμως δίσκον ἐκχερμνίων. Sed plura alii de diſco.

7 IN DEORUM FACTUS EST NUMERO] Inepte. Scribendum eſt, *noluit, id Deorum factum eſt numero.* Videntur autem & haec verba intrusa ex ſuperiori capite 63. SCHEFF. Scribendum exiſtimo: *Id Deorum factum eſt numine.* Graeci κατὰ θεὸν vel κατὰ δαίμονα. Vide not. ad Antonin. Liberal. cap. 1. Parthenius cap. 9. κατὰ τινα δαίμονα. Quod non intellexit interpres. Cap. 63. *Quod ſua voluntate noluit, id Deorum factum eſt.* Cap. 125. *Intellexit, non ſine divina voluntate Deorum id eſſe factum.* Maro: *Non haec ſine numine divûm Eveniunt.* Nepos Timoleonte: *Nihil rerum humanarum ſine Deorum numine agi putabat.* MUNCK. *Sine numine divum Adſumus* dicit Virgilius v. AEn. 56. explicat Servius per *ſine voluntate*, & *ſine auctoritate.*

8 PELOPI TANTALI FILIO] Vide Clement. Protrept. pag. 21. edit. Moreſl. MUNCK.

9 CONTENDIT PAMMACHUM] Putant & hunc locum mutilum. Mihi integer videtur, ſi modo ſcribatur *contendit pammachio, quod* &c. quia Graecis hoc genus certaminis eſt πάμμαχον. Vide poſt. SCHEFF. Lego, *contendit pammachio.* Barth. ad Stat. Tom. III. pag. 343. nihil mutat, niſi *pammachum* in *pammachium.* An ergo ἀγωνίζεσθαι Hyginus? Schol. Hypoth. Pyth. Pindari, ἀγωνιζόμενος τὸ παλαιὸν ἀγῶνα. Sed ejus conſtructionis aliam reddere ſolent rationem technographi. Magis huc facit illud Schol. Sophocl. Electr. vers. 687. δολιχὸν ἀγωνίζωμαι. Apulej. de Dogmat. Platon. *Ut Pythia & Iſthmica delubra certaverit.* De Pammachis vide Fabri Agoniſt. & Ambroſium in Pſ. XXXVI. Pancratiaſtas eſſe pammachos docet Pollux lib. III. cap. 30. *Pammacharies* vocat interpres vetus Anonym. Periegeſ. à Godofred. ed. MUNCK.

10 NOS PANCRATIUM] Quibuſdam hoc idem eſt, quod πάλη, quod complectebatur ἅλμα, δίσκον, ἄκοντα, δρόμον, πάλην, ut ſcribit Sophoclis Scholiaſtes ad Electr. vers. 693. & Pind. ad Iſthm. od. I. Secundum Ariſtot. Rhetor. cap. 5. pancratium conſtabat luctâ & pugillatu. MUNCK. De Pancratio conſulendus Celeb. J. Perizonius ad AEliani lib. x. V. H. cap. XXII. §. 5. & Salmaſius in Exercitat. Plinianis in Solinum cap. XXIV. pag. 205, 206. Quis hoc certandi genus invenerit, non conſtat inter Veteres. Secundum Ariſtotelem Leucarus Acarnan primus inſtituit. Plerique tamen Theſeum Pancratii inventorem fuiſſe ſtatuunt. Conſule Schol. Pindari Od. Nem. III. vs. 27. ad Od. Nem. V. vs. 89.

11 ARCHEMORO LYCI ET EURYDICES] Similiter legas ſupra c. 74. At alii conſenſu cum faciunt *Lycurgi* filium. An utrobique compendium ſcripturae? SCHEFF. Vide annotata à nobis ad cap. 74. MUNCK.

12 POSTEA] Barthius ad Stat. Tom. III. pag. 231. emendat *poſt alios.* Non enim primi, inquit, commiſſi curſores. MUNCK.

13 EUNAEUS ET DEIPHILUS] Lege, *Euneus & Deipylus.* Vide notas ad cap. 15. Qui praeterea his ludis certaverint, invenies apud Apollod. III. pag. 153. MUNCK.

14 PYTHAULES, QUI PYTHIA CANTAVERUNT] Metuo, ne alieno loco haec inſerta ſint, atque malè praemiſſa ex ſequentibus, & hic omittenda. SCHEFF. Turnebus Adverſ. II. 25. ubi

Pythia cantaverunt, ſeptem habuit palliatos, qui voce cantaverunt: unde poſtea adpellatus eſt [1] Choraules. Decimo [2] Iſthmia Melicertae Athamantis filio & Inus feciſſe dicitur [3] Eratocles, alii poetae dicunt Theſeum. Undecimo fecerunt Argonautae in Propontide Cyzico regi una cum filio, quem Iaſon inprudens noctu in litore occiderat, ſaltu, luctatione, & jaculo. Duodecimo autem [4] Argivis, quos fecit Acaſtus [5] Peliae filius. His ludis vicerunt, Zetes Aquilonis filius [6] dolichodromo, Calais ejuſdem filius diaulo, Caſtor Jovis filius ſtadio, Pollux ejuſdem filius ceſtu, Telamon AEaci filius diſco, Peleus ejuſdem luctatione, Hercules Jovis filius [7] pammacho, Meleager OEnei filius jaculo; Cygnus Martis filius armis occidit [8] Pilum Diodoti filium, Bellerophontes vicit equo. Quadrigis autem vicit Iolaus Iphicli filius Glaucum Siſyphi filium, quem equi [9] mordici diſtraxerunt. Eury-

hanc vocem explicat, citat *Pythaulae*. Perperam, ut liquet ex membro ſequenti. Lego: *Pythaules, qui Pythia cantaverat, ſeptem habuit palliatos*. De Pythaule vide Diomed. lib. III. Brodaeum Miſcell. lib. II. 13. Scalig. ad Catal. p. 118. Salmaſium ad Carinum Vopiſci, & ad Pall. Tertull. p. 470. ubi hunc locum illuſtrat, & etiam adducit *cantaverat*. Atque ita omnino eſt legendum, quanquam ſuſpicor illa, *qui Pythia cantaverat*, à margine in textum irrepſiſſe. MUNCK. Ne *Pitbaules* ſcribas cum Jac. Nic. Loenſi III. Epiphyll. 7. Conſule tu Salmaſ. ad Vopiſci Carinum pag. 824.

1 CHORAULES] Quia Choraules ſine Choro eſſe non poteſt. MUNCK.

2 ISTHMIA] Siſypho auctore inſtituta refert Iſthmia Apollod. lib. III. pag. 139. Veriſimile eſt illa à Theſeo primitus Neptuno fuiſſe ſacrata, ſed poſtea à Siſypho in Melicertam tranſlata. Conſule Schol. Apollon. ad lib. III. vers. 1239. MUNCK. Varia de his ludis proferunt Veteres, quorum varias ſententias diſcas ex Pauſania lib. I. cap. 44. p. 108. & lib. II. cap. 1. p. 111. Lact. ad Statii III. Theb. 479. ad VI. Theb. 10. ad VIII. Theb. 97. Schol. Ariſtoph. Equit. 606. Philoſtrat. lib. III. de Apoll. Tyan. 31. & lib. II. Icon. 15. Tzetz. ad Lycophron. 229. Plutarch. in Theſeo pag. 11. & Meurſ. in Theſeo cap. 19.

3 ERATOCLES] Plerique alii Siſyphum auctorem horum ludorum faciunt. Neque mihi alibi lectus eſt Eratocles. Suſpicor ſcriptoris alicujus veteris ſub ipſo latere nomen. SCHEFF.

4 ARGIVIS, QUOS FECIT] Deeſſe putant aliquid. Mihi diſtinctio prava videtur, cum comma poni debuerit ante *Argivis*, ut cohaereant, quos fecit Argivis. SCHEFF. Cl. Schefferus inciſum transfert ante τὸ *Argivis*, ut cohaereant, *quos fecit Argivis*. Ego reponerem *Argis*, niſi mavis *in Argivis*. Sed prius praefero. MUNCK.

5 PELEI FILIUS] Lego *Peliae*. Πηλίας enim eſt Graecis. Vide notas ad cap. 251. MUNCK. Conſule de certamine Plutarch. v. Sympoſ. Quaeſt. 2. & Celeb. P. Burm. in *Acaſtus* & *Calais*. De *Diaulo* Spanhem. ad Callim. H. Pall. 23.

6 DOLICHODROMO] Qui & *Dolichus* dictus. Vide Mercur. Gymn. II. 10. Philandrum ad Vitruv. Lib. V. 11. Benedict. ad Pind. Pyth. I. Tzetzen Chil. VI. 73. Schol. Sophoclis ad Electr. vers 687. Τοῖς Δολιχὸν φασιν ἀγωνίσασθαι Ὀρέστῃ (ὃς ἦν ἐπὶ πόδα ταχὺς) ἔτεσι ἐτῶν ἕξ. MUNCK.

7 PAMMACHO] Scribe *pammachio*, ut ſupra. SCHEFF. Lego, *Pammachio*. Παμμάχιον dictum, ut *μονομάχιον* apud Eurip. Schol. ad Phoen. vers. 1314. MUNCK.

8 PILUM DIODOTI FILIUM] Haec corrupta videntur. SCHEFF.

9 MORDICI] H. e. *mordentes fraena, nec audientes regimen*, ait Cl. Schefferus. Ego putem *mordicus* eſſe legendum, hoc eſt, morſu & dentibus. Schol. Homer. β. 418. Ὀδάξ, τοῖς ὀδοῦσι. Gloſſ. Cyrilli Ὀδάξ, ἐπιβάμα, *mordicus*. Ergo *mordicus* eſt idem, quod dentibus. Petron. Fragm. Trag. *Mordicus tollere*. Titinnius: *Arripuit colubram mordicus*. Noſter Aſtron. II. 23. *Pedem ejus mordicus arripuiſſe dicitur*. Schol. German. eadem fabula: *Morſu deprehendit*. Antiquiores *morſicatim* dixerunt. Barthius

Eurytus Mercurii filius ſagitta, Cephalus Deionis filius funda, Olympus Marſyae diſcipulus tibiis, Orpheus OEagri filius cithara, Linus Apollinis filius [10] cantu, Eumolpus Neptuni filius ad Olympi tibias voce. Tertiodecimo fecit in Ilio Priamus cenotaphium Paridi, quem natum juſſerat interfici, [11] gymnicos, in quibus [12] certati ſunt curſu, [13] Neſtor Nerei filius, Helenus Priami filius, Deiphobus ejuſdem, Polites ejuſdem, Telephus Herculis filius, [14] Cygnus Neptuni filius, Sarpedon Jovis filius, Paris Alexander paſtor, Priami [15] ignarus filius. vicit autem Paris, & inventus eſt eſſe Priami filius. Quartodecimo Achilles Patroclo funebres, in quibus Ajax vicit lucta, & accepit lebetem aureum munus. deinde Menelaus vicit jaculo, & accepit muneri jaculum aureum. dimiſſo ſpectaculo eodem, Phrygas captivos duodecim in rogum Patrocli & equum & canem conjecit. Quintodecimo

thius ad Statium *mordicibus* conjicit. Quod mihi nimis Plautinum videtur. Ne dicam, *mordicitus* in Plauto malle Scioppium Suſpect. Lect. I. 4. quomodo & heic in margine Hygini ſui adſcripſerat Nob. Heinſius. Apulej. III. Mil. *Mordicitus appetens.* At lib. XIX. cap. 16. Adverſ. Idem Barthius etiam *mordicus* reſtituit Hygino, ita tamen, ut *rò mordici* eo non putet indignum. Diſcerptum fuiſſe à quadrigis ſuis Glaucum Palaephatus cap. 26. tum & Hyginus quoque cap. 250. tradiderunt. Servius in hac narratione ad Georg. III. 267. *Eum morſibus dilaceraverunt.* Philargyrius, *Morſibus laniaſſe dicuntur.* Advertit me protinus, quod hic ibidem dicit, accidiſſe id, *cum Glaucus ad Mimicum certamen quadrigam duceret.* Quod malum, illud *mimicum certamen* eſt? Pierius Valerianus *inimicum certamen* vocat. Puto ſcripſiſſe *Iſthmicum.* Vide Pauſan. p. 247. ed. Loeſcheri. Nec ſcio, an recte *Petniam* Servius vocet urbem, ſive vicum, ex quo, ut ipſe ait, erat Glaucus, cum Ἡδῶνας vocent Stephanus & ad Dionyſ. Euſtath. p. 204. Sotio in παιγνιοῦσι. Κρῆνη ἐν Ἠδωνίᾳ κατὰ Θρᾴκας, ἐξ ἧς οἱ ἵπποι πίνοντες μαίνονται, ὡς ἱστορεῖ Ὑγῖνος ἐν δευτέρῳ ἀστέων. MUNCK.

10 CANTU] Forſan Θρήϊοις, quos Linus ex Euboea primus fecille dicitur a Plutarcho de Muſica pag. 1132. T. II. & unde fabulae, quas de Lino commenti ſunt veteres. (Vid. Pauſan. lib. IX. cap. 29.) originem trahunt.

11 GYMNICOS] Leg. *& Gymnicos.* MUNCK.

12 CERTATI SUNT] *Certarunt.* MICYLL. Infra cap. 274. *Gladio belligeratus eſt.* Paſſivam formam habentia ſaepe activè poni multis exemplis probat Lipſius ad Tac. Lib. I. Ann. cap. 5. ut & Salmaſius ad Solinum, Servius ad illa Virgil. AEn. II. 660. *Pictis bellantur Amazones armis*, & alii alibi, quos recenſere omnes operae non eſt. Vetus interpres Siracidae cap. XI. vers. 9. *De eâ re, quae te non moleſtat, ne certeris.* μὴ ἔριζε Gr. Cod. Et cap. XXXVIII. 29. *In calore fornacis contertatur.* Fruſtra ergo in margine Micyllus, *certarunt.* MUNCK. Sic Noſter lib. II. Aſtron. Poet. cap. 15. *neque id quod fuerat juratus, remiſit.* Quod inter plebeja Hygini refertur a Broukhuſio ad Propertii lib. II. El. XXI. vs. 10. cui obloquitur Celeb. P. Burmann. ad Ovidii XIII. Met. vs. 50. ſic *diſſimulatus* Latini dixere. Conſule Cl. Oudendorp. ad J. Caeſar. lib. I. de B. Civ. cap. 19.

13 NESTOR NEREI] Lege. *Nilei.* Hoc nomen tam obvium quis non miretur toties corruptè legi in ſcripto tam exiguo? MUNCK. De hiſtoria Meziriac. ad Ovidii v. Epiſt. Heroid. pag. 415.

14 CYCNUS NEPTUNI] Hic eſt ille Κύκνος Τρωϊκὸς aliquoties Euſtathio memoratus, ut ad Palaeph. pag. 184. obſervat Tollius. MUNCK.

15 IGNARUS FILIUS] H. e. ignotus. Iſidor. Orig. lib. X. *Ignarus autem duo ſignificat, vel qui ignorat, vel qui ignoratur.* Contra *ignotus* pro eo, qui ignorat, apud Ciceronem obſervat Morus ad cap. I. Epiſt. Pauli ad Romanos. Adde notata à Cl. Scheffero ad Phaedr. lib. I. cap. 12. & quae in Antiquario ſuo congeſſit Laurenbergius. Pari modo *neſcius* dicitur & qui neſcit, & qui neſcitur. Arnob. lib. IV. *Cum eſſet vobis ſimiliter neſcium.* MUNCK.

cimo fecit AEneas Veneris & Anchiſae filius [1] in Sicilia, [2] ad Aceſtem [3] Criniſi fluminis filium, hoſpitem. Ibi AEneas patris ornavit exſequias, ludicroque certamine honores debitos manibus ſolvit, in quibus primum navale [4] certamen fuit de * Mneſtheo, navis, Piſtris, Gyas, [5] navis Chimaerae, Sergeſtus, navis Centaurus. [6] Vicit autem Cloanthus cum navi Scylla, & accepit praemium talentum argenti, auratam clamydem [7] ex purpura intextum Ganymeden. Mneſtheus loricam adeptus eſt, Gyas abſtulit lebetas, cymbiaque argento caelata, Sergeſtus captivam cum duobus filiis nomine Pholoen. [8] Secundo deinde certamine curſu Niſus, Euryalus, Diores, [9] Salius, Helimus, Panopes. vicit Euryalus, accepit praemium equum phaleris inſi-

1 IN SICILIA] Juxta Drepanum Siciliae urbem, ubi Anchiſes ſepultus. Vide Savaronem ad Sidon. lib. II. ep. 2. Virgil. AEn. III. 707. MUNCK.

2 AD ACESTEM] *Aceſtus* eſt Feſto in *Segeſta*, & Servio ad AEn. I. 544. MUNCK. Αἴγιστος Graecis. Vid. Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 78.

3 CRINISI FLUMINIS FILIUM] Virgil. vide AEn. I. 554. & V. vers. 38. & ad eum Servium. Κρημισὸς Plutarcho & Dionyſio Halicarnaſſeo. Unde intelligis, quid ſibi velit Servius ad priorem ex locis illis, quos adduxi ex Virgilio: *Haec ad Siciliam delata à Crimiſo fluvio, quem Criniſum Virgilius poëtica licentia vocat, converſo in urſum, ut alii, in canem, compreſſa edidit Egeſtum.* Adde quae idem Servius habet ad AEn. V. vers. 30. & Tzetzes ad Lycophron. pag. 83. edit. Steph. ubi fluvium Κρημισὸν, Aceſten Αἰγίσταν vocat. Sed corruptè, ut opinor. Κρημισὸς enim & Αἴγιστος appellantur pag. 154. Adde Heinſ. ad R. P. Claud. II. vers. 57. MUNCK.

4 CERTAMEN FUIT * DE MNESTHEO] Poſt *certamen fuit*, deſunt aliqua, praeſertim nomen Cloanthi, & nomen navis Scyllae, qua certavit. Illud *de* eſt reliqua Syllaba ex vocabulo, quod praeceſſerat. Deinde ſcribendum, *Mneſteus*, ſicut in ſequentibus nominantur, *Gyas*, *Sergeſtus*. SCHEFF. Legendum forte, & diſtinguendum *certamen fuit. Decertarunt Cloanthus, navis Scylla, Mneſtheus, navis piſtris.* vel *piſtis* potius, ut eſt apud Virgil. AEn. V. 116. Κὸν δ' πείζειν τὰ κύματα, ut annotat Servius. Nec in antiquis codicibus aliter invenit Pierius Valerianus. Idem Servius ad AEn. III. 427. *Si navem intelligis, haec piſtis, hujus piſtis: ſi de bellua dicas, haec piſtrix, hujus piſtricis.* Legendum eſſe & ſcribendum *piſtrix* docet Salmaſius ad Flor. III. 5. Scaliger autem ad Manil. p. 466. *Sidera ceti. Aliter* piſtricem *vocant Cicero & alii.* Piſtrix *enim pro* piſtis *ut diceretur, uſus obtinuit, item* piſtis *pro* piſtes. *Vera enim ſcriptura eſt* πείσης. *In eodem aſteriſmo Feſtus Avienus* piſtrim & piſtricem *dixit.* Nonius: *piſtis navigii genus, à formâ piſtium marinarum, quae longi corporis ſunt, ſed anguſti.* Non eſſe fictam corruptam illam pronunciationem à Scaligero docent nos veteres gloſſae Steph. *Piſtrix*, κῆτος, ἀφετικοὶς. Cyrilli: Κῆτος, *piſtrix, de bellua.* Senec. Hippol. 1049. *Piſtrix citatas ſorbet aut reddit rates.* Schol. Horat. in Art. Poët. *Belluam marinam, id eſt, piſtricem.* Adde quae de his vocibus obſervavit Junius Adverſ. lib. II. cap. 13. Bayſius in de Re Nav. p. 79. Feſtus in *Balaena.* Ad quem locum a ſe ipſo diſſentit Scaliger. MUNCK. Vid. N. Heinſ. & Burm. ad Virg. III. AEn. 427.

5 NAVIS CHIMAERAE] Scribendum eſt *Chimaera.* SCHEFF. Cl. Schefferus, *Chimaera.* Et ſanè ita exigunt *Piſtis* & *Centaurus.* MUNCK.

6 VICIT AUTEM CLOANTHUS CUM NAVI SCYLLA] Haec lectio eſt ex emendatione neſcio cujus. Veteres habent, *vicit autem tum Colantus.* SCHEFF. Ita rectè Micyllus, quique eum ſecuti ſunt, ediderunt. Non moror illos veteres, quos habere ait Cl. Schefferus, *vicit autem tum Cloanthus.* Palaephatus Scyllae fabulam fictam autumat ex veloce triremi, cui id vocabuli fuerit. MUNCK.

7 EX PURPURA] Mallem, *& purpura.* Virgilius hoc explicat lib. V. AEn.

*Victori chlamydem auratam, quam plurima circum.*
*Purpura Maeandro duplici Meliboea cucurrit.*
*Intextusque puer frondoſa regius Ida*
*Veloces jaculo cervos, curſuque fatigat.*

SCHEFF. Cl. Schefferus legit, *& purpurâ.* Vide Virg. AEn. V. 252. MUNCK.

8 SE-

insignem, secundo Helimus Amazoniam pharetram, tertio Diores galeam Argolicam: Salio exsuvias leonis donavit, Niso clypeum opus Didymaonis. Tertio deinde certamen cestibus Dares & Entellus. vicit Entellus, accepit praemium taurum; Dareti galeam & ensem tribuit. Quarto deinde certarunt sagitta Hippocoon, Mnestheus, Acestes, Eurytion, qui accepit muneri galeam, [10] quia judicis propter omen Acestae honorem cessit. Quinto Ascanio puero duce [11] luserunt pueri Trojani.

## CCLXXIV. *Quis quid invenerit.*

NOMINE [12] Cerassus vinum [13] cum Acheloo flumine in AEtolia miscuit,

8 SECUNDO DEINDE CERTAMINE CURSU] Scil. *certarunt*. MICYLL. Malim, *certamen*, sc. fuit. Sic statim, *Tertio deinde certamen caestibus*. Ita Perizonius. Quid si legas utrobique *certarunt*? sequitur enim, *quarto deinde certarunt*. MUNCK.

9 SALYUS, HELIMUS] Intercidit inter hos, omissus à librariis *Patron*, ut patet ex Virgil. v. AEn. vers. 299. *Perizonius*. MUNCK.

10 QUIA JUDICIS PROPTER OMEN] Haec sensum habent nullum. Ideo in vetustioribus adscripserunt asteriscum, tanquam desit aliquid. Lego, *quia judico propter omen*. Sententia est, honorem cessit Acestae judicio, quia vidit, Acestis telum arsisse, quod hic omen vocat. Consulendus denuo est Virgilius praedicto loco. SCHEFF. Ita reposui ex editione, quam secutus est Cl. Schefferus, & Leidenses. Atque ita scribendum monuerat quoque in Erratis Commelinus. Habet alioquin ejus editio ut & Micylli, *omne*. Cl. Schefferus emendat *judicio*. At doctissimus Perizonius, malim, inquit, *judicii*, ut sensus sit, concessit Acestae propter omen jaculi honorem judicii de victoria, seu ut victor appellaretur ex sententia judicum. Virgil. AEn. v. 540. *Et primum ante omnes victorem appellat Acesten, Nec bonus Eurytion praelato invidit honori*. Sed quid, si legas *Auspicii propter omen* h. e. prodigii? Petron. *Venturaque damna Auspiciis patuere Deum*. Seneca Troad. v. 609. *Auspicium noctis* pro omine. Certè Virgil. v. AEn. vers. 533. *auspicium* vocat hanc ipsam rem. *Omen auspicii* prorsus ut Plaut. Asin. II. I. 15. *Augurium auspicii*. Ita ille. Ego putem vulgatum non ineptam habere sententiam, si dixeris *omen judicis* esse omen AEneae, qui erat ἀγωνοθέτης, judex certaminis, & ex illo jaculi incendio omen cepit futurorum. Ἀγωνοθέτης rectè *judex* dicitur. Cyprian. lib. IV. ep. 21. *Quanta est ista gloriae dignitas, quanta felicitas proeside Deo congredi, & Christo judice coronari*. Virgil. AEn. v. 530. *Nec maximus omen abnuit AEneas*. Servius: *Amplexus est & probavit, nam secundum augurum disciplinam dixit ad se non pertinere*. Lego, *hoc pertinere*. Liv. lib. I. cap. 7. *Accipere se omen impetraturumque fata*. Flor. IV. 12. *Accepit omen*. Curt. lib. v. cap. 2. *Accipe quoque omen*. MUNCK. De Hygini errore, quem in Virgilio describendo hic commisit, consule J. Perizon. Animadv. Historic. cap. IX. p. 401.

11 LUSERE TROJANI] Salmas. in margine adscripserat, *Trojam*. Videtur respexisse, quae apud Servium leguntur ad AEn. v. vers. 556. *Bebius tamen Macer dicit à Caesare Augusto pueris, qui luserunt Trojam, donatas esse galeas & bina bastilia; ad quod constat Virgilium alludere*. Suetonius apud eundem ad ejusdem libri vers. 602. *Lusus ipse, quam vulgo Pyrrhicam vocant, Troja vocatur*. leg. *Pyrrhicham*. Πυρρίχα est Graecis. Festus: *Troja & regio Priami & lusus puerorum equestris dicitur. Ludi Troici* dicuntur à Varrone apud Non. in *Naenia*. MUNCK.

## Ad CAP. CCLXXIV.

12 CERASSUS] Legendum videtur, *Cerasus*, quia ita demum convenit κεράσια. Diversa habet Plinius, Staphyloque tribuit. SCHEFF. Schefferus, *Cerasus*. Sed Plinius Lib. VII. 56. Staphylo; apud Athenaeum autem Lib. II. c. 6. Melampodi quidam id inventum adscribit. Lactantius ad Stat. IV. Theb. 742. Thracio Lycurgi filio. MUNCK. Bacchus vinum aqua miscere Amphictyonem Athenienſium regem docuit. Athenaeus lib. II. cap. 2. pag. 38.

13 CUM ACHELOO FLUMINE] Schol. Stat. ad I. Theb. 457. *Achelous amnis in Thessalid erens AEtoliam praeterfluens, Thetidis filius, qui primum vinum poc-*

miſcuit, [1] unde miſcere κιρᾶσαι eſt dictum. Antiqui autem noſtri in lectis triclinaribus in [2] fulcris capita aſellorum vite adligata habuerunt, [3] signi-

poculis miſcuit. *Ut Virgil.* Poculaque inventis &c. Veteres Gloſſ. in 1. Georg. Virgil. 8. *Non quod Achelous ſolus vino ſit miſtus, ſed ipſum pro qualibet aqua poſuit, ſive quoniam ex Oceano & Thetide multis genitis fluviis, hic primus natus eſt, in honore ejus amnis omnis Acheloia dicta eſt aqua.* Confer ad eundem locum Servium, qui terrae filium dicit Acheloum. Caeterum ex *Tethy* peſſimè iſti Scholiaſtae *Thetin* faciunt. *Thetis* Pelei uxor, *Tethys* Oceani. Etiam apud Hyginum noſtrum hactenus excuſum fuit cap. 177. *Thetis enim Oceani uxor.* Et, *Oceano probibet ſemper ſe tingere Thetis.* Perperam omnino. Emendavimus nos *Tethys.* Audiamus Schol. Hom. ad Iliad. Φ. 194. Δεικτέον ὃ πῶ (leg. τῷ) ὁ τῇ Ἑλλάδι πολλαχοῦ μίγνυσθαι εἶπε ὁ Ἀχιλλεύς, διὰ τὸ καὶ τὸν ὕδωρ τῇ τούτου φυσιγγείᾳ καλεῖν. *Ἰσορεῖ* Πίνδαρος. Non diſſimilia hiſce ſunt, quae Schol. ad AEſchyl. Perſ. vers. 267. Euſtath. ad Iliad. Hom. pag. 267. Macrob. v. Sat. cap. 18. prodidere. MUNCK. De Celeberrimo fluvio Acheloo conſule Herodot. lib. II. cap. 10. Schol. Apollonii Rhodii lib. IV. Arg. vs. 293. & ex eo plures Acheloos fluvios dictos docet Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 431. unde *Achelous* pro quavis aqua poni ſolet. conſule inprimis inl. Spanh. ad Callim. H. Cer. vs. 13. Item Nob. N. Heinſ. ac P. Burm. ad Virgil. 1. Georg. 9. & Olear. ad Philoſtrati Heroica cap. 11. §. 6. Sed praecipue fabula haec fingi potuit, quia Achelous in AEtolia dulcedine aquae omnes alios fluvios ſuperare dicebatur, ut docet Tzetzes ad Lycophron. vs. 671.

1 UNDE MISCERE ΚΕΡΑΣΑΙ DICTUM ] Veriorem etymologiam nos docet Hom. Scholiaſtes ad Iliad. Θ. 189. Ἐγκιράσασα εἰς κίρκος. ὡσὰ γὰρ ὁ Δίρυβνας τὸν τῶν πόλεμον χεῖσιν εἰς κίρκος ἔπιπτον. Puto heic aliquid deeſſe, quod ita debeat ſuppleri: ἐγκιράσασα, ἐγχύσασα εἰς κίρκος. Porro pro εἰς κίρκος ἔπιπτον vir illuſtr. in de Num. praeſt. p. 358. reſtituit, κίρκοις ἔπιπτον. Non exiſtimem neceſſe. Εἰς κίρκος idem eſt, quod εἰς κίρκον. Sic apud eundem ad Iliad. Λ. 147. ὅλμος δὲ ἐξ εὐλοῦ λίθος, εἰς ὃν κόπτον ἐπωλεῖτο. pro εἰς ἕν. Et apud Eurip. interpret. in Phoeniſſ. vers. 1116. Ὤιχησεν ὁ Πρῖτος εἰς τὰς Θήβας. Diacon. ad Heſiod. Aſp. pag. 214. edit. Heinſ. Εἰς αὐτὸν ὃ ὀκταετὴν κύκνος μεγάλως ἐφύτευ. Lucas Act. Apoſt. XXI. 13. Ἀπολαβὼν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐπέμψας ἔχω. Loquuntur ita interdum & politiſſimi ſcriptores. Vide not. Stolb. ad Sophocl. Ajac. Flagellif. p. 122. Ἐν κίρκοις πίνειν non deterius putem dici, quam Latine *in cornu bibere.* Senec. Thyeſt. 453. *Venenum in auro bibitur.* Flor. III. 4. *Bibere in oſſibus capitum.* Ad quae verba conſule Freinsh. Si quicquam tamen mutare velis, ſcribe cum auctore Etymol. qui hunc, quo de agimus, locum ex Scholiaſte deſcripſit, ἐν τοῖς κίρκοις. Verba ejus adducam, quae leguntur p. 502. Κιρᾶσαι δέ ἐστι τὸ ἐπιχεῖν οἶνον, καὶ παλαιὸν ἦθος, πάλαι γὰρ ἐχρῶντο κίρκοις ἀντὶ ποτηρίων. Οὕτω Πείσανδρος, καὶ Ὅμηρος· Ἰλ. Θ. Οἵνῳ τ' ἐγκιρήσασα πιεῖν. ἀντὶ δὲ ἐγχύσασα εἰς κίρκος. ὡσὰ γὰρ Δίρυβνας τὸν τῶν πολεμίων χεῖσιν ἐν τοῖς κίρκοις ἔπιπτον. Poſſis etiam dicere excidiſſe vocem ἐγχύσεις. Schol. idem ad Odyſſ. E. 93. Κίρκοισι δὲ πίνων) ἀπὸ τῆς ἀρχαίας συνηθείας. Εἰς κίρκας ἐγχύσεις ἔπινον. Plura de more hoc antiquo ſuppeditabunt Nonnus Dionyſ. p. 226. & Schol. Nicandri p. 66. edit. Soteris. MUNCK. Hunc Homerici Scholiaſtae locum ita emendat Ampliſſimus vir G. Cuperus lib. II. Obſ. cap. 8. qui & de phraſi *in κίρκῳ πίνειν* agit, cui adde Celeb. P. Burm. ad Phaedri lib. 1. fab. 25.

2 PULCRIS ] *Fulcris.* MICYLL. Ita reſcripſi pro *pulcbris*, quod vitioſe Micylli & Comel. editiones praeferunt. Monuerat tamen in margine Micyllus, & Marcillus apud Tiliobrogam in Stat. Comment. p. 505. Gloſſ. Iſidori: *Fulcralia, lecti ornamenta, quae & reclinatoria dicuntur.* Capella: *Tardabo Fulcra lecti.* Gloſſ. Philox. *Fulcrum*, ἀνάκλιτον. leg. *Fulcrum.* MUNCK.

3 SIGNIFICANTES SUAVITATEM INVENISSE ] Reineſius hunc locum, quem pro mutilo habebant, ſic exiſtimat reſtituendum lib. III. Variorum c. 8. *ſignificantes aſinum vitem inveniſſe.* Addit autem. *De Sileno nemo neſcit, aſello vectum Bacbi alumni jui comitatui adbaeſiſſe. Convenit autem acumini inepti & obliviſi Grammatici, Silenum nominare, cum Bacchum debebat, & tribuere aſino, quod ſeſſori ejus competebat.* Quae mihi nimis acerba videntur. Quis enim credat, eouſque dementiae potuiſſe quem venire, qui vel per ſomnium de Baccho quid audivit, ut, quod ipſius eſt inventum, tribuat aſello Sileni? Et qui ſcit Reineſius, hanc ſuam emendationem eſſe certam, ex qua unica ſolaque credendum eſt, inventionem vini Hyginum tribuiſſe aſello? Annon longe rectius diceremus, pluſcula abeſſe? Mihi profecto probabilius faceret, qui ſic legeret, *ſignificantes, aſellorum opera ſe ſuavitatem vini inveniſſe.* Aſellorum miniſterium in vineis multiplicem & frequentiſſimum eſſe, quis ignorat? Potuerunt ergo tale quidpiam inſtituiſſe ad honoranda eorum miniſteria. Sed nil opus eſt conjecturis. Rem habemus ipſam, deſcriptam à Pauſania, quam Hyginus reſpexit, vineae

3 ſignificantes * 4 ſuavitatem inveniſſe. Caper autem 5 vitem quam praeroſerat plenius fructum protulit, unde etiam 6 putationem invenerunt. 7 Pelethro-

vineae putationem ſcilicet ab aſino, vitis pampinos abrodente, eſſe primum monſtratam. Verba exſtant in fine Corinthiacorum. at latine ita habent, interprete Amaſaeo. *Hoc loco quod a Naupliae incolis de aſino dicitur, abroſo palmite vitem multo feraciorem redditam, & aſellum, quod ſarmentorum putationem monſtravit, propterea in ſaxo effictum, tanquam minimè, quod biſtoriae mandetur, dignum, praetermitto.* Dubitare nemo poteſt, quin hanc fabulam Hyginus iſto loco protulerit, quae nunc mutilata, varieque vocibus trajectis foedata eſt. Adeo ſine ullo ſuo merito *ineptus & obliviosus grammaticus* à Reineſio vocatur. Ego locum ita utcunque cenſeo reſtituendum: *capita aſellorum vite alligata habuerunt, ſignificantes, ſatietatem vini inveniſſe caput. Nam vitem quam praeroſerat, plenius fructum protulit. Unde etiam putationem invenerunt.* SCHEFF. Vexatiſſimus hic locus. Pauſan. Corinthiacis: (cap. 38.) *Hoc loco, quod à Naupliae incolis de aſino dicitur, abroſo palmite vitem multo feraciorem redditam, & aſellum, quod ſarmentorum putationem monſtravit, propterea in ſaxo effictum, tanquam minime, quod memoriae prodatur, dignum praetermitto.* Hinc locum Hygini ita reſtituendum cenſet Cl. Schefferus. *Capita aſellorum vite alligata habuerunt, ſignificantes ſatietatem vini inveniſſe caput. Nam vitem quam praeroſerat plenius fructum protulit. Unde etiam putationem invenerunt.* Barthius conjectat, *ſuavitatem nocuiſſe*, vel *Alibidam inveniſſe*. Reineſius Var. Lib. III. 8. *Aſinum vitem inveniſſe*. Ego ἰωίχω. Niſi ab aliis verbis *caper autem* &c. contra quam vir clariſſimus volebat, novam exiſtimo periodum inchoandam. Videtur enim illa opinio de capro vitem rodente apud pleroſque invaluiſſe. Vide noſtrum lib. II. Aſtron. cap. 4. Martial. III. 24. Ovid. XV. Met. fab. 2. Schol. Stat. ad Theb. lib. V. vers. 159. Si nihil ante verba illa, *caper autem* &c. intercidit, pedibus eo in ſententiam Tiliobrogae, qui emendat & ſupplet Hyginum hunc in modum: *Capita capellarum vite alligata habuerunt, ſignificantes capram vini ſuavitatem inveniſſe.* MUNCK.

4 SUAVITATEM] Putat τὸ *vini* hinc excidiſſe Tiliobroga, haud ſcio quam rectè. Supra cap. 130. de Icario: *Ad paſtores devenit, & genus ſuavitatis oſtendit.* h. e. ſuavem vini potum. quanquam ibi *genus ſuave vitis* mallet Nob. Heinſius. Forſan ergo & heic ſcribendum, *ſuavem vitem.* MUNCK.

5 VITEM QUAM PRAEROSERAT] Πεπλακώτερον hoc. Virg. AEn. I. 577. *Urbem quam ſtatuo veſtra eſt.* Terentius: *Eunuchum quem dediſti nobis, quas turbas dedit!* Vetus verſio B. Marci cap. XII. 10. *Lapidem quem reprobarunt aedificantes, hic factus eſt in caput anguli.* Eſdr. cap. 4. 18. *Accuſationem quam miſiſti ad nos, manifeſtè lecta eſt coram me.* Petron. *Hunc adoleſcentem quem vides, male aſtro natus eſt.* Sic οἱ ὁ Num. XXXII. 4. Τὴν γῆν ἣν παρέδωκε κύριος τοῖς υἱοῖς Ισραὴλ, γῆ κτηνοτρόφος ἐστί. Adde Geneſ. XXXI. 16. Noſter ſupra cap. 249. *Facem quam viſa eſt parere Hecuba.* Ad quem locum plura notavi. Schema hoc de antiquioribus ſumtum eſſe notat Servius, & eo Catonem quoque uſum in legem Voconiam: *Agrum quem vir habet, tollitur.* Audiamus Diomedem lib. II. *Attibis*, inquit, *quae brevitati ſtudet, admittit ſoloeciſmos, quos cum docti fecerint, non ſoloeciſmi, ſed χαριέντα λόγια appellantur, ut eſt, nuda genu: &, urbem, quam ſtatuo, veſtra eſt.* MUNCK.

6 PUTATIONEM] Ita repoſui pro *potationem*, quod omnes, quas vidi, occupavit editiones. Monitum tamen jam fuit à Tiliobroga. Virgil. Ecl. II. *Semiputata tibi frondoſa vitis in ulmo eſt.* Juſtin. XLIII. 4. *Putare vitem & ſerere oleam conſueverunt.* Gloſſ. Steph. *Putator*, κλαδωτής. Adde Paul. recept. Sent. Lib. V. Tit. 23. Donatus in Ter. Heaut. *Putare proprie purgare eſt, & arbores & vites dicimus putare.* Arnob. IV. *Putationibus arborum, inutilia, prius praeſto eſt.* Gloſſ. Iſidor. *Falcitat, putat, ſecat.* Feſtus: *Imputatum, nondum purgatum. Putum enim eſt purum. Unde putare vites dicimus, hoc eſt, detrahere, quae impedimento ſunt ad fructum.* Adde quae Servius ſcripſit ad AEn. VIII. 522. Iſidor. Orig. lib. XVII. cap. 5. MUNCK.

7 PELETHRONIUS] Vide Virgil. III. Georg. 113. & ibi Philargyrium, Pliniumque lib. VII. cap. 56. Pindari Scholiaſtes in Pyth. Od. E. Κίλλαν τε χαλκίου πρώτου Βυσσοφόρτης κατίζοντι. MUNCK. V. Schol. Pindari Olymp. Od. XIII. 28. Inventum id alii Neptuno tribuunt, qui ipſe primus equum produxit. V. Serv. ad I. Georgic. 12. Lact. ad Statii IV. Theb. 43. & ad VI. Theb. 300, 337. Olear. ad Philoſtrati lib. II. Icon. cap. 14. (quam fabulam e lingua Phoenicum explicare conatur S. Bochartus lib. IV. cap. 33. in Phaleg. p. 299.) unde ἵππιος θεὸς vocatur ab Euripide in Phoeniſſ. 1701. Quo titulo Athenis colitur una cum Minerva ἱππίᾳ, quae ob Pegaſum domitum etiam Χαλινῖτις vocatur. V. Pauſan. lib. I. cap. 30. pag. 76. & lib. II. cap. 4. p. 119. & inde Neptunus ἱππηγέτης a Delfis dictus & cultus. V. Tzetz. & Potter. ad Lycophron.

Iethronius frenos & [1] ſtratum equis primus invenit. [2] Bellone prima acum reperit, quae Graecè belone adpellatur. Cadmus Agenoris filius [3] aes Thebis primus inventum condidit. [4] Sacus Jovis filius in Panchaia in monte Taſo aurum primus invenit. [5] Indus rex in Scythia argentum primus invenit, [6] quod Erichthonius Athenas primum adtulit. [7] Elide, quae

phron. 767. & Spanh. ad Callim. H. Dian. 50. Mares dicitur in Italia primus equis frenos injeciſſe ab AElliano IX. V. H. 16. ſed de eo videndi interpretes. Quis primus equos conſcenderit, etiam non conſtat. Ab his in AEgypto Seſonchoſis, ab illis Orus primus equos conſcendere hominem docuiſſe perhibetur. V. Schol. Apoll. Rh. IV. 272. Tzetz. ad Lycophr. 1332. refert, a Lyſia Rhetore tradi, Amazonas primas equos conſcendere fuiſſe auſas, quem Lyſiam ad partes etiam vocat P. Petitus de Amazonibus cap. 24. Equos currui jungere alius dicit Neptunum, alius Prometheum primum homines docuiſſe ſcribit. V. Schol. Pind. Od. Pyth. IV. 1. & Stanlei ad AEſchyli Prometh. Vinct. 465. Sunt, qui hoc Trochilo Callitheae filio adſcribant. V. Theon. ad Arati Phaenom. pag. 21. Sed id de quadrigis intelligendum docet Perizon. ad AElian. III. V. H. 38. Sed de variis quadrigarum inventoribus vid. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. 175. & Cerda ad Virgilii III. Georg. 113.

1 STRATUM] Ephippium. Ovid. VII. Met. vers. 33. *Purpureuſque albi ſtratis inſignia pictis Terga premebat equi.* Gloſſ. Steph. *Stratra*, ἐπίθεμα. Lege, *ſtrata*, ἐφίππια. MUNCK.

2 BELLONE] Philoxenus, Βελόνη. *Acula*, *acus*. Mallem igitur *Belone* legere, pro *Bellone*. SCHEFF. Scribe *Belone*. Βελόνη enim *acus*, ῥαφίς. MUNCK.

3 AES THEBIS PRIMUS INVENTUM CONDIDIT] An, *oſtendit*? Sed nihil muto. condidiſſe intelligi poteſt, admixtione terrae Cadmiae, ab eo ita dictae. SCHEFF. Quomodo? Conflare forte & expolire docuit. Nam & eam ſignificationem admittit τὸ *condere*. Ita Joſephus apud Juſtin. lib. XXXVI. 2. *Sennionum intelligentiam condidiſſe* dicitur, quod eam auxerit & expoliverit. Adde quae notavit Freinsh. ad Flor. lib. I. cap. 3. Sed rectius forte Cl. Schefferus: *Conliditſſe*, inquit, *intelligi poteſt admixtione terrae Cadmiae ab eo ita dictae*. Interpres tamen vetus Horatii a Silypho primitus temperaturam aeris repertam tradit. Caeterum, quod primus aeris conflandi artificium apud Thebas invenerit Cadmus, factum inde exiſtimat Cl. Tanaq. Faber ad Anacr. p. 114. ut apud Heſychium Κάδμος pro clypeo, haſta & galea ſumatur. Schol. Hom. ad Iliad. Υ. vers. 18. aes a nonnullis primum omnium inventum dici obſervat, & inde pro σιδήρῳ χαλκὸν uſurpaſſe Homerum. Quod de Homero dicit veriſſimum eſt. Licet idem animadvertere ex quodam Heſychii loco, ſed corrupto. Ταυκτῆι, inquit, χαλκῆι, πρὸ ἐκτυπώσεως σιδήρου. Lege, Ταυκτῆι. Eſt locus Hom. Iliad. H. 77. Confer Etym. in Χαλκεύς. Haec haetenus. Sed ex libro Heinſiano video virum illum correxiſſe *cudit*. MUNCK. AEre pro ferro uſos eſſe Heroas antiquiſſimos diſces ex Schol. Apoll. Rhodii I. 430. Heraclide Pontico in Alleg. Hom. pag. 451. & Servio ad I. AEn. 452. in primis e Pauſania lib. III. cap. 3. pag. 210, 211. AEs in Euboea inventum dicitur. V. Spanh. ad Callim. H. Dian. 48. Idaei Dactyli primi aes & ferrum tractaſſe, ac temperaſſe in Creta dicuntur. Vid. Schol. Apoll. Rhod. I. 1129. & Meurſ. lib. II. de Creta cap. 5. Pauſanias lib. VIII. cap. 14. IX. 41. & X. 38. Rhoecum & Theodorum in inſula Samo primos aeris, ejuſque conflandi, & expoliendi artem inveniſſe docet. De quo Theodoro haec tradit Pauſan. lib. III. cap. 12. p. 237. Πρῶτοι σίδηρον ὤρυξε, καὶ ἀγάλματα ἐκ' αὐτοῦ πλάσαι. Σιδήρου κόλλησιν, *ferruminationem*, primus inveniſſe dicitur Glaucus Chius ab Herodoto I. 25.

4 SACUS JOVIS FILIUS] *Caecus*, ut Polydorus de inventoribus rerum, quamvis ille *Caeco* non aurum, ſed argentum inventum tribuit, ut etiam *Cadmo* non aes ſed aurum. MICYLL. Mallem *Eactis*, ut eſt apud Plinium lib. VII. c. 56. & ſic legiſſe video etiam Turnebum lib. XXI. Adverſar. c. 9. SCHEFF. Turnebus Adverſ. lib. XXI. cap. 9. ex Plinio reſcribit *Eactis*. Plinii verba haec ſunt lib. VII. cap. 56. *Argentum invenit Erichthonius Athenienſis, ut alii, AEacus. Auri metalla & conflaturam Cadmus Phoenix ad Pangaeum montem: ut alii, Thoas & Eactis in Panchaia*. Sed *AEacus* non *Eactis* in Hygino eſſe reponendum docuit me Caſſiodorus Var. IV. 34. *Primi dicuntur aurum AEacus, argentum Indus rex Scythiae reperiſſe*. MUNCK. Aurum Solis ex Hyperione & Thia nati filius dicitur a Schol. Pindari O. Iſthm. v. 3. Plinius l. l. addit, de auri inventione agens, *Aut Sol Oceani filius, cui Gellius medicinae quoque inventionem ex meile adſignat.*

5 Ins

quae urbs eſt in Peloponneſo, certamina quadrigarum primum inſtituta ſunt. [8] Midas rex, Cybeles filius Phryx, plumbum album & nigrum primus invenit. [9] Arcades res divinas primi diis fecerunt. Phoroneus Inachi filius [10] arma Junoni primus fecit, qui ob eam cauſſam primus regnandi poteſtatem habuit. Chiron Centaurus Saturni filius [11] artem medici-

5 INDUS REX IN SCYTHIA] *Lyncus* fortaſſe. MICYLL. Hoc *Indi* nomen mihi ſuſpectum eſt. Mallem *Lydus* ex Ariſtotele. De quo & Pollidorus lib. II. c. 19. *AEs conflare Ariſtoteles ait Lydum Scythas docuiſſe*, quae verba ex Plinio deſumpta ſunt. Quanquam Ariſtoteles de aere, non de argento loquatur. SCHEFF. Cl. Schefferus mallet *Lydus*, quod Plinius ſcribat, *AES conflare & temperare Ariſtoteles Lydum Scythen monſtraſſe putat.* Apud noſtrum cap. 259. rex quidam eſt Scythiae *Lyncus*. Nihil eſſe tamen mutandum liquet ex illis, quae è Caſſiodoro adduxi. Confer Clement. I. Strom. p. 307. ed. Morell. MUNCK.

6 QUOD ERICHTHONIO] Ea, opinor, cauſa eſt, cur inveniſſe dicatur apud Plinium. MUNCK.

7 ELIDE] Vide Caſſiod. Var. III. 51. Sidon. Carm. IX. vers. 98. MUNCK.

8 MIDAS REX] An ſcribendum, *Midacritus*, ut eſt apud Plinium praedicto loco? SCHEFF. Clar. Schefferus ex Plinio *Midacritus* ſuſpicatur ſcribendum. Valde dubito. Midas enim, non Midacritus, Cybeles filius eſt ſupr. cap. 191. Sed & hoc mutare quicquam nos vetat Caſſiodorus lib. III. 31. *AEs Iones, Theſſaliae rex, plumbum Midas regnator Phrygius repererunt.* MUNCK.

9 ARCADES RES DIV.] Quia hic populus dicitur antiquiſſimus. V. Serv. ad II. Georg. 342. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. 414. Schol. Apoll. Rh. IV. 264. Schol. Ariſtoph. Nub. 397. Lact. ad Statii IV. Theb. 275. Tzetz. & Meurſ. ad Lycophr. 481. & apud eos Jupiter natus & educatus dicitur. V. Celeb. P. Burm. ad Ovid. II. M. 405. Ab aliis vero Cretenſes res divinas inveniſſe dicuntur. Serv. ad III. AEn. 104. & Meurſ. in Creta. IV. 2. Perſeus apud Graecos primus Jovi Apeſantio feciſſe traditur a Pauſania lib. II. cap. 15. p. 144.

10 ARMA JUNONI] Vitioſe. Corrigendum eſt, *aram Junoni*. Vide ſupra c. 143. SCHEFF. Cogitavi aliquando *ſacra*. Cap. 143. *Exordium regnandi tradidit Phoroneo, ob id beneficium, quod Junonis ſacra primus fecit.* Propius ad veterem ſcripturam accedit, quod divinabat Schefferus, *aram*. Cap. 225. *Phoroneus Inachi filius templum Argis Junoni primus fecit.* Barthius Comm. Stat. Tom. III. p. 1502. ad hunc locum ita commentatur. *Agmen ſeu currum Junonis intelligi poſſe alibi oſtendimus. Virgil. tamen intercedit AEneidas ipſo initio, arma & currum Junonis ſimul celebrans.* Sed ceſſo dicere, quod verum eſt, locum, inquam, nullâ prorſus indigere correctione. Caſſiodorus diſertim Var. VII. 18. *Hoc* (opus armorum) *primum Phoroneus Junoni dicitur obtuliſſe, ut inventum ſuum numini, ut putabant, auſpicio conſecraret.* Praeter Maronem & Caſſiodorum vulgatam lectionem aſſerere etiam nummos veteres apud Urſinum in familiis Romanis, qui Junonem exhibent armis tectam clypeumque manu tenentem, docuit me Nob. Heinſius. MUNCK. Adde Serv. ad I. AEn. 20. Plut. Quaeſt. Rom. Tom. II. pag. 285. Ἥρας δὲ ἱερὸν τὸ ἄλσος πεποίηται, καὶ τῷ ἀγαλματῶν αὐτῆς ἄλσει στεφάνῃ τὰ πλοῖα. Praeterea non *Phoroneus*, ſed Inachus Phoronei pater primus Junoni Argivae ſacra feciſſe dicitur a Pauſania lib. II. c. 15. p. 144. Plutarchus Peirantem primum huic Junoni ſacra inſtituiſſe dicit, teſte Thoma Gale ad Apollodor. lib. II. cap. I. §. 3. Phoroneus ab Argivis ignem inveniſſe, non vero Prometheus, dicitur. V. Pauſan. lib. II. cap. 19. p. 153.

11 ARTEM MEDICINAM CHIRURGICAM] Mihi gloſſa videtur illud *medicinam*. Eodem enim modo ſtatim poſt uſurpat *artem ocularium*. Et eſt nomen *artis* peculiariter quodammodo in uſu de medicina. Vide Plinium. Quanquam & ibi ſcribatur *artem ocularium medicinam*, nihilo fortaſſe melius. SCHEFF. Vide Iſidor. Orig. III. 9. Noſtrum ſupra cap. 138. Alii dicerent, *medicinam chirurgicam*, omiſſo τῇ *artem*. Sed alterum defendit Sanct. Minervae lib. IV. Auguſtin. Confeſſ. lib. IV. 3. *Vir ſagax medicinae artis peritiſſimus.* Schol. German. Centauro: *Saturnus cum Jovem filium in Thracia quaereret cum Philyrâ Oceani filiâ in equum verſus dicitur concubuiſſe, & ex Centaurum natum artis medicinae inventorem.* Niſi putas dixiſſe *ars medicinae* in recto caſu, ut in Ophiucho, *Qui medicinae arte uteretur.* Vibius Sequeſter: *Virbius Laconices, ubi Hippolytum AEſculapius arte medicinae reddidit vitae.* Firmicus E. P. R. *Textrinae artis magiſtra.* Solin. cap. XI. *Daedalus fabrae artis magiſter.* Malim legere, *fabricae artis*, ut vetus codex habuit, cujus excerpta penes me ſunt. Non ignoro tamen ſatis

dicinam chirurgicam [1] ex herbis primus inſtituit. Apollo artem ocularíam medicinam primus fecit. Tertio autem loco Aſclepius Apollinis filius [2] clinicen reperit. Antiqui obſtetrices non habuerunt, unde mulieres verecundia ductae interierant. Nam Athenienſes caverant, [3] ne quis ſervus aut foemina artem medicinam diſceret. Agnodice quaedam puella virgo concupivit medicinam diſcere, quae cum concupiſſet, [4] demptis capillis, habitu virili, ſe Hierophilo cuidam tradidit in diſciplinam. quae cum artem dididiſſet, & foeminam [5] laborantem audiſſet, ab inferiore parte veniebat ad eam: [6] quae cum credere ſe noluiſſet, aeſtimans virum eſſe, illa tunica ſublata, oſtendebat ſe foeminam eſſe: & ita eas curabat. Quod cum vidiſſent medici, ſe ad foeminas non admitti, Agnodicen adcuſare coeperunt, quod

rectè dici *fabra ars*. Ovid. VIII. Met. 159. *Daedalus ingenio fabrae celeberrimus artis*. *Fabrum* dixiſſe veteres quod eſſet perfectum, notavit Feſtus. Corrige ergo Gloſſas Iſidori: *Flabrum*, *perfectum*. lege, *fabrum*. Herbariae medicinae inventionem ei adſignat Galenus. Rectè ergo *ex herbis* addit Hyginus. MUNCK. *Medicina* & officinam medici, & medendi artem notat. V. Perizon. ad AElian. III. V. H. 7. Burm. ad Phaedr. I, 14.

1 EX HERBIS] Haec enim erat antiqua medicina. Vid. Plin. lib. XXV. 2. Schol. Hom. Iliad. Λ. 845. Ἡ γὰρ ἀρχαία ἰατρικὴ ἐκ βοτάνης ἦν. De Chirurgica Servius AEn. XII. 396. *Apud veteres medicina manibus magis tractata eſt, unde & chirurgia dicta*. Quibus herbis medicinam inſtituerit Chiron, docebit te Apulej. cap. 12. MUNCK. Chirurgicam vetuſtiſſimam ac potiſſimam medicinae olim fuiſſe partem docet Periz. ad AElian. III. 17. XI. 11. & inde Veteribus ἰατρὸς pro chirurgo. V. Soph. Ajac. 582. & ἰατρικὴ pro arte chirurgica. Herodot. III. 129. De AEſculapio, ceteriſque medicinae inventoribus videndi G. Cuperus Harpocrat. pag. 79, 80. Spanh. ad Callim. H. Apoll. 46. Plut. III. Sympoſ. Tom. II. pag. 647. Stanlei ad AEſchyli Prometh. Vinct. 480. Vide quid de primis medicis proferat Jac. Palmerius in Inquiſitione, an Medicina tempore Mythico in uſu fuerit, quae legitur in Obſ. Miſcell. Vol. X. Tom. III. pag. 336. & ſeqq. Quocum confer Philoſtratum lib. III. cap. 44. de Apoll. Tyan.

2 CLINICEN REPERIT] Τελείαν ἰατρικὴν καὶ τοῖς ἄλλοις μέρεσι συμπεπληρωμένην, ut loquitur Galenus. Hinc *clinicus* medicus apud Martial. I. 31. IX. 97. Sed eccleſiaſtici ſcriptores, ut Hieron. epitaph. Fabiolae, & Cyprianus lib. IV. ep. 7. aliique, etiam aegros lecto affixos dixere clinicos. Feſtivè AEſculapium hunc *Deum clinicum* appellat in Apotheoſi Prudentius pag. 220. edit. Giſel. quem vide in Comment. Caeterum clinicen Hippocrati tribuit Plin. lib. XXIX. 1. Confer Celſum praef. lib. I. MUNCK.

3 NE QUIS SERVUS] V. Spanh. ad Ariſtoph. Plut. 508.

4 DEMPTIS CAPILLIS] V. H. Junii Comment. de Coma. p. 498.

5 LABORANTEM AUDISSET, AB INFERIORE PARTE VENIEBAT AD EAM] Malè haec diſtinguuntur. *Tum ab inferiore parte* cum prioribus ſunt conjungenda. Perizonius. Prava diſtinctio quantopere ſeducat interpretes, docuit me nuperrimè Priap. Carmen. 23. *Fur habeas poenam, licet indignere, feramque Propter eius, dicas, hoc ego? propter eius.* Quos verſiculos, cum malè diſtincti legerentur antehac, non intellexit Sciopius. Vide tu Anthol. lib. IV. cap. XII. 88. MUNCK.

6 QUAE CUM CREDERE SE NOLUISSET] Puto apud noſtrum olim fuiſſe, *quoi*, ut ſolebant veteres, pro *cui*. Quod non intellectum peperit errorem. SCHEFF. *Credere ſe ei*. Heinſius. MUNCK.

7 Quo] Pro *Quare*. MICYLL.

8 ET VALIDIUS] Mallem, *At validius*. SCHEFF.

9 COEPERUNT, QUARE *TUM] Recte Barthius: *coeperunt. Quare tum*, nec eſt ulla hoc in loco lacuna. SCHEFF. Ita hunc locum, ſublato aſteriſco poſt τὸ *quare*, diſtinxi cum Barthio. Sed pro & *validius* lege, *eo validius*, hoc eſt, vehemen-

quod dicerent eum glabrum esse & conruptorem earum, & illas simulare inbecillitatem. [7] Quo cum Areopagitae consedissent, Agnodicen damnare coeperunt. quibus Agnodice tunicam adlevavit, & se ostendit foeminam esse. [8] Et validius medici adcusare coeperunt. [9] Quare tum foeminae principes ad judicium convenerunt, & dixerunt: Vos conjuges non estis, sed hostes: quia quae salutem nobis invenit, eam damnatis. Tunc Athenienses legem emendarunt, ut ingenuae artem medicinam discerent. Perdix Daedali sororis filius & circinum & serram ex piscis spina reperit. Daedalus Eupalami filius deorum simulacra primus fecit. [10] Euhadnes, qui in Chaldaea de mari exisse dicitur, astrologiam interpretatus est. [11] Lydi furculis lanam fecerunt, [12] postea idem samen. * [13] Pan fistulae cantum primus invenit. In Sici-

mentius. Marcellin. lib. XV. *Vetita ex more humano validius cupiens.* Saepe ita Phaedrus. At per συγκοπὴν Horat. lib. 1. Epist. 9. *Novit me validius ipso.* MUNCK.

10 EUHADNES] Liber Salmasii habebat in margine, Ὠάννης. De Oanne illo videndus Seldenus de Diis Syris Syntagm. II. cap. 3. MUNCK. AEgyptii primi fuere Astrologi. Schol. Apoll. Rh. IV. 262. Eust. ad Dionys. Perieg. 232. deinde Phoenices, in primis Sidonii. Vide Eumd. ad vs. 905. Ab AEgyptiis ad Graecos hanc artem primus transtulisse dicitur Eudoxus. V. Menag. ad Diogen. Laert. lib. VIII. §. 87. Scalig. ad Manilii vs. 17. Hujus artis inventum sibi vindicant Graeci, hinc Urania astrologiam invenisse dicitur a Schol. Apoll. Rh. III. 1. Primus Endymion Lunae periodos invenisse, & huic philosophiae parti operam dedisse fertur. V. Schol. Apoll. Rh. IV. 57. & Schol. Aristoph. Nub. 397. Quidquid sit, ante Eudoxum hujus philosophiae principia ac studia in Graecia exstitisse docet Salmas. Ex. Plin. pag. 462.

11 LYDI SURCULIS LANAM FECERUNT] Non est mihi dubium, quin scribendum sit, *lanam infecerunt*. Nam lanarum infectionem Lydis deberi, etiam ex Plinio est certum. Sed quid illud *furculis*? An deest quidpiam, nomen puta fruticis plantaeve, cujus furculis in hanc rem utebantur? Ita sane crediderunt, & appositum asteriscum. Mihi videtur a prima manu fuisse, *Lydi Sardibus lanam infecerunt*. Non repugno tamen, si quis melius inveniat. Haec scripseram, cum eadem in mentem Turnebo etiam venisse video lib. XXI. Adv. c. 9. qui & mox pro *samen* emendandum putat *stamen*, credo, quod hic actum censeret de auctore staminis in tela. SCHEFF. Correxeram, *Sardibus lanam infecerunt* ex Plinianis hisce verbis: *AEgyptii textilia, inficere lanas Sardibus Lydi*; cum occupatum jam hunc locum vidi a Turnebo in Adversariorum libris. MUNCK. Lydiae mulieres artis textoriae dicuntur fuisse peritissimae. V. Eust. ad Dionys. Perieg. 839. & inde Arachne lanificii peritissima e Lydia fingitur oriunda. V. Lact. ad Statii XI. Theb. 391. Primus oves tondere, & vestem de lana conficere coepit Melus e genere Cinyrae regis Cypri. Serv. ad Ecl. VIII. 37. Juxta alios Pan. V. Servii locum, ut ex Cod. MS. profert Cl. Burm. ad 1. Georg. 16. Isis, a Mercurio docta, prima prodidisse dicitur laneae vellis texturam. V. Salmas. ad Tertull. Pallium p. 212.

12 POSTEA IDEM SAMEN] Ita & Micyllus & Commelinus habent. Turnebus corrigit, *stamen*, quod malim, quam *semen*, ut cum Lugdunensi habet Clar. Schefferi editio. Nam frumentum & sementem apud Atticos Triptolemus, apud AEgyptios Isis monstravere, ut inter alios & Capella lib. II. nos docet. *Sabaei* restituerat in libro suo Scriverius. Caeterum pro *idem* reponendum omnino *iidem* vel *item*. MUNCK.

13 PAN FISTULA &c.] Non ille Mercurii & Penelopes, sed Διὸς καὶ Θάλασσης, vel Ὕδρης, ut alii malunt. Vide Schol. Hypoth. Pyth. Pindari. Tzetzes in Lycophron. p. 123. Ἔστι δὲ ὁ Πὰν Διὸς καὶ Ὕβρεως. MUNCK. Apollodor. lib. 1. pag. 13. Ἀποκλίνει δὲ τὸν μαζὸν μᾶλλον πρὸς τὸν Πᾶνα ὁ Διὸς καὶ Ὕβρεως. De re, quam de hoc Pane refert Apollod. dissentiunt veteres, alii enim a Glauco, alii ab ipso Jove Apollinem

Sicilia frumentum Ceres prima invenit. [1] Tyrrhenus Herculis filius tubam primus invenit, hac ratione: quod cum carne humana comites ejus vescerentur, ob crudelitatem incolae circa regionem diffugerunt; [2] tunc ille quia ex eorum * decesserat, [3] concha pertusa buccinavit, & pagum convocavit, testatique sunt, se mortuum sepulturae dare, nec consumere. Unde tuba [4] Tyrrhenum melos dicitur. [5] Quod exemplum hodie Romani servant: & cum aliquis decessit, tubi-

hanc artem didicisse tradunt. De Glauco v. Athenaeus lib. VII. cap. 12. pag. 296. A Jove oracula Apollinem accepisse docebunt loca, quae ad Nepotem II. 2, 7. & a Celeb. P. Burm. in Var. Lect. Servii ad III. AEn. 251. sunt citata. Sed ad rem. Plures fuisse Panes docet Schol. Theocriti Idyll. IV. 62. & de Panis, aut Panum parentibus parum constare docebunt, Schol. Theocriti Idyll. I. 3, 123. VII. 109. Serv. ad I. Georgic. 16. Tzetz. ad Lycophr. 772. Herodot. II. 145, 146. & Munck. ad fab. 224. Jam Euripides Iphig. in Taur. vs. 1126. fistulam vocat κάλαμον σύριγξ Πανὸς, nempe ejusdem, qui pastorum Deus est, de quo Lamb. ad Horat. I. 17, 11. qui caprina facie, ac cruribus hircinis depingitur. V. Serv. ad Ecl. II. 31. Herodot. II. 46. Eust. ad Dionys. Perieg. 995. Schol. Aristoph. Ran. 232. qui Rheae dicitur πάρεδρος. V. Schol. Pind. O. Pyth. III. 139. & hinc idem, qui Sol habetur. V. G. Cuper. Harpocrat. p. 88. A quo Pane igitur inventa sit fistula, non definio. In montibus a Terambo inventa dicitur Antonino lib. cap. XXII. Met. a Mercurio Σύριγξ μεσαύλαμος, a Sileno πολυκάλαμος, a Marsya κηρόδετος inventa dicitur, ut ex Athenaeo discimus lib. IV. cap. ult. p. 184.

1 TYRRHENUS HERCULIS F.] Hic a Pausan. lib. II. cap. 21. pag. 158. vocatur Herculis & Lydae mulieris filius, quam Omphalen fuisse docet ex Dionysio Halic. Cl. Kuhnius.

2 TUNC ILLE, QUIA EX EORUM] Barthius hunc locum ita censet emendandum: *tunc ille, quia ex eorum numero decesserat, concha.* Sed in emendatione ista nihil est, quod cum sequentibus cohaereat: & si decessit ipse, quare convocabat? Legendum mea sententia: *tunc ille, quom quis ex eorum numero decesserat*, hoc est, si quis fuerat defunctus & mortuus, tunc ipse dabat signum, & convocabat vicinos, ut viderent, non devorari eum, sed tradi sepulturae. SCHEFF. Barthius ad Stat. Tom. III. p. 505. legit: *Tunc ille, ubi qui ex eorum numero decesserant.* Schefferus: *Tunc ille, quum quis ex eorum numero decesserat.* Schefferi conjecturam praeferam. MUNCK.

3 CONCHA BUCCINAVIT] Κογχύλῃ ἐ. σάλπιζε. ἐπεὶ δὲ παρὰ Τυρσηνῶν ἐρίθησαν αἱ σάλπιγξες, ἐπαύθη ἡ τῇ κογχύλῃ σαλπίζειν. MUNCK.

4 TYRRHENUM MELOS] Et σάλπιγξ Τυρσηνὴ Euripidi in Phoenissis. Ridicule tubae inventionem tribuit Tirtaeo Horatii vetus commentator in Artem. Virgil. AEn. VIII. 526. *Tyrrhenusque tubae mugire per aethera clangor.* Vide ad eum versum Servium. Cum Servio faciunt Clemens I. Strom. p. 306. Pollux lib. IV. 11. & Plinius VII. 56. De Tyrrheno & Lydo quae Servius narrat ad lib. I. vers. 71. enotari merentur. *Consilium igitur*, inquit, *habuerunt, ut partiti turbam, quam alere non poterant, alternis diebus abstinerent à cibis, luxibusque vacarent: atque hac lascivia excogitaverunt talorum tesserarumque jactus pilaeque lusum, & tibiae modulationem, & concentum symphoniae tubarumque, quibus advocati cives facilius tolerarent jejunium.* Pro *advocati* in Servio procul dubio reponendum *avocati*. Hieron. lib. II. ep. 7. ed. Canis. *Sudans messor psalmis se avocat.* Apul. I. Met. *Fabulae festivitate nos avocavit.* Non dissimile vitium occupavit Cyprianum Tract. II. de habit. Virginum. *Hanc sectari salubre, & adversari ac negligere letale.* Repono, *at aversari.* Caeterum de talorum tesserarumque jactu diversum sentiunt Isidorus lib. XVIII. cap. 60. Herod. lib. I. Schol. Eurip. ad Orest. vers. 432. Stat tamen ab Hygino Tzetzes ad Lycophron. p. 198. Lactantius porro ad Stat. VI. Theb. vers. 404. *Meleum Tyrrhenorum imperatorem*, Plinius autem *Piscum Tyrrhenum* tubae aeneae facit inventorem. Sed in Statiano interprete pro *Meleus* rescribendum esse *Maleus* ex ipso discet ad lib. IV. vers. 224. De variis tubarum generibus vide Eustath. ad Iliad. Σ. Aliam tubae inventionis causam adsignat Isidor. lib. XVIII. 4. Etiam τετρασώλινα invenerunt:

tubicines cantant, & amici convocantur, teſtandi gratia, eum neque veneno, neque ferro interiiſſe. Cornicines autem claſſici invenerunt. Afri & AEgyptii primum [6] fuſtibus dimicaverunt, poſtea Belus Neptuni filius gladio belligeratus eſt, [7] unde bellum eſt dictum.

## CCLXXV.

runt Tyrrheni, unde τύρσεις dicta τὰ τείχη, ut annotat Tzetzes in Lycophron. pag. 117. ed. Steph. MUNCK. De talorum ac teſſerarum luſu agentis Servii a Munckero citati verba inluſtrat Herodotus I. 94. a quo diſſentit parum Athenaeus lib. I. cap. 14. & cap. 15. qui latius de primis aleae & talorum inventoribus diſputat, cui adde H. Junium II. Animadv. cap. 4. p. 87. & quos laudat Vir Eximius in Vanno Critica cap. VIII. pag. 269. De Tubarum inventoribus variae variorum ſunt ſententiae. Cum Servio & Polluce a Munckero citatis confer Athenaeum lib. IV. cap. ult. p. 184. Schol. Ariſtophan. Ran. 133. ſed & lege Cerdam ad Virg. VIII. AEn. 526. De Minerva tubae inventrice agit Potter. ad Lycophron. 915. Tria tubarum genera fuiſſe docet Schol. Sophoclis in Ajace vs. 17. εἰσὶ γὰρ Λιβυστικαὶ σάλπιγγες, εἰσὶ Αἰγύπλιοι, εἰσὶ Τυρσηνικαί. πρῶτος δ' Ἀρχίλοχος συμμαχῶν τοῖς Ἡρακλείδαις ἤγαγεν εἰς Ἔλιν τὴν Τυρσηνικὴν σάλπιγγα. Idem teſtatur Schol. Eurip. Phoeniſſ. 1386. ſed ibi Ἀρχίδας pro Ἀρχίλοχος ſcribitur. Qui cum Scholiaſte Homeri Iliad. Σ. v. 219. docet, Veteres in bello Trojano nondum tuba fuiſſe uſos; Homerum itaque, & poſt eum Euripidem, ut in Troad. 1267. & Rheſo, 144, 989. & alibi per prolepſin de tuba feciſſe mentionem ſtatuendum. Amazonas tuba fuiſſe uſas contra Iſidorum docet P. Petitus de Amazonibus cap. 27. in fin. De tibiae, lyrae & tubae uſu in bello v. Plut. de Muſica Tom. II. p. 1140. & A. Gell. I. II. N. A. Sed de hiſce agendi hic non eſt locus. Ut autem Tubarum, ſic etiam *Tibiarum* varii feruntur eſſe inventores. Troezenii ajunt ab Ardalo Vulcani filio eſſe inventam. V. Pauſan. lib. II. cap. 31. p. 184. & Plut. de Muſica p. 1133. cum alii Thebanis alii Phrygibus id inventum tribuant. Vide quae dixi ad fab. 165.

5 QUOD EXEMPLUM] Haec pro adjectamentis habeo, uſque ad iſta verba, *Afri & AEgyptii*. Certe etiam quod additur de cornicibus, ineptum videtur. SCHEFF. Haec, ut & quae ſequuntur, uſque ad illa, *Afri & AEgyptii*, pro adjectamentis habet Clar. Scheiferus. Non ita viſum fuit Victorio, qui Varlorum lib. IX. cap. 14. illa, quae de Romanorum conſuetudine haec narrantur, adducit; nec Kirchmanno, qui itidem Fun. Rom. Lib. II. 4. hunc Hygini locum laudat MUNCK.

6 FUSTIBUS DIMICAVERUNT] Plinius: *Praelium Afri primum fecere contra AEgyptios fuſtibus, quos vocant phalangas.* Confer Diodor. lib. III. p. 183. Alardi Epiphyll. cap. XI. MUNCK.

7 UNDE BELLUM EST DICTUM] Pro Gloſſematis haec habet Barthius ad Stat. Tom. II. 889. Dubito nonnihil. Ecce enim eadem legas apud Caſſiodor. Var. I. 30. *Poſtea Belus ferreum gladium primus produxit, à quo & bellum placuit nominari.* Quae quiſque arma invenerit, docet Servius ad AEn. IX. 505. ubi inter alia habes: *Arcas gladium longiore lamina produxiſſe; Peleus primus machaeram inveniſſe narratur.* MUNCK. Ab Arcadibus, & in urbe Mantinea inventam eſſe arma tractandi artem docet Ephorus apud Athenaeum lib. IV. cap. 13. p. 154. Gladios longiore lamina primus invenit non Arcas ſed Lycaon Arcas, machaeram Peleus, & curvum gladium Perſeus, ut multi dixere. Pluribus de armorum inventoribus agit Servius ad IX. AEn. 505. Theſſalos lanceam inveniſſe dicit Schol. Eurip. Hippol. 221. Hellanicus Lemnios arma bellica primos fabricaſſe tradit apud Schol. Apoll. Rhodii lib. I. Argon. vs. 608. & Tzetzen ad Lycophron. vs. 462. hinc Vulcano ſacra Lemnos, in qua dicitur eſſe ἐργαστήριον Ἡφαίστου, ὅθεν ἡ καπνὸς πυρός. V. Schol. Soph. Philoct. vs. 796, & 982. cui adde Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 520. nam fabulam, unde Vulcano ſacra haec inſula ſit, ut docet Schol. Homeri Iliad. A. vs. 590. explicat Heraclides Ponticus in Allegor. Homeric. p. 446, 447.

Ad

## CCLXXV. *Oppida qui quae condiderunt.*

[1] Jovis in India Thebas Thebaidos, [2] nomine nutricis ſuae: quae Hecatompylae adpellantur, ideo quod centum portas habent. [3] Minerva in Chalcide Athenas, quas ex ſuo nomine adpellavit. [4] Epaphus

## Ad CAP. CCLXXV.

1 Jovis in India Thebas Thebaidos] Hic deſunt pluſcula. Nam Thebae portarum centum non eſt in India, ſed AEgypto, quod ex Plinio eſt certum. Deinde, quomodo ex nomine nutricis diceretur Hecatompylae? imo reddit ipſe aliam ſtatim cauſſam ejus appellationis. Deeſt ergo nomen factum ex nomine nutricis. Id quod ſuſpicor eſſe *Leucothene*. Videndus eſt Plinius lib. v. c. 9. SCHEFF. Atqui AEgyptias has faciunt alii, & ab Oſiride exſtructas volunt. Hom. Iliad. I. 382. Θήβας Αἰγυπτίας appellat. Ad quem locum Scholiaſtes: Τὰς τῶν καλουμένας Διόσπολιν. Hoc ex Strabonis lib. XVII. habet. Diodorus Lib. I. Τὰς δὲ Θήβας καὶ Διόσπολιν τὴν κύτην φασὶ ὑπάρχειν. Euſeb. Praep. p. 29. de Oſiride: Κτίσαι τε πόλιν ἐν τῇ Θηβαΐδι Ἑκατόμπυλον, ἣν τινας μὲν Διὸς πόλιν, οἱ δὲ Θήβας προσαγορεύειν. Thebais provincia AEgypti eſt. Marcellin. lib. XXII. p. 421. ed. Boxh. *Tres provincias AEgyptus fertur habuiſſe temporibus priſcis, AEgyptum ipſam, & Thebaidam, & Libyam.* Liberat tamen à culpâ Hyginum Turnebus Adverſ. XXI. 9. ubi ſuperior AEgypti pars, quam Thebaida dictam apud Tzetzen in Heſiod. legi, quomodo etiam India dici potuerit, nos docet: & rectè *Thebaidos*, non *Thebaidas*, legit. Thebais contermina Indorum genti. Anonymus in deſcriptione orbis, quam Godofredus edidit cap. 18. de Alexandriâ. Ἐπὶ κεφαλῆς δὲ ἔχουσα Θηβαΐδα Ἰνδῶν χθόνα, καὶ λαμβάνουσα πάντα περίχωρα. Iſidorus lib. XV. cap. I. Boeotias & AEgyptias Thebas eodem auctore extructas vult: quod legere haud memini uſquam alibi. Confer Tzetzen in Heſiod. Ἔργ. qui pag. 49. edit. Heinſ. Thebas ternas enumerat, ut & Diaconus ad Scut. vers. 49. Servius ad AEn. IX. 697. Schol. Juvenal. ad Sat. XV. vers. 6. *Thebas trans AEgyptum dicitur Liber condidiſſe.* Nempe Bacchus idem eſt, qui Oſiris. MUNCK. Plures fuere Thebae. Quatuor enumerat Schol. Lucani lib. VIII. vs. 852. Novem fuiſſe hujus nominis urbes affirmant Stephanus Byzantinus de Urbib. & Pop. & Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. vs. 248. Cauſſam docet Salmaſius de L. Hellen. pag. 362. Thebas vero hecatompylas fuiſſe Thebas AEgyptias docet idem Euſtathius, & Thebas urbem AEgyptiorum, populi etiam antiquiſſimi, fuiſſe primam ac vetuſtiſſimam docent Critici ad Apoll. Rhod. IV. Arg. vs. 262. in qua prima regum AEgyptiorum ſedes fuiſſe, & quam muro cinxiſſe Oſiris, imo univerſa olim AEgyptus *Thebae* fuiſſe vocata traditur. Vide Iſ. Voſſ. ad Melae lib. I. cap. 9. lin. 106.

2 Nomine nutricis] Quaerit Schefferus, quomodo de nomine nutricis Hecatompylae ſint dictae. Ego exiſtimem Thebas eum velle dictas à nutrice, cui nomen *Thebe* fuerit. Sanè à Thebe dictas Thebas Tzetzes ad Lycophron. quanquam ibi eam non nutricem fuiſſe Jovis, ſed à Jove conſtupratam narrat p. 180. ed. Stephan. Alii Jovis filiam fuiſſe volunt. Tzetzes ibidem: Λύκῳ δὲ σὺν τῇ θεᾷ Θηβῶν ἱερεῖ, ᾧ τὰ καλὰ Δώκαλίωνα Ζεὺς μιγεὶς Ἰοδάμα δ' (leg. τῇ) Τιτανῇ δ' Ἀμφιτρύωνι, χθονὶ θάλλω, ὧν δίδυσιν Ὠγύγην, ἀφ' ἣ Ὠγυγίη ἡ Θήβη. Ogygias autem Thebas eſſe AEgyptias ibidem idem docet Grammaticus, ut & Euſtathius ad Dionyſ. p. 36. Caeterum eos, qui à filiâ Jovis Thebe dictam illam urbem tradiderunt, ſequutus eſt Servius ad AEn. III. 466. *Jupiter quondam Thebae filiae duas columbas* &c. Ita omnino legendum, non *Hebae*, ut editum hactenus. Firmat eam lectionem efficaciter Sillus extremo libro III. *Nam cui dona Jovis non divulgata per orbem, In gremio Thebes geminas ſediſſe columbas?* Quem locum nobis ſuggeſſit doctiſſimus Jacobus Perizonius, cui & emendatio illa venerat in mentem, quanquam τὰ *filiae* vel tollere mallet, vel mutare in *nutricis*. MUNCK. Rectè percepit Auctoris mentem Munckerus. Originem veram nominis *Thebes* tamen Boeoticae ignorant Mythographi. Sic Thebae Boeoticae ſive Heptapylae, de quibus mox agit Hyginus, juxta Stephanum Byzantinum a Thebe Promethei filia, juxta alios a Thebe Aſopi, & quidem Boeotii, & Meropes filia dictae ſunt, vide Pauſan. lib. II. cap. I. & cap. 5. Schol. Pindari Olymp. Od. VI. 144. ad Od. Nem. IV. vs. 36. ad O. Iſthm. I. vs. 1. A Thebe Zethi uxore dicit Apollodorus lib. III. pag. m. 179. Juxta alios *Thebae* iſtae a Cadmo Phoenice conditae nomen adeptae ſunt a *Thebis AEgyptiis*. Vid. Schol. Eurip. Phoeniſſ. vs. 641. & Conon. Narrat. XXXVII. apud Photium pag. 446.

Junio-

phus Jovis filius in AEgypto Memphim. Arcas Jovis filius in Arcadia [5] Trapezunta. Apollo Jovis filius Arnas. * [6] Eleuſinus Mercurii filius Eleuſinem. Dardanus Jovis filius [7] Dardaniam. Argus Agenoris filius Argos. [8] Cadmus Agenoris filius Thebas Heptapylas, quae ſeptem portas [9] habuiſſe dicitur. Perſeus Jovis filius [10] Perſeida.

Juniores volunt a Phoenicia aut Hebraea voce notante arcam, i. e. navem initar arcae, qua Cadmus in Graeciam trajecerit. Conſule Salmaſ. ad Solinum pag. 717. & Spanh. ad Callim. H. Del. vs. 87. ubi & aliorum de hujus nominis origine ſententias videbis.

3 MINERVA IN CHALCIDE ATHENAS] Illud *in Chalcide* non concoquo. Neceſſe eſt, ut abſit quidpiam, quod nunc non excogito. Nam Chalcis alias nihil pertinet ad Athenas. Meurſius in de Fort. Attica, citans hunc locum, legit *in Attide*. Forſan ſcripſit, *in Hellade*. Alterutrum horum certe hic ſcribendum eſt. SCHEFF. Scribo, *Attbide*. quod & Meurſio eſſe viſum in de Fort. Atticâ didici ex Schefferi notis in hunc locum. Apollodorus lib. III. *A filiâ ſuâ Attbide regionem cognominavit Cranaus*. Eadem habet Juſtin. lib. II. 5. Hieronymus Chron. *Cranaus indigena, ex cujus filiae Attidis nomine Attica nominata*. Hoc cum vero non bene convenire fortè videatur, cum ab Atthide non Attica, ſed Atthis potius dicenda ſit. Euſtath. in Dionyſ. (vs. 623.) Ἀτθὶς δὲ ἡ καὶ Ἀθηνᾶς χώρα λέγει, ἡ Ἀτθίς. Τῶν μὲν λέγει Ἀτθίδα τὴν Δηναεὺς Κραναοῦ &c. Tradunt tamen idem Strabo & Pauſanias. Adde Tzetzen in Lycophron. p. 88. Sidon. carm. v. *Attbis mel*, *Phoenix palmas*, *Lacedaemon olivum*. Iſidorus Lib. XV. I. in *Hellade* à Cecrope conditam tradit. quod idem eſt. Hellada enim propriè veram eſſe Graeciam volunt, quae nunc Attica, Acte prius dicta, ut loquitur Solinus cap. XII. MUNCK. Prius Actaea, deinde Attica dicta ab Atthide Cranai filia, de qua Pauſan. lib. I. cap. 2. pag. 7. & de Atthide celeb. P. Burm. ad Ovid. I. M. 588.

4 EPAPHUS MEMPHIM] Conſule noſtrum cap. 149. Apollod. Lib. II. p. 62. Clemens Strom. Lib. I. ejus urbis conditorem Apin facit. Sed ille idem, qui Epaphus. MUNCK.

5 TRAPEZUNTA] Suſpicor & ante hoc vocabulum lacunam eſſe. Nam Pauſanias & alii conditorem hujus urbis nominant Trapezum. SCHEFF. Ante hoc vocabulum intercidiſſe quaedam cenſet Cl. Schefferus. Non ego. Vide cap. 176. MUNCK.

6 ELEUSINUS] Mallem, *Eleuſines*, ut habet Pauſanias. SCHEFF. Cl. Schefferus, *Eleuſines*. Sed vide notas ad cap. 147. ubi *Eleuſinum* appellat oppidum. MUNCK.

7 DARDANIAM] *Dardanum* appellat Servius ad AEn. VIII. 134. *Dardanumque*, inquit, *oppidum in regione Dardanid*. Sane Δάρδανον Diodorus quoque lib. IV. & V. vocat. Euſtath. ad Iliad. β. pag. 267. Δαρδανία eſt τόπος τις. Δάρδανος πόλις. Nec aliter Stephanus docet. Sed Δαρδανίαν urbem appellant cum Hygino Hom. Schol. ad Iliad. Υ. vers. 215. Conon cap. 21. Tzetzes in Lycophron. p. 18. ut *Dardaniam* Hieron. Chronicis Euſeb. Meſſala Corvinus Lib. de Progenie Auguſti, & Iſidor. Lib. XV. I. MUNCK. *Dardaniam* urbem adpellat etiam Schol. Euripidis in Oreſte vs. 1392. Δαρδανία δὲ πόλις πλησίον τῆς Τροίας, ἀπὸ Δαρδάνου βασιλεύσαντος ἐκεῖσε. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 524. poſtquam inſulam Samothracen *Dardaniam* eſſe dictam docet, addit ἐλέγετο δέ ποτε Δαρδανία ἀπὸ τοῦ Δάρδανου, ὃς ἐκ τῆς καθαλυσμοῦ διεκομίσθη σαῦτα εἰς τὰς Τρωικὰς τόπους. Hujus loci incolae *Dardani* vocantur, non *Dardanenſes*. Idem ad vers. 1138. οἱ Δαρδανεῖς, Ἰδιικὸν ἔθνος. οἱ μέντοι Δάρδανοι, Τρωϊκόν.

8 QUAE CADMUS] Illud *quae* delendum, quia huc eſt tractum ex ſequentibus. SCHEFF. Illud *quae* ex ſequentibus malè huc trajectum. Dele una cum alteriſco. MUNCK.

9 HABUISSE DICITUR] Lege, *dicuntur*. niſi in praecedentibus mavis *Thebam heptapylam*. Apollod. lib. III. p. 145. Γαμεῖ δὲ Ζηθὸς Θήβην, ἐξ ἧς ἡ πόλις Θῆβαι. Fuit illa Thebe nata ex Aſopo & Metope Ladonis filia, ut vult Schol. Pind. ad Iſthm. od. I. Dicta illa urbs etiam ἑπτάπυλος Θήβη, ut notum eſt ex Pindari & Euripidis Scholiaſtis, ſicut Μυκήνη & Μυκῆναι. Heſiod. Aſp. 49. Θήβῃ ἐν ἑπταπύλῳ. Adde quae ſcripſit Euſtath. ad Hom. Iliad. p. 373. Senec. OEdip. vers. 112. *Reſpicis terras, miſerandа Thebа*. Apulejus Graecatur Lib. III. Met. *Thebas heptapylos acceſſimus*. MUNCK. De re Spanh. ad Callim. H. Del. 87. Nec neceſſe eſt, ut cum Munckero legas *dicuntur*. Conſule celeb. J. Perizon. ad Sanctii Minerv. lib. II. cap. IX. §. 4.

10 PERSEIDA] Nullum inveni oppidum eo nomine, niſi in Macedoniâ apud Liv. lib. XXXIX. cap. 54. A Perſe filio hujus Perſei dictos eſſe Perſas quidam voluere. Vide Euſtath. in Dionyſ. pag. 131. Suſpicor tamen ſcribendum *Perſida*.

da. Caſtor & Pollux Jovis filii [1] Dioſcorida. Medus AEgei & Medeae filius [2] in Ecbatanis Medam. [3] Nilus Solis filius Carmentum. * Liber in India [4] Hammonem. Ephyre nympha Oceani filia [5] Ephyren, quam poſtea Corinthum adpellarunt. Sardo Stheneli filia Sardis. [6] Cinyras Paphi filius filiae ſuae nomine Smyrnam. [7] Perſeus Jovis filius Mycenas. Semiramis Dercetis filia [8] in Syria Babylonem.

CCLXXVI.

*ſida.* Sanè à Perſeo dicta *Perſis*, ut idem Scholiaſtes notavit. p. 27. Forte & oppidum aliquod idem, quod tota regio, habuit olim nomen. Perſeis Macedonica à Perſeo dicta eſt non Jovis, ſed Philippi filio. MUNCK.

1 DIOSCORIDA] Mallem, *Dioſcoriadem.* Sic enim habent Strabo atque Stephanus. SCHEFF. *Dioſcorum* appellat commentator barbarus barbari libelli Ovidii vetulae. Cl. Schefferus ex Stephano & Strabone emendat *Dioſcoriada.* Iſidorus Lib. XV. 1. *Dioſcoriam* dicit. unde fecerim *Dioſcoridam* vel, quod verius forſan, *Dioſcoriadam*, terminatione Latinâ. *Dioſcorias* illa urbs etiam à Solino nominatur cap. 25. & à Caſtoris & Pollucis aurigis condita dicitur. Aurigae illi fuerunt Rhecas & Amphiſtratus. Vide Euſtath. ad Dionyſ. p. 92. Amphitus & Telchius ſunt Ammiano, apud quem iſta invenio lib. XXII. p. 389. ed. Boxh. *Dioſcurias nunc uſque nota; cujus auctores Amphitus & Telchius Spartani traduntur, aurigae Caſtoris & Pollucis, à quibus Heniochorum natio eſt inſtituta.* MUNCK. Lege *Dioſcoriadem* ſive *Dioſcuriadam.* conſule Cellarii Geographiam Antiquam lib. III. cap. IX. §. 17.

2 IN ECBATANIS MEDAM] Nimis etiam haec corrupta ſunt. Nullam urbem Medam reperio. Praeterea Ecbatana non eſt regio, ſed urbs, & caput Mediae, quod vel ex Curtii lib. V. c. 8. notum. Itaque illud *Ecbatanis* habeo ſuſpectum. Mox pro *Medam* ſcribo *Mediam.* De Media à Medo, ſive Medeae, ſive alterius filio appellata ſcriptores fere conveniunt. Illud annotatione dignum, quod in titulo promittantur conditores oppidorum; & quae hactenus memorata ſunt, oppida fuere. An & oppidum eſt Mediae regionis, cujus nomen cum ipſa commune? Num vitium hujus loci majus, & nonnulla deſunt? SCHEFF. *Mediam* rectè Cl. Schefferus. Sed cur dubitaret, an urbs regioni cognominis inveniretur, cauſa non erat. *Medeam* appellat eam Juſtinus lib. XLII. 3. *Mediam* Iſidorus Orig. lib. IX. cap. 2. & lib. XV. cap. 1. *Medus autem AEgei filius Mediam conſtruxit: unde & regio ejus Mediae nomen ſortita eſt.* Adde notas noſtras ad cap. 27. MUNCK.

3 NILUS SOLIS FILIUS CARMENTUM] Foediſſime haec omnia ſunt depravata, vitio librariorum. Nullus Nilus eſt Solis filius, nullum oppidum Carmentum. An ſcripſit noſter *Camirus ſolis filius Camirum*? SCHEFF. Suſpicatur ſcribendum Cl. Schefferus, *Camirus Solis filius Camirum.* Quam conjecturam mirificè confirmant, quae Natalis ſcribit lib. V. cap. 17. *Ea inſula*, inquit, *dicta eſt poſtea Tripolis, quia tres Rhodi & Solis filii, Lindus videlicet, Camirus, Ialyſus nomina urbibus à ſe conditis dederunt.* Putes reſpexiſſe Pindarum Olymp. VII. qui tamen illos tres non filios Solis, ſed nepotes facit. Editi nimirum hi tres erant Cercapho Solis filio, ut & Diodorus memorat lib. V. p. 329. Ceterum interim Camirum oppidum à Camiro conditum, ut loco modo laudato etiam Pindarus tradit. Natalis, ut opportunè, dum haec ſcribo in mentem venit, hauſit ſua ex Tzetz. in Lycophron. p. 149. ed. Steph. Λίνδ῟ ἡ καὶ Ἰάλυσ῟ καὶ Κάμειρ῟, πόλεις εἰσὶ Ῥόδ῟, ἀπὸ τ῀ ἰδίων Ἡλίᾳ καὶ Ῥόδῳ καὶ Ποσειδῶν῟. leg. Ῥόδης τ῀ Ποσειδῶν῟. Niſi & ille ἰδίους pro nepotibus poſuit. *Rhoden* appellat quoque Hom. Schol. ad Odyſſ. P. vers. 208. Scribendum ergo *Rhodes* apud Natalem. MUNCK. De hac urbe Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 504. Qui tamen errat, docens urbem Camirum a Graecis per ι, Herois vero nomen per Diphthongum ει ſcribi. Ipſe Herodotus nos aliud docet lib. I. cap. 144. αἱ πάντι πόλιες, Λίνδ῟, καὶ Ἰηλυσός τι καὶ ΚΑΜΕΙΡΟΣ καὶ Κῶς τι καὶ Κνίδ῟. Hunc errorem ex aliis etiam auctoribus jam detexit Cellarius lib. III. Geogr. Ant. cap. II. §. 35. De hac urbe, & heroe plura Meurſius lib. I. in Rhodi deſcriptione cap. 4, 5, 6, 7, 9. 10. & alibi.

4 HAMMONEM] De Hammoniis & urbe *Hammone* vide Herodotum l. II. c. 42. & lib. III. c. 25. & ſeqq. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. 211. & Cellarii Geograph. Antiqu. lib. IV. cap. II. §. 11. De Deo Hammone egimus ad fab. 133.

5 EPHYREN] Scribe *Ephyraean* cum Pauſania in Corinthiacis. SCHEFF. *Ephyraeam* corrigit Cl. Schefferus, quod ita Pauſanias habeat. Nihil opus erat. Vide quae notavi ad cap. 221. Quibus addo, quae Hom. Scholiaſtes habet ad Iliad. N. 301. Ἴσίων δὲ Ἐφύρας εἰσὶ τέσσαρες, μία μὲν ἡ καθ᾽ Θεσπαλίαν, δευτέρα δὲ ἡ καθ᾽ ταὐτὸ Ἠπείρου. Τρίτη δὲ ἡ Ἠλείᾳ. Schol. Pind. ad Nem.

## CCLXXVI. *Insulae maximae.*

MAURITANIA posita ad solis occasum in circuitu stadia LXXVI. AEgyptus in sole & austro posita, [9] quam Nilus circumlavat, circuitu stadia * [10] Sicilia in triscelo polita, circuitu stadia [1] XXXDLXX.

Nem. od. 7. Τέτακται δὲ ἀνὰ μέσον τῆς Ἐφύρας, πρώτου μὲν τοῦ κόλπου Κορινθίου ἀνομασθῆναι, ἐτέρου δὲ, τοῦ πρὸς Θετταλίαν. Τρίτον δὲ πρὸς Μῆλον, ἧς Ἱππίας μνημονεύει. Τετάρτου τοῦ ἐν Θεσπρωτοῖς. Scrib. Ἦλιν pro Μῆλον. Vell. I. 3. *Corinthum, quae antea fuerat Ephyre.* Hieronymus Chron. *Ephyra, quae nunc Corinthus à Sisypho est.* Adde Gell. lib. XIV. cap. 6. Corinthus autem dicta postea à rege Corintho, teste Heraclid. πρὸς πολ. *Ephyraea* apud Pausaniam, ut rectè observavit Sylburgius, regionis est nomen, non urbis. Urbs *Ephyre* dicitur Straboni, Stephano, aliisque, quos jam laudavi. Caeterum *Ephyren* urbis hujus auctorem alii non Oceani, sed Epimethei faciunt filiam. Vide Schol. Apollon. IV. 1212. Stephani verba sunt: Ἀπὸ Ἐφύρης δ' Μύρμηκος, ἡ Ἐπιμηθέως γυναικός. Videtur corrigendum ex Apolloniano Scholiast. Ἐφύρης ἡ Μύρμηκος &c. Eumelus illam Ephyren Epimethei uxorem facit. Eustath. ad Hom. Iliad. p. 219. Ἐκαλεῖτο δὲ φασι ποτὲ ἡ Ἔφυρα, ἀπὸ Ἐφύρης τινὸς Ἡρωίνης. MUNCK.

6 CYNARAS PAPHI FILIUS] Legendum puto, *Cinyras.* Cinyrae profecto filia fuit Myrrha. Porro Myrrha & Smyrna idem. Inde Smyrnium herba, quia refert Myrrhae odorem. Et noster supra c. 58. scribit *Smyrna*, ubi alii *Myrrha*, quae proinde scriptura ibi videtur servanda. SCHEFF. Ita rescripsi pro *Cynaras*, ex Ovid. X. Met. vers. 297. & nostro supra cap. 58. Κινύρης enim Graecis est. MUNCK.

7 PERSEUS JOVIS FILIUS MYCENAS] Consule Pausan. lib. II. cap. 15. p. 144. Tzetzen ad Lycophron. 838. Interpr. ad Strabon. lib. VIII. pag. 579. A Myceneo Spartonis filio Mycenas conditas docet Schol. Euripidis in Oreste 1248. Schol. vero Homeri Iliad. B. 569. a Mycene nomen habere *Mycenas* tradit. Consule tu Lector Pausan. lib. II. cap. 16. pag. 146. & Hygino adsentieris, qui sequitur etiam Apollodorum lib. II. cap. IV. §. 4. A Cyclopibus urbis muros esse ductos refert Schol. Euripidis in Oreste vs. 966. Imo & Pausanias l. l. pag. 147. Quae fabula quomodo intelligenda sit, docebunt Servius ad VI. AEn. 630. Schol. Homeri Iliad. B. 559. Lactant. ad Statii I. Thebaid. 251, 630. & Schol. Apoll. Rhodii I. Arg. 763. & ita Tirynthis urbis moenia exstruxisse Cyclopas credidit vetustas, quorum ingentis magnitudinis lapides refert Pausanias lib. II. cap. 25. p. 169. Homerus *Argos* & *Mycenas* distinguit, quem sequitur Sophocles in Electra 1488. quae post Homeri tamen tempora pro iisdem sumi consuerunt. Consule Schol. Soph. ad ejusdem dramatis vs. 4. & Strabon. lib. VIII. p. 579. Homerum imitatur Horatius lib. I. Od. VII. vs. 9. *Aptum dicet equis Argos, ditesque Mycenas.* ubi τὸ *dites* exprimit Homericum πολυχρύσους. Vide Schol. Soph. Electr. vs. 9.

8 IN SYRIA] Hoc est, Assyriâ. Vide Leonem Allatium in Eustath. Hexaem. p. 7. Et Eustath. in Dionys. pag. 102. ed. Steph. Contra *Assyria nardus* pro *Syria* ab Horatio dicitur lib. II. Od. XI. MUNCK. Consule de hac urbe, ejusque conditore Salmas. Exercitat. Plinian. pag. 866. 867. Et Jac. Perizon. in Origin. Babylonicis cap. VII. pag. 91. hinc vero Semiramis Syra vocatur a Plutarcho in Amatorio Tom. II. pag. 753. ἡ δὲ Σύρα Σεμίραμις ἀλήτις. De hac Semiramide Scheffer. ad AElian. lib. VII. V. H. cap. I.

## Ad CAP. CCLXXVI.

9 QUAM NILUS CIRCUMLAVAT] Capella Lib. VI. *Cujus* (AEgypti) *inferiorem situm Nilus dextra laevaque divisus amplectitur, ut AEgyptum Nili possis vocare insulam.* Eustath. in Dionys. p. 34. Ἐς πεδίον δὲ καλὸν ὕδασι ῥ' Αἰγυπτος, ὅτι ἡ κοίλη νῆσος ἐστὶ τοῦ λίγυ). MUNCK.

10 SICILIA IN TRISCELO POSITA] Quid hic est *triscelum*? Τρισκελὶς apud Graecos, quod tria habet crura. Num usurpavit noster pro tripleuro, aut trigono, id est eo, quod tria habet latera, vel tres angulos? Vulgo triquetram positionem ejus esse dixerunt. SCHEFF. Memini hoc vocabulum etiam alibi legisse. Sed locus mihi excidit. Isidorus Orig. XX. 4. Τρισκελὴς *Graecè, Latinè tripedes dicuntur.* An *Triscelum* ergo pro trigono posuit? Possis parvâ mutatione rescribere *triquetro.* Servius ad AEn. I. 200. *Latinè Triquetra dicitur.* Lucret. I. *Insula quae triquetris terrarum gessit in oris.* Aliter *Deltoton* eam positionem appellarunt. Vide nostr. Astron.

[1] XXXDLXX. * Sardinia in circuitu ſtadia XCCI. Creta in [2] longitudine * & oppida utraque parte centum poſſidet, circuitu ſtadia XXC. Cyprus poſita eſt inter AEgyptum & Africam, ſimilis ſcuto Gallico, * circuitu ſtadia XLIC. [3] Rhodos in rotundo poſita, circuitu ſtadia XXC. Euboea conſimilis arcui circuitu ſtadia XXCC. Corcyra, ager bonus, circuitu ſtadia XXC. Sicyon ager bonus, circuitu ſtadia mille centum. [4] Tenedos inſula contra Ilium circuitu ſtadia MCC. [5] Corſica, ager peſſimus, [6] circuitu ſtadia MCXX. [7] Cyclades inſulae ſunt

31. 19. Nihil tamen muto. Ampl. Spanhemius in de Nummorum praeſtantiâ pag. 144. *Vulgo in nummis urbium Siciliae tria crura notum regionis inſigne ſolent denotare.* Quo accedit, quod latera etiam σκέλη vocent Graeci. Theo in Aratum p. 31. Τὸ δὲ διλίτερὸν τρίγωνόν ἐστιν ἰσοσκελὲς, ἐκ ἰσοπλεύρου. Caeterum ambitus Siciliae ex Diodori ſententiâ eſt ſtadiorum ὡς τετρακισχιλίων τριακοσίων ἑξηκοντα. Apud Solinum cap. XI. *Ambitum claudit tribus ſtadiorum millibus.* MUNCK.

1 XXXDLXX] Numerum hunc cum ſequentibus habeo ſuſpectos. Doceant nos, qui veterem numerorum ſcribendorum rationem tenent. SCHEFF.

2 LONGITUDINE * ET OPPIDA] Haec non mutila, ſed trajecta ſunt, & ſic conſtituenda: *Creta in longitudine & utraque parte oppida centum poſſidet, circuitu ſtadia XXC.* SCHEFF. Haec non mutila ſed trajecta cenſet Cl. Schefferus. & ita conſtituit: *Creta in longitudine & utraque parte oppida centum poſſidet, circuitu ſtadia XXC.* MUNCK.

3 RHODOS &c.] Errare heic Hyginum oſtendit Meurſius in Rhod. lib. 1. cap. 10. MUNCK.

4 TENEDOS INSULA] *Tenos.* MICYLL. Servius ad AEn. II. 21. *Tenedos inſula eſt contra Ilium, quae ante Leucophrys dicta eſt.* Idem Diodorus extremo libro quinto & Euſtath. ad Iliad. β. p. 233. referunt. Adde quae notavi ad cap. 108. Perperam Cycladum unam facit Cragius, dum vertit Heracliden τῆς πολ. Heſych. Τένεδος, πόλις Τρωϊκὴ ἢ νῆσος. Τενέδου à quibuſdam dictam notat Hom. Schol. ad Iliad. N. 33. MUNCK.

5 CORSICA AGER PESSIMUS] Catal. Pith. lib. 1. *Barbara praeruptis incluſa eſt Corſica ſaxis, Horrida deſertis undique vaſta locis.* Dionyſius tamen ἀγαθὴν appellat. Σαρδὼ δ' ἐρυθρὴν, καὶ σὺν καλὴ ἀγαθῇ Κύρνῳ. Etiam *Corſis* dicta haec inſula. Priſcian. Perieg. *Cernuntur littora Cyrni, Corſida quam pariter geminato nomine dicunt.* Conſer Euſtath. in Dionyſ. pag. 65. De Sardiniâ, Cretâ, Cypro & Rhodo conſule Georg. Agathem. à Clariſſimo Tennullio, amico noſtro, nuper editi cap. 5. qui de ſitu & ſpatio earum quaedam non aſpernanda habet, ſed multum ab Hyginianis abeuntia. MUNCK.

6 CIRCUITU STADIA MCXX] Capella Lib. VI. *Circuitus ejus omnis diſtenditur millibus trecentis viginti quinque paſſuum.* Conſer AEthici Coſmograph. ſub finem. MUNCK.

7 CYCLADAS] *Ideo ſic appellatas, quod omnes ambiunt Delon patriam deorum inſignem*, ut ait Marcellin. Lib. XXII. MUNCK. Adde Serv. ad III. AEn. 126. Lact. ad Statii II. Achill. 193. Schol. Ariſtoph. Equit. 170. & Spanh. ad Callim. H. Del. 3.

8 MICOS] *Myconos.* MICYLL. Plinio eſt *Miconos*, item Pomponio Melae, qui & pro *Tenedos* habent *Tenos.* SCHEFF.

9 MICOS, TENEDOS, TARDOS] Optime ex Strabone emendat Micyllus, *Myconos, Tenos, Paros.* Vide Strabonem lib. X. p. 550. edit. Xylandri. Firmat hanc emendationem Ovid. Heroid. XX. *Et jam tranſieram Myconon, jam Tenon & Andron, Inque meis oculis candida Delos erat.* Et Schol. Apollon. ad lib. I. vers. 1300. Τίτυος Ἡρακλῆς ἀνεῖλε ὕστερον τοῦ Τῆνον τὴν νῆσον, ἢ πρότερον Δῆλον. Vellejus Lib. I. 4. *Multaſque in AEgaeo Icarioque occupavere inſulas, Samum, Cbium, Andrum, Tenum, Pharum, Delum, aliaſque ignobiles.* An *Parum* ſcribendum pro *Pharum*? Sed Ampelius cap. 6. qui duodecim Cycladas cum Euſtathio in Dionyſ. p. 75. numerat, utramque *Paron* & *Pharon* inter eas recenſet. Quod autem *Tenedos* inter Cycladas ab Iſidoro lib. XIV. 6. Ampelio cap. 6. & Oroſio Lib. I. recenſeatur, nihil me movet, qui ſaepicule id genus ſcriptores ἀκριβομανίᾳ peccare non nefciam. MUNCK. Pro *Micos* Celeb. P. Weſſeling. ad Antonini Itinerar. p. 523. legit *Ieos.*

10 GYARUS, TARDOS] *Paros.* MICYLL. Pro *Tardos*, quod eſt nihili, ſcribendum *Paros* videtur. At Gyarus non eſt inter Cycladas, ſed Sporadas, ſi Melam audimus: Neque aliter facit Plinius. An ſcribendum *Syrus*? SCHEFF. Cl. Schefferus *Syrus* mallet, quod à Mela & Pli-

sunt novem, id est Andros, [8] [9] Micos, Delos, Tenedos, Naxos, Seriphus, [10] Gyarus, Tardos, [11] Rhene.

## CCLXXVII. *Rerum inventores primi.*

[12] PARCAE Clotho, Lachesis, Atropos, invenerunt literas graecas septem A. B. H. T. I. Y. * Alii dicunt Mercurium, ex gruum volatu: quae cum volant, literas exprimunt. [13] Palamedes autem Nauplii filius invenit aeque [14] literas undecim * [15] Simonides literas aeque

Plinio inter Sporadas numeretur Gyarus. Sed Artemidorus apud Strabonem Lib. x. etiam Cycladibus *Gyarum* accenset, ut & Ampelius exscriptor Veterum. MUNCK.

11 RHENE] *Rheniam* vocat Strabo lib. x. MICYLL. Micyllus *Rhenia*. Nihil est necesse. Vide Pompon. lib. II. cap. 7. MUNCK. Thucyd. lib. I. cap. 13. lin. 97. de Polycrate Sami tyranno dicit τὴν Ῥήνειαν ἐλὼν ἀνέθηκε τῷ Δηλίῳ. ubi Schol. μίαν τῶν Κυκλάδων ἡ Ῥήνεια. De qua Interpr. ad Strabon. lib. x. p. 744. Nihilominus cum Munckero nihil muto.

## Ad CAP. CCLXXVII.

12 PARCAE] Cur literarum inventio illis tribuatur, causam reddit Vossius Lib. de quatuor artibus popularibus cap. 2. MUNCK. Juxta Schol. Homeri Iliad. Σ. vs. 593. *Alpha* litera prima ante ceteras inventa dicitur, & ideo hoc nomine insignita, nam ἀλφαίνειν notat *invenire*, & ἄλφι, *honorem*. Ptolem. Hephaestio. lib. v. apud Photium pag. 486. hanc literam omnibus esse ab Hercule praepositam in honorem Alphei fluvii docet. Ubi & de aliis literis nonnullâ videri possunt. Boeotii dicunt, Cadmum hanc literam ceteris praeposuisse, quia ἄλφα *bovem* linguâ Phoenicum notat. Plutarch. Symposiac. lib. IX. Quaest. 3.

13 PALAMEDES UNDECIM] Tacitus XI. Annal. *sexdecim* fuisse ait. Vide Voss. Art. Grammat. lib. I. cap. 10. Scholiasten Eurip. si audimus ad Orest. vers. 432. *Septendecim* scribamus oportet. Οὗτος, inquit, ὁ Παλαμήδης λέγει ζήτησιν ις γράμματα μέσα τότε εὗρε. Sed pro ις non malè ιτ reponit Vossius. Nam sexdecim cum Tacito ei etiam attribuit Tzetzes Chil. v. 28. MUNCK. De Palamede Schol. Aristoph. Ran. 1499. Schol. & Stanlei. ad AEschyli Prom. V. 458, 459. De literis a Palamede inventis Plut. Symposiac. IX. Quaest. 3. Tom. II. p. 738. & Casaub. ad Suetonii Claudium cap. 41. & quomodo literas invenerit Palamedes, Philostrat. cap. X. Heroic. §. 3. qui docet nondum bello Trojano literas fuisse inventas, ut & cap. II. Heroic. §. 14. Invenit Palamedes & tesseras juxta Pausan. lib. II. c. 20. p. 155. οἱ δὲ (Τύχῃ) Παλαμήδης κύβους εὗρεν ἀνέθηκεν ἐς τοῦτον τὸν ναόν. Pluraque alia, de quibus agit idem Philostratus cap. X. Heroic. §. 1.

14 LITERAS UNDECIM] Mallet Vossius in de Arte Grammatica legere *sexdecim*. SCHEFF.

15 SIMONIDES LITERAS AEQUE QUATUOR Ω. E. Z. Φ.] Alii ω, η, ζ, ψ. MICYLL. An haec sana sint, valdè dubito. Maximus Victorinus in Corpore Vett. Gram. p. 1944. *Post cum Simonidem Elegum totidem v. ζ. e. t.* Vide apud illum reliqua. Plinium audiamus lib. VII. cap. 56. *Literas semper arbitror Assyrias fuisse; sed alii apud AEgyptios à Mercurio, ut Gellius; alii apud Syros repertas volunt; utique in Graeciam intulisse è Phoenice Cadmum sedecim numero: Quibus Palamedem Trojano bello adjecisse quatuor. hac figurâ. Θ. Ξ. Φ. Χ. totidem post eum Simonidem Melicum Z. H. Υ. Ω.* Patet, opinor, hinc in Victorino scribendum esse *Melicum*. Phaedrus lib. IV. cap. 21. *Simonides qui scripsit egregium melos.* Non enim *Elegum* dicere voluisse Simonidem arbitror propterea quod threnos, sive naenias optimè scripserit. Nam ἴαγε- *est luctus & lamentatio*, ut ait Horat. Scholiastes ad Artem. Unde *Elegum* pro misero dixit Abbo. & *Elegiam maestam* Auson. Parental. 29. Stobaeus Sermon. II. pag. 32. Σιμωνίδης ὁ μελοποιός. Suidas: διαφέρει τοῦς Σιμωνίδου τὰ μελῶν ποιητοῦ. Schol. recent. Pind. ad Olymp. 2. Σιμωνίδης ὁ λυρικός. Schol. Horat. ad lib. II. od. 2. *Simonides Graecus poëta Lyricus.* Marcellin. lib. XIV. *Ut enim Simonides Lyricus docet, beatè perfecta ratione victuro ante alia patriam esse conven't gloriosam.* Confer Isidor. lib. I. cap. 38. Minutius Felix: *Quid Simonidis Melici nonne admiranda omnibus & sectanda cunctatio?* Servius de Palamede ad AEn. II. 81. *Secundum quosdam ipse reperit literas. quae res si forte sit dubia, tamen certum est Θ. Φ. X. ab hoc inventos cum aspiratione.* Adde quartam ξ ex Plinio Tzetzes inter alias literas vocales longas à Simoni-

aeque quatuor ω. ε. ζ. φ. [1] Epicharmus Siculus literas duas π. & ψ. Has autem Graecas [2] Mercurius in AEgyptum primus detuliſſe dicitur, [3] ex AEgypto Cadmus in Graeciam, quas [4] Euandrus profugus ex Arcadia in Italiam tranſtulit, quas mater ejus [5] Carmenta in Latinas commutavit [6] num. xv. * Apollo in cithara caeteras adjecit: idem Mercurius & palaeſtram mortales primus docuit. [7] Ceres fruges ſerere, boves domare, & alumno ſuo Triptolemo fruges ſerere demonſtravit. qui cum [8] ſeviſſet, & ſus, [9] id eſt porcus, quod ſeve-

monide inventas refert H & Ω. Exiſtimem ergo in Hygino, ut ei cum Plinio & Tzetze conveniat, pro ῑ reponendum ῆ. MUNCK. Literam ζ inveniſſe dicitur Zetes Calai frater ab Auctore Etymol. M. ut docet Celeb. P. Burm. Cat. Arg. in *Zetes*.

1 EPICHARMUS SICULUS LITTERAS DUAS, Π ET Ψ] Alii Θ & X. MICYLL. Pro Π puto ſcribendum, Ξ, ita conveniret Tzetzes, quanquam ipſe addat tertium Z. SCHEFF. Plinius: *Ariſtoteles duas ab Epicharmo additas* Θ. X. *quam à Palamede, mavult.* Videtur ergo etiam corrigendus Hyginus ex Plinio. Tzetzes tres duplices ei tribuit Z. Ξ. Ψ. MUNCK. Celeb. J. Perizonius Plinium erraſſe, & Φ & X inventa eſſe ab Epicharmo putat ad AElian. II. V. H. 34. De ipſo hoc viro egere Theocritus Idyll. XVII. & Menagius ad Diogen. Laert. III. 9, 10. VIII. 78.

2 MERCURIUS] Apollodorus Athenienſis apud Hom. Scholiaſten ad Odyſſ. ψ. 198. Τέσσαρα μέγιστα γράμματα inveniſſe Mercurium narrat. MUNCK.

3 EX AEGYPTO CADMUS IN GRAECIAM] E Phoenicia in Graeciam literas a Cadmo tranſlatas eſſe ſtatuunt. Nam Cadmus creditur fuiſſe Phoenix. Vide Herodot. lib. II. cap. 49. Pauſan. lib. VII. pag. 494. Eurip. Phoeniſſ. vs. 6. Lact. ad Statii II. Theb. 73. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 907. Salm. de L. Hell. pag. 416. qui & hinc litteras φοινίκια γράμματα dictas docet. adde Plut. lib. IX. Sympoſiac. Quaeſt. 3. & Celeb. P. Weſſeling. ad Simſonii Chronic. pag. 190. in primis vero Conon. Narrat. 37. apud Photium pag. 444, 445. Mox cum Munckero ſcribendum puto *numero* XVI. Plutarch. Sympoſiac. l. l. τὰ δὲ δὴ πρῶτα ἡ φοινίκεια λεγὰ Κάδμου ἐπεμαθόντα τετράκις ἑ τέτταρες γενεαῖς παρίχει. Vide Menag. ad Diogen. Laert. lib. VII. Sect. 56. & Cuper. Apoth. Homer. pag. 40, 41. Antiquiores Graeci Phoeniciis literis habuiſſe dicuntur, quas Pelaſgicas vocabant, de quibus J. Palmerius lib. I. Graec. Antiqu. cap. 9.

4 EUANDRUS P. E. A. IN IT. T.] Has doctus ab Hercule, ut Juba apud Plutarchum Quaeſt. Rom. Tom. II. pag. 278. γράμματα τὰς πρὸς Εὔανδρον ἰδίδαξεν Ἡρακλῆς, ὡς Ἰόβας ἱστόρηκε.

5 CARMENTA] Ovidio, Servio, Virgilio, Capellae & Solino eſt *Carmentis*, ut Καρμάνδης Straboni. Nicoſtrata erat nomen ejus κύριον. Carmentem autem dictam ajunt, quia carminibus vaticinabatur, ut placet Servio ad AEn. VIII. 51. Sed alii, quod, ut fatidica, careat mente. Rectius illi forte, qui à Carmenis ejus nomen deducunt. Erant autem Carmenae Deae, quae primae ſcirent hominem natum, eique canerent futura; de quibus Varro conſulendus. Mercurii quidam filiam faciunt apud Servium, ad modo laudati libri vers. 130. Alii ex Mercurio peperiſſe eam Euandrum tradidere. In antiquis verſibus de repertoribus literarum apud Crinit. Lib. XVII. de honeſt. Diſcipl. *Mente Phoenices ſagaci literas condiderunt Atticas: Quas Latini ſcriptitarunt, edidit Nicoſtrata.* MUNCK. Janus Graecus ex Perrhaebia oriundus dicitur Italorum linguam & mores mutaſſe. Plut. Quaeſt. Rom. Tom. II. pag. 269. De nomine *Carmentae* latiſſime diſputat idem pag. 278. eamdem & Themidem fuiſſe inter alia docens.

6 NUMERO XV.] Si in tot Latinas eas commutavit, quot in Graeciam attulit Cadmus, ſcribendum eſt XVI. Marius Victorinus Lib. I. *Repertores literarum Cadmus ex Phoenice in Graeciam, & Euander ad nos tranſtulerunt a, b, ç, d, e, i, k, l, m, n, o, p, q, r, ſ, t, literas numero* XVI. Adde Mekerchum in de pronunciatione Linguae Graecae cap. 12. Voſſ. Gram. Art. lib. I. cap. 10. & 25. MUNCK.

7 CERES FRUGES SERERE] Duo verba poſtrema puto expungenda, quia huc tracta ſunt ex verſu ſequenti. SCHEFF. Ὡς τὸ αὐτὸ cum ſtultè dicatur, ſcribe, ut Clar. Scheſſerus voluit, *Ceres boves domare, & alumno ſuo Triptolemo fruges ſerere demonſtravit.* MUNCK.

8 SEVISSET] Ita rectè Lugdunenſis & Scheſferi editio. Perperam caeterae *ſertiſſet*. Si nihil aliud, certe illud *ſeverat*, quod ſequitur ſtatim, ita eſſe reſcribendum nos doceret. Aliud, judice

ſeverat, effodiſſet, ſuem comprehendit, & duxit ad aram Cereris: & frugibus ſuper caput ejus poſitis, eidem Cereri inmolavit. Inde primum inventum eſt, [10] ſuper hoſtias molam ſalſam inponere. Velificia primum invenit Iſis. nam dum quaerit Harpocratem filium ſuum, rate velificavit. Minerva navem biproram Danao aedificavit, in qua AEgyptum [11] fratrem profugit.

*Deſunt nonnulla.*

dice Voſſio, *ſero ſertus*, aliud *ſero ſevi*. Idem ergo vitium eſt in Servio ad Lib. 1. Georg. vers. 19. *Orbem terrarum frugibus obſeruit.* Lege, *obſevit.* Obſervat tamen Gronovius à Vett. *Inſertus*, *conſertus* & *tranſertus* pro inſitus, conſitus, & tranſitus dicta, Diatrib. Stat. cap. 5. Ἀγχαίζει ergo vetus interpres Epiſt. ad Rom. cap. XI. 24. *Contra naturam inſertus es in bonam olivam.* MUNCK.

9 ID EST PORCUS] Gloſſatoris hoc videtur. SCHEFF. Dele iſta cum Scheffero. Inter infinitas gloſſas, quibus hoc ſcriptum eſt oneratum, etiam haec reponenda. Caeterum ex hoc Triptolemi facto ortus procul dubio mos ille porcos immolandi in Cereris initiis; de quo Varro inter alios Lib. II. R. R. meminit. MUNCK. AEgyptii Lunae & Baccho porcas mactarunt. Herodot. II. 47, 48. Graeci Cereri & Baccho. Schol. Ariſtoph. Ran. 341. Potter. ad Lycophron. 77. De cauſſa, cur Veneri porca fecerint Graeci, egere Euſt. ad Dionyſ. Perieg. 852. Spanh. ad Ariſtophan. Plut. 1025. Cur tamen multi e Graecis Veneri ſuem non inmolarint, docebunt Feſtus in voce *Suillum.* & Schol. Ariſtoph. Acharn. 794.

10 SUPER HOSTIAS MOLAM SALSAM PONERE] Servius ad AEn. IV. 57. *Olim enim beſtiae immolatae dicebantur molâ ſalſâ tactae: cum vero ictae & aliquid ex illis in aram datum, mactatae dicebantur* &c. MUNCK.

11 FRATREM PROFUGIT] Curt. X. 2. *Servi dominos profugere.* Senec. Agamem. vers. 121. *Vel Mycenaeas domos Conjuncta ſocio, profuge furtiva rate.* Vide ibi ſummum virum J. F. Gronovium, & Herc. Fur. 977. Hippol. vers. 243. & 835. quaeque notavi ad Lactant. Argum. Lib. VII. fab. 4. MUNCK.

FINIS.

Iſido-

Iſidorus in de Nat. Rerum,
cap. XVII.

*Dicunt antiqui Aratus & Hyginus, Solem per ſeipſum moveri, non cum mundo verti uno loco manentem.*

Sarisberienſis Policrat. lib. II.
cap. XVIII.

*Eorum, qui ſcientiam profitentur aſtrorum, alii opinionis errore prolabuntur ad fabulas, in quo deprehenditur & Hyginus.*

C. JUL. HYGINI

# POETICON ASTRONOMICON.

Digitized by Google

# [1] C. JUL. HYGINI [2] POETICON ASTRONOMICON.

[3] *De Mundi & Sphaerae ac utriuſque partium declaratione*

## LIBER PRIMUS.

## [4] HYGINUS [5] M. FABIO [6] PLURIMAM SALUTEM.

[7] ETSI te ſtudio grammaticae artis inductum, non ſolum [8] verſuum moderatione, quam pauci perviderunt, ſed hiſtoriarum quoque varietate, qua ſcientia rerum perſpicitur, praeſtare video, quae facilius

### Ad Praefat. LIB. I.

1 C. JULII HYGINI &c.] Inſcriptionem nullam veteres habere codices, quos duos praeſtantiſſimos contulit Morellius, nudam tantum epigraphen, *Hyginus M. Fabio* &c. niſi quod melior codex addat, *plurimum ſalutis*, teſtatur ipſe Morellius in Notis, quas ex bibliotheca fratris ſui, viri celeberrimi, Dn. Bar. Bartholini communicavit mihi ſummus vir, idemque amiciſſimus, Dn. *Thomas Bartholinus*. Librorum quoque nullam ait in eis eſſe partitionem, neque capitum, tantum hic & illic initia majuſculis litteris eſſe notata. Plane ſicut fit & in editione Sanctandreana, An. 1589. publicata, id eſt annis undeviginti poſt Morellianam, ad quam proinde expreſſa videtur. Neque tamen poſſum credere, auctorem ipſum quoque operi huic titulum indidiſſe nullum, quia inſolens hoc apud veteres, nec ipſi etiam conveniens negocio. Potius hoc in codicibus quibuſdam puto factum, quod ejuſdem argumenti continerent plures alios ſcriptores. Ideo nec rejiciendum temere, & ob ſolos codices Morellianos, puto, quem ex aliis codicibus non minus bonis pridem publicarunt alii. De libris & capitibus major poteſt eſſe dubitatio, cum praeſertim auctor ipſe mentionem faciat voluminis unius tantum. Verba ſunt in praefatione: *Neque enim magnitudinem voluminis, ſed rerum multitudinem peritos convenit ſpectare.* Ubi cum loquatur de volumine tanquam unico, non voluminibus pluribus, id in libros diviſiſſe plures vix videri poteſt, licet etiam Volaterranus codices ſecutus receptos & vulgares, opus hoc in libros quatuor Hyginum ſcribat diviſiſſe. Sed nec diſtinctio in capita ipſi indicata, *verſus* tantum multos nominat in verbis proxime praecedentibus SCHEFF. Cum nec duo Morelliani codices, nec quatuor illi, quos cum editis contulit Janus Vlitius, hanc habeant inſcriptionem, quin à recentiore profecta ea manu ſit, nihil eſt quod dubitemus. Editio Veneta anni CIↃCCCCLXXXII. quà antiquiorem haud putem inveniri, iſtam praefert: *Clariſſimi viri Hyginii Poeticon Aſtronomicon, opus utiliſſimum feliciter incipit.* MUNCK. Nec, quos inſpexi, codices agnoſcunt.

2 POETICON ASTRONOMICON] Miror, hanc retentam pleriſque ſcriptionem, itaque factum, ut appellent vulgo, etiam eruditi, *poëticum Aſtronomicum*. Voſſius in de Script. Lat. lib. 1. c.

lius etiam ſcriptis tuis perſpici poteſt, [1] deſiderans potius ſcientem quam liberalem judicem: [2] tamen quo magis exercitatus, & nonnullis etiam ſaepius in his rebus occupatus eſſe [3] videor, ne nihil in adoleſcentia laboraſſe dicerer, & inperitorum judicio deſidiae ſubirem crimen, [4] hoc velut rudimento ſcientiae niſus [5] ſcripſi ad te, non ut inperito monſtrans, ſed ut ſcientiſſimum commonens:

Sphaerae figurationem, circulorumque qui [6] in ea ſunt notationem, & quae ratio fuerit, ut non aequis partibus dividerentur.

Praeterea, terrae mariſque definitionem, & quae partes ejus non habitantur, ut multis juſtiſque de cauſſis hominibus carere videantur, ordine expoſuimus.

Rurſuſque redeuntes ad ſphaeram, duo & quadraginta ſigna nominatim pernumeravimus.

Exinde uniuſcujuſque ſigni hiſtorias cauſſamque ad ſidera perlationis oſtendimus.

Eodem

20. *primum memorat ipſe in Poëtico Aſtronomico.* & de Idol. lib. II. c. 28. *in veteri editione Hygini, Aſtronomici lib. IV.* Meurſius lib. I. c. II. de Reg. Att. *Hyginus in Poëtico Aſtronomico.* Salmaſius ad Solinum p. 6. *Hyginus in Aſtronomico Poëtico* &c. & ſic alii. Atqui non convenit, *libri Aſtronomicon* niſi Graece intelligas, & in fine ſcribas cum ῶ, ita, ut τὸ *Aſtronomicon* genitivus ſit pluralis. Verus ergo titulus operis *Aſtronomica poëtica.* Et *Aſtronomica* quidem, quia continet, quae ad aſtra ſpectant. *Poëtica* vero, quia ſimul fabulas adjunctas habet, quales poetae de cauſis illorum aſtrorum primaque generatione ſunt commenti. Alii tamen alios fecere titulos. Turnebus non uno loco nominat libros *de ſignis coeleſtibus.* Apud Natalem Comitem alicubi recordor vocari libros *de Stellis.* Micyllus in praefatione ſua vocat *Aſtronomica*, quod eſt rectius. SCHEFF. Hoc eſſet, Ποιητικῶν Ἀστρονομικῶν, ſi conſtaret hoc opuſculum eſſe ab Hygino ipſomet in libros quatuor tributum. Verum cum ſerie id continua in vetuſtis codicibus perſcriptum deprehenderint cum Vlitius, tum Morellius, *Poeticon Aſtronomicon* cum dicitur, σύνταγμα exiſtimem, vel opus, vel ſimile quid ſubaudiendum eſſe. Ad eundem ſanè modum dicta ſunt *Halieuticon Ovidii*, *Cynegeticon Gratii*, *Ponticon Solini*, immo & *Aſtronomicon Manilii*, de quo Scaliger videndus. MUNCK.

3 De Mundi et Sphaerae] Specialis hic eſt titulus, qualem praemittit unicuique libro. Ita liber ſecundus inſcribitur *de ſignorum coeleſtium hiſtoriis*, tertius, *de deſcriptionibus formarum coeleſtium.* Et haec priſca ratio in talibus. De qua dixi aliqua in Notis meis ad Mauritii Strategicon. Unde quoque ſuſpicor, non eſſe admodum recentem hanc in libros diſtinctionem, licet forte non Hyginum ipſum habeat auctorem. SCEHFF.

4 Hyginus] Sine praenomine, quod notandum. Nec videtur aliter fuiſſe in Mſ. Micylli, ex quo fabulas edidit. Ideo ipſe in praefat. *Argumentum ab Hygino (ſic enim inſcriptus is erat) tractabatur.* Non alt *a C. Julio Hygino*, ſed ſimpliciter *Hygino.* ut non ſit neceſſe C. Julium ſtatim intelligere, Hygini nomine audito, firmeturque, quod de Hygino noſtro, ejuſque a C. Julio Hygino differentia in diſſertatione mea pluribus oſtendi. SCHEFF.

5 M. Fabio] Non Quintiliano, ſed alii, quod & ipſum jam oſtendi, praedicta in diſſertatione. SCHEFF.

6 Plurimam Salutem] Ita & Vlitt. 3. & editio princeps, hoc eſt, Veneta illa modo laudata. MUNCK. Ita & duo Voſſiani ac d'Orvill. ſed tertius, *Iginus Fabio ſuo ſalutem.* Ceterum *Iginus*, & *Iginius* pro *Hyginus* ſcribitur etiam in Codd. Servii ad I. AEn. 277.

7 Etsi studio] Sanctandreana', quae ſequitur Morellianam, *Etſi te ſtudio.* Probo, ſi hoc modo habent libri veteres. Sed quia dubito, mallem illud *te* poſt *praeſtare* ponere, ut omiſſum ob ſimilitudinem praecedentis ſyllabae. SCHEFF. Confirmant eam lectionem praeter Venetam etiam 3. ex Vlitianis codicibus. Perperam τὸ *te* expulerunt nonnulli. MUNCK.

Eodem loco nobis utile viſum eſt, perſequi eorum corporum 7 deformationes, & in his numerum ſtellarum.

Nec praetermiſimus oſtendere ad ſeptem circulorum notationem quae corpora aut partes corporum pervenirent, & quemadmodum ab his dividerentur.

Diximus etiam in aeſtivi circuli definitione, quaerentes, quare non idem hiemalis vocaretur: & quid eos fefellerit, qui ita ſenſerint: & quid in ea parte ſphaerae ſolis efficiat curſus.

Praeterea, quare circulos in octo partes divideremus, ordine expoſuimus.

Scripſimus etiam, quo loco circulus aequinoctialis foret conſtitutus; & quid efficeret ad eum perveniens ſol.

In ejuſdem circuli demonſtratione oſtendimus, quare Aries inter ſidera celerrimus diceretur.

Pauca praeterea de hiemali circulo diximus.

Exinde

MUNCK. Agnoſcunt & tres mei.

8 VERSUUM MODERATIONE] *Modulatione* cum Marone Ecl. x. quemadmodum heic à manu ſecundâ in A. exhibitum vilitur; vel *meditatione* cum Auſonio epigr. 1. dixiſſent potius alii. Invenies tamen apud Horat. Lib. 1. od. 24. *Auditam moderere arboribus fidem.* Et Cicer. v. Tuſcul. *Moderari cantus numeroſque.* Immo Jul. Firmicus Aſtron. lib. VI. cap. 31. planè, ut Hyginus: *Haec genitura divinum lyrici carminis poetam reddit, qui choreas Libero, redimitus edera, religioſi carminis moderatione componat.* MUNCK. Omnes codices Voſſiani ac d'Orvillii agnoſcunt *Moderatione* quod facile admitti poteſt. Conſule Celeb. P. Burm. ad Ovidii XI. Met. 154. pro *varietate* Voſ. tert. *Varia aetate.* Pro *tuis* Voſ. ſec. *ſuis* ſed ſupra notatum erat *tuis.*

1 DESIDERANS POTIUS &c.] Ad ſcientiam, quam in Fabio laudat, referenda iſta exiſtimo, ne diſtorta evadat oratio. MUNCK.

2 TAMEN QUOD MAGIS EXERCITATUS] Pro *tamen legendum* puto *tum.* SCHEFF.

3 VIDEAR, NE NIHIL] Conjunctionem & prior codex non habet, abeſſeque poteſt. *Morellus.* SCHEFF. Dele copulam & cum Venetâ, altero ex Morellianis, & 3. Vlitianis. MUNCK. Duo Voſſ. prim. & tert. *Videor, ne.* quam lectionem vulgatae praefero. Non enim neceſſe eſt, ut hic ſubjunctivus retineatur modus. Praeterea copulam delevi. nam & d'Orvillii *videar, ne.* qui & pro *exercitatus* habet *exercitus* quae verba ſaepius in Mſſ. confunduntur. Adiſis cl. Oudendorp. ad Frontin. lib. II. Strateg. cap. 1. n. 30.

4 HOC VELUT] *Haec velut* Veneta. Quaſi per appoſitionem dixiſſet Hyginus, *haec ſphaerae figurationem* &c. ut *haec tantam falſitatem* Fulgent. lib. III. cap. 6. Vide ibi animadverſiones noſtras. MUNCK. Pro *dicerer* paullo ante MS. d'Orvillii *videer.*

5 SCRIPSI AD TE, NON UT IMPERITO MONSTRANS &c.] Haec diſtinctio non videtur idonea, maloque pro puncto comma & hic, & in ſequentibus poſt *commonens* ponere, quia mea ſententia cohaerent, *ſcripſi ad te Sphaerae figurationem.* In Morelli uno fuit, *non monſtrans ut imperitum*, quod explicat, *ad te, ut imperitum non ſcripſi monſtrans, ſed commonens.* Puto veram lectionem, *ſcripſi ad te non ut imperitem, monſtrans ſ. u. ſ. c.* ultima littera in voce *imperitem* eſt extrita, ob ſimilitudinem ſequentis. *Imperitem* autem antique, pro *imperitum*, ut ſaepe SCHEFF. Apul. Apol. *Admonendus es mihi, non docendus.* Ad quem locum conſule Pricaei notas. MUNCK.

6 IN EA SUNT] Voſſ. tert. *In eo ſunt.* d'Orvill. pro *notationem, notitionem* &c. pro *dividerentur* Tert. *divideretur.* pro *habitentur* in MS. d'Orvillii alia manu emendatum erat *Labitentur.* pro *rurſuſque red.* tres Voſſiani & *rurſus red.* & pro *quadraginta*, iidem *triginta.* ut & d'Orvillii.

7 DEFORMATIONES] H. e. μορφώσεις, formas. Infr. lib. II. cap. 4. *In Aſtris corpora eorum deformavit.* Cap. 13. *Videntur deformati* &c. Admodum frequens Hygino iſta phraſis. Confer

Exinde [1] zodiacum circulum definivimus, & ejus effectus: & quare potius duodecim ſigna quam undecim [2] numerarentur: quid etiam nobis de reliquis circulis videretur.

[3] His propoſitis rebus, ad id loci venimus, ut exponeremus, utrum mundus ipſe cum [4] ſtellis ſuis verteretur, an, mundo ſtante, vagae ſtellae ferrentur: & quid de eo nobis & compluribus videretur, & qua ratione ipſe mundus verteretur.

Praeterea quare nonnulla ſigna celerius exorta ſerius occiderent: nonnulla etiam, caeteris tardius exorta, citius ad occaſum pervenirent: [5] quare etiam quae ſigna pariter oriantur, non ſimul occidant.

Eodem loco diximus, quare non eſſent in ſphaera ſuperiori interioribus hemicycli aequalia: & quot modis ſtellas videre non poſſimus.

Praeterea ſcripſimus in duodecim ſignorum ortu quae de reliquis corpora exoriri, & quae eodem tempore occidere viderentur.

Deinde ordine perſcripſimus, utrum ſol cum mundo fixus verteretur, an ipſe per ſe [6] moveretur, & cum ipſe per ſe moveatur, & contra duodecim ſignorum ortus eat, quare videatur cum mundo [7] exoriri & occidere.

Deinde protinus de Lunae curſu pauca propoſuimus: & utrum ſuo, an

Scalig. ad Manil. p. 32. MUNCK. In Voſ. 1. *Viſum utile.* Mox *viderentur* pro *dividerentur.*

1 ZODIACUM] D'Orvillii Codex *Zodiacon.*

2 NUMERARENTUR] Male Editio Schefferi *Numerentur.* Mox pro *propoſitis* Voſſ. prim. & tert. *praepoſitis.* ut cl. Schefferus edidit. pro *& complur.* Voſſ. 1. *ex complur.* non male. *Quaque ratione* edidit Schefferus, cum, quos inſpexi, Codices habeant *& qua rat.* pro *quare nonnulla* Voſſ. 2. *nonnulla quare.*

3 HIS PRAEPOSITIS REBUS, AD ID LOCI] Modius Novant. Lect. cp. 11. *Poſſuerat ille haud dubie, pro aetatis ſuae elegantia: His poſitis, ad id loci.* Sed non perſuadet, qui ſcimus, uſum noſtrum paſſim genere plebejo loquendi, & non uno loco demonſtramus. SCHEFF.

4 STELLIS SUIS] *Suis* abeſt d'Orvilliano. pro *caeteris tardius* idem *tardius caeteris.*

5 QUARE ETIAM QUAE SIGNA] *Signa quae* Vlitt. 2. MUNCK. Ita & Voſſ. 3. Pro *hemicycli* d'Orv. *hemicyclis.* pro *poſſimus* Voſſ. prim. *poſſumus.* item d'Orv. pro *duodecim* Voſſ. tert. *duodecimo.* pro *utrum ſol* tres Voſſiani & d'Orv. *ſol utrum.* Paullo ante *ordine* omiſſum erat in edit. Schefferi.

6 MOVERETUR ET CUM IPSE PER SE M.] Haec abſunt in utroque Morellii. SCHEFF. Abſunt Voſſiano primo. pro *eat* Voſſ. tert. *erat.* & *videatur* iterum omiſſum eſt in Ed. Schefferi. Verum ex ungue leonem. Schefferianae enim editionis, quibus ſcatet, vitia colligere non libet. pro *fefellerit eos* melius Voſſ. prim. *eos fefellerit.*

7 EXORIRI ET OCCIDERE] Modius inſerit *videatur.* Sed hoc ex fine periodi praecedentis hic intelligendum. SCHEFF.

8 CERTE ERRENT] Ita & Veneta & Vlitt. 3. Al. *certae.* Vide infr. lib. IV. cap. 14. MUNCK. Paullo ante pro *an ſeptem* Voſſ. tert. *an non. Certae* tres Voſſiani, licet aliquando difficilius diſtinguas *ae* ab *e* in Mſſ. ſaepe etiam pro *ae* ſimplex *e* ſcribentibus. Mox pro *priores aſtrologi* Voſſ. 1. *aſtrologi priores.* pro *dixerint* d'Orv. *dixerunt.* Indicativos & ſubjunctivos modos a Librariis ſaepius mutari docet Celeb. P. Burm. ad Sueton. Caeſar. cap. 68. & ad Nemeſiani Ecl. vr. vs. 37. Item cl. Oudendorp. ad J. Caeſarem lib. II. de B. Civ. cap. 32. *Quem ad finem adhuc res proceſſit, fortunamque, cur praeteream.* Et licet ſubjunctivus ſequatur, nihil obſtat, quo minus hanc lectionem pluribus Mſſ. confirmatam amplecti

an alieno lumine uteretur: Eclipſis Solis & Lunae quomodo fieret: quare Luna, per eundem circulum iter faciens, celerius ſole currere videatur: & quid fefellerit eos, qui ita ſenſerint.

Quinque ſtellae quantum habeant intervallum: & utrum quinque ſint an ſeptem: & utrum quinque [8] certe errent, an omnes: & quinque quomodo currant.

Diximus etiam qua ratione priores aſtrologi non eodem tempore ſigna & reliquas ſtellas reverti dixerint: & quare [9] metam diligentiſſime obſervaſſe videantur. & quid reliquos fefellerit in eadem cauſſa. In his igitur tam multis & variis rebus, non erit mirum aut pertimeſcendum, quod tantum numerum verſuum ſcripſerimus: neque enim magnitudinem voluminis, ſed rerum multitudinem peritos [10] convenit ſpectare. Quod ſi longior in ſermone viſus fuero, [11] non mea facunditate, ſed rei neceſſitate factum exiſtimato: nec ſi brevius aliquid dixero, minus idem valere confidito, quam ſi pluribus eſſet audiendum verbis. Etenim praeter noſtram ſcriptionem ſphaerae, quae fuerunt ab Arato obſcurius dicta, perſecuti planius oſtendimus: ut penitus id, quod coepimus, exquiſiſſe videremur. Quod ſi vel optimis uſus auctoribus effeci, ut neque brevius neque verius diceret [12] quiſpiam, non inmerito fuerim laudari dignus à vobis, [13] quae vel ampliſſima laus hominibus eſt, doctis: ſi minus, non deprecamur

plecti queamus. varios enim modos Noſtrum jungere ad caput ult. hujus libri oſtendemus.

9 METAM OBSERVASSE VIDEANTUR ] Vlitt. 4. *videatur*. Praeterea pro *metam* variè *metron*, *metan*, *meton*. Scribe, ut diſertim habuit codex Anonymi, *Meton diligentiſſimè obſervaſſe videatur*. Meton celeber Aſtrologus fuit, cujus praeter Columellam Praefat. Lib. 1. Vitruvium, Tzetzen ad Heſiod. *ἔργ. β.* p. 108. ed. Heinſ. alioſque etiam Servius meminit ad AEn. III. 284. MUNCK. Munckeri lectionem firmat Voſſianus tertius ſcribens *Meton d. o. videatur*. De hoc Metone Cenſorinus de Die Natali cap. 18. *Praeterea ſunt anni magni complures: ut METONICUS, quem METON Athenienſis ex annis undeviginti conſtituit.* Plura de eo dabunt, & ad plures, qui de eodem diſputarunt, lectorem ablegabunt Eruditiſſimi Viri ad AElianum lib. X. V. H. cap. 7. Mox pro *tantum* Voſſ. tert. *tanta*.

10 MULTITUDINEM PER NOS CONVENIT SPECTARE ] Probo emendationem Modii: *multitudinem peritos*. SCHEFF. Confirmant etiam lectionem Veneta, Soter, & 3. codices ex Vlitianis. MUNCK. Etiam Voſſ. tert. *peritos*.

11 NON MEA FACUNDITATE &c.] Ita & Veneta. Sed Vlit. 1. & A. *fecunditate*. hoc eſſet, ubertate orationis vel eloquentiae. Nova vox eſt *facunditas*, nec uſquam alibi, quod ſciam, occurrit, tametſi ad eandem formam à veteribus dicta ſunt *diſcorditas*, *differitas*, *dulcitas*, aliaque, de quibus Nonius. MUNCK. Vox *facunditas*, quam Cl. Munckerus neſciebat, an alibi occurreret, uſurpatur etiam Plauto Truc. II. 6. 13. ut ex Parei Lexico ac Fabri Theſauro conſtat. WOPKENS. Omnes Mei ac d'Orvillii *facunditate*. Non nova vox eſt, Munckere. Lexicographi enim jam docuerant, Plautum hac voce uſum eſſe in Trucul. Act. II. Sc. VI. vs. 13. *Facile ſibi FACUNDITATEM virtus argutam invenit.* Paullo ante pro *longior in ſermone* Voſſ. ſec. *in ſermone longior*. Mox pro *neceſſitate factum* idem *factum neceſſitate*.

12 QUISPIAM] *Quiſquam* Vlitt. 3. & A. MUNCK. Paullo ante Voſſ. ſecund. *effecit*. Voſſ. tert. *effecti*. *Quiſquam* Voſſ. prim. & d'Orvillii Cod.

13 QUAE VEL AMPLISSIMA LAUS HOMINIBUS EST, DOCTIS &c.] An ſcribendum, *Laus eſt, hominibus doctis*, ut cohaereat, *a vobis hominibus doctis*, i. e. qui eſtis docti homines. SCHEFF.

mur in hac confectione noſtram ſcientiam ponderari. Ideoque maſoribus etiam niti laboribus cogitamus, in quibus & ipſi exerceamur, [1] & in quibus volumus nos probare, quid poſſimus. etenim [2] neceſſariis noſtris hominibus ſcientiſſimis maximas res ſcripſimus: non levibus occupati rebus, populi captamus exiſtimationem. Sed ne diutius de eo quod negligimus, loquamur, ad propoſitum veniemus, & [3] initium rerum demonſtrabimus.

## I. *De Mundo & Sphaera.*

MUNDUS adpellatur is, qui conſtat ex ſole, [4] & luna, & terra, & omnibus ſtellis.

SPHAERA eſt ſpecies quaedam [5] in rotundo conformata, omnibus ex partibus aequalis adparens, unde reliqui circuli finiuntur. Hujus autem

SCHEFF. Cl. Schefferus diſtinguit, *Quae vel ampliſſima laus eſt, hominibus doctis.* ut cohaereant illa, *à vobis hominibus doctis.* Sed eandem ſententiam efficit diſtinctio Morellii. MUNCK. D'Orvill. *laus eſt h. d.*

1 ET IN QUIBUS VOLUMUS NOS PROBARE QUID POSSIMUS] Illud *quibus* abundat, poteſtque videri huc tractum ex ſuperioribus. Morellus notat, Salignacii codicem habere, *& quibus volumus, nos probare poſſimus.* Mox pro *neceſſaria*, unus *neceſſariis*, item pro *neceſſarias res ſcripſimus*, Salignacianus, *neceſſaria* reſcripſimus. SCHEFF. Faedè interpolatus locus iſte. Tolle protinus illud *in*, quod nec à MSS. Vlitianis, nec à Veneta vel aliis antiquioribus agnoſcitur. Deinde ſcito etiam τὸ *quid* non ab altero tantum Morelliano, ſed & 3. Vlitianis abeſſe. Et ſanè perquam venuſtè abeſt. Ordo enim eſt, *in quibus laboribus & ipſi exerceamur, & poſſimus probare nos illis, quibus volumus.* Miror neminem ex tot hujus libelli editoribus percepiſſe hactenus mentem auctoris. MUNCK. Paullo ante pro *etiam niti* Voſſ. 3. *initii.* Ceterum Munckeri lectionem probant tres mei Voſſiani & d'Orvillii Codex.

2 NECESSARIIS NOSTRIS] Ita non dubitavi reſcribere cum Veneta & altero ex Morellianis. Nec aliter in ſuis invenerat Vlitius. Perperam *neceſſarias* Morellus, vel *neceſſaria* Sanctandreana. Neceſſarii ſunt ἀναγκαῖοι. Curt. lib. VII. cap. 2. *Simpliciter ad neceſſarios ſuos quiſque ſcripſerat.* Salluſt. Jug. cap. 68. *Uti Romam ad ſuos neceſſarios aſpere in Metellum de bello ſcribant.* Vetus interpres Jobi cap. VI. 13. *Neceſſarii quoque mei receſſerunt à me.* Plenius *neceſſarii amici* dicuntur. Luc. cap. X. Actor. vers. 24. Συγκαλεσάμενος τὰς συγγενεῖς αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἀναγκαίους φίλους. Vet. Interp. *Convocatis cognatis ſuis, & neceſſariis amicis.* MUNCK. Graeci vocem φίλους paſſim addunt, ut Eurip. Androm. vs. 671. Τοιαῦτα λέκτρα τοὺς ἀναγκαίους φίλους.

3 INITIUM RERUM] *Initia rerum* Vlitt. 3. & A. MUNCK. Ita & Voſſ. primus. recte.

## Ad CAP. I.

4 ET LUNA ET TERRA] Quid hic facit terra, & quomodo ante ſtellas ponitur? puto noſtrum ſcripſiſſe, *& luna, & aethere, & ſtellis.* Mundum noſter ubique uſurpat pro coelo. Ita paullo ante: *Utrum mundus ipſe cum ſtellis verteretur, an mundo ſtante vagae ſtellae ferrentur.* SCHEFF. Cl. Schefferus emendat *& aethere*, quod mundum pro coelo uſurpet noſter. Capite tamen octavo terram in mundi regione collocat. Auctor libri de mundo, interprete Apulejo: *Mundus omnis ſocietate coeli & terrae conſtat, & eorum naturis, quae utriuſque ſunt.* Adoptavit eandem definitionem Cleomedes Lib. I. Κόσμος ἐστὶ σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις φύσεων. Nihil heic eſſe mutandum ſatis oſtendit Hygini compilator Iſidorus Orig. lib. III. cap. 28. *Mundus eſt hic, qui conſtat ex coelo & terrâ & mari cunctiſque ſideribus.* MUNCK. Nihil mutandum. Conſule Menag. ad Diogenis Laertii lib. VII. §. 137. Pro coelo ſaepiſſime abſolute ponitur a Poetis ac Philoſophis. Vid. Joh. Fred. Gronov.

autem ſphaerae neque exitus, neque initium poteſt definiri, ideo quod in rotundo omnes tractus & initia [6] & exitus ſignificari poſſunt.

## II. *De Centro.*

7 CENTRUM eſt, cujus ab initio circumductio ſphaerae terminatur, ac terrae poſitio conſtituta declaratur.

## III. *De Axi.*

DIMENSIO, quae totius oſtenditur ſphaerae, [8] eſt cum ex utriſque partibus ejus ad extremam circumductionem [9] rectae ut virgulae perducuntur: quae dimenſio à compluribus Axis eſt adpellata. Hujus autem cacumina, quibus maxime ſphaera nititur, Poli adpellantur,

nov. lib. 1. Obſ. cap. 9. & Caſtal. ad Claud. Rutilii Iter. lib. 1. vs. 17. Nonnumquam a poetis additur Epitheton *aetherius*. Brouckh. ad Tibull. III. IV. 17. Inter Philoſophos primus dicitur fuiſſe Pythagoras, qui *Coelum* vocavit *Mundum*. Conſule Menag. ad Laertii Lib. VIII. §. 48. *Coelum* ita definit Theo ad Aratum pag. 5. *Οὐρανὸς μὲν ἐν ἐστὶν ὁ περιέχων τὰ ὅλα πάντα σωματικὰ καὶ πλὴν αὐτῆς.* Cur vero Mundum σφαιροειδῆ eſſe veteres putarint, primam, quam credit eſſe, cauſſam docet Athenaeus lib. XI. cap. 12. pag. 489. In d'Orvillii Cod. *& Luna & St. & terra.*

5 IN ROTUNDO] *In rotunditate* A. Sed alterum adſtruit ex Hygino deſcriptus locus ille Iſidori Orig. lib. III. cap. 31. *Sphaera coeli eſt ſpecies quaedam in rotundum formata, cujus centrum terra eſt ex omnibus partibus aequaliter concluſa.* Pertinent huc & iſta ex ejuſdem libr. de Nat. Rer. cap. 12. *Sphaeram autem confirmant nec principium habere nec terminum, pro eo quod rotunditate ſua, quaſi circulo, unde incipiat, vel ubi definat, facile non comprehendatur.* MUNCK.

6 ET EXITUS SIGNIFICARI POSSUNT] Scribo, *ſignificare*. SCHEFF. *Significare* Cl. Schefferus. Quam conjecturam ejus ſtabiliunt duo Vlitiani, qui & mox cum A. & Venetâ cap. 2. pro *centrum* exhibent *centron*. MUNCK. Voſſ. prim. *ſignificare*. Item Voſſ. prim. tert. ac d'Orvill. *Centron*. Voſſ. ſec. ſcribit. de *cendro* & *cendrum*. Mox idem pro *de Axi*, *de dimenſione*. ut & d'Orvillii, qui pro *quae tot. quoque tot.* Sed alia manu.

## Ad CAP. II.

7 CENTRUM] Vide Ciceron. 1. Tuſc. Diſp. 17. Theon. ad Aratum pag. 5. item de *Axi*.

## Ad CAP. III.

8 EST CUM EX UTRISQUE] *Τὸ ἐστὶ* nec in Venetâ, nec in 3. MSS. comparet. Unde liquet in capita hoc ſcriptum ab Hygino ipſo non fuiſſe diviſum, ſed *λέγει κατὰ* illum voluiſſe id verbum repeti ex periodo proximè praecedenti. MUNCK. Verbum ſubſtantivum nec in meis adparet. ita Voſſ. ſec. *Dimenſio quoque totius eſt. ſpera cum e.* &c. Male iterum in Ed. Schefferi *utriuſque* pro *utriſque*.

9 RECTAE UT VIRGULAE] Ita unus Morellianorum, alter *rectae*, ut Sanctandreana, ſed alterum videtur praeferendum. In iiſdem unus illud *ut* non agnoſcit. SCHEFF. Ita quidem & Veneta & 3. Vlitt. Sed diphthongos ſcimus ſaepe negligi à librariis. Praefero, quod alii dederunt, *rectae ut virgulae*, hoc eſt, rectae quaſi lineae. Iſidor. Orig. lib. III. cap. 35. *Axis eſt ſeptentrionalis linea recta, quae per mediam pilam ſphaerae tendit.* Auctor libri de mundo: *Αἱ δὲ αἱ τοιαυτηδὶ ἰσιζύγιαι διῆκαν, διὰ μέσης ἄξονα κελεύει, ἀλήθειαν ἴσην ἔχειν τῷ κόσμῳ.* Contrarium huic vitium occupavit Quintil. Declam. VII. *Videlicet inter ignes ac flagella ſufficit mihi, ſi dixero, hic eſt inimicus animae, qui nobis* &c. Lege, *hic eſt inimicus, anime, qui nobis* &c. Eſt elegantiſſima apoſtrophe, qualis illa ſub finem ejuſdem declamationis: *Sed dura parumper, anime.* MUNCK. *Rectae, ut virg.* D'Orvillii Cod. Aratus l. l. *ἄξων δὲ ἐστὶ ἀλή-*

tur, quorum alter ad aquilonem ſpectans, Boreus: alter [1] obpoſitus auſtro, Notius eſt dictus.

## IV. *De Significationibus.*

SIGNIFICATIONES quaedam in circumductione ſphaerae circuli adpellantur. E quibus [2] Paralleli dicuntur, qui ad eumdem polum conſtituti finiuntur. Maximi autem ſunt, qui eodem centro, quo ſphaera, continentur. Horizon adpellatur is, qui terminat ea, quae perſpici, aut non videri poſſunt: hic autem incerta ratione definitur: [3] quod modo polo ſubjectus, & circulis his, qui Paralleli dicuntur: modo duobus extremis & aequalibus nixus: modo aliis partibus adjectus terrae, pervidetur ita, utcumque fuerit ſphaera conlocata.

## V. *De Polo.*

POLUS is, qui Boreus adpellatur, pervideri poteſt ſemper: Notius autem ratione diſſimili, [4] ſemper eſt à conſpectu remotus. Naturalis

ἀφώριστο δ κόσμε ΕΥΘΕΙΑ ἀφ' ἧ πόλω ἐπιζδογγυλίη. Voſſiano primo abſunt *rectae ut virgulae perduc.* & pro *quae dim.* idem ſcribit, *cuncta quae dim.* pro *ut virg.* Voſſ. tert. *aut virg.* pro *nititur* d'Orvillii Cod. *regitur.* Theo ibid. τὰς δὲ δύο ΠΟΛΟΥΣ κίεσθε. ἧ ἡ σφαῖρα ἀεὶ ταῦτα μένουσα τρέφεται. Leontius de Sphaera Aratea p. 131. ΠΟΛΟΙ δὲ, ἐπεὶ ἀεὶ αὐτὰς ὁ ἡγεμὼν πολεῖται ἧ τρέφεται; unde *polus* in ſingulari numero abſolute a Poetis pro coelo ponitur. De qua vocis notione Celeb. P. Burm. ad Virgil. 1. AEn. vs. 608.

1 OPPOSITUS AUSTRO ] Sic & Veneta & MSS. 3. Perperam *appoſitus* alii. Vide quae infra ad cap. 6. notamus. Hyginum reſpexit Iſidorus in de Nat. Rer. cap. 12. *Axis linea recta, quae per mediam pilam ſphaerae tendit. Poli ex coeleſtibus circulis cacumina, quibus maximè ſphaera nititur: quorum alter ad aquilonem ſpectans boreas, alter terrae oppoſitus auſtro notus dictus eſt.* Pro *terrae* videtur reponendum *vero*, & praeterea ex Hygino corrigendum *boreus* & *notius*, pro *boreas* & *notus*. MUNCK. *Oppoſitus* Voſſ. ſec. Vide Theonem ad Arat. l. l. Neſcio, an in Iſidoro *terrae* delendum ſit, licet locum quoque pro integro non habeam. Schol. Germanic. pag. 179. Ed. Pariſ. 1578. *Polos Graeci nuncupaverunt, e quibus eſt auſtralis, qui TERRAE OBJECTUS a nobis nunquam videtur. Alter autem ſeptentrionalis, qui Boreus vocatur, & n. o.* Qui locus ita in Cod. Miſto, quem cum hac editione contulit Cl. Oudendorpius, ſcribitur. *Polos Graeci antiqui nuncupaverunt, e quibus unus eſt ſeptentrionali*

*lis, qui boreas (borealis) appellatur & n. occidit. alter Auſtralis, qui TERRAE OBJECTUS a nobis nunquam videtur.*

## Ad CAP. IV.

2 PARALLELI ] *Parallelae* Vlitt. 2. & A. quod & Veneta voluit, in qua *parallelae.* Adde not. ad cap. 2. Lib. 11. MUNCK. Voſſ. prim. & tert. Item d'Orvillii Cod. *Parallelae.* pro *qui* Voſſ. prim. & d'Orvillii Cod. *quae*, & pro *conſtituti*, *conſtituta. perſpici* abeſt Voſſiano tertio.

3 QUOD MODO POLO SUBJ. ] Voſſ. tert. *Quo mundo polovo ſubjectus.* Voſſ. prim. *Quomodo poloque ſubj.*

## Ad CAP. V.

4 SEMPER EST A. C. R. ] Tres Voſſiani *ſemper a conſpectu remotus*, ut & d'Orvillii.

5 ΦΥΣΙΚΗ' DICITUR ] *Quae Phyſice dicitur*, Anonymi codex. Optimè. Sed diſtingue: *quae phyſice dicitur, ea eſt in* &c. Malè alii, *ea eſt enim*...

lis autem mundi ſtatio [5] φυσικὴ dicitur. Ea eſt in Boreo polo finita, ut omnia è dextris partibus exoriri, in ſiniſtris occidere videantur. Exortus enim eſt ſubita quaedam ſpecies objecta noſtro conſpectui: Occaſus autem pari de cauſſa, [6] ut erepta ab oculis viſa.

## VI. *De figuratione circulorum ſphaerae.*

In finitione mundi circuli ſunt Paralleli quinque, in quibus tota ratio ſphaerae conſiſtit, praeter eum, qui Zodiacus adpellatur: qui, quod non, ut ceteri circuli, certa dimenſione finitur, & inclinatior aliis videtur, [7] λοξὸς à Graecis eſt dictus. Quinque autem quos ſupra diximus, ſic [8] in ſphaera metiuntur, initio ſumpto à polo, qui Boreus adpellatur, ad eum, qui Notius & Antarcticus vocatur. In triginta partes unumquodque hemiſphaerium dividitur, ita uti dimenſio ſignificari videatur in tota ſphaera [9] per ſexaginta partes factas. Deinde ab eodem principio [10] Boreo ſex partibus ex utraque finitione ſumptis, circulus ducitur, cujus centrum ipſe eſt Polus finitus: qui circulus, Arcticus adpellatur, quod [11] intra eum Arcti ſimulacra ut

*enim.* Illuſtravimus copioſe eam loquendi rationem ad Fulgent. lib. I. cap. I. MUNCK. *Pro ea eſt in* B. Voſſ. tert. *ea enim in* B. & poſtea pro *enim*, *autem*, pro *e dextr.* tres Voſſiani, & d'Orvillii *a dextr.* Utrumque recte.

6 UT ERERTA] *Aut erepta* Vlitianorum unus. Perperam. Senſus eſt: Occaſus eſt ut ſpecies viſa ab oculis erepta. niſi mavis pro *ut* reponere *eſt*. MUNCK. Pro *enim eſt* D'Orvillii Cod. *eſt en.* idem agnoſcit *ut* ſed alia manu deletum.

## Ad CAP. VI.

7 ΛΟΞΟ'Σ] Geminus: Λοξὸς δέ ἐστι κύκλος ὁ πρὸς ἀρκτικὸν. MUNCK. Hinc etiam Theo, ad Aratum, qui de hoc circulo, (ut & Schol. Eurip. Phoeniſſ. vs. 1.) egit pag. 38, 50, & 52. haec adnotat pag. 58. Ὁ δὲ Ζωδιακὸς ὁ τέτμητο ἐνιαχῇ ὑπ' ἀμφοτέρων καὶ χειμερινῆς καὶ θερινῆς ΛΕΛΟΞΩΜΕ'ΝΟΣ. &c.

8 IN SPHAERA METIUNTUR] Πεπλεγμένως. AEthicus praefat. Coſmogr. *Orbis terrarum metiri coepit.* Plura exempla congeſſi ad Fulg. Prolog. Lib. I. MUNCK.

9 PER 60. PARTES] Τὸ *per* non agnoſcunt Vlitt. 3. Eſſet ergo in praecedentibus legendum *ſignificare*. MUNCK. Abeſt *per* Voſſiano primo, & idem primus cum tertio *ſignificare* ſcribunt. quam codicum ſcripturam alteri praefero, & in textum admittendam cenſeo.

10 BOREO SEX PARTIBUS] Inter *ſex* & *partibus* haec ſcripta ſunt in Voſſ. tert. *Marcianus dicit in boreo circulo eſſe partes octo, in ſolſtitiali ſex. in aequinoctiali quatuor.* Idem pro *circulus duc. circulis duc.* Deinde lege e tribus Voſſianis *Cujus centron ipſe polus finitus, circulus Arcticus appellatur.* D'Orvillii Cod. *cujus centron ipſe eſt polus. finitus circulus. arct. app.*

11 INTRA EUM ARCTURI SIMULACRA] Ita unus Morellianorum, alter *arcturorum ſimulacra.* Mallem tamen *arcti*, quod Sanctandreana ſervat, quia ſermo eſt non de una ſtella, qualis arcturus, ſed toto ſigno, ut apparet ex ſequentibus. SCHEFF. Veneta cum aliis antiquioribus *arcturi.* Lege cum Vlitt. 2. & A. *arctorum.* Ortum inde vitium, quod pro *arctorum* librarius aliquis *arcturum* exararat, quomodo & unus ex Vlitianis habuit. Confirmant hanc emendationem cum ea, quae lib. III. cap. I. leguntur: *Igitur incipiemus à polo boreo protinus dicere, quo utraeque arcti nixae vebuntur arctico circulo clauſae*; tum illa Iſidor. Lib. III. Orig. cap. 43. quod caput ex Hygino deſumtum eſt: *Quorum primus circulus ideo arcticus appellatur, eo quod inter eum arctorum ſigna incluſa proſpiciuntur.* Poſuit tamen ille Iſidorus *Arcturum* pro Arcto, cum cum ait de Nat. Rer. cap. 26. *Arcturus eſt ille,*

ut incluſa perſpiciuntur: quae ſigna à noſtris [1] urſarum ſpecie ficta, Septemtriones adpellantur.

Ab hoc circulo de reliquis partibus quinque ſumptis: [2] eodem centro, quo ſupra diximus, circulus ducitur, qui θερινὸς τροπικὸς adpellatur, ideo quod ſol, cum ad eum circulum pervenit, aeſtatem efficit eis, qui in aquilonis finibus ſunt: hiemem autem eis, [3] quos auſtri flatibus obpoſitos ante diximus. Praeterea, quod ultra eum circulum ſol non tranſit, ſed ſtatim revertitur, τροπικὸς eſt adpellatus.

Ab hac circuli ſignificatione quatuor de reliquis partibus ſumptis, ducitur circulus AEquinoctialis, à Graecis [4] ἰσημερινὸς adpellatus, ideo quod ſol cum ad eum orbem pervenit, aequinoctium conficit. Hoc circulo facto, dimidia ſphaerae pars conſtituta perſpicitur.

E contrario item ſimili ratione [5] à Notio polo ſex partibus ſumptis, ut ſupra de Boreo diximus, circulus ductus ἀνταρκτικὸς vocatur: quod contrarius eſt ei circulo, quem arcticon ſupra definivimus.

Hac definitione ſphaerae, [6] centroque poli, qui Notius dicitur, [7] quinquem Latini Septentrionem dicunt &c. MUNCK. In Voſſ. 2. & d'Orv. *Arcturi.* in tert. *Arcturum* certe pro *Arctorum.*

1 URSARUM] *Urſorum.* A. MUNCK. Mox pro *fitta* Voſſ. tert. *facta.* deinde lege e MSS. *ſeptemtriones.*

2 EODEM CENTRO] *Ab eodem centro.* A. MUNCK.

3 QUOS AUSTRI FLATIBUS APPOSITOS] Sanctandreana *oppoſitos.* Mutatum ſine cauſſa. Noſter ſupra c. 3. *alter appoſitus auſtro, Notius eſt dictus.* Appoſitus auſtro, pro, poſitus ad auſtrum. SCHEFF. Ita & Vlitt. 3. Et fruſtra omnino eſt vir doctus, qui vulgato *appoſitos* propugnat. Supra cap. 3. *Oppoſitus auſtro.* Catull. carm. 26. *Furi, villula noſtra non ad auſtri flatus oppoſita eſt, nec ad favoni* &c. Pallad. Lib. I. Tit. 18. *Cellam vinariam debemus habere ſeptentrioni oppoſitam.* Tit. 20. *Olearis cella meridianis ſit objecta partibus.* Ammianus lib. XXII. p. 413. ed. Boxh. *Septentrioni oppoſita terrarum ſitu cohaeret immenſo.* Lib. XXIII. p. 466. *Aquilonibus objecti ſunt & pruinis.* MUNCK. D'Orvillii Cod. *oppoſitos.* ut & Voſſ. ſec. Pro *aquilonis* Voſſ. tert. *aquilonalibus.* pro *ſed* Voſſ. ſec. &. pro *de rel.* Voſſ. prim. & tert. *e rel.*

4 ΙΣΗΜΕΡΙΝΟΣ] Vid. Iſidor. de Nat. Rer. cap. 10. ubi perperam *byſmerinus* editur, & *exemerinus* pro χημερινὸς. MUNCK. Videndus Theo ad Aratum pag. 52, 57. *τὸ orbem* abeſt Voſſiano tertio.

5 A NOTIO POLO] Ita ſupra: *A polo, qui Boreus appellatur, ad eum qui Notius & Antarcticus.* Vulgo Auſtralem vocant. SCHEFF.

6 CENTROQUE POLI] Pro *poli* Voſſ. prim. *polo.* Voſſ. tert. *poloque.* d'Orvillii Cod. *centroque polo.* Sed alia manu ſupra ſcriptum *i.*

7 QUINQUE PART.] Voſſ. prim. & tert. *de quinque part.* pro χημερινὸς τροπικὸς iidem *chimerino tropico.*

8 QUAE AD AQUILONEM SPECTANT] *Qui aquilonem exſpectant* Vlitt. 2. Forte *aſpectant*, vel *reſpectant.* quanquam conſtanter codices iidem non heic tantum, ſed & paſſim lib. III. & IV. *exſpectant* exhibent pro *ſpectant.* Sunt ſanè, qui *exſpectare* pro *ſpectare* Latio vindicare velint, quos inter & Gruterus ac Freinshemius ad Flor. lib. II. cap. 7. Quam rectè, ipſi viderint. In Plinii loco, quem adducit Freinshemius, pridem *ſpectatione* eſſe legendum monuit Salmaſius. Ego certè id puto carere exemplo, tametſi & *ſpectare* pro *exſpectare* poni interdum notent viri docti. P. Syrus: *Ab alio ſpectes, alteri quod feceris.* Ita edidit Gruterus. Curt. Lib. VIII. 8. *Oculos ego primum illorum ſordida omnia & humilia ſpectantium capiam.* Freinshemius annotat: Si pro *ſpectantium* non ſcribas *exſpectantium*, nullus inde ſanus exeat ſenſus. Niſi tamen & ſimplex illud hoc ſignificatu capitur, quod pene adducor ut credam, cum toties hujus loco reperiam. Haec ille. At ego credo, ubi *ſpectare* pro *exſpectare* ponatur, ſcribendum potius eſſe

7 quinque partibus ſumptis circulus, χειμερινὸς τροπικὸς inſtituitur, à nobis Hiemalis, à nonnullis etiam Brumalis adpellatus, ideo quod ſol, cum ad eum circulum pervenit, hiemem efficit his, 8 qui ad aquilonem ſpectant: aeſtatem autem his, qui in auſtri partibus 9 domicilia conſtituerunt. Quanto enim abeſt 10 longius ab illis, qui in aquilonis habitant finibus, hoc hieme majore conflictantur: aeſtate autem hi, quibus ſol adpoſitus pervidetur: itaque AEthiopes ſub utroque orbe neceſſario fiunt.

Ab hoc circulo ad aequinoctialem circulum reliquae fiunt partes quatuor, ita uti ſol per octo partes ſphaerae currere videatur. Zodiacus autem circulus ſic vel optime definiri poterit, ut, ſignis factis, ſicut poſtea dicemus, ex ordine circulus perducatur.

Qui autem Lacteus vocatur, contrarius aequinoctiali, 11 ubi oportet ut eum medium dividere, & bis ad eum pervenire videatur, ſemel in eo loco ubi aquila conſtituitur: iterum autem ad ejus ſigni regionem, quod τροχίων vocatur. Duodecim ſignorum partes ſic dividuntur: Quinque circuli, de quibus 12 diximus ſupra, ita finiuntur, ut

eſſe *ſperare*, quod Latini pro *expectare*, ut Graeci ἐλπίζειν pro προσδοκᾶν, uſurpant. Matth. Euang. cap. XXIV. 50. Ἥξει ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ οὐ προσδοκᾷ. Vet. Interpr. *Veniet dominus ſervi illius in die, qua non ſperat.* Flor. Lib. III. 1. *Quis ſperaret aliquod poſt Carthaginem in Africâ bellum?* Virg. AEn. XI. 275. *Haec adeo ex illo mihi jam ſperanda fuerunt Tempore* &c. Lucianus in Tyrannicida: Τίς ἐλπὶς ἢ φόβος; *Quae exſpectatio metus?* Conſer Not. Caſaub. ad Spartian. in Did. Jul. cap. 6. Certè in Publiano iſto mimo, quem adduxi, ſcribendum eſſe *ſperes* docet nos vetus inſcriptio apud Gruter. p. 928. *Date terrae fructum, ut terra poſſit reddere. Ab alio ſperes, altero quod feceris.* Agraetius de Orthogr. *Exſpectatur venturus, ſpectatur qui videtur vel probatur.* MUNCK. Voſſ. prim. *Qui Aquilonem exſpectant. Spectare* & *exſpectare* in Codd. Mſſ. confundi perpetuo nuper etiam docuit Cl. Oudendorp. ad J. Caeſar. lib. II. B. G. cap. 21. & ad lib. V. cap. 44. nec non ad lib. III. B. Civil. cap. 85. Voſſ. pr. lib. III. cap. 14. ſcribit etiam *hujus nomen ad Equipedum regionem exſpectat.* Sic *ſpectare*, *exſpectare* & *aſſpectare* confuſa in Virgil. I. AEn. 420. ubi Celeb. Burm. ſed nihil hic mutandum. Si tamen quis praepoſitionem *ad* deleverit, haud peccaverit. Mela lib. I. cap. 2. *ſpectant enim & meridiem Indi* & paullo poſt *ſpectant & ſeptentrionem Scythae.* Locutio ſatis nota non eſt quod multis inluſtretur. In Cl. Dukeri notis ad l. l. Flori vapulat Munckerus, quod Gruteri & Freinshemii verba non bene perlecta male interpretatus ſit. D'Orvillii Cod. *qui ad aquilonem ſpectant.*

9 DOMICILIA CONSTITUERUNT] Non eſt tam recens vox *domicilii*, quam quibuſdam viſum fuit. Apulejus in de mundo: *Ut è terreno domicilio illas regiones aſpicerent.* Florus lib. I. cap. 13. *Deſtinata hominum ac deorum domicilio civitas.* Nepos Themiſt. cap. X. *Domicilium que ſibi Magneſiae conſtituit.* Feſtus in ROMA. *Ob inopiam domiciliorum profectos complures in exteras regiones.* Immo & Tullius ipſe aliquoties eâ uſus eſt. MUNCK.

10 LONGIUS AB ILLIS] *Ab bis.* A. MUNCK. Ita & Voſſ. prim. & ſec. item d'Orv. pro *enim* Voſſ. tert. *autem.* pro *appoſitus* Voſſ. prim. *oppoſitus.* pro *ita uti* Voſſ. 2. *ita ut.* pro *contrarius aeq.* d'Orvillii Cod. *contrarius eſt aeq.*

11 UBI OPORTET] *Ibi oportet* Veneta & aliae antiquiores cum A. MUNCK. *Ibi* Voſſ. ſec. & d'Orv. ſed alia manu in *ubi* mutatum, quomodo etiam *ut* ibidem delctum eſt. *Ita* Voſſ. tert. *ut* ante *eum* abeſt Voſſ. ſecundo & tert. pro *& bis* Voſſ. ſec. & tert. *ut bis.* ſic etiam emendatum pro *in eo.* in d'Orvill. *ejus l.* Voſſ. ſec. pro *aquila* Voſſ. prim. *aquilo.* inter *quae* & *circules* haec ſcripta exſtant in Cod. Voſſ. tert. *tantum ſpatii habet latitudo Zodiaci, quantum longitudini duodecim partes attribuunt.*

12 DIXIMUS SUPRA] D'Orvillii Cod. *ſupra diximus.*

ut unuſquiſque eorum dividatur in partes duodecim, & ita ex eorum punctis lineae perducantur, quae circulos ſignificent factos, in quibus duodecim ſigna deſcribantur. Sed à nonnullis inperitioribus quaeritur, quare non aequis partibus circuli finiantur, hoc eſt, ut de triginta partibus quinae partes dividantur, & ita circuli pari ratione ducantur: id facillime defendi poſſe confidimus. Cum enim media ſphaera diviſa eſt, ejus circuli nullus poteſt aequalis eſſe: [1] qui quamvis proxime eum adcedat, tamen minor eſſe videatur. Itaque qui primum ſphaeram fecerunt, cum vellent omnium circulorum [2] aequas rationes eſſe, pro rata parte voluerunt ſignificare, ut quanto magis à polo diſcederetur, eo minorem numerum partium ſumerent in circulis metiendis, [3] quo erat neceſſe, his majorem circulum definire. Quod etiam ex ipſa ſphaera [4] licet intelligere: quanto magis à polo diſcedes, eo majores circulos fieri, neceſſe eſt: & hac re minorem numerum duci, ut pares eorum videantur effectus. Et ſi non in triginta partes unumquodque hemiſphaerium dividatur, ſed in alias quotlibet finitiones, tamen eo ratio pervenit ejus, ac ſi triginta partes feciſſet.

## VII. *De Zodiaco circulo.*

ZODIACUS circulus tribus his ſubjectus, de quibus ſupra diximus, ex quadam parte contingit aeſtivum & hiemalem circulum, aequinoctialem autem medium dividit. Itaque ſol per Zodiacum circulum currens, neque extra eum tranſiens, neceſſario [5] cum his ſignis, quibus innixus iter conficere videtur, pervenit ad eos, quos ſupra diximus

*ximus.* pro *eum acc.* d'Orvill. *ad eum acc.* Sed *ad* alia manu ſupra notatum.

1 QUI QUAMVIS PROXIME] Lego cum Micyllo: *quin, quamvis proxime.* SCHEFF.

2 AEQUAS] Voſſ. tert. *aequales. Pro rata.* Gloſſ. d'Orvill. *pro integra.* pro *eo min.* Voſſ. ſec. *hoc min.* ut & d'Orvill. & ibi pro gloſſa additur *tanto.* pro *metiendis* d'Orvill. *mentiendis.* ſed *n* alia manu deletum.

3 QUO ERAT NEC.] Gloſſa d'Orvill. *in quantum.* pro *erat nec.* Ejuſdem Cod. *nec. bis erat.* pro *eo majores* Voſſ. ſec. *tanto majores.* d'Orvillii Cod. *hoc maj.* & pro Gloſſa *in tanto maj.* pro *pares* Voſſ. tert. *partes.*

4 LICET INTELLIGERE: QUANTO MAGIS &c.] Anonymi codex: *Licet intelligi: quae quanto magis à polo diſcedit, hoc majores* &c. Quae lectio nequaquam ſpernenda eſt. MUNCK.

## Ad CAP. VII.

5 CUM HIS SIGNIS] D'Orvillii Cod. *cum ſign. bis.*

6 SED JAM CAPITIBUS &c.] Scribendum eſt, *Sed in capitibus.* Ita mox: *in libra autem.* SCHEFF. *In capitibus* Cl. Schefferus, ut mox *in libra.* MUNCK.

7 CONFICIT] *Efficit.* A. & mox, *non per quatuor ipſos* unus ex Vlitianis. MUNCK. Paullo ante pro *rurſum*, Voſſ. ſec. *rurſus.* pro *a Capricorno* Voſſ. ſec. *Capricorno.* pro *tranſigit* Voſſ. tert. *tranſiit.* forſan pro *tranſit. tranſire hiemem* Senecam dixiſſe docet Cort. ad Salluſt. B. C. cap. 1. a quo haec verba in Mſſ. confundi docemur. pro *piſcibus* Voſſ. ſec. *& piſc.* in d'Orvillii Codice ſupra *oſtenditur ſol* notatum eadem manu.

Ad

mus orbes, & ita quatuor tempora definit. Nam ab Ariete incipiens, ver oſtendit: & Taurum & Geminos tranſiens, idem ſignificat. [6] Sed jam capitibus Geminorum circulum aeſtivum tangere videtur, & per Cancrum & Leonem tranſiens & Virginem, aeſtatem efficit. Et rurſum à Virginis extrema parte tranſire ad aequinoctialem circulum perſpicitur. In Libra autem aequinoctium [7] conficit, & autumnum ſignificare incipit, ab hoc ſigno tranſiens ad Scorpium & Sagittarium. Deinde protinus incurrit in hiemalem circulum, & à Capricorno, Aquario, Piſcibus, hiemem tranſigit. Itaque oſtenditur non per tres ipſos circulos currere, ſed Zodiacum tranſiens ad eos pervenire. Sed quoniam de his rebus diximus, nunc Terrae poſitionem definiemus, & Mare quibus locis interfuſum videatur, ordine exponemus.

## VIII. *De Terrâ & Mari.*

TERRA mundi media regione [8] conlocata, omnibus partibus aequali diſſidens intervallo, centrum obtinet ſphaerae. Hanc mediam dividit Axis in dimenſione totius terrae. [9] Oceanus autem regione circumductionis ſphaerae profuſus, prope totius orbis adluit fines. Itaque & ſigna occidentia in eum decidere exiſtimantur: ſic igitur [10] & terras contineri poterimus explanare. Nam quaecunque regio eſt, quae inter Arcticum & AEſtivum finem conlocata eſt, ea dividitur trifariam, è quibus una pars, Europa: altera, Aſia: tertia, Africa vocatur. Europam igitur ab Africa dividit mare ab extremis Oceani finibus & Herculis columnis. Aſiam vero & Libyam cum AEgypto

### Ad CAP. VIII.

8 COLLOCATA] Voſſian. Prim. *locata*, pro *diſſidens* Voſſ. tert. *diſcedens*. pro *centrum* tres Voſſiani *centron*.

9 OCEANUS AUTEM REGIONE CIRCUMDUCTIONIS] Mallem, *in regione*. SCHEFF. Schefferus, *in regione*. Lege potius *è regione*, cum uno ex Vlitianis. Sed nihil eſt neceſſe. Apud Iſidor. enim de Nat. Rer. cap. 47. quod prope totum ex Hygino tranſcriptum eſt, praepoſitionem etiam omiſſam invenio. *Terra, ut teſtatur Hyginus, mundi media regione collocata, omnibus partibus aequali diſſidens intervallo, centrum obtinet. Oceanus autem regione circumductionis ſphaerae profuſus, prope totius orbis abluit fines.* Leg. *adluit*. Sed non hoc ſolum, verum multa inſuper alia in iſto capite ex noſtro emendari & poſſunt & debent. MUNCK. Pro Gloſſa in d'Orvillii Codice additum erat. *ſ. in reg. Orbis* abeſt Voſſiano primo, ut ſit *totius adluit fines*, quomodo edidit Schefferus, pro *eum* Voſſ. prim. *eundem*, ut Scheff. edidit. pro *adluit* d'Orvillii Cod. *abluit*. pro *altera Aſia, tertia Africa* Voſſ. prim. & tert. item d'Orvillii Cod. *altera Africa, tertia Aſia*.

10 ET TERRAS CONTINERI] Paulo poſt dicit, mare objectum omnibus finibus terrae. Si objectum, ergo fines eos continet. Scribendum itaque videtur, *& terram contineri*. SCHEFF. Ita & Veneta & Vlitt. 2 *Terram* volebat Cl. Schefferus. MUNCK. Voſſ. tert. ita ſcribit *terras poterimus continenter expl.* Scimus, quomodo Servius ad 11. Georgic. 6. & ad VI. AEn. 59. *terram* a *terris* diſtinguat. forſan igitur *terras* praeferendum, quia ſpeciatim de ſingulis terrae partibus tum cognitis eſt acturus.

AEgypto diſterminat [1] os Nili fluminis, quod Canopicon adpellatur. Aſiam ab Europa Tanais dividit, bifariam ſe conjiciens in paludem, quae Maeotis adpellatur. Hac igitur definitione facile pervidetur mare omnibus [2] adjectum finibus terrae.

Sed ne videatur nonnullis mirum, cum ſphaera in ſexaginta partes dividatur, ut ante diximus, [3] quare definimus ab aeſtivo circulo ad arcticum finem dumtaxat habitari; ſic vel optime defendimus. Sol enim per mediam regionem ſphaerae currens, nimium his locis efficit fervorem. Itaque quae finis eſt ab aeſtivo circulo ad hiemalem, ea terra à Graecis ἀφαιθαυμίη vocatur: quod neque fruges propter exuſtam terram naſci, neque homines propter nimium ardorem durare poſſunt: extremae autem regiones ſphaerae duorum circulorum, quorum alter Boreus, alter Notius vocatur, fine Arctici circuli, & ejus, qui Antarcticus vocatur, non [4] habitantur, ideo quod ſol ab his circulis [5] ſemper eſt longe, venti quoque adſiduos habent flatus. Quamvis enim ſol perveniat ad AEſtivum circulum, [6] tamen longe ab Arctico videbitur fine. Id ita eſſe, hinc quoque licet intelligere: Cum enim ſol pervenit ad eum circulum, qui Hiemalis vocatur, [7] & efficiat nobis, qui prope eum ſumus conſtituti, nimium frigus, quid arbitramur eis locis frigoris eſſe, qui longius etiam abſunt à nobis? Quod cum in hac parte ſphaerae fiat, idem in altera parte definitum putabimus, [8] ideo quod ſimiles ejus ſunt effectus.

Prae-

1 Os Nili fluminis] *Oſtium Nili* Vlitt. 2. Juvenal. Sat. XIII. 27. *Divitis oſtia Nili.* Στόμαϰα & Graeci appellant. MUNCK. Pro *Aſ. vero.* Voſſ. prim. & tert. *Aſ. autem.* Voſſ. prim. etiam *oſtium.* Tres Voſſiani pro *conjiciens* ſcribunt *conficiens* nec non d'Orvillii Codex.

2 Adjectum finibus terrae] *Objectum* A. cum edd. vetuſtis. MUNCK. Voſſ. prim. *objectum.*

3 Quare definimus] *Definivimus* rectius Veneta, Micylliana, & aliae antiquiores. MUNCK. *Definivimus* Voſſ. prim. *Diffinivimus* Voſſ. tert. item d'Orvillii Cod. pro *quae fin.* Voſſ. tert. *qui fin.*

4 Habitantur] Voſſ. ſec. & tert. *habitatur.* pro *videbitur fine* Voſſ. prim. *fine vid.*

5 Semper est longe] *Abeſt longè* Vlitt. 2. MUNCK.

6 Tamen longe] *Tamen tunc longè.* A. MUNCK.

7 Et efficiat nobis] Veteres & *efficiet.* Mallem & *efficit.* SCHEFF. Ita & Veneta & Vlitt. 2. *Efficiet* Micyll. & nonnullae aliae. *Efficit* mallet Cl. Schefferus. Sed Hyginum copulare interdum diverſos modos oſtendi ad Mythol. cap. 125. 148. & 165. MUNCK. Voſſ. ſec. etiam ſcribit *perveniat*, & tres Voſſ. item d'Orvill: *efficiat.* Atque ita legendum eſſe, non eſt, quod dubitemus. pro *Putabimus.* Voſſ. pr. *putavimus.* Voſſ. ſec. *putamus*, haud male uterque.

8 Ideo quod] *Ideoque quod* Vlitt. 2. Non ineleganter redundare nonnunquam τὸ *que* docet nos Nob. Heinſ. ad Vell. 1. 8. MUNCK. Omnes mei *ideo quod.*

9 Quod quae terra habitatur. Eos &c.] Miror hoc placuiſſe Morellio. Legendum enim cum Micyll. Paris. aliiſque antiquioribus, *quod qua terra habitatur, eos* &c. MUNCK. Voſſ. prim. & tert. *qua* Voſſ. ſec. *quia.* d'Orvill. *quae.*

10 Vestitu vestium] Illud *veſtiuntur*, gloſſa eſt, qua quis verbum praecedens *uti* exponere voluit, ac ideo debet expungi. Hoc ſcripſeram, cum deinde incidi in Novantiq. Lectiones Modii, eumque vidi eſſe in ſententia eadem. v. ep. 117. SCHEFF. Ita & unus codicum Vlitianorum. Caeteri *veſtitu veſtituum*, vel *veſtitu veſtitudento.* Modius & Schefferus expungendum cenſent τὸ *veſtium.* Mihi ſcripſiſſe Hygi-

Praeterea hinc quoque intelligimus illic maximum frigus, & in aeſtivo circulo calorem eſſe, [9] quod quae terra habitatur. Eos tamen videmus, qui proxime ſint Arcticum finem, uti braccis & ejuſmodi [10] veſtitu veſtium: qui autem proximi ſint aeſtivo circulo, eos AEthiopas & [11] peruſto corpore eſſe. [12] Habitatur autem ſic temperatiſſimo coelo, cum inter aeſtivum circulum & Arcticum finem [13] haec perveniat temperatio: quod ab Arctico circulo frigus, ab aeſtivo fervor exortus in unum concurrens [14] efficit mediam finem temperatam, quae habitari poſſit. Itaque cum ſol ab eo loco [15] diſceſſit, hieme neceſſario conflictamur, quod ventum exorientem non reverberat ſol. [16] Quod cum veniat in hac definitione, illud quoque fieri poſſe videmus, ut Hiemali circulo nobis ad Antarcticum finem habitari poſſit: quod pares [17] eodem perveniant caſus. Certum quidem eſſe nemo contendit, neque pervenire eo poteſt quiſquam propter interjectum terrae, quae propter ardorem non habitatur. Sed cum videmus hanc regionem ſphaerae habitari, illam quoque in ſimili cauſſa poſſe conſtitui ſuſpicamur.

## *De Signorum coeleſtium hiſtoriis*

## LIBER SECUNDUS.

SED quoniam quae nobis de terrae poſitione dicenda fuerunt, [18] & ſphae-

Hyginus videtur, *veſtium indumento*. Certè illuc aurigatur τὸ *veſtitudento*. Non diſſimiliter *velaminis indumentum* dixit Caſſian. de Habit. Monach. cap. 5. MUNCK. Voſſ. prim. *veſtiuntur*. ſec. *veſtium*. tertio abeſt. d'Orvillii *veſtium*. Forſan *veſtiuntur* cum Voſſiano primo legi poſſet; nam varios modos jungit Noſter. Sic modo e Mſſ. vidimus *pervenit*, *& efficiat*. & Munckerus id nos docuit ad fab. 148. Adde Cl. Oudendorp. ad J. Caeſarem lib. II. B. Gall. cap. 10. & ad Hirtium de B. Afric. cap. 25. Quamquam Modius & Schefferus, non ut Munckerus monet, τὸ *veſtium*, ſed *veſtiuntur* pro gloſſa habeant. Mox pro *ſint* Voſſ. prim. & d'Orvillii cod. *ſunt*.

11 PERUSTO CORPORE] Horat. epod. 2. *Peruſta ſolibus Pernicis uxor Appuli*. MUNCK. *Peruſto corpore* explicatio eſt vocis *AEthiopas*, de nigris enim AEthiopibus loquitur. Conſule inl. Spanh. ad Callim. H. Cerer. vs. 11.

12 HABITATUR AUTEM SIC] Mallem, *habitatur autem hic*. SCHEFF. *Hic* emendat Cl. Schefferus. quod & ex Vet. ed. in margine notaverat Vlitius. MUNCK.

13 HAEC PERVENIAT TEMPERATIO] *Temperantia* unus ex Vlitt. Deinde *proveniat* malit forte aliquis. Sed mox rurſus *eodem perveniant* repraeſentant etiam Vlitt. 2. cum Morellio. MUNCK.

14 EFFICIT: MEDIA FINEM TEMPERATAM] Lege, *efficit mediam finem temperatam* cum Venetâ, Micyllianâ, Pariſinâ, aliiſque antiquitus cuſis. Etiam heic requiro diligentiam Morellii. MUNCK. *Mediam* Voſſ. prim. ſec. & d'Orvillii. Voſſ. tert. *medium*, *temperatum* & *qui*.

15 DISCESSIT] *Diſcedit*. A. MUNCK. *Diſcedit* Voſſ. ſec. *exorientem* abeſt d'Orvillii codici, contra *ventum* abeſt Voſſiano tertio.

16 QUOD CUM VENIAT IN HAC &c.] Hoc eſt, *eveniat*. Quam phraſin fruſtra ſuſpectam eſſe nonnullis abunde oſtendi ad Fulg. lib. III. cap. 6. MUNCK. *Finem* abeſt d'Orvilliano.

17 EODEM PERVENIANT] *Eodem fine perveniant*. A. MUNCK.

### Ad Praefat. LIB. II.

18 ET SPHAERAM TAM TOTAM] In editione San-

ſphaeram totam definivimus, nunc quae in ea ſigna ſunt, ſingillatim nominabimus. E quibus igitur [1] primum duas Arctos, & Draconem: deinde Arctophylaca cum Corona dicemus. [2] Ceteum, qui Engonaſin vocatur: Exinde Lyram cum Olore, & Cepheo, & ejus uxore Caſſiepeia, filiaque Andromeda, & genero Perſeo: dicemus etiam protinus Aurigam, à Graecis ἡνίοχον adpellatum: Ophiuchum praeterea cum Sagitta & Aquila, parvoque Delphine. Inde Equum dicemus cum eo ſidere, quod Deltoton vocatur. [3] His corporibus enumeratis, ad duodecim Signa perveniemus. [4] Ea ſunt haec, Aries, Taurus, Gemini: deinde Cancer cum Leone & Virgine: praeterea Libra, [5] dimidia pars Scorpionis, & ipſe Scorpius cum Sagittario & Capricorno: Aquarius autem cum Piſcibus reliquas habet partes. His enumeratis, ſuo ordine eſt Cetus cum Eridano flumine, & Lepore. Deinde Orion cum Cane, & eo ſigno, quod [6] Προκύων dicitur. Praeterea eſt Argo cum Centauro, & Ara: deinde Hydra cum Piſce, qui Notius vocatur. Horum omnium non inutile videtur hiſtorias proponere: quae certe aut utilitatem ad ſcientiam, aut jucunditatem ad delectationem adferent lectori.

I. *Ar-*

Sanctandreana deleverunt *tam*. Sed ſcribendum *ſphaeram jam totam videtur*. SCHEFF. Vulgo *ſphaeram tam totam*. Sed cum nec Veneta, nec Vlitt. 2. agnoſcant τὸ *tam*, rectè expulit illud Morellius, quanquam non malè in *jam* mutatum eat Cl. Schefferus. MUNCK. Nec adparet in d'Orvillii cod. nec in tribus Voſſ. pro *fingillatim nom.* Voſſ. ſec. ac tert. item d'Orvill. *nominabimus ſing.* Pro *ſingulatim*. Voſſ. prim. & ſec. *ſingillatim*. item d'Orvill. rectè. Conſule Cl. Oudendorp. ad C. J. Caeſar. lib. III. B. Gall. cap. 2. mox rectè pro *dicimus* d'Orvill. c. *dicemus*. ut Schefferus edidit.

1 PRIMUM DUAS ARCTOS] Haec eſt illa ſignorum quadraginta duorum recenſio, quam promittit in praefatione. SCHEFF.

2 CETEUM QUI ENGONASIN] Modius ep. 11. emendandum putat, *dicemus, & eum, qui Engonaſin*. Ego haereo, nec amplector ſtatim, licet non diſpliceat. SCHEFF. Ita & Veneta. Vulgo *caeterum, qui Engonaſin* &c. Vlitt. 3. & A. *Et eum, qui* &c. quomodo & Modius volebat. Sed vide quae ad cap. 1. annotamus. MUNCK. *Et eum* Voſſ. tert. qui pro *exinde, deinde*. Mox iterum pro *dicimus* Voſſ. prim. & tert. item d'Orvill. *dicemus*. & tertio etiam *dicemus* ſcribunt Voſſ. prim. & d'Orvill.

3 HIS ENUMERATIS] *Connumeratis* Veneta. Sed Morellii lectionem adſtruunt Vlitt. 3. MUNCK. D'Orvill. *H. corporib. en.* ut & tres Voſſiani pro *enum.* Voſſ. ſec. *adnum.* ſupra notatum erat alia manu *te*. Hic etiam pro *perveniemus* d'Orvill. cod. Voſſ. ſec. ac tert. *pervenimus*. in Voſſ. ſec. alia manu ſupra notatum erat *e*.

4 EA SUNT HAEC] Voſſiano tertio τὰ *haec* abeſt. cui & ante *Virgine* quoque abeſt.

5 DIM. PARS SCORP.] D'Orvillii Cod. *Dimidia Scorp.*

6 ΠΡΟΚΥΩΝ DICITUR] D'Orvillii cod. *prochion vocatur*. ut & Voſſ. ſec. pro *ad ſci.* Voſſ. prim. *aut ſci.* pro *ad delect.* idem *aut delect.*

## Ad CAP. I.

7 QUOD DIUTIUS CELARE NON POTUIT] Ante *quod* collocandum puto punctum, deinde ſcribendum *celari*, pro *celare*, ita conveniret magis & ſequentibus, & antecedentibus. SCHEFF.

8 PRO-

## I. *Arctos major.*

IGITUR, ut ſupra diximus, initium eſt nobis Arctos maxima.

HANC autem Heſiodus ait eſſe Calliſto nomine, Lycaonis filiam; ejus, qui in Arcadia regnavit: eamque ſtudio venationis inductam, ad Dianam ſe adplicuiſſe: à qua non mediocriter eſſe dilectam propter utriuſque conſimilem naturam. Poſtea autem ab Jove compreſſam, veritam Dianae ſuum dicere eventum, [7] quod diutius celare non potuit: nam jam utero ingraveſcente, [8] prope diem partus in flumine corpus exercitatione deſeſſum cum recrearet, à Diana cognita eſt non conſervaſſe virginitatem: cui dea pro magnitudine [9] ſuſpicionis non minorem retribuit poenam: erepta enim facie virginali, in urſae ſpeciem eſt converſa, quae Graece ἄρκτος adpellatur. [10] In ea figura corporis Arcada procreavit. Sed, ut ait [11] Amphis comoediarum ſcriptor, Jupiter [12] ſimulatus effigiem Dianae, cum virginem venantem ut adjutans perſequeretur, amotam [13] à conſpectu aliarum compreſſit: quae rogata à Diana quid ei adcidiſſet, quod tam grandi utero videretur, illius peccato id eveniſſe dixit. itaque propter ejus reſponſum, in quam figuram ſupra diximus, eam Diana convertit. Quae cum in ſilva ut fera vagaretur, [14] à quibuſdam AEtolorum capta, ad Lycaonem pro munere in Arcadiam cum filio eſt deducta.

[1] Ibi

8 PROPE DIEM PARTUS] Inſtante partu. Gloſſ. Philox. *Prope partum*, ἐγγὺς τόκου. Perperam junctim *propediem* complures editi. MUNCK. Pro *inductam* Voſſ. ſec. *inductum*. pro *ab Jove* d'Orvillii cod. *a Jove*. pro *compreſſam* & *veritam* Voſſ. ſec. *compreſſa* & *verita*. Voſſ. tert. *compreſſa* & *verita eſt*. pro *ingraveſcente*. Voſſ. ſec. *intumeſcente*. pro *conſervaſſe* tres Voſſiani ac d'Orvilli *ſervaſſe*. Ab AEgyptiis Urſa eſſe dicitur anima Typhonis in ſtellas relata, & in coelo fulgens. Vid. Plutarch. in Iſide & Oſir. Tom. II. pag. 357.

9 SUSPICIONIS] *Stoupitionis* unus ex Vlitianis. Forte *ſtuprationis*. MUNCK.

10 IN EA FIGURA] Schol. German. *Et dum eſſet urſa, arctum enixa eſt, quem Arcadem vocant.* Iſta ex Eratoſth. καταστ. cap. 1. habet, cujus verba etiam Theo in ſuum commentarium tranſtulit. Caeterum pro *arctum* ſcribendum eſt *arctum*, vel dicendum male vertiſſe verba Eratoſthenis: Καὶ ὅτως τοῦτο ἄρκτος γεγονέναι τὴν καλλίστην Ἀρκάδα. MUNCK.

11 AMPHIS COMOEDIARUM SCRIPTOR] Schol. German. *Amphis Comicus poeta.* Idem Fabulâ Canis: *Amphianax tragoediarum ſcriptor.* Emenda, *Amphis autem tragoediarum* &c. MUNCK. Vide Viros Doctos ad Diogen. Laert. in Platone Sect. 27. AEgyptii, quos primos Aſtrologos fuiſſe vidimus ad fab. 274. dicuntur ſideribus nomina inpoſuiſſe. Schol. Apollon. Rh. IV. 262. Γεγονέναι ὁ αὐτὸς φησὶ ὁ Ἀπολλώνιος τὸ μὲν πρῶτον τὰ ἄστρα φανῆναι. καθὸ τὴν τε φύσιν καλλιόπαν αὐτῶν δοκεῖσι, καὶ τὰ εἰδώλα θεῖναι. καὶ τὰ μὲν δράκοντα ζώδια, θῆρας βαλαίνης ἀποσημήσασθαι. τὰς δὲ πλειάδας, χαροδόφους. Theon vero ad Arati Phaenomena pag 15. quoſdam dicere refert, veterem quendam Mathematicum fuiſſe nomine Aſtraeum, qui primus ſiderum nomina invenerit, unde & pater Aſtrorum vocetur.

12 SIMULATUS EFFIGIEM DIANAE] Vide not. ad Mythol. cap. 99. MUNCK.

13 A CONSPECTU ALIARUM] Vulgatum *caeterarum* praeferam, quanquam Vlitt. 3. exhibent *caeterorum*. Sed cum virgine Diana nonniſi virgines venantur. Lege ergo, *caeterarum*, ut etiam eſt in editione Veneta & A. MUNCK. *Caeterorum* Voſſ. ſec. ac tert. item d'Orvillii c.

14 A QUIBUSDAM AETOLORUM] Emenda *aepolorum*, hoc eſt, capiariorum, ex Eratoſth. cap. 1. & Theone in Aratum p. 7. qui Eratoſthe-

[1] Ibi dicitur inſcia legis, in Jovis Lycaei templum ſe conjeciſſe: [2] quam confeſtim filius eſt ſecutus. Itaque [3] cum eos Arcades inſecuti interficere conarentur, Jupiter memor peccati, ereptam Calliſto cum filio inter ſidera conlocavit, eamque Arctum, filium autem Arctophylaca nominavit, [4] de quo poſtea dicemus. Nonnulli etiam dixerunt, cum Calliſto ab Jove eſſet compreſſa, Junonem indignatam in urſam eam convertiſſe: quam Dianae venanti obviam factam, ab ea interfectam, & poſtea cognitam inter ſidera conlocatam. Sed alii dicunt, cum Calliſto Jupiter eſſet in ſilvam perſecutus, Junonem ſuſpicatam id, quod evenit, contendiſſe, ut eum manifeſto diceret deprehendiſſe. Jovem autem, quo facilius ſuum peccatum tegeretur, in urſae ſpeciem converſam reliquiſſe: Junonem autem in eo loco pro virgine urſam inveniſſe, quam Dianae venanti, ut eam interficeret, demonſtraſſe: quod factum ut perſpiceretur, Jovem aegre tuliſſe, effigiem

toſthenem ad verbum deſcripſit. Schol. German. *Quae dum in montibus vagaretur, à quibuſdam paſtoribus apprehenſa, cum puero adducta eſt ad Lycaonem.* MUNCK. *Atbolorum* d'Orvillii cod.

1 IBI DICITUR] *Ibique* unus ex Vlitianis. MUNCK. *Ubi* Voſſ. tert.

2 QUAM CONFESTIM FILIUS SECUTUS EST] Morellianus unus, *quo confeſtim*, & mox pro *Calyſto*, *Calyſtonem*. SCHEFF. *Quo confeſtim* alter Morellianus. MUNCK.

3 CUM EOS ARCADES] Paullo aliter Servius ad I. Georgic. vs. 67. Voſſ. ſec. *Arcbales*. Pro *ereptam* Voſſ. ſec. *erepta*. pro *eamque* d'Orvill. c. *eam quoque*.

4 DE QUO POSTEA] *Poſterius* Vlitt. 3. cum heic, tum paſſim infra. MUNCK. *Poſterius* Voſſ. ſec. & tert. pro *factam* Voſſ. ſec. *facta*. pro *locatam* tres Voſſ. & d'Orvillii *collocatam*. atque ita lege. pro *illud quod* recte *id quod* edidit Munckerus, codd. Mſſ. adſtipulantibus. Vide me ad Nepotis praefat. & Cl. Oudendorp. ad Caeſar. III. B. Civ. 44. pro *eo loco* Voſſ. ſec. *eodem loco*. idem pro *quod fact. qua fact.*

5 UT COMPLURES] *Quamplures* unus Vlitianus. Quod idem eſt. Petronius: *Intraverunt palaeſtritae quamplures.* Capell. Nupt. Phil. lib. VIII. *Eodem ſe quamplures convertere dii.* MUNCK. Schefferus edidit *plures*. Tres Voſſiani *complures*. Alt d'Orvillii cod. *quamplures*. Vide Cort. ad Salluſt. B. Catil. cap. 19. n. 2. Inter iſtos quamplures eſt Theo ad Aratum pag. 22. ἄρκτοι ὅλως ἐ δύνται. Imo ipſe Virgilius canit I. Georgic. vs. 246. *Arctos Oceani metuentis aequore tingui*, ibi Servium conſule. Homerum imitatus Iliad. Σ. vs. 489. ad quem brevia Scholia perlegenda ſunt. Virgilium imitatur Statius III. Theb. vs. 685. *Arctos ad Oceanum fugientibus invidet aſtris.* & ibi Lactant. Ovid. II. Faſtor. vs. 191. *Saevit adhuc, canamque adiit Saturnia Tethyn Maenaliam tactis ne lavet Arcton aquis.* Theocritus Idyll. XXIV. vs. 11. canit Ἀμφὶ δ' τρίφιτα μιτοκόλλοις ἐς ΔΥ'ΣΙΝ Ἄρκος. Pro *qui volunt* Voſſ. prim. *atqui vol.* tert. & *q. v.* pro *eſſe inſt.* Voſſ. ſec. *inſtitut. eſſe.*

6 SUCCUBUERIT UT PELLEX] Vide not. ad Mythol. cap. 187. MUNCK. *Veniant* Voſſ. ſec. *veniunt.*

7 ARIETHUS AUTEM TEGEATES] *Aratus.* MICYLL. Micyllus putat *Aratus.* Sed is non eſt ſcriptor hiſtoriarum, uti hic vocatur. Sanctandreana editio habet *Arietibus*, quod eſt deterius. Magis placet *Arietbous*, ut viſum eſt Voſſio in libris de Hiſtor. Graecis. SCHEFF. *Aratus* A. *Arietus* Veneta. *Arietibus* Sanctandreana, ſed peccato, ut arbitror, operarum typographicarum, cum in caeteris religioſe ſequatur Morellium. Voſſius de Hiſtor. Graec. lib. III. p. 253. emendat *Areitbus* ex Graec. Ἀρείθῳ. quod vocabulum apud Homerum quoque occurrit Iliad. H. 138. Leopardus in margine libri ſui heic notaverat: Φερεκύδης δέ φησι καὶ Ἄρκεσθον eſt apud Tarrhaeum pag. 41. Occurrit idem nomen etiam infr. cap. 6. ubi *Aritus* exhibet unus ex Vlitianis. MUNCK. Omnes mei *Arietbus.*

8 MEGISTO] Notaverat homo doctus in margine libri ſui, *Aliis* Θεμιστώ. MUNCK.

9 CETEI FILIAM] Ita & Veneta. Micyllus & alii dederunt *Caetei*. Mſſ. 2. ex Vlitianis & *Caetei*. Putes ſcripſiſſe *Heraeei*, & mox *Heraeea*. Ἡραιάς enim

giem urſae ſtellis figuratam conſtituiſſe. Hoc ſignum, [5] ut complures dixerunt, non occidit. Qui volunt aliqua de cauſſa eſſe inſtitutum, negant Tethyn Oceani uxorem id recipere, cum reliqua ſidera eo perveniant in occaſum, quod Tethys Junonis ſit nutrix, cui Calliſto [6] ſubcubuerit ut pellex. [7] Ariethus autem Tegeates hiſtoriarum ſcriptor, non Calliſto, ſed [8] Megiſto dicit adpellatam: & non Lycaonis ſed [9] Cetei filiam, Lycaonis neptem. Praeterea Cetea ipſum Engonaſin nominari. Reliqua autem ſuperioribus conveniunt: quae res in Nonacri monte Arcadiae geſta demonſtratur.

## II. *Arctos minor.*

Hanc [10] Aglaoſthenes qui Naxica conſcripſit, ait Cynoſuram eſſe unam de Jovis nutricibus ex Idaeis nymphis: ab ejus quoque nomine & [11] urbem, quae Heſtiea vocatur, [12] à Nicoſtrato & ſodalibus ejus con-

enim dictus fuit unus de filiis Lycaonis, ut docet nos Apollod. lib. 1. p. 163. Forſan & in prologo reſcribendum *& Heraeeum* pro *Ceteum*. MUNCK.

## Ad CAP. II.

10 AGLAOSTHENES] Morellii codices habent *Agloſthenes*, quomodo vocatur & Polluci lib. IX. c. 6. Plinio lib. IV. c. 12. eſt AEgloſthenes, ſine dubio corrupte, pro *Agloſthenes*. *Aglaoſthenes* tamen dicitur & Caeſari in Arateis, & Lactantio lib. 1. c. 11. Adde quoque infra c. 16. SCHEFF. Vlitt. 3. *Gloſthenes*. Venet. *Agloaſthenes*. Sed rectum eſt *Aglaoſthenes*. Vide Voſſ. Hiſtor. Graec. lib. III. p. 240. Refert idem Agathoſthenes in Aſiaticis carminibus apud Schol. German. in hac fabulâ. Sed apud eum reſcribendum eſſe *Aglaoſthenes in Naxiacis carminibus* docet nos in notis ad Parthen. pag. 126. vir Cl. Thomas Gale. Alii Cynoſuram Calliſtus fuiſſe canem volunt. Vide Theon. in Aratum pag. 7. MUNCK. Voſſ. prim. & tert. *Gloſtenes*, ſec. *Gloſthenes*. D'Orvillii cod. *Agloſthenes*. *Cynoſura*, quod caninam caudam habet, dicta Serv. ad 1. Georgic. 246. Theo ad Aratum pag. 8. Edit. Morell. Οἱ Διάλογοι Κύρητες, φασὶν, ἐκάλεσαν, τὴν μὲν μικρὰν Κυνόσουραν, ἀφ' ἧς τὴν τ' ὑγρᾶς ὁμοιότητα, qui & de Helice agit. Adde Schol. Homeri Iliad. Σ. vs. 487. De Fabula hac etiam conſulendus Leontius de Sphaera Arataea pag. ult.

11 URBEM QUAE HESTIAEA] Morelii, *Hyſtoe*, quod notat ipſe, etiam in Arateis Germanici occurrere. SCHEFF. Soter *Hiſtiea*. Veneta *Iſtoe*. *Hiſtos* Vlitt. 2. ut & uterque Morellianus. Atque ita omnino ſcribendum. Ἰσὴ enim Graecis eſt. Eratoſthenes cap. 2. Ἀγλαοσθένης δὲ ἐν τοῖς Ναξικοῖς φησι, τροφὸν γενέσθαι Διὸς Κυνόσουραν, εἶναι δὲ μίαν τῶν Ἰδαίων Νυμφῶν, ἀφ' ἧς καὶ μάλιστα τῇ πόλει τῇ καλυμβάῃ Ἰσὴ τὸ ὄνομα τοῦτο ἐδόθη &c. *Hiſtoe* ergo Ἰσὴ, ut *paralleloe*, παραλλήλοι cap. 4. Lib. 1. *Arctoe*, ἄρκτοι in Grotii Imaginibus Arateis, *Adelphoe*, ἀδελφοὶ apud Terentium, *Eutbygrammoe*, Εὐθύγραμμοι, *Antoecoe*, ἀντοικοι cap. 2. & 4. Fragmenti veteris, quod Cenſorino aliquandiu tributum fuit. Forte & *Spartoe* ſcripſerat Hygin. fab. 178. ubi *Spartae* editum hactenus. Sed *Sparti* dicuntur aliis, ut oſtendi ibi, Σπαρτοὶ Graecis. A Plinio lib. v. cap. 31. inter Cypri oppida numerantur *Arſinoe*, *Carpaſium*, *Golgi*. Notant in Vet. cod. habere *Golgae*. Unde apparet faciendum eſſe *Golgoe*. Γόλγοι *Golgoe*, ut Σόλοι *Soloe*, quod in eodem capite invenias, & apud Melam lib. 1. cap. 13. Servavit rectam ſcripturam Germanici Scholiaſtes: *A quâ in oppido Hiſtoe Nicoſtratus conſtituit portus, & circa eum locum fuiſſe Cynoſuram.* Pro *portus* repone *portum* ex Eratoſthene, unde haec deſumpta. Videtur Hyginus in vitioſum codicem incidiſſe, & legiſſe apud Eratoſthenem vel alium ex Graeculis, ἀφ' ἧς μάλιστα τῇ πόλει τῇ καλυμβάῃ &c. Sed quomodo à nomine Cynoſurae dici poteſt urbs Hiſtoe conſtituta? quae in illis nominibus appellationis ſimilitudo? Scripſit ergo, vel certè ſcribere debuit: *Ab ejus quoque nomine in urbe, quae Hiſtoe vocatur, à Nicoſtrato & ſodalibus ejus conſtitutâ, & portum, qui ibi eſt, & agri majorem partem Cynoſuram appellatam.* MUNCK. Voſſ. prim. *Hiſtoe*. ſec. *Hyſtue*. tert. *Hiſtoe*. *Hyſtoe* d'Orvillii cod.

12 A NICOSTRATO ET EJUS SODALIBUS] Ἰσὴ τῷ κα-

conſtitutam, & portum qui ibi eſt, & agri majorem partem Cynoſuram adpellatam. Hanc autem inter Curetas fuiſſe, qui Jovis fuerunt adminiſtri. Nonnulli etiam Helicen & Cynoſuram [1] nymphas eſſe Jovis nutrices dicunt: & hac re etiam pro beneficio in mundo conlocatas, & utraſque Arctos adpellatas eſſe, quas noſtri Septemtriones dixerunt: ſed majorem arcton complures plauſtro ſimilem dixerunt, & ἅμαξαν Graeci adpellaverunt: cujus haec memoriae prodita eſt cauſſa: [2] In initio qui ſidera perviderunt, & numerum ſtellarum in unaquaque [3] ſpecie corporis conſtituerunt, & non Arctum, ſed Plauſtrum nominaverunt. Ex ſeptem ſtellis, duae quae pariles & maxime in uno loco viderentur, pro bobus haberentur: reliquae autem quinque [4] figuram plauſtri ſimularent. Itaque & quod proximum huic eſt ſignum Bootem nominari voluerunt: de quo poſterius plura dicemus. [5] Aratus quidem non hac re Bootem, nec illud Plauſtrum dicit

τὰ περὶ Νικόστρατον. Meſſus vertiſſet, *de Nicoſtrato*. Theod. Quaeſt. 8. in Deuteron. Οἱ περὶ τὸν Ἀκύλαν καὶ Σύμμαχον, *Aquila & Symmachus*. Laertius in Zenone p. 456. Οἱ περὶ Κάσσιον τὸν Σκεπτικὸν, *Caſſius Scepticus*. Παρεμπωπίας vitium incurrere nonnunquam hunc ſcriptorem, diſces ex iis, quae annotata ſunt ad 3. 14. & 31. Myth. Sed monendum hoc mihi, in eo quod cap. 14. dicit *Caeneus Coroni*, deceptum videri corruptâ ſcriptura Graeci codicis Apollodori. Notat enim AEgius inveniſſe ſe in antiquis libris Καινεὺς Κορώνου. MUNCK. Sic Plutarchus amat loqui. E. G. De EI apud Delphos Tom. II. pag. 387. de Hercule ὅτι πρὸς τῷ Χείρωνι τρεῖς Ἀπόλλωνος συνῆσαν διδασκάλῳ. Quaeſtion. Rom. Tom. II. pag. 278. τὸν παρὰ Εὐάνδρου διδαχθέντα Ἡρακλῆ i. e. *Euandrum docuit* Hercules. lib. VIII. Sympoſiac. p. 744. εἰ μὴ τῷ μαθηματικῷ τὰ περὶ τὴν ὠσχιάν ἐστι. Et in Amator. pag. 760. πεπυσμένων δὲ τὰ περὶ Νικόστρατον. in vita Demoſthenis pag. 853. τὰς περὶ Ἀσπάσιον. Sic τὰς περὶ Μάρθαν pro *ipſa Martha* Euang. Johan. X. 19. ubi conſule, quae ex Xenophonte adduxit Raphelius. Aliquando tamen ſub τὸν περὶ ΤΟΝ ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΝ, Nicoſtrati ſodales ſubaudiri potuiſſent. conſule eumd. Raphel. e Polybio N. F. inluſtrantem ad Acta Apoſt. XIII. 13. Multi fuere Nicoſtrati, de quibus J. N. Loenſis lib. IX. Epiphyll. cap. 5. Sed in AEliani libro XIV. V. H. cap. 47. quem adducit, pro *Nicoſtrato*, *Nicomachum* eſſe ſubſtituendum jam vidit Menagius ad Diogenis Laertii lib. VII. §. 51. Pro *portum qui*, *portam quae* Voſſ. ſec. pro *fuerunt* Voſſ. tert. *fuerant*. pro *adminiſtri* Voſſ. tert. *miniſtri* & ſuperſcriptum erat *adnutriti*. pro *eſſe* Voſſ. prim. *fuiſſe*. τὸ τε poſt *hac* abeſt d'Orvillianо codici. *nuncupatas* pro *appellatas eſſe* male Scheffer. edidit.

1 NYMPHAS ESSE] *Fuiſſe* Vlitt. 2. Quam lectionem firmat Germanici Scholiaſtes. MUNCK. Jovis nutrices ab ipſo Jove ſe in draconem convertente eſſe mutatas, & poſtea quam patris ſic decepti regnum fuiſſet adeptus, hanc ſuam & nutricum metamorphoſin arctico circulo infixiſſe docet Theo ad Aratum pag. 10. Jovis nutrices in urſas fuiſſe converſas, & inde montem *Arction* dictum docet etiam Schol. Apoll. Rhod. I. Arg. vs. 936.

2 IN INITIO] Voſſ. prim. tert. & d'Orv. *initio* Voſſ. ſec. *in initio*. Conſule Lector Cl. Oudendorp. ad Vegetii lib. IV. in Prol. in Obſ. Miſc. Maji, Junii, Julii, & Aug. 1738. pag. 213.

3 SPECIE CORPORIS CONSTITUERUNT, ET NON ARCTUM, SED PLAUSTRUM NOMINAVERUNT, EX SEPTEM STELLIS &c.] Haec non cohaerent cum ſequentibus. Scribo, *ſpecie corporis conſtituerunt, conſtituerunt* (*quod non arctum, ſed plauſtrum nominaverant*) *ut ex ſeptem*. Repetitio ejuſdem vocis otioſa videbatur. SCHEFF. Locus procul dubio mendoſus, cum nulla inde commoda elici ſententia poſſit. Soter dedit, *conſtituerunt, non arctum* &c. Micyllus & alii, *conſtituerunt, quod non arctum, ſed* &c. Agnoſcet manum ſuam Hyginus, ſi τὸ *quod* ex alieno in ſuum locum revoces & ſcribas, *conſtituerunt, non arctum, ſed plauſtrum nominaverunt, quod ex ſeptem ſtellis* &c. MUNCK.

4 FIGURAM PLAUSTRI SIMULARENT] Apulejus de Herbis cap. 113. *Folia ſimulans cucumeris*. Ad rem

dicit adpellari: [6] ſed quod Arctos videatur ut Plauſtrum circa Polum, qui Boreus adpellatur, verſari: & Bootes agitare eam dicatur. In quo non mediocriter videtur errare. [7] Poſtea autem de ſeptem ſtellis, ut Parmeniſcus ait, [8] quinque & viginti ſunt à quibuſdam aſtrologis conſtitutae, ut Urſae ſpecies, non ſeptem ſtellis perficeretur. Itaque & ille, qui antea plauſtrum ſequens Bootes adpellabatur, Arctophylax eſt dictus, & iiſdem temporibus, quibus Homerus fuit, haec Arctos eſt adpellata. de Septemtrionibus ille enim dicit, hanc [9] utroque nomine & Arcton & Plauſtrum nominari: [10] Bootem autem nuſquam meminit Arctophylaca nominari. Incidit etiam compluribus erratio, quibus de cauſſis minor Arctos Phoenice [11] adpelletur, & illi qui hanc obſervant, verius & diligentius navigare dicantur: & quare ſi haec ſit certior quam major, non omnes hanc obſervent: qui non intelligere videntur, de qua hiſtoria ſit profecta ratio, ut

rem facit, quod legitur apud Hom. Scholiaſten ad Odyſſ. E. 273. Καὶ ἅμαξα καλεῖται, ἐπεὶ ἐκ τεσσάρων καὶ ἴσων πρὸς ἄρκτον ἐκ τροχῶν ἁμάξης σχῆμα ἀπετελεῖτο. Sed defecta iſta partim, partim tranſpoſita. Cenſeo ſic redintegres: Ἐκ τεσσάρων ἄρκτος ἐκ τροχῶν, καὶ τῶν ἑφεξῆς πρὸς ἄρκτον ἐκ ῥυμοῦ ἁμάξης σχῆμα ἀπετέλειτο. Theo in Aratum pag. 7. ed. Morell. τῶν τεσσάρων ἀπὸ τροχῶν παραλλαμβανομένων, τῶν δὲ πρὸς ἄρκτον ἀπὸ ῥυμοῦ. MUNCK. Pro *pariles* Voſſ. prim. *partes*. Tert. *pares*. pro *maxime* Voſſ. tert. *ex his maxime*. pro *bobus* Voſſ. prim. *bubus*.

5 ARATUS QUIDEM] *Autem* Anonymi codex. Quod probo. MUNCK. Pro *hac re*, *in hac re* Voſſ. tert.

6 SED QUOD ARCTUM VIDEATUR] Magis placet *arctos*, ut eſt in Commeliniana vel Sanctandreana. SCHEFF. *Arctus* Venet. & unus Vlitianus. Sed alterum benè habet. Servavit Graecam terminationem, ut in *arctices* nominandi caſu cap. 7. Lib. III. Verba Arati ſunt: Δύω δὲ μιν ἀμφὶς ἔχουσαι Ἄρκτοι ἅμα τροχόωσι, τὴ δὲ καλέουσ' ἅμαξαν. MUNCK. Pro *Bootem* Voſſ. tert. *booten*. pro *circa p.* d'Orvillii cod. *circum p.* pro *mediocriter* Voſſ. prim. *inmediocriter*.

7 POSTEA AUTEM] *Poſtea enim* A. MUNCK. *Enim* Voſſ. tert.

8 QUINQUE ET VIGINTI SUNT A QUIBUSDAM] *Quinque & viginti ſunt*. MICYLL. Micyllus ſcripſit, *quinque & viginti*, quod in textum tranſſumſerunt in Sanctandreana. Ego non video, unde viginti ſtellae veniant. Sententia, ut opinor, haec eſt; Fuiſſe, qui non ſeptem ſtellas, quod ante fecerant, in plauſtro & duobus bobus conſtituendis, ſed quinque tantum numerarent ad exprimendam urſae ſpeciem. SCHEFF. Ita rectè etiam & Soter & Vlitt. 2. quanquam Hyginus infra lib. III. cap. 1. XXI. tantum, Scholiaſtes autem Germanici & Theo in Aratum pag. 7. XXIV. numerant. Quod non videre ſe ait vir doctus, unde ſtellae illae viginti quinque veniant, id ei cognoſcendum eſt, cum vitium, quo ſequentia infecta ſunt, turbet ſenſum. Reſcribe ergo, ut videas quid velit auctor, *ſeptem ſtellarum* ex MSS. 3. Vlitt. & codice Anonymi, pro *ſeptem ſtellis*. Sententia eſt, eos, qui ſigno illi figuram ſeptentrionum dederint. VII. id tantum, qui autem urſae, XXV. deformaſſe ſtellis. Manilius de Helice Lib. I. *Septem illam ſtellae certantes lumine ſignant*. MUNCK. *Quinque & triginta* Voſſ. prim. & ſec. aſt tert. *quinque & viginti*. *Sunt* abeſt Voſſiano primo. Pro *ſtellis*, *ſtellarum* Voſſ. ſec. & d'Orvillii cod. *ſtellarum numero* Voſſ. tert. Pro *antea* Voſſ. ſec. & tert. *ante*. Pro *appellabatur* d'Orvillii cod. *appellatur*. τὸ *enim* abeſt d'Orvilliano codici. Pro *nominari*, *appellari* Voſſ. ſec. ac d'Orvill.

9 UTROQUE NOMINE] *Genere*. MICYLL. Odyſſ. E. 273. Ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσι. MUNCK.

10 BOOTEM] *Boates* Vlitt. 3. Perperam. Scribe *Booten*. German. Schol. *Booten Homerus vocat*. MUNCK. Voſſ. prim. ſec. & d'Orvill. *Bootes*. Voſſ. tert. *Bootem*. ſed ſuperſcriptum erat *Bootis*. poſt *incidit* ſcribit *autem* Voſſ. ſec.

11 APPELLETUR] *Diceretur* vulgo. Sed Vlitt. 3. *appellaretur*. MUNCK. Pro *obſervant* Voſſ. ſec. *conſervant*. τὸ & ante *quare* abeſt Voſſiano primo, *quam major* abſunt Voſſiano ſecundo. pro *obſer-*

ut Phoenice adpelletur. [1] Thales enim, qui diligenter de his rebus exquiſivit, & hanc primus Arcton adpellavit, natione fuit Phoenix, ut [2] Herodotus Mileſius dicit. Igitur omnes, qui Peloponneſum incolunt, priore utuntur Arcto. Phoenices autem quam [3] à ſuo inventore adceperunt, obſervant: & hanc ſtudioſius perſpiciendo, [4] diligentius navigare exiſtimantur, & vere eam [5] ab inventoris genere Phoenicen adpellant.

## III. *Serpens.*

Hic vaſto corpore oſtenditur inter [6] duas Arctos conlocatus: qui dicitur aurea mala Heſperidum cuſtodiſſe, & ab Hercule interfectus, [7] ab Junone inter ſidera conlocatus, [8] quod illius opera Hercules ad eum eſt profectus, qui hortum Junonis tueri ſolitus exiſtimatur. ait enim Pherecydes, Junonem cum duceret Jupiter uxorem, [9] Terram inve-

*obſervent* Voſſ. ſec. *obſervant*. pro *appelletur* tres Voſſiani *appellaretur*. d'Orvill. *appellarentur*.

1 THALES ENIM &c.] Soter: *Thales enim Mileſius* &c. Atque ita volebat etiam Voſſius Hiſtor. Graec. p. 375. qui & mox ἀπλῶς, *ut Herodotus dicit*, exiſtimat ſcribendum. Cl. Schefferus malebat, *nec, ut Herodotus dicit, Mileſius*. MUNCK. Conſule Menag. ad Diogenis Laertii lib. I. §. 23. pro *quam* Voſſ. tert. *quae*. ante *obſervant* ſcribitur & in Voſſ. ſec. Phoenices Arctum minorem inveniſſe, rei nauticae peritiſſimos docet Philoſtratus in prooemio Heroicon paullo poſt princ.

2 HERODOTUS MILESIUS] Voſſius in de Hiſtor. Gr. p. 375. *Thales enim Mileſius*, & mox ἀπλῶς *ut Herodotus dicit*, exiſtimat ſcribendum. Verum urget Palmerius, quod non fuerit natione Phoenix, Thales, ſed origine ac gente tantum. Fuere tamen, qui & natum traderent in Phoenicia. Laertius: Ἐπολίσχεφθή δὲ ὁ Μιλήτου, ὁὶ δὲ καὶ σὺν Νειλέῳ ἐκπεσόντι Φοίνικος. Quare necdum diſplicet, quod ſcripſi olim in Milit. Naval. lib. IV. c. 6. editionis ſecundae, legendum eſſe, *natione fuit Phoenix, nec ut Herodotus dicit, Mileſius*. Nempe alios Hyginus ſecutus eſt auctores, qui Thalem volebant natum non Mileti, ſed in Phoenicia. *Nec* particula excidiſſe potuit, ob ſimilitudinem praecedentis ſyllabae. SCHEFF.

3 A SUO INVENTORE] Alter codex Morellii, *auctore*, quod a gloſſa eſſe videtur. SCHEFF.

4 DILIGENTIUS NAVIGARE] H. e. accuratius. Manilius Lib. I. *Tam ſpatio, quam luce minor, ſed judice vincit Majorem Tyrio*. Germanicus: *Certior eſt Cynoſura tamen ſulcantibus aequor*. Aratus: Τῇ δὲ Σιδόνες ἴδυιαλα ναυλόχοιο. Schol. German. p. 89. *Quam Sidones aſpicientes continuo navigant*. Aut perperam legit in Graeco exemplari ἄϊδις, aut imperitè τὸ ἄϊδ transtulit *continuo*. MUNCK.

5 AB INVENTORIS NOMINE] Micyllus ſcribit, *inventoris genere*, quod in Sanctandreanam editionem eſt tranſſumptum. Ego mallem *natione* ſcribere, quomodo ſupra, *natione fuit Phoenix*. Adde, quae de hac re monui in libris de Militia Navali. SCHEFF. Adſtruunt eam lectionem cum Micyllus & Soter, cum Vlitt. 3. Vulgo *nomine*, unde *natione* exſculpſit Cl. Schefferus. Theo: Ὁ Κρητὸς αὐτῆς Θαλῆς εἰς Φοίνικας ἀνάγει τὸ γένος. Majoris inventor Nauplius, ut idem docet pag. 7. MUNCK. Et omnes, quos inſpexi, *genere* ſcribunt. Pro *Phoenicen* d'Orvillii cod. *Phoenicem*. item Voſſ. prim.

## Ad CAP. III.

6 DUAS] Voſſ. ſec. *Duos*.

7 AB JUNONE] Vide Eratoſth. cap. 3. & Senec. Hercul. OEt. vers. 74. Schol. German. *Juno cuſtodem horti pervigilem implicuit arbori, quem Hercules interfecit, & illa aſtris intulit*. MUNCK.

8 QUOD ILLIUS OPERA &c.] Junonis enim inſtinctu factum eſt, ut athla ſita decantatiſſima Herculi imperaverit Euryſtheus. MUNCK. Voſſ.

[9] inveniſſe ferentem aurea mala cum ramis. [10] Quae Junonem admiratam, petiiſſe à Terra, [11] ut in ſuis hortis fereret, qui erant uſque ad Atlantem montem. Cujus filiae cum ſaepius de arboribus mala decerperent, Juno dicitur hunc ibi cuſtodem poſuiſſe: [12] hoc etiam ſigni erit, quod in ſideribus ſupra eum Draconem Herculis ſimulacrum oſtenditur, ut Eratoſthenes demonſtrat: [13] quare licet intelligere, [14] hunc maxime Draconem dici. Nonnulli etiam dixerunt, hunc Draconem à gigantibus [15] Minervae objectum eſſe, cum eos [16] obpugnaret: Minervam autem abreptum draconem contortum ad ſidera jeciſſe, & ad ipſum axem coeli fixiſſe: itaque eum adhuc [17] inplicato corpore videri, ut nuper ad ſidera perlatum.

## IV. *Arctophylax.*

De hoc [18] fertur, ut ſit Arcas nomine, Calliſtus & Jovis filius, quem

Voſſ. tert. *Q. i. e. ut. H. audivit.* pro *tueri* idem *cuſtodiri.* & pro *duceret, diceret.*

9 TERRAM INVENISSE FERENTEM] Emenda, *veniſſe ferentem.* Eratoſthenes: *Τὴν Γῆν ἰλθεῖν φέρουσαν τὰ χρύσια μῆλα.* Schol. German. *Eo quod, cum nuberet Jovi Juno, diis offerentibus munera, Terra quoque obtulerit aurea mala cum ramis.* Stabiliunt eam lectionem Vlitt. 2. Nec dubitare de eâ quenquam ſinunt, quae ex Eratoſthene adduxi. MUNCK. Voſſ. tert. haud male *adveniſſe.*

10 QUAE JUNONEM ADMIRATAM] Ita & Vlitt. 3. Perperam *τὸ quae* omiſit Sanctandreana. Veneta & aliae habent, *Inde Junonem* &c. MUNCK. Omnes mei *quae.* pro *petiiſſe* Voſſ. ſec. & d'Orvill. *petiſſe.* pro *ſaepius* Voſſ. tert. *ſaepe.*

11 UT IN SUIS HORTIS] Mallem, *ut & in ſuis.* SCHEFF.

12 HOC ETIAM SIGNI ERIT] Non video, quomodo hinc colligatur, eum a Junone conſtitutum cuſtodem, quia ſuper ipſum conſtitutus Hercules, niſi quia cuſtodem draconem dicitur interfeciſſe. At hoc non docet conſtitutum à Junone. Neſcio, annon hic quid deſit. SCHEFF.

13 QUARE QUODVIS LICET INTELLIGERE] In editione Sanctandreana deeſt illud *quodvis*, credo, quod huic loco videretur parum convenire. Verum puto pro eo *quoivis*, hoc eſt *cuivis* legendum. SCHEFF. *Quare quodvis licet* editi ante Morellium. *Quare quoivis* inde effingit Scheffer. Rectius putem *quovis.* Ordo eſt: *Quovis intelligere licet*, hoc eſt, res licita eſt. MUNCK. Voſſ. tert. *cuivis* ſed ſuperſcriptum erat *quidvis.* Sed d'Orvill. *quodvis.* pro *licet* Voſſ. ſec. *liceret.*

14 HUNC MAXIME] *Hinc* Veneta. Hoc eſſet, ex hiſtoriâ modo narratâ. MUNCK.

15 MINERVAE OBJECTUM ESSE] Schol. German. *Hunc alii Jovem aſtris intuliſſe dicunt, ob memoriam virtutis Herculis, Minervae objectu; quem illa contortum coelo immiſit, & inter ſeptentriones collocavit.* Pro *objectu* repone *objectum.* Plures fabulas de hoc dracone habes apud Theonem in Aratum pag. 11. *Δράκων δὲ*, inquit, *ἐστὶ, ὃν ἀνεῖλε Κάδμος. Καὶ ἑτέρως δὲ, ὁ τὰ μῆλα φυλάσσων τῶν Ἑσπερίδων, ὡς εἶ ὁ πολὺς λέγει, ὁ ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἀνῃρημένος Πυθίου.* Lege, *Πύθωνος.* MUNCK.

16 OBPUGNARET] Voſſ. ſec. & d'Orvill. *obpugnaret.* pro *fixiſſe* Voſſ. ſec. *id infixiſſe.* pro *implicato* d'Orvill. *implicito.*

17 IMPLICATO CORPORE] In Salignacii codice *implicito* legi, Morellius obſervat. MUNCK.

## Ad CAP. IV.

18 FERTUR UT SIT] Ita & Veneta & Vlitt. 2. Graecum eſt *ὡς Ἄρκας ἐγένετο.* Vide Mariang. Auctar. epiſtol. VI. Noſter infra cap. 10. *Dicunt, ut gloriata ſit* &c. Vopiſcus Florian. cap. 3. *De quo dictum eſt ut Probus diceretur.* Adde quae notamus infr. ad cap. 7. MUNCK.

quem dicitur [1] Lycaon, cum Jupiter ad eum in hoſpitium veniſſet, cum alia carne conciſum pro epulis adpoſuiſſe. ſtudebat enim ſcire, ſi deus eſſet, qui ſuum hoſpitium deſideraret. Quo facto non [2] minore poena eſt adfectus. nam ſtatim Jupiter, menſa projecta, [3] domum ejus fulmine incendit: ipſum autem in lupi figuram convertit: at pueri membra conlecta & compoſita in unum, dedit [4] cuidam AEtolorum alendum, qui adoleſcens factus, in ſilvis cum venaretur, inſcius vidit matrem in urſae ſpeciem converſam, quam interficere cogitans, perſecutus eſt in Jovis Lycaei templum: [5] quo & qui adceſſiſſet, mors poena erat Arcadum lege. Itaque cum utrumque neceſſe eſſet interfici, Jupiter eorum miſertus, ereptos inter ſidera conlocavit, ut ante diximus. [6] Hic autem è facto ſequens Urſam perſpicitur, & Arctum ſervans Arctophylax eſt adpellatus. Nonnulli hunc [7] Icarium Erigones patrem dixerunt, cui propter juſtitiam & pieta-

1 LYCAON] Ovid. videtur Lycaona ipſum pro Boote accipere lib. VI. Faſtor. ſic enim inquit.

*Tertia poſt nonas removere Lycaona Phoebe*
*Fertur & a tergo non habet urſa metum.* MICYLL.

2 MINORE POENA] Pro *minore* cod. d'Orvill. *minori*.

3 DOMUM EJUS FULMINE INCENDIT] Schol. C. Germ. ut in MS. quem Cl. Oudendorpius inſpexit, *ejus domum incendiſſe*. *Fulmine* tamen & in iſto Scholiaſte retinendum. Eratoſthen. cap. 8. τὴν δὲ οἰκίαν αὐτῦ κεραυνοῖ.

4 CUIDAM AETOLORUM] Quinam hi ſunt AEtoli, & quomodo nunc in Arcadia verſantur? Suſpicor hic mendum non exiguum, & ſcribo, *cuidam aepolorum*. Scilicet Graeca locutione uſum, pro Latina *caprariorum*, credo. Caprarii enim Graecis αἰπόλοι. At a capraris educatum, teſtis vetus eſt Grammaticus ad Aratea Germanici. *Ajunt Arcadem compactis membris ad vitam reduxiſſe, & cuidam caprario dediſſe nutriendum.* SCHEFF. Recte *aepolorum* ex Scholiaſte German. Schefferus. Firmat ejus conjecturam Theo in Aratum pag. 7. Θεράπαιναι τοῦ αἰπόλου τινὸς, ᾧ παρεδόθησαν Λυκάονι. MUNCK. Pro *in ſylvis* d'Orvill. *in ſylvas*. recte, ut Noſter amat loqui.

5 QUO ET QUI ACCESSISSET] Sine dubio ſcribendum, *quo ei, qui acceſſiſſet*. Atque ita video nunc & Modium cenſuiſſe, ep. II. SCHEFF. *Quo ei qui* Modius & Schefferus. MUNCK. Male a Scheffero editur, & in quibuſdam Mſſ. *Lycei* ſcribitur pro *Lycaei*. Graece enim Λυκαίῳ ſcribitur, cujus Jovis templum ab ipſo Lycaone in Parrhaſia exſtructum dicitur a Scholiaſte Euripidis in Oreſte. vs. 1648. in cujus Dei honorem Arcades certamina Λύκαια dicta celebrabant, ut Schol. Pind. Olymp. Od. VII. 153. ab eodem Lycaone inſtituta. Pauſan. lib. VIII. cap. 2. & quidem in eadem Arcadiae urbe Parrhaſia. Schol. Pind. Olymp. IX. vs. 145. In hujus vero Jovis *Lycaei* templum nulli licere intrare, & intrantem lapidibus obrui, docet Plut. Quaeſt. Graec. Tom. II. pag. 300. Conſule praeterea Callimachum H. in Jovem vs. 13. & quem ad h. l. adduxit Spanhemius, Pauſaniam lib. VIII. cap. 38. & plura alia huc facientia videbis. Antequam ad alia tranſeam, adſcribere debeo, quae refert Schol. Theocriti Idyll. I. vs. 123. Ὑπὸ τοῦ Λυκαίου φησὶ χωρίου, καλεμένου Καλλιστᾶς, ἐν ᾧ ἐλθοῦσαι τὴν Λυκάονος Καλλιστὼ συγκατέκρυψαν ἄρκτῳ ἴσαν, ὑπὸ Ἕρμῃ τραφῆναι, ὃν φησι Ἀρχίλοχος ἐν ἀναπαίστοις ἱστορίαις. Sed ut, quae orſus ſum, detexam. *Lyceus* vel *Lycius* vocatur Apollo, & *Lycea* Diana. cauſſam docebunt Pauſan. lib. II. c. 19. p. 152, 153. cap. 31. p. 184. Critici ad Sophoclis Electram vs. 6. & Theo ad Aratum pag. 80. nec non Sylburg. ad Pauſan. lib. II. cap. 9. in f. & Olear. ad Philoſtrati Heroica cap. X. §. 4. Ante *eorum* ſcribitur *autem* in Voſſ. primo.

6 HIC AUTEM E FACTO] Voſſ. ſec. *haec*. tert. *hoc*. τὸ *e* abeſt Voſſ. ſec. & tert.

7 ICARIUM] Notat Morellius, in codicibus ſuis ſemper legi *Icarum* in hac tota fabella. Et eſt Icarus Tibullo etiam lib. IV. & I. ubi vide. SCHEFF. *Icarum* ſemper Vlitt. 3. & Veneta. Nec mutari debuit. Germanicus: *Icarus ereptam penſavit munere vitam.* Conſer quae notavimus ad

pietatem exiſtimatur Liber pater vinum & vitem & uvam tradidiſſe, ut oſtenderet hominibus quomodo ſereretur, & quid ex eo naſceretur; & [8] cum eſſet natum, quomodo eo uti oporteret. Qui cum ſeviſſet vitem, & [9] diligentiſſime adminiſtrando [10] floridam falce feciſſet, dicitur hircus in vineam ſe conjeciſſe, & quae ibi tenerrima folia videret, decerpſiſſe: quo facto, Icarium irato animo tuliſſe, eumque interfeciſſe, & ex pelle ejus utrem feciſſe, ac vento plenum praeligaſſe, & in medium projeciſſe, ſuoſque ſodales [11] circum eum ſaltare coegiſſe. [12] Itaque Eratoſthenes ait: Ἰκαρίου περὶ πρῶτα [13] περὶ τρύγον ἀρχόμενοι. Alii dicunt Icarium, cum à Libero patre vinum adcepiſſet, ſtatim utres plenos in plauſtrum inpoſuiſſe. hac re etiam Bootem adpellatum: qui cum perambulans Atticorum fines paſtoribus [14] oſtenderet, nonnulli eorum [15] aviditate pleni, novo genere potionis inducti, ſomno conſopiuntur: [1] atque

ad Mythol. cap. 130. MUNCK. Duo codd. Voſſ. *Icarum.* Item d'Orvill. *Erigonis* Voſſ. ſec. & d'Orvill.

8 CUM ESSET NATUM, QUOMODO EO &c.] Veneta aliaeque, *cum eſſet natum id, quomodo* &c. Vlitt. 3. & A. *Cum eſſet natum, quomodo id uti.* Quod non debuit ſperni. Utor enim, quemadmodum vel pueri norunt, cum accuſandi caſu non minus Latinè, quam auferendi, conſtruitur. MUNCK. Pro *ex eo* Voſſ. ſec. *ex ea. Id* ante *uti* agnoſcunt Voſſ. prim. & d'Orvill. Exempla, quae varii Grammatici adducunt, ut verbo *uti* dent accuſandi caſum, fere eadem, & ex iiſdem auctoribus petita ſunt. Sic quae Cortius ad Salluſt. B. Jugurth. cap. 12. n. 3. adfert, jam dudum ad partes cum pluribus aliis conjuncta vocavere Sanctius in Minerva lib. III. cap. 3. pag. 395. & Jac. Nic. Loenſis lib. IX. Epiphyll. cap. 15. Hanc lectionem in hoc auctore facile quidem admitto; nam *id, hoc*, vel *quod uti* praecedente nonnumquam, vel ſequente eodem caſu, ad quem pronomina ea referuntur, Latinius credo dici, quam *domum alicujus, peditatum uti.* Nec temere iſtum caſum optimis auctoribus obtrudendum eſſe cenſeo cum Cl. Oudendorpio ad J. Caeſarem lib. II. de B. Civ. cap. 41.

9 DILIGENTISSIME ADMINISTRANDO] Colendo, putando. Columella II. 2. *Adminiſtrare ſementem.* Mamertus de Statu Anim. lib. I. cap. 12. *Adminiſtrare carnem.* Diomedes Praefat. lib. II. *Adminiſtrare loquendi materiam diſputandique ſubſtantiam.* Non valdè diſſimiliter *operari oliveam* dixit Palladius lib. I. Tit. 6. *Operari terram* Vet. Interp. Geneſ. cap. III. MUNCK.

10 FLORIDAM FALCE FECISSET] Sanctandr. *facile*, quod in ſuis quoque reperiri Morellius teſtatur, & ideo τὸ *falce* repudiat. Sed *adminiſtrare vitem falce* pro *putare* mihi optime videtur dici, nec contemno. SCHEFF. Ita & Modiani & duo ex Vlitianis codicibus. Anon. *reddidiſſet facile.* Antiquitus cuſi, *falce feciſſet.* MUNCK. Omnes mei codd. *facile.* ante *conjeciſſe* etiam *facile* legitur in Voſſ. ſec. & tert. τὸ *praeligaſſe* abeſt Voſſiano ſecundo.

11 CIRCUM EUM SALTARE] *Circa* Veneta & reliquae antiquiores. Vide Schol. Ariſtoph. in Plutum pag. 108. & Tzetzen in Heſiod. p. 87. unde diſces non circa utres, ſed ſupra eos ſaltare ſuiſſe ſolitos. MUNCK. Voſſ. ſec. tert. & d'Orvill. *circum.*

12 ITAQUE ERATOSTHENES] Omnia haec abſunt a codicibus Morelli, quod probo. SCHEFF.

13 ΠΕΡΙ ΤΡΥΓΟΝ] Ita & Soter edidit. Sed antiquiores & Vlitt. 2. *περὶ τρύγα.* MUNCK. Στρατὸν Voſſ. ſecundo. Graeca abſunt celeb. d'Orvillii codici. Item Voſſ. primo ac tertio.

14 OSTENDERET] *Oſtendiſſet* Vlitt. 3. MUNCK. Item Voſſ. prim. pro *Atticorum, Arcticorum.* De fabula vid. Jac. Nic. Loenſis. lib. IX. Epiphyll. cap. ult.

15 AVIDITATE PLENI] Videntur haec trajecta, & ſic conſtituenda: *nonnulli eorum aviditate inducti, pleni novo genere potus, conſopiuntur.* Pro *potus* Sanctandreana habet *potionis*, ex gloſſa, ut opinor. SCHEFF. Tranſponit Schefferus, *aviditate inducti, pleni novo genere potus.* Sed τὸ *potionis* Morellii, quod è gloſſa irrepſiſſe illi videbatur, adſtruunt Vlitt. 3. MUNCK. Tranſpo-

[1] atque ut alius aliam ſe in partem rejiciunt, [2] ut ſemimortua membra jactantes, alia, ac decebat, loquebantur, reliqui eorum arbitrati venenum ab Icario datum paſtoribus, ut eorum pecora abigeret in ſuos fines, Icarium interfectum in puteum dejecerunt: [3] ſed ut alii demonſtrant, [4] ſecundum arborem quamdam defoderunt. Qui autem obdormierant, experrecti cum ſe numquam melius quieſſe faterentur, ac requirerent Icarium, ut pro beneficio [5] muneraretur, interfectores ejus animi conſcientia permoti, ſtatim ſe fugae mandaverunt, & [6] in inſulam AEtolorum pervenerunt: à quibus ut hoſpites recepti, domicilia ſibi conſtituerunt. At Erigone Icarii filia permota deſiderio parentis, cum eum non redire videret, ac perſequi conaretur, canis Icarii, cui [7] Maera fuerat nomen, ululans, ut videretur obitum domini lachrimari, rediit ad Erigonen, cui non minimam cogitatae mortis ſuſpicionem oſtendit: neque enim puella timida ſuſpicari debebat niſi patrem interfectum, qui tot dies ac menſes abeſſet. At canis veſtem ejus tenens dentibus, perduxit ad cadaver. Quod filia ſimul ac vidit, [8] deſperata ſpe, ſolitudine ac pauperie obpreſſa, multis miſerata lachrimis, [9] in eadem arbore, qua parens ſepultus videbatur,

nit Schefferus . . *aviditate inducti*, *n. g. potionis pleni*. Non male quidem, quamvis optimo jure adſervari tentata lectio queat; in qua *inducti* eſt decepti, allecti, ut nimium nempe inde ſe invitarent: & *aviditate pleni* dicitur, ut cap. XIII. *cupiditate plenus*. WOPKENS. Agnoſcunt omnes mei.

1 UT ALII ALIAM SE IN PARTEM] Sanctandreana, *alius aliam ſe in partem*. Verum nihil cenſeo mutandum, quia ſequitur, *reliqui eorum*. SCHEFF. Scribe, *Atque ut alius aliam* &c. cum Sotere, Venetâ & Vlitt. 3. Τὸ *ut* hîc eſt poſtquam. Mox pro *ut ſemimortua* malebat *& ſemimortua* Cl. Schefferus. Quod probo, niſi cui magis arridet, *& ut* &c. MUNCK. Pro *alius* Voſſ. tert. *altius*. Mox τὸ *alia* abeſt Voſſ. ſec.

2 UT SEMIMORTUA MEMBRA] Scribendum eſt, *& ſemimortua*. SCHEFF.

3 SED UT ALII DEMONSTRANT] Emendo, *ſeu ut alii demonſtrant*, res eſt evidens, nec indiget probatione. SCHEFF. *Seu ut alii* Cl. Schefferus. Non arbitror opus eſſe. Infr. cap. 5. *Sed ut ait, qui Cretica conſcripſit, quo tempore* &c. MUNCK.

4 SECUNDUM ARBOREM] *Eum ſub arborem* MSS. 2. ex Vlitt. Forte *ſub arbore*, ut praefert A. Infra: *Sub quâ parens ſepultus videbatur*. MUNCK. *Eum ſub arborem* Voſſ. prim. *obdormierunt* Voſſ. ſec. *quieſcere* pro *quieſſe* Voſſ. prim. & ſec. pro *nunquam* Voſſ. tert. *nuſquam*.

5 MUNERARETUR] Scio, etiam paſſivam ſignificationem habere, hoc tamen loco arbitror convenientius, *Munerarentur*. Habet enim ſpecialem reſpectum ad eos, qui ante viſi erant injuria affecti. SCHEFF. *Munerarentur* Vlitt. unus, quomodo & Cl. Schefferus conjecerat. *Munerarent* Veneta. MUNCK.

6 IN INSULAM AETOLORUM] Nulla AEtolorum inſula. Scribendum, *Ceorum*, uti docuit Salmaſius ad Solinum. Quanquam cum, quod ipſe teſtatur Salmaſius, in antiquis Libris ſit *Egeum*, ſuſpicer fuiſſe olim, *Egei m. Ceorum*, i. e. Egei maris Ceorum. SCHEFF. Vlitiani codices, diverſimodè, *Eolum*, *Eolorum*, *Eorum*. Quorum poſtremum prope accedit ad Salmaſianam conjecturam *Ceorum*. MUNCK. Celeb. d'Orvillii cod. *eorum*. pro *Erigone* Voſſ. tert. *Erigona*. Pro *filia* Voſſ. ſec. *filiam*. pro *lacrimari* omnes mei Voſſiani ac Cl. d'Orvillii *lacrimare*. Pro *dies ac menſes* Voſſ. ſec. *dies ac noctes*. pro *ſimul ac* Voſſ. prim. ac tert. *ſimul ut*.

7 MERA] Scribe *Maera* cum Venetâ. Vide not. ad Myth. cap. 130. Propriè eâ voce denotatur κὺξ λαγωπόλικος, ut docet Iſac. ad Lycophr. p. 61. MUNCK.

8 DESPERATA SPE] Lactant. Argum. Ovid. Met. lib. 11. fab. 1. *Cadmus deſperatâ ſpe reviſendi patris*. MUNCK.

9 IN

batur, ſuſpendio ſibi mortem conſcivit. Cui canis mortuae ſpiritu ſuo parentavit: nonnulli enim hunc in puteum ſe dejeciſſe dixerunt [10] Anygrum nomine: quare poſtea neminem ex eo puteo bibiſſe memoriae tradiderunt. Quorum caſum Jupiter miſeratus, in aſtris corpora eorum deformavit. Itaque complures Icarium, Bootem: Erigonem, Virginem nominaverunt, de quo poſterius dicemus: Canem autem ſua adpellatione & ſpecie Caniculam dixerunt: quae à Graecis, quod ante majorem Canem exoritur, προκύων adpellatur. Alii hos à Libero patre figuratos inter ſidera dicunt. Interim cum in finibus Athenienſium multae virgines ſine cauſſa ſuſpendio ſibi mortem conſciſcerent, quod Erigone moriens erat precata; ut eodem [11] leto filiae Athenienſium adficerentur, quo ipſa foret obitura, niſi Icarii mortem perſecuti, & eum forent ulti. Itaque cum id eveniſſet, ut ante diximus, petentibus eis Apollo dedit reſponſum: Si vellent eventu liberari, ſatisfacerent Erigonae. Qui quod ea ſe ſuſpenderat, inſtituerunt, uti [12] tabula interpoſita pendente, funibus [13] ſe jactarent, ut qui pendens vento movetur: quod ſacrificium ſolenne inſtituerunt. Itaque & privatim & publice faciunt, & id [14] Aletidas adpellant: quod

9 IN EADEM ARBORE, QUA PARENS] Ita quidem & MSS. 3. cum Morellio. Antiquiores tamen editiones, etiam Veneta, *ſub quâ*. MUNCK.

10 ANYGRUM] *Anigrum* al. *Anbigrum* Venet. *Ambigrum* Sot. Flumen *Anigrum* invenio apud Ovid. XV. Met. alioſque; nuſquam puteum eo nomine. MUNCK. *Anbigrum* d'Orv. c. *Anbygrum* Voſſ. duo. atque ita lego. nomen Graecum adpellativum, quod proprium eſſe putavit Auctor. Vide quae dixi in Obſ. Miſc. Tom. II. vol. X. pag. 307, 308. & Tom. III. pag. 401. quomodo alii multi Ἀνυγρον proprium Theſſaliae fluminis eſſe nomen falſo credideruntVid. Jac. Nic. Loenſis lib. V. Epiphyll. cap. 21. & Spanh. ad Callim. H. Diam. pag. 202. vel lego *Anydrum* Graece Ἄνυδρον. & hunc puteum ita dictum puto, quia Athenae olim quidem ſcatebant puteis, nullus enim ibi fons erat ante Piſiſtrati tempora, qui invenit fontem εὐπάκτιον. Confer Pauſan. lib. I. cap. 14. pag. 34. cum Thucydide lib. II. cap. 48. Sed ſoli ſiccitate laborabant, quod non niſi pluvia e coelo demiſſa inrigari poterat. Vide Herodot. lib. II. cap. 13. Adde, quod de Argis notat Pauſan. lib. II. cap. 15. p. 145. unde idem Pauſanias cap. 24. pag. 57. notat. Ἔστι δὲ καὶ γῆς ἄγαλμα, ἱκετεύουσης ὑσαι οἱ τὸν Δία. ἔστι αὐτῇς ὄμβρου δῶσαν Ἀλιαῖοις, ἔστι καὶ πῆς πᾶσιν Ἕλλησι συμβᾶς κόχμοις. Hinc plura loca Athenis Ἄνυδροι dicta, ut mons Hymettus minor. Vide Meurſii Reliqua Attica cap. X. quod vocabulum librarii mutarunt forſan in *Anigrum* noti ſatis fluvii nomen. Praeterea puteos Attici peculiaribus epithetis inſigniebant. ſic apud Eleuſinios eſt φρέαρ καλλίχορον, ἔνθα πρῶτον Ἐλευσινίων αἱ γυναῖκες χορὸν ἔστησαν, καὶ χορὸν εἰς τὸν θεόν. Vid. Pauſan. lib. I. cap. 38. pag. 93. inl. Spanh. cum aliis Interpr. ad Callim. H. in Cerer. vs. 16. ſic in via, quae ex Eleuſine fert Megara, puteus eſt, qui dicitur φρέαρ ἄντινον. De quo Pauſan. lib. I. cap. 39. pag. 94. Pro *miſeratus* d'Orv. c. *miſertus* pro *figuratos* Voſſ. ſec. *figurata* pro *Erigone* d'Orv. c. *Erigenem*.

11 LETO] Voſſ. ſec. *letho*. τὸ *afficerentur* abeſt Voſſiano ſec. pro *liberari* Voſſ. ſec. *liberare ſe*. Voſſ. prim.. *liberari ſi*. pro *Erigonae* Voſſ. prim. & ſec. *Erigoni*. Vide ad fab. 137. ſic mox pro *Cyrenes* Voſſ. ſec. *Cyrenis*.

12 TABULA INTERPOSITA PENDENTE FUNIBUS] Non dubito, quin ſcribendum ſit, *pendentes funibus*. Nec enim tabula, ſed ipſi pendere debebant ex imprecatione Erigones. SCHEFF. *Pendentes* mallet Clar. Schefferus. MUNCK.

13 SE JACTARENT] Vlitt. *ſectarentur*, vel *ſectarent*. A. *ſecarentur*. Forte *jactarentur*, vel *ſe jactarent invicem*. MUNCK.

14 ALETIDAS] Heſychius: Ἀλῆτις ἑορτὴ Ἀθήνησιν ἐν τῷ αἰῶνι λεγομένη, καὶ ἡμέρας ὄνομα, ἀς Πλά-

quod eam patrem perſequentem cum cane, ut ignotam & ſolitariam oportebat, mendicam adpellabant, quas Graeci ἀλήτιδας nominant. Praeterea Canicula exoriens aeſtu [1] eorum loca & agros fructibus orbabat: & ipſos morbo adfectos, poenas Icario cum dolore ſubferre cogebat, eo quod latrones recepiſſent. Quorum rex Ariſtaeus Apollinis & [2] Cyrenes filius, Actaeonis pater, petit à parente [3] quo facto à calamitate civitatem poſſet liberare: quem deus jubet multis hoſtiis expiare Icarii mortem, & ab Jove petere, ut, quo tempore Canicula exoriretur, [4] dies quadraginta ventum daret, qui [5] aeſtui caniculae mederetur. Quod juſſum Ariſtaeus confecit, & ab Jove inpetravit, ut Eteſiae flarent: quas nonnulli Eteſias dixerunt, quod quotannis certo tempore exoriuntur: [6] ἔτος enim Graece, annus eſt Latine. [7] Non-

*των ὁ καμικός.* Pro *ἡμέρας* legit *Ἡσιόδους* Sopingius. Quae ejus conjectura Hyginianis hiſce non parum confirmatur, ut & ab Heſychio ipſo in *Αἰώρα. Οἱ δὲ ἐπὶ Ἡσιόδου Ἀλήτιδι τῇ Ἰκαρίᾳ.* Forte heic *Aletides* reponendum. Vid. not. ad Mythol. cap. 270. MUNCK. *Id* abeſt cod. d'Orvillii. pro *adpellant* Voſſ. tert. *vocant.* Mox pro *Graeci* idem *Graece.* Iterum pro *appellant* Voſſ. ſec. *vocant. appellabant* Voſſ. prim. pro *exoriens* Voſſ. tert. *exorientis.*

1 AESTU EORUM LOCA] Quinam illi, *eorum?* utrum Attici? Minime, nam ſequitur, *quod latrones recepiſſent*, quod non pertinet ad Atticos, ſed AEtolos, ut liquet ex ſuperioribus. Scribendum ergo, *aeſtu AEtolorum.* Quanquam cum ſit inſula AEtolorum nulla, ſicut ante dictum, emendari potius *Ceorum* debeat, ut vult Salmaſius vel AEgeorum. SCHEFF. Legendum *Ceorum loca.* Vide Salmaſ. ad Solin. p. 144. Scalig. ad Manil. p. 406. MUNCK.

2 CYRENES FILIUS, ACTAEONIS PATER] Placet, quod habet Modius ep. 11. Novan. *Cyrenes filius, Actaeonis pater, petiit.* SCHEFF. Haec procul dubio genuina eſt ſcriptura, cum eam in tribus etiam MSS. invenerit Vlitius. Perperam *Actaeonis tempore* repraeſentant antiquitus cuſi. Sed pro *Ariſticus* ſcribendum *Ariſtaeus.* Vide not. ad Mythol. cap. 161. MUNCK. *Patrem* Voſſ. prim. *pater* Voſſ. tert.

3 QUO FACTO] Ita & Vlitt. 1. quanquam non diſplicet *quo pacto*, quod Veneta & aliae habent. MUNCK. Omnes codd. *facto.* pro *a calam.* Voſſ. prim. *e calam.* ſed praepoſitio abeſt Voſſ. ſecundo ac d'Orvilliano.

4 DIES QUADRAGINTA] *Diebus* A. MUNCK. Pro *daret* d'Orvill. *dare.*

5 QUAE AESTUM CANICULA MEDERETUR] Emendarunt in Sanctandreana, *quae aeſtui.* Atqui ſic ipſe Terentius, *quas, cum res adverſae ſint, minus mederi poſſis.* Hoc notaveram, cum deinde etiam Morelli unum habere *aeſtum* didici, hancque ſcripturam ab eo probari. SCHEFF. *AEſtu* Vlitt. 2. Quod idem eſt. Maro AEn. 1. *Parce metu.* Propert. lib. 1. El. 13. *Proxima Ledae Et Ledae partu, gratior una tribus.* Adi Gellium. Nec damnem *aeſtum*, quod Veneta, Micyll. & Morellianus alter habent. Nam *mederi* cum accuſandi caſu conſtruxere etiam alii, ut Terent. Phorm. Act. v. ſc. 4. Gellius lib. 1. cap. 9. Fulg. lib. 111. cap. 10. ubi plura huc facientia dixi. MUNCK. D'Orvill. *aeſtum.*

6 ἜΤΟΣ ENIM GRAECE] In vetuſtis libris legi *σεισμός* Morellius ait. Sed ex hoc Eteſiae non poſſunt derivari. quare pro alterius gloſſemate ac explicatione habendum. Heſychius: *ἔτος, σεισμός.* SCHEFF.

7 NONNULLI ETIAM ETESIAS] Scribe per diphthongum *aeteſias* cum Veneta & antiquioribus aliis. Tertia etymologia eſt apud Theon. in Arat. pag. 22. *Ἡ παρὰ τὸ ἐτεὸν, ἀφ' οὗ τὸ μαθόντες μισθάσθαι αὐτὸς, ὅτι ὁ καιρὸς αὐτῶν σέσηται.* MUNCK. Voſſ. tert. priore loco *AEtheſias*, ſecundo *Etheſias* tertio *AEteſias. τὸ eſt* poſt *annus* abeſt d'Orvilliano codici. De ventis *Eteſiis* multi multa, ut P. Manutius ad Ciceronis lib. 11. Epiſt. Fam. 15. Schott. & Iſ. Voſſius ad P. Melam 1. 9, 40. & Salmaſius ad Solinum pag. 299. Sed quae faciunt ad h. l. inluſtrandum, profert Schol. Apoll. Rhodii 11. Argonaut. vs. 500, & 528.

8 SED HOC IN MEDIO RELINQUAMUS] Vlitt. 3. *Sed de hoc in medio relinquetur.* Infr. cap. 8. *De quo in medio relinquimus.* Et lib. IV. cap. 8.

Quo-

7 Nonnulli etiam AEteſias adpellaverunt, quod expoſtulatae ſunt ab Jove, & ita conceſſae. 8 Sed hoc in medio relinquamus, ne nos omnia praeripuiſſe exiſtimemur. Sed ut ad propoſitum revertamur, Hermippus, qui de ſideribus ſcripſit, ait 9 Cererem cum Jaſione Thuſci filio concubuiſſe: quamobrem fulmine percuſſum complures cum Homero dixerunt. Ex his, ut Petellides Gnoſius hiſtoriarum ſcriptor demonſtrat, naſcuntur filii duo Philomelus & Plutus: 10 quos negant inter ſe conveniſſe: nam Plutum, qui ditior fuerit, nihil fratri ſuo de bonis conceſſiſſe: Philomelum autem neceſſario adductum, quodcumque habuerit, 11 ex eo boves duos emiſſe, & ipſum primum plauſtrum fabricatum eſſe: itaque arando & colendo agros, ex eo ſe aluiſſe: cujus matrem 12 inventum miratam, ut arantem eum inter ſidera con-

*Quoniam de biſce rebus expoſuimus ordine.* Non diſſimili loquendi formâ Salluſt. Cat. cap. 4. *De Catilinae conjuratione, quam veriſſimè potero, paucis abſolvam.* Quod imitatus eſt Jornandes de Reb. Get. cap. 2. *De Britannia inſulâ prius abſolvam.* Lactant. lib. IV. 12. *Nunc de primo, ut coepimus, explicemus.* Nepos Pelop. cap. 1. *Cujus de virtutibus dubito quemadmodum exponam.* Quamobrem non ineptè Cod. chartaceus Biblioth. Leid. in fine Prologi: *Et in hoc libro exponemus de vitis excellentium imperatorum.* Caeterum *relinquetur* pro *relinquamus* repraeſentat etiam A. MUNCK. *De hoc* Voſſ. prim. *de iis* Voſſ. tert. pro *relinquamus* Voſſ. prim. & tert. *relinquemus.* Voſſ. ſec. & d'Orvill. *de hoc in m. relinquetur.* pro *Hermippus* Voſſ. tert. *Hermymphus.* De *Hermippo* Gronov. ad Gell. III. 13. Menag. ad Diogen. Laert. lib. I. Sect. 8. & 42. & ad lib. V. Sect. 41.

9 CEREREM CUM JASIONE THUSCI FILIO] Morelliani habent, *Jaſone*, unuſque ſubdit *OEtae filio*, alter *Tetis filio.* Sed Jaſion eſt & apud Theocritum, ut in recepta lectione mutandum nihil videatur. SCHEFF. Veneta, *cum Jaſone Laetus cum filio.* Vlitt. 3. & A. *Cum Jaſone Loetis filio.* Ex Morellianis alter *Jaſone OEtae filio*; alter *Jaſone Tetis filio.* Micyllus allique dederunt, *cum Jaſione Electrae & Coryti filio.* quae emendatoris manum ſatentur. Scripti libri videntur velle, *cum Jaſone Jovis filio.* Sane Jaſona dici quoque videas apud Conon. cap. 21. Nimirum quod notior librariis Argonautarum ille dux Jaſon, quam Jaſion eſſet, pro hoc obtruſiſſe nobis illum videntur. Sed hac de re egimus ad Mythol. cap. 250. ubi item *Jaſon* audit. Matrem ejus fuiſſe Electram conſtat inter omnes. De patre controvertitur. Servius ad AEn. III. 168. *Jaſius & Dardanus fratres fuerunt Jovis & Electrae filii: vel ut quidam volunt, Dardanum de Jove, Jaſium de Corytho procreatum.* Adde quae idem Grammaticus notavit ad ejuſdem libri vers. 170. Iſacius: Ἠλέκτρας δ' Ἄτλαντι καὶ Διὸς Ἰασίων καὶ Δάρδανος. Καὶ Ἰασίων μὲν Δημήτρος ἐρασθεὶς κισσοῦται. Immo & noſter Hyginus cap. 250. Myth. Jovis filium facit, ut de hac conjecturâ noſtrâ non videatur dubitandum. Plura dicentur infr. ad cap. 22. MUNCK. *Cum Jaſone Letis* Voſſ. ſec. & tert. *Loetis* d'Orvill. *Letti* Voſſ. prim. Vide Interpr. ad Ovidii IX. M. 422. Pro *Petellides* Voſſ. prim. *Pbetellides.* ſec. *Petelides.* pro *Gnoſius* Voſſ. tert. *Gnoſſius.* utrumque bene. Graece etiam ſcribitur ΚΝΩΣΣΟΣ & ΚΝΟΣΣΟΣ.

10 QUOS NEGANT INTER SE CONVENISSE] Suſpicor, fuiſſe olim, *queis*, pro *quibus*, nec id a librario eſſe intellectum. SCHEFF. *Quèis* malebat Clar. Schefferus. MUNCK. *Quos* in *queis* tranſmutari non opus eſt. Nazarius Paneg. c. IX. *Quin extorqueas animo ſuo* conveniendi *ſtudium & concordiae voluntatem.* Juſtinus XV. 14. *& cum de praeda non* convenirent, *iterum in duas factiones deducuntur.* WOPKENS. De *Pluto* Cereris filio inl. Spanh. ad Call. H. Cer. vs. 138. & Graev. Lect. Heſiod. cap. XI. Pro *Plutum* Voſſ. tert. *Plautum.* Male citat *Philometus* pro *Philomelus* Meurſius lib. IV. de Creta cap. 12. pro *ditior* Voſſ. ſec. ac tert. *divitior.*

11 EX EO BOVES] Ita & Vlitt. 3. Mythol. cap. 20. *Aves ex pennis ſuis eos conficerent.* Vide ibi annotata à nobis. MUNCK.

12 INVENTUM MIRATAM] Vlitt. variè, *inventam iratam*, *inventa miratam*, *inventam ut arantem.* Primum exhibet etiam A. Sed rectum omni-

conſtituiſſe, & Bootem adpellaſſe. [1] Ex hoc autem Pareanta demonſtrant natum, qui de ſuo nomine [2] Parios & oppidum Paron adpellavit.

## V. *Corona.*

Haec exiſtimatur Ariadnes fuiſſe, à Libero patre inter ſidera conlocata. Dicitur enim [3] in inſula Dia cum [4] Ariadne Libero nuberet, hanc primum coronam muneri [5] à Venere & Horis adcepiſſe, cum omnes dii in ejus nuptiis dona conferrent. [6] Sed (ut ait, qui Cretica conſcripſit) quo tempore Liber ad Minoa venit, cogitans Ariadnen comprimere, hanc coronam ei muneri dedit: qua delectata, non recuſavit [7] conditionem ſtupri. Dicitur etiam à Vulcano facta ex auro & Indicis gemmis, per quas Theſeus exiſtimatur de tenebris Labyrinthi ad lucem veniſſe: quod aurum & gemmae in obſcuro fulgorem luminis efficiebant. Qui autem Argolica conſcripſerunt, hanc

omnino eſt *inventa miratam.* Cap. 13. *Admiratus eſt ingenium hominis ad inventa Solis acceſſiſſe.* MUNCK. *Inventam iratam* tres mei Voſſiani. *iratam inventam* d'Orvilli. pro *arantem* Voſſ. ſec. *iratam.* pro *appellaſſe* Voſſ. prim. *nominaſſe*, ut Schefferus edidit. *ea eum* abeſt Voſſ. ſecundo.

1 EX HOC AUTEM PAREANTA DEMONSTRAT NATUM] Emendarunt, *demonſtrant*, nempe, quia praeceſſerat, *negant.* Ego mallem ſcribere *negat*, ut referatur utrumque ad Petellidem. SCHEFF.

2 PARI ET OPPIDUM PARONA] Pro *Pari* emendarunt Modium ſecuti *Parios*, pro *Parona*, *Paron.* Verum *Paron* oppidum alibi non reperitur. *Parion* eſt apud Melam lib. 1. c. 19. quod an huc pertineat, ignoro. Saltem melius cum *Parios* vocabulo videtur convenire. Stephanus: Πάρος, πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ κληθεῖσα ἀπὸ Πάρεως τοῦ Ἰασίωνος. Τὸ ἐθνικὸν, Πάριος. Sed ut dixi, neſcio an huc pertineat, quia ejus conditor hic Parius filius Jaſonis vocatur. alii diligentius inquirant. SCHEFF. Ita quidem etiam Soter & Vlitt. 3. Videtur tamen *Parion* ſcribendum. Vide Steph. in Πάριον. Qui in eo tamen ab Hygino abit, quod conditorem ejus oppidi Parium Jaſonis faciat filium, non nepotem. Atque ita quoque Arrianus apud Euſtath. in Dionyſ. vs. 17. Πάριος ὁ Ἰασίου, ὃ ἐπώνυμον τὸ ἐν Ἑλλησπόντῳ Πάριον, ὡς εἰκὸς. Amm. Marcell. lib. XXII. p. 383. ed. Boxhorn. *Parion, quam condidit Jaſonis filius Parius.* MUNCK. Pro *Pareanta* d'Orvill. *Paprereanta.* denique omnes codd. quos inſpexi *Parios* & *Paron.* in Voſſ. tert. ſuperſcriptum erat *Parona.*

## Ad CAP. V.

3 IN INSULA DIA] Morellianus unus, *inſula Cbia.* Sed *Dia* rectum eſt. V. Plinium IV. c. 12. & noſtrum Fab. 43. SCHEFF.

4 ARIADNE LIBERO N.] Ex quo genuit Ceramum. Pauſan. lib. 1. cap. 3.

5 A VENERE ET HORIS] Theo in Arat. p. 11. ed. Morell. ubi perperam editum, ὑπὸ τῆς Ἀφροδίτης καὶ τῶν Ὡρῶν. Corrige ὑπό. Loco τῷ *muneri*, quod proximè praeceſſit A. habuit, *pro munere.* Schol. Horat. ad lib. II. od. 19. *Coronam nuptialem* appellat. MUNCK. Vide ad fab. 224. Eratoſthen. cap. 5. & Meziriac. ad Ovidii Epiſt. VI. Heroid. vs. 20. pag. 109. Hanc coronam e flore, qui *Theſeius* dicitur, contextam dicit Timachidas apud Athenaeum lib. XV. cap. 10. pag. 684. Herba Pſalacantha cinctam narrat Ptolem. Hephaeſtion lib. V. apud Photium p. 83.

6 SED UT AIT] Etiam hic mallem *ſeu*, ut ſupra. SCHEFF.

7 CONDITIONEM STUPRI] Poſterius vocabulum omittunt Vlitt. 2. Terent. Andr. Act. 1. ſc. 1. vers. 52. *Accepit conditionem; deinde quaeſtum accipit.* MUNCK. Pro *Ariadne Lib.* Voſſ. ſec. *Ariad-*

hanc adferunt cauſſam: quod Liber cum inpetraſſet à parente, ut Semelem matrem ab Inferis reduceret, & quaerens ad eos deſcenſionem, ad Argivorum fines perveniſſet, obviam ei quemdam factum nomine [8] Hypolipnum, [9] hominem dignum ejus ſeculi, qui petenti Libero deſcenſionem monſtraret. Hunc autem cum vidiſſet Hypolipnus puerum aetate miranda corporis pulchritudine reliquis praeſtantem, mercedem petiſſe ab eo [10] quae ſine detrimento ejus daretur. Liberum autem matris cupidum, ſi eam reduxiſſet, juraſſe, quod vellet, ſe facturum: [11] ita tamen, quod Deus homini non pudenti juraret: [12] pro quo Hypolipnus deſcenſum monſtravit. Igitur cum Liber ad eum locum veniſſet, & vellet deſcendere, coronam, quam à Venere muneri adceperat, depoſuit in eo loco, qui στέφανος eſt è facto adpellatus: noluit enim ſecum ferre, ne inmortale donum mortuorum tactu coinquinaretur. Qui cum matrem incolumem reduxiſſet, Coronam dicitur inter aſtra conlocaſſe, ut aeterna memoria nominis efficeretur. Alii dicunt, hanc Coronam Theſei eſſe, & hac re propter

*riadnes.* Ante *Dii* in Voſſ. ſec. ac tert. ſcribitur *deinceps.* τὸ *in* ante *nuptiis* abeſt Voſſiano ſec. pro *muneri* tres Voſſiani *munere;* forſan *pro munere.* τὸ *ſtupri* abeſt tribus Voſſ. pro *etiam* Voſſ. tert. *enim.* pro *facta* Voſſ. ſec. *facto.* τὸ *per* abeſt Voſſ. primo & d'Orvilliano. pro *obſcuro* Voſſ. tert. *obſcurum.* pro *afferunt* Voſſ. tert. *efferunt.* pro *impetraſſet* Voſſ. ſec. *impatraſſet.* pro *Semelem* Voſſ. prim. & tert. *Semelam.* ante *obviam* ſcribitur *monſtraret* in Voſſ. tert.

8 HYPOLIPNUM] Morelliani *Hypolimnum* & ſic ſemper etiam in ſequentibus. SCHEFF. Ex MSS. Vlitianis *Ipolimnum* vel *Ipolinum* nonnulli. *Ipolymnum* A. *Hypolimnum* Morelliani codices. Πολύμνιον eſt Tzetzae in Lycophronem. Scribe Πολύμνιον apud Tzetzen, & heic cum Wouwerio *Polybymnum.* Quae corruptionis origo ſit, diſces ex iis, quae dixi ad Fulgentii libellum de Priſco Sermone in voce *Sculponeas.* Etiam infr. cap. XII. *Igraecae* pro *Graecae* Vlitt. 3. MUNCK. *Ipolipnum* Voſſ. prim. *Hypolippum* d'Orvill. Cur noſter Munckerus apud Tzetzen, & in Noſtro *Polybypnum* emendet, cauſſam video nullam. a Clemente, Arnobio, & Gregorio vocatur *Proſymnus*: a Theodoreto aeque ac a Tzetze adpellatur *Polymnus*: a Varino *Polyſymnus*: a Pauſania *Polymnus.* Conſule P. Leopardum lib. III. Emendat. cap. 20. Si quid mutandum, *Polybymnum*, ſive ut a pleriſque dicitur, *Proſymnum* hic eſſet ſcribendum.

9 HOMINEM DIGNUM EJUS SAECULI] Unde hoc colligitur? an, quia monſtravit diſcenſionem? num vero, quia mercedem petiit ab eo, quae ſine detrimento ejus daretur? Imo ob hanc ipſam cauſſam, & petitionem tam nefandam ſuſpicor ſcribendum, *hominem indignum ejus ſaeculi.* Niſi malis cum uno Morelliano, *dignum hoc ſaeculo.* Ego tamen praefero alterum. SCHEFF. *Hujus ſaeculi* Vlitt. 3. *Hoc ſaeculo* alter Morellianus. Notus eſt helleniſmus. Balbus ad Ciceronem: *Suſcipe curam digniſſimam tuae virtutis.* MUNCK. Tres Voſſ. & d'Orvill. *bujus.* Mox *Hypolipnus* abeſt Voſſ. tribus. d'Orvill. *Hyppolinus.*

10 QUAE SINE DETRIMENTO EJUS DARETUR] *Uxorias voluptates* puta, ut in hac fabulâ loquitur Arnobius. Priap. carm. 2. *Des licet aſſiduè, nil tamen inde perit.* MUNCK. Pro *ejus* Voſſ. tert. *ei.* pro *juraſſe* Voſſ. prim. *juraſſet.* Solus Voſſ. ſec. *impudenti* pro *non pudenti.*

11 ITA TAMEN, QUOD DEUS HOMINI IMPUDENTI] Emendarunt *homini non pudenti.* Sed hoc parum eſt. Vellem potius noviſſe ſenſum horum verborum. Mihi videtur legendum: *ſe facturum, ira tamen, quod Deus homini impudenti juraret.* Sententia, promiſit, verum cum ira & indignatione, quae inde nata, quia ipſe Deus jurabat homini, nec homini tantum, ſed quod plus eſt, impudenti. Et ſic alibi etiam in fabulis *ira* poſitum recordamur. SCHEFF. *Irâ tamen* Schefferus. Mallem, *iratè tamen.* MUNCK.

12 PRO QUO] Τὸ *pro* non habent 3. Vlitt. MUNCK. Abeſt & Voſſ. ſec. & tert. τὸ *quam* abeſt ſecundo. Eidem τὸ *is* ante *Theſeus.*

propter eum conlocatam. Nam qui in aſtris dicitur Engonaſin, is Theſeus eſſe exiſtimatur, de quo poſterius plura dicemus. Dicitur enim, cum Theſeus Cretam ad Minoa cum ſeptem virginibus & ſex pueris veniſſet, Minoa de virginibus [1] Eriboeam quamdam nomine, candore corporis inductum, [2] comprimere voluiſſe: quod cum Theſeus ſe paſſurum negaret, ut qui Neptuni filius eſſet, [3] & valeret contra tyrannum pro virginis incolumitate decertare: Itaque cum jam non de puella, ſed de genere Theſei controverſia facta eſſet, utrum is Neptuni filius eſſet necne, dicitur Minos aureum anulum de digito ſibi detraxiſſe, & in mare projeciſſe: [4] quem referre jubet Theſeum, ſi vellet, ſe credi Neptuni filium eſſe: ſe enim ex Jove procreatum facile poſſe declarare. Itaque comprecatus patrem, petiit aliquid ſigni, ut ſatisfaceret ſe ex eo natum: ſtatimque [5] tonitru & fulgure coeli, indicium ſignificationis feciſſe. Simili de cauſſa Theſeus, [6] ſine ulla precatione aut religione parentis, in mare ſe projecit: quem confeſtim delphinum magna multitudo mari provoluta, leniſſimis fluctibus ad Nereidas perduxit: à quibus anulum Minois, & à Thetide coronam, quam nuptiis à Venere muneri adceperat retu-

1 ERIBOEAM] Ita & Vlitt. 3. Periboeam tamen, ut Micyllus hoc habet, alii vocant. Vitioſe *Acriboeam* Veneta. MUNCK. Voſſ. tert. *Periboeam*. d'Orvill. *Heriboeam*. unde conjici poſſet, legendum eſſe *Pbereboeam*, quam uxorem poſt alias duxiſſe Theſeum juxta quoſdam narrat Plut. in Theſeo pag. m. 13. ubi & de *Periboea* Ajacis matre, & inter Theſei uxores numerata agit. Jam *Periboeam* & *Eriboeam*, & *Meliboeam*, ſaepius confundi docuere Munckerus ad fab. 97. & Meziriac. ad Ovidii Epiſt. III. Heroid. vs. 4. Sed *Periboeam* recte hic praefert Meurſius in Theſeo cap. 13. Totam hanc hiſtoriam de Theſeo, Minoe, & Periboea narrat Pauſanias lib. 1. cap. 17. pag. 40. ſed de delphinibus tacet. Paullo ante pro *Minoa* Voſſ. tert. *Minoem*. pro *comprimere* d'Orvill. *opprimere*. Pro *voluiſſe* Voſſ. tert. *voluiſſet*. Pro *eſſet & valeret* Voſſ. ſec. ac tert. item d'Orvill. *non valeret*. Pro *ſ. eſſet*. d'Orvill. ſolus *ſ. fuiſſet*. Pro *utrum* Voſſ. tert. *verum*. pro *is* Voſſ. prim. *ſive*. pro *in mare* Voſſ. ſec. *in mari*.

2 COMPRIMERE VOLUISSE] Morellianus unus, *opprimere voluiſſe, quod Theſeus ſe paſſurum negaret, v. q. N. f. eſſet, non valeret*. Alter: *comprimere voluiſſe, quod Theſeus ſ. p. n. u. q. N. f. eſſet valeret*. SCHEFF.

3 ET VALERET CONTRA TYRANNUM] Quid eſt, *valeret*? Mallem, *ſed vellet & contra tyrannum*: Mox poſt *decertare* pro puncto, colon ponendum, neque deeſt aliquid, quod putarunt. Vide Ind. in *Itaque*. SCHEFF.

4 QUEM REFERRE] Voſſ. prim. *quam ref.* pro *Theſeum* Voſſ. ſec. *Theſea*. pro *comprecatus* d'Orvill. Voſſ. prim. & tert. *cum precatus* & Voſſ. tert. addit *Minos*. pro *petiit* lege cum tribus Voſſ. *petit*. *τὸ ſigni* abeſt d'Orvilliano, Voſſ. prim. & tertio.

5 TONITRUUM ET FULGOREM COELI] Emendarunt cum Modio, *tonitru & fulgore coeli*: quod non placet. Ordo eſt, fecit tonitruum, judicium ſignificationis, hoc eſt, quod judicium eſſet. Nec *tonitruum* pro *tonitru* contemnendum, quia ipſe Cicero uſurpat. SCHEFF. Ita & Vlitt. MSS. 3. *Tonitru & fulgore* Modius. Veneta, *Tonitruum & fulgorem*. MUNCK. Pro hiſce ſcribitur in d'Orvill. *fulgorem coeli*. Voſſ. prim. *tonitrui & fulgorem c.* tert. *tonitruum & fulgor. c.* pro *feciſſe* d'Orvill. *feciſſet*.

6 SINE ULLA PRECATIONE] Hoc ait, nullam facto ſuo praemiſiſſe ſupplicationem, nullas preces ad Neptunum, ſicut Minos fecerat ad Jovem, priuſquam tonitru obtineret, ut hoc modo evidentius monſtraret, ſe filium eſſe Neptuni. SCHEFF. *Praefatione* alii. Sed alteram lectionem & Veneta & Vlitt. 3. ſtabiliunt. MUNCK. Voſſ. prim. *praefatione*. *Propter* abeſt Voſſiano tertio. & *conceſſa* ſecundo & tertio.

7 A

retulit, compluribus lucentem gemmis. Alii autem [7] a Neptuni uxore adcepiſſe [8] dicunt. Coronam Ariadnae Theſeus donò dicitur dediſſe, cum ei propter virtutem & animi magnitudinem uxor eſſet conceſſa: hanc autem poſt Ariadnes mortem Liberum inter ſidera conlocaſſe.

## VI. *Engonaſin.*

Hunc Eratoſthenes Herculem dicit, ſupra draconem conlocatum; de quo ante diximus, eumque paratum, ut ad decertandum, ſiniſtra manu pellem leonis, dextra clavam tenentem. Conatur interficere draconem Heſperidum cuſtodem, qui numquam oculos operuiſſe ſomno coactus exiſtimatur, [9] quo magis cuſtos adpoſitus eſſe demonſtratur. De hoc etiam [10] Panyaſis in Heraclea dicit. Horum igitur pugnam Jupiter admiratus, inter aſtra conſtituit: Habet enim draco caput erectum: Hercules autem dextro genu nixus, ſiniſtro pede capitis ejus dextram obprimere conatur: dextra manu ſublata ut feriens, ſiniſtra projecta cum pelle leonis, [11] ut quam maxime dimicans adpareat: [12] etſi ſit,

7 A NEPTUNI UXORE] Pauſan. lib. 1. cap. 17. p. 40. *Θησέα δὲ ἐφερσῆδά τε ἐκόντα ἴσχειν καὶ στέφανον χρυσοῦν Ἀμφιτρίτης δῶρον, ἀνελθεῖν λέγουσιν ἐκ τ θαλάττης.*

8 DICUNT. CORONAM] Morellianus unus, *accepiſſe coronam dicunt, quam Ariadne.* SCHEFF.

## Ad CAP. VI.

9 QUO MAGIS CUSTOS ESSE] Una voce auctius Sanctandreana, *quo magis cuſtos appoſitus eſſe.* Vix probare poſſum. Oculis apertis enim non tam oſtendebat ſe appoſitum, quam eſſe cuſtodem, cujus proprium vigilare, ac videre, ne quis furtum faciat. SCHEFF.

10 PANYASIS IN HERACLEA] Videatur Scholiaſtes Germanici in Dracone. MUNCK. Pro *Herculem* Voſſ. ſec. *Herculum.* pro *ſupra* Voſſ. ſec. *contra.* ſed Eratoſthenis verba cap. 4. ſunt *ὁ ἐπὶ τ ἕρπεις βεβηκώς.* pro *clavam* male Voſſ. ſec. *clavem.* pro *conatur* Voſſ. prim. & tert. *qua conaretur.* pro *appoſitus* Voſſ. ſec. *adp.* pro *Panyaſis* omnes *paniaſtis*: in Scholiaſtae Germanici editione Pariſ. 1578. multo pejus exprimitur *Pannaſis Heracleas. Panyaſis* legendum. Fuit praeſtantiſſimus poeta epicus, qui inter alia ſcripſit poema de Rebus ab Hercule geſtis. conſule Suidam pluribus de eo diſputantem, & Procium in Chreſtom. apud Phot. pag. 981.

11 UT IS QUAM MAXIME] Delent, *is.* puto fuiſſe olim, *uti quam*; vel, *ut iis q. m.* SCHEFF. *Ut cum maximè* Vlitt. 3. Eleganter. Vide Giphan. Obſervat. Ling. Lat. pag. 55. Mox pro *appareat* iidem codices *appareret.* Quod & librarius in A. videtur voluiſſe, cum *apparet* nobis reliquerit. MUNCK. Tres Voſſ. *cum maxime*, & iidem pro *appareat*, *appareret.*

12 ETSI SIT, QUI NEGAT &c.] Locus à malâ manu tactus. Veneta, *etſi qui ſit hic negatus Aratus quicquam poſſe demonſtrare.* Morell. alter, *etſi quis ſit hic, neget Aratus* &c. MSS. 3. Vlitiani, ut & Anonymi codex: *Etſi qui ſit hic negat Aratus quemquam poſſe demonſtrare.* Quae ipſiſſima Hygini procul dubio manus eſt, niſi pro *qui* mavis *quis.* quanquam neceſſe haud eſt. Vet. Interpr. Marc. cap. 1. 24. *Scio qui ſis, Sanctus Dei.* Catull. carm. 17. *Ipſe qui ſit, utrum ſit, an non ſit, id quisque neſcit.* Ruſſinus Interpr. Euſeb. Hiſt. Lib. 1. *Praevidens qui ſibi praepararetur ſucceſſor.* Ovid. XI. vers. 279. *Qui ſit, quoque ſatus memorat.* Germanicus: *Non ſibi nomen, non magni cauſa laboris.* MUNCK. Voſſiani tres & Celeb. d'Orvill. cod. firmant Mſſ. Vlitianos & Anonymi codicem. Sed in Voſſ. tert. pro *qui* legitur *quis.* Praefero *qui.* Conſule Eximios Viros J. Fr. Gronovium ad Livium lib. XXIV. 15. P. Burm.

ſit, qui negat hoc quemquam [1] (ut Aratus) poſſe demonſtrare: tamen conabimur, ut aliquid veriſimile dicamus. [2] Ariethus autem, ut ante diximus, hunc Cetea Lycaonis filium, Megiſtus patrem, dicit: qui videtur, ut lamentans filiam in urſae figuram converſam, genu nixus [3] palmas diverſas tendere ad coelum, ut eam ſibi dii reſtituant. Hegelianax autem Theſea dixit eſſe, qui Troezene ſaxum extollere videtur: quod exiſtimatur AEgeus ſub eo ſaxo [4] Ellopium enſem poſuiſſe, & AEthrae Theſei matri praedixiſſe, ne ante eum Athenas mitteret, quam ſua virtute lapide ſublato, potuiſſet [5] gladium patri referre. Itaque [6] niti videtur, ut quam altiſſime poſſit, lapidem extollat. Hac etiam de cauſſa nonnulli Lyram, quae proxima ei ſigno eſt conlocata, Theſei eſſe dixerunt: quod ut [7] eruditus

Burm. ad Phaedr. lib. 1. fab. 13. vs. 6. Fr. Oudendorp. ad J. Caeſar. lib. 1. B. G. cap. 48.

1 HIC UT ARATUS QUICQUAM] Sanctand. *hoc, ut Aratus, quemquam poſſe demonſtrare.* Forte non eſt opus. Morellianus unus ita habet, *etſi quis ſit hic, veget Aratus, quemquam poſſe demonſtrare, tamen conabimur, ut aliquid veriſimile dicamus.* Quod Morellius probat, quia legitur in Arato, *τὸ μὲν ὃν τις ἐπίσταιτο ἀφραδὲς εἶπεῖν.* SCHEFF.

2 ARATUS AUTEM] Modius ep. 11. *Arietbus autem.* Idem mox pro *adverſas*, ſcribit *diverſas.* Quod de Arietho habet, firmat iis, quae leguntur ſup. c. 10. fin. SCHEFF. *Aritus* unus ex Vlitianis. Vide quae diximus ſuperius ad cap. 1. MUNCK. *Aribaetus* d'Orvill. *Arretbus* Voſſ. prim. *Aries* ſec. pro *cetea* Voſſ. ſec. *cbetea.* pro *lamentans* idem *lumen trans.*

3 PALMAS DIVERSAS] Vulgo *adverſas.* Verum τὸ *diverſas* adſerunt Vlitt. 3. ut & Germanicus: *Dextro namque genu nixus, diverſaque tendens Brachia, ſuppliciter panſis ad numina palmis.* Palmae diverſae ſunt, quae in diverſas partes tenduntur. Ovid. XI. Met. vers. 262. *In partes diverſas brachia tendens.* MUNCK. PRO *nixus* Voſſ. ſec. *nexo.* d'Orvill. *nixum.* omnes mei *diverſas.* τὸ *dii* abeſt Voſſ. ſec. & tertio. pro *Hegeſianax* Voſſ. ſec. & d'Orvill. *Hegeſienax.* Sed recte editum eſt. V. Menag. ad Laert. X. 27.

4 PELOPIUM ENSEM] Sanctand. *Ellopium.* Ego nihil muto, quia hujus nulla mentio. At Pelopium gladium habes etiam apud Pauſaniam in Eliac. pri. quamvis in alia hiſtoria. SCHEFF. Veneta *Elopium.* Vlitt. diverſimodè, *Ellopii, Allopium, Hellopium.* Micyllus & alii, *Pelopium.* Non liquet. Forte Pelops ante eum enſem illum habuerat. Pittheus enim Pelopis filius erat. Nobiliſſimus Heinſius *Cecropium* ſcripſiſſe Hyginum ſuſpicatur. Verba ejus adſcribam ex literis, quas ad me dedit: *Pelopius enſis* in Hygini Aſtronomico, quod Mycillus dedit lib. 11. cap. 6. non fert à me conſenſum. Haud nego haec Troezene apud Pittheum Pelopis filium geſta. Sed non fit credibile, AEgeum illic reliquiſſe enſem, quem a Pittheo accepiſſet, ſed potius ſuum, & à majoribus ſibi relictum, ut evidentiori ſigno poſſet agnoſci. Hunc ipſum enſem Theſeus poſtea videtur geſtaſſe. Vide Meurſium Regni Attici lib. III. cap. 1. Fors ſit ut ſcripſerit Hyginus *Cecropium enſem.* A Cecrope enim ſi non primo, certè ſecundo originem ducebat AEgeus. Videtur aberrans librarii manus olim dediſſe *Ceclopium*, ſolemni errore, unde poſtea *Celopium* & *Elopium* alii fecerint. Sed id pro re certâ haud quaquam affirmem. MUNCK. Voſſ. prim. *Ellopii menſem* ſec. *Ellepium enſe.* tert. *Hellopium enſem.* Ita ut omnes confirment, quod Munckerus edidit. Plut. in Theſeo pag. ſec. & tertia hanc hiſtoriam refert, ſed inde Hygini locus hic emendari nequit: nam ſimpliciter narrat AEgeum ſub ingenti ſaxo condidiſſe *enſem & calceos*, ſimiliter Pauſanias lib. 1. cap. 27. pag. 66. & lib. 11. c. 32. pag. 188. Qui *Pelopium enſem* legunt, reſpiciunt maternum genus Theſei, qui Πέλοπος ἀπόγονος fuiſſe dicitur. Idem Pauſan. cap. 41. p. 99. & Plut. in Theſeo pag. 2. τὸ *patri* abeſt Voſſiano primo. pro *referre* Voſſ. ſec. *reſervare.*

5 GLADIUM REFERRE] Modius addit, *patri referre*, quod in Sanctandreana ſervarunt, me invito. SCHEFF.

6 NITI VIDETUR, QUAM ALTISSIME LAPIDEM EXTOLLAT] Sanctandr. *niti videtur, ut, quam altiſſime poſſit, lapidem extollat.* Non exiſtimo a lectione veteri recedendum. SCHEFF. Veneta, *quam altiſſimè poteſt ut extollat.* Vlitt. 3. *quam altiſſimè poſſit extollat.* Lege, *ut quam altiſſimè poſſit*

ditus omni genere artium, [8] lyram quoque didiciſſe videbatur. Idque & Anacreon dicit: [9] ἀγχῦ δὴ τόν Θησέος ἐστὶ λύρη. Alii autem [10] Thamyrin à Muſis excaecatum, ut ſubplicem ad genua jacentem, dicunt. Alii Orphea à Thraciis mulieribus interfici, quod viderit Liberi patris initia. AEſchylus autem in fabula, quae inſcribitur Πεμμαθὶς λυόμενος, [11] Herculem ait eſſe, non cum dracone, ſed cum Liguribus depugnantem. Dicit enim, quo tempore Hercules à Geryone boves abduxerit, iter feciſſe per Ligurum fines: quos conatos ab eo pecus abducere, manus contuliſſe, [12] & complures eorum ſagittis confixiſſe. Sed poſtquam [13] Herculem tela deficerent, multitudine barbarorum & inopia armorum defeſſum, ſe [14] ingeniculaſſe, multis jam vulneribus adceptis. Jovem autem, miſertum filii, curaſſe, ut circa eum

*ſit extollat.* Τὸ *lapidem* eſt è gloſſ. MUNCK. D'Orvill. Voſſ. prim. & tert. delent τὸ *ut* ante *quam.* pro *altiſſime* Voſſ. ſec. *altiſſimum. ut* ante *extollat* abeſt tribus Voſſ. & d'Orvilliano. *lyram* ante *quae* abeſt Voſſ. ſec. & tertio.

7 ERUDITUS OMNIUM ARTIUM] Sanctandr. cum Modio *eruditus omni genere artium.* Nimis ſibi ſumſerunt licentiae in his ſimilibuſque emendandis, quicunque tandem editionem illam adornarunt. Vetus lectio eſt optima, nec indiget medicina. Vide Indicem. SCHEFF. *Omni genere artium* unus è Vlitianis codicibus. Sed duo, *omnium genere artium.* Veneta, *Eruditus omnium artium.* Quam ſecuti ſunt editores ante Morellium. MUNCK. Omnes codd. confirmant lectionem a Munckero in textum admiſſam.

8 LYRAM QUOQUE DIDICISSE] Modius, *lyra didiciſſe*, quoniam Cicero de Senect. *diſcebant enim fidibus.* Sed nil opus eſt. Nam ut alterum reſpicit τὸ *canere*, ſic alterum τὸ *pulſare.* SCHEFF. *Lyrâ* unus ex Vlitianis. Atque ita quoque Modius volebat, cum Cicero dicat in de Senectute: *Diſcebant enim fidibus.* MUNCK. Voſſ. prim. & tert. *Lyra* quam lectionem alteri longe praefero. Elliptica haec locutio optimis uſitata, ſic *docere quem fidibus* idem dixit Cicero. Conſule J. Fr. Gronovium ad Livium lib. XXIX. cap. I. Mox cap. VII. d'Orvillii cod. *Ap. lyram acceptam dicitur Orphea docuiſſe.* cum rectius reliqui *Lyra accepta.*

9 ἈΓΧΟΥ̃ ΔΑΙ' ΤΕΥ̃ ΘΗΣΕΊΩΣ &c.] Sanctand. Ἀγχῦ δὴ τὸ ἄνω Θησέως ἐστὶ λύρη. Et ſic Morellianus unus, quamvis litteris fugientibus. Alter plane non agnoſcit. SCHEFF. Al. Ἀγχῦ Θησέω ἔστω λύρη. Sed ἔστι λύρη diſertim Vlitt. 2. Reliqua confuſa, ut legi neutiquam poſſint. MUNCK. Graeca, ut ſolent, confuſa ſunt, ita tamen ut ἔστι λύρη legendum eſſe conjici poſſit. Ἔστω legit & pro δὴ τὸ, δαιδαλοῦ J. Corn. de Pauw. ad Anacreontis Fragm. pag. 302.

10 THAMIRIN A MUSIS EXCOECATUM] Homerus ſcribit *Thamyrin*, Iliad. B. ubi habes hanc hiſtoriam ſeu fabulam. SCHEFF. Vide Zenob. Cent. IV. 27. MUNCK. Vid. Apollodorum lib. I. p. m. 10. cum Interpr. ad Ovid. III. Amor. VII. 62. Fabulam explicat Plutarchus de Muſica Tom. II. pag. 1132. Male *Thamirum* vocat Lact. ad Statii IV. Theb. 181. *Thamarim* Voſſ. ſec.

11 HERCULEM AIT ESSE] Hiſtoria haec eſt apud Strabon. lib. IV. p. 174. Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. I. p. 27. Theonem in Aratum p. 12. ed. Morell. Theonem emendabo in tranſitu. Οἱ δέ, inquit, Πεμμαθίᾳ λέγουσιν. οἱ δὲ Τάφιλλιν. ἄλλοι Θάβεν. ἄλλοι δέ φασιν αὐτὸν εἶναι τὸ Ἡρακλέα Λίγυσι πολεμῆσαι. Pro Θάβεν repone Θάμυνεν. pro Λίγυσι autem Λίγυνι. MUNCK. Pro *iter fec.* Voſſ. tert. *interfec.* Pro *Ligurum* Voſſ. tert. *Liguribus.* Haec de tota hac fabula narrat Tzetzes ad Lycophron. 1312. ὁ δὲ Λίγυς αὐτῷ κωλύων Ἡρακλεῖ ἐπὶ τὰς Γηρυόνου βοῦς ἐλθεῖν, ἀγρίῳ Conſule vero P. Leopard. lib. V. Emendat. cap. 17.

12 ET QUAM PLURES] Sanctand. *Complures*, non male. SCHEFF.

13 HERCULEM T. DEFICERENT] D'Orvill. Voſſ. ſec. & tert. *Herculi.* Forſan quidem *Herculi* ſcripſit Hyginus. Conſule enim de hoc verbo Cl. Oudendorp. ad J. Caeſar. lib. III. B. G. cap. 5. Voſſ. prim. ſec. & d'Orvill. *defecerint* Voſſ. tert. *defecerunt.* τὸ *ſe* ante *Herc.* abeſt Voſſiano primo. pro *fugaſſe* Voſſ. ſec. *fugiiſſe*, ſed ſuperſcriptum *fugaſſe.* τὸ *vim* abeſt Voſſiano ſec.

14 INGENICULASSE] Schioppius hoc inter plebeja ſcriptoris noſtri numerat. Vide Indicem. SCHEFF.

eum magna [1] lapidum copia eſſet: [2] quibus ſe Herculem defendiſſe; & hoſtes fugaſſe. Itaque Jovem [3] ſimilitudinem pugnantis inter ſidera conſtituiſſe. Hunc etiam nonnulli Ixiona brachiis vinctis eſſe dixerunt, quod vim Junoni voluerit adferre. Alii Promethea in monte Caucaſo vinctum.

## VII. *Lyra.*

[4] Inter aſtra conſtituta eſt, hac, ut Eratoſthenes ait, de cauſſa: quod initio à Mercurio facta de teſtudine, Orpheo eſt tradita, qui Calliopes & [5] OEagri filius, ejus rei maxime ſtudioſus. Itaque exiſtimatur ſuo artificio feras etiam ad ſe audiendum adlicuiſſe: qui querens uxoris Eurydices mortem, ad inferos deſcendiſſe exiſtimatur, & ibi deorum progeniem ſuo carmine laudaſſe, [6] praeter Liberum patrem: hunc enim oblivione ductus praetermiſit, ut OEneus in ſacrificio Dianam. Poſtea igitur Orpheus, ut complures dixerunt, in Olympo monte, qui Macedoniam dividit à Thracia: ſed, ut Eratoſthenes

1 LAPIDUM] De his campis lapide compluſtis etiam Cato in Originibus, & Mela lib. II. Geog. meminit. MICYLL.

2 QUIBUS SE HERCULEM] Morellianus unus, *quibus ſe Hercules defendiſſet, & hoſtes fugaſſet.* SCHEFF.

3 SIMILITUDINEM PUGNANTIS] Optime, nec neceſſe erat, ut in Sanctandreana illud *in* expungerent. SCHEFF.

## Ad CAP. VII.

4 INTER ASTRA] Voſſ. prim. & tert. *int. ſideа. τὸ* ut abeſt a Voſſ. ſec. & tertio. pro *qui Call.* d'Orvill. *quam Call. fuit* ſcribitur poſt *ſtudioſus* in Voſſ. tertio. pro *allicuiſſe* Voſſ. ſec. *applicuiſſe.* quod & in Voſſ. tertio ſuperſcriptum erat. Pro *Eurydices* Voſſ. ſec. *Eurydis*, pro *Eurydicis* ut eſt in Voſſ. tertio.

5 OEAGRI FILIUS FUIT] *Τὸ fuit* Sanctandreana non agnoſcit. Morellianus unus: *OEagri filius ei rei maxime ſtuduit.* SCHEFF.

6 PRAETER LIBERUM PATREM] Videndi Germanici Scholiaſtes & Eratoſth. *κατ.* cap. 24. MUNCK. Pro *dividit a Thracia* Voſſ. ſec. *dividit & a Thracia.* pro *Pangaeo* Voſſ. ſec. *Panteo.* prim. *Panceo.* tertius *Panchco.* d'Orvill. *Panceo* ſed *Pangaeo* ſcribendum docet Eratoſthenes. De hoc monte Pind. O. Pyth. IV. 120. Thucydides lib. II. cap. 99. & Spanh. ad Call. H. Del. 134. in Olympo Monte Orpheum ſedere ſolitum fuiſſe, cum cantu delectari vellet, docet Euripides in Bacchis vs. 560.

> Τάχα δ' ἐν ταῖς πολυδίνδροις Ὀλύμπου
> Θαλάμοις, ἵνά ποτ' Ὀρ-
> φεὺς κιθαρίζων
> Σύναγε δένδρα Μάν-
> σας, σύναγε θῆρας ἀχέων.

In Pangaeo monte Lycurgus etiam Bacchi ex voto, ab equis diſcerptus interiit. Apollodor. lib. III. cap. 5. §. 1.

7 DISCERPERENT] Ita rectè etiam Soter & Veneta. Eratoſth. Λύτης διέσπασαν αὐτόν. Perperam *decerperent* Micyllus, quique eum ſecuti ſunt. MUNCK. Varias de Orphei interitu videre poteris opiniones apud Pauſaniam lib. IX. cap. 30. Philoſtrat. cap. V. Heroic. §. 3. & Apollodorum lib. I. cap. 3. §. 2. Diogenem Laertium lib. I. cap. 5. & ad eumdem Menagii notas. Pro *id* Voſſ. prim. *& ob id.* pro *maxime* Voſſ. tert. *maximo.* pro *figuratam* Voſſ. ſec. *figurata.* pro *ſtellis*, *ſtellam* Voſſ. tert.

8 QUOD ORPHEUS &c.] Vlitt. 2. *Quorum Orpheus Apollinem maximè laudaret. Jupiter autem filiae* &c. Etiam Modius *τὸ filiae* invenit in ſuis libris. Scribendum & diſtinguendum exiſtimemus *Quo-*

nes ait, in Pangaeo ſedens, cum cantu delectaretur, dicitur Liber ei obiecisse Bacchas, quae corpus ejus [7] diſcerperent interfecti. Sed alii dicunt, quod initia Liberi ſit ſpeculatus, id ei adcidiſſe: Muſas autem conlecta membra ſepulturae mandaſſe, & lyram, quo maxime potuerant beneficio, illius memoriae cauſſa figuratam ſtellis inter ſidera conſtituiſſe Apollinis & Jovis voluntate: [8] quod Orpheus Apollinem [9] maxime laudaret, Jupiter autem [10] filio beneficium conceſſit. Alii autem dicunt Mercurium, cum primum lyram feciſſet in Cyllene monte Arcadiae, ſeptem chordas inſtituiſſe [11] ex Atlantidum numero, quod Maja una ex illarum numero eſſet, quae Mercurii eſt mater. Deinde poſtea cum Apollinis boves abegiſſet, deprehenſus ab eo, quo ſibi facilis ignoſceret, petenti Apollini, ut liceret dicere, ſe inveniſſe lyram, conceſſit, & ab eo virgulam quamdam muneri adcepit: quam manu tenens Mercurius, cum proficiſceretur in Arcadiam, & vidiſſet [12] duos dracones, inter [13] ſe conjuncto corpore, alium alium adpetere, ut qui dimicare inter ſe viderentur, virgulam [14] inter utrumque ſubjecit; itaque diſceſſerunt: quo facto, [15] eam virgulam pacis cauſſa dixit

*Quorum Orpheus Apollinem maxime laudarat, Jupiter autem beneficium filiae conceſſit.* MUNCK. Pro *quod* d'Orvill. *quorum*. ſuperſcriptum *quod*. pro *autem* Voſſ. tert. *alii enim*. pro *Cyllene* d'Orvill. *Cylleno*.

9 MAXIME LAUDARET] Scribendum videtur *laudarat*. SCHEFF.

10 FILIO BENEFICIUM] Modius Novant. Lect. ep. 117. in membranis ait reperiſſe ſeſe *filiae*, quod exponit de Calliopa. Forte retinendum utrumque, ac ſcribendum *filiae filio*, quia beneficium non tam ad Calliopen, quam Orpheum ſpectabat. Sed & poſt pro *conceſſit*, mallem *conceſſiſſet*. SCHEFF.

11 EX ATLANTIDUM NUMERO] Ita & Vlitt. 3. Schol. German. *Qui intendit chordas Atlantidum numero*. Veneta & aliae antiquiores, *ad Atlantidum numerum*. Eratoſth. Ἔχει χορδὰς ἑπτὰ ἀπὸ τῶν Ἀτλαντιάδων. Leg. Ἀτλαντιάδων vel Ἀτλαντίδων. Confer Theonem in Aratum p. 37. ed. Lond. MUNCK. Quod Munckerus edidit, confirmant tres Voſſiani. Ex hoc capite demonſtrant, *Lyram* & *Citharam* fuiſſe diverſas. Vide Perizon. ad AElian. lib. III. V. H. cap. 32. Licet ſaepius confuderint Veteres. Conſule Scaliger. ad Manilium pag. 419. & ſeqq. Lyram dicitur inveniſſe Polymnia a Schol. Apoll. Rhodii lib. III. Arg. vs. 1. Schol. Pind. Olymp. Od. 1. vs. 26. Τὴν δὲ τὴν ΛΥΡΑΝ Ἑρμῆς, ἀπὸ τῶν βοῶν κλοπῆς, Ἀπόλλωνι πορίζει. id quod Noſter mox narrabit. & Lyrae inventor dicitur Mercurius a Servio ad VIII. AEn. vs. 138. Hinc poſitus eſt Mercurius Argis in Veneris Νικηφόρου templo ἐς λύρας ποίησιν χελώνην ἰρηκώς. Septem chordas fuiſſe Lyrae conſtat, unde & a poetis ἑπτάτονος vocatur, ut ab Euripide in Alceſt. vs. 446. & Alexandro Epheſio apud Heraclidem Alleg. Hom. pag. 426. Vide & Spanh. ad Call. H. Del. pag. 469. Sed quoniam de hujus Lyrae inventore, ac chordis non convenit inter antiquos, ablegamus Lectorem ad Gottfrid. Olearii notas ad Philoſtrati Senioris lib. I. Iconum cap. 10. pro *muneri* Voſſ. ſec. & tert. *numere* ut vidimus cap. 5. e tribus Voſſianis. *Hanc coronam ei numere dedit.*

12 DUOS DRACONES] *Duo* Vlitt. unus. ἀμφοτέρω, ut *ambo* pro *ambos*. De quibus Chariſius lib. I. MUNCK. *Duo* Voſſ. prim. *adpetere* e d'Orvillii codice reſtitui.

13 SE CONJUNCTO] Morellianus unus addit: *inter ſe implicitos conjuncto*. SCHEFF.

14 INTER UTRUMQUE SUBJECIT] *In utrumque* Vlitt. 3. MUNCK. Ita & Voſſ. tert. ac d'Orvill.

15 EAM VIRGULAM PACIS CAUSSA DIXIT ESSE CONSTITUTAM] Forte melius erit, ſi legemus *pacis cauſſam*, ut ſit ſententia, virgulam eam ita eſſe conſtitutam, hanc ejus eſſe conſtitutionem ac naturam, ut ſit cauſa pacis, ut pacem faciat. SCHEFF.

dixit esse constitutam. Nonnulli etiam cum faciunt caduceos, duos dracones [1] inplicatos virgula faciunt, [2] quod initium Mercurio fuerat pacis. Ejus exemplo [3] & athletae, & in reliquis ejusmodi certationibus virgula utuntur. Sed ut ad propositum revertamur; Apollo lyra adcepta dicitur Orphea docuisse; & postquam ipse citharam invenerit, illi lyram concessisse. Nonnulli etiam dixerunt, Venerem cum Proserpina ad judicium Jovis venisse, cui earum Adonin concederet: quibus Calliopen ab Jove datam judicem, quae musa Orphei est mater. Itaque judicasse, uti dimidiam partem anni earum unaquaeque possideret. Venerem autem indignatam, [4] quod non sibi proprium concessisset, objecisse omnibus, quae in Thracia essent, mulieribus, ut Orphea, amore inductae, ita [5] sibi quaeque adpeterent, ut membra ejus discerperent: cujus caput in mare de monte perlatum, fluctibus in insulam Lesbon est rejectum: quod ab his sublatum & sepultu-

1 IMPLICATOS] Morellianus unus *implicitos*, ut supra. Adde c. 5. SCHEFF.

2 QUOD INITIUM MERCURIO] Mallem, *quod id initium*. SCHEFF. Εἰρήνης Schefferus: *Quod id initium*. Stabiliunt ejus conjecturam Vlitt. 2. MUNCK. *Initio* Voss. tert.

3 ET ATHLETAE ET IN &c.] Corrigit Faber Agonist. 1. 19. *Et Athlothetae*. Sed sic posterius & esset inducendum, quod tamen cum Veneta ac Soteriana, tum & 3. Vlitt. praeferunt, in quibus legitur, *& Athletis & in* &c. Lege, *& Athleticis & in reliquis ejusmodi certationibus*. MUNCK. *Athletis* Voss. sec. & tert. pro *ejusmodi* sec. *ejus hujusmodi*. pro *certationibus* prim. *certaminibus*. pro *lyra accepta* d'Orvill. *lyram acceptam*. τὸ *ipse* abest Voss. secundo. Pro *Ven. c. Pros.* Voss. tert. *Proserpinam* pro *venisse* sec. *venisset*. *cui earum* absunt Voss. secundo.

4 UT NON SIBI PROPRIUM] Sanctandr. *quod non sibi*. Et sic oportet. Verum nescio, an non desit aliquid. SCHEFF. Veneta *ut non sibi*. Indifferentem istarum particularum usum pridem ostendit Mariangelus Auctar. epist. 6. Confer not. ad cap. 4. MUNCK.

5 SIBI QUAEQUE APPETERET] *Appeterent* Vlitt. 3. Probe omnino. Maro AEn. VI. *Quisque suos patimur manes*. Curt. Lib. VI. 1. *In suos quisque ordines currimus*. VII. 4. *In suos quisque vices dilapsi*: X. 10. *Et quidem suas quisque opes divisis imperii partibus tuebantur*. Varro apud Nonium p. 755. *Suum quisque commodum diversi focillantur*. MUNCK. Pro *Orphea* Leid. sec. *Orpheo*. Tres Vossiani & d'Orvill. *appeterent*. Cl. Arntzenius praefert *appeteret* ad Victor. de Viris Inlustr. cap. 47. n. 2. sed licet auctores nonnumquam eos numeros variare soleant, tamen adstipulantibus omnibus MSS. Munckeri sententiam sequor. Pro *monte* Voss. sec. *fonte*. De loco, in quo Orpheus sepultus est, parum convenit inter antiquos, quos recenset Celeb. P. Burm. ad Ovidii XI. Met. 55. cum Nostro faciunt Philostrat. cap. v. Heroic. §. 3. & cap. X. §. 7. & Eust. ad Dionys. Perieg. vs. 536. pro *rejectum* Voss. sec. *revectum*. pro *sepulturae* idem *sepultura*. *pro* ante *quo* abest eidem. pro *autem* idem *haec*.

6 LYRA AUTEM A MUSIS] Theo in Aratum p. 32. ed. Morell. Jovem precibus Musaei motum lyram astris intulisse narrat. MUNCK.

7 INTER ASTRA CONSTITUTA] Et hoc bene, neque mutari, ac scribi, *inter astra*, necesse fuerat. Consulatur Index. SCHEFF.

8 QUOD CUM ORPHEUS PR. PUERIB. AMOREM INDUXERIT] Delent illud *cum*. Et profecto ita requirebat ratio sequentium. Sed solet noster saepe magis rem quam verba praecedentia attendere, quod in fabulis aliquoties est demonstratum, potestque & hoc inter plebeja ejus referri. SCHEFF. Vid. Cerda ad Virgil. IV. Georgic. vs. 522. Alii nefandum hoc scelus adscribunt Thamyri Musico Philammonis filio, de quo Apollodor. lib. 1. cap. 3. §. 3. Schol. Homeri Iliad. B. vs. 595. ubi pro Ἀγρίῳ, legendum esse Ἀργείων docuere Heinsius ad Ovid. III. Amor. El. 7. vs. 62. & Celeb. P. Wesseling ad Simsonii Chronicon A. M. 2742. plura de hoc Thamyri Broukh. ad Propert. II. 18, 19. & Celeb. P. Burm. ad Ovid. XI. Met. 317. Alii hoc tribuunt Cretensibus, qui turpissimis hisce criminibus Laconas & totam Graeciam inquinasse dicuntur. Vid. Serv. & Cerda ad Virg. X. AEn.

pulturae eſt mandatum: pro quo beneficio ad muſicam artem ingenioſiſſimi exiſtimantur eſſe. [6] Lyra autem à Muſis, ut ante diximus, [7] inter aſtra conſtituta eſt. Nonnulli ajunt, [8] quod Orpheus primus puerilem amorem induxerit, [9] mulieribus viſum contumeliam feciſſe [10] illis ab hac re interfectum.

## VIII. *Olor.*

Hunc Graeci κύκνον adpellant, quem complures, propter ignotam illis hiſtoriam, communi genere avium [11] ὄρνιν adpellaverunt: de quo haec memoriae prodita eſt cauſſa: Jupiter cum amore inductus, Nemeſin diligere coepiſſet, neque ab ea, ut ſecum [12] concumberet, inpetrare potuiſſet, hac cogitatione [13] amore eſt liberatus: jubet enim Venerem aquilae [14] ſimulatam ſe ſequi, [15] ſeſeque ipſe in olorem convertit,

x. AEn. 325. Sed a quibus inmunes ſtatuunt Cretenſes Meurſius lib. III. in Creta cap. 13. & Perizonius ad AElian. III. V. H. 9. & 10. Inpuris hiſce ſceleribus adfines tamen fuiſſe docent Servius ad Ecl. II. 51. Plutarch. de Liberis educandis pag. 11. & in Amatorio pag. 761. & Athenaeus lib. XIII. cap. 8. pag. 601. A Perſis in Graeciam ſpurciſſimas haſce ſordes tranſlatas vult Plut. de Herodoti malignit. pag. 857. Conſule, Lector, Lud. Coelium Rhodiginum lib. XV. Antiqu. Lect. cap. 9. Lajum primum pueros formoſos amaſſe alii ſtatuunt. Conſule Interpr. ad AElian. lib. XIII. V. H. cap. 5.

9 MULIERIBUS VISUM CONTUMELIAM FECISSE ILLIS AB HAC RE INTERFECTUM] Diſtorta illa oratio. Mutem diſtinctionem & unicam literulam: *Induxerit mulieribus, viſum contumeliam feciſſe illis, ac hac re interfectum.* Veneta, id eſt princeps editio, non malè: *Mulieribus viſum contumeliam feciſſe, & hac re ab eis interfectum.* MSS. tamen 3. omiſſa copula: *Contumeliam feciſſe; hac re ab bis interfectum.* Vide Ovid. lib. IX. Met. fab. I. Conon. Narrat. 41. apud Photium. MUNCK. Pro *viſum* Voſſ. tert. *viſas.* & pro *contumeliam*, *contumelias.* τὸ *illis* abeſt Voſſ. ſec. & tert. ac d'Orvill. copula abeſt Voſſ. tertio ac d'Orvill. pro *ab hac re* Voſſ. prim. & d'Orv. *ab eis.* Voſſ. tert. *ab bis.*

10 ET HAC RE AB EIS INTERFECTUM] Scribunt, *illis ab hac re interfectum.* Non video, cur mutari quidquam debeat. SCHEFF.

## Ad CAP. VIII.

11 ORNIN NOMINAVERUNT] Unde & Vitruvius ἀπλῶς *volucrem* vocat lib. IX. cap. 6. MUNCK. Alii hunc Cycnum in honorem Apollinis propter cantum in aſtra relatum eſſe ſtatuunt. Conſule Theon. ad Aratum pag. 33. Ed. Morel. quod tam abſurdum non eſt; nam avem hanc Apollini ſacram eſſe propter cantum, de quo AElianus lib. I. V. H. cap. 14. & Alexander Myndius apud Athenaeum lib. IX. cap. 11. pag. 393. notius eſt, quam ut multis inluſtretur. Multa tamen lectu digna dederunt de hac fabula Spanh. ad Callimachi H. Apoll. vs. 5. & ad H. Del. 249. 250. & Potterus ad Lycophron. vs. 426. Grotius ad Imagines pag. 55. aliam addit cauſſam, nempe quod in auſpiciis obſervatur, ubi plura ſunt videnda. Adde Servium ad I. AEn. 397.

12 CUBARET] *Concumberet.* MICYLL.

13 AMORE E. L.] Voſſ. prim. *ab amore e. l.*

14 SIMULATAM SE SEQUI] Sanctandreana non male quidem, ſed ſine cauſa, ita habet: *ſimilatam ſe ſequi, ſeſeque ipſe in olorem convertit, & ut aquilam fugiens ad Nemeſin confugit.* Nam veterem retinet integram lectionem & Morellianus unus, alter omittit tantum verbum *ſequi.* SCHEFF. Ita quidem & Soter. Sed *ſimulatam* cum princeps editio exhibeat, cur barbaro illi *ſimilatam* cedere debeat, cauſa non eſt. MUNCK. *Simulatam* duo Voſſ. & d'Orvill.

15 SESEQUE IPSE &c.] Veneta, Soter & alter Cod. Morell. *Ipſe in olorem converſus, ut aquilam* &c. Nec aliter in ſuis invenit Vlitius.

vertit, & ut aquilam fugiens [1] ad Nemeſin confugit, & in ejus gremio ſe conlocavit: quem Nemeſis non adſpernata, amplexum tenens, ſomno eſt conſopitâ: quam dormientem Jupiter compreſſit, ipſe autem avolavit: & [2] quod ab hominibus alte volans coelo videbatur, inter ſidera dictus eſt eſſe conſtitutus: quod [3] ne falſum diceretur, Jupiter è facto eum volantem, & aquilam ſequentem, [4] conlocavit in mundo. Nemeſis autem, ut quae avium generi eſſet juncta, [5] menſibus actis, [6] ovum procreavit: quod Mercurius auferens, detulit Spartam, & Ledae ſedenti in gremium projecit, ex quo naſcitur Helena, caeteras corporis ſpecie praeſtans, quam Leda ſuam filiam nominavit. [7] Alii autem cum Leda Jovem concubuiſſe in olorem converſum dixerunt: de quo in medio relinquemus.

## IX.

MUNCK. *Ipſe in olorem verſus* d'Orv. *converſus* Voſſ. prim. ſec. *converſum* Voſſ. tert. lege *ipſe in olorem converſus, ut.* Saepius avis cujuſdam aut alius beſtiae ſpeciem adſumſiſſe Jupiter fingitur amans: ſic Autocrates in Achaicis, Jovem columbae imaginem induiſſe, cum virginem nomine Phthiam deperiret, narrat apud Athenaeum lib. IX. cap. II. pag. 395. Sic aquilae, ſic tauri. Vide eumdem Athenaeum lib. XIII. cap. 2. pag. 566.

1 AD NEMESIN CONFUGIT] Tzetzes in Lycophron. Ζεὺς ὁμοιωθεὶς κύκνῳ μίγνυ) Νεμέσει τῇ Ὠκεανοῦ θυγατρὶ, εἰς χῆνα, ὡς λυρῶσι, μεταβαλόντος αὐτῆς. Confer. Schol. ad Heſiod. p. 250. ed. Heinſ. & noſtri Hygini Mythol. cap. 77. quaeque ibi annotavi. MUNCK. Pro *amplexum* Voſſ. tert. *amplexu.* pro *quam* d'Orvill. *quem.* pro *hominibus* Voſſ. prim. *omnibus. eſſe* abeſt Voſſ. tert. pro *videretur* Voſſ. prim. & tert. *diceretur.* pro *eum* Voſſ. prim. *eam.* pro *juncta* Voſſ. ſec. *junctâ.*

2 QUIA AB HOMINIBUS] Sanctand. *quod.* SCHEFF.

3 NE FALSUM VIDERETUR] Sanctandr. *diceretur.* SCHEFF.

4 COLLOCAVIT MUNDO] Addit praepoſitionem Sanctand. *in mundo.* SCHEFF.

5 MENSIBUS ACTIS] Phaedr. lib. I. cap. 19. *Inſtante partu mulier, actis menſibus.* Plautus Amphitr. I. 3. *Menſes jam tibi exactos vides.* MUNCK.

6 OVUM PROCREAVIT] Morellianus unus, *protulit*, ex gloſſa, ut opinor. SCHEFF.

7 ALII AUTEM CUM LEDA] Vide Theon. in Arat. p. 33. ed. Morell. Atqui Nemeſis eadem eſt, quae Leda, ut docet Lactant. Firm. lib. I. cap. 21. Atque id voluit etiam Virgilius Ciri: *Ciris Amyclaeo formoſior anſere Ledae.* MUNCK. Pro *relinquimus* omnes codd. *relinquemus.*

## Ad CAP. IX.

8 POENICIS FILIUM] Non repudio hanc ſcriptionem. Nam & qui Graecis alias φοίνικες, hi Latinis *Poeni.* Vide Plauti Poenulum. Maluerunt tamen in Sanctand. *Phoenicis filium.* SCHEFF. Agenoris filium facit Theo in Arat. p. 26. Beli Euripides apud Apollod. lib. I. p. 62. ed. Commel. Fuiſſe Cepheum Andromedae patrem & regem AEthiopum dicit quidem Euripides apud Eratoſth. cap. 15. non autem Phoenicis filium. Nec apud German. Scholiaſten id invenias, qui heic, ut plerunque ſolet, κατὰ πόδα tranſtulit verba Eratoſthenis. *Faſides* dicitur Arato. MUNCK. Conſule Salmaſ. Exercit. Plinian. pag. 402. & 867.

9 CETO PROPOSITAM] Παρεβλήθησαν τῷ κήτει θοέᾳ, ut Eratoſthenes. German. Schol. *Expoſtulatamque Andromeden & ceto propoſitam.* Varro περὶ ἐξαγωγῆς. *Andromeda vincta & propoſita ceto.* Lactant. Argum. Metam. Ovid. lib. V. fab. I. *Propoſitam belluae marinae.* Plin. lib. V. cap. 31. *In Phoenicen deinde mari eſt ante Joppen Paria, tota oppidum, in quâ objectam belluae Andromedam ferunt.* MUNCK. *Poſitam* Voſſ. ſec. pro *hanc* idem *hunc*, & pro *a periculo*, *periculis.* pro *libe-*

## IX. *Cepheus.*

Hunc Euripides cum caeteris [8] Phoenicis filium, AEthiopum regem, esse demonstravit, Andromedae patrem, quam [9] Ceto propositam notissimae historiae dixerunt. Hanc autem Persèum à periculo liberatam uxorem duxisse. Itaque ut totum genus eorum perpetuo maneret, ipsum quoque Cephea inter sidera superiores numerasse.

## X. [10] *Cassiepeia.*

De hac Euripides & Sophocles & alii complures dixerunt, ut gloriata sit, [11] se forma Nereidas praestare: pro quo facto inter sidera [12] sedens in siliquastro constituta est: quae propter inpietatem, vertente se mundo, resupinato capite ferri videtur.

XI.

*liberatam* Voss. prim. *liberatum.* pro *quoque* Voss. sec. *que.*

## Ad CAP. X.

10 CASSIEPEIA] Vitt. unus, *Cassiepia.* quod idem est, ut & *Cassiepea*, Κασσιέπεια. *Cassiepea* heic habet Veneta, quomodo & apud Scholiast. German. Lactant. lib. IV. Metam. Ovid. fab. 19. Capellam lib. VIII. Vitruv. lib. IX. cap. 5. Virgil. Eclog. ad Messallam, aliosque hoc vocabulum exaratum visitur. Sed perperam, Scaligero judice ad Manil. p. 459. *Cassiepe*, inquit, *& Cassiepea, non Cassiopea*, dicitur. Sed Κασσιόπεια legitur etiam apud Lucian. περὶ Ὀρχήσ. pag. 933. ed. Bened. Sic Βερενίκη & Βερονίκη, Σπινθάρ & Σπινθήρ inventa à me sunt tam apud Graecos, quam Latinos. Vide loca in notis ad Mythol. cap. 56. MUNCK. Magnus Grotius ad Imagines pag. 47. haec adnotat: *Nomen hoc in correctioribus codd. Graecis & Latinis per secundam vocalem concipitur, non per quartam, ut sit, CASSIOPEA.* In meis legitur *Casiepia, Cassiepia, Cassiepbia.* Κασσιόπεια est Theoni ad Aratum pag. 24. 71. pro *gloriata* Voss. sec. *gladiata.* post *facto* legitur *pater* in Voss. tert.

11 SE FORMA NEREIDAS &c.] Non agnoscit τὸ *se* unus de Vitt. Et salvâ Latinitate abesse potest. Ter. Eun. I. 2. *Venturum ad me constituit.* Curt. VIII. 11. *Constituit daturum.* Tibull. I. 7. *Et simulat transire domum.* MUNCK.

12 SEDENS IN SILIQUASTRO] An hoc ei datum pro gloriatione ista, & in poenam? Atqui *siliquastrum* Grotio, quod Graecis θρόνος, *cathedra mollis, sedis genus regibus usitatum, ad commoditatem effictum, ut etiam dorsum habeat, cui inclinet.* Neque aliud nos docet Chimentellius. Mihi secus videtur, & *siliquastrum* esse genus sellae, quo quis includatur, teneaturque velut in vinculis. Nempe *siliquastrum* est a *siliqua*, haec vero folliculus, quo inclusa tenentur legumina. Quia ergo speciem referebat siliquae, inde siliquastrum dictum, quomodo hujus generis alia in *astrum* desinentia, similitudinem innuunt. Referebat autem in eo, quod sedentes continebat conclusos veluti in cista. Indeque, credo, est, quod in imaginibus vulgaribus Hygini Cassiopea utrinque manus habeat alligatas velut in arbores, qui sine dubio stipites sunt duo à latere siliquastri, male a pictore intellecti expressique, in quos velut numellos manus indere cogebantur, qui siliquastro solebant teneri. Certe nisi tale quid de siliquastro statuamus, causam velim audire, cur hic inter poenas Cassiopeae referatur. Obviciat quis Festum, qui seliquastra exponit sedilia antiqui generis, sic appellata per mutationem litterae D in L. veluti *sediquastra.* Sed est facilis responsio. Putamus enim aliud *seliquastrum*, & aliud *siliquastrum* fuisse apud veteres. Illud a *sede*, hoc a *siliqua* formatum; illud de genere sellarum domesticarum, hoc de instrumentis ad poenas usurpari solitis fuisse. SCHEFF. Δίφρον appellat Eratosth. cap. 16. Καθίδρα Theo ad Arat. p. 27. *Sellam* Schol. German. *Sedile* noster lib. IV. cap. 6. & rectè quidem. Varro L. L. lib. IV. cap. 6. *Ab sedendo appellantur sedes, sedile, sellae, siliquastrum.* Confer

## XI. *Andromeda.*

Haec dicitur [1] Minervae beneficio inter aſtra conlocata, propter Perſei virtutem, quod eam Ceto propoſitam [2] à periculo liberarat: [3] nec enim ab ea minorem animi benevolentiam pro beneficio adcepit. Nam neque pater Cepheus neque Calliepeia mater ab ea potuerunt inpetrare, quin parentes & patriam relinquens Perſea ſequeretur. Sed de hac Euripides hoc eodem nomine fabulam commodiſſime ſcribit.

## XII.

fer Feſtum in *feliquaſtrum*. A ſiliqua formandum heic cenſet vir doctus, & poenae vult eſſe inſtrumentum. At poenae ſatis erat, quod in ſellâ reſupinato capite ferretur. Manil. Lib. I. *In poenas ſignata ſuas.* Manus autem extenſas cur habeat, explicat Theo in Aratum pag. 27. Ἡ δὲ Κασσιόπεια λάπτεσθαι φησὶ τὰς χεῖρας εἰς ἐρυθρὸν, ἐκμαλάξαι ἄκαιρον ἐπιχειροῦσαν. Καὶ εἰκὸς ἂν αὐτὴν τὸ τοιοῦτο πάθος ἀκαιρίᾳ ἐπανειλῆφθαι τοῦ παιδός. Scrib. τῇ παιδί. Aratus: Φαίσσειν ἀνιάζειν ἐπὶ παιδί. MUNCK. Pluribus de *ſiliquaſtro* jam egit Grotius ad Imagines pag. 47. Pro *ferri* Voſſ. tert. *fieri.*

## Ad CAP. XI.

1 MINERVAE BENEFICIO] Eratoſthenes cap. 17. Διὰ τὴν Ἀθηνᾶς τῶν Περσέως ἄθλων ὑποίμνημα, vel ὑποδείγμα, ut habet Theo in Aratum p. 28. Schol. German. *Beneficio Minervae aſtris recepta eſt.* MUNCK.

2 A PERICULO LIBERARET] Scrib. *liberarat* cum Venet. Sanct. & Micyll. Etiam praepoſitionem omittunt codices 2. ex Vlitt. MUNCK. Voſſ. ſec. *propoſita per.*

3 NEC ENIM AB EA] Illud *enim* mihi ſuſpectum eſt. Mallem deleri. SCHEFF. Delet τὸ *enim* Schefferus. Ego mutare malim in *etiam.* Idem vitium occurrit ſupr. cap. 3. MUNCK. Pro *ea minorem* Voſſ. ſec. *eam morem. pro* abeſt Voſſ. ſec. pro *nam neque.* Voſſ. tert. *neo enim.* pro *commodiſſime* d'Orvill. *commodiſſimam.*

## Ad CAP. XII.

4 INUSITATO G. C.] Voſſ. ſec. *inuſitatae*, deinde pro *petaſum* legitur *pegaſum* ibid. Utraque vox nempe *petaſus* & *pegaſus* mihi ſuſpecta eſt. Pauſan. lib. III. cap. 17. pag. 251. Περσεῖ δὲ ἐς Λιβύην τὴν ἐπὶ Μέδουσαν ἐρεμπόρῳ διδοῦσαι νύμφαι δῶρά εἰσι ΚΥΝΗ῎Ν τε καὶ τὰ ΥΠΟΔΗ῎ΜΑΤΑ, ὑφ' ὧν οἱ θέουσιν ἅμα καὶ ἵπποις ἴσα. Itaque non a Mercurio, ſed a Nymphis haec accepit juxta Pauſaniam, cui conſentit Schol. Apoll. Rhodii IV. 1515. qui non *petaſum*, ſed *peram*, ſive *ſaccum* hiſce *talaribus* & *galeae* addit ita: ὁ δὲ Περσεὺς αὐτὸν ἔχειν ἔφη, τὴν λαβόντα, ἐὰν αὐτῷ ὑποδείξωσι τὰς νύμφας, αἳ ἔχουσι ΤΗ῎Ν ΤΟ῎Υ ΑΙΔΟ῎Σ ΚΥΝΗ῎Ν, καὶ τὰ ΠΕ῎ΔΙΛΑ ΤΑ῎ ΥΠΟ῎ΠΤΕΡΑ, καὶ τὴν ΚΙ῎ΒΗΣΙΝ &c. item Apollodorus lib. II. cap. IV. §. 2. αὗται δὲ αἱ νύμφαι ΠΤΗΝΑ῎ εἶχον ΠΕ῎ΔΙΛΑ, καὶ τὴν ΚΙ῎ΒΙΣΙΝ, ἣν φασί τινες εἶναι κίστην - - - εἶχον δὲ καὶ τὴν ῞ΑΙΔΟΣ ΚΥΝΗ῎Ν. De voce Κίβισις egit Graevius in Lect. Heſiod. cap. 20. Jam in tota hac hiſtoria ne unum verbum de *petaſo* invenies apud Mythographos. Vide Eratoſthenem cap. 22. Schol. Caeſ. Germanic. Praeterea Tzetzes ad Lycophron. vs. 838. eadem, quae Apollodorus, Pauſanias, & Schol. Apollonii Rhodii, referens, ait, καὶ λαβὼν τὰ πίλιμα τῶν Νυμφῶν πίλλα, κίβισιν, ἤτοι πήραν, ἢ κίβωτον, καὶ τὴν κυνῆν τοῦ ῞Αιδου. Sed vox κυνῆ per *galeam* verſa, per *petaſum* verti poteſt facilius, ut cenſet G. Cuperus in Monumentis Antiquis pag. 194. ita ut *petaſus* & iſta αἰδῶ *galea* idem notarent. Vitioſa iſta lectio *pegaſum* in quamdam me adduxit ſuſpicionem, Hyginum in alios Auctores, alio modo hanc fabulam forſan interpretatos, quos non bene intellexit, incidiſſe, vel hic pro *petaſum* legendum eſſe *peram. Pegaſus* hic nihili eſt. Injicitur quidem mentio *equi* a ſcriptoribus hanc Perſei hiſtoriam memorantibus, ſed qui nihil ad hanc vitioſam lectionem inluſtrandam facit. Schol. Apoll. Rh. (Pe-

## XII. *Perſeus.*

Hic nobilitatis cauſſa, & quod [4] inuſitato genere concubitionis eſſet natus, ad ſidera dicitur perveniſſe: qui miſſus à Polydecte [5] Magnetis filio ad Gorgonas, à Mercurio, qui eum dilexiſſe exiſtimatur, talaria & petaſum adcepit: praeterea galeam, qua indutus [6] ex adverſo non poterat videri. Itaque Graeci ἄϊδος galeam dixerunt eſſe: non ut quidam inſcientiſſime interpretantur, eum [7] Orci galea uſum: quae res nemini docto poteſt probari. Fertur etiam [8] à Vulcano falcem adcepiſſe ex adamante factam, qua Meduſam Gorgonem interfecit: quod [9] factum nemo conſcripſit. Sed ut ait AEſchylus Tragoediarum ſcriptor [10] in Phorcis, [11] Graeae fuerunt Gorgonum cuſtodes: [12] de quo in primo libro Genealogiarum ſcripſimus: quae utrae-

(Πολυδέκτης) παρακελεύεται ἄγειν ἑαυτῷ ἵππον τινὰ τῶν Γοργόνων τὴν αὐτὸν Πηγασὸν. Πηγάσου δὲ γενομένου, ἐπὶ τῶν ὀρῶν τῆς Λιβύης, τῇ τοῦ Ὠκεανοῦ ἐπὶ ἵππου, Περσεὺς ἦλθεν, ἐπὶ τῇ τῆς Γοργόνος κεφαλῇ. μείνας δὲ τὴν ἵππον τὴν ἑξῆς ἡμέρᾳ, ὅτι οἱ ἄλλοι ἱππεῖοι τὸν ἵππον ἀποκόπτουσι, καὶ Πηγάσῳ. ὁ δὲ ὠκὺς ἐδέχετο. Quocum confer Apollodorum l. I. Tzetzes aliter haec refert. Denique Pegaſus alatus equus in hac hiſtoria memoratus ex Meduſae capite deciſo demum proſiluiſſe dicitur ab Apollodoro §. 2. in fine. ſi quid mutandum, pro *petaſum* lege *peram*.

5 MAGNETIS FILIO] Ita & Apollodorus lib. I. Atqui Dictys ejus frater dicitur Peritthenis filius à Phereeyde apud Apollon. Schol. ad lib. IV. vers. 1090. An ergo uterini fuere tantum? Non concedit hoc Apollodorus, cum utroſque ex Magnete & Naïde nymphâ natos tradat. MUNCK.

6 EX ADVERSO NON POT. VID.] Schol. Caeſar. Germanici ait in *Perſeus*. *Quidam vero eum a Minerva miſſum dicunt, & ab ea clypeum vitreum accepiſſe, per quem videre, nec videri ab eis poſſet.*

7 ORCI GALEA] Vide Zenobium Cent. I. 42. & ibi Schottum. Eraſm. Chil. II. Cent. X. 74. MUNCK.

8 A VULCANO FALCEM] Teli genus fuiſſe cenſet Grotius ad Imagines pag. 53. Hujus falcis datorem cum Noſtro faciunt Vulcanum Eratoſthenes, Schol. Caeſar. Germanici, item Theo ad Aratum pag. 29. quem ſic lego Καλλιμαχίδου δὲ ὁ Περσεὺς ἐκ τῆς ἱερᾶς λίθου τῶν ὀξέων, ἃ ἐπὶ τὰς Γοργόνας φαλεὶς ὑπὸ Πολυδέκτου, τ' ἄλλοι κατάφασιν, λαβὼν ΠΑΡ' ΗΦΑΙΣΤΟΥ ἄφαντος, καὶ παρ' Ἑρμοῦ πέδιλα. Mercurium illam *Harpen* dediſſe ajunt Apollodorus & Tzetzes locis laudatis. Deinde Hygini verba illa quod attinet: *quod factum nemo conſcripſit*. Schol. Apollonii ait ἀποτέμνει τῇ ἅρπῃ τὴν κεφαλήν. Imo praeter Tzetzen etiam Eratoſthenes & Apollodorus ita rem deſcribunt. Hujus erroris culpam non in Hyginum cum Doctiſſimo Thoma Gale ad Apollodor. pag. 42. ſed in librarios confero.

9 FACTUM NEMO CONSCRIPSIT] Unus Morellianorum, *nemo non ſcripſit*. haud probo. SCHEFF.

10 IN PHORCIS] Hanc tragoediam AEſchili alias laudatam non reperio, neque ſcio, an hic integer ſit locus. SCHEFF. *Phorcis* Veneta & aliae antiquiores. Drama AEſchyli fuit Φορκίδες. Itaque heic videtur ſcribendum *Phorcidis*, ut in recto fuerit Latinâ inflexione *Phorcida*, quemadmodum hoc ipſo capite *Gorgona*, & *Tritonida*, aliaque ſexcenta alibi efferuntur, ut multis non uno loco offendi. MUNCK. Lege *Phorciſi* cum Celeb. P. Burm. ad Ovidii IV. M. 773.

11 GRAEAE] *Igraeae* Viitt. 3. Africanum hoc. Vide not. ad cap. 5. & quae diximus ad Fulgent. in de Priſco Sermon. in voce *Sculponeas*. MUNCK. Cum Vlitianis conveniunt fere noſtri codices, pro *de quo* mox lege *de quibus*. Alter ex Voſſianis habet *in quibus*. alter *quarum*.

12 DE QUO IN PRIMO LIBRO GENEALOGIARUM] Libros ergo plures ſcripſit Genealogiarum. Non igitur ii videntur eſſe, qui confinent fabulas, cum fabulae ſint uno tantum comprehenſae libro. Adde, quod in eis nulla mentio ſit Graearum, Gorgonas cuſtodientium. Sed jam ante dixi in diſſertatione noſtra, videri fabulas multas periiſſe. Nam ut praeter fabularum librum adhuc alias Genealogiarum exiſtimemus ſcripſiſſe, cauſa non eſt, cum aperte ge-

utraeque uno oculo uſae exiſtimantur, & ita ſuo quaeque tempore adcepto oculo vigilias egiſſe. Hinc Perſeus, una earum tradente, exceptum in paludem [1] Tritonida projecit. Itaque cuſtodibus excaecatis, [2] facile Gorgonem ſomno conſopitam interfecit: cujus caput Minerva [3] in pectore dicitur habere conlocatum. [4] Euhemerus quidem Gorgonem à Minerva dicit interfectam: de quo alio tempore plura dicemus.

## XIII. *Heniochus.*

Hunc nos Aurigam Latine dicimus, nomine Erichthonium, ut Eratoſthenes monſtrat: quem Jupiter cum vidiſſet primum inter homines equos quadrigis junxiſſe, admiratus eſt ingenium hominis [5] ad Solis inventa adceſſiſſe, quod is princeps quadrigis inter deos eſt uſus: ſed Erichthonius & quadrigas, ut ante diximus, & ſacrificia Minervae, & templum in arce Athenienſium primus inſtituit: de cujus progenie Euripides ita dicit: Vulcanum Minervae pulchritudine corporis inductum, petiiſſe ab ea, ut ſibi nuberet, neque inpetraſſe: & coepiſſe Minervam ſeſe occultare [6] in eodem loco, qui propter

nealogias contineat liber fabularum, nec de re eadem tot diverſos libros credi poſſit voluiſſe conſcribere. SCHEFF.

1 TRITONIDA] *Tritonidam* invenit in codicibus ſuis Vlitius. Quod neutiquam ſpreverim, cum ad eundem modum in recto caſu olim dixerint complures veterum, *Itonida*, *Perſida*, *Nereida*, *Mnemonida*, *Lemniada*, *Dromada*, *Chlamyda*, *OEdipoda*, *antipoda*, *lampada*, & complura alia id genus. Referendum ad illa etiam *Caſſida* pro *Caſſis* AEn. XI. 775. Ubi perperam Servius: *Accuſativum poſuit pro nominativo.* MUNCK. *Tritonidam* d'Orvillii cod. Hanc fabulam inluſtrat & explicat Pauſanias, & apud eumdem Procles Carthagenienſis lib. II. cap. 21. p. 159.

2 FACILE GORGONAM] Quam? nam fuere plures. praecedit quidem de Meduſa Gorgona. Quia tamen nimis hic indeterminate ponitur, lego, vel *Gorgonam unam*, vel, *Gorgonam eam.* SCHEFF. *Gorgonam* Vetuſtiores. Quod vereor ne fruſtra mutaverint. *Gorgona* pro *Gorgon* nominandi caſu dictum, ut *Lacedaemona*, *Sirena*, *Cretona*, *Amazona*, *Eleuſina*, quae cum multis aliis à me obſervata deprehendes in diſſertatione de Hygino. MUNCK. Omnes mei *Gorgonam.* Ceterum Apollodorus, l. l. §. 3. in fine haec notat, λέγεται ὃ καὶ ὑπ' ἐκείνου, ὅτι καὶ ὁ Ἀθηνᾶ ἐκ Μέδουσα ἐκφοβηθείη. In d'Orv. pro *quidem* ſcribitur *quidam.* Forſan, Apollodorum partim ſecutus, ſcripſit *Euemerus & quidam alii G. a M. dicunt i.* pro *tempore* non male Voſſianus tertius ſcribit *loco.*

3 IN PECTORE] Non convenit inter antiquos. Apollodorus l. l. Ἀθηνᾶ δὲ ἐκ μέσου τῆς ἀσπίδι, ἣ Γοργόνος τὴν κεφαλὴν ἐνέθηκε. Schol. Apoll. ἡ δὲ Ἀθηνᾶ περὶ Πηγείας λαβοῦσα τὴν κεφαλὴν ἐτίθετο εἰς τὴν ἑαυτῆς αἰγίδα. Tzetzes. ἡ δὲ (Ἀθηνᾶ) πρὸς τὸ μέσον τῆς ἰδίας ἀσπίδος τοῦτο ἐτίθετο. ἄλλοι δέ φασι, ὅτι ἐπὶ τῆς κόρυθος, ἣ κιὲ τὸ τῆθος εἶχε, τοῦτο ἐτίθετο, ὅθεν λέγεται ἡ Γοργόνος καὶ ὁ ἱππεύειν ἐκεῖνος ἡ Ἀθηνᾶς κόρυθος, Γοργόνειον ἐκάλει. Eratoſthenes ἢ ἡ Ἀθηνᾶ ἔθετο τὸ τέρας ἔξωθεν αὐτῆς. Schol. Caeſar. Germ. *quod illa in ſuo pectore aptavit.* Serv. ad VIII. AEn. 437. *Hoc autem caput ideo Minerva fingitur habere in pectore, quod illic eſt omnis prudentia, quae confundit alios, & imperitos ac ſaxeos comprobat.*

4 EUTEMENUS] Sanctand. recte; *Eubemerus.* SCHEFF.

## Ad CAP. XIII.

5 AD INVENTA SOLIS] Iſidor. Orig. lib. III. *Mirati ſunt enim ingenium ad imitationem Solis acceſſiſſe.* MUNCK. Mox pro *quadrigas* unus e Voſſianis *quadriga*, forte *quadrigam.* Vide Munck. ad

pter Vulcani amorem Hephaeſtius eſt adpellatus: quo perſecutum Vulcanum, ferunt coepiſſe ei vim adferre: & cum [7] plenus cupiditatis ad eam ut complexui ſe adplicaret, ferretur, repulſus effudit in terram voluptatem. [8] Quo Minerva, pudore permota, pede pulverem injecit. Ex hoc autem naſcitur Erichthonius anguis, qui ex terra & eorum diſſenſione nomen poſſedit. Eum dicitur Minerva in ciſtula quadam ut myſteria contectum, [9] ad Erechthei filias detuliſſe, & his dediſſe ſervandum: quibus interdixit, ne ciſtulam aperirent. Sed ut hominum eſt natura cupida, ut eo magis adpetant, quo interdicatur ſaepius, virgines ciſtulam aperuerunt, & anguem viderunt: quo facto, inſania à Minerva injecta, de arce Athenienſium ſe praecipitaverunt: anguis autem ad Minervae clypeum confugit, & ab ea eſt educatus. Alii autem [10] anguina tantum crura habuiſſe Erichthonium dixerunt, eumque primo tempore adoleſcentiae ludos Minervae [11] Panathenaea feciſſe, & ipſum quadrigis concurriſſe, pro quibus factis inter ſidera dicitur conlocatus. Nonnulli etiam, qui de ſideribus ſcripſerunt, hunc natione Argeum, [12] Orſilochum nomine, primum quadrigarum inventorem eſſe dixerunt, & pro inventione ſiderum locum poſſediſſe. Alii autem hunc Mercurii filium [13] ex Elicia natum, nomi-

ad fab. 250. Troezenii dicunt, Hippolytum eſſe, qui *Heniochi* nomine inter ſidera micat. V. Pauſan. lib. II. cap. 32. p. 186. Paullo poſt pro *indultum* Voſſ. ſec. *induitae* Voſſ. tert. *indutus*.

6 IN EODEM LOCO] Praefero lectionem 3. Vlitt. *in eo loco*. MUNCK. Ita & d'Orv. deſunt Voſſ. ſec. & omnibus codd. abeſt vox *ferretur*. Deinde male *Erichthonii ſanguis* pro *Erichthonius anguis* in Voſſ. ſec.

7 PLENUS CUPIDITATIS AD EAM] Addit Morellianus *perveniſſet*, quod ſine dubio ex gloſſa ſequentis *ferretur*. SCHEFF.

8 QUO MINERVA] Num legendum. *Quoi*, pro *cui*? an putandum illud *quo* elliptice poni, pro *in quo*. *In quo injecit* autem, pro *in quod injecit*, ut noſter ſolet Ablativum jungere τῷ in, ubi alii Accuſativum. Vide indicem. SCHEFF. In quod *σπέρμα* à Vulcano effuſum. Infr. cap. 40. *Mare, quo ille projectus eſt*. Et poſt paullo: *Delium eſſe, quo Mars ab Oto & Ephialte ſit conjectus*. Adverbia locorum pro relativis pronominibus poni etiam ab optimis ſcriptoribus, prolixè probamus ad Myth. cap. 3. MUNCK.

9 AD ERECHTHEI FILIAS] Hic Hygini errorem detegit Meurſius lib. I. de Reg. Athen. cap. 11. pro *quo interdicatur* Voſſ. tert. *quod interdicitur*. pro *aperuerunt* Voſſ. ſec. *aparuerunt*.

10 ANGUINA T. C.] Serv. ad III. Georgic. 113. *Inde natus eſt puer draconteis pedibus, qui appellatus eſt Erichthonius*.

11 PANATHENAEA] Primus Erichthonius hoc feſtum inſtituit. Servius l. l. Eratoſthenes cap. 13. Schol. Caeſ. German in *Erichthonius*. Jac. Nic. Loenſis lib. VIII. Epiphyll. cap. 23. & Perizonius lib. III. V. H. cap. 38. plura Meurſius de hoc feſto in Theſeo cap. 17. Τὰ *adoleſcentiae* abeſt Voſſ. tertio. Voſſ. prim. addit *ſuae*. pro *concurriſſe* omnes, quos inſpexi, codices *cucurriſſe*.

12 ORSILOCHUM] De hoc vide, quae notavimus in libris de Re Vehiculari. SCHEFF. Vide Scheffer. de Re vehiculariâ lib. I. cap. 2. Paul. Leopard. Emend. lib. I. cap. 15. MUNCK. Theo ad Aratum pag. 21. *οἱ δὲ μυθολόγοι τὸν ἡνίοχον λέγουσιν εἶναι εἴδωλον, ἢ* ΒΕΛΛΕΡΟΦΟΝΤΟΥ, *ἢ* ΤΡΟΧΙΑΟΥ *ἢ Καλυδῶνος παιδὸς, ἢ πρώτης τῶν Ἀργοναυτῶν ἡμιθέων ἱππέως, ἅρμα πρώτην ζεύξασθαι. ἄλλοι δὲ* ΜΥΡΤΙΛΟΥ, *οἱ δὲ* ΚΕΛΑΝΤΟΣ *ἢ Πέλοπος ἡνίοχον εἶναι, οἱ δὲ Οἰνομάου*. Ultima haec verba leguntur etiam in Schol. Caeſar. German. in *Erichthonius*. & in Eratoſthene cap. 13. De Quadrigarum inventoribus vide ad fab. 274.

13 EX ELICIA NATUM] Male. Rectum eſt *Clytiâ*.

nomine Myrtilum, OEnomai aurigam definierunt, cujus poſt notam omnibus mortem parens corpus in mundo conſtituiſſe exiſtimatur. Hujus in humero ſiniſtro Capra inſtare & in manu ſiniſtra Hoedi [1] videntur formati: de quibus nonnulli ita dicunt: Olenum quemdam fuiſſe nomine Vulcani filium: ex hoc duas nymphas AEga & Helicen natas, quae Jovis fuerunt nutrices. Alii autem etiam ab his urbes quaſdam [2] adpellari dixerunt, & Olenon [3] in Aulide, Helicen autem in Peloponneſo, & AEgam in AEmonia [4] ibi nominari: de quibus [5] Homerus in Iliados ſecundo dicit. Parmeniſcus autem ait, Meliſſea quemdam fuiſſe Cretae regem: ad ejus filias Jovem nutriendum eſſe delatum: quae quod lac non habuerint, capram ei admiſiſſe, Amaltheam nomine, quae eum dicitur educaſſe. Hanc autem geminos hoedos ſolitam eſſe procreare, [6] & fere eo tempore peperiſſe, quo Jupiter nutriendus eſt adlatus. Itaque propter beneficium matris & hoedos quoque inter ſidera conlocaſſe. Hos autem Hoedos Cleoſtratus [7] Tenedius dicitur primus inter ſidera oſten-

*tid*, quod Soter & Micyllus dederunt. Vide not. ad Mythol. cap. 84. & 242. Dormitavit heic Morell. ut & mox cum *apparens corpus* &c. excudit pro *parens* &c. MUNCK. *Dilicia* Voſſ. ſec. pro *notam* Voſſ. prim. *natum*. tert. *natam*. poſt pro *omnibus* in Voſſ. prim. legitur *hominibus*.

1 VIDENTUR FORMATI] Praefero *deformati*, quod in ſuis invenit Vlitius. Vide ſupr. cap. 4. & Praefat. lib. 1. MUNCK. *Deformati* Voſſ. prim.

2 APPELLARI DIXERUNT] *Dicunt* Vlitt. 2. MUNCK.

3 IN AULIDE] Imo in *AEtolide* ſive *AEtolia*. Vide Steph. in Ὠλινθ. Sed haec cum ſcripſiſſem, vidi Palmerium in deſcriptione Graeciae lib. IV. cap. 10. emendare *AEolide*. Quod eodem redit, cum AEolis pars AEtoliae fuerit. MUNCK.

4 IBI NOMINARI] Fort. *Ab iis*. MUNCK. Hanc Arcadiae urbem vocat Lactant. ad Statii IV. Theb. 105. OLENOS *Arcadiae civitas, in qua Jovem Amalthea capra dicitur nutriſſe*. Quae Arcadica Amalthea juxta nonnullos Oleni filia vocatur. V. Theon. ad Aratum pag. 20, 21. Sed *capra* haec ab Arato *Olenia* vocatur, quia prope Achaiae urbem *Olenum* in urbe AEgio capra Jovem nutriit juxta Strabon. lib. VIII. Geograph. pag. 593. De eadem vero Statius loquitur *Oleno*, de qua Homerus Iliad. B. vs. 641. locutus eſt, quam AEtoliae urbem cum Achajae urbe Oleno confundit Schol. Apoll. Rhodii lib. 1. vs. 202. Ὠλένη τ' Ἀχαΐδα δύο. Ὅμηρος. οἱ Παιδοῦ εὐήμους φησὶ τὴν Ὠλένην. Eumdem errorem committit Schol. Pindari Olymp. Od. 1. vs. 38. ubi de Pelope. Ἀττικὴν Ἀχαΐαν ἀπ' Ὠλένης πόλεως, ἧς μέμνηται Ὅμηρος. Καὶ Ὠλένιον ἀδὶ Πυλάρτην. Conſule Strabon. lib. VIII. Geograph. pag. 592. Ed. Amſtel. Sed multos ſcrupulos ſuſtulit Jac. Palmerius lib. IV. Gr. Ant. cap. 10. Plures heroes fuere *Oleni* dicti. Conſule Interpr. ad Ovidii X. Met. 69. De urbe *Helice*, quam hic Hyginus ab *Helice* Oleni filia nomen habere adfirmat, latiſſime egit Spanh. ad Callim. H. Del. vs. 100. & 101. pro *Helicen* Voſſ. ſec. *Dicen*.

5 HOMERUS ILIADOS SECUNDO] Euſtath. in Hom. p. 220. ed. Baſil. Ὁ δὲ γεωγράφος φησὶν ἐκ μὲν Σικυῶνος Πελλήνη κεῖται, ἐξῆς Αἴγιον ἐξ οὗ τέως πρὶν Αἰγαί, ἃς καὶ Αἰγὰς λίγυσιν ἐπικῶς, Ποσειδῶνος ἱερὸν ἔχουσα, τετάρτη Βοῦρα, μετ' ἐκ Ἑλίκη. μετὰ δὲ αὐτὴν Αἴγιον καὶ Πατρεῖς, εἶτα Ὠλένος &c. MUNCK.

6 ET FERE EO TEMPORE] Mallem, *forte eo tempore*. MUNCK.

7 TENEDIUS] *Teneus* MSS. 3. ex Vlitt. Non malè, ut arbitror. Vide Steph. in Τένος. MUNCK. De Hoedis his Serv. ad IX. AEn. 668. Theo ad Aratum pag. 20. Eratoſthenes cap. 13.

8 MUSAEUS AUTEM DICIT] *Mnaſeas*. Alii ſic legunt. *Mnaſeas dicit Jovem nutritum a Themite & Amaltbea nympha*. MICYLL. Micyllus ita notat ad hunc locum: *Alii ſic legunt, Mnaſeas dicit, Jovem nutritum a Temide & Amaltbea nympha*. Et ſic editio Sanctandreana, niſi quod

Muſaei

ſtendiſſe. [8] Muſaeus autem dicit, Jovem nutritum [9] à Themide & Amalthea nympha, quibus eum mater Ops tradidiſſe exiſtimatur: Amaltheam autem habuiſſe capram quamdam ut in deliciis, quae Jovem dicitur aluiſſe. Nonnulli etiam AEgam Solis filiam dixerunt, multis candore corporis praeſtantem, cui contrarius pulchritudini horribilis adſpectus exſiſtebat: quo Titanes perterriti petierunt à Terra, ut [10] ejus corpus obſcuraret, quam Terra ſpecu quodam celaſſe dicitur in inſula Creta: quae poſtea [11] Jovis fuiſſe nutrix, ut ante oſtendimus, demonſtratur. Sed cum Jupiter fidens adoleſcentia, bellum contra Titanas adpararet, reſponſum eſt ei, ſi vincere vellet, ut αἰγὸς pelle tectus & Capite Gorgonis, bellum adminiſtraret, quam AEgida Graeci adpellaverunt. Itaque facto eo, quod ſupra declaravimus, Jupiter Titanas ſuperans regnum eſt adeptus, & reliqua oſſa αἰγὸς caprina pelle contecta, anima donavit, & [12] ſtellis figuratam memoriae commendavit: [13] & poſtea, quibus ipſe vicerat tectus, Minervae conceſſit. [14] Euhemerus ait AEgam quamdam fuiſſe Panos uxorem: eam

Muſael nomen retineat. SCHEFF. Al. *Mnaſeas.* Nihil mutandum mecum cenſebit, qui inſpexerit Eratoſthenis Aſteriſm. cap. 13. Puto innui Eumolpi filium Athenienſem, qui, auctore Laertio, primus Theogoniam ſcripſit. Laudat quoque hunc auctorem German. Schol. in Erichthonio, ut & Lactant. lib. I. cap. 21. nec non Hyginus infra denuo cap. 21. Alius Muſaeus fuit, cujus ſcripta adducuntur à Plinio non uno loco. MUNCK. Mei codices agnoſcunt *Muſeus*, & quidem, Voſſ. tert. ut ſcribendum, *Muſaeus*. Sed duo fuere Muſaei. Conſulendi de hoc & altero Schol. Ariſtophanis in Ran. vs. 1065. Ptolem. Hephaeſtion lib. IV. apud Photium p. 481. Serv. ad VI. AEn. 667. Menag. ad Diogen. Laërtius lib. I. Sect. 3. & Perizon. ad AElian. lib. XIV. V. H. cap. 21. item Pauſan. lib. I. cap. 14, 22, 25.

9 A THEMIDE ET AMALTHEA] Vide not. ad Myth. cap. 182. MUNCK. *Τὸ cum* abeſt Voſſ. prim. *Ops* abeſt Voſſ. tertio. pro *AEgam* omnes mei codd. *AEga.* pro *pulchritudini* iidem omnes *pulchritudinis.* pro *exiſtebat* d'Orv. *exſtabat.*

10 EJUS CORPUS OBSCURARET] Unus Morellianus, *obſcuraretur.* SCHEFF. *obſcurarent* Veneta. *obſcuraretur* Vlitt. 3. Fabulam invenies apud Eratoſthenem. MUNCK. Voſſ. prim. *obſcuraretur.*

11 JUPITRIS FUISSE NUTRIX] *Jovis.* MICYLL. Micyllus *Jovis.* perperam. Nam a *Jupiter* eſſe *Jupitris* in ſecundo caſu ipſe Priſcianus teſtis. Quanquam & hoc inter plebeia ſcriptoris noſtri putem numerandum. SCHEFF. *Jupitris* Veneta & Micyll. aliaeque antiquiores. MUNCK. Omnes mei *Jovis.* pro *oſtendimus* Voſſ. ſec. *diximus.* pro *apparet* Voſſ. tert. *apparet.* pro *tectus* Voſſ. ſec. *tactus.* qui & pro *quam*, *quod.*

12 STELLIS FIGURATAM] *Figurata* Vlitt. 2. ut ad *oſſa* referatur. Sed perperam, opinor. Eratoſthenes: Τὰ ὀστᾶ δὲ τὰ αἰγὸς καλύψαι δέρμα δορᾶς, καὶ ἐμψυχον αὐτὸν ἀθανάτῳ καθιερώσαι. Scholiaſtes Germanici heic mirifice corruptus eſt: *Eo tectus tegmento caprae, tergo alterius pellis tecta reſtituit, vitae etiam immortalitate donavit, coelique aſtris intulit, & ejus pellem nominavit.* Lego: *Eo tectus tegmento, caprae oſſa tergo alterius pellis tecta reſtituit vitae, & eum immortalitate donavit, coelique aſtris intulit, & ejus pellem aegida appellavit.* MUNCK. Pro *anima* Voſſ. ſec. & tert. item d'Orv. *animam.* Voſſ. prim. & tert. item d'Orvill. *figurata.*

13 ET POSTEA, QUIBUS IPSE VICERAT] Lego diviſim, *& poſt ea, quibus.* SCHEFF.

14 EUHEMERUS] *Eumerus* Voſſ. prim. *Eumemerus* Voſſ. tert. Sed *Euemerus* ſcribendum. De *Euemero* Plutarchus de Iſide & Oſir. Tom. II. pag. 360. Junius lib. VI. Animadv. cap. 13. Jac. Nic. Loenſis lib. X. Epiphyll. cap. 1. Perizonius ad AElian. V. H. lib. II. cap. 31. & Columna ad Ennii Fragm. pag. 312. ad pag. 325. pro *compreſſam* Voſſ. ſec. *fuiſſe comp.*

eam ab Jove compreſſam peperiſſe, quem viri ſui Panos diceret filium. Itaque puerum [1] AEgipana, Jovem vero AEgiochum dictum: qui, quod eum diligebat plurimum, inter aſtra [2] caprae figura memoriae cauſſa conlocavit.

## XIV. *Ophiuchus.*

Qui apud noſtros ſcriptores [3] Anguitenens dictus eſt, ſupra Scorpionem conſtitutus, tenens manibus anguem medium corpus ejus implicantem. Hunc complures [4] Carnabonta dixerunt nomine, [5] Getarum regem, [6] qui ſunt in Myſia regione, fuiſſe: qui eodem tempore [7] regno eſt potitus, quo primum ſemina frugum mortalibus tradita eſſe exiſtimantur. Ceres enim cum ſua beneficia largiretur hominibus, Triptolemum, cujus ipſa fuerat nutrix, in curru draconum conlocatum (qui [8] primus hominum [9] una rota dicitur uſus, ne curſu moraretur) juſſit omnium nationum agros circumeuntem ſemina par-

1 AEGYPTANA] Recte Sanctand. *AEgipana.* SCHEFF. *AEgipan* Venet. cum 3. MSS. Vlitt. Sed rectum eſt alterum. Vide Mythol. cap. 155. MUNCK. Voſſ. prim. tert. & d'Orv. *AEgipan.* Voſſ. ſec. *AEgippam.*

2 CAPRAE FIGURA] Morellianus unus, *Caprae figuram*, quod non diſplicet. SCHEFF. *Figuram* Morell. alter. Praefero vulgatum, & refero ad *τὸ puerum.* MUNCK. Pro *dictum* Voſſ. ſec. & d'Orv. *appellatum.* pro *qui* Voſſ. prim. & ſec. *cui.* pro *eum* Voſſ. tert. & d'Orv. *eam.* pro *figura* d'Orvill. *figuram.* Quomodo hoc ſidus colant Phliaſii, docet Pauſan. lib. II. cap. 13. p. 141.

## Ad CAP. XIV.

3 ANGUITENENS] Ὀφιοῦχος. *Serpentarius* eſt Schol. Germanici. MUNCK. Pro *qui* Voſſ. ſec. & tert. *praeterea qui. τὸ anguem* abeſt Voſſ. ſec. Quis vero Ophiuchus iſte fuerit, non convenit inter antiquos; Theonis hac de re verba adſcribam ad Aratum pag. m. 12. Ἄρηλαι δὲ Ὀφιοῦχος, ἢ ὅτι ὄφιν ἔχει τῇ φύσει. ὕπτιος δὲ ἐστι καθ' ὑπερβολήν, Ἡρακλῆς ἐπὶ ὄφιος βιβρώσκῃ. οἱ δὲ Προμηθέα λέγουσι. οἱ δὲ Ταντάλου, ἄλλοι Θυέστην. οἱ δὲ Θησέα, ἄλλοι δέ φασιν, αὐτὸν εἶναι τὸν Ἡρακλέα Λίνου τελευτήσαντα. ἐπιλιπόντων δὲ αὐτὸν τῶν τεκόντων, ἐπὶ γέρων πατρόθεν καὶ λίαν βάλλων, ὡς αὐτὸς ζῶν ὕστερον, δίκαιόν ἐστιν, ἄλλοι δὲ τῆς Ἰξίονα φασί. De *Carnabonte* nulla ibi mentio.

4 CARNUBUTAM] Sanctandreana, *Carnabonta.* SCHEFF. *Carnabonta* 2. Vlitt. *Carnubuta* dicitur in Venetâ, & quae eam ſecutae ſunt. MUNCK. Voſſ. prim. tert. & d'Orv. *Carnabonta.* Voſſ. ſec. *Carnabunta.*

5 GETARUM REGEM] Morellianus uterque, ut & 2. ex Vlitt. *Getarum, qui ſunt in Thracid, regem fuiſſe.* MUNCK. In prim. & tert. Voſſ. codd. ſed & d'Orv. *Getarum, qui ſunt in Trachia, regem.* Voſſ. ſec. *in Tracia regione.* cui *τὸ regem* abeſt. *Getarum, qui ſunt in Thracia, regem* facile in textum reciperem auctoritate codicum, Getas ex Strabone lib. VII. pag. 453. a Graecis Thracicam eſſe gentem ſtatui, probe gnarus. Attamen ab inperitis Librariis *τὸ Myſia* non eſt intruſum. *τὸ Thracia* enim videtur mihi eſſe gloſſa *τῆς Myſia.* Duplex *Myſia* fuit Europaea & Aſiatica. Quod me praeter alios docuerunt Schol. Apoll. Rhodii I. Arg. vers. 1115. Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. vs. 322. & 809. Item Galenus apud Inl. Spanhem. ad Callim. H. Dian. vs. 117. Jam *Myſi* Europaei aeque ac Getae Thracica gens fuerunt. Conſule Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 302. & Strabon. l. l. imo addamus, quod Euſt. ad vs. 304. ex hoc Strabonis loco adnotet Ἡρόδοτος δὲ μίαν αὐτὴν τῶν Θρᾳκῶν τοὺς ΓΕΤΑΣ. Ὁ δὲ Γεωγράφος ἐφ' ἑκάτερα τοῦ πόλεμου (Iſtri) αὐτοὺς οἰκεῖν ἱστορεῖ, ὡς καὶ τοὺς ΜΙΣΟΥΣ καὶ τοὺς Θρᾷκας. Hinc *Myſos* & *Getas* non diſtinguit Dio Chryſoſtomus Orat. XII. pag. 198. quem locum emendatum Lector videre poteſt in notis Cl. Weſſelingii.

partiri, quo facilius ipſi poſterique eorum à fero victu ſegregarentur. Qui cum perveniſſet ad eum, quem ſupra diximus, Getarum regem, ab eo primum hoſpitaliter adceptus: deinde, non ut beneficus [10] advena & innocens, ſed ut crudeliſſimus hoſtis, inſidiis captus, aliorum paratus producere, ſuam pene perdidit vitam. Carnabontis enim juſſu cum draco unus eorum eſſet interfectus, ne cum Triptolemus ſenſiſſet inſidias ſibi parari, curru praeſidium ſibi conſtituere ſperaret, Ceres eo veniſſe, & ereptum adoleſcenti currum, dracone altero ſubjecto, reddidiſſe; regem pro coepto maleficio poena non mediocri adfeciſſe narratur. Hegeſianax enim dicit, Cererem memoriae hominum cauſſa ita Carnabonta ſideribus figuraſſe, manibus tenentem draconem, ut interficere exiſtimetur: qui ita vixerat acerbe, ut jocundiſſimam ſibi conſciſceret mortem. Alii autem Herculem eſſe demonſtrant, in Lydia [11] apud flumen Sagarim anguem interficientem, qui & homines complures interficiebat, & ripam frugibus orbabat. Pro quo facto [12] ab regina Omphala, quae ibi regnabat, multis

lingii ad Itinerarium Hieroſolymitanum pag. 564. ergo *in Myſia*, notat *in Thracia*, nam Thraces iſti poſtea fuere Myſi dicti, ut Strabo l. l. vel *in Myſia* Graecorum more, notat *prope Myſiam*. *Ripam* Voſſ. prim. & ſec. *a ripa*.

6 QUI SUNT IN MYSIA] Morellianus uterque, *in Thracia*, quod placet vehementer. Quanquam non ignorem, Myſos eſſe Homero, qui Thraces Europei, vel ex Strabone. SCHEFF.

7 REGNO EST POTITUS] Morellianus unus, *rerum eſt potitus*. SCHEFF. *Rerum* Morell. alter. *Regnum* unus ex Vlitt. MUNCK. *Rerum* tres Voſſ. *regnum* d'Orv. pro *exiſtimantur* Voſſ. ſec. *exiſtimatur*.

8 PRIMUS HOMINUM] *Omnium* Vlitt. 2. & mox, *ne curru* unus. Quod ſenſum non incommodum facit. Cl. Schefferus de Re Veh. lib. 1. cap. 2. emendat, *ne curſum*. Perquam facilis eſt vocum *curſus* & *currus* permutatio. Certè Catal. Vett. poetar. lib. III. ubi ortum ſolis deſcribunt Scholaſtici, perperam legitur in epigrammate Maximiniani: *Praevia flammiferi curſus Aurora rubebat*. Leg. *flammiferi currus*. Julianus: *Cum ſol igniferos currus è gurgite magno ſuſtulit*. *Portantes humina currus* vocat Ovid. II. Met. Quintus Cicero in Eclogario Auſonii: *At dextra laevaque ciet rota fulgida ſolis Mobile curvi culum*. MUNCK. Tres Voſſiani *omnium* pro *curſu* Voſſ. prim. *curru* Voſſ. ſec. *currum*. Saepiſſime has voces permutari videbis in Obſerv. Miſcell. Nov. & Dec. 1732. pag. 320. pro *moraretur* Voſſ. tert. *moreretur*. pro *crudeliſſimus* Voſſ. ſec. *crudeliſſimi*. *rò ſibi* ante *parari* abeſt Voſſ. ſec. tert. & d'Orv. mox pro *curru* Voſſ. ſec. *circum*. Voſſ. tert. *currum*. pro *Ceres eo veniſſe* Voſſ. ſec. *Cererem enim eo veniſſe*. pro *ereptum adol.* Voſſ. prim. & ſec. *erepto adoleſcenti*, tert. *rapto*, ſed ſuperſcriptum *ereptum*. *rò narratur* abeſt omnibus meis codd. *rò draconem* poſt *interficere* legitur in omnibus meis codd. pro *vixerat* Voſſ. tert. *vixerit*.

9 UNA ROTA DICITUR] Scribendum junctim, *unareta*, quoniam peculiare genus vehiculi intelligitur, de quo prolixe diximus in libris noſtris de Re Vehiculari, non ita diu publicatis. SCHEFF.

10 ADVENA ET INNOCENS] Morell. unus *a. & peregrinus*. Non placet. SCHEFF.

11 APUD FLUMEN SAGARIM] Aliter *Sangarius* dicitur hic fluvius. Vide Ortelium in eâ voce. MUNCK. Omnia nota de Flumine *Sangario* e Strabone lib. XII. pag. 818. & Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 793. & 809. Sed pro *Sagarim* hic legi poſſet *Sangarum*, ita enim hoc flumen etiam dictum eſſe docet Myrleanus apud Schol. Apoll. Rhod. lib. II. Arg. vs. 724.

12 AB REGINA OMPHALA] *Ab Omphala*. Vlitt. 2. & rectè quidem. Manifeſtum enim gloſſema *regina*, cum ſtatim ſequatur, quae ibi regnabat. MUNCK. Abeſt & tribus Voſſianis. pro *fertitudinem* Voſſ. ſec. *magnitudinem*.

multis ornatum muneribus Argos remiſſum ; [1] ab Jove autem propter fortitudinem inter ſidera conlocatum. Nonnulli etiam Triopam Theſſalorum regem [2] dixerunt eſſe : qui cum ſuum domicilium [3] tegere conaretur, Cereris ab antiquis conlocatum diruit templum. Pro quo facto à Cerere fame objecta, numquam poſtea frugibus ullis ſaturari potuiſſe exiſtimatur. Noviſſime prope ad terminum vitae dracone objecto, mala plurima perpeſſus, aliquando [4] mortem adeptus, inter aſtra Cereris voluntate eſt conſtitutus. Itaque adhuc videtur eum draco circumplexus [5] aeterna moerentem adficere poena. [6] Polyzelus autem Rhodius hunc Phorbanta nomine demonſtrat, qui Rhodiis auxilio maximo fuiſſe demonſtratur. Nam cum eorum inſulam, ſerpentium multitudine occupatam, cives [7] Ophiuſam adpellaſſent, & in ea multitudine ferarum draco fuiſſet ingenti magnitudine, qui plurimos eorum interfeciſſet, & patria denique deſerta carere coegiſſet, dicitur Phorbas [8] Triopae filius [9] ex Hiſcilla Myrmidonis filia natus, eo tempeſtate [10] delatus, omnes feras & eum draconem interfeciſſe: qui cum maxime Apollini dilectus eſſet, [11] locatus inter ſidera dicitur, ut interficiens draconem laudis & memoriae cauſſa videretur. Itaque Rhodii, quotieſcumque à litore [12] longius prodeunt, claſſes prius

1 Ab Jove] *Ab Jupitre* Veneta. MUNCK.

2 Dixerunt esse] Voſſ. prim. *dixerunt eum. Cum* abeſt Voſſ. tertio. *collocatum* abeſt d'Orvillianо. De *Triopa*, & ejus ſcelere vid. Spanh. ad Callim. H. Cer. vs. 24, & 67. qui docet hanc fabulam *Eryſichthoni* ab aliis adſcribi, id quod ante eum & Annam Fabri jam viderat P. Leopardus lib. XIII. Emendat. cap. 19. qui omnino conſulendus. pro *dracone objecto* Voſſ. ſec. *draconis objectu.*

3 Tegere conaretur] *Figere* edidit cum Pariſienſibus Cl. Scheffer. Sed alterum Veneta, Micylliana, & MSS. 2. ex Vlitt. tuentur. MUNCK. Omnes mei codd. *tegere.*

4 Mortem adeptus] Morellianus unus, *Morte adempſus*, quod Morellius dicit aptius videri, me non repugnante. SCHEFF. Quae pro munere nempe illi erat. Nam, *ut mors eſt neceſſaria omnibus hominibus, ita etiam eſt requies perpetua laborum*, quemadmodum loquitur Horat. Scholiaſtes ad Lib. II. od. 18. Morellianus alter, *morte ademptus.* Quod licet aptius Morellio & Scheffero viſum fuerit, mihi tamen probare ſe neutiquam poteſt. MUNCK.

5 Aeterna merentem] Sanctandreana *moerentem.* mihi altera lectio potior videtur. Cur enim *moerentem*? an propter poenam? At hoc non ſatis aptum. SCHEFF. *Merentem* Venet. Micyll. & Pariſienſis. MUNCK.

6 Polyzelus] Meminit ejus Athenaeus lib. I. & VIII. Conſer Voſſ. de Hiſtor. Graec. lib. IV. p. 346. Perperam *Policeus* Veneta. *Polizejus* Soter & Pariſienſis. MUNCK.

7 Ophiusam] Vide Euſtath. in Dionyſ. p. 73. Hieron. Chronico Euſebiano: *Telchines Rhodum condiderunt, quae prius Ophiuſa dicebatur.* MUNCK. H. Junius lib. III. cap. 15. animadv. hanc inſulam a proventu venatuque leporum etiam *Lagiam* dictam vult. Plures inſulas a frequentia leporum λαγώσσας dictas, ut Icaron a piſcium copia ἰχθυώσσαν, & alias inſulas a ſimili ratione cognomina fuiſſe adeptas olim, docet Athenaeus lib. I. cap. 24. pag. 30.

8 Triopae filius] Vide not. ad Mythol. cap. 145. Malè *Triopi filius* dicitur à viro docto ad Eratoſth. pag. 18. Triopae Phorbantis filio lib. IV. id tribuit Diodorus Siculus, apud quem hanc hiſtoriam habes. Vide & Meurſ. Rhod. lib. I. cap. 5. MUNCK. De *Ophiuſae Phorbantis* & occiſi Draconis fabula conſuli etiam poteſt S. Bochartus lib. I. Can. cap. 7. pag. 369, 370. De hoc & pluribus *Phorbantibus* conſulendi Interpr. ad Ovidii XII. Met. vs. 414.

9 Ex Hyocla] *Hiſcilla.* MICYLL. Micyllus, *ex Hiſcilla*, quod in Sanctandreana ſunt ſecuti. SCHEFF. Ita & in margine Micyllus, cujus editio

prius ſacrificant Phorbantis adventui, [13] talis ut illis eventus inopinatae virtutis adcidat civibus qualis inſcium Phorbanta futurae laudis ad ſidera gloriae pertulit caſus. Complures etiam aſtrologi hunc AEſculapium finxerunt, quem Jupiter Apollinis cauſſa inter aſtra conlocavit. AEſculapius enim cum eſſet inter homines, & tantum medicina caeteris praeſtaret, ut non ſatis ei videretur hominum [14] dolores levare, niſi etiam mortuos revocaret ad vitam, noviſſime fertur Hippolytum, qui iniquitate novercae, & inſcientia parentis erat interfectus, ſanaſſe, ita uti Eratoſthenes dicit. Nonnulli Glaucum [15] Minois filium ejus opera revixiſſe dixerunt: pro quo, ut peccato, Jovem domum ejus fulmine incendiſſe: ipſum autem propter artificium & Apollinem ejus patrem inter ſidera anguem tenentem conſtituiſſe. Ut quidam dixerunt, hac de cauſſa anguem dicitur tenere: quod cum Glaucum cogeretur ſanare, [16] concluſus quodam loco ſecreto, bacillum tenens [17] manu, cum quid ageret, cogitaret, dicitur anguis ad bacillum ejus adrepſiſſe: quem AEſculapius mente commotus interfecit, bacillo fugientem feriens ſaepius. Poſtea fertur alter anguis eodem veniſſe, ore ferens herbam, & in caput ejus inpoſuiſſe: [18] quo facto, utroſque loco fugiſſe: [19] qua re AEſculapium uſum, & eadem herba

editio *Hycela* exhibet. *Hyſotta* Veneta. Vlitiani codices *Hiſcela* vel *Hiſchela*. MUNCK. *Hyſocle* citat Conſt. Fanenſis ad Ovidii l. l.

10 DELATUS] Voſſ. ſec. *deletus*. Voſſ. tert. pro *locatus*, *locutus*. d'Orv. *locat.* ab *interfeciſſe* ad *laudis* deſunt Voſſ. primo. Voſſ. ſecundo deſunt *int. fid. dic. ut.* ante *videretur* ponit Voſſ. tert. *interfeciſſe.* τὸ *viderctur* abeſt Voſſ. tertio.

11 LOCATUR IN COELO INTERFICIENS] Sanctandreana & hic alia habet, legit enim, *locatus inter ſydera dicitur, ut interficiens.* Sed non video, qui hoc *dicitur* cum ſequenti *videtur* poſſit cohaerere. Ideo nondum recedo a veteri lectione. SCHEFF.

12 LONGIUS PRODEUNT, CLASSES &c.] Puto *claſſe* ſcribendum. SCHEFF. *Prodeunt claſſe* Vlitt. Quod conjectura aſſecutus quoque Schefferus eſt. MUNCK. *Claſſe* lego cum Voſſ. primo, ſecundo & d'Orv. pro *adventui* tres Voſſ. *adventu.* Hemſt. *adventum.* qui deinde *talis eventus.* & pro *levare*, *relevare.* eidem τὸ *novercae* abeſt.

13 UT ILLIS TALIS EVENTUS] Paulo aliter ordinant alii, ſed ſenſus idem eſt. Orabant, ut illis civibus ſuis accideret hujuſmodi quid, quo virtutem ſuam illuſtrare poſſent eventu inopinato, ſicut Phorbas fecit. SCHEFF. *Ut illius talis* Veneta. Vlitt. variè, *ut aliis talis*, *ut talis*, expuncto τῇ *illis*. MUNCK. *Ut aliis talis* Voſſ. prim. τὸ *talis* abeſt Voſſ. ſec. pro *futurae* Voſſ. ſec. *fuit unicae.* pro *pertulit* Voſſ. tert. *perculit.* τὸ *aſtrologi* abeſt Voſſ. ſecundo, qui pro *hunc*, *hanc*, & pro *AEſculapium*, *AEſculapium*. Conſule Servium ad XI. AEn. 259. pro *videretur* Voſſ. ſec. *viderentur.* & pro *qui*, *quod.* τὸ *novercae* abeſt Voſſ. primo, tertio & d'Orvilliano. τὸ *ut* ante *peccato* deeſt tribus Voſſianis. pro *ut quidam* iidem *nonnulli.* pro *dicitur* Voſſ. ſec. *dicti.* τὸ *cum* abeſt eidem.

14 DOLORES LEVARE] Unus Morellii. *dolores relevare.* SCHEFF.

15 MINOIS] *Minoos* Veneta & aliae antiquiores. Quod ἐκδοτικῶτερον eſt. MUNCK. Ita omnes codd.

16 CONCLUSUS QUODAM LOCO SECRETO] Morellianus pro *concluſus* habet *clauſus*, & *ſecreto* omittit. Suſpicor, alterutrum ex gloſſa eſſe, ſcripſiſſeque noſtrum, *quodam ſecreto.* SCHEFF. Τὸ *ſecreto* omittit alter Morellianus, ut & unus e Vlitianis. MUNCK. Voſſ. ſec. *quoddam. ſecreto* exulat ab Hemſterhuſiano.

17 MANU] Voſſ. tert. *in manu.*

18 QUO FACTO LOCO FUGISSE] Sanctandreana, una voce auctius, *quo facto utroſque loco fugiſſe.* Bene, ſi ſic libri habent veteres, ſin minus, mallem, *quo facto, eos loco.* SCHEFF.

19 QUA RE AESCULAPIUM USUM, ET EADEM]

herba Glaucum revixiſſe. Itaque anguis & [1] in AEſculapii tutelam, & in aſtris dicitur conlocatus: qua conſuetudine ducti poſteri ejus [2] tradiderunt reliquis, ut medici anguibus uterentur.

## XV. *Sagitta.*

Hanc unam de Herculis telis eſſe demonſtrant, qua Aquilam dicitur interfeciſſe, quae Promethei [3] jocinora fertur exediſſe: de quo [4] pluribus verbis dicere non inutile videtur. Antiqui cum maxima cerimonia deorum inmortalium ſacrificia adminiſtrarent, ſoliti ſunt totas hoſtias in ſacrorum conſumere flamma. Itaque cum propter ſumptus magnitudinem [5] ſacrificia pauperibus non obtingerent, Prometheus, qui propter excellentiam ingenii miram, homines finxiſſe exiſtimatur, [6] recuſatione dicitur ab Jove inpetraſſe, ut partem hoſtiae [7] in ignem conjicerent, partem in ſuo [8] conſumerent victu: idque poſtea conſuetudo firmavit. Quod cum facile à deo, [9] non, ut homine, avaro inpetraſſet, ipſe Prometheus inmolat tauros duos. quorum primum

Al. *Quare AEſculapium uſum eadem herbâ, & Glaucum* &c. MUNCK. Voſſ. prim. tert. & d'Orv. *ex eadem b. & Gl.*

1 IN AESCULAPII TUTELAM] Ita quidem & Soter. Praefero tamen *tutela*, quod Veneta, Micyll. & Sanct. exhibent. Mox Veneta & antiquiores, *tradiderunt, ut reliqui medici.* Sed alterum adſtruunt Vlitt. 3. MUNCK. *Tutela* Hemſterhuſ. Voſſ. prim. tert. & d'Orv. ſed pro *AEſculapii*, *AEſculapius*. Voſſ. ſec. *anguis in AEſculapii tutelam.*

2 TRADIDERUNT, UTI RELIQUI MEDICI] Sanctand. *tradiderunt reliquis, ut medici* &c. videtur vulnus eſſe altius. SCHEFF.

## Ad CAP. XV.

3 JOCINORA] Voſſ. ſec. & d'Orv. *jocinera.* & ita ſemper.

4 PLURIBUS VERBIS] Poſterior vox non comparet in Vlitt. 2. nec malè abeſt. Phaedrus lib. III. cap. 11. *Haec executus ſum propterea pluribus.* MUNCK. Abeſt Voſſ. primo, tertioque. Pro *inutile* Voſſ. ſec. *utile.* pro *flamma* Voſſ. ſec. *flammas.* pro *maxima* Hemſt. *maxime.*

5 SACRIFICIA PAUPERIBUS NON CONTINGERENT] Sanctandr. *non obtingerent.* Vix probare poſſum. Mallem, *ſacrificia a pauperibus non contingerent*, ut ſubintelligatur *Diis*, ſitque ſententia, non obtinuiſſe ſacrificia a pauperibus, propter ſumptus magnitudinem. SCHEFF.

6 RECUSATIONE DICITUR] Hoc *recuſatione* non intelligo. Quid enim eſt, quod Prometheus recuſavit? utrum legi debet, *excuſatione*? quaſi diceret, Prometheum excuſaſſe pauperes, & ſic obtinuiſſe apud Jovem, quod ſequitur, quo nimirum poſſent & ipſi facere ſacrificia. SCHEFF. Cl. Schefferus ſuſpicatur ſcriptum fuiſſe *excuſatione.* Putarim rectius fore, *hac uſus ratione.* Nempe quod propter ſumptus magnitudinem non contingerent ſacrificia pauperibus. MUNCK.

7 IN IGNEM PROJICERENT] Sanctandr. *Conjicerent*, Morell. unus *dejicerent.* SCHEFF.

8 CONSUMERENT USU] Alii *victu.* Ego nihil cenſeo mutandum. SCHEFF. Ita & Soter & unus Vlitianorum. Al. *uſu.* MUNCK. *Victu* omnes mei codd. pro *confirmavit* iidem omnes *firmavit.* praeter Hemſterhuſ.

9 NON UT AB HOMINE AVARO] *Tà ut* non agnoſcunt Vlitt. 2. Forte rectius eſt, *non, ut homine, avaro.* Qui non eſſet avarus, ut homo. Avaritia enim hominum, non Deorum vitium. MUNCK. Voſſ. prim. ſec. d'Orv. & Hemſterhuſ. *non, ut homine, avaro.* pro *quod* Voſſ. prim. *qui quod. rò primum* abeſt Voſſ. tertio.

10 QUAE CIRCUMFUERUNT, RELIQUA PELLE] Sanctand. *quae circa fuerunt reliqua, pelle*; ut *reliqua* reſpiciat *oſſa.* Sed non video, qui dici poſſint reliqua, niſi in reſpectu quorundam conſumptorum. At hic conſumpta erant nulla. Itaque mallem retinere lectionem veterem, & con-

mum jocinora cum in ara poſuiſſet, reliquam carnem ex utroque tauro in unum compoſitam corio bubulo texit: oſſa autem, [10] quae circa fuerunt reliqua, pelle contecta in medio conlocavit, & Jovi fecit poteſtatem, ut quam vellet, eorum ſumeret partem. Jupiter autem etſi non pro divina ſecit cogitatione, neque [11] ut deum licebat, [12] omnia qui debuit ante providere: ſed (quoniam credere inſtituimus hiſtoriis) deceptus à Prometheo, utrumque putans eſſe taurum, delegit oſſa pro ſua dimidia parte. Itaque poſtea in ſolennibus & religioſis ſacrificiis carne hoſtiarum conſumpta, [13] reliquias, quae pars fuit deorum, eodem igni comburunt. Sed ut ad propoſitum revertamur: Jupiter cum factum reſciſſet, animo permoto mortalibus eripuit ignem, ne Promethei [14] gratia plus deorum poteſtate valeret, neve carnis uſus utilis hominibus videretur, [15] cum concoqui non poſſet. Prometheus autem conſuetus inſidiari, ſua opera ereptum mortalibus ignem reſtituere cogitabat. Itaque caeteris remotis, devenit ad Jovis ignem: quo diminuto & in ferulam conjecto, laetus ut volare, non currere videretur, [16] ferulam jactans, ne [17] ſpiritus intercluſus

conſtruere *τὰ reliqua* cum *pelle*. Nempe una pellis, quam ſupra vocabat corium, tegebat carnes; reliqua ergo erat alia, quae tegere debebat oſſa, ut ex ſuperioribus apparet. Morellianus unus, *eſſe autem quaecunque fuerunt reliqua*. SCHEFF. Soter dedit, *quae circa reliqua fuerunt*. Veneta & aliae antiquiores, *quae circum fuerunt reliqua, pelle* &c. Mutat diſtinctionem Schefferus, *quae circa fuerunt, reliquâ pelle*. Nec ſanè aliter in Micyllianâ vel Pariſienſi editione diſtinguitur. Morellianus alter & Vlitt. 2. habent, *quaecunque fuerunt, reliquâ* &c. Quod probo. Fabula eſt apud Heſiod. Θεογ. vers. 541. ubi tamen non pelle, ſed *ἀργῇ δημῷ* dicitur contexiſſe oſſa. Id quod & apud Lucianum legas, ad quem lectorem remittimus. MUNCK. *Τὰ autem* abeſt Voſſ. ſecundo. pro *quae* Voſſ. prim. & tert. & Hemſterhuſ. *quaecunque*. quod & ſuperſcriptum eſt in cod. d'Orvill. *circum* Voſſ. ſec. abeſt tertio & Hemſterhuſ. pro *contecta* Voſſ. ſec. *contexta*. De fabula Schol. AEſchyli Prom. Vinct. vs. 11.

11 UT DEUM LICEBAT] Nec Latinum hoc, nec aptum ad ſententiam videtur. Forte ſcripſerat, *decebat*. MUNCK. Si infinitivus adderetur, Virgiliana eſſet imitatio, ita loquentis v. AEn. 350. *Me liceat caſus miſerari inſontis amici.* ubi vid. Celeb. P. Burm. & ad iv. AEn. 350: & quomodo Graeci locuti. Pind. Olymp. Od. x. vs. 185. Ἔιθι σε τῶνδ' Ἰόλᾳ χάριν κατθεῖν. Quomodo nodum iſtum ſolvant Grammatici, ſcio. Hîc contra codd. nihil muto.

12 OMNIA QUI DEBUIT] Fecerunt, *quae*. Atqui proxime praecedit, *Deum*. SCHEFF.

13 RELIQUIAS, QUAE PARS FUIT DEORUM] Haec non intelligo. quo enim ſpectat *τὸ eodem*? debet aliquid praecedere, quo referatur. Deinde, quomodo reliquiae ſunt pars Deorum? Suſpicor ſcribendum, *reliquias oſſaque, quae pars fuit Deorum, eodem igni comburunt*. Dicit, comburere reliquias & oſſa, quoniam de oſſibus praeceſſit, & comburere eodem igne, quo partem Deorum, id eſt, id, quod ad Deos pertinebat, viſcera puto, & jecinora, de quibus ante fuerat locutus. SCHEFF. Schol. Hom. Iliad. A. 461. Ἔκαυσαν μηρῶν λοὺς πανόπτας μίμνας, ἐπ' ἀνθράκων ἀπὸ τὰ σπλάγχνα, ὡς θεῶν ὅλα τὰ μηρία ὑπὸ ἱερεῖα κατακαῦσαι. MUNCK.

14 GRATIA PLUS] Omnes mei *gratia jus*. *τὸ hominibus* abeſt d'Orvilliano.

15 CUM COQUI NON POSSET] Sanctandreana, *cum concoqui*. Peſſime. Non enim igne concoquitur caro, ſed coquitur, & prius debet eſſe cocta, quam in uſus humanos poſſit adhiberi. SCHEFF. Praeferendum omnino *cum coqui*, quod Veneta, Micyll. & aliae exhibent. MUNCK. Voſſ. ſec. tres. & Hemſterhuſ. *coqui*. pro *jactans* Voſſ. tert. *jactaſſe fertur*.

16 FERULAM JACTANS] Mallem, *jactabat*, vel *jactavit*. SCHEFF.

17 SPIRITUS INTERCLUSUS] Morell. *incluſus*. SCHEFF.

cluſus [1] vaporis extingueret in anguſtia lumen. [2] Itaque homines adhuc plerumque, qui laetitiae fiunt nuncii, celerrime veniunt. [3] Praeterea in certatione ludorum curſoribus inſtituerunt ex Promethei conſuetudine, ut currerent lampadem jactantes. Pro quo Jupiter facto mortalibus parem gratiam referens, mulierem tradidit his, quam à Vulcano factam [4] deorum voluntate omni munere donavit, itaque Pandora eſt adpellata: Prometheum autem in monte Scythiae nomine Caucaſo ferrea catena vinxit: quem adligatum ad triginta milia annorum AEſchylus tragoediarum ſcriptor ait. Praeterea admiſit ei aquilam, quae adſidue noctu renaſcentia jocinora [5] exeſſet. Hanc autem aquilam nonnulli [6] ex Typhone & Echidna natam: alii ex Terra & Tartaro: [7] complures Vulcani factam manibus demonſtrant, animamque ei ab Jove traditam dicunt. Sed de ejus ſolutione haec memoriae prodita eſt cauſſa: Cum Jupiter Thetidis connubium pulchritudine corporis inductus peteret, neque à timida virgine inpetraret, neque ea re minus efficere cogitaret, illo tempore Parcae feruntur ceciniſſe fata, quae perfici natura voluit rerum. dixerunt enim, qui-

cum-

1 VAPORIS] Ita & Veneta & MSS. 3. Vlitt. Al. *vaporibus*. MUNCK. *Vapores* Voſſ. ſec. ceteri *vaporis*. pro *veniunt* Voſſ. prim. tert. *eveniunt*.

2 ITAQUE HOMINES] Hoc totum pro gloſſemate inepti hominis habeo. SCHEFF.

3 PRAETEREA TOTUM A CERTATIONE] *Votum*. MICYLL. In Sanctandrea. *Praeterea in certatione*, omiſſis caeteris. In Morell. uno, *praeterea in concitatione ludorum*. Micyllus putat, abeſſe quidpiam, & pro *totum*, ſcribit *votum*. Mihi altius videtur vulnus. Plane *totum* a. corruptum eſt ex vocabulo, quo, quales hic intelligantur ludi, ſignificatum fuit, ac certationes. Putabam *votiva*, nunc non placet. Mallem, *praeterea nota certatione ludorum in curſoribus inſtituerunt*, &c. SCHEFF. P. *in certatione ludorum*. MSS. 3. Vlitt. Morell. alter, *in concitatione ludorum*. Fort. *in concertatione*. Vulgo editur, *praeterea totum à certatione ludorum*. Unde *votiva à certatione* facit Valeſius. MUNCK. Voſſ. prim. ſec. & d'Orv. *in certatione*. pro *lampadem* Voſſ. ſec. *lampade*. De hoc certamine latiſſime Pauſan. lib. 1. cap. 30. p. 75, 76. & quem ibi laudat Kuhnius.

4 DEORUM VOLUNTATE] *Voluntas* MSS. 3. MUNCK. *Voluntas* omnes mei. pro *factam* Voſſ. ſec. *facta*. pro *Prometheum* Voſſ. prim. & tert. *Prometbea*. pro *Caucaſo* Voſſ. ſec. *Caucaſum*. pro *ait* Voſſ. ſec. tert. & d'Orv. *dicit*. pro *aquilam* Voſſ. ſec. *aquila*.

5 EXESSET] Hemſterhuſ. cod. *exederet*.

6 EX TYPHONE ET ECHIDNA] Omnes codd. *Echiona* ſed male. Pherecydes lib. 11. Τυφῶνος δὲ ἘΧΙΔΝΗΣ τὸν Φέρεκυδης φησὶ τὸν ΑΕΤΟΝ τὸν ἐπιτιμωφθέντα Προμηθεῖ. quem l. debemus Scholiaſtae Apoll. Rhodii lib. 11. vs. 1252. Voſſ. ſec. *alii autem*.

7 A VULCANO FACTAM: POLYZELUS AUTEM] Omnia haec Sanctandreana omittit. Cauſam non excogito. Equidem & Modius ep. 117. Novant. *Conciſius libri veteres: Complures Vulcani factam manibus demonſtrant*. Sed me nihil movet. Pro *Polyzeus* ſcribendum *Polyzelus*, nam hoc ejus nomen, atque ita eum ſupra etiam laudaverat, ut dubitari nequeat, quin haec ſint Hygini, nec omitti poſſint. Caeterum a *Polyzelus*, uſque ad *demonſtrat*, omnia in parentheſi ſunt ponenda. SCHEFF. Hanc lectionem non Modiani tantum; ſed & tres Vlitiani codices ſtabiliunt. Veneta habet, *Alii ex Terrâ & Tartaro. Complures à Vulcano factam. Hunc complures* &c. Heic interſerit totam illam hiſtoriam de Carnabonte ex capite praecedente. Dein pergit, *Polyzelus autem Vulcani factam manibus demonſtrat, animamque* &c. Vides heic etiam illa duo prima vocabula ex eodem capite tranſlata. Sunt enim initium narrationis de Phorbante, quae alteri illi de Carnobonte ibi ſtatim ſubnectitur. Haec ergo cauſa eſt, cur vitioſè editi ante Soterem exhibeant, *complures à Vulcano factam*,

cumque Thetidis fuiſſet maritus, ejus filium [8] patre fore laude clariorem: quod Prometheus non voluntate, ſed neceſſitudine vigilans, auditum Jovi nunciavit: qui veritus id, quod ipſe Saturno patri feciſſet in ſimili cauſſa, [9] ne patris regno privatus cogeretur, deſtitit Thetin velle ducere uxorem: & Prometheo pro beneficio meritam retulit gratiam, eumque vinculis [10] liberavit: neque id, quod fuerat juratus, remiſit, vacuum omni adligatione futurum. Sed memoriae cauſſa ex utraque re, hoc eſt lapide & ferro, digitum [11] ſibi vinciri juſſit: qua conſuetudine homines uſi, quo ſatisfacere Prometheo viderentur, anulos lapide & ferro concluſos habere coeperunt. Nonnulli etiam coronam habuiſſe dixerunt, ut ſe victorem inpune peccaſſe diceret. Itaque homines in maxima laetitia victoriiſque coronas habere inſtituerunt: id in exercitationibus & conviviis perſpicere licebit. [12] Sed, opinor, ad initium cauſſae & interitum Aquilae revertamur. Hercules miſſus ab Euriſtheo ad Heſperidum mala, neſcius viae, devenit ad Promethea, quem in Caucaſo monte vinctum fuiſſe ſupra diximus: [13] à quo via demonſtrata victoriae, dum iter faceret, con-

*factam, Polyzelus autem Vulcani factam manibus demonſtrat.* Soter primus locum hunc integritati reſtituit. MUNCK. Omnes mei codd. adfirmant edita. τὸ *connubium* abeſt Voſſ. prim. Pro *inductus* Hemſt. *indutus.* & pro *fata* Voſſ. ſec. *facta.* pro *patre* omnes mei *patria.*

8 PATRIA FORE LAUDE] Sanctand. *Patre fore l. c.* ſed priorem firmat etiam Morell. unus. SCHEFF.

9 PATRIS REGNO PRIVATUS] Ante iſta ponunt *ne*, quod veteres habent in ſuperioribus. Sed hoc minutum eſt. Vellem potius, ut mihi quis monſtraret connexionem. Quid enim eſt, *ne id in ſimili cauſa cogeretur privatus*? ſcribe confidenter pro *patris*, quod hic eſt nihili *pati*, ordo; *ne cogeretur pati, quod feciſſet.* SCHEFF. Ita & Veneta & Soter, nec non 2 ex Vlitt. Sed pro *patris* mallet *pati* Cl. Schefferus. MUNCK. Voſſ. ſec. non male *ne patrio regno privaretur coactus.* cui abeſt τὸ *ducere* quod mihi perplacet. Terentiana Ellipſis. Heauton. Act. IV. Sc. III. vs. 25. Sy. *Quin nolo mentiare, Aperte, ita ut res ſeſe habet, narrato.* Cl. *Quid ais?* Sy. *jubeo illam te amare, & VELLE uxorem* & ita ſaepius.

10 LIBERAVIT] D'Orvill. *abſolvit.*

11 SIBI VINCIRE] Sanctand. *vinciri.* Verum ita ſcribere debuerat *ipſi.* Quare veterem ſcripturam ſic expone, quod Jupiter hoc juſſerit Prometheum ſibi ipſi facere. SCHEFF. Ita quidem & Soter. Sed *vincire* Veneta, Micylliana, & caeterae antiquiores. De fabulâ vide, quae adnotavi ad Mythol. cap. 144. & Stanlejum ad Prometh. Vinctum AEſchyli p. 719. MUNCK. *Vincire* omnes mei. Quod defendi ſatis poteſt, ſubintellecto Accuſativo Perſonae, qui ſaepius ab aliis omittitur. Conſule Cl. Oudendorp. ad J. Caeſar. lib. II. B. Gall. cap. 5. in fin. Pro *diceret* Voſſ. ſec. *dicerent.* Τὸ *in* ante *exercit.* abeſt tribus Voſſianis. De fabula hac Athenaeus lib. XV. cap. 4. pag. 672. & ad fab. 54.

12 SED OPINIO EST] Sanctand. *ſed, opinor, ad initium*: ubi verbum *opinor* plane friget. Mihi verba, *opinio eſt*, inepti gloſſatoris videntur, qui ferre annulos & coronas opinionem, id eſt vanam perſuaſionem dicebat. SCHEFF. Al. *ſed opinio eſt, ad initium* &c. Frigent omnino illa. *ſed opinor, ſed opinio eſt.* Praeferam, quod in uno de codicibus ſuis invenit Vlitius, *ſed potius ad initium.* MUNCK. Voſſ. prim. & tert. *opinor. opinio* ſec. & d'Orv. & pro *revertamur* Voſſ. tert. *revertendum eſſe.* Voſſ. ſec. *revertatur.* pro *mala* tres Voſſiani *poma.*

13 A QUO VIA DEMONSTRATA VICTORIAE] Veneta, *a quo via demonſtrata victoria dum iter facere contendit.* Sanè τὸ *victoria* ſervant etiam MSS. 3. Vitioſum tamen, & mutandum forte in *victor jam.* Micyllus, & qui eum ſequuti ſunt dederunt, *via demonſtrata, partaque victoria ad eum iter facere contendit, ut & draconem.* Sed

contendit [1] ut & draconem, de quo ante diximus, interfectum diceret, & gratiam pro beneficio referret: nam confeſtim honorem, quem potuit, reddidit [2] merenti. [3] * Qua dimiſſa, homines inſtituerunt, ut hoſtiis inmolatis jocinora conſumerent in deorum altaribus, [4] ut exſaturare eos pro viſceribus Promethei viderentur. Ut Eratoſthenes autem de Sagitta demonſtrat, hac Apollo Cyclopas interfecit, qui [5] fulmen Jovi fecerunt, quo AEſculapium interfectum complures dixerunt. Hanc autem ſagittam in Hyperboreo monte Apollinem defodiſſe. Cum autem Jupiter ignoverit filio, ipſam ſagittam vento ad Apollinem perlatam cum frugibus, quae eo tempore naſcebantur. Hanc igitur ob cauſſam inter ſidera demonſtrant.

## XVI. [6] *Aquila.*

Haec eſt, quae dicitur Ganymedem rapuiſſe, & amanti Jovi tradidiſſe: hanc etiam Jupiter primus ex avium genere ſibi delegiſſe exiſtimatur: quae ſola tradita eſt memoriae contra ſolis exorientis radios [7] con-

τὸ *partaque* non habent MSS. Lego, *a quo via demonſtratâ, victor jam ad eum iter* &c. MUNCK. *Victoria* abſque *partaque* omnes mei. τὸ *ut* abeſt d'Orvilliano. Voſſ. tert. *dum.* pro *interfectum* Voſſ. ſec. *interfactum.*

1 UT ET DRACONEM, DE QUO] Hemſt. cod. *ut aquilam, de qua* & deinde *interfectam.*

2 MERENTI] Hic non pauca deſunt. SCHEFF.

3 * QUA DIMISSA &c.] Deeſt *& aquilam, quae jecur ejus exedebat, ſagittis interfecit*, aut ſimile quidpiam. MICYLL. *Quo dimiſſo* Vlitianorum unus: quod eſſet ad Promethea referendum. Sed ante verba iſta excidiſſe nonnulla de aquilâ interfectâ non de nihilo ſuſpicatur Micyllus. MUNCK. *Demiſſa* Voſſ. ſec. ac tert. *quo dimiſſo* Hemſt.

4 UT SATURARE EOS PER VISCERA VISCERIBUS PROMETHEI] Sanctandreana: *ut exſaturare eos pro viſceribus.* Mallem, *ut ſaturare eos per viſcera pro viſceribus &c.* SCHEFF. Sic & Vlitt. 3. nec non Veneta, niſi quod pro *exſaturare* habet *ſaturare.* Forte ſcripſerat, *ut eis* (nempe jocinoribus) *ſaturare eos pro viſceribus.* Per jocinora intelligit σπλάγχνα. MUNCK. Voſſ. prim. *ſaturare.* mox *autem* exſulat ab Hemſt.

5 FULMEN JOVI FECERUNT] Vid. Mythol. cap. 49. Eratoſth. cap. 29. Ubi perperam editum, τοῦτο τὸ βέλος ἐπὶ πέτρᾳ, ὃ φασιν εἶναι Ἀπόλλωνος. Leg. Ἀπόλλωνος. MUNCK. Voſſ. prim. & tert. *Jovis fulmen.* ſec. *flumen Jovi.* Pro *autem* Voſſ. ſec. *hoc.* pro *ignoverit* Voſſ. tert. *ignoraverit.* pro *hanc. i. o. c.* Voſſ. prim. *hac i. cauſſa.*

## Ad CAP. XVI.

6 AQUILA. HAEC EST QUAE DICITUR] Conciſius Vlitt. 2. *Aquila. Haec dicitur* &c. Mox pro *primus* unus exhibet *primum.* MUNCK. Hemſt. *Aquila haec dicitur.*

7 CONTENDERE VALERE] Sanctand. *Contendere volare*, quod eſt pretii nullius. Quid enim eſt, *volare contra radios*? Lego, *os contendere valere.* De aquilis, & virtute oculorum, quibus ipſos adſpectare Solis radios ſine conniventia ſoleant, veteres omnes teſtantur. SCHEFF. *Volare* & unus Vlitianus. Sed Veneta aliaeque antiquiores, *contendere valere.* Unde *os contendere valere* Schefferus. Hygin. infr. cap. 18. *Cum ad coelum contenderet evolare.* MUNCK. Omnes praeter celeb. d'Orvillii, codd. *valere.* quod cum Cl. Scheffero praefero, propter ſequens etiam verbum *volare.* Tzetzes ad Lycophron. vs. 148. Μόνοι δὲ τῶν ἄλλων ὀρνίων οἱ ἀετοὶ ατρὸς τὰς ἡλίου ἀκτῖνας ἀδιβλέπουσιν. ubi plura de aquilis videnda. hinc Soli dicata avis. Conſule Ampl. Gysb. Cuperum in Harpocrate pag. 70. neque haec latius extendam: Servius ad 1. AEn. vs. 398. ubi

7 contendere volare: itaque ſuper Aquarium volare videtur. Hunc enim complures Ganymedem eſſe finxerunt. Nonnulli etiam dixerunt, 8 Meropem quemdam fuiſſe, qui 9 Coon inſulam tenuerit regno, & à filiae nomine Coon, & homines ipſos à ſe 10 Meropas adpellaret. Hunc autem habuiſſe uxorem quamdam nomine Ethemeam, genere Nympharum procreatam: quae 11 cum deſierit colere Dianam, ab ea ſagittis figi coepit, tandemque à Proſerpina viva ad inferos 12 abrepta eſt: Meropem autem deſiderio uxoris permotum, mortem ſibi conſciſcere voluiſſe: Junonem autem miſertam ejus in Aquilam corpus ejus convertiſſe, & inter ſidera conſtituiſſe: ne ſi hominis effigie eum conlocaret, nihilominus 13 memoriam tenens, conjugis deſiderio moveretur. Aglaoſthenes autem, qui Naxica ſcripſit, ait Jovem Cretae ſubreptum, Naxum delatum, & ibi eſſe nutritum: qui poſtquam pervenerit ad virilem aetatem, & voluerit 14 bello laceſſere Titanas, ſacrificanti 15 ei Aquilam auſpicatam: quo auſpicio uſum eſſe, & eam inter aſtra conlocaſſe. Nonnulli etiam dixerunt Mercurium, alii autem Anapladem pulchritudine Veneris

1 indu-

ubi varias, cur aquila ſit Jovis ales, cauſſas, quibus noſter Hyginus maxime inluſtratur, refert, haec ait: *aquilae haec eſt natura, ut Solem recto lumine ſpectet, ſignum quoque Aquilae, quod in coelo eſt, orientem ſemper Solem videtur adtendere.* Eratoſthenes vero cap. 30. Μόνον δὲ τῶν ζώων ἀετὸν ἰσχύειν, τοῖς ὄμμασιν ὑπαίθριον ὄντα. Si quid mutandum, τὸ *contendere* ſollicitandum eſſet. Sed nihil deſinio. Pro *ſuper* Voſſ. prim. & d'Orv. *ſupra.*

8 MEROPEM QUEMDAM ] Schol. Apollonii Rhodii lib. 1. Arg. vs. 977. Τῆς δὲ Πιτυείας βασιλεὺς ἦν Μέροψ ὁ περκώσιος, ὡς δηλοῖ Ὅμηρος ἐν καταλόγῳ. vs. 833. qui juxta Schol. Homeri περκώσιος a Percoſa, oppido Trojae adpellatur. Hyginus non definit, quis Merops iſte fuerit, a quo Meropes hujus inſulae cives dicti ſunt. De Cois, qui *Meropes* dicti, & de inſula Có, quae *Meropis* adpellata eſt, latiſſime diſputarunt Spanh. ad Callim. H. Del. vs. 160. pag. 428, 429. Munck. ad Antonini Liberalis cap. xv. Metam. & Waſſe ad Thucydid. lib. VIII. cap. 41. In hac inſula regnaſſe dicitur etiam Eurypylus Herculis & Chalciopes filius, unde & Eurypyli civitas adpellatur. Conſule Schol. Homeri Iliad. B. vs. 184. Schol. vero Pindari O. Nem. IV. vs. 42. docet Herculem ex Aſia reverſum inſulam Côn vaſtaſſe, & Chalciopen Euripyli in hac inſula regnantis cepiſſe filiam, & ex ea ſuſcepiſſe filium Theſſalum, Phidippi & Antiphi patrem: ſi haec vera ſunt, inſula Côs ab Eurypylo Chalciopes patre, Εὐρυπύλη πόλις vocatur. Alio iterum modo rem narrat Plutarchus Quaeſt. Graecis Tom. II. pag. 304. qui tum Alciopi filiam duxiſſe Herculem narrat. Pro *quemdam* Voſſ. ſec. *quamdam.*

9 COON INSULAM ] *Coum* Vlitt. 2. *Coam* Veneta cum Micyll. & aliis. Sed rectum eſt *Coon.* Dicitur enim inſula illa non tantum Κῶς, ſed & Κώως, Κόως, & Κόος, Euſtathio auctore in Iliad. K. Conſer Steph. in Κῶς. MUNCK. Voſſ. prim. Hemſt. *Coum.* ſec. *cum inſula.* tert. *Coon.* d'Orvill. *Cboam.* pro *ſua filiae* Voſſ. prim. *ea filia.*

10 MEROPAS APPELLARET ] Scribe, *appellarit*, ut ſupra, *tenuerit.* SCHEFF. Flagitat orationis nexus, ut rectè vidit Schefferus, *appellarit.* MUNCK. Omnes tamen codd. *appellaret.*

11 CUM DESIERIT ] Scribe *deſiiſſet* cum 3. Vlitt. MUNCK.

12 ARREPTA EST ] Lego, *abrepta eſt.* Mox pro *Cretae ſurreptum* malim *Cretâ* &c. MUNCK. Omnes codd. *Cretae ſubreptum.* praeter unum, qui *ſubruptum* legit. Hemſt. *tandem vivam ad inf. raptam eſſe.*

13 MEMORIAM TENENS ] Hemſt. *memoriae tenens.* Sed ſuperſcriptum *memoria.*

14 BELLO LACERASSE ] Sanctand. *bello laceſſere.* placet. SCHEFF.

15 AQUILAM EI AUSPICATAM ] In auſpicio apparuiſſe. Vide Schol. German. & quae dixi ad

[1] inductum in amorem incidiſſe: & cum ei copia non fieret, [2] animum, ut contumelia adcepta, defeciſſe: Jovem autem miſertum ejus, cum Venus in Acheloo flumine corpus ablueret, miſiſſe aquilam, quae ſoccum ejus [3] in Amythaoniam AEgyptiorum delatum Mercurio traderet: quem perſequens Venus ad cupientem ſui pervenit: qui, copia facta, pro beneficio Aquilam in mundo conlocavit.

## XVII. *Delphinus.*

Hic qua de cauſſa ſit inter aſtra conlocatus, Eratoſthenes ita cum caeteris dicit: Neptunum quo tempore voluerit [4] Amphitritem ducere uxorem, & illa cupiens conſervare virginitatem, fugerit ad Atlanta, complures eam quaeſitum dimiſiſſe: in his & Delphina quemdam nomine, qui [5] pervagatus inſulas, aliquando ad virginem pervenit, eique perſuaſit, ut nuberet Neptuno, & ipſe nuptias eorum adminiſtravit: pro quo facto inter ſidera Delphini effigiem conlocavit. Et hoc amplius: qui Neptuno ſimulacra faciunt, Delphinum aut [6] in manu, aut ſub pede ejus conſtituere videmus, quod Neptuno gratiſſimum

Fulg. Mythol. lib. 1. cap. 25. MUNCK. Ad *ſacrificandum* dat Voſſ. 1. ſed ſuperſcriptum *ſacrificanti ei.*

1 INDUCTUM] Al. *ductum.* Sed illud ſtabiliunt iſta cap. 20. *Phryxi Athamantis filii corpore inductum in amorem incidiſſe.* MUNCK. Unus e Voſſ. & Hemſt. *inductum.*

2 ANIMUM, UT CONTUMELIA] Morelliani, *animo.* Vide indicem in *deficere.* SCHEFF. Praefero *animo*, quod Morellianus uterque & unus ex Vlitt. habent. MUNCK. Omnes mei *animum* praeter Hemſterhuſ. ipſumque probari poteſt. Si tamen Munckero adſentiaris, habes, quo te defendas. Locutio ſatis uſitata in primis J. Caeſari, ut docet Celeb. Duk. ad Flori lib. II. cap. II. §. 17. Pro *ablueret* Hemſt. *abluerit*, pro *ſui pervenit* Leid. cod. *ſupervenit*, quod & Voſſiano ſec. ſuperſcriptum erat.

3 AMITENEA] *Amythaoniam.* MICYLL. Micyllus *Amythaoniam*, quod ſervarunt in Sanctandr. SCHEFF. ita exhibuit quoque in margine Micyllus. Vulgata lectio eſt, quae & in Veneta comparet, *Amitenea.* Vlitt. codices diverſimodè, *Amitonea*, *Amythonea*, *Amithonea.* Amythaonia pars Elidis eſt Stephano. MUNCK. Hemſt. *Amythonea.*

## Ad CAP. XVII.

4 AMPHITRITEM] Melius *Amphitriten* Schol. German. Conſer Schol. Arati p. 42. MUNCK. Pro *fugerit*, *fugeret* Leid. Hermippus ait apud Theon. ad Arati pag. m. 37. in honorem Apollinis Delphinum in ſidera relatum, quod ἐπὶ Ἀπόλλωνος ἤγισατο χρησὶ, lege χρῆσι εἰς Δελφούς. Lectionem, & Hermippi verba firmat Servius ad III. AEn. 332. De Icadio Apollinis & Lyciae filio haec adnotat. *Inde, cum Italiam peteret, naufragio vexatus, Delphini tergo exceptus dicitur, ac prope Parnaſſum montem delatus patri Apollini templum conſtituiſſe, & a DELPHINO locum DELPHOS appellaſſe.* Deinde *hinc ergo & DELPHINUM inter ſacrata Apollinis receptum.* pro *eam quaeſ.* d'Orv. *eum quaeſ.* pro *Delphina* alter e codd. *Delphynam*, alter *Delphina quamdam.*

5 PERVAGATUS INSULAS] Duo ex codd. meis *pervagatus in inſulas.* pro *perſuaſit* Leid. cod. *ſuaſit.*

6 IN MANU] Schol. German. *Quem* (Neptunus) *in aſtris intulit, & in manu ſua habere inſtituit.* Eratoſth. cap. 31. Ὅσοι δ' ἀν τῷ Ποσειδῶνι χαρίσασθαι βέλονται, ἐν τῇ χειρὶ κομίζουσιν ἔχοντα τὸν δελφῖνα. MUNCK. Pro *videmus* unus e Voſſ. *videntur* non male. Ceterum Pauſanias lib. II. cap.

ſimum eſſe arbitrantur. Aglaoſthenes autem, qui Naxica conſcripſit, Tyrrhenos ait fuiſſe quoſdam navicularios, qui [7] puerum etiam Liberum patrem receptum, ut Naxum cum ſuis comitibus tranſvectum redderent nutricibus Nymphis: à quibus cum nutritum [8] & noſtri in progenie deorum eſſe, & complures Graeci dixerunt. Sed ut ad propoſitum revertamur, navicularii ſpe praedae inducti, navem avertere voluerunt: quod Liber ſubſpicatus, comites ſuos juberet ſymphoniam canere: quo ſonitu inaudito Tyrrheni cum uſque adeo delectarentur, ut etiam in ſaltationibus eſſent occupati, [9] cupiditate ſaltandi ſe in mare projecerunt inſcii, & ibi delphini ſunt facti: quorum cogitationem cum Liber memoriae hominum tradere voluiſſet, unius effigiem inter ſidera conlocavit. Alii autem dicunt, hunc eſſe Delphina, qui Ariona citharoedum ex Siculo mari Taenarum tranſvexit. qui cum caeteros artificio praeſtaret, & circum inſulas quaeſtus cauſſa vagaretur, ſervuli ejus arbitrati plus in perfidioſa libertate commodi, quam in placida ſervitute eſſe, cogitare coeperunt, ut domino in pelagus projecto, bona ejus inter ſe partirentur. Qui cum cogitationem eorum ſenſiſſet, petiit non ut dominus à ſervis, [10] & innocens ab

cap. 2. p. 116. alterum Hygini firmat de Corintho agens ἐκεδύοντας κρῆνη, καὶ Ποσειδῶν ἐπ' αὐτῇ χαλκᾶς, καὶ δελφὶς ὑπὸ πᾶς ποτὶ ἦει ἔ Ποσειδῶνι ἄφετος ὕδωρ. Apud Hermionenſes juxta eumdem cap. 35. p. 194. eſt Ποσειδὼν χαλκᾶς, ἑ ἕτερον πόδα ἔχων ἐπὶ δελφῖνος.

7 PUERUM ETIAM] Ita & Vlitt. unus. Scriberent alii potius, *puerum etiamnum*, hoc eſt, adhuc. MUNCK. *Etiam* abeſt Hemſt. pro *transvectum*. Leid. & Voſſ ſec. *trajectum*.

8 ET NOSTRI IN PROGENIE DEORUM] Qui nam illi, *noſtri*? cur non nominat, cum libros nominet. Ego ſuſpicor, ſcripſiſſe, *& nos ipſi in progenie Deorum*, innuiſſeque id ipſum opus, quod ſupra *genealogias* dixit. Quae ſi vera conjectura, liqueret hinc, non aliud id eſſe, quam librum fabularem, cum in eo pluribus occurrat fabula Liberi & Tyrrhenorum. SCHEFF. *Nos ipſi* Schefferus. Sed qui nollet ei accedere, diceret per *noſtros* intelligi Latinos, & opponi Graecis, ut infr. cap. 21. *Noſtri Vergilias dicunt*. Terent. Maurus: *Sic & Αἰνείαν Achaeus, noſter AEneam vocat*. Caeterum τὸ *eſſe* quod ſequitur vel deleverim, vel poſt *nutritum* poſuerim. In Vett. edd. deſideratur, nec à Vlitt. niſi in uno MS. inventum eſt. MUNCK. Pro *Symphoniam* Voſſ prim. & d'Orv. *Symphonia*. pro *inaudito* Leid. *audita*. τὸ *ſaltandi* omnibus meis codd. abeſt. pro *Ariona* Hemſt. *Oriona*. Leid. pro *in mare*, *in mari*, quod & Voſſiano ſec. ſuperſcriptum erat. & ita ſolet Noſter. Pro *Taenarum* Voſſ. pr. & d'Orv. *Taenarium*. pro *petiit* Leid. ac d'Orv. *petit*.

9 CUPIDITATE SE IN MARE] Mallem *in ſaltationibus eſſent occupati cupiditate, ſe in mare*. SCHEFF.

10 SED UT INNOCENS AB] Multa hic Sanctandreana mutat. Habet enim primo, *non ut Dominus à ſervis, & innocens ab improbis, ſed ut parens à filiis*. Quod non placet, etiamſi ad eundem modum emendaverit & Modius ep. 117. Novant. Eſt enim oppoſitio inter eum, qui quid exigit & poſtulat jure ſuo ab alio, & eum, qui precibus & per amicitiam quaerit obtinere. Horum alterum agit Dominus, alterum innocens apud improbos, quos ſcit nimirum, jura nulla & honeſtatem curare, ſed ſi quid obtinere debet, precibus obtinendum eſſe, quomodo exempli gratia ſit a viatore apud latrones. Deinde ſequitur: *ut ſe liceret ornare, qua ſaepe vicerat, veſte, quoniam nemo eſſet alius, qui ut ipſe ſuum quaeſtu proſequeretur eventum*. Planè ſicut apud Modium, qui ob emendationem iſtam ita de ſe: *Si nihil aliud in Hygino reſtituiſſem, operae pretium tamen mihi feciſſe viderer, vel unius hujus loci tam felici emendatione*. Mihi, niſi fide codicis optimi, de quo valde dubito, nec dubium hoc eximit Modius, ſint firmata, nimio-

ab inprobis, ſed ut parens à filiis, [1] ut ſe liceret ornare, qua ſaepe vicerat veſte, [2] quoniam nemo eſſet alius, qui, ut ipſe, ſuum [3] quaeſtu proſequeretur eventum. Quod cum inpetraſſet, cithara ſumpta, ſuam coepit deflere mortem: quo ſonitu ducti delphines, [4] è toto mari pronatant ad Arionis cantum. Itaque deorum inmortalium poteſtate invocata, ſuper eos ſe dejecit: quorum unus Ariona exceptum pertulit ad Taenarium litus. [5] Cujus memoriae cauſſa, [6] quae ibi ſtatua eſt Arionis, in ea delphini ſimulachrum adfixum videtur: pro qua re inter ſidera ab antiquis aſtrologis eſt figuratum. Servi autem, qui ſe putabant ſervitute elapſos, tempeſtate Taenarum perducti, à domino comprehenſi non mediocri ſubplicio ſunt adfecti.

## XVIII. *Equus.*

Hunc Aratus & alii complures Pegaſum Neptuni & Meduſae [7] Gorgonis filium dixerunt: qui in Helicone Boeotiae monte ungula feriens ſaxum, fontem aperuit, qui ex ejus nomine Hippocrene eſt

audaſter videntur immutata, & iccirco ita malo conſtituere: *ut ſe liceret ornatum, qua ſaepe fuerat, veſte, quoniam nemo eſſet alius, qui ſuum queſtu proſequeretur, proſequi eventum.* Ordo eſt, ut ſe liceret proſequi eventum ſuum queſtu, quoniam nemo eſſet alius, qui proſequeretur, inter piratas ſcilicet, ac latrones, qui jam vitam ei, & cum voluptate, ſunt ademturi. Verba, *ut ipſe*, intruſa a ſciolo videntur, quanquam non repugnem, ſi quis velit retinere. Alterum interim negotio convenientius videtur. *Queſtus*, eſt querela, fletus, lamentatio, poſt obitum alicujus. Itaque ſequitur, *ſuam caepit deflere mortem.* In Morelliano Codice uno legebatur, *ornatum, qua conſueverat, veſte*, quod puto eſſe gloſſam illius *ſaepe fuerat.* SCHEFF. *Et ut innocens* cum Modio MSS. 3. ex Vlitianis Veneta cum aliis, *ſed ut innocens ab improbis, ut parens à filiis.* MUNCK. *Et iis non* abeſt Hemſt.

1 UT SE LICERET ORNARE &c.] Planè ita heic quoque iidem Vlitiani codices cum Modio. MUNCK. *Ornatum* omnes mei.

2 QUONIAM N. E. A. Q.] *Canere* vel ſimile verbum deeſt. MICYLL. *Tò qui* abeſt Leidenſi.

3 QUAESTU PROSEQUERETUR] Scribe *queſtu* cum Scheffero. MUNCK. *Perſequeretur* Voſſ. ſec.

4 E TOTO M.] *E toto* abſunt Hemſt. Duo Voſſ. *ſe toto mari.* Mox *ſuper eo ſe projecit* Leid. Voſſ. ſec. *ſ. eas ſe projecit.*

5 CUJUS M. CAUSA] Hemſt. *in cujus memoriae cauſſa.*

6 QUAE IBI STATUTA EST] Sanctand. *ſtatua.* forte fuit a prima manu, *quae ibi ſtatua ſtatuta eſt.* SCHEFF. Ita & Veneta, Micyll. & Pariſ. Vlitt. tamen 2. *ſtatuta eſt.* ut forſan ſcripſerit, *ſtatua erecta eſt*, vel *ſtatua ſtatuta eſt*, ut volebat Schefferus. MUNCK. Pauſanias lib. III. cap. 25. p. 275. Ἀνατίθεται δὲ ἄλλα τέ ἐστιν ἐπὶ Ταινάρῳ καὶ Ἀρίονι ὁ κιθαρῳδὸς χαλκοῦς ἐπὶ δελφῖνι. Τὰ μὲν δὴ ἐς αὐτὸν Ἀρίονα καὶ τὰ ἐπὶ τῷ δελφῖνι Ἡσιόδῳ εἴπται κἀκεῖνα ἐν τῇ Λυδίᾳ συγγραφῇ, ubi ad firmandum, Delphinos eſſe hominis amantiſſimos, addit, τὸ δὲ Ποσειδῶνι δελφῖνα τῷ παιδὶ σῶσαι λαβεῖν δίκην, ἢ συγκεῖσθαι ὑπὸ ἀλιέων αὐτὸν ἐκεῖνα. τοῦτο δὲ δελφῖνα εἶδον, καὶ καλοῦσί τῷ παιδὶ ὑπακούσαι, καὶ φίσγᾳ ἐπέτι ἐκοχεῖας οἱ βαλεῖν.

## Ad CAP. XVIII.

7 GORGONIS] Abeſt Hemſterhuſiano.

8 BELLEROPHONTES] Unus Vlitt. *Bellerephons*, alius *Bellerofon.* Rectè dici *Bellerephon* diſces ex iis, quae in Geneal. ad vocem *Geryon* annotavi. MUNCK. Pro *complures* Voſſ. ſec. *quamplures.* Idem & Hemſterh. pro *ungula*, *virgula.* Sed nihil mutandum. Conſule Eratoſth. cap. 18.

Serv.

eſt adpellatus. Alii dicunt, quo tempore [8] Bellerophontes ad [9] Proetum Abantis filium, Argivorum regem, devenerit, [10] Antiam regis uxorem hoſpitis amore inductam, petiſſe ab eo, uti ſibi copiam faceret, promittens ei conjugis regnum. Quae cum inpetrare non [11] poſſet, verita, ne ſe ad regem criminaretur, [12] obcupat: eum ſibi [13] vim adferre voluiſſe Proeto dicit. Qui quod eum dilexerat, noluit ipſe ſubplicium ſumere, ſed quod aequum eſſe ſciebat, mittit eum ad Iobatem Antiae patrem, quam alii Sthenoboeam dixerunt, ut ille filiae pudicitiam defendens, Bellerophontem objiceret Chimaerae, quae eo tempore Lyciorum agros flamma vaſtabat. Unde victor profugiens, poſt fontis inventionem cum ad coelum contenderet evolare, neque longe jam abeſſet, deſpiciens ad terram, timore permotus decidit, ibique periſſe dicitur: equus autem ſubvolaſſe, & inter ſidera ab Jove conſtitutus exiſtimatur. Alii non criminatum ab Antia, ſed ne ſaepius audiret, quod nollet, aut precibus ejus moveretur, profugiſſe Argis dixerunt: Euripides autem in [14] Menalippa, Hippen Chironis centauri filiam, [15] Thean antea adpellatam, dicit: quae

Serv. ad x. AEn. 163. Lact. ad Statii IV. Theb. 60. Theon. ad Aratum pag. 25. Pauſan. lib. II. c. 31. p. 186. ubi & de *Hippocrene* apud Troezenios. pro *Boeotiae* Voſſ. ſec. *Boetiae*. *Bellerophon* Hemſt. pro *devenerit* Voſſ. prim. *deveniret*.

9 PROETUM AB. FIL.] Nauplii filium facit Proetum Apollon. Rhod. l. I. vs. 136. ubi Schol. Περὶτε δὲ λέγει τὸν Βελλεροφόντην ἐχθρὸν. Verum conſule tu, Lector, Celeb. P. Burm. in *Nauplius*.

10 ANTIAM REG. UX.] Cl. d'Orvill. cod. *Antia regis*. ad fab. 40. Munckerus hunc adducit locum, ut adſtruat locutionem *Alii dicunt*, *Theſeus*, pro *quod Theſeus*. Sed in h. l. nihil anomalum ineſt, niſi *promittens*, quod cum *Antiam* convenire deberet. Sed maxime ad inluſtrandum illum locum faceret, ſi partim e d'Orvilliano codice ita legeretur *Antia regis b. a. inducta petiit*. *Antia regis* pro *regis uxor*. Vide ad fab. 81. Leid. cod. pro *boſpitis*, *boſpitas* pro *faceret*, *facere*. pro *promittens*, *promittans*. De Proeto & Bellerophonte Pauſan. lib. II. c. 4. p. 119.

11 POSSET] Leid. cod. *petuiſſet*. pro *afferre* Hemſt. *inferre*. recte. pro *aequum* Voſſ. ſec. *juſtum*. Hemſt. *ei aequum*. pro *Iobatem* Idem *Iobatem*. & pro *Sthenoboeam* Leid. & Hemſt. *Thenoboeam*. d'Orvill. *Then* forſan pro *Thetin*. pro *filiae pudicitiam* Leid. *filiam a pudicitiae*. pro *objiceret* MSS. *abiceret*. praeter unum, qui *abiceret*. pro *deſpiciens* duo Voſſ. *reſpiciens*. pro *Argis* Leid. *Argos*.

12 OCCUPAT, EUM SIBI VIM] Mallem, *occupat eum, ſibi vim* &c. SCHEFF.

13 VIM AFFERRE] Morellianus unus, *vim inferre*, quod itidem a gloſſa puto eſſe. SCHEFF.

14 IPSAM MENALIPPEN CHIRONIS] Jan. Parrhaſius epiſt. 7. legit *Euippen*, quoniam ſic ex Euripide nomen ejus laudat etiam Pollux lib. IV. SCHEFF. Ex Vlitianis *Hipen* duo exhibent, tertius *Hypen*, quartus *Hippen*. Atque ita quoque Soter & Veneta. *Euippen*, emendat Parrhaſius Syll. III. ep. 7. Pollux lib. IV. Εὐίππη ἡ Χείρωνος. Sed *Menalippen* appellat Germanici Schol. quomodo & Micyllus heic edendum curavit. At ſcribendum erat *Melanippen*. Eratoſth. cap. 18. Εὐριπίδης δὲ φησι Μελανίππην εἶναι τὴν τοῦ Χείρωνος θυγατέρα. Nomen autem hoc acceperſe, poſtquam eſſet mutata, innuit Ovid. II. Met. 676. *Nomen quoque monſtra dedere*. Dicta antea erat *Ocyroe*, ut apparet ex ejuſdem libri vers. 639. MUNCK. Mei codices nil novi adferunt. pro *alii* Hemſt. *alii autem*.

15 THEAN ANTEA] Ita & Soter & Vlitt. 2. tertius *Theantea*. Veneta, *Theantbea*. male *Theano antea* faciebat Grotius ad Imag. p. 49. Perperam omnes. Vera ſcriptura eſt, quam Micyll. Pariſ. & nonnullae aliae exhibent, *Thetin antea*. Vide annot. noſtr. ad Myth. cap. 186. MUNCK. Pro *dicit* Leid. *dicunt*. ante *nepotem* conjunctionem & inſerit idem. Cui & τὸ *illa* abeſt,

quae cum aleretur in monte Pelio, & ſtudium in venando maximum haberet, quodam tempore ab AEolo Hellenis filio Jovis nepote perſuaſam, concepiſſe: cumque jam partus adpropinquaret, profugiſſe in ſylvam, ne patri, cum virginem ſperaret, nepotem procreaſſe videretur. Itaque cum parens eam perſequeretur, dicitur illa petiſſe à [1] deorum poteſtate, ne pariens à parente conſpiceretur. Quae [2] deorum voluntate poſtquam peperit, in equam converſa, inter aſtra eſt conſtituta. Nonnulli eam vatem dixerunt fuiſſe: ſed quod deorum conſilia hominibus ſit enunciare ſolita, in equam eſſe converſam. Callimachus autem ait, quod deſierit venari & colere Dianam, in quam ſupra ſpeciem diximus, eam Dianam convertiſſe. Haec dicitur etiam hac re non eſſe in conſpectu Centauri, quem Chirona eſſe nonnulli dixerunt: & etiam [3] dimidiam adparere, quod noluerit ſciri, ſe foeminam eſſe.

## XIX. *Deltoton.*

Hoc ſidus [4] velut litera eſt Graeca [5] in triangulo poſita, itaque adpellatur; quod Mercurius ſupra caput Arietis ſtatuiſſe exiſtimatur ideo,

abeſt, ut & aliis meis. pro *venari*, *venerari* Voſſ. ſec.

1 DEOR. POTESTATE] Hemſt. *Deorum voluntate*, cui ſequentia deſunt ad *poſtquam*. & a *ſolita* ad *quam ſupra diximus eam* ita enim ibi legitur.

2 DEORUM VOLUNTATE] Morellianus unus, *Deorum poteſtate*, ex praecedentibus. SCHEFF.

3 DIMIDIAM APPARERE] Geminus pag. 43. Πρόβλημα ἔκτον, καθ' ὃ ἡμιφάγον ἵππον. Eratoſth. cap. 18. Τοῦτο μόνον τὸ ἡμισωθὲν φαίνῃ ὡς ἀμφαλῶ. Lege μόνα pro μόνον. MUNCK. Τὸ *eſſe* abeſt Hemſt. pro *& etiam* Voſſ. pr. *etiam* ſec. *& eam.* pro *ſciri* Voſſ. ſec. *ſcire.*

## Ad CAP. XIX.

4 VELUT LITERA] Morellius notat, eſſe & hanc lectionem: *Hoc Sydus, quod, ut littera Graeca eſt in triangulo poſita ita appellatur.* SCHEFF. Tres codd. mei & Hemſt. *quod ut.* pro *itaque* duo Voſſ. & Hemſt. *ita.* pro *appellatur* Voſſ. ſec. *appellatus.*

5 IN TRIANGULO POSITA] Unde *trigonum* illud ſidus appellat Vitruvius lib. IX. cap. 6. *Literae figuram* Plinius lib. II. cap. 3. Ab ejuſdem literae figura nominata & Delta inſula in Nilo. Vid. Ammian. lib. XXII. p. 417. ed. Boxh. MUNCK.

6 JOVIS NOMINE GRAECE DIOS] Nam ſatis videntur cohaerere, ordo tamen iſte, ut (delton) deformaret litteram primam Jovis nomine. *Ubi Jovis nomine* elliptice intelligendum uſurpari, pro *in Jovis nomine* prima littera in Dios ſeu nomine Jovis eſt delta. SCHEFF. Leid. addit *Graeci.* pro *Graece* ut Hemſterh. Voſſ. ſec. *in Jovis nomine Graece.* Ceteri agnoſcunt etiam *Graece.* Quod amplector. conſule Eratoſthen. Cataſt. cap. 20. *alii ſic. f. p.* abſunt Hemſt.

7 NONNULLI AEGYPTI POSITIONEM: ALII, QUA NILUS] Illud *alii* ſine dubio hic male intruſum eſt ex verſu ſequenti, ac delendum. SCHEFF. Facit huc illud Euſtath. in Dionyſ. p. 26 ed. Steph. Οὕτω δὲ τὸν Αἴγυπτον διάλυτον πέλαγος ἰσοπλεύρου φησίν. Et pag. 35. Διάλυτοι κυρίως μὲν αἱ τόμοι, ὅσοι τριγωνοειδῶς ἐκπωλίζονται. Tatianus Orat. contra Graecos p. 149. Τὸ καλὸν μὲν τινες ἀπὸ τῆς Σικελίας ἀστρολιτικόν φασι Διάλυτον, καὶ οὐκ ὀλίγοι δὲ τὸ ἐν Διὸς στοιχεῖον τριγωνοειδὲς στοιχεῖον. MUNCK. Argis etiam vicus eſt, cui nomen eſt

ideo, ut obſcuritas Arietis hujus ſplendore, quo loco eſſet, ſignificaretur, & [6] Jovis nomine Graece Διὸς primam literam deformaret. [7] Nonnulli AEgypti poſitionem: alii, qua Nilus terminaret AEthiopiam & AEgyptum, dixerunt: alii Siciliam figuratam putaverunt: alii, quod orbem terrarum ſuperiores trifariam diviſerunt, tres angulos eſſe conſtitutos dixerunt.

## XX. *Aries.*

Hic exiſtimatur eſſe, qui [8] Phrixum tranſtuliſſe & Hellen dictus eſt per Helleſpontum: quem Heſiodus & Pherecydes ait habuiſſe auream pellem: de qua alibi plura dicemus. Sed Hellen decidiſſe in Helleſpontum, & à Neptuno compreſſam, Paeona procreaſſe complures, nonnulli Hedonum, dixerunt. Praeterea Phrixum incolumem ad AEetam perveniſſe, arietem Jovi inmolaſſe, pellem in templo fixiſſe, & arietis ipſius effigiem [9] ab Nube inter ſidera conſtitutam, habere tempus anni [10] quo frumentum ſeritur: [11] ideo quod hortum ſeverit ante, quae maxime fugae fuit cauſſa. [12] Eratoſthenes ait arietem ipſum ſibi pellem auream detraxiſſe, & Phrixo memoriae cauſſa dediſſe, ipſum ad ſidera perveniſſe: quare, ut ſupra duximus, [1] obſcu-

eſt Δίλφη, de quo videndus Pauſan. lib. II. cap. 19. pag. 158. Paullo poſt *AEthiopiam eſſe dixerunt atque AEgyptum* Leid. pro *diviſerunt* Voſſ. pr. & d'Orv. *diviſerint.*

## Ad CAP. XX.

8 PHRIXUM] *Pyrrum* Leid. pro *Paeona* idem *Peena*, more Librariis uſitato, qui & *Boetiam* pro *Boeotiam* ſcribere ſolent. Imo *Paeona* ſcribendum docet Eratoſthenes cap. 19. Si *Paeana* comperiſſem ſcriptum, nil mirum mihi accidiſſet, ſaepius enim hae voces confunduntur, quia *Paean* Dorice vocatur. Conſule Serv. ad VII. AEn. 769. & Salmaſ. Plin. Exerc. pag. 111. Imo hinc ipſis Graecis contra tam παιανίζειν, quam παιαωίζειν dicitur. Vide Duk. ad Thucydid. lib. I. cap. 50. lin. 60. Alius vero *Paeon* eſt, a quo *Paeonia* nomen habet, de quo Pauſanias lib. V. cap. I. p. 376.

9 AB NUBE] *Ab Jove.* Ed. Schefferi. pro *conſtitutam* Voſſ. prim. *conſtituta.*

10 QUO FRUMENTUM SERITUR, IDEO QUOD] Diſtinctio prava, & deterior in Sanctandreana, in qua poſt *ſeritur*, colon eſt. Nam comma poſt *ideo* collocandum. Redditur enim ratio, cur ſignum arietis monſtret initium veris. SCHEFF. Leid. *Quo tempore frum.* Quam lectionem non eſſe profectam a librario docebunt, quae Celeb. P. Burm. contra Thom. Wopkens profert in Obſ. Miſc. Mens. S. O. N. Dec. 1737. pag. 379. Loquendi modum J. Caeſari uſitatum diſces ex Oudendorpii notis ad J. Caeſar. lib. II. B. G. cap. 18. Sic duo Voſſ. lib. III. Aſtron. P. cap. 6. *ejus loci, qui locus eſt.* lib. IV. cap. 13. *Ab eodem loco ſurgere, ex quo loco.*

11 IDEO QUOD ORTUM SEVERIT ANTE] Sanctandreana, *quod hortum ſeverit ante.* Nil definio, quia mihi haec fabula ignota eſt. SCHEFF. Dixi ad Mythol. cap. 2. legendum eſſe *quod id Ino toſtum ſeverit ante.* Rationibus hujus emendationis, quas ibi dedi, addi & hoc poteſt, quod in libro antiquo diſertim ſcriptum invenit Suſius, quemadmodum in margine codicis notaverat, *Quod Ino toſtum ſeverit.* MUNCK. *Quod ortum ſ. a.* Leid. *quod ortum fuerit* Hemſt.

12 ET ERATOSTHENES AIT] Scribe, *At Eratoſthenes:* Nam diverſa dicit. SCHEFF. Cl. Schefferus *At Eratoſthenes.* Vlitt. 2. non agnoſcunt illud &. Et rectius ſanè abeſt. Vet. cod. Suſii perperam *Demoneſthenes* heic habuit. Fabula enim haec legitur apud Eratoſth. in de καταστ. cap. 19. MUNCK. Abeſt Voſſ. I. & d'Orv.

[1] obſcurius videatur. Hunc autem nonnulli dixerunt in [2] oppido Orchomenio, quod eſt in Boeotia, natum. Alii in [3] Salonum Theſſaliae finibus procreatum. Alii dicunt Crethea & Athamantem cum aliis pluribus AEoli filios fuiſſe. Nonnulli etiam Athamantis filium Salmonea eſſe, AEoli nepotem, dixerunt. Crethea autem habuiſſe Demodicen uxorem, quam alii Biadicen dixerunt. Hanc autem Phrixi Athamantis filii corpore inductam, in amorem incidiſſe: neque ab eo, ut ſibi copiam faceret, inpetrare potuiſſe: itaque neceſſario coactam, criminari eum ad Crethea coepiſſe, quod diceret, ab eo [4] vim ſibi pene adlatam, & horum ſimilia mulierum conſuetudine dixiſſe. Quo facto Crethea, ut uxoris amantem [5] & regem decebat, [6] permotum, Athamanti, ut de eo ſubplicium ſumeret, perſuaſiſſe. Nubem autem interveniſſe, & ereptum Phrixum & Hellen ejus ſororem in Arietem inpoſuiſſe, & per Helleſpontum, quam longiſſime poſſet, profugere juſſiſſe. Hellen decidiſſe, & ibi debitum naturae reddidiſſe, & ex ejus nomine Helleſpontum adpellatum. Phrixum Colchos perveniſſe, &, ut ante diximus, Arietis interfecti pellem

ideoque delevi. Mox *ad ipſum* praefigitur & in Voſſ. ſec.

1 OBSCURIUS VIDEATUR] Addit Vlitt. unus, *carens pelle*. Quae vereor ne à gloſſatore ſint, cum in Eratoſthene, unde caetera hauſta, non compareant. MUNCK. Addit c. Hemſterh. *carens pelle lucente*.

2 OPPIDO ORCHOMENIO] Hoc eſſet dictum, ut *urbs Romana*, & ſimilia. Vlitt. unus, *Orthomeno*. In duobus ſuperſcripta fuerat altera lectio, *vel Orchomeno*. Scribe ergo, *oppido Orchomeno*. MUNCK. *Dixerunt* abeſt Voſſ. ſec. *Orchomeno* confirmat Voſſ. prim. pro *Boeotia* d'Orv. cod. *Bootio*.

3 SALONUM] *Salorum* Veneta. MUNCK. *Salorum* confirmat d'Orvill. *Solonum* Voſſ. ſec. pro *Salmonea* Leid. & d'Orv. *Salmonem*. Paullo ante pro *pluribus* Hemſt. *compluribus*. pro *Demodicen* Hemſt. *Demedicen*. pro *Biadicen* Leid. *Modicen* d'Orvill. *Hyadicen*. pro *inductam* Leid. *inducta*.

4 VIM SIBI PENE ILLATAM] Ita & Soter. *Allatam* Veneta cum aliis. Quod non eſt deterius. Vide quae annoto ad Lactant. Argum. Metam. 1. fab. 9. Supr. cap. 18. *Eum ſibi vim afferre voluiſſe*. Permultis locis eam phraſin reſtituimus Lactantio illi, qui Naſonis Metamorphoſeon argumenta conſcripſit. MUNCK. *Ab eo* Leid. *ab ea*. omnes *adlatam*. quare in textum hanc lectionem recepi. Ipſe Cicero loquitur hoc modo IX. ad Fam. 21. *P. Africano vim attuliſſe exiſtimatus eſt*. Livius lib. IV. cap. 4. *Nemo plebejus patriciae virgini vim adferret*. pro *horum ſ.* Voſſ. ſec. *harum ſ.* pro *amantem* Voſſ. prim. *Achamantem*. Gloſſae cod. d'Orv. addunt: *nomen eſt*.

5 ET REGEM DECEBAT] Non agnoſcere libros veteres haec verba ait vir doctus. Verum eſt à Venetâ, quam ego primam omnium fuiſſe editionem arbitror, non agnoſci. Agnoſcunt tamen 3. Vlitiani. MUNCK. Agnoſcunt & Voſſiani. pro *Helleſp. appellatum* Voſſ. prim. *H. appellatam. τὸ ut* abeſt d'Orvilliano.

6 PERMOTUM ATHAMANTI, UT DE EO] Poſt *permotum* quoque comma ponendum. Sanctandreana praemittit ante iſta, *ut uxoris amantem & regem decebat*. Verba, *& regem decebat*, libri veteres non agnoſcunt. Nec intelligo, quomodo decuerit regem, perſuadere fratri, ut ſumeret ſupplicium de filio ſuo. Nihil in hoc eſt, quod ſpeciatim regem, ut regem deceat. SCHEFF.

7 EUM INNOCENTIA CONFUSUM PROFUGISSE] Sanctandreana habet, *confiſum*. Sed ſi confiſus fuit innocentia, quid ita profugit? deeſt ergo cauſſa, qua profugit. SCHEFF.

8 HAMMODES] Scrib. *Ammodes* cum Venet. Micyll. aliiſque. MUNCK. Quos inſpexi, codices *Hammodes* ſcribunt, praeter c. Hemſt.

9 QUOD ITER NECESSARIO FACERE VIDEBATUR]

ſem in templo fixiſſe: ipſum autem à Mercurio ad Athamantem eſſe reductum, qui patri ejus ſatisfecerit, [7] eum innocentia confiſum profugiſſe. Hermippus autem dicit, quo tempore Liber Africam obpugnaverit, deveniſſe cum exercitu in eum locum, qui propter multitudinem pulveris [8] Hammodes eſt adpellatus. Itaque cum in maximum periculum deveniſſet, [9] quod iter neceſſario faciendum eſſe videbat, adceſſit eo, ut aquae maxima penuria eſſet: quo facto exercitus ad defectionem maximam venire cogebatur. Qui quid agerent, dum cogitant, Aries quidam [10] fortuitu ad milites eorum errans pervenit: quos cum vidiſſet, [11] fuga praeſidium ſibi paravit. Milites autem, qui eum fuerant conſpicati, etſi pulvere & aeſtu preſſi vix progrediebantur, tamen [12] ut praedam ex flamma petentes, arietem ſequi coeperunt uſque ad eum locum, qui Jovis Hammonis poſtea templo conſtituto eſt adpellatus. Quo cum perveniſſent, [13] arietem, quem conſecuti fuerant, nuſquam invenire potuerunt: ſed quod magis his fuerat optandum, aquae magnam copiam in eo loco [14] nacti ſunt, corporibuſque recuperatis, Libero ſtatim nunciaverunt. Qui gaviſus, ad eos fines exercitum deduxit, & Jovis Hammonis templum

TUR] Sanctandreana: *quod iter neceſſario faciendum eſſe videbat.* Quomodo & Modius ep. 117. ex membranis, uti quidem ipſe ait. Verum nimis abeunt a lectione veteri, unde non Hygini, ſed emendatoris eſſe intelligitur. Scribo, *quod iter nec neceſſario facere videbatur.* Putabant, eum ſuſcepiſſe iter hoc neceſſitate nulla compulſum. Accedebat penuria aquarum. Hinc tumultus. Sane niſi eo modo locus exponatur, illud *acceſſit eo* vix ſenſum habet. SCHEFF. Non Hygini haec eſſe, ſed emendatoris, affirmare non dubitat vir doctus. Nollem hoc ei excidiſſet. Non enim Modii tantum membranae, ſed & 3. ex Vlitt. codicibus iſta repraeſentant. MUNCK. *Tò maximam* abeſt duobus Voſſ. haud male. pro *cogebatur.* Voſſ. ſec. *cogebantur.*

10 FORTUITU AD MILITES EORUM ERRANS PERVENIT] Quorum? an tumultuantium. At hi ipſi erant milites. An ſcribendum, *ad milites, ſeorſum errans.* SCHEFF. *Fortuitu* Veneta cum 3. Vlitt. Vide Diomed. lib. 1. Schol. Horat. ad lib. 1. Satyr. 1. *Stoici namque dicunt omnia ratione fieri, Epicurei fortuitu.* Lactant. Firm. lib. 1. cap. 2. *An fortuitu vel facta ſint omnia, vel regantur.* Et lib. v. cap. 20. *Omnia fortuitu fieri, quae geruntur.* MUNCK. Omnes, quos vidi codd. *fortuitu.* quam vocis flexionem etiam Vitruvio reſtituit Celeb. P. Weſſeling. lib. II. Obſ. cap. 13. Sed in optimis Scriptoribus Reip. literariae Principes praeferunt *fortuito.* Vid. Cl. Oudendorp. ad J. Caeſar. lib. VII. B. G. cap. 20.

11 FUGA PRAESIDIUM] *Fugae praeſidium* Vlitt. 3. elegantiſſimè. Ammian. Lib. XVI. *Nihil praeter fugae circumſpectantes praeſidia.* MUNCK. Leid. & Voſſ. ſec. *fugam praeſ. ſibi p.* Qui *fuga praeſidium ſibi paravit* ſcripſerunt, & ediderunt, ante oculos habuerunt notiſſimam iſtam locutionem *fuga ſalutem petere.* de qua Gebh. ad Nepot. Hann. cap. 11. Sed *fugam praeſidium ſ. paravit* caſus eſt adpoſitionis *paravit fugam, quae ſibi eſſet praeſidium.* at quoniam alii codd. *fugae praeſidium* exhibent, ſcripturam iſtam praefero.

12 UT PRAEDAM EX FLAMMA PETENTES] Proverbialis locutio eſt. Terent. Eunucho 101. 2. *Ex flamma te petere cibum poſſe arbitror.* Vide ibi Donatum & Lindenbrogium. MUNCK.

13 ARIETEM QUEM CONSECUTI ERANT] Ita & Veneta. Vlitt. 2. *Arietem quem ſecuti.* Corrigit *inſecuti* Freinshemius ad Curt. IV. 7. MUNCK. Codd. omnes a nobis inſpecti *ſecuti.*

14 NACTI SUNT: CORPORIBUSQUE RECUPERATIS] *Recreatis* ex Vet. cod. Suſius in margine libri ſui. Sed Vlitt. 3. *Nacti, corpora recuperaverunt, & Libero* &c. MUNCK. Leid. & Voſſ. ſec. *nacti corpora recuraverunt, et.* Voſſ. prim. *n. c. recuperaverunt, et.*

plum [1] cum arietinis cornibus ſimulacro facto conſtituit. Arietem inter ſidera figuravit, ita ut, cum Sol in ejus foret ſigno, omnia naſcentia recrearentur, quae [2] veris tempore confiunt, hac re maxime, quod illius fuga [3] Liberi recreavit exercitum. Praeterea XII. ſignorum principem voluit eſſe: quod illius optimus exercitui [4] fuerit ductor. Sed de Hammonis ſimulacro Leon, qui res AEgyptias conſcripſit, ait: Cum Liber AEgyptum & reliquos fines regno teneret, & omnia primus hominibus oſtendiſſe diceretur, Hammonem quemdam ex Africa veniſſe, & pecoris multitudinem ad Liberum adduxiſſe, quo facilius & ejus gratia uteretur, & aliquid primus inveniſſe diceretur. Itaque pro beneficio ei Liber exiſtimatur agrum dediſſe, qui eſt contra Thebas AEgyptias: & qui ſimulacra faciunt Hammonis, capite cornuto inſtituunt, ut homines [5] memoria teneant, eum primum pecus oſtendiſſe. Qui autem Libero factum voluerunt adſignare, quod non petierit ab Hammone, ſed ultro ad eum [6] ſit adductus, Liberi cornuta ſimulacra fecerunt, & Arietem memoriae cauſſa inter ſidera fixum dixerunt.

XXI.

1 CUM ARIETINIS CORNIBUS &c.] Non diſſimili de cauſa numini ſuo aſininam formam dediſſe Judaeos narrat Tacitus. Vide Tertull. Apolog. cap. 16. MUNCK. Quaevis mendacia de ſacris Judaeorum ritibus, quos tamen revera ignorabant, comminiſci Ethnici non erubeſcunt. Eadem de eorum origine Plutarch. Tom. II. de Iſide & Oſiride pag. 363. *Οἱ δὲ λέγοντες, ὡς τὴν μάχης ἐπὶ ΤΥΦΩΝΙ τὸν φυγὸν ἐπὶα ἡμέρας γενέσθαι, καὶ σκηνὰς γυναῖκας παῖδας ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΟΝ καὶ ΙΟΥΔΑΪΟΝ, κάτοθεν εἰκὸς καλάδηλοι τὰ Ἰουδαϊκὰ παρίλκοντες εἰς τὸν μῦθον.*

2 VERIS TEMP.] Leid. *feris vere temp.*

3 LIBER RECREAVIT] Modii membranae, *Liberi*, & mox, *quod illius optimus*. Nec diſplicet. Vide ipſum Novant. ep. 117. SCHEFF.

4 FUERIT] Leid. *fuit*. pro *illius* duo Voſſ. *ille* quomodo Scheff. edidit. pro *conſcripſit* haud male Leid. *conſcribens*. pro *itaque* Leid. *itaque et*.

5 MEMORIA TEN.] Tres mei codd. *memoriae ten.*

6 SIT ADDUCTUS] *Adductum* Vlitt. 2. & Soter. Optimè. Referri enim debet ad *pecus*. MUNCK. *Adductum* Leid. Hemſt. & duo Voſſ. *τὸ Liberi* abeſt Hemſt. & tribus meis *ſimulacra illius cornuta* ſcribentibus. pro *fecerunt* Leid. *faciunt*. mox pro *dixerunt*. d'Orv. & Leid. *dicunt*.

## Ad CAP. XXI.

7 UT EURIPIDES DICIT] *Ἐν τῷ Φαέθοντι* nempe. Vide Eratoſth. cap. 14. Idem narrat apud German. Schol. Nigidius. MUNCK.

8 NONNULLI AUTEM] Libri Modiani, *nonnulli ajunt*. Probo. SCHEFF.

9 CUM IN BOVEM SIT CONVERSA] Sic Ovid. v. Faſt.

*Hoc alii ſignum Phariam dixere juvencam,*
*Quae bos ex homine eſt, ex bove facta Dea.*

MICYLL. Ita & Veneta, ſed perperam. Scribe, *cum Io in bovem* &c. Cum Micylliana, Lugdun. & Pariſienſi. Eratoſth. *Ἕτεροι δὲ φασι βοῦν εἶναι τὴν Ἰὼ, μίμημα* &c. Ovid. v. Faſt. *Hoc alii ſignum Phariam dixere juvencam.* MUNCK. *Τὸ Ἰὼ* abeſt omnibus codd. pro *converſa* Voſſ. ſec. *converſus*.

10 QUO EJUS PRIOR PARS] Sanctand. *quod*, & mox *appareat*. Non dubito, quin haec ſint emendatorum, quos non puto hic audiendos. *Quo*, eſt *ex quo*, ex qua re, ex qua cauſſa, ut ſaepiſſime in fabulis. Hinc liquet, non *apparet* immutandum, ſed *videatur*, & ſcribendum, *videtur*. Nempe quia pars poſterior non apparet, hinc vult colligi, eſſe generis foeminini, ac ideirco ſignificare Io-

## XXI. *Taurus.*

Hic dicitur inter aſtra eſſe conſtitutus, quod Europam incolumem tranſvexerit Cretam, [7] ut Euripides dicit. [8] Nonnulli ajunt, [9] cum Io in bovem ſit converſa, ut Jupiter ei ſatisfacere videretur, inter ſidera conſtituiſſe: [10] quod ejus prior pars adpareat ut tauri, [11] ſed reliquum corpus obſcurius videatur. [12] Spectat autem ad exortum ſolem: cujus oris effigiem quae continent ſtellae, [13] Hyades adpellantur. Has autem Pherecydes Athenienſis Liberi nutrices eſſe demonſtrat, [14] numero ſeptem, quas etiam antea Nymphas Dodonidas adpellatas. Harum nomina ſunt haec: Ambroſia, Eudora, [15] Pheſyle, Coronis, Polyxo, Phaeo, [16] Thyene. Hae dicuntur à Lycurgo fugatae, & praeter Ambroſiam omnes ad Tethyn profugiſſe, ut ait Aſclepiades. Sed ut Pherecydes dicit, ad Thebas Liberum perlatum Junoni tradiderunt. Quam ob cauſſam ab Jove gratia eis eſt relata, quod inter ſidera ſunt conſtitutae. [17] Pleiades autem adpellatae ſunt, [1] ut

na. Nam hunc ſexum tantum a priore parte conſtitui, oſtendit Scholiaſtes Arati, atque ait fieri ob foeminini ſexus pudorem. SCHEFF. Non emendatoris alicujus, quod vir doctus putabat, ſed Venetae, Soter. ut & 2. Vlitt. haec eſt lectio. Argumentum haec continent illorum, qui vaccam, non taurum eſſe volunt. MUNCK.

11 SED RELIQUUM CORPUS OBSCURIUS VIDEATUR] Propter foemineum nempe ſexum poſterior pars non apparet. Schol. German. *Eratoſthenes dicit hunc eſſe, qui coiit cum Paſiphae, cujus priores partes apparent, reliquum corpus non apparet propter foemineum ſexum.* Sed haec defecta ſunt. Exciderunt nonnulla de Ione ante illa verba, *cujus priores partes.* Idem in Equo: *Cujus poſteriores corporis non videntur propter foeminei ſexus pudorem.* Quae ex Eratoſthenis cap. 18. habet. MUNCK. Theo ad Aratum pag. 21. ὅτιπερ γὰρ κλάσας ἦν, ταύρῳ ὅμοιος ἦν, τὰς ὀπισθίους οὐκ ἔχων πόδας. ubi varias, cur *taurus* in altra relatus ſit, profert cauſſas. Schol. Eurip. Oreſte vs. 1000. pag. 214. ὁ δὲ ταῦρος τὸ τῶν ἀρρένων σχῆμα, καὶ οἱονεὶ αἱ Πλειάδες, ὅτε ἀνατέλλουσι, τὴν ταύτην τῶν ἀστέρων γένεσιν.

12 SPECTAT AUTEM] *Exſpectat* Vlitt. 2. & Veneta. Forte *reſpectat.* Sed conſtanter *exſpectat* pro *ſpectat* paſſim exhibent illi codices. Monitum hoc jam ſupra ad cap. 6. Lib. 1. MUNCK. *Exſpectat* Voſſ. prim. & Cl. d'Orvillii.

13 HYADES] Hae ita in Amazonum peplis pictae, ſive textae apud Eurip. Jon. vs. 1155.

Κύκλῳ δὲ ταυρείῳ εἰκόνες ἄστρων
Μηνὸς ἐχίδνας, Ὑάδες τε ταυβάλεις
Σαφήνειαν σημεῖον, ἄστε φανερὰς
Εἶναι δώδεκ' ἄστρα.

Non tantum Pherecydes, verum & ex Euphorione Bacchi nutrices fuiſſe, & inde nomen adeptas, refert Theo ad Aratum pag. 22.

14 NUMERO SEPTEM] Heſiodus quinque tantum *Hyades* numerat. Νύμφαι Χαριτώσαι ὁμοῦ Φαισύλη, τ' ἠδὲ Κορωνὶς, ἠυτίφρονές τε Κλείτη Φαιώ τ' ἠμαθόεσσα, καὶ Εὐδώρη τανύπεπλος Νύμφαι, ἃς Ὑάδας καλέουσι φῦλ' ἀνθρώπων. MICYLL.

15 PHESYLE] *Phaeſyle* cum Sotere ſcribe, & confer quae notavi ad Mythol. cap. 192. MUNCK. Lege *Phaeſyle.* Vide Valckenaer, quem mox citabo.

16 THYENE] *Tyene* Vlitt. 2. Forte *Dione* ex Schol. Hom. Iliad. E. 486. *Cleeam* pro hac exhibet Heſiodus in Scholiis ad Aratum p. 133. MUNCK. Lege *Tbyone*, quae inter Bacchi nutrices. Vid. Valckenaer lib. III. Animadv. ad Ammon. cap. 12. Celeb. P. Burm. ad Ovidii VI. M. 174. videtur legere *Dione.*

17 PLEIADES AUTEM] *Hyades* Veneta cum aliis. Perperam. MUNCK. Omnes codd. *Hyakes.*

[1] ut ait Mnaſeas, quod [2] ex Atlante & Pleione Oceani filia ſint [3] quindecim filiae procreatae, quarum quinque Hyades adpellatas demonſtrat, quod earum Hyas fuerit frater, à ſororibus plurimum dilectus: qui cum venans à leone eſſet interfectus, quinque, de quibus ſupra diximus, lamentationibus adſiduis permotae, dicuntur interiſſe: quare eas, quod plurimum de ejus morte laborarent, Hyadas adpellatas. Reliquas autem decem ſorores [4] deliberaſſe de ſororum morte, & earum ſeptem ſibi mortem conſciſſe: quare, quod plures idem ſenſerunt, Pleiadas dictas. Alexander autem Hyadas ait dictas, quod [5] Hyantis & Boeotiae ſunt filiae: Pleiadas autem, quod ex Pleione Oceani filia & Atlante ſunt natae. Hae numero ſeptem dicuntur: ſed nemo [6] amplius ſex videre poteſt: cujus cauſſa proditur haec, quod de ſeptem ſex cum inmortalibus concubuerunt, tres cum Jove, duae cum Neptuno, una cum Marte, reliqua autem Siſyphi fuiſſe uxor demonſtratur. Quarum ex Electra & Jove, Dardanum: ex Maja, Mercurium: ex Taygete Lacedaemona procreatum: ex Alcyone autem & Neptuno, [7] Hyrea: ex Celaeno Lycum & Nyctea natum. Martem autem ex Sterope OEnomaum procreaſſe,

1 UT AIT MNASEAS] *Muſaeus* Veneta & aliae antiquiores. Quod non auſim damnare, praeſertim cum nec aliter in MSS. ſuis invenerit Vlitius. Vide quae notavi ſupr. ad cap. 13. MUNCK. Omnes mei *Muſaeus*, ut & Excerpt. Membran. Eualdi Ruaei teſte Celeb. P. Burmanno Fr. f. ad Valeſii lib. v. Emendat. cap. 17. quem velim conſulas.

2 EX ATLANTE ET PLUTONE] Sanct. *Atlante & Pleiade.* Mallem & *Pleione*, quia propius a lectione veteri, & ſic noſter ipſe in ſequentibus, nec aliter Ovidius in Faſtis & Met. itemque Valerius Flaccus. Nam AEthrae quidem nomen, quod Morelliani habent, alienum eſt. SCHEFF. *Platone* Micyllus, Pariſ. & Lugdun. pro quo *Plutone* erat ſcribendum. Πλουτῶ enim inter Oceaninas eſt. Si Theonem in Aratum p. 30. ed. Morell. Tzetz. in Heſiod. p. 92. & Proclum in eundem p. 97. reſpicias, rectum eſt *Pleione.* Sed ex Vlitt. codicibus duo praeferunt *Etbra*, tertius *AEtbra*, ut & uterque Morellianus. *Hya* Veneta. Sanè ex AEthra & Atlante natas eas nonnulli voluere. Vide Schol. Hom. ad Iliad. E. 486. Proclus: Ἄτλαντος δὲ καὶ Ἠλεκτρᾶς, ἧς λέγας τὸ Ὠκεανοῦ, ἡ καὶ Πλειόνη ὡς ἀπὸ πλήθους παίδων φησὶν ὁ ποιητής. MUNCK. Pro *Pleione* Leid. *Lectra.* Voſſ. ſec. *Electra.* d'Orvill. *AEthra.* Quid de hiſce ſtatuendum, non liquet. Euripides enim in Erechtheo Erechthei filias, (vide & Serv. ad 1. AEn. 748.) Myrtilus Cadmi filias fuiſſe docet apud Theon. ad Arati Phaenom. pag. 22. De patre & matre convenit inter Tzetzen ad Lycophron. vs. 149. Schol. Apoll. Rh. III. 226 & Athenaeum lib. XI. cap. 12. pag. 490. ex Atlante & matre Pleione progenitas adfirmantes. Mox pro *demonſtrat* duo codd. *demonſtrant.*

3 QUINDECIM FILIAE] Timaeus apud Hom. Scholiaſten: Θυγατέρας δώδεκα καὶ υἱοὺς τρεῖς. Atque ita quoque Tzetzes, Proclus, aliique. MUNCK.

4 DELIBERASSE DE SORORUM MORTE] Quaenam ea deliberatio, & de quarum ſororum morte deliberabant? Non enim de earum, quae jam interierant. Scribo, *deliberaſſe de ſua etiam morte.* SCHEFF. *De ſua etiam morte* Scheffer. MUNCK. Pro *ſenſerunt* duo codd. *ſenſerint.*

5 HYANTIS ET BOEOTIAE] *Hyſes & Boeotiae* Vlitt. 3. *Hyades & Boeotiae* Veneta & Soter. MUNCK. Leid. & Celeb. d'Orvillii cod. *Hyſes.* Voſſ. pr. *Hyrſes* ſec. *Hiſes.* qui & pro *Boeotiae*, *Boectii.* Hemſt. *Hyrſes & Boeotii.*

6 AMPLIUS QUAM SEX] Deleas licet τὸ *quam* cum Vlitt. 2. MUNCK. Delent *quam* codd. d'Orvillii Hemſt. & duo Voſſ. Nepos in Pelopida cap. 2. *Quum omnino non eſſent amplius*

creaſſe, quam alii OEnomai dixerunt uxorem: Meropem autem Siſypho nuptam Glaucum genuiſſe, quem complures Bellerophontis patrem eſſe dixerunt. Quare propter reliquas ſorores ejus inter ſidera conſtitutam; ſed quod homini nupſerit, ſtellam ejus obſcuratam. Alii dicunt Electram non adparere ideo, quod Pleiades exiſtimentur choream ducere ſtellis: ſed poſtquam Troja ſit capta, & progenies ejus, quae à Dardano fuerit, ſit everſa, dolore permotam, ab his ſe removiſſe, & in circulo, qui Arcticus dicitur, conſtitiſſe: [8] & quodam longo tempore lamentantem [9] capillo paſſo videri, itaque è facto [10] Cometem eſſe adpellatam. Sed has Pleiadas antiqui aſtrologi ſeorſum à Tauro deformaverunt, ut ante diximus, Pleiones & Atlantis filias, quae cum per Boeotiam cum puellis iter faceret, Oriona concitatum voluiſſe ei vim adferre, illam fugere coepiſſe: Oriona autem [11] ſecutum eſſe annis ſeptem, neque eam invenire potuiſſe. Jovem autem puellarum miſertum, inter aſtra conſtituiſſe: & poſtea à nonnullis aſtrologis caudam Tauri adpellatas. Itaque adhuc Orion fugientes eas ad occaſum ſequi videtur. Eas ſtellas Vergilias noſtri adpellaverunt, quod poſt ver exoriuntur: & hae quidem ampliorem

*plius centum.* Ab Euripide vocantur in Oreſt. vs. 1008. *ἐπτάπορα δρομάδα Πλειάδων.* in Rheſo vers. 529.

> *Δύστᾳ σημεῖα καὶ ἐπτάπορος*
> *Πλειάδος κίδνᾳσι.*

In Iphig. in Aul. vs. 8.

> *Σείριος ἐγγὺς ἁ ΕΠΤΑΠΟΡΟΥ*
> *ΠΛΕΙΑΔΟΣ ἀίσσων, τὰ ΜΕΣΣΗΡΙΣ.*
> *Οὔκουν φθίνῳ γ' ὥτ' ἐρίτιμον*
> *Οὔτε θαλάσσης, ΣΙΓΑΙ δὲ ΑΝΕΜΩΝ*
> *Τόνδε κατ' Εὔριπον ἴσχουσιν.*

Ut h. l. intelligas, conſule Graev. Lect. Heſiod. cap. 15. Haec Euripidis loca jam congeſta vidi a Cl. Arnaldo Lect. Gr. II, 20. Septem Atlantis filiae vocantur ab AEſchylo apud Athenaeum pag. 491. Pro *concubuerunt* Leid. d'Orvill. & Hemſt. *concubuerint.* pro *Siſyphi* Leid. *Siaphi.* qui pro *Lacedaemona*, *Lacedaemonia.* Pro *Taygete* Hemſt. *Augete. eſſe* ante *obſcuratam* ponit Leid. pro *fit everſa* Voſſ. ſec. *everſa.* pro *permotam* Voſſ. prim. *permota.* Abeſt *conſtitiſſe* Voſſiano ſec.

7 HYREA] *Hyrica* ſcribendum. Ὑρικὸς enim Graecis eſt, ut Scholiaſtae Homerico loco modo laudato, Anton. Liberali cap. 25. Eratoſth. cap. 23. aliiſque. MUNCK.

8 ET QUODAM LONGO TEMPORE] Sic quidem etiam 3. Vlitt. & Veneta. Praefero tamen, quod Micyll. Pariſ. & Lugdunenſis habent, *ex quo tam longo* &c. MUNCK. Omnes, quos vidi, *quodam.* ſi bene memini.

9 CAPILLO SPARSO] Morellianus, *capillo paſſo.* Alterutrum ex gloſſa eſt. SCHEFF.

8 COMETEN] Ἀστέρα κομήτην Hom. Scholiaſtes. *Stellam cometen* Juſtin. lib. XXXVII. 21. MUNCK. *Ex facto* Voſſ. ſec. ſed non male *a facto* Leid. De cometis Theon. ad Aratum pag. 120. Ed. Morell. & Serv. ad x. AEn. 272.

9 SECUTUM ESSE ANNIS SEPTEM] Ita & Vlitt. 3. Veneta cum aliis vetuſtioribus *annis* XII. Theo in Aratum p. 30. ed. Morell. Πέντε ἄλλας εἰσαντές. Et Tzetzes, Καὶ Βοιωτίαν πέντε ἄλλας εἰσαῦλας Ὠρίων ἰδίωκε &c. MUNCK. Pro *conciatum* Leid. *continuo natum*; unde facio *conatum* quod eſt in Hemſt. Pro *annis ſ.* lego e codd. Voſſian. *annos ſept.* pro *appellatas* codd. *appellatam.* Fabulam explicat Athenaeus lib. XI. cap. 12. p. 490, 491. qui alia de hoc ſidere narrabit, quocum confer Ptolemaeum Hephaeſtion. apud Photium pag. 473. & Schol. Homeri Odyſſ. M. vs. 63.

1 Quos

rem caeteris habent honorem, [1] quod in earum ſigno exoriente Sole, aeſtas ſignificatur: occidente autem, hiems oſtenditur, quod aliis non eſt traditum ſignis.

## XXII. *Gemini.*

Hos complures aſtrologi Caſtorem & Pollucem eſſe dixerunt: quos demonſtrant omnium fratrum inter ſe amantiſſimos fuiſſe, quod neque de principatu [2] contenderunt, neque ullam rem ſine communi conſilio geſſerunt. Pro quibus officiis eorum Jupiter inter notiſſima ſidera eos conſtituiſſe exiſtimatur. Neptunum autem pari conſilio muneraſſe: [3] nam equos his, quibus utuntur, donavit: & dedit poteſtatem naufragis ſaluti eſſe. Alii dixerunt Herculem eſſe & Apollinem. Nonnulli etiam Triptolemum, quem ſupra diximus, & [4] Jaſiona à Cerere dilectos, & ad ſidera perlatos. Sed qui de Caſtore & Pol-

1 QUOD IN EARUM SIGNO ORIENTE SOLE &c.] Veneta, *Quod earum ſigno oriente.* Vlitt. 2. *Quod in earum ſigno oriente neſtas* &c. Venetam ſecutae ſunt Micylliana, Lugdunenſis & Pariſina. *Tò ſole* de gloſſa mihi ſuſpectum. Iſidor. de Nat. Rer. cap. 26. *Has Latini Vergilias appellarunt, eo quod vere oriantur, & eo magis caeteris praedicantur, quod bis exorientibus aeſtas ſignificatur, occidentibus hyems oſtenditur, quod aliis penitus non eſt traditum ſignis.* MUNCK. *Tò ſole* abeſt omnibus, quos vidi, codd. vide Serv. ad 1. Georg. 138. ad 1. AEn. 748. Theon. ad Aratum pag. 2. Schol. AEſchyli Prom. Vinct. vs. 457. Schol. Theocriti Idyll. XIII. 25. Philoſtrat. Junior. Icon. X. pag. 876.

## Ad CAP. XXII.

2. CONTENDERUNT] *Contenderint*, & mox *geſſerint* Vlitt. 2. MUNCK. Lego *contenderint* & mox *geſſerint* e MSS. Vide Eratoſth. Cataſt. cap. 10. Hinc legimus apud Plutarch. de Frat. Am. pag. 478. *Τὰ παλαιὰ τῶν Διοσκόρων ἀφιδρύματα οἱ Σπαρτιᾶται* ΔΟΚΑΝΑ *καλοῦσι. ἔστι δὲ δύο ξύλα σανίδωλα, δυσὶ πλαγίοις ἐπιζύγμασι, καὶ δοκεῖ τῷ φιλαδέλφῳ τῶν θεῶν εἶναι τὸ ἀνάθημα· τὸ κοινὸν καὶ ἀδιαίρετον.* qui pag. 489. hoc mutui inter eos amoris indicium profert, *ὁ Πολυδεύκης τὸν καλλιστεφανούσσαν τῷ ἀδελφῷ πρὸς αὐτὸν κοσμῆσαι παισὶν ἀπέλειπεν.*

3 NAM EQUOS HIS] Senſus non eſt integer. Scribo: *Nam equis bis.* SCHEFF. *Equis bis* Schefferus. MUNCK. Hinc apud Pauſan. lib. III. cap. 18. pag. 256. in Apollinis Amyclaei throno ſive *Ὃ θρόνῳ πρὸς τοῖς ἄκροις πέρασιν, ἐφ' ἵππων ἑκατέρωθεν εἰσὶν οἱ Τυνδάρεω παῖδες, καὶ σφιγγός τέ εἰσιν ὑπὸ τοῖς ἵπποις, καὶ θηρία ἄλλα θήλεα, τὰ μὲν πάρδαλις, καλοῦσι δὲ Πολυδεύκην λέαινα.* Qui jam lib. I. cap. 18. init. de rebus Atticis ſcribens ait *τὸ δὲ ἱερὸν τῶν Διοσκόρων ἐστὶ ἀρχαῖον, αὐτοί τε ἱππεῖς καὶ οἱ παῖδες καθήμενοι σφίσιν ἐφ' ἵππων.* Hos equos a Neptuno acceperunt, qui etiam dedit iis poteſtatem naufragis ſaluti eſſe. Hinc Pauſan. lib. II. cap. 1. in f. *Τῷ Ποσειδῶνι δὲ εἰσιν ἐπηργασμένοι τοῦ βάθρου καὶ οἱ Τυνδάρεω παῖδες, οἷς δὴ σωτῆρες καὶ αὐτοῖς νηῶν καὶ ἀνθρώπων εἰσὶ ναυλοχούσιν.* Hinc Θεοὶ Σωτῆρες vocantur. V. Plut. de Superſtit. Tom. II. pag. 169. & *Ἀρχαιοτάτην δαίμονες.* V. Junius lib. II. Animadv. cap. 9. Gutberleth. de Dis Cabiris cap. 3. Eleganter Geminos ita deſcripſit Theocritus Idyll. XXII. vs. 17. Lact. ad Statii VII. Theb. 791. *Caſtorum ſidera ſunt navigantibus ſalutaria.* (Euripides in Oreſte vs. 1639. Helenae ſidus etiam nautis ſalutare fuiſſe tradit, quamquam Soſibius in Scholiis ejus, & Lact. l. l. id negent.) Pauſanias lib. III. cap. 26. pag. 277. dicit *Ἐν τούτῳ τῷ νησίδι* (Πέρνῃ) *ἀγάλματα Διοσκόρων χαλκᾶ, μίγιδι πεδιάχ ου ὑπαίτρῳ τῷ νησίδι ἐστί. Ταῦτα ἡ θάλασσα ἀπεκινήσατο ἐκ ἰθέλῃ καζακλύζουσα ἄρας χειμῶνος τὸν πόρον.* Ptolemaeus Hephaeſtionis lib. VIII. apud Photium pag. 490. Pollucem a Mercurio equum Theſſalum accepiſſe ait. Qui Mercurius Dioſcuros in parva Laconiae inſula Pephno editos deportaverat Pellanam, ut ibi educarentur. Haec Aleman & Thalamatae memorant apud Pauſaniam l. l. p. 276. Ceterum pro

Polluce dicunt, hoc amplius addunt, ut Caſtor [5] in oppido Ariadnis ſit occiſus, quo tempore [6] Lacedaemonii cum Athenienſibus bellum geſſerunt. Alii autem, [7] cum obpugnarent Spartam Lynceus & Idas, ibi periſſe dixerunt. Pollucem [8] ait Homerus conceſſiſſe fratri dimidiam vitam: itaque alternis diebus eorum quemque lucere.

## XXIII. *Cancer.*

Hic dicitur Junonis beneficio [9] inter aſtra conlocatus, quod, cum Hercules contra Hydram Lernaeam conſtitiſſet, ex palude pedem ejus mordicus adripuiſſet: [10] qua de re Herculem permotum eum interfeciſſe: Junonem autem inter ſidera conſtituiſſe, ut eſſet cum duodecim ſignis, quae maxime ſolis curſu continentur. In ejus deformationis parte [11] ſunt quidam, qui Aſini adpellantur: a Libero [12] in teſta Cancri [13] duabus ſtellis figurati. Liber enim à Junone furore

pro *bis* Leid. *iis.* pro *naufragis ſaluti* Leid. & Voſſ. ſec. *naufragiis ſalutis.*

4 JASIONA] Vlitt. 2. *Jaſonem.* tertius *Jaſona.* Vide not. ſupr. ad cap. 4. & Mythol. cap. 250. MUNCK.

5 IN OPPIDO ARIADNIS] Scribendum, *in oppido Aphidna*, ex memb. Modii. Vide ipſum ep. 117. SCHEFF. *Aphidnis* legendum, vel *Aphidna*, ut Modius volebat. Adde Heinſ. ad v. Faſt. 708. & quae nos diximus ad Myth. cap. 79. MUNCK. *Arcadiae* Leid. Jam ante alios ita legerat h. l. Meziriacus, quem ad fab. 79. citavi. Vide Pauſaniam lib. III. cap. 18. pag. 254. cum Kuhnii nota. Supra pro *addunt* Voſſ. ſec. *ajunt.*

6 LACEDAEMONII] Ita & Soter ac Micyll. Sed *Lacedaemones* Veneta & Pariſ. Quod non audeo valde improbare propter ea, quae ad Fulg. lib. I. cap. 1. obſervata à me ſunt. In uno ex codicibus ſuis *Lacedaemonae*, in nullo *Lacedaemonii* invenit Vlitius. MUNCK. Leid. *Lacedaemones.* Voſſ. prim. *Lacedaemona.*

7 CUM OBPUGN. SPARTAM LYNCEUS ET IDAS, IBI PER.] Caſtoris ſepulcrum, cum templo ſuperſtructo oſtenditur a Spartanis, teſte Pauſania lib. III. cap. 13. p. 238. qui addit, τοσαυτα-χοῦ δὲ ὕστερον ἰτὲι τὰ μάχης τὰ πρὸς Ἴδαν καὶ Λυγκέα, θεὸς τοὺς Τυνδάρεω παῖδας καὶ ἐ σφίσιν τομιοδῦναί φασι. Prope Therapnen eſt ναὸς Διονύσων, in Ephebeo, ubi puberes ſacra faciunt τῷ Ἐναλίῳ (Baccho). cap. 20. pag. 269.

8 AIT HOMERUS] Iliad. Λ, 302. Ἄλλοτε μὲν ζώουσ' ἐναλίγκιον, ἄλλοτε δ' αὖτε Τεθνᾶσιν, τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἴσα θεοῖσι. MUNCK. Vide AElian. lib. XIII. V. H. cap. 38.

## Ad CAP. XXIII.

9 INTER ASTRA COLLOCATUS] Morelli: *in aſtris locatus.* SCHEFF.

10 QUA DE RE] *Quâ re* Vlitt. 3. Vide infr. cap. 26. MUNCK. Hemſt. *in aſtris locatus*, cui *ejus* abeſt. pro *arripuiſſet* d'Orv. c. *arripuiſſe. qua re* Hemſt. duo Voſſ. & d'Orvill. Fabulam debet Apollodoro lib. II. pag. 111. ἐκβαίνει δὲ καρκῖνος τῇ Ὕδρᾳ ὑπεισρυήσας, δάκνει τὸ ποδὸς. & Theoni ad Aratum pag. 19. μόνος ἐκ τῆς λίμνης πεδίονας ἴδεκεν αὐθις. τὸ *eum* abeſt Voſſ. primo, qui & *conſtituiſſe* delet.

11 SUNT QUAEDAM, QUI ASINI] Sanctandr. *Sunt quidam.* Verum puto noſtrum ſtellas in animo habuiſſe. SCHEFF. *Quidam* Veneta & Soter. Al. *ſunt quaedam.* ut ad ſtellas referatur. Quod praeferam, cum nec aliter in ſuis invenerit Vlitius. MUNCK. Duo Voſſiani *quaedam.*

12 IN TESTA CANCRI] Confer Schol. Arat. p. 113. ed. Lond. & Eratoſth. cap. 11. Schol. German. *Sunt in hoc ſigno duae ſtellae, quas Graeci ὄνους vocant. Jugulas* appellant Manilius & Firmicus. MUNCK. Theocritus Idyll. XXII. 21.

—— Ὄνων τ' ἀὰ μίσσον ἀμοιβὰ
ΦΑΤΝΗ, σημαίνουσα τὰ πρὸς πλόον ἠέλια κάλλα.

Conſule Theon. ad Aratum pag. 19, 97, 98, 110. Grotium ad Imagines pag. 42.

13 DUABUS STELLIS FIGURATI] Morell. *duabus*

rore objecto, dicitur mente captus fugiſſe per Theſprotiam, cogitans ad [1] Jovis Dodonaei oraculum pervenire, unde peteret reſponſum, quo facilius ad priſtinum ſtatum mentis perveniret: ſed cum veniſſet ad quamdam paludem magnam; quam tranſire non poſſet, [2] de quibuſdam duobus aſellis obviis factis dicitur unum deprehendiſſe eorum, [3] & ita eſſe transvectus, ut omnino [4] aquam non tetigerit. Itaque cum veniſſet [5] ad templum Jovis Dodonaei, ſtatim dicitur furore liberatus, [6] & aſellis gratiam retuliſſe, & inter aſtra eos conlocaſſe. Nonnulli etiam dixerunt aſino illi, quo fuerat vectus, vocem humanam dediſſe. Itaque poſtea eum [7] cum Priapo de Natura contendiſſe, [8] & victum ab eo interfectum. Pro quo Liberum ejus miſertum in ſideribus adnumeraſſe. Et ut ſciretur id pro deo, non pro homine timido (quia Junonem fugerit) feciſſe, ſupra cancrum conſtituit, qui deae beneficio fuerat adfixus aſtris. Dicitur etiam alia hiſtoria de Aſellis: ut ait Eratoſthenes, Quo tempore Jupiter, bello gigantibus indicto, ad eos obpugnandos omnes deos convocavit, veniſſe Liberum patrem, Vulcanum, Satyros, Silenos aſellis vectos: qui cum [9] non longe

*bus ſtellis omnino figurati*, quod placet. Ita namque id *omnino* elegantiſſime uſurpant & alii, pro *tantum*. Sueton. Aug. c. *Externa bella duo omnino per ſe geſſit*. Cicero pro Cluen. *quinque omnino fuerunt, qui illum* &c. SCHEFF. Vlitt. 3. & Morellianus uterque, *duabus ſtellis omnino figurati*. Quod perplacet. Cic. pro Cluentio: *Quinque omnino fuerunt, qui illum abſolverunt*. Aſcon. in orat. pro Milone: *Abſolutorias V omnino habuit*. Curt. Lib. x. cap. 8. *Sexdecim omnino pueris regiae cohortis comitatus*. lib. VII. cap. 1. *Omnino duos ipſe habebam*. MUNCK. *Figurari* Voſſ. prim.

1 JOVIS DODONAEI TEMPLUM] Morell. *Jovis Dodonaei oraculum*, quod praefero, & *templum* ſuſpicor à gloſſa eſſe, tranſſumpta ex ſequentibus, ubi per variationem habetur. SCHEFF. Vlitt. 3. *Jovis Dodonaei oraculum*. Quod omnino probandum. Varro in Fragm. p. 275. ed. Popm. *Ex oraculo elimino me*. Curt. lib. IV. cap. 7. *Hic quoque Dei eſt oraculum*. Catullus carm. 7. *Oraculum Jovis inter aeſtuoſi, Et Battι veteris ſacrum ſepulcrum*. Lactant. lib. III. Argum. Ovid. Met. fab. 1. *Oraculum ingreditur*. Narrat ex Philiſco eandem fabulam Germanici Scholiaſtes: ſed pro *Philiſco* puto ei reſtituendum *Philiſtum*. Is enim Hiſtoricus fuit, laudatus Plutarcho in de Herodoto κακοηθείᾳ, aliiſque. MUNCK. *Oraculum* duo Voſſiani, & Hemſt. Serv. ad II. AEn. 314. *Suſpenſi Eurypylum ſcitatum ORACULA Phoebi Mittimus*.

Adnotat, *ORACULA. Ad templa, de quibus dantur oracula: alibi ORACULA, reſponſa ſunt, ut, LAPSIS QUAESITUM ORACULA REBUS. & QUIN ADEAS VATEM PRECIBUS. QUE ORACULA POSCAS.* Quamquam & in hoc Virgilii loco pro ipſis reſponſis capi poſſint. De *Philiſto* Pauſanias lib. I. cap. 14. p. 34. Voſſius lib. I. de Hiſtoric. Graec. cap. 6. *Philiſcus* erat AEginenſis, praeceptor Alexandri M. V. Perizon. ad AElian. XIV. V. H. cap. 11.

2 DE QUIBUSDAM DUOBUS ASELLIS] Vel illud *de*, vel ſubſequens *eorum*, videtur delendum. SCHEFF.

3 ET ITA ESSE TRANSVECTUS] Unâ voculâ auctius Vlitt. unus, *Et ita eam*. MUNCK. Duo Voſſ. d'Orvill. & ut Schefferus ediderunt ac Micyllus *transvectum*. Nepos in Pauſania cap. 5. Thucydidem imitatus dixit, *dicitur eo tempore matrem vixiſſe*. Vide quos in Addendis ad h. l. adduxi.

4 AQUAM NON TETIGERIT] Morellianus unus, *aqua non tetigerit*. SCHEFF.

5 AD TEMPLUM JOVIS] *Jupitris* Veneta, ut ſupr. cap. 13. & *Jupitre* cap. 14. MUNCK.

6 ASELLIS] *Τὸ* & non agnoſcunt MSS. 3. ex Vlitt. MUNCK. Conjunctio abeſt Voſſ. ſec. & Hemſt. *Τὸ eos* ante *collocaſſe* abeſt Voſſianis.

7 CUM PRIAPO DE NATURA CONTENDISSE] Ita & MSS. 3. Vlitt. Peſſimè Veneta, Micyll. aliaeque,

longe ab hoſtibus abeſſent, dicuntur aſelli pertimuiſſe, & ita pro ſe quiſque magnum clamorem & inauditum gigantibus feciſſe, ut omnes hoſtes eorum clamore in fugam ſe conjecerint, & ita ſint ſuperati. Hujus ſimilis eſt hiſtoria de [10] buccina Tritonis. Nam is quoque fertur, cum concham inventam excavaſſet, ſecum ad gigantes tuliſſe, & ibi ſonitum quemdam inauditum per concham miſiſſe. Hoſtes autem veritos, ne quâ eſſet inmanis fera ab adverſariis adducta, cujus eſſet ille mugitus, fugae ſe mandaſſe, & ita victos in hoſtium poteſtatem perveniſſe.

## XXIV. *Leo.*

Hic dicitur [11] à Jove conſtitutus, quod omnium ferarum princeps eſſe exiſtimatur: nonnulli etiam hoc amplius dicunt, quod Herculis prima fuerit haec certatio, & quod eum inermis interfecerit. [12] De hoc & Piſandrus & complures alii ſcripſerunt: cujus ſupra ſimulacrum [13] proximum eſt virgini. [14] Sunt aliae VII. ſtellae ad caudam Leonis

que, *cum Priapo dea naturae.* Schol. Germ. *Cum Priapo contendere coepit de membro naturali.* Ut φύσις Graecis, ita & Latinis *natura* idem interdum, quod naturalia ſive pudenda. Julius Obſeq. de Prodig. cap. 52. *Mulier duplici natura inventa.* Apulej. de ſe aſino, *Mihi jam nequeunti tenere Fotidem natura creſcebat.* Lib. VII. *Naturam iſti aſino demere.* MUNCK.

8 ET VICTUM AB EO INTERFECTUM ] Lactantius aſinum victorem facit lib. 1. cap. 21. *Inter eum Priapumque ortum eſſe certamen de obſcoeni membri magnitudine, Priapum victum, & iratum interemiſſe victorem.* MUNCK. Pro *deae* Hemſt. *ejus.* pro *convocavit, convocaſſet.*

9 NON LONGE ] *Non* abeſt Voſſ. primo & d'Orv. pro *abeſſent* Voſſ. pr. *eſſent.* Omnes codd. & Micylli ac Scheffer Edd. *converterent,* aut *converterint* pro *conjecerint.* quod cur mutarit Munckerus, cauſſam video nullam.

10 BUCCINA ] Voſſ. pr. *bucino.* pro *in b. poteſtatem* d'Orv. c. *in b. poteſtate.*

## Ad CAP. XXIV.

11 A JOVE ] *Ab Jove* MSS. codices cum hoc, tum & cap. 26. Et ita etiam Virgil. Ecl. III. 60. Ovid. X. Met. 148. Germin. Phaenom. vers. 1. Theo: Τὸν ὁ λίνιος οἱ μὲν φασιν ὑπὸ τοῦ Διὸς ἱδρυθῆναι, οἱ δὲ ὑπὸ τῆς Ἥρας εἰς &c. MUNCK. *Ab Jove* Voſſ. ſec. & d'Orv. *amplius* abeſt Hemſt.

12 DE EO PISANDRUS ] Sanctandr. *de hoc & Piſander.* Sed *Piſandrus* eſt & in Morell. mereturque praeferri. Vide Suidam in Πείσανδρος ὁ Ῥόδιος. SCHEFF. Πείσανδρος ὁ Ῥόδιος eſt Eratoſth. cap. 12. Perperam ergo Schol. Germ. *Periandrus Rhodius.* Corrige *Piſandrus.* Narrat apud eundem Nigidius nutritum leonem ſilum in ſpelunca, quae *Mitdimon nomine fuerit, quam quidam Aplyſo dicunt.* Emendem, *Didymas nomine,* & mox, *quam quidam amphiſtomon.* Vide not. ad Myth. cap. 30. MUNCK. Omnes mei *Piſandrus.* Hic primus Herculis labores deſcripſit. Legendi de eo Pauſan. lib. II. cap. 37. pag. 109. & Theocritus Epigrammate XX. Eumdem deſcribit Meurſius lib. II. de Rhodo cap. 11. Legitur ejus nomen etiam inter praeſtantiſſimos Epicos poetas in Proclı Chreſtom. apud Photium pag. 981. Conſule Cl. P. Burm. Fr. Fil. ad H. Valeſii lib. IV. Emendat. cap. 14. pag. 117.

13 PROXIMUM EST VIRGINI ] Locus hic ex MSS. Vitruvii ita conſtituendus: *Cujus ſupra ſimulacrum proximae virginem ſunt aliae* VII. *ſtellae.* Mutat numerum Goltzius in notis ad Imag. p. 43. & pro VII. vult reponi III. quod formam illis triquetram affinget Hyginus. Sed vetant nos quicquam mutare Schol. Germanici & Eratoſthenes, cujus verba ſunt: Ἐν πτυχῇ καὶ τῇ κέρκῳ ἀστέρες ἑπτά εἰσι &c. MUNCK. Duo Voſſ. *cujus ſupra ſimulacrum proximum Virginem.*

14 SED ALIAE SEPTEM STELLAE ] *Sunt aliae.*

Leonis in triangulo conlocatae, quas [1] crines Berenices esse Conon Samius mathematicus, & Callimachus dicit: cum Ptolemaeus Berenicem Ptolemaei & [2] Arsinoes filiam sororem suam duxisset uxorem, & paucis post diebus Asiam obpugnatum profectus esset, vovisse Berenicen, si victor Ptolemaeus redisset, se detonsuram crinem: [3] quo voto damnatum crinem [4] in Veneris Arsinoes Zephyritidis posuisse templo: eumque postero die non comparuisse: quod factum cum rex aegre ferret, Conon mathematicus (ut ante diximus) cupiens inire gratiam regis, dixit crinem inter sidera videri conlocatum: & quasdam vacuas à figura septem stellas ostendit, quas esse fingeret crinem. hanc Berenicen nonnulli cum Callimacho dixerunt equos alere, & ad Olympia mittere consuetam fuisse. Alii dicunt hoc amplius, Ptolemaeum Berenices patrem multitudine hostium perterritum, fuga salutem petisse: filiam autem saepe consuetam, insiliisse in equum, & reli-

MICYLL. Micyllus putat: *sunt aliae*, quod Sanctandreana transtulit in textum. Suspicor, *sunt & aliae*. SCHEFF.

1 CRINES BERONICES] Sanct. *Berenices*. & sic quidem vulgo scribitur. SCHEFF. Βερενίκης πλόκαμον vocat apud Hesychium Conon. Sanè *Beronices* exhibet heic etiam Veneta, ut & Βερονίκη Theo in Arat. p. 21. Sed Eratosth. cap. 12. καλοῦσι πλόκαμον Βερονίκης Εὐεργέτιδος. Priores ἁλικάτλα vocasse annotavit Theo. MUNCK. *Crinem* duo Voss. *Berenices* d'Orv. Idemque.

2 ARSINOES] Ex MSS. Vlitt: 2. *Aristonis*. tertius *Astonis*. Prius etiam Soter, Veneta, & Morelliana exhibent. *Aristotelis* corrigit Flavius. Perperam. Rectum esse *Arsinoes* discas ex Catull. Carm. 67. MUNCK. Licet omnes codices mei *Aristonis* exhibeant, legendum tamen *Arsinoes*. Duae fuerunt *Berenicae*, prima fuit Lagi & Antigones filia, quae Ptolemaeo Lagi sive Philippi Amyntae filio nupsit, *Soteri* dicto. De hac *Berenice* Schol. Theocriti Idyll. XVII. 34, & 61. & Pausan. lib. 1. cap. 6. p. 17. Addo Ptolemaeum hunc *Sotera* dictum, quia idem Schol. ad vs. 41. Ptolemaeum Lagi male distinguit a Ptolemaeo *Sotere*, quamquam ad Idyll. XV. 107. Ptolemaeum Lagi *Soteris* titulo insignitum fuisse adfirmat, ut & ad Idyll. XVII. 16. Τὸν Σωτῆρα φησι Πτολεμαῖον ὁ Λαγοῦ, καθὰ ἐξωθεν ὑπὸ τοῦ υἱοῦ. Ubi vox ἐξωθεν mutetur in ἐθνάρχου, & vs. 41. eodem, quo errorem commisit, ipse dixit Ζῆν φησιν ὁ Σωτὴρ ἐπιστατεῖσαν τῷ Φιλαδέλφῳ τὴν βασιλείαν. Hinc Ptolemaeus Lagi cum uxore Berenice post mortem ΘΕΩΝ ΣΩΤΗΡΩΝ nomine consecrati fuerunt. Vid. inl. Spanhem. Dissert. V. de Praest. & Us. Numism. pag. 380, 381. Sed de causa, cur Ptolemaeus Lagi *Soter* dictus sit, dissentiunt. Consule Pausan. lib. 1. cap. 8. pag. 21. & G. Cuperum in Harpocrate pag. 83. Secundus *Ptolemaeus Philadelphus*, Ptolemaei Lagi & Berenices filius, qui inde Φιλάδελφος dicitur ab Aeliano lib. IV. Var. Hist. cap. 15. duxit *Arsinoen* Lysimachi filiam. Vide Pausan. lib. 1. c. 7. p. 18, 19. e qua procreavit Ptolemaeum (Euergeten) Lysimachum, & alteram Berenicen, de qua hic agitur, Ptolemaei Euergetae deinde uxorem. Consule Schol. Theocriti Idyll. XVII. 128. quae *Berenice* a marito *Berenice Euergetis* dicitur in Eratosthenis Catasterismis, ut recte censet Celeb. P. Wesseling. ad Simsonii Chronic. A. M. 3759. Haec sufficiant Hygini illustrandi causa, ut quos secutus sit, pateat. Nam Berenice, Magaene an Ptolemaei filia revera fuerit, inquirendi non est hic locus. De Ptolemaeis videndus Strabo Tom. II. pag. 1145, 1146. & ibi interpr.

3 QUO VOTO DAMNATUM] Scribendum est, *damnatam*, non enim Ptolemaeus, sed Berenice votum illud fecerat. SCHEFF. Scrib. *damnatam* cum Sotere. Neque enim crinis, sed ipsa voto erat damnata. Vidit id quoque Cl. Schefferus. MUNCK.

4 IN VENERIS ARSINOES CONFITIDIS] Quidam *Zephyritidis* legunt. Ego malim *Chrysitidis*. Nam & Plinius templum Arsinoes *aureum vocatum* dicit lib. 37. cap. 8. De crine autem Beronices apud eumdem est lib. II. cap. 70. MICYLL. Micyllus ita notat ad hunc locum. *Quidam Zephyritidis legunt. Ego malim, Chrysitidis. Nam & Plinius templum Arsinoes aureum vocatum dicit lib. XXXII. c. 8.* Sanctandreana habet.

reliquam exercitus copiam conſtituiſſe, & complures hoſtium interfeciſſe, reliquos in fugam conjeciſſe, pro quo etiam Callimachus eam [5] magnanimam dixit. Eratoſthenes autem [6] dicit & virginibus Lesbiis dotem [7] quam cuique relictam à parente nemo ſolveret, juſſiſſe reddi: & [8] inter eas conſtituiſſe petitionem.

## XXV. *Virgo.*

Hunc Heſiodus [9] Jovis & Themidis filiam dicit: Aratus autem Aſtraei & Aurorae filiam exiſtimari, quod eodem tempore fuerit cum aurea ſecula hominum, & eorum principem fuiſſe, [10] demonſtrat: quam propter diligentiam & aequitatem Juſtitiam adpellatam: neque illo tempore ab hominibus exteras nationes bello laceſſitas eſſe, neque [11] navigio quemquam uſum eſſe, ſed agris colendis vitam agere [12] con-

bet *Veneris Arſinoes Zephyritidis.* Mihi neutrum eorum rectum videtur. Quid tamen ſit ſubſtituendum, nondum potui videre. pro Zephyritide tamen ſtant illa Catulli, ubi de coma Berenices.

*Et Veneris caſto conlocat in gremio.*
*Ipſa ſuum Zephyritis eo famulumque legarat.* &c.

Adde quoque Turnebum lib. 1. Adverſ. c. 7. ubi de Arſinoe Zephyritide. Itemque Modium ep. 117. Novant. Lect. quae ſi cui placent, non repugnabo. SCHEFF. Firmant eam lectionem MSS. 3. Vlitt. & Catullus carm. 67. Quibus adde, quae Turnebus habet Adverſ. lib. 1. cap. 7. & Modius Novantiq. ep. 117. MUNCK. *Zophintidis* d'Orv. cod. *Zephiretbidis.* Hemſt. *Zephiritidis* 2. Voſſ. Mox pro *eumque* Voſſ. pr. & d'Orv. *eoſque.* pro *comparuiſſe* Voſſ. ſec. *comparaſſe.* pro *Olympia* Voſſ. ſec. *Olympiam.* pro *inſiliiſſe* d'Orv. & Voſſ. ſec. *inſiluiſſe.* & ita Hemſt.

5 MAGNANIMAM DIXIT] Catullus: *Cognoram à parvâ virgine magnanimam.* MUNCK.

6 DICIT VIRGINIBUS LESBIIS] Sanctandr. *dicit & virginibus.* Non admitto. SCHEFF. Schol. German. *Videntur aliae obſcurae ſeptem juxta caudam ejus, quae vocantur crines Berenices, & ſunt earum virginum, quae Lesbo perierunt. Illa autem magna & clara, quae in pectore eſt, appellatur Tyberone.* Suppleverat vir doctus in libro à Nob. Heinſio mihi commodato: *appellatur ſtella regia à Tuberone.* Venerat idem in mentem Grotio, quem vide in Notis ad Imagines Arat. pag. 43. MUNCK.

7 QUAM CUIQUE RELICTAM] Haec non cohaerent cum ſequentibus. Quid enim eſt, *dotem, quam ſolveret?* Lego, *quum cuique relictam.* SCHEFF.

8 INTER EOS CONSTITUISSE PETITIONEM] Sanctandr. *inter eas.* Non placet, nec mutandum quid videtur. Vide Indicem. SCHEFF.

## Ad CAP. XXV.

9 JOVIS ET THETIDIS] Imo *Themidis*, & mox, *Aſtraei*, pro *Aſcraei* legendum, ex Modii membranis. Ipſum vide ſupra dicto loco. SCHEFF. Ita & Veneta, Soter, & Vlitt. 3. Perperam vulgo editur *Thetidis.* Schol. German. *Hanc Heſiodus Jovis & Themidis filiam eſſe dicit nomine Juſtam.* Lege, *Juſtitiam.* Eratoſth. cap. 3. Εἶναι δὲ παραλέγει Διὸς καὶ Θέμιδος, καλεῖσθαι δὲ αὐτὴν Δίκην. Recte ergo mox Hyginus, *Juſtitiam appellatam.* Ex Capella apparet etiam virginem ipſam Themidem dictam nonnullis. Sic enim ille Lib. 11. *Verum Themis, aut Aſtraea, aut Erigone dicebatur.* MUNCK. Pro *dicit* Hemſt. *dixit.* codd. Voſſ. & d'Orv. *Jovis & Themidis.* V. Serv. ad Ecl. IV. 6. Theo ad Aratum pag. 13. τῆς παρθένου. Ἡ αὐτὴ δὲ ἐστι καὶ ΔΙΚΗ, ἥτις καὶ ζυγὸν ταλαντώσα. quam Virginem ab Heſiodo Jovis filiam vocari docet idem pag. 15. Heſiodi locus O. & D. 256. Ἣ δέ τε ΠΑΡΘΕΝΟΣ ἔσκε Διὸς ὀπίζη, Διὸς ἐκγεγαυῖα. ubi plura.

10 DEMONSTRAT, PROPTER] Mallem; *demonſtrat, ac propter.* SCHEFF.

11 NAVIGIO] H. e. navigatione. Vide Gro-

[1] consueviſſe. Sed poſt eorum obitum qui ſint nati, eos minus officioſos, magis avaros coepiſſe fieri: quare minus Juſtitiam inter homines fuiſſe converſatam. [2] Denique cauſſam perveniſſe uſque eo, dum diceretur: [3] aeneum genus hominum natum. Itaque jam non potuiſſe pati amplius, & ad ſidera evolaſſe. Sed hanc [4] alii Fortunam, alii Cererem dixerunt: & hoc magis non convenit inter eos, quod caput ejus nimium obſcurum videtur. Nonnulli etiam Erigonen Icarii filiam dixerunt, de qua ſupra diximus. Alii autem Apollinis filiam ex Chryſothemi natam, & infantem Parthenon nomine adpellatam: eamque, quod parva interierit, ab Apolline inter ſidera conlocatam.

## XXVI. *Scorpius.*

Hic propter magnitudinem membrorum in duo ſigna dividitur, [5] quorum unius effigiem noſtri Libram dixerunt. Sed omnino totum ſignum hac de cauſſa ſtatutum exiſtimatur, quod Orion cum venaretur, & in eo [6] exercitatiſſimum ſe eſſe confideret, [7] dixiſſe etiam Dianae & Latonae, ſe omnia, quae ex terra exoriantur, interficere valere. Quare Terram permotam, Scorpionem miſiſſe, qui eum interficere demonſtratur. Jovem autem utriuſque animum admiratum, Scorpionem inter aſtra conlocaſſe, ut ſpecies ejus hominibus documento

nov. Obſervat. in Eccleſ. Script. cap. 25. Giphan. Obſerv. Ling. Lat. pag. 145. MUNCK.

1 CONSUEVISSE] *Conſuevisſe* Vlitt. 3. MUNCK. *Eſſe* poſt *uſum* abeſt duobus Voſſianis, qui & *conſueſſe* pro *conſuevisſe* exhibent, ut & Hemſt. pro *converſatam* Voſſ. prim. *verſatam* ut & Hemſt.

2 DENIQUE EAM PERVENISSE] Quam? Virginem ſeu Juſtitiam? Quid autem? *Juſtitia pervenit, donec diceretur heu heu.* Lego igitur, *denique rem perveniſſe uſque eo.* Genus loquendi notiſſimum. Unus Codicum Morelli habet, *denique cauſſam.* Et fortaſſe ſcriptum compendioſe fuit *eam*, id dein mutatum in *eam.* Sane *cauſam* pro re qualibet uſurpant optimi ſcriptores; Item ſtatu, conditione, ſaepe etiam morbo, qui ſenſus huic loco maxime accommodatus. V. Gronov. III. Obſerv. c. 14. SCHEFF.

3 HEU HEU GENUS HOMINUM NATUM] *Heu heu g. h. malum.* MICYLL. Micyllus legit, *genus hominum malum.* Vix aſſentior. Senſus is videtur. Heu, Heu, natum eſſe genus hominum. Sunt verba dolentis, & execrantis natos homines. Morellianus unus, *dum diceretur, aeneum genus hominum natum:* non incommode. Eſtque deſumpta ex Cod. Modii, ut patet ex ipſius Novant. Lect. ep. 121. SCHEFF. Morell. alter & Mod. *aeneum genus hominum natum.* Quam lectionem adſtruunt Vlitt. 3. Aratus Phaenom. pag. 19. ed. Lond. Ἀλλ' ὅτι δὴ κακὸν ἔτιθηκαν, οἱ δ' ἐγένοντο Χαλκείη γενεή &c. MUNCK. Confirmant lectionem duo Voſſ. d'Orv. & Hemſt. pro *eam pero.* iidem *cauſſam perveniſſe*, quod in textum recepi. pro *etiam Erig.* Voſſ. prim. haud male *eam Erig.* ut & Hemſt.

4 ALII FORTUNAM] Germ. Schol. *Nonnulli autem eam eſſe Cererem, eo quod ſpicas teneat, alii Atargatin: quidam vero Fortunam, pro eo quod ſine capite aſtris inſertur.* Deprompta iſta ex Eratoſth. cap. 9. ubi malè Ἀταργάτιν pro Ἀταργάτις editum. MUNCK. Vid. Salmaſ. Ex. Plin. pag. 872, 873.

## Ad CAP. XXVI.

5 QUORUM UNIUS EFF IGI] Non agnoſcunt eò

mento eſſet, ne quis eorum [8] de aliqua re ſibi confideret. Dianam autem propter ſtudium Orionis petiſſe à Jove, ut idem illi beneficium daret petenti, quod Terrae ultro tribuiſſet. [9] Itaque eum conſtitutum, ut, cum [10] Scorpius oriatur, Orion occidat.

## XXVII. *Sagittarius.*

Hunc complures Centaurum eſſe dixerunt: alii autem hac de cauſſa negaverunt, quod nemo Centaurus [11] ſagittis ſit uſus. Hic autem quaeritur, cur equinis cruribus ſit deformatus, & [12] caudam habeat ut Satyri. Dicunt enim nonnulli hunc eſſe [13] Crotum nomine, Euphemes Muſarum nutricis filium, ut ait [14] Soſitheus tragoediarum ſcriptor: eum domicilium in monte Helicone habuiſſe, & cum Muſis ſolitum delectari, nonnunquam etiam ſtudio venationis exerceri. Itaque pro merita diligentia magnam laudem adſecutum. nam & celerrimum in ſylvis, & acutiſſimum in Muſis factum eſſe. Pro quo ſtudio illius petiſſe Muſas ab Jove, ut in aliquo aſtrorum numero [15] deformaretur. [16] Itaque Jovem feciſſe, ut cum omnia illius artificia uno corpore vellet ſignificare, crura ejus equina feciſſe, quod equo multum ſit uſus: & ſagittas pro ingenio adjunxiſſe, ut ex his & acumen [17] & celeritas eſſe videretur: Caudam ſatyricam in corpore fixiſſe, quod non minus hoc Muſae, quam Liber Satyris ſit delecta-

τὸ *unius* Vlitt. 3. Sed perperam. Quare libram dixerint chelas, diſces ex Theone in Arat. p. 15. ed. Lond. MUNCK. *Quarum effig.* Voſſ. pr. *quor. effig.* ſec.

6 EXERCITATISSIMUM SE ESSE CONFID.] Duo Voſſ. & d'Orv. cod. delent *ſe.* & pro *exercitatiſſimum s. e. c.* Cod. d'Orvill. *exercitatiſſimus eſſe confideret.* Graeca conſtructio. Videndi Stolberg. ad Sophocl. Ajac. vs. 1394. J. Perizon. ad AElian. XIII. V. H. 20. & XIV. 18. & Lambin. ad Horat. I. Carm. O. 11, 43.

7 DIXISSE ETIAM] τὸ *etiam* non habet unus ex Vlitt. Praeterea malim *dixiſſet*, ut pendeat à πρὶν *quod*, quod praeceſſit. MUNCK.

8 DE ALIQUA RE] Praepoſitionem ignorant Vlitt. 3. Vide ſupr. cap. 23. MUNCK. Delent praepoſitionem Hemſt. duo Voſſ. & cod. d'Orv. pro *a Jove* iidem *ab Jove.* pro *daret* Voſſ. ſec. *praeſtaret.* pro *petenti* Hemſt. *potenti.*

9 ITAQUE EUM CONSTITUTUM] Neſcio, an non ſcripſerit Hyginus, *ita itaque eum conſtitutum, ut* &c. SCHEFF. *Ita itaque eum* Clar. Schefferus. MUNCK.

10. SCORPIUS ORIATUR] *Exoriatur* Vlitt. 3. MUNCK. *Exoriatur* duo Voſſ. & d'Orv.

## Ad CAP. XXVII.

11 SAGITTIS SIT USUS] Voſſ. ſec. *ſagittarius uſus.* forſan *ſagitta ſic uſus.*

12 CAUDAM HABEAT UT SATYRI] *Velut ſagittarii* peſſimè Schol. German. Corrige ex Hygino & Eratoſth. cap. 28. MUNCK.

13 CROTUM] *Crotonem* Schol. Germ. Vide not. ad Hyg. Myth. cap. 224. MUNCK.

14 SOSITHEUS] *Soſibeus* Vlitt. 3. cum Venetâ. Perperam. Vid. Schol. German. & Eratoſthenem. MUNCK. *Soſibeus* Hemſt.

15 DEFORMARETUR] *Deformaret* Vlitt. 3. MUNCK. Voſſ. prim. Hemſt. & d'Orv. *deformaret.*

16 ITAQUE JOVEM FECISSE, UT EUM] Diſtingue ac emenda. *Itaque Jovem feciſſe. Et cum omnia.* SCHEFF. *Et cum* Cl. Schefferus. MUNCK. *Uno* abeſt Voſſiano pr. pro *multum* duo Voſſ. *multo.*

17 ET CELERITAS ESSE VIDERETUR] Scribo, & ce-

lectatus. Ante hujus pedes ſtellae ſunt paucae in rotundo deformatae, quas [1] coronam ejus [2] ut ludentis abjectam, nonnulli dixerunt.

## XXVIII. [3] *Capricornus.*

Hujus effigies ſimilis eſt AEgipani: quem Jupiter, quod cum eo erat nutritus, in ſideribus eſſe voluit, ut Capram nutricem, de qua ante diximus. Hic etiam dicitur, [4] cum Jupiter Titanas obpugnaret, primus objeciſſe hoſtibus timorem, qui πανικὸς adpellatur, ut ait Eratoſthenes: hac etiam de cauſſa ejus inferiorem partem [5] piſcis eſſe formationem, quod muricibus, [6] id eſt maritimis conchyliis [7] hoſtes ſit jaculatus pro lapidum [8] jactatione. AEgyptii autem ſacerdotes & nonnulli poetae dicunt, cum complures [9] dii in AEgyptum conveniſſent, repente veniſſe eodem Typhona acerrimum giganta, & ma-

& *celeritas ejus videretur.* ingenii nimirum, cujus virtutes adumbrare debebat. SCHEFF. *Ejus* idem. Optimè παρ' ἰμείγι κεκτῆ. MUNCK. Pro & *celeritas eſſe* Voſſ. pr. *celeritas ejus.* Paullo ante pro *ſagittas* Voſſ. pr. *ſagittis. pro ingenio* delent duo Voſſ. Pro *hoc Muſae* Hemſterhuſii cod. *hoc Croto Muſae.* quae lectio placet Celeb. Weſſelingo lib. II. Obſ. cap. 23. pro *Liber Sat.* Voſſ. ſec. *Liber & Sat.* pro *in rotundo* Hemſt. & *in rotundo.*

1 Coronam ejus] Haec corona auſtrina eſt, de qua videndus Scalig. ad Manil. p. 411. & Theo in Aratum p. 51. ed. Lond. Geminus pag. 48. Νότῳ σίφωνι καὶ τινι ἰχθυϊκῷ στεφανοειδεῖ. Plura dabit nomina Theo. MUNCK. *Quam coronam* Voſſ. ſec. & d'Orv. de corona hac Grotius ad Imagin. pag. 59.

2 Ut ludentis] Ὥσπερ καμπάζοντος, ut rectè interpretatur Scaliger. MUNCK.

## Ad CAP. XXVIII.

3 Capricornus] *Pan* dicitur ab Eratoſth. cap. 27. Schol. Arati p. 39. Ὁ δὲ Λιγόκερως ὁμοίως ἐστὶ τῇ αἰγί. Καταστερίσθη δὲ εἰς τιμὴν τοῦ Πανός. εἰς γὰρ τοῦτον μεταβολὴν, διωκόμενος μὴ ὑπ' ἄλλων θεῶν &c. MUNCK.

4 Cum Jupiter Titanas] *Quod cum.* Soter & Veneta. MUNCK. Unde *timor* ſive terror *Panicus* nomen habeat, aliam originem tradit Plutarchus de Iſide & Oſiride. pag. 356. Tom. II. Sed de terrore *Panico* Schol. Eurip. in Medea vs. 1172. Caſaub. Lect. Theocrit. cap. VII. & G. Cuperus lib. III. Obſervat. cap. 12. pag. 210. conſulendi.

5 Piscis esse formationem] *Formatione* Morelliani codices. MUNCK.

6 Id est Maritimis Conchyliis] Gloſſatoris haec ſunt, non Hygini, nec agnoſcunt codices Morelliani. In iisdem pro *formationem* legitur *formatione* id eſt, forma, ſpecie. quod probo. Item pro *jactatione jactione*, quod itidem cenſeo eſſe rectum, & conveniens noſtro. Ut ſit *jactus* & *jactio*, ſicut *actus* & *actio*, *tactus* & *tactio*, & ſimilia. SCHEFF. Haec nec Morelliani, nec 3. ex Vlitianis agnoſcunt. Deleantur ergo, ut gloſſemata. MUNCK. Nec etiam mei agnoſcunt.

7 Hostes sit jaculatus] Aliam cauſam afferunt Theo & Eratoſthenes locis modo laudatis. MUNCK.

8 Jactatione] *Jactione* cum Morellianis 3. Vlitiani. MUNCK.

9 Dii in AEgyptum] Morelliani, *de AEgypto*, non placet. SCHEFF. Duo Voſſ. *de AEgipto.* pro *veniſſe* iidem *perveniſſe.* Sed *in AEgyptum* ne mutes. Apollodor. lib. I. pag. 21. Θεοὶ δὲ —— εἰς Αἴγυπτον φυγάδες ἐφοίτων, καὶ διωκόμενοι τὰς ἰδίας μετεβάλλοντο εἰς ζῶα. pro *cum compl.* Hemſt. *compl.*

10 Deorum inimicum] Morelliani, *deorum hoſtem*, ex gloſſa. SCHEFF. *Hoſtem* iidem codices cum Morellianis. MUNCK. Ita & duo Voſſ. & Hemſt.

11 Quo timore permotos] Videri poſſit, *quas timore permotos.* Verum nil mutandum. *Quo* eſt *ex quo*, ex qua cauſſa, ut ſupra c. 21. & in fabulis ſaepiſſime. SCHEFF.

12 Threicia avis] *Thracia* Vlitt. 3. MUNCK.

13 Dianam cato simulatam] Sanctandrea-

na,

& maxime [10] deorum inimicum: [11] quo timore permotos in alias figuras ſe convertiſſe, Mercurium factum eſſe Ibin, Apollinem autem, quae [12] Threicia avis vocatur; [13] Dianam aeluro ſimulatam. Quibus de cauſſis AEgyptios ea genera violari non ſinere demonſtrant, quod deorum imagines dicantur. Eodem tempore Pana dicunt in flumen ſe dejeciſſe, & poſteriorem partem corporis, effigiem piſcis, [14] alteram autem hirci feciſſe, & ita à Typhone profugiſſe: cujus cogitatum Jovem admiratum, effigiem ejus inter ſidera fixiſſe.

## XXIX. *Aquarius.*

Hunc complures Ganymedem eſſe dixerunt: quem Jupiter, propter pulchritudinem corporis ereptum parentibus, deorum miniſtrum feciſſe exiſtimatur. Itaque oſtenditur [15] ut aquam aliquo infundens. Hegeſia-

na, *Dianam merulam ſimulatam.* Sed hoc nimium recedit. Neque cauſſa videtur. Cattus enim ſive felis inter Deos AEgyptiorum. Et nominatim in urbe Bubaſti ſepulchra ejus, ubi Diana colebatur, quod Pignorius in menſa Iſiaca notavit, & iccirco Juvenalem minus vere ſcripſit dixiſſe. *Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam.* Credo autem ibi potiſſimum ſepulchra ejus, quod eſſet Dianae animal acceptum. Verum video, quid poſſit objici; catum, ſive cattum potius (ita enim eſt ſcribendum) apud Latinos non eſſe in uſu, numerarique inter barbara. Obſervo tamen, reperiri apud gloſſatorem veterem Benedicti, titulo de Beſtiis. Ibi enim legitur, *Cattus*, αἴλυρος. Similiter in lexico Graeco-Latino: Αἴλυρος, *felax*, *haec catta.* Et fortaſſe fuit plebi tantum receptum, a cujus vocabulis non abhorret noſter. Scribo igitur, *Dianam cattae ſimulatam*, donec codices fide digni aliud demonſtrent. Quanquam pro *catto* ſcribi forte debeat *aeluro*, ut eſt ſuſpicatus Flavius Syllog. IV. Conj. c. 72. quia ſcriptum reperit in vetuſto libro Lazari cujuſdam *aelaro.* Neque mihi dubium, quin ex *aelaro* adjectione litterae ex voce praecedenti factum primo ſit *melaro*, deinde *meralo*, poſtremo *merula*, quod Sanctandreana ſervavit. SCHEFF. *Merulam* unus ex Vlitt. Sed caeteri *beluro* vel *merulo.* Legendum omnino *aeluro*, hoc eſt, feli ſive cato, ut ſuſpicatus eſt pridem Flavius Syllog. IV. quod *aelaro* in codice quodam inveniſſet. Non finit nos de emendatione illâ dubitare Antoninus cap. 28. ubi de Typhone agit: Ἀπόλλων μὲν ἰγνίτης λέγεται, Ἑρμῆς δὲ Ἶβις, Ἄρης δὲ λεπιδωτὸς ἰχθύς, Ἄρτεμις δὲ αἴλυρος. Veneta exhibet *claro.* Unde vulgatum *cato* videtur ortum. Ovid. V. Met. 330. *Fele ſoror Phoebi, nivea Saturnia vacca, Piſce Venus latuit.* MUNCK. *Heluro* Voſſ. pr. *eluro* ſec. *élaro* cod. d'Orv. pro *deorum* Voſſ. pr. & Hemſt. *eorum.* Dein ita in Voſſ. ſec. *E. t. Pan dicitur in flumine ſe d.* Idem Codex exhibet cap. 30. *in flumine ſe projeciſſe.*

14 ALTERAM AUTEM HIRCI ] Vide not. ad Lactant. Argum. Lib. V. Met. fab. 5. Germanici Schol. *Habet poſteriorem partem piſcis, priorem capricorni.* Addit idem, *item matrem ejus capram, quod dicolon inveniſſet in mari, ideo piſcis caudâ notatam.* Pro *dicolon* reſcripſerim *coeblon.* Eratoſthenes cap. 27. Οὗτος δὲ δοκεῖ ζῶναι τὸ κύκλον. MUNCK. Ptolem. Hephaeſtion lib. VII. apud Photium pag. 494. ΠᾶΝΑ δέ φασιν ἸΧΘΥῦΝ εἶναι θαλάσσιον κητῶδες, ὅμοιον πῷ ΠΑΝΙ καὶ τὴν ὈΨΙΝ. Ex hac certe fabula Pan ἁλίπλαγκτος vocatur a Sophocle in Ajace vs. 704. ubi Schol. Vet. anxie in hujus tituli cauſſam inquirit, & inter alia, ὅτι τὸ Τυφῶνα διώξαντι ἐγεδύσατο, hoc nomine invocari Panem putat. ἀκταῖος ſive *litoralis* vocatur a Theocrito Idyll. V. 14. ubi Schol. Vet. a Pindaro, piſcatorum curam agere Panem, dici docet.

## Ad CAP. XXIX.

15 UT AQUAM ALIQUO INFUNDENS ] Quo? nam illud *aliquo* non declarat. Vix autem veroſimile, ſic indeterminate noſtrum poſuiſſe. Mallem, *ut aquam caliculo infundens.* Nota fabula, qua pincernam Jovis factum Ganymedem ferunt. SCHEFF. *Caliculo* conjicit Cl. Scheffe-

geſianax autem Deucaliona dicit eſſe, quod, eo regnante, tanta vis aquae ſe de coelo profuderit, ut cataclyſmus factus eſſe diceretur. [1] Eubulus autem Cecropem demonſtrat eſſe, antiquitatem generis commemorans, & oſtendens, antequam vinum traditum ſit hominibus, aqua in ſacrificiis deorum uſos eſſe, & ante Cecropem regnaſſe, quam vinum ſit inventum.

## XXX. *Piſces.*

[2] Diogenetes Erythracus ait, quodam tempore Venerem cum Cupidine filio in Syriam ad flumen Euphratem veniſſe, & eodem loco repente Typhona giganta, de quo ſupra diximus, adparuiſſe. Venerem autem cum filio in flumen ſe projeciſſe, & ibi figuram piſcium forma mutaſſe: quo facto, periculo eſſe liberatos. Itaque poſtea Syros, [3] qui his locis ſunt proximi, deſtitiſſe piſces eſitare, quod vereantur eos capere; ne ſimili cauſſa aut deorum praeſidia inpugnare videantur, aut eos ipſos captare. Eratoſthenes autem ex eo piſce [4] natos homines dicit: de quo poſt dicemus.

## XXXI.

rus. Quod non malè arridet. Eratoſth. cap. 26. Ἔχων ἐξ ἰχθύος ὀυρχάλω. MUNCK. Τὸ *ereptum* abeſt Voſſ. pr. Voſſ. ſec. *aquilo.* pro *Deucaliona* Hemſt. *Deucalion.*

1 EUBULUS] *Eubolus* Soter & Veneta. Sed perperam. MUNCK.

## Ad CAP. XXX.

2 DIOGENES BRITHRACUS] In Sanctand. eſt *Diogenites Erythracus.* At Voſſius inde Hiſtor. Lat. legit *Diogenetes Erythraeus*, ubi tamen mallet *Diogennetus*, vel *Diogenes.* SCHEFF. *Diogenetes Erythracus* Soter. Veneta, *Diogenites Eritbracbus.* Unde corruptius vulgarunt nonnulli *Diogenites Britbacus.* Voſſius legit *Diogenetes Erythraeus* Lib. III. Hiſtor. Graec. Sed mallet *Diogennetus*, vel *Diogenes Erythraeus*, ut repraeſentat Anonymi codex. MUNCK. Hemſt. *Diogenetes Erythracus. Diognetes* duo Voſſ. *Diognetus* d'Orv. Varii fuere *Diogneti.* praeter alios fuit Diognetus Cretenſis pugil, de quo Ptol. Hephaeſtion. lib. v. apud Photium pag. 486. Deinde *Diognetus* Erythraeorum dux, de quo Plutarch. de Virtut. Mulier. Tom. II. pag. 254. qui Diognetus Erythraeus mihi perſuadet, ut nomen hoc Erythraeis familiare, & in codd. exaratum hic reponam, τὸ *loco* abeſt 2. Voſſianis. pro *bis locis ſ. p.* omnes codd. *in bis locis ſ. p.* ut ediderant Schefferus ac Micyllus.

3 QUI IN HIS LOCIS SUNT PROXIMI] Delet Sanctand. illud *in*, ſed ſine cauſſa, quod pridem Sanctius demonſtravit. SCHEFF.

4 NATOS HOMINES DICIT] Imo *natos bos.* Venerem, & Cupidinem, ut vult Salmaſius ad Solin. p. 282. Et ſic Modius, niſi quo ſcribat *piſces bos natos*, explicetque de piſcibus ſyderibus. Quod praefero, propter ea, quae ſequuntur apud noſtrum. Convenit enim eis c. 41. At de Venere & Cupidine nil legas. SCHEFF. Optimè Vlitt. 3. *Natos bos dicit.* Nati hi duo piſces ex piſce illo magno, qui Notius appellatur, de quo cap. 41. Verba Eratoſthenis ſunt cap. 41. Τούτους δὲ τοὺς β ἰχθύας ἔλεγε. Plura dicemus infr. ad cap. 41. MUNCK. Pro *poſt* Voſſ. ſec. & cod. d'Orv. *poſterius.* abeſt *ex* Hemſt. Cur vero Syri piſcibus abſtineant, variae feruntur eſſe cauſſae, de quibus egi ad fab. 197. Cum hoc Noſtri capite confer Ovid. II. Faſt. vs. 458. & ſeqq.

## Ad CAP. XXXI.

5 CETUS] *Coetos* Voſſ. prim. *Cete* ſec. forſan *Cetos.* Hyginus amat Graeca: deinde in Voſſianis hic legitur: *hoc dicitur ut a Neptuno ſit miſſum.*

6 DE

## XXXI. [5] *Cetus.*

De hoc dicitur, quod à Neptuno ſit miſſus, ut Andromedam interficeret, [6] de qua ante diximus; [7] ſed à Perſeo [8] ſit interfectus, propter inmanitatem corporis, [9] & per illius virtutem inter ſidera conlocatus.

## XXXII. *Eridanus.*

[10] Hunc alii Nilum, complures etiam Oceanum eſſe dixerunt. Qui autem Nilum volunt vocari, propter magnitudinem ejus & utilitatem, [11] aequiſſimum eſſe demonſtrant: praeterea quod infra eum quaedam ſtella ſit, clarius caeteris lucens, nomine [12] Canopos adpellata: Canopos autem inſula flumine abluitur Nilo.

XXXIII.

6 De qua ante] *Quam ante* Veneta. MUNCK. Cod. d'Orv. *quam.* Hemſt. *quod.*

7 Sed a Perseo] *Sed quod à Perſeo* Vlitt. 3. MUNCK. Ita & cod. d'Orv. *quod* abſque *ſed* Voſſiano ſec. & pro *interfectus* & *collocatus* utrique Voſſ. *interfectum* & *collocatum.*

8 Sit interfectus, propter] Si quid mutandum, mallem tranſpoſita legere, *interfectus, ſit propter.* SCHEFF.

9 Et per illius virtutem] Τὸ *per* non agnoſcunt MSS. Vlitiani. Veneta, & *illius virtute.* Quod probandum utique. MUNCK. Exſulat & ab Hemſt.

## Ad CAP. XXXII.

10 Hunc &c.] Voſſ. pr. *Alii Nilum volunt propter.*

11 Aequissimum esse] Eratoſth. cap. 37. Ἕτεροι δὲ φασιν δικαιότατον αὐτὸν εἶναι Νεῖλον. MUNCK.

12 Canopos] Eratoſthenes: Ὑπόκειται δὲ αὐτῷ καὶ ὁ καλούμενος ὑπὸ Κάνωβος, ὃς ἐγγίζει πηδαλίῳ Ἀργοῦς. Schol. German. *Subjacet ei ſtella, quae vocatur Canopus, ſive Ptolemaeon ſplendens, tangitque temonem navis.* Pro *Ptolemaeon* lege *Ptolemaeos* vel *Ptolemaeus.* Capella Lib. VIII. *Et ſtellam, quam quidam Canopum, quidam Ptolemaeum appellant, quae ſuperioribus inconſpicua in confinio Alexandriae incipit apparere, ut partem fluminis Eridani aeſtimabo.* Vitruvius lib. IX. cap. 7. *Stella Canopi, quae his regionibus eſt ignota.* Proclus in Sphaerâ de Canobo ſub finem: Οὗτος μὲν ὁ Κάνωβος μόλις θεωρητός ἐστιν, ἢ παυσελῆνος ἀφ' ὑψηλῶν τόπων ἐφαίνετο. ὁ δὲ Ἀλεξανδρείᾳ δὲ ἐστὶ παντελῶς ἀφανής. Immo ὑφανής. Sed iſta videntur aſſuta Proclo à malâ manu. MUNCK. Pro *alluitur.* Voſſ. ſec. *abluitur.* Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. vs. 11. poſtquam multa de Canobo Amyclaeo & urbe adnotavit, haec addidit de ſtella ὁ δὲ ὑπὸ Κανώβου ἐπείτε ὑπὸ κυβερνήτην τὴν ΑΣΤΗΡ, ἐκεῖ τῷ φωτὶ ὁμοῦ, ΚΑΝΩΒΟΣ ἐπωνόμασεν, ἀφανὴς μὲν τοῖς ὑπὸ τὴν Ἑλλάδικὴν κλίμακα, λάμπει δὲ ἧττον ἀρκτώδους φαίνων, ὡς ὑπὸ τὸ μεσημβρινὸν, πρίτην λέγουσιν ζώνην μέρος ἀπέχειν. Plutarch. de Iſide & Oſir. Tom. II. pag. 359. (Αἰγύπτιοι) τὸν δὲ τῆς σειριακοῦ ἀστέρος ὀνομάζουσιν Ὄσιριν, τὴν κυβερνήτην Κάνωβον, οὗ φασιν ἀόρατον γεγονέναι τὸν ἥλιον. Adde de hoc ſidere Grotium ad Imagines pag. 66. De inſula Canobo haec Herodotus lib. II. cap. 15. μίσγει Κερκασώρῳ πόλιος, καθ' ἣν χέεται Νεῖλος, ἐς τὸ Πηλούσιον ῥέων, καὶ ἐς ΚΑΝΩΒΟΝ. Vid. & cap. 17. cap. 113. Αἰγύπτιοι ἐς τὸ τῶν ΚΑΝΩΒΙΚΩΝ καλεόμενον στόμα τοῦ Νείλου. Plura ſi de Canobo ſcire deſideras, adi Cl. Arnaldi Obſ. ad AEſchyl. cap. XXXII.

## XXXIII. *Lepus.*

[1] Hic dicitur Orionis Canem fugere venantis. Nam cum, ut oportebat, eum venatorem finxissent, voluerunt etiam hoc significare aliqua de caussa; itaque leporem ad pedes ejus fugientem finxerunt: quem nonnulli [2] à Mercurio constitutum dixerunt, eique datum esse praeter caetera genera quadrupedum, ut alios pareret, alios haberet in ventre. Qui autem ab hac caussa dissentiunt, negant, tam nobilem & tam magnum venatorem, de quo & ante in Scorpionis signo diximus, oportere fingi leporem venari. [3] Callimachum quoque accusari, quod, cum Dianae scriberet laudes, eam leporum sanguine gaudere, & eos venari dixisset. Itaque Oriona cum Tauro decertantem fecerunt. Leporis autem hanc historiam memoriae [4] prodiderunt: Apud antiquos [5] in insula Lero nullum leporem fuisse, sed ex eorum civitate adolescentium quemdam, studio generis inductum, ab exteris finibus leporem foeminam praegnantem adtulisse, & [6] ad ejus partum diligentissime ministrasse. Itaque cum peperisset, [7] compluribus

## Ad CAP. XXXIII.

1 Hic dicitur] Eadem verba habes apud Schol. Germanici in Daſypode. MUNCK. *Ut oportebat* exſulant ab Hemſt.

2 A Mercurio c.] Theo ad Aratum pag. 40. κατασεισθῆναι δὲ αὐτὸν λέγεσιν ὑφ' Ἑρμοῦ διὰ τὴν ταχύτητα καὶ τὴν πολυγονίαν. μόνῳ γὰρ τούτῳ ἰδίαν κύησιν πλείονα, ἃ μὲν τίκτει, τὰ δὲ ἔχει ἐν τῇ κοιλίᾳ. De leporis hac foecunditate vide, quos laudat Gysb. Cuperus in Harpocrate pag. 63. pro *in ventre* Hemſt. *in ventrem.*

3 Callimachum quoque accusari] Peſſimè in Scholiaſte Germanici: *Callimachusque accuſat eum, quod* &c. Suſpicor ſcribendum in Hygino *accuſant* & apud Scholiaſten illum, *Callimachumque*, vel *Callimachum quoque accuſant, quod* &c. Tangitur verſus ſecundus Hymni in Dianam: Τῇ τόξα λαγωβολίαι τε μέλουσι). Perperam vertit Friſchlinus: *Cui tela & retia curae ſunt.* MUNCK. Inmerito accuſatur Callimachus; lepores enim Dianae fuere ſacri, ejuſque miniſtri. Pauſan. lib. III. cap. 22. pag. 268. dicit ab incolis urbis Boiarum Dianam eſſe vocatam Σώτειραν, quia monſtraverat hujus urbis condendae locum per leporem. Plura dabit Spanhemius.

4 Prodiderunt] Voſſ. ſec. *tradiderunt.*

5 In insula Lero] Plinius in Ithaca nullos lepores vivere ſcribit. MICYLL. Notat hic Micyllus, Plinium in Ithaca lepores nullos vivere ſcripſiſſe. Unde videtur pro *Lero* putaſſe *Ithacam ſubſtituendam.* Sanctandreana ſervat, & ſcribit, *in inſula Lero*, id quod vulgo quidem uſitatum. At apud noſtrum non ignotae iſtiusmodi ellipſes, de quibus egimus in indice. SCHEFF. Ita & Veneta. *In inſula Hiero* Scholiaſtae Germanici editiones antiquiores. Sed perperam, ut puto. Leri inſulae meminere praeter alios AElian. Hiſtor. Anim. lib. IV. cap. 12. & Strabo lib. XIV. Verum nihil illi de leporibus. De Carpatho tantum non idem, quod heic de Lero Hyginus, narrat Euſtath. ad Dionyſ. p. 71. MUNCK. De *Lero inſula* etiam Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 530. *in inſula Lero* Voſſ. pr. & d'Orv. ſed Voſſ. ſec. & Hemſt. *in inſulam Lero. τὸ ex* abeſt Voſſ. primo.

6 Ad ejus partum diligentissime ministrasse] An ſcribendum, *diligentiſſime ei miniſtraſſe.* SCHEFF. Τὸ *diligentiſſimè* non agnoſcunt 2. Vlitt. Invenit tamen in Hygino olim Schol. Germ. *Et ad ejus partum diligentiſſimè, quae opus eſſent, adminiſtravit.* MUNCK. Τὸ *diligentiſſime* abeſt Voſſ. primo, ceteri agnoſcunt.

7 Compluribus civitatis &c.] *Id compluribus* Schefferus. MUNCK.

8 Studium incidisse] Videtur deeſſe *id.* Scrib. *peperiſſet, id compluribus* &c. SCHEFF.

9 Cum ab hominibus nihil] Morelliſanus unus, *cum a Dominis.* SCHEFF. *A dominis* unus Vlitt.

bus ejus civitatis [8] ſtudium incidiſſe, & partim precio, partim beneficio mercatos, omnes lepores alere coepiſſe. Itaque non longo intervallo tantam multitudinem leporum procreatam, ut tota inſula ab his obcupata diceretur: quibus [9] cum ab hominibus nihil daretur, in ſemina eorum inpetu facto omnia comederunt. Quo facto incolae calamitate adfecti, cum fame forent obpreſſi, communi conſilio totius civitatis vix denique eos ex inſula abegiſſe dicuntur. [10] Itaque poſtea leporis figuram in aſtris conſtituiſſe; ut homines meminiſſent, nil eſſe tam exoptandum in vita, quin ex eo plus doloris, quam laetitiae capere poſterius cogerentur.

## XXXIV. [11] *Orion.*

Hunc Heſiodus Neptuni filium dicit, [12] ex Euryale Minois filia natum. Conceſſum autem ei, ut ſupra fluctus [13] curreret, ut in terra: quemadmodum Iphiclo [14] datum dicitur, ut ſupra ariſtas curreret, nec eas infringeret. [15] Ariſtomachus autem dicit, [16] quemdam Hyriea

Vlitt. & alter Morellianus. MUNCK. *A dominum* Voſſ. ſec. qui *cum* praefigit *ad incolae.*

10 ITAQUE POSTEA LEPORIS] *Itaque pro eo leporis* Vlitt. unus. Sed alterum adſtruit Schol. German. *Itaque poſtea leporis figuram aſtris contulerunt.* Lege, *in aſtris conſtituerunt* ex Hygino. MUNCK. Pro *itaque* d'Orv. *ita.*

## Ad CAP. XXXIV.

11 ORION] Hic & *Jugula* dictus eſt Latinis. Iſidor. Orig. lib. III. cap. 20. *Hunc Latini Jugulam vocant, quod ſit armatus, ut gladius, & ſtellarum luce terribilis atque clariſſimus.* Corruptus ergo idem Iſidor. de Naturâ rerum cap. 26. *Hic autem Orion gladius dictus eſt. Unde etiam eum Latini jugulum vocant, ſidus, ut videtur, armatum, & terrarum luce terribile.* Corrige, *Jugulam.* Corruptus etiam in hac voce Schol. German. pag. 84. ed. Sanct. *A finiſtris Orionis, qui & Incola.* Et pag. 124. *Orion, qui & Incola vocatur.* Emenda utrobique *Jugula.* MUNCK.

12 EX EURYALE] Ita & Eratoſthenes cap. 32. & Schol. Germanici. Perperam ergo Schol. Arati pag. 43. Βρύμας τ᾽ Μίνω. Perperam etiam Schol. Nicandri p. 3. ed. Soterianae, Ἡσίοδος δέ φησιν αὐτὸν ἐξ Ὑρίας τ᾽ Μίνω συνελθούσης εἶναι. MUNCK. Eadem jam obſervavit P. Leopardus lib. XIII. Emendat. cap. 22. Pherecydes etiam eum Neptuni & Euryales filium facit apud Apollodorum lib. I. pag. m. 15. qui & eum e terra natum credi docet. Τελαμώνες dictus eſt Orion a Nonno, quia trium Deorum filius fingebatur eſſe. Conſule Edw. Simſonii Chronic. A. M. 2598. & Serv. ad I. AEn. 535. Hic Orion dicitur ab AEgyptiis anima eſſe Ori in ſidera relata, ac fulgens. Vid. Plut. in Iſide & Oſir. Tom. II. pag. 357.

13 CURRERET, UT IN TERRA] Recte ſic Sanctandr. Maluerat Modius: *ut ſupra fluctus curreret, quemadmodum in terra Iphiclo datum dicitur.* Sed alterum rectius videtur. SCHEFF.

14 DATUM] Abeſt Hemſt.

15 ARISTONICUS] *Ariſtomachus.* MICYLL. Micyllus habet, *Ariſtomachus*, quod receperunt in textum editionis Sanctandr. Notat Voſſius, Ariſtomachi vocabulum reperiri etiam in Aldina & Morelli editione. Quia tamen idem Ariſtonicum Tarentium oſtendit laudari Photio & Ptolomaeo, & ex hoc affert fabulam de Hydra, quacum Hercules certavit, ſtatuo, nil eſſe mutandum. SCHEFF. *Ariſtomachum* eum ſcriptorem appellat quoque Germanici Interpres: ſtabiliuntque eam lectionem 3. ex codicibus Vlitianis. Malè ergo *Ariſtonicus* alii. MUNCK. *Ariſtonicus* legendum. conſule P. Leopardi lib. XIII. Emendat. cap. 22. qui egregie de hoc Hygini capite toto meritus eſt.

16 QUENDAM HYRIEA] Ita non dubitavi reponere pro *Erythrea*, quod Veneta, Soterianâ, Morell. & Schol. German. exhibent. MSS. Vlitt.

riea fuiſſe Thebis, [1] Pindarus autem in inſula Chio. Hunc autem cum Jovem & Mercurium hoſpitio recepiſſet, petiſſe ab his, ut ſibi aliquid liberorum naſceretur. Itaque quo facilius petitum inpetraret, bovem inmolaſſe, & his pro epulis adpoſuiſſe: quod cum feciſſet, popoſciſſe Jovem & Mercurium, quod corium de bove [2] fuiſſet detractum, & quod fecerant urinae in corium infudiſſe, & id ſub terra poni juſſiſſe: ex quo poſtea natum puerum, quem Hyrieus [3] è facto Uriona nomine adpellaret: ſed vetuſtate & conſuetudine factum eſt, ut Orion vocaretur. Hic dicitur Thebis Chium veniſſe, & OEnopionis filiam [4] Meropen per vinum cupiditate incenſus compreſſiſſe: pro quo facto ab OEnopione excaecatus, & de inſula ejectus, exiſtimatur Lemnum ad Vulcanum perveniſſe, & ab eo quemdam ducem [5] Cedaliona nomine adcepiſſe: quem collo ferens ad Solem veniſſe, & ab eo ſanatus, ut ſe ulciſceretur, Chium revertiſſe: OEnopiona autem à civibus ſub terra cuſtoditum eſſe. Quem poſtquam ſe invenire poſſe deſperaret Orion, in inſulam Cretam peryeniſſe, [6] & ibi venari coepiſſe cum Diana, & ei polliceri [7] quae ſupra diximus, & ita ad ſidera perveniſſe. Nonnulli autem ajunt, Oriona cum OEnopione prope nimia conjunctum amicitia vixiſſe: & quod ei voluerit ſuum ſtudium in venando probare, Dianae quoque pollicitum, quae ſupra dixi-

Vlitt. *Cbatrea* vel *Caterea* habebant. Quod propius accedit ad veram ſcripturam, ut & *Hyrea* Mycilli. Vide not. ad Hygin. Mythol. cap. 195. & Strabon. Lib. IX. MUNCK. Voſſ. prim. & Hemſt. *Catrea*; tert. *Catherea*. d'Orv. *Cratbea*. Sed *Hyrea* ſive *Hyriea* legendum hic eſſe jam vidit P. Leopardus lib. XIII. Emendat. cap. 22. Hyginus dicit *quemdam Hyriea*, a Schol. vero Homeri Iliad. Σ. vs. 486. dicitur Ὑριεὺς ὁ Ποσειδῶνος καὶ Ἀλκυόνης μιᾶς τῶν Ἀτλαντίδων θυγατέρων. qui plura de hac fabula refert: ut & a Palaephato de Incredibilib. cap. 5. Hujus regnum fuit Hyria, & Orionis patria Straboni lib. IX. pag. 620. & unde apud Plutarch. περὶ φυγῆς. p. 602. D. legendum pro τῆς Θυρίας, quod Orionis habitaculum vocat, τῆς Ὑριάς.

1 PINDARUS] In Dithyrambis, ut eſt apud Strabonem. MUNCK.

2 FUISSET DETRACTUM] *Foret* MSS. 3. MUNCK. *Foret* Voſſ. prim. & tert. pro *ſubponi* Voſſ. tert. *ſubponi terrae* recte. Hemſt. *poni ſub terram*. Mox pro *deſperaret* Voſſ. tert. *deſperaverit*.

3 È FACTO URIONA &c.] Quod ſic genitus eſſet. Ovid. v. Faſt. 535. *Hunc Hyrieus, quia ſic genitus vocat Uriona; Perdidit antiquum littera prima ſonum.* MUNCK. Pro *vetuſtate* Voſſ. prim. & tert. *venuſtate*. pro *incenſus* Voſſ. tert. *infenſus*.

4 MEROPEN] Ita & omnium antiquiſſima Veneta, & Schol. German. Malè ergo *Μίερλο* eam vocat Theo ad Aratum, *Αἰρὼ* Parthenius, *Ἀρόπην* Nicandri Interpres. MUNCK. Conſule Apollodor. lib. 1. p. 15. & P. Leopard. l. l. De *OEnopione* dixi ad fab. 129.

5 CEDALIONEM] Voſſ. prim. *Cedaliona*. *Celedoniam* Voſſ. tert. *Cydaliona* vocat Theo ad Aratum pag. m. 38. *Endaliona* vocat Eratoſthenes cap. 32. Non poſſum non addere, quae codici MSS. Scholiaſtae Caeſaris Germanici, quem Cl. Oudendorpius ipſe cum edit. contulit, literatus orbis debet, *ipſe cum Lemnum veniſſet Vulcani auxilio uſus eſt, qui dedit ei caballum, qui eum ferret. Qui cum ad ortum ſolis veniſſet.* In genere eum *παῖδα* vocat Apollodorus lib. 1. pag. 15.

6 ET IBI VEN. &c.] Uſque ad *nonnulli* deſunt Voſſ. primo. *τὸ cum* ante *voluerit* abeſt Hemſt.

7 QUAE SUPRA DIXIMUS] Cap. 26. ubi de ſcorpio erat ſermo. SCHEFF. Cap. 26. *Se omnia, quae è terrâ oriuntur, interficere valere.* Schol. German. *Cum in Celinio venaretur, Diana*

nam

diximus, & ita interfectum. Alii dicunt cum Callimacho, cum Dianae vim voluerit adferre, ab ea ſagittis eſſe confixum, & ad ſidera propter venandi conſimile ſtudium [8] deformatum. [9] Iſter autem dicit, Oriona à Diana eſſe dilectum, & pene factum, ut ei nupſiſſe exiſtimaretur. Quod cum Apollo [10] aegre ferret, & ſaepe [11] eam objurgans nihil egiſſet, natantis Orionis longe caput ſolum videri conſpicatus, contendit cum Diana, eam non poſſe ſagittam mittere ad id, quod nigrum in mari videretur. Quae cum ſe vellet in eo ſtudio maxime artificem dici, ſagitta miſſa caput Orionis trajecit. Itaque eum cum fluctus interfectum ad litus ejeciſſet, & ſe eum Diana percuſſiſſe plurimum doleret, multis ejus obitum proſecuta lacrimis, inter ſidera ſtatuiſſe exiſtimatur. Sed quae poſt mortem ejus Diana fecerit, [12] in ejus hiſtoriis dicemus.

## XXXV. *Canis.*

Hic dicitur ab Jove cuſtos Europae adpoſitus eſſe, & ad Minoa perveniſſe: quem Procris Cephali uxor laborantem dicitur ſanaſſe, & pro eo beneficio Canem [13] munere adcepiſſe, quod illa ſtudioſa fuerit venationis: & quod Cani fuerat datum, ne ulla fera praeterire eum

*nam irridens, contemnebat ejus opera, quae in monte conſtituebat. Itaque Dianam miſiſſe ſcorpionem dicitur, qui Orionem vitâ privaret.* Idem in Scorpio: *Nigidius autem dicit, Scorpionem ad perniciem Orionis in inſulâ Cöio in Chelippio ortum, voluntate atque ope Dianae. Nam cum in monte Celſionio venaretur, irridens Dianam* &c. Pro *Celinio*, *Cöilippio*, *Celſionio* videtur reponendum *Colone* ex Eratoſth. cap. 7. Τῶνδε φασιν ἐκόντων Ἀγρεὺς ἀναδεῦναι τ' Κολώνης τ' Χἠ πάτα. MUNCK.

* 8 DEFORMATUM] Abeſt Voſſ. primo. *Deformarunt* Voſſ. tert.

9 ISTER AUTEM DICIT] *Hiſtrius* Veu. & MSS. 3. ex Vlitianis. Scribe *Iſtrus* tum heic, tum cap. 35. Uſus eſt terminatione Graecâ, ut in *Periandrus*, *Maeandrus*, *Euandrus*, aliiſque. MUNCK. *Hiſtrius* Voſſ. prim. tert. Hemſt. & d'Orv. Micyll. cap. ſequ. *Iſter* reponit.

10 AEGRE FERRET] Voſſ. tert. *haec reſciret.* Superſcriptum *hoc referret.*

11 EAM OBJURGANS HOC FECISSE NIHIL EGISSET] Deeſſe *nihil proficeret* vel ſimile videtur. MICYLL. Sanctand. *eam objurgans nihil egiſſet.* Mihi omnia videntur apta & proba in ſcriptura veteri, ſi modo deleatur &, quod videtur factum ex ſyllaba poſtrema vocis praecedentis. *Quod Apollo cum aegre ferret, ſaepe eam objurgans, hoc feciſſe*, ſupple ex ſuperioribus, *dicit* Iſter. Porro illud *hoc* reſpicit ſequentia: *Natantis Orionis* &c. Id enim fecit Apollo. SCHEFF. *Nihil egiſſet* MSS. 2. Vlitt. Elegans loquendi formula *nihil agere.* Euphorbus in tumulo Ciceronis: *Nil agis, Antoni: ſcripta diſerta manent.* Vell. II. 6. *Nihil tamen egiſti, M. Antoni.* Quint. Declam. XII. *Nihil agis afferendo frumentum, ſi poſt illum diem veneris.* MUNK. Pro *conſpicatus* d'Orv. *conſpicatur*: τὸ *mittere* abeſt Voſſ. primo. pro *dici* Voſſ. prim. & tert. & d'Orv. *videri.* pro *Diana* Voſſ. tert. *obitum.*

12 IN EJUS HISTORIIS DICEMUS] Quaenam iſtae hiſtoriae? An intelligit fabulas? Sed nil huc pertinens in eis reperitur, & *dicemus* ad futurum pertinet. At fabulas jam ante compoſuerat. An peculiare quidpiam de Diana ſcribere propoſuerat? SCHEFF.

## Ad CAP. XXXV.

13 MUNERE ACCEPISSE] Ovid. a Diana accepiſſe ait. MICYLL. Malim, *muneri*, ut cap. 5. *Muneri accepiſſe à Veneris & Horis.* quanquam ibi

eum poſſet. Poſt ejus obitum Canis ad Cephalum pervenit, quod Procris ejus fuerat uxor: quem ille ſecum ducens Thebas pervenit, ubi erat vulpes, cui datum dicebatur, [1] ut omnes Canes effugere poſſet. Itaque [2] cum in unum perveniſſent, Jupiter neſcius, quid faceret, ut Iſter ait, utroſque in lapides convertit. Nonnulli hunc Canem Orionis eſſe dixerunt, & quod ſtudioſus fuerit venandi, cum eo Canem quoque inter aſtra conlocatum. Alii autem [3] Icarii Canem eſſe dixerunt, de quo ante [4] diximus: quae multa propoſita ſuos habent auctores. Sed Canis habet in lingua ſtellam unam, [5] quae ipſa Canis adpellatur: in capite autem alteram, quam Iſis ſuo nomine ſtatuiſſe exiſtimatur, [6] & Sirion adpellaſſe propter flammae candorem: quod ejuſmodi ſit, ut praeter caeteras lucere videatur. Itaque [7] quo magis eam cognoſcerent, Sirion adpellaſſe.

## XXXVII.

ibi Anonymi codex, *pro munere accepiſſe.* Poſſis dicere heic ſubaudiri praepoſitionem, quam addit German. Scholiaſtes, *Procridi in munere datam.* Et poſt paulo: *Et in munere utrem plenum vino tribuit.* Fabulam vide apud Anton. Liberal. cap. 41. MUNCK. De re Vid. P. Leopard. lib. VII. cap. 24. pro *quem* cod. d'Orv. *qua.* Omnes mei agnoſcunt *munere*, ut & cap. 5. pro *ubi* Hemſt. *ibi.*

1 UT OMNES C. E. POSSET] Voſſ. pr. ut Micyllus & Schefferus ediderunt *omnes c. e. poſſe.* rectiſſime. Conſule Celeb. P. Burm. ad Phaedri lib. IV. fab. 25. vs. 27. & in Obſ. Miſc. Vol. IV. Tom. III. pag. 391.

2 CUM IN UNUM PERVENISSENT] Ἐπὶ τὸ αὐτό. Salluſt. Jugurth. cap. 11. *Reguli in unum convenerunt.* Cap. 50. *Neque in unum ſeſe recipiebant.* Cap. 98. *In unum contrahit.* Vetus Interpres Matth. XXII. 34. *Convenerunt in unum.* Luc. cap. XVII. 35. *Duae erunt mulieres in unum.* MUNCK. Conſule Gronovium ad Livii lib. XXVIII. cap. 3. Cort. ad Salluſt. B. Cat. cap. XVII. §. 2. Burm. in Var. Lect. Servii ad Virgil. II. Georgic. 382. Caeſar addere ſolet *locum.* Vid. Oudendorp. ad lib. II. B. G. cap. 5.

3 ICARII CANEM] Ut Lucianus in Dialogo, Deorum Eccleſia. MICYLL. *Icari* Veneta & Schol. German. Vide not. ad cap. 4. & Lucian. in Θεῶν Ἐκκλησίᾳ. MUNCK. *In lapides* abſunt Hemſt.

4 DIXIMUS, QUAE MULTA] Sunt haec turbata, & hoc modo conſtituenda & diſtinguenda, *diximus multa, quae propoſita*, &c. SCHEFF. Schefferus, *multa, quae propoſita.* MUNCK.

5 QUAE IPSA CANIS] Mallem, *quae & ipſa canis* &c. Schol. Germ. *Habet autem ſtellas, in capite unam, quae Iſidis dicitur, claram, in lingua unam, quam Sirium vel canem vocant.* Etiam Eratoſthenes, contra quam Hyginus facit, à Sirio Iſidem diſtinguit. Adi ipſum cap. 33. In ore ſive linguâ canis Sirius, in capite Iſis eſt. Geminus p. 48. *Stella vero ſplendida, quae eſt in ore canis majoris, quaeque videtur incrementum aeſtivum efficere, eodem nomine cum toto ſigno canis appellatur.* MUNCK. Pro *ſtellam* Hemſt. *ſtella.*

6 ET SIRION APPELLASSE] Schol. Arati pag. 44. ed. Lond. Σείριος καλεῖται, παρ' ὅτον σίσηρον αὐτῷ τὸ φῶς, γάρ ἐστι πεφυκὸς ἐκ δὲ παλαιῶν τὸ λαμπρὸν Σείριον. Conſer Etymol. magnum in Σειρίου, & Voſſii in *Sirius.* Aratus: Ὀξὺν σειρήν. καί μιν καλέουσ' ἄνθρωποι Σείριον. MUNCK. Pro *in lingua* Voſſ. pr. *in linguam.* De *Sirio* Schol. Euripidis in Hecuba vs. 1088. pag. 98. in Iphig. Aulide vs. 7. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 222. Tzetzes ad Lycophron. vs. 397. Serv. ad X. AEn. 273. Lact. ad Statii I. Theb. 635. ad IV. Theb. 777. & H. Junius lib. I. Animadv. cap. 5.

7 QUO MAGIS EAM COGNOSCERENT] Hyginum ante oculos habuit Iſidorus Etym. lib. III. *Canis autem vocatur propterea quod corpora morbo afficiat: ſive propter flammae candorem, quod ejuſmodi ſit, ut prae caeteris lucere videatur. Itaque*

quo

## XXXVI. *Procyon.*

Hic ante majorem Canem exoriri videtur, ſed à nonnullis Orionis eſſe exiſtimatur. hac etiam de cauſſa [8] Procyon eſt adpellatus, ſed iiſdem omnibus hiſtoriis, [9] quibus ſuperior Canis, adnumeratur.

## XXXVII. *Argo.*

Hanc nonnulli propter celeritatem dixerunt Argo graece adpellatam: alii, quod [10] Argus ejus fuerit inventor. Hanc autem [11] primam in mari fuiſſe complures dixerunt: & hac re maxime ſtellis eſſe figuratam. Hanc navim factam Pindarus ait in Magneſia oppido, cui Demetrias eſt nomen. Callimachus autem in iiſdem finibus ad [12] Apollinis Actii templum, quod Argonautae proficiſcentes ſtatuiſſe exiſtimantur in eo loco, qui Pagaſae vocatur, ideo quod navis Argo ibi pri-

*quo magis eam cognoſcerent Sirion appellaſſe.* Germ. Schol. *Sirium autem ſtellam vocatum putant propter flammae candorem.* MUNCK. Pro *Sirion* Voſſ. duo & d'Orv. *Siriona.*

## Ad CAP. XXXVI.

8 PROCYON] *Anticanis* Scholiaſtae Germanici eſt. Sed rectius *antecanis* Plinio & Ciceroni, ut *anteſcholanus* ἀντίσχολος Petronio. Appellatur autem eo nomine vel totum ſignum canis minoris, vel ſtella ſplendida, quae eſt in cane minore. Vide Eratoſth. cap. 42. Geminum pag. 48. Theon. in Aratum p. 56. ed. Lond. *Minuſculus canis* eſt Vitruvio lib. IX. cap. 7. *Canicula* Hygino ſupr. cap. 4. Sed perperam, ſi audias Scaligerum ad Manil. p. 405. Peccat etiam Capella *caniculam* appellans canem majorem lib. VIII. Verba ejus adduximus infr. ad cap. 12. lib. IV. Nec melius rem geſſit Schol. Horat. ad Lib. I. od. 17. Caniculae. *Sirii ſtellae in ore caniculae afferentis nimios calores.* MUNCK.

9 QUIBUS SUPERIOR CANIS ANNUMERATUR] Mallem *enumeratur. Nam canis annumeratur hiſtoriis*, vix idonee dicitur. At *enumeratur* hoc modo uſurpat & Cicero. Virgilius IV.

——— *Ego te, quae plurima fando*
*Enumerare potes, nunquam regina negabo*

SICHEFF. *Enumeratur* mallet Schefferus. MUNCK. *Sed idem omnibus hiſtoriis, quibus ſup. canis adnumeratur* d'Orvill. cod. cujus ſcripturam me ſequi hic moneo.

## Ad CAP. XXXVII.

10 ARGUS EJUS INVENTOR] Poſis Magneſius Glaucum Argus fabrum fuiſſe dicit apud Athenaeum lib. VII. cap. 12.

11 PRIMAM IN MARI FUISSE] Vide Eratoſth. cap. 35. & Schol. German. quaeque annotavi ad Hygin. Mythol. cap. 14. MUNCK. Haec magis eſſent veriſimilia, neque neceſſe eſſet, ut de navi longa intelligeremus, ſi crederemus AEgyptiis de navi Argo haec adnotantibus apud Plutarch. in Iſide & Oſir. Tom. II. pag. 359. Καὶ τὸ πλοῖον, ὃ καλοῦσιν Ἕλληνες Ἀργώ, τὸ Ὀσίριδος πῶς οὐδὲν ἐπὶ τιμῇ κατηγισμένον.

12 APOLLINIS ACTII] Apud Apollon. Rhod. lib. I. vs. 359. ſic Jaſon:

Τείνας δ' ἐν χθὶ βωμὸν ἐπάκτιον ἱμβασίοισι
Θείομεν Ἀπόλλωνος, ὅ μοι χρείων ὑποθήκῃ
Σημαίνειν δείξειν τε πόρους ἁλός, ἤχι θυηλὰς
Οὔ τιν' ἐξέχραμεν ἀιθλεύων βασιλῆϊ.

Et vs. 403.

Νήσου αὐτόθι βωμὸν ἐπακτίου Ἀπόλλωνος,
Ἀκτίου ἱμβασίοιο τ' ἐπώνυμον.

primum compacta dicitur, quod est Graece [1] παγᾶσαι. Homerus hunc eumdem locum in Thessaliae finibus esse demonstrat. AEschylus autem, ut nonnulli ajunt, [2] à Minerva quamdam materiam loquentem [3] eodem esse conjunctam. Sed hujus non tota effigies inter astra videtur: [4] divisa enim est à puppi usque ad malum: significans, ne homines fractis navibus pertimescerent.

## XXXVIII. *Centaurus.*

Hic dicitur nomine Chiron Saturni & Philyrae filius esse, qui non modo caeteros Centauros, sed homines quoque justitia superasse, [5] AEsculapium & Achillem nutrisse, existimatur: pietate igitur & diligentia effecit, ut inter astra numeraretur Apud hunc Hercules cum [6] diverteretur, & simul cum Chirone sedens sagittas considera-ret,

Pergit Jason vs. 411.

Κλῦθι ἄναξ ΠΑΓΑΣΑ'Σ τε πόλιν τ' Αἰσωνίδα ναίων,
Ἡμιτέρειο τοκῆος ἐπάκτιμος.

Huic Deo Argonautae sacra quoque fecisse dicuntur, postquam Phaeacum terram, Cercyram, haud procul ab Actio sitam, adtigerunt, ab Orpheo in Argonaut. vs. 1296. Consule Jac. Nic. Loënsem lib. III. Epiphyll. cap. 15. qui pluribus de Apolline Actio agit. ut & Misc. Obs. Vol. VI. Tom. III. pag. 501. Num. 12.

1 ΠΑΓΑ'ΣΑΙ] Doricum hoc dicas pro παγῆσαι. Sed quid est παγῆσαι? Forte, παγῆναι. Tzetzes in Scutum Hesiodi pag. 194. ed. Heins. Πάγασ⊖ πόλις τ' Θετ⊖αλίας, τόπ⊖ εὐημασμέν⊖ παρὰ τὸ ἐκεῖ πεπῆχθαι Ἀργώ. Puto excidisse aliquid. Lego, Παγασαὶ τόπ⊖ &c. Nam Παγασαὶ ἐπώνυμοι φερῶν est Straboni Lib. IX. Sic dictum ἀπὸ ναυπηγίας τ' Ἀργοῦς. *Pagasa* autem Plinio Lib. IV. 8. oppidum est Demetrias postea dictum. Verum an & Magnesia idem olim nomen habuerit, quod heic ait Hyginus, ignoro. Hoc scio Argos vocatum ab aliis illud oppidum, ubi fabricata illa heroum navis sit, & inde Argo dictam. Vide Etym. magnum in voce Ἀργώ. & Eustath. in Homer. Iliad. p. 247. ed. Bas. MUNCK. De loco, quo haec navis aedificata fertur, consule Lact. ad Statii III. Theb. 518. ad v. Theb. 335. & ad I. Achill. vs. 156.

2 A MIN. QUAMD. M. LOQU.] Consule Philostrat. lib. II. Iconum cap. 15. Orphei Argonaut. vs. 265. Apollodor. lib. I. pag. m. 53, 65. Callistrati Statuam 10. & Meziriac. ad Ovidii VI. Ep. Heroid. p. 83. An humanam vocem habuerit Argo, disquirit Schottus in Obs. Human. II. 10. ut me docuit Celeb. P. Burm. ad Val. Flacc. I. 2. & vide, qui fabulam ex Lingua Orientis explicat, S. Bochartum lib. II. Geogr. S. cap. II. pag. 739, 740.

3 EODEM ESSE CONJUNCTAM] Suspicor, scripsisse nostrum *eadem esse conjunctam*, ut referatur ad *navem*, & sit, velut *junctam cum ea* positum. Nisi fors putamus *eodem* positum antique, *pro eidem*, cum praesertim tale quid occurrat & alibi. SCHEFF.

4 DIVISA EN. EST A P.] Vide Theon. ad Aratum pag. 40, 41. & Eratosthen. cap. 35.

## Ad CAP. XXXVIII.

5 AESCULAPIUM ET ACHILLEM] Modius ex membranis suis legit, *AEsculapiumque*. SCHEFF. AEsculapium canino lacte nutritum, & Chironi traditum Medicinam didicisse e Lactantio de Falsi Relig. docet Burm. ad Ovid. II. Met. 599. Vide Pind. O. Pyth. III. vs. 80. Plures Chironem hunc habuisse discipulos, quos artem militarem, Medicam, Musicam, Justitiam docuit, ut praeter AEsculapium, Telamonem, Peleum, Thesеum, Cocytum, discimus e Philostrato cap. IX. Heroicon. & Ptol. Hephaestionis lib. I. apud Photium pag. 471. nec non hunc Achillem, (vid. Pausan. lib. III. cap. 18. pag. 255.) qui infans recens natus Chironi traditus, & leonum, ursorum, aprorum hinnulorumque medul-

ret, fertur una earum dicidiſſe ſupra pedem Chironis, & ita eum interfeciſſe. Alii autem dicunt, Centaurum miratum, quod tam [7] brevibus ſagittis tam magna corpora Centaurorum interfecerit, ipſum contendere arcum conatum: itaque ex ejus manu ſagittam prolapſam in pedem ejus incidiſſe: pro qua re Jupiter ejus miſertus, inter ſidera eum conſtituit [8] cum hoſtia, quam ſupra aram tenens inmolare videtur. Hunc alii [9] Pholon eſſe Centaurum dixerunt, [10] eum, qui aruſpicio praeter caeteros plurimum valuiſſet: itaque ad Aram cum hoſtia venire Jovis voluntate figuratum.

## XXXIX. [11] *Ara.*

In hac primum dii exiſtimantur ſacra & conjurationem feciſſe, cum Titanas obpugnare conarentur: eam autem Cyclopas feciſſe. Ab ea con-

medullis nutritus fuiſſe dicitur. Videndi Plutarchus lib. IV. Sympoſ. cap. 1. Philoſtratus cap. XIX. §. 2. Heroicon. & 11. Iconum cap. 2. Schol. Homeri Iliad. Π. 36. Columna ad Ennii Fragm. ex Achill. pag. 218. & Meziriac. ad Ovidii Epiſt. III. Herold. pag. 222. Ab uxore vero Chironis Chariclo, & matre ejuſdem Philyra nutritum eſſe Achillem docet Schol. Apoll. Rhod. IV. Arg. 813. Idem Schol. ad lib. I. vs. 558. iſta de Achille non ab Homero, ſed ab iis, qui poſt Homerum ſcripſerunt, memorata fuiſſe adnotat. Homerus tamen Iliad. Λ. 830. Achillem a Chirone artem Medicam doctum eſſe ſcribit, & Theo ad Aratum pag. 48. adnotat *ὁ δὲ Χείρων τὸ ἀσπλαῆ καθιερώσας δικαιοσύνῃ συνέζη καὶ παιδεύσας* ΑΣΚΛΗΠΙΟΝ *τὸν υἱὸν Ἀπόλλωνος καὶ* ΑΧΙΛΛΕΑ *τὸν Πηλέως τὸν ἰατρικὸν, καὶ* ΙΑΣΩΝΑ, *παρὸς τιμὴν κατηγερθῆναι.*

6 Diverteretur] Voſſ. ſec. *diverteret.* lege *deverteret.*

7 Brevibus sagittis] H. e. parvis. Sic infr. cap. 42. *Sed haec eſt brevis & clara.* Confer annot. ad Fulg. de Priſc. Serm. in voce TUTULI. MUNCK.

8 Cum hostia] *Pantheram* Capella appellat Lib. VIII. *Beſtiam* θηρίων Vitruvius Lib. IX. Schol. German. *Quidam arbitrantur tenere in ſiniſtrâ manu urna & leporem, in dextra vero beſtiolam, quae θηρίον appellatur; & βύρσαν, id eſt, utrem vini plenum, in quo libabat diis in ſacrario.* Non convenit ei per omnia cum Eratoſthene cap. 40. MUNCK.

9 Pholon esse Cent.] Conſule Apollodor. lib. II. pag. 115. Serv. ad VIII. AEn. 294. & Lact. ad Statii II. Achill. vs. 41.

10 Eumque - - valere] Al. *Eunque - - valuiſſe.* MICYLL. Sanctand. *eum, qui aruſpicio.* Non habet *valuiſſet.* Utrumque probo, ſed & pro *valuiſſet* mallem, *valeret.* Quanquam *valuiſſe* in quibuſdam libris legi teſtetur Micyllus, quocum illud *eumque* poteſt ſtare. SCHEFF. *Eum qui* Voſſ. ſec. & d'Orv. iidemque *valuiſſet.*

## Ad CAP. XXXIX.

11 Ara] *Nectar* Eratoſtheni eſt cap. 39. *Sacrarium* Schol. German. Θυμιατήριον Proclo, Θυτήριον Arato & Theoni p. 52. *Thuribulum* Germanico; nimirum quia Θυτήριον λιβανωτοῦ ὁμοιότητι, ut ait Theo. Capella in Catalogo ſignorum auſtrinorum, *caelulum, ara* &c. Gloſſa interlinearis interpretatur, *caelulum thuribulum à caelando.* Atqui ara & thuribulum idem eſt ſignum. *Coelulum* eſt νοτιόκρα, corona auſtrina. Vide annot. ſuperius ad cap. 27. Aſtron. Manil. Lib. I. *Ipſius hic mundi templum eſt, victrixque ſolutis Ara nitet ſacris* &c. Germanici Scholiaſten illuſtrat, quod ait Chryſologus Sermon. 87. *Inter ſacraria nativitas ſacra procuratur.* I. e. inter aras. Sacellum aliis eſt. Nepos Themiſt. cap. 8. *Cum eâ ſe in ſacrarium, quod ſummâ colebatur cerimoniâ, ſe conjecit.* Quid propriè *ſacrarium* ſit, docet Servius ad AEn. XII. 199. *Sacrarium*, inquit, *propriè locus eſt in templo, in quo ſacra reponuntur; ſicut donarium eſt, ubi collocantur oblata.* Sed in Gloſſ. Philox. *ſacrarium*, ναϊσκάριον. Quo ſenſu Ambroſius Hexaëm. lib. III. cap. 1. *Templum illud ſacrarium Trinitatis.* MUNCK.

consuetudine homines dicuntur instituisse sibi, ut, cum aliquam rem efficere cogitarent, [1] prius sacrificarent, quam agere incepissent.

## XL. *Hydra.*

[2] In qua Corvus insidere, & Crater positus existimatur, de qua hanc habemus memoriae proditam caussam: Corvus Apollinis tutela usus, eo sacrificante, missus [3] ad fontem aquam puram petitum, [4] vidit arbores complures ficorum inmaturas: eas exspectans, dum matureſcerent, in arbore quadam earum consedit. Itaque post aliquot dies coctis ficis, & à Corvo compluribus earum comesis, exspectans Apollo Corvum, vidit eum [5] cum Cratere pleno volare festinantem. [6] Pro quo admisso ejus dicitur, quod diu moratus sit, Apollinem, qui coactus mora Corvi alia aqua est usus, hac ignominia eum adfeciſſe, ut quamdiu fici coquerentur, Corvus bibere non possit, ideo [7] quod guttur habeat pertusum illis diebus. Itaque cum vellet significare sitim Corvi, inter sidera constituit Cratera, & subposuit Hydram, quae Corvum sitientem moraretur: videtur enim rostro

1 PRIUS SACRIFIC.] Theo ad Aratum pag. 46. Τὸ δὲ ΘΥΤΗΡΙΟΝ λεβανωτὸν ὁμοιόν ἐστιν, ᾧ φασι τοὺς θεοὺς χρίσασθαι, ὅτε τοὺς Τιτᾶνας κατηγωνίσαντο. Ἐρατοσθένης δέ φησι (cap. 39.) τοῦτο τὸ Συντήριον εἶναι, ὃν ᾧ τὸ πρῶτον οἱ θεοὶ συνωμοσίαν ἐποιήσαντο, ὅτε ἐπὶ τοὺς Τιτᾶνας ἐστρατεύσαν ὁ Ζεὺς, Κυκλώπων καθοπλισάντων, ἔχει ἐπὶ δ' πυθὸς κάλυμμα, ὅσους μὴ ἴδωσι τὴν δ' κεφαλὴν δύναμιν. ἐπιτυχόντες δὲ τῇ πρώτῃ ἵδρυσαν ἐκ τοῦ ἀφανοῦς τὸ αὐτὸ καθοπλισμα, ὃ ἐκ τῆς τὰ συμπόσια φέρουσιν οἱ κοινωνοῦντες βωλόμενοι, ἢ αὐτὸς αἰτήσαντος ἐν τοῖς ἀγῶσι, ἐκ τῆς ὁμοίων δίδοται βωλομένοις, ὡς δικαιοῦται πᾶσιν τιμᾶσι, ἐκ τῇ χειρὶ ἐφάπτονται δεξιοῦσι δίκαιοσύνης μαρτύριον τὸ πῦρ. ὁμοίως δὲ ἐκ οἱ μάλιστα ποιῶσι.

## Ad CAP. XL.

2 IN HAC CORVUS INSIDERE POSITUS] Sanctandr. ex Modiano auctius: *In qua corvus insidere & crater positus existimatur.* Ego nisi libri probatioris accesserit auctoritas, non accipio. *Insidere* puto pro *sedere* positum. Ordo *corvus positus existimatur sedere in hac hydra.* Dicas, sequitur tamen de cratere. Repono, sequi & de serpente, cujus ipsius etiam hic facienda mentio fuisset, si haec ratio valeret. SCHEFF.

3 AD FONTEM] *A fonte* Veneta cum aliis antiquioribus. Sed alteram lectionem non unus tantum ex MSS. Vlitii, sed & German. Schol. adstruit: *Missus*, inquit, *ad fontem, ut diis ad libandum aquam deferret.* MUNCK. *Ad fontem* Voss. sec. & d'Orv. Consule Theon. ad Aratum pag. 49. Τὸ *post* ante *aliquot dies* abest Hemsterhusiano, nec male.

4 VIDIT ARBORES COMPLURES FICORUM IMMATURAS] Illud *arbores* suspectum mihi, quippe quod ex versu sequenti huc perlatum videatur. Certe *arbores immaturas* nemo dixerit. Vide tamen nostram suspicionem in Indice. SCHEFF. *Arbores grossos ficus habentes* appellat Schol. German. De grossis vide lib. 1. Charis. Virus Interpres Cantic. Salom. cap. 11. 13. *Ficus protulit grossos suos.* Cato R. R. cap. 93. *Fici uti grossos teneant.* &c. MUNCK. Ovid. 11. Fast. 253.

*Stabat adhuc duris ficus denſiſſima pomis*
*Tentat eam roſtro: non erat apta legi.*
*Immemor imperii ſediſſe ſub arbore fertur,*
*Dum fierent tarda dulcia poma mora.*

Deinde addit.

*At tibi, dum lactens haerebit in arbore ficus*
*De nullo gelidae fonte bibantur aquae.*

5 CUM CRAT. PL.] Ovid. 11. Fastor. addit corvus.

roſtro caudam ejus extremam verberare, [8] ut tamquam ſinat, ſe ad Crateram tranſire. [9] Iſter autem & complures dixerunt, Coronida Phlegyae filiam fuiſſe: hanc autem ex Apolline AEſculapium procreaſſe, ſed poſtea Iſchyn Elati filium cum ea concubuiſſe. Quod cum [10] videret Corvus, Apollini nunciaſſe: qui cum fuerit antea candidus, pro incommodo nuncio eum nigrum feciſſe, & Iſchyn ſagittis confixiſſe. De Cratera autem hanc hiſtoriam Philarchus ſcribit: In Cherſoneſo, quae confinis eſt Trojae, ubi Proteſilai ſepulchrum ſtatutum complures dixerunt, [11] urbs Phlaguſa nomine dicitur, in qua Demiphon quidam cum regnaret, incidit eorum finibus repentina vaſtitas & civium internecio miranda: qua re Demiphonta permotum ferunt miſiſſe ad Apollinis oraculum, [12] quaerens remedium vaſtitatis. Reſponſo autem dato, ut quotannis una de nobilium genere virgo diis penatibus eorum inmolaretur: Demiphon omnium filias praeter ſuas ſorte ductas interficiebat, uſque dum cuidam civium loco nobiliſſimo eorum nato perdoluit inceptum Demiphontis, qui negare coepit de ſua filia ſe paſſurum ſortiri, niſi eodem regis filiae eſſent conjectae. Quo facto rex permotus, illius filiam ſine ſorte ductam

corvum una attuliſſe hydrum quoque, & culpam moraе in illum rejeciſſe, tamquam qui ſe remoratus fuiſſet. MICYLL. *Τὸ eum* abeſt Hemſt.

6 QUO PRO ADMISSO] Sanctandr. *pro quo*. Sed tales trajectiones non inuſitatae noſtro, quod ſaepe alias oſtendi. SCHEFF. H. e. pro quo peccato. Ovid. XI. Heroid. *Ab miſer admiſſo flectitur ille meo.* Et XVI. *Matris in admiſſo falſa ſub imagine luſae.* II. Art. Am. 381. *Conjugis admiſſum violataque jura mariti.* MUNCK. Pro *Apollinem* Hemſt. *Apollo.*

7 QUOD GUTTUR HABEAT PERTUSUM] Aliam cauſam adduxi ex AEliano ad Fulgent. Lib. I. 12. MUNCK.

8 UT TANQUAM NON SINAT SE] Sanctandreana negationem omittit, quod cur factum ſit non video. Nam & Ovidius oſtendit, culpam rejeciſſe corvum in Hydram, quaſi ad craterem ire corvum prohibuerit. SCHEFF. Adſtruunt eam lectionem 3. Vlitt. Veneta tamen & aliae antiquiores, *ut tanquam non ſinat.* MUNCK. Mei etiam delent *τὸ non.*

9 HISTRUS] Al. *Iſter.* MICYLL. Notat Micyllus, alios hic exhibere *Iſter.* Sed fortaſſe, qui ab aliis *Iſter*, a noſtro *Hiſtrus* dictus eſt, ut ſolent in ejuſmodi nominibus variare SCHEFF. *Hiſtrius* Veneta & Vlitt. 3. Scribe *Iſtrus.* Retinuit terminationem Graecam, ut in *Periandrus*, *Theſſandrus*; aliiſque. Ἴστρος eſt Graecis. Vide Heſych. in Ἄωσμα. & Plutarch. libr. de Muſicâ. MUNCK. De AEſculapii parentibus egi ad fab. 161. Adde, quae Pauſan. lib. III. cap. 26. pag. 277. de Leuctrorum incolis notat.

10 VIDERET CORVUS] Voſſ. ſec. *audiret corvum.*

11 URBS PHLAGUSA] D'Orv. cod. & Hemſt. *Flagluſa*; duo Voſſ. *Flaguſa*. locus corruptus. Iſ. Voſſ. ad Melam lib. II. cap. 2. lin 88 recte legit *Elaeuſa*, pro *Eleûs*, ſive *Elaeûs*; utroque enim modo ſcriptum reperias, ut docent Cellarius Geogr. Ant. lib. II. cap. XV. §. 35. & Interpr. ad Thucydid. lib. VIII. cap. 102. De hac urbe Eleunte conſule Olear. ad Philoſtrati cap. II. Heroic §. 1. Pauſan. lib. I. cap. 34. p. 83. Καλλιξεῖνα δὲ ἡ ἄκρα ἔχω γυμνὰς τότι ἀνδρώσας, οἱ θεὸν Ἕλληνες τιμὰς ἔχουσιν. τοῖς δὲ ἡ ἀνάκτιλα πόλεως, Ἐλεῦς ἐν Χερρονήσῳ, Πρωτεσιλάου.

12 QUAERENS REMEDIUM] Vlitt. 3. *quaerentis.* Lego, *quaerentem.* MUNCK. Pro *internecio* Hemſt. *interitio.* Voſſ. pr. *quaerentis.* recte pro *quaerentes.* Plerumque enim plures ſimul mittebantur. Herodot. lib. VII. cap. 140. Πέμψαντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι ἐς Δελφοὺς θεοπρόπους. Nepos Themiſt. cap. 11. *Miſerunt Delphos conſultum, quidnam facerent de rebus ſuis, DELIBERANTIBUS Pythia reſpondit.* Satis exemplorum in re notâ. pro *inmolaretur* Voſſ. pr. *immolettur*, pro *conjectae* idem *convectae.*

ductam interfecit: quod [1] Matusius nomine, virginis pater, [2] instanti tempore simulavit, se patriae causa non aegre ferre factum: potuisset enim postea forte ducta nihilominus interire: quod paullatim dies regi in oblivionem perduxit. Itaque cum se prope amicissimum regi virginis pater ostendisset, solenne sacrificium se habere dixit, eumque & filias ejus ad id conficiendum invitavit: qui nihil aliter futurum suspicatus, filias ante misit, [3] ut ipse occupatus in re civili postea veniret. Quod cum exoptanti Matusio adcidisset, [4] filias ejus interfecit, & sanguinem earum cum vino in cratere mixtum advenienti regi pro portione dari jussit. Qui cum filias desideraret, & quid his factum esset, rescisset, Matusium cum cratere [5] in mare projici jussit: quo facto mare, quo ille est projectus, memoriae causa Matusium mare vocatum est: portus autem adhuc Crater adpellatur: quem antiqui astrologi stellis deformaverunt, ut homines meminissent, [6] maleficium neminem temere lucrari posse: neque oblivionem inimi-

1 MASTUSIUS NOMINE] In aliis legitur *Matusius*. Nos ex Plinio *Mastusius* legendum duximus. Vide lib. IV. cap. 11. MICYLL. Notat Micyllus, in aliis legi *Matusium*, & sic habet Sanctandr. Putat tamen Micyllus *Mastusium* scribendum, quia sic vocatur mare, cujus in sequentibus, fit mentio apud Plinium lib. IV. c. 11. Sane apud Pomponium Melam quoque est *Mastusia* lib. XX. c. 2. Neuter tamen de mari loqui videtur. Quanquam & Grotius in Arat. hoc probet. SCHEFF. *Matusius* & Veneta & Vlitt. 3. cum heic, tum & in sequentibus. *Mastusius* tamen mallet ex Plinii lib. IV. cap. 11. Micyllus. MUNCK. Omnes mei *Matusius*. Mare tamen *Mastusium* vocatur. Vide Voss. ad Melae loc. & Cellar. pag. 1064. Geogr. Ant. Tom. I.

2 INSTANTI TEMPORE] H. e. praesenti, εἰσταμένῳ. Utitur & Plinius ea phrasi lib. XXIX. cap. 1. Nepos Themist. cap. 1. Diomedes lib. I. Paul. Epist. ad Rom. VIII. 38. Οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλοντα. Vet. Interpr. *Neque instantia, neque futura.* MUNCK. Pro *aegre* Voss. pr. *hac re.* pro *potuisset* omnes praeter d'Orvill. cod. *potuisse. interire*, habet. Voss. pr. *interiis* Voss. sec. d'Orv. *interficere* quomodo Micyllus ac Scheffer. ediderunt. Deinde Voss. pr. pro *regi pater.* Virg. *patrem virginis regi.* Ceteri *pater virginis regi.* pro *filias* Hemst. *filiam.*

3 UT IPSE] *Ut & ipse* Vlitt. 4. MUNCK. Pro *in re civili* codex Mf. Hemsterhusii exhibet *jure civili*, ut jam docuit celeb. P. Wesseling. lib. II. Obs. cap. 23, *in* ante *cratere* abest Hemst. Voss. pr. & d'Orv. pro *cratere* Voss. sec. *cratem* & superscriptum erat *cratere.* Idem pro *potione* habet *portione* & pro *desideraret, desideraſſet.*

4 FILIAS EJUS INTERFECIT] Unus Morellii, *regis filias peremit.* ex glossa, ut opinor. SCHEFF.

5 IN MARE PROJICI] *In mari* Veneta cum aliis antiquitus exeusis cum heic, tum & cap. 17. Quod vereor ne frustra editores posteriores mutarint, cum nec in MSS. suis aliter invenerit Vlitius. Lactant. Argum. Lib. XIII. Met. fab. 2. *In profundo praecipitavit.* Ita & ibi MS. Adde not. ad Fulg. lib. I. cap. 2. & Hygin. Mythol. cap. 92. MUNCK. Duo Voss. *in mare.*

6 MALEFICIUM LUCRARI] Impune ferre. Quam phrasin quam immerito è Latio exturbare conetur Boxhornius, disces ex iis, quae ad Catonis distticha annotavit Cl. Daumius. Addo ejus observatis ad eundem modum κερδαίνειν usurpari interdum Graecis. Lucas Act. Apost. cap. XXVII. 21. Κερδῆσαί τε τὴν ὕβριν ταύτην καὶ ζημίαν. Vet. Interpr. *Lucrique facere injuriam hanc & jacturam.* Vide ibi Pricaeum. Victor in de Persecut. Vandal. Lib. III. *Ut imminentia adhuc tormenta lucreris.* MUNCK. Doctiss. Otto Arntzenius e Cicerone ad Catonis distticha locutionem in Latium vindicavit.

7 QUO ICARIUS SIT USUS] Recte Sanctandr. *quo Icarius.* Sic enim & Luciano dicitur in Dialogo Jovis & Junonis, qui primus vinum monstravit Indis: Ipsique nostro sup. c. 4. Veteres habuerunt *Icarus.* SCHEFF. *Icarus* Veneta, Micyll.

inimicitiarum fieri ſolere. Nonnulli cum Eratoſthene dicunt, eum Cratera eſſe, [7] quo Icarius ſit uſus, cum hominibus oſtenderet vinum. Alii autem, [8] dolium eſſe, quo Mars ab [9] Oto & Ephialte ſit conjectus.

## XLI. *Piſcis, qui Notius adpellatur.*

Hic videtur ore aquam excipere à [10] ſigno Aquarii: qui laborantem quondam [11] Iſin ſervaſſe exiſtimatur: pro quo beneficio [12] ſimulacrum piſcis, & ejus filiorum, de quibus ante diximus, inter aſtra conſtituit. Itaque Syri complures piſces non eſitant, & eorum ſimulacra inaurata pro dis penatibus colunt. [13] De hoc & Hegeſias ſcribit.

## XLII.

Micyll. & Pariſ. Rectè. Vide not. ſupr. ad cap. 4. & Mythol. cap. 130. MUNCK.

8 DOLIUM] Homerus κίεμον vocat Iliad. E. vs. 387. i. e. *carcerem* apud Cyprios. vide Schol. & Meurſ. lib. 11. de Cypro cap. 25. Pro *autem* Hemſt. *dicunt*.

9 ETHO] Ita & Soter. *Otho* Venet. & Micyll. Alii *OEto*. Scribe, *Oto*. Ὦτος enim Graecis eſt. Vide not. ad Mythol. cap. 28. MUNCK. Scribo ex codd. meis *Oto*. Philoſtrat. lib. VII. de Apoll. Tyan. cap. 26. Ὡς Κρόνῳ μὲν ποτε ἐδέθη βιαίως ὁ Διὸς, Ἄρης δὲ ὁ πολεμικώτατος ὑπ' ἐκείνου μὲν ὑπὸ Ἡφαίστου πέπτωκε, τὸ δὲ ὑπὸ Τιτᾶν ὁ Ἀλωεύς. Eadem teſtatur Apollodorus, quem Olearius ibi ad partes vocat. Adde Schol. Homeri Iliad. E. vs. 385. & Heraclid. in Alleg. Hom. p. 452.

## Ad CAP. XLI.

10 SIGNO AQUARII] Micyllus & Scheff. ediderunt *ſ. Aquario*. quam lectionem ſolus Voſſ. ſec. agnoſcit. τὸ *quo* abeſt Hemſt.

11 ISIN] Aliter Theo ad Aratum pag. 131. Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ τῷ μεγάλῳ ἰχθύϊ ἐπόμενοι, οὓς καὶ ἐν τοῖς ἄστροις ἱδρῦσθαι, φέρεται τὴν Ἀφροδίτης θυγατέρα ἐμπεσοῦσαν εἰς θάλασσαν ἴσασθαι. Pro Διέκλω malit forte quis Διεκίκι, quam & *Phaetin* perperam appellat German. Scholiaſtes. Sed illud *Dercia proles*, quod Avieno reſtituit Grotius, facit, ut nihil mutare audeamus. Διεκιτὼ eſt Eratoſtheni cap. 38. ex quo praeterea liquet, pro illis *in Bbeth ſtagno* legendum eſſe *Bombyces ſtagno* apud Germanicianum interpretem. Confer, quae ad Eratoſth. cap. 9. annotavit vir doctus, & Hygini Mythol. caput 223. MUNCK. Locus ille Theonis eſt pag. 28. in Ed. Morelli. De hac dea videndi interpretes ad Ovidii IV. Met. 45.

12 SIMULACRUM PISCIS, ET EJUS FILIORUM, DE QUIBUS ANTE DIXIMUS] Cujus filiorum? piſcis, qui autem illi piſcis filii? & ubi de iis dixit? piſces habemus ſupra c. 30. ſed ibi nil de Iſide, nil de filiis piſcis. Et videntur aliqua deeſſe de hominibus ex piſce natis, de quibus poſtea ſe dicturum promittit noſter capite nominato, quod haud dubie fecit hoc loco. Sane alibi nil tale legitur. Niſi malumus *piſcis, & ejus filorum*. Fila vocat, quae conjungunt inter ſeſe piſces, Graecis δεσμοὶ, lineolae Hygino aliis locis. Sed de hoc alii deliberent. SCHEFF. Intellige duos illos piſces Zodiaci, de quibus cap. 30. egit, qui filii hujus magni piſcis fuiſſe dicuntur. Ἔκγονοι appellant Eratoſthenes & Theo, *Nepotes* German Scholiaſtes. MUNCK. Pro *inter aſtra* Voſſ. pr. *in aſtris*.

13 DE HOC ET HEGESIAS] In MS. Modii fuit *Heſias*, ex quo facit *Cteſias*. Sed non neceſſe eſt. Vide Voſſ. de Hiſt. Gr. SCHEFF. *De hoc & Heſyas* Veneta. *Et Heſias* Vlitt. 3. Sanè *Heſias* invenit quoque in membranis ſuis Modius, qui rectè omnino inde *Cteſias* facit. Scribe ergo, *de hoc & Cteſias ſcribit*. Eratoſthenes in hac fabulâ: Ὡς φησι Κτησίας. MUNCK. Codd. mei *Etbeſias*.

Ad

## XLII.

RELIQUUM est nobis de quinque stellis, quas complures ut erraticas, ita [1] πλανήτας Graeci dixerunt. Quarum una est Jovis nomine [2] Phaëthon, quem Heraclides Ponticus ait, quo tempore [3] Prometheus homines finxerit, [4] hunc pulchritudine corporis reliquis praestantem feciſſe, [5] eumque subprimere cogitare, [6] atque ut certum redderet Cupidinem, Jovi nunciasse. Quo facto missum Mercurium ad Phaethonta persuasisse, ut ad Jovem veniret, & inmortalis fieret: itaque eum inter astra conlocatum.

SECUNDA stella dicitur Solis, quam alii Saturni dixerunt. Hanc Eratosthenes à Solis filio [7] Phaethonta adpellatam dicit: de quo complures scripserunt, ut patris inscienter curru vectus, incenderit terras: quo facto ab Jove fulmine percussus, in Eridanum [8] dejectus est, & à Sole inter sidera perlatus.

TER-

## Ad CAP. XLII.

1 ΠΛΑΝΗΤΑΣ] Voss. pr. addit (*id est vagos*) quomodo Scheffer. edidit. Micyllus vero *ita planetas Graeci vagos dixerunt.* J. Firmicus lib. I. cap. 4. *Quinque etiam stellae erraticae, quae planetae a Graecis vocantur.* Septem Antiquiores statuisse discas e Pausan. l. III. c. 20. p. 262.

2 PHAETHON] Saturni stella ab aliis Phaenon vocatur. Vide Cic. lib. II. de N. D. MICYLL. *Phaethon* & Soter. *Phaeton* antiquiores cum Veneta. Quod idem est. Φαέθων, *Phaenon* est Eratostheni cap. 43. Vide notas ad cap. 17. & 18. lib. IV. MUNCK. *Phoeton* Voss. pr. *Pheton* Voss. sec. d'Orv. & Hemst. qui pro *planetas* exhibet *erraticos ataperatos.*

3 PROMETHEUS] Voss. pr. *Metheus.* qui post *finxerit* scribit *iniſſet.* Voss. sec. vero *conſtituisse nihil et.* τὸ *homines* abest Hemst. pro *hunc* idem *hanc.* pro *reliquis*, *requit.* sed superscriptum fuit *reliquos.*

4 HUNC PULCRITUDINE CORPORIS] Sanctandr. *hic pulchritudine.* Non placet. SCHEFF.

5 CUMQUE SUPPRIMERE COGITARET, UT CERTUM REDDERET] Sanctandr. *eumque ſupprimere cogitare, atque ut certum redderet Cupidinem, Jovi nunciaſſe.* In quibus omnibus sensum nullum video idoneum. Quid enim, *certum redderet Cupidinem?* Deliberent, & nos doceant, qui meliori facultate divinandi sunt instructi. Suspicabar. *ut tersum redderet, Cupidinem Jovi nunciaſſe.* quasi dixerit, non absolvisse penitus, sed voluisse adhuc dare absolutiorem, ideoque hactenus suppressisse. Nunc deesse potius nonnulla videntur. Modius ep. 121. de hoc loco ita: *eumque cum ſupprimere cogitaret, neque ut ceteros Jovi redderet, Cupidinem Jovi indicaſſe.* Sed ne ipsius conjectura quidem satisfacit. SCHEFF. Ita & MSS. 3. Vlitt. Perperam. Veneta cum antiquioribus, *cumque ſupprimere cogitaret.* Modius, *Eumque cum ſupprimere cogitaret.* Forsan rectius τὸ *hunc* ex praecedentibus huc revocaveris, & scripseris, *cumque hunc* &c. MUNCK. *Eumque* Voss. sec. ac d'Orv.

6 ATQUE UT CERTUM REDDERET &c.] Ita & Veneta aliaeque omnes. MSS. 3. Vlitt. *Neque Jovis ut caeteros redderet.* Lege, *neque Jovi ut caeteros redderet.* Quomodo fere & Modius hunc locum constituebat. MUNCK. Hemst. *neque ut certum. Neque Jovis ut ceteros* Voss. pr. *neque Jovi ut ceteros.* Voss. sec. qui pro *cupidinem*, *cupidine.*

7 PHAETHONTA APPELLATAM DICIT] Cap. nempe 43. Ὁ δὲ δεύτερος καλεῖται μὲν Φαέθων ὑπό τινων, ὅτου ἀνεψιὸν καὶ τοῦ ἡλίου. MUNCK. *Phetontam* Voss. sec. ac d'Orv. Voss. pr. *Hanc ait Eratoſthenes a ſ. f. Phonoontem appellatam.* pro *scripserunt* Voss. sec. *dixerunt.* pro *incederit* duo Voss. *incenderet.*

8 DEJECTUS EST, ET A SOLE] Cum MSS. 3. habeant, *dejecerit*, *& à Sole*, legerim, *dejectus sit, & à Sole.* MUNCK. Duo Voss. & d'Orv. *percuſſum in E. dejecerit*, *et.*

9 PROPTER EJUS OBSERVANTIAM] Παρατήρησιν. Vide not. ad Myth. cap. 189. Vet. Interpres Luc. VI. 7. *Obſervabant ſcribae.* XX. 2. *Obſervantes*

TERTIA eſt ſtella Martis, quam alii Herculis dixerunt, Veneris ſequens ſtellam; hac (ut Eratoſthenes ait) de cauſſa: Quod Vulcanus cum uxorem Venerem duxiſſet, & [9] propter ejus obſervantiam Marti ejus copia non fieret, ut nihil aliud adſequi videretur, [10] niſi ſua ſtella Veneris ſidus perſequi à Venere inpetravit. Itaque cum vehementer eum [11] amor incenderet, rem ſignificans, è facto ſtellam [12] Pyroenta adpellavit.

QUARTA ſtella eſt Veneris, Lucifer nomine: quam nonnulli Junonis eſſe dixerunt. Hunc eumdem Heſperum adpellari multis traditum eſt hiſtoriis. Hic autem omnium ſiderum maximus eſſe videtur. Nonnulli autem hunc Aurorae & Cephali filium eſſe dixerunt, pulchritudine [13] multos praeſtantem: ex qua re etiam cum Venere dicitur certaſſe, ut etiam Eratoſthenes dicit, eum hac de cauſſa Veneris [14] adpellari: exoriente ſole, & occidente videri: quare, ut ante diximus, jure hunc & Luciferum, & Heſperum nominatum.

QUIN-

*tes miſerunt infidiatores. Obſervantiam* ponit pro *obſervatione*, ut Caſſiod. in de Orthograph. *Quamvis antiquorum nulla obſervantia fuit cum N, an fine N ſcriberent.* MUNCK. *Tè ejus* ante *copia* abeſt Voſſ. primo & d'Orv. *aliud* ab Hemſt.

10 NISI SUAM STELLAM] Sanctandr. *niſi ſua ſtella Veneris ſidus.* Vix haec placet emendatio. Puto, rectam eſſe lectionem veterem, idque *ſuam* poni, pro *ejus*, ſicut aliis factum locis apud noſtrum. Senſus: ut nihil videretur ſequi aliud, quam nudam ſolamque ſtellam Veneris, non Venerem ipſam, ideo hoc impetravit a Venere, ut perſequeretur ſidus ejus. SCHEFF.

11 AMORE INCENDERET] Sanctandr. *amor incenderet.* Ne hoc quidem placet. Nam *incenderet amore* optime dictum, unde *incenſus amore* apud pleroſque veteres. Debet autem referri ad Venerem. Ipſa incendebat Martem amore. SCHEFF.

12 PYROENTA] Vlitt. 3. *Pyriomae.* Videntur velle, *Pyroide.* Eratoſthenes: Ὁ δὲ πέμπτος Ἄρεως πυρωδὴς καλεῖται. Sed vulgatum praeter alios defendit Cicero II. Nat. Deor. & auctor libri de Mundo: Εἶτ' ὁ πυρόεις, Ἡρακλέους τε καὶ Ἄρεως ἀποσταγρόσιρθος. Sed cur πυρόεις Mars? *Quia ignitis fulgorum ardoribus ſanguinolentus, & minaci luminis coruſcatione terribilis eſt*, ut loquitur Firmicus Aſtron. lib. I. cap. 2. Confer noſtrum infr. lib. IV. cap. 19. MUNCK. *Pyriona* mei codd. Vulgata lectio proba. Plut. de An. procreat. e Timaeo Tom. II. pag. 1029. Ἐν πίνακι ἀφεστήκασι τιθέντες τὰς πλανήτας, ὧν τὰ μὲν ἐγγὺς τοῦ λευκοῦ κύκλου ἐστὶ φαινόμενα, καὶ τὰς ὁμοδρόμους ἀλλήλοις, ΣΤΙΛΒΟΝΤΑ καὶ ΦΩΣΦΟΡΟΝ. ἑπόμενος δὲ τούτων ἐστὶ τῆς μέσης ΠΥΡΟΕΝΤΑ. πρῶτος δὲ τοῦ μεταξὺ τούτων καὶ ΦΑΕΘΟΝΤΟΣ. εἶτα ἑξῆς, τὸ ἐπὶ ΦΑΙΝΩΝΑ. ubi pro ἀστέρι πυρόεντι, legendum eſſe Ἄρεϊ πυρόεντι jam ipſe interpres percepiſſe videtur. Ad Hygini locum inluſtrandum, ut & Plutarchi quam maxime facit Schol. Apoll. Rhodii III. Arg. vs. 1376. Εἰδέ τις λέγει πρὸ ΠΥΡΟΕΝΤΟΣ αὐτὸν ὠνομάσθαι, φησὶ δ' Ἡσιγένης ἐν τῷ περὶ τῶν Χαλκιδικῶν τῶν μαθηματικῶν, πρεσβεύειν περὶ τῶν πλανήτων, λέγων ὑφ' ἓν εἶναι τὸ ΠΥΡΟΕΝΤΑ προσαγορεύεσθαι δὲ ὑπὸ Ἑλλήνων Ἄρεος, ὑπὸ δὲ Χαλκιδέων Ἡρακλέους. ubi pro Χαλκιδικῶν, Χαλδαϊκῶν, & pro Χαλκιδέων, Χαλδαίων legit Rutgerſius lib. V. V. L. cap. 6. J. Firmicus lib. II. cap. I. Aſtron. *Qui a nobis Saturnus dicitur, ab AEgyptiis Φαίνων vocatur; quem nos Jovem vocamus, AEgyptii Φαέθοντα. Qui a nobis Mars, ab illis πυρόεις dicitur. Quae a nobis Venus, ab illis φωσφόρος vocatur. Quem nos Mercurium dicimus, illi στίλβοντα vocant.* Martis ſtella alio nomine Σιδέρεος vocatur. Vide Schol. Homeri Iliad. E. vs. 385. De quinque his ſtellis egit Lact. ad Statii I. Theb. 304.

13 MULTIS PRAESTANTEM] *Multos* Vlitt. 3. Quod mutari non debuit. MUNCK. *Tè ſiderum* abeſt codici d'Orvilliano. *Multos* Hemſt. Voſſ. ſec. & d'Orvill. cod. quod in textum recepi.

14 APPELLARI, EX ORIENTE SOLE] Mallem *appellari, & oriente ſole.* SCHEFF. *Et oriente*

QUINTA ſtella eſt Mercurii nomine Stilbon: ſed haec eſt brevis & clara. haec autem Mercurio data exiſtimatur, quod primus menſes inſtituerit, & perviderit ſiderum curſus. Euhemerus autem primam ait Venerem aſtra conſtituiſſe, & Mercurio demonſtraſſe.

## XLIII.

PRAETEREA oſtenditur circulus quidam in ſideribus, candido colore, quem Lacteum eſſe nonnulli dixerunt. Eratoſthenes enim dicit ' Mercurio infanti puero inſciam Junonem dediſſe lac: ſed poſtquam eum reſcierit Majae filium eſſe, rejeciſſe eum à ſe, & ita lactis profuſi ſplendorem inter ſidera adparere. Alii dixerunt dormienti Junoni

mallet Schefferus. Quod non diſplicet. MUNCK. *Et exoriente* Voſſ. ſec. pro *Luciferum* duo Voſſ. *Hedum.* pro *aſtra* iidem *ſidera.*

### Ad CAP. XLIII.

1 MERCURIO] Voſſ. pr. *in Mercurio.* pro *infanti*, *infante.* Sed d'Orv. *inſtante* Hemſt. *inſtanti.* pro *lac* Voſſ. pr. *lacte.* pro *experrectam* Voſſ. ſec. *experrectum.* pro *ſignaſſe* Voſſ. pr. *ſignificaſſe.* pro *Ops* Voſſ. ſec. *ab.* pro *inſtituemus* Voſſ. duo & d'Orv. *inſtituimus.*

2 HERCULEM SUPPOSITUM] Fabula eſt apud Euſeb. 11. Praep. Euang. p. 35. ed. Steph. Tzetz. in Lycophron. p. 195. Conſtantin. Geopon. Lib. XI. 20. Eratoſth. καταστ. cap. 44. MUNCK.

### Ad Lib. III. Cap. I.

3 ARCTI NIXAE] Modius, *fixae.* mox *alternis unoquoque*, pro *alterius.* Item *caudam inferioris*, pro *inferiorem.* SCHEFF. *Fixae* volebat Modius. Sed alterum adſtruunt Vlitt. 3. MUNCK. Leid. Voſſ. pr. & d'Orv. *Arctos nixae.* Voſſ. ſec. *Arcto nixae.* ſed melius Hemſt. *Arctoi nixae.* qui mox pro *harum* exhibet *horum.* De his ita canit Ovidius 11. Faſt. 189.

*Signa*

noni [3] Herculem ſubpoſitum, & experrectam, id quod ſupra diximus, feciſſe. Alii autem Herculem propter nimiam aviditatem lactis multitudinem adpetiſſe, neque in ore continere potuiſſe: quod ex ore ejus profuſum circulum ſignaſſe. Alii dicunt, quo tempore Ops Saturno lapidem pro partu adtulit, juſſiſſe ei lac praebere: quae cum preſſiſſet mammam, profuſo lacte circulum deformatum, quem ſupra demonſtravimus. Nos autem omnium corporum deformationem dicere inſtituemus.

## *De deſcriptionibus Formarum Coeleſtium.*

## LIBER TERTIUS.

### I. *Arcti.*

IGITUR incipiemus à polo Boreo protinus dicere, quo utraeque [3] Arcti nixae veluntur, Arctico circulo clauſae, & ita conlocatae, ut alternis unaquaeque earum reſupinata caput alterius tegere videatur, ita tamen, ut caput ejus, quae ſuperior fuerit, ad caudam inferioris contendat. Harum major in extremo circulo pedes habet fixos. Praeterea habet in capite ſtellas VII, omnes obſcuras, in utriſque auribus binas, in humero claram unam, in pede noviſſimo duas, [4] in ſummo interſcapilio unam, in crure de poſterioribus primo unam: in pede priori duas, in cauda ipſa tres. Ita totius ſideris ſtellae ſunt omnino XXI.

Minor autem habet [5] in ſtationis unoquoque loco ſtellas ſingulas clare lucentes, & ſupra caudam tres: omnino ſeptem: ſed in prioribus caudae ſtellis [6] una eſt infima, quae Polus adpellatur, ut Eratoſthe-

*Signa propinqua micant. Prior eſt, quam dicimus, Arctos.*

*Arctophylax formam tergo ſequentis habet.*

4 IN SUMMO INTERSCAPILIO] *In armo* Schol. German. ἐν ἀμοπλάτῃ Eratoſthenes. Sed interſcapilii voce crebro utitur noſter, ubi in Graeco eſt ῥάχις vel νῶτον. Vide cap. 17. 19. 20. 23. 25. 26. 27. 34. &c. Gloſſ. Philoxeni: *Inter ſcapulam*, μεσόφρυον. Legerim *interſcapilium*, vel *inter ſcapulas*; quemadmodum in iiſdem Gloſſis habes, *Infra nares*, μυξός. *Interdita* (leg. *inter digita*) μεσοδάκτυλα. Sanè in Cyrilli Lexico invenias, Μεσόφρυον, *interſcapilium*. Sed & illa, μεσομηρίον, *interfemus* (leg. *interfemur.*) Μεσόφρυον, *intercilium*: ut forſan in Philoxeno nihil mutandum ſit. MUNCK. Pro XXI. Heinſt. XII.

5 IN STATIONIS UNOQUOQUE LOCO] Eratoſth. Ἐπὶ ἑκάστης γωνίας ἓ κεῖται. h. e. in quadrilatero. Invenit, opinor, in Graeco vocem βάσεις Hyginus. Βάσεις autem pedes Graecis interdum. Atque ita eam vocem accepit heic Hyginus. MUNCK.

6 UNA EST INFIMA, QUAE POLUS] Fimant eam lectionem Vitt. 3. & Eratoſth. Καλεῖται, inquit, ἄκρος ἐκ τῆς οὐρᾶς, ὃς καλεῖται πόλος. Vir doctus in margine emendatum iverat, *una eſt in imo.* MUNCK.

toſthenes dicit, per quem locum ipſe mundus exiſtimatur verſari. Reliquae autem duae [1] χορεύειν dicuntur, quod circum polum verſentur.

## II. *Draco.*

DRACO inter duas Arctos conlocatus, videtur corporis ſinu facto [2] Arctum minorem ita concludere, ut pene pedes ejus tangere videatur: cauda autem flexa caput majoris adtingere: & ſuo capite tamquam reducto circulum Arcticum tangens, [3] corpus ut in ſphaeram complicari: & ſi quis diligentius adtenderit, videre poterit caput Draconis ad majoris Urſae regionem caudae conlocatum. Hic habet [4] in utroque tempore ſtellas ſingulas, in oculis ſingulas, in mento

1 XOPEYTAI] Vide de illis Scalig. ad Manil. p. 71. Schol. Germ. *Fiunt omnes ſeptem, ſupra alias decem, quae praecedunt, & dicuntur ludentes.* Pro *alias* ſcripſerim *duas*, & deleam τὸ *decem*, vel *alias duas* pro utraque voce reponam. MUNCK. Pro *verſentur* Hemſt. *verſantur.*

## Ad CAP. II.

2 ARCTUM] Leid. *arcturum.* Voſſ. ſec. *arcto.* pro *facto* Hemſt. *facta.*

3 CORPUS UT IN SPHAERAM COMPLICARI] Recte Grotius in Arateis, *ut in ſpiram complicari.* Spira enim proprie, de ſerpentum voluminibus. Sed hoc pridem ita emendandum dixit Modius ep. 120. SCHEFF. Modius & Grotius, *in ſpiram.* Optimè procul dubio. Nihil enim convenientius, quam ſpirae, draconi. Capella Lib. 11. *Et ſpiris torto nituerunt aſtra draconi.* MUNCK. Pro *complicari* Voſſ. ſec. *complicare. in ſpiram* probat etiam celeb. P. Weſſeling. lib. 11. Obſ. cap. 23. Vide Theon. ad Aratum pag. 10.

4 IN UTROQUE TEMPORE] Ἐπ' ἀμφοῖιν κεφαλῆφιν. MUNCK.

## Ad CAP. III.

5 AD AESTIVUM] Voſſ. ſec. & Hemſt.

mento unam, & toto corpore reliquo paſſim diſpoſitas decem; ita ut omnino ſtellarum ſit XV.

III. *Bootes ſive Arctophylax.*

Hujus manum ſiniſtram circulus Arcticus includit ita, ut neque occidere neque exoriri videatur: ipſe autem poſitus ab Arctico circulo [5] ad AEſtivum definitur, inclinatus in longitudinem, dextro pede AEſtivo circulo nixus. Hujus humeros & pectus à reliquo corpore dividit circulus, qui per utroſque polos tranſiens, tangit Arietem & Chelas. [6] Hic quidem cum Tauro, & Geminis, & Cancro, & Leone occidit: ideo ſero occidere dicitur, [7] quod magis erectus à pedibus pervenit ad terram: [8] at exoriens citius quam Chelae videtur. Habet

Hemſt. *in æſtivum.*

6 HIC QUIDEM CUM TAURO ET GEMINIS] Celeb. P. Weſſeling. lib. 11. Obſ. cap. 23. ex codice Hemſterhuſiano legit *hic quidem cum Tauro & Geminis orientibus.* Quomodo h. l. jam reſtituit Munckerus ad cap. 9. hujus libri. Iſtud *ſero occidere* idem ex Homero ibidem inluſtrat. unde etiam *piger Bootes* ab Ovidio vocatur III. Faſt. 405. Adde Theon. in Arati Phaenomena pag. 65. ad illa verba

Κεναί τε καὶ ἀνίλιος ἐκνυχὶ δύνει λίγονται.

Verno tempore occidere Bootes dicitur a Virgilio 1. Georgic. 229. ibi Serv.

7 MAGIS ET QUOD ACTUS A PEDIBUS PERVENIT AD TERRAM] Sanctandreana: *quod magis erectus a pedibus.* Mallem ego: *Hic quidem cum tauro, & geminis, & cancro, & leone occidit, ſed ideo ſero occidere dicitur magis, quod tardus a pedibus, pervenit ad terram.* Sanctandreana, &, quam ſequitur, Morelliana ſua deſumſiſſe videtur ex Modii codice, de quo ipſe ep. 73. Sed eſt mihi neſcio quomodo ſuſpectus ille codex. SCHEFF. Voſſ. pr. *Quo magis & erectus.* ſec. *qui magis erectus.* Leid. & d'Orv. *quod magis erectus.* Scheff. edidit *magis & quod actus.* pro *chelae* d'Orv. *cheles.*

8 AT EXORIENS] *At plagius exoriens* Vlitt. 2. MUNCK.

Habet autem [1] in manu ſiniſtra ſtellas quatuor, quae numquam occidere dicuntur: in capite ſtellam unam; in utroque humero ſingulas, [2] in utraque mamma ſingulas, ſed clariorem dextram, & ſub ea alteram obſcuram, & in cubito dextro claram unam: [3] in zona unam clarius caeteris lucentem: haec ſtella Arcturus adpellatur: in utriſque pedibus ſingulas, quae omnino ſunt XIV.

IV. *Corona.*



CORONAM humero ſiniſtro prope contingere Arctophylax videtur: [4] quae autem Engonaſin dextri pedis calce conjungit: haec [5] Can-

1 IN MANU SINISTRA] German. Schol. *in dextra.* Atque ita in Hygino reponendum eſſe liquet cum ex imaginibus Grotianis, tum ex Eratoſthenis cap. 8. Ἐπὶ μὲν δεξιᾶς χειρὸς β', ἡ δ' ἀνίσει. Emenda ϛ'. MUNCK.

2 IN UTRAQUE MANU SINGULAS] Atqui ſupra de unica ſiniſtra, *in ſiniſtra manu ſtellas quatuor.* Probo igitur, quod habet Modius cp. 73. *in utraque mamma.* SCHEFF. Ita & MSS. 3. Vlitt & Veneta. Nec aliter in membranis ſuis invenit Modius. Schol. Germ. *In ſingulis mammillis claras ſingulas.* Eratoſth. Ἐπὶ τῶ μαζῶν ἑκάτερον ά. Perperam ergo alii, *in utraque manu.* MUNCK. Pro *clariorem* Voſſ. pr. *duriorem.*

3 IN ZONA] *Inter utraque genua* Schol. Germ. ἀνὰ μέσον τῶ σκελῶν Proclus & Geminus. ἀνὰ μέσον τῶ γονάτων Eratoſthenes. Cum Hygino facit Theo in Aratum p. 15. ed. Lond. Ἐνα δὲ ἔχει ἐν μέσῃ ζώνῃ, ὅνις λαμπρὸν τῶν ὑπερβολῶν τὸ λαμπρότητι ἰδίως καὶ αὐτὸς λίγει ἀρκτοῦρος &c. MUNCK.

## Ad CAP. IV.

4 QUAM ENGONASIN] Sanctandr. *quae autem engonaſin.* & ſic Morellianus unus. Alter in ſequentibus pro *conjungit*, habet *conjungitur*, pro vicina eſt, ut ſaepe ſolet. Non tamen diſplicet vetus lectio. Noſter infra, *Aquarii manum dextram cervice ſua conjungens.* Adde 34. 37. SCHEFF. Lege cum 3. Vlitt. *Qui autem Engo-*

5 Cancro & Leone exoriente occidere, cum Scorpione exoriri perſpicitur. Habet autem novem ſtellas [6] in rotundo diſpoſitas: ſed ex his tres clarius caeteris lucentes.

## V. *Engonaſin.*

Hic poſitus inter duos circulos, Arcticum & AEſtivum, utriſque pedibus & dextro genu, quem ante diximus, Arcticum circulum finit, ita tamen, ut dextro pede [7] prioribus digitis circulum terminet, [8] ſiniſtro autem toto caput Draconis obprimere conetur: Humeris autem velut ſubſtinens circulum AEſtivum, & manu [9] dextra proje-

*Engonaſin dicitur dextri pedis calce conjungitur.* MUNCK. Pro *humero* Voſſ. pr. *in humero.* Ceterum d'Orv. *qui autem engonaſin d. p. c. conjungit.* Hemſt. *qui autem engonaſin dicitur dextri pedis calce conjungit.* Voſſ. ſec. *quae engonaſin dextri pedis calce conjungitur.* Mox pro *autem* Voſſ. ſec. *enim.*

5 CANCRO ET L. EXOR.] Vid. Theo ad Aratum pag. 64.

6 IN ROTUNDO] *In circuitu* Schol. German. κύκλῳ Eratoſthenes. Ovid. III. Faſt. 515. *Dicta facit, gemmaſque novem transformat in ignes: Aurea per ſtellas nunc micat illa tuas.* MUNCK. Theo ad Arati Phaenom. pag. 12. ab aliis diſſentiens ait. Πέντε γάρ εἰσι λαμπρὰι ἀστέρες, οἵτινες λαμπάδες τ στεφάνου.

## Ad CAP. V.

7 PRIORIBUS DIGITIS] *Primoribus digitis* Vlitt. unus. Latiniſſime profecto. Vide infr. cap. 21. MUNCK. Pro *Arcticum* Voſſ. pr. & Leid. *Arcticon.* Voſſ. pr. *primoribus. dextro* pro *dextero* ſcripſi e MSS.

8 SINISTRO AUTEM TOTO CAPUT D.] Vide Theon. ad Arati Phaenom. pag. 11. & Grotium ad Eumd. pag. 3. & 4.

9 DEXTRA PROJECTA] Infr. cap. 8. *Manibus utrisque projectis figuratus.* Ita *projectam haſtam* pro *porrectam* dixit Nepos in Chabria cap. 1. Schol. German. *Dextro pede contra draconem porrecto*

projecta tangens: [1] laevam autem è regione ad ſiniſtrum genu porrigens, aequali intervallo circuli AEſtivi & genu ſiniſtri. [2] Hic occidens capite prius quam reliquo corpore devenit ad terram: [3] qui cum totus occidit, ut pendere pedibus ex Arctico circulo videatur: exoriens ante pedibus quam reliquis membris. Habet autem in capite ſtellam unam, in ſiniſtro brachio unam, in utroque humero ſingulas clare lucentes: in manu ſiniſtra unam, in dextro cubito alteram: in utroque latere ſingulas, ſed clariorem in ſiniſtro: [4] in dextro femine duas, in genu unam, in poplite unam, in crure duas, [5] in pede unam, quae dicitur clara, in ſiniſtra manu quatuor, quas pellem Leonis eſſe nonnulli dixerunt.

## VI. *Lyra.*

Haec poſita eſt contra regionem [6] ejus loci, qui locus eſt inter genu & manum ſiniſtram ejus, qui Engonaſin vocatur, cujus ipſa teſtudo ſpectat ad Arcticum circulum: ſummum autem cacumen ad polum Notium contendere videtur. Haec Lyra, Virgine exoriente, [7] occidere, cum Sagittario exoriri perſpicitur. Habet autem in ipſis teſtitudinis lateribus ſingulas ſtellas: in ſummis cacuminibus eorum, quae in teſtitudine [8] ut brachia ſunt conlecta, ſingulas: in mediis iiſdem,

*recto pingitur.* Et ibi non malè *projecto* reſcriberes. MUNCK.

1 LAEVAM A.] Micyll. Scheff. edidere, quomodo duo Voſſiani exhibent *laeva a. τὸ ad* abeſt d'Orvilliano cod. & Voſſ. primo. pro *ſiniſtrum* Voſſ. ſec. & Hemſt. *ſiniſtri.* & mox pro *ſiniſtri* Voſſ. pr. *ſiniſtro.*

2 HIC OCC. C. P. Q. R. C. D. A. T.] Abſunt Voſſ. ſecundo.

3 QUI CUM TOTUS OCCIDIT, UT PENDERE &c.] Ita figuratur &c. vel ſimile quid deeſſe videtur. MICYLL. Videtur deeſſe quidpiam, ſed & turbato ordine ita poni. Lego, *qui cum occidit, occidit ut totus pendere pedibus ex antico circulo videatur.* SCHEFF. Notat Micyllus: *Ita figuratur, vel ſimile quid deeſt.* Schefferus legit, *Qui cum occidit, occidit ut totus* &c. Malim, *Qui cum totus occidit, occidit ut pendere.* &c. Neglexit geminare vocem librarius. MUNCK. Pro *videatur* Leid. *videtur.* Voſſ. ſec. ceteris omiſſis *ut pendens pedibus quam r. m. devenit ad terram.*

4 IN DEXTRO FOEMORE] Morellianus, *femine*, quod praeſero. SCHEFF. *Femine* Morell. unus, & 3. Vlitt. Sulpicius Severus Hiſtor. Sacr. Lib. 1. *Contacto domini femine ſacramentum dedit.* Apulej. Ἁπτομαι. *Sinuare ad Veneris uſum femina.* MUNCK. *Femine* Leid. Hemſt. & Voſſ. pr. J. Caeſar. lib. VII. B. G. cap. 73. *Teretes ſtipites FEMINIS craſſitudine.* ita hunc locum legit J. Fr. Gronovius ad Livium lib. XXX. cap. 18. qui pluribus hujus vocis uſum adſtruxit. Adde, quos laudat Cl. Oudendorp. ad Caeſaris locum.

5 IN PEDE UNAM, QUAE DICITUR CLARA] Grotius optime praedicto loco, *quae dicitur clava.* SCHEFF. *Clava* Grotius. Sed eam ſupra dextram collocat Eratoſth. Ὑπὲρ τῶν δεξιῶν, inquit, χειρῶν α. ἣ καλεῖται ῥοπαλον. MUNCK. Voſſ. ſec. addit. *Ita ſunt decem & novem.* Leid. *ſunt omnis XIX.* Micyll. ac Scheffer. ediderunt *ita ſunt omnino decem & novem.* Leidenſis lectionem praefero. *omnis* pro *omnes* notius eſt, quam ut inluſtretur. Eratoſthenes lectionem firmat cap. 4. τὰς πάσας ιθ'.

## Ad CAP. VI.

6 EJUS LOCI, QUI EST] Hemſt. & duo Voſſiani



iiſdem ; [9] quos humeros Eratoſthenes fingit , ſingulas : in ſcapulis [10] ipſius teſtudinis unam : [11] in ima Lyra , quae ut baſis totius videtur , unam.

## VII.

ſiani *ejus loci*, *qui locus eſt*. Optime. Vide ad lib. 11. cap. 20. ideoque in textum recepi. Mox *occidere videtur & cum ſag.* ediderunt Micyllus ac Schefferus, & ita exaratum in Celeb. d'Orvillii codice.

7 OCCIDERE VIDETUR ] Offendit Modium, quod mox denuo ſequitur, *perſpicitur*. Ideo legit: *Haec virgine exoriente occidere, cum ſagittario exoriri perſpicitur*. Sed nimirum, non attendit, ſequi noſtrum genus hoc plebejum locutionis. Vide quae notavi ad Fabul. 16. & 22. SCHEFF.

8 UT BRACHIA SUNT CONJECTA ] Sanctandreana, *collecta*. Neſcio, quid ſint *brachia collecta*. Lego *confecta*, & expono per ſimplex *facta*, eorum, quae ſunt confecta ut brachia, id eſt, ita fabricata, ut hanc ſpeciem referant. puto eſſe clara omnia. SCHEFF. Legerim *collocata*. quanquam Vlitt. 3. habent, *in teſtudinem, ut brachia, ſunt conjectae*. *Conjecta* Venet. & aliae antiquitus publicatae. MUNCK. Pro *in teſtudine* Voſſ. pr. & Hemſt. *in teſtudinem*. pro *collecta* Leid. & Voſſ. ſec. *collocata*. Micyllus ac Schefferus ediderunt *conjecta*. ut in Hemſt. Voſſ. pr. & d'Orvill. exaratum eſt. pro *quos bum.* Micyll. & Scheff. ediderunt *quas bum.* ut in Voſſ. pr. & d'Orvill. ſcriptum erat. pro *fingit* Leid. *finxit*.

9 QUAS HUMEROS ] Sanctand. *quas humeros*. Sed *quas* ad ſtellas ſingulas referri poteſt. SCHEFF.

10 TESTUDINIS UNAM ] *Teſtudinis duas* ediderunt Micyllus & Schefferus, & duo Voſſ. exhibent.

11 IN IMA LYRA ] Non improbo quidem. Sed cum Veneta aliaeque antiquiores repraeſentent, *in imâ lyrae*, videri poſſit ſcripſiſſe *in imo lyrae*. *Fundum* vocat German. Scholiaſtes, πυθμέα Eratoſthenes. Verba Scholiaſtae ſunt, *in fundo unam*, *in modulo unam*. Lege, *in mediolo unam*, ut in libro Heinſii emendaverat neſcio quis doctus homo. Dictam & *lyram* nomine totius ſigni ſtellam illam, quae in fundo eſt, docet nos Proclus, ut & Geminus p. m. 46. Caeterum in fine capitis hujus additur à Veneta & aliis, *& ita omnino ſunt novem*. Sed MSS. 3. Vlitt. non agnoſcunt illa. Diſertim alioquin & Eratoſthenes, τὰς πάντας ϛ'. Sed decem lyrae ſtellas tribuit Hipparchus, octo Timochares apud Theon. in Arat. pag. 37. ed. Lond. MUNCK. Pro *unam* Voſſ. pr. *una*. Voſſ. ſec. *unam, ita ſunt*

 *novem*

VII. *Olor.*

Hujus una ala eſt ad circumductionem hujus circuli, qui [1] Arcticus vocatur, contingens extremum pedem ſiniſtrum ejus, qui Engonaſin vocatur: ſiniſtram autem alam habet paululum extra circulum AEſtivum, pene conjungens pedibus Pegaſi. AEſtivus autem circulus roſtrum ejus à reliquo corpore dividit. Cauda jungitur extrema cum capite Cephei. Hic cum virgine & Chelis occidens, prius capite quam reliquis membris [2] devenit ad terram: exoritur autem cum Capricorno. Hic habet in capite ſtellam clare lucentem unam: in collo alteram pari fulgore: in utriſque pennis quinas: ſupra caudam unam: omnino [3] habet ſtellas XIII.

VIII.

*novem.* d'Orv. *ut jam ſ. n.* pro *baſis* Hemſt. *baſſis.*

## Ad CAP. VII.

1 ARCTICUS ] *Arcticos* Graecâ terminatione MSS. 3. Vlitt. & Veneta cum heic, tum & infr. cap. 9. Sic *arctos* nominandi caſu habes lib. 11. cap. 2. MUNCK. Ita cap. 5. hujus libri. Leid. & Voſſ. pr. *inter duos circulos, ARCTICON & AEſtivum.* & Leid. cod. cap. 1. *Quae POLOS appellatur.* & paullo ante in eodem capite Hemſt. cod. *utraeque Arctoi nixae.* quomodo apud Ciceronem lib. IV. in Verrem cap. 3. nonnulli ex Vett. libris, teſte Lambino, exhibent. *Canephoroi ipſae vocabantur.* Graevius adducit ibi Plinii locum, dicentis *ubi & canephoros.* Hic vero codd. *Arcticus.* pro *circumductionem* Leid. *circumdutionem.* τὸ *pedem* abeſt Voſſiano pr. De fidere *cycno* Theon. ad Aratum p. 33.

2 DEVENIT AD T. ] Voſſ. pr. *advenit ad t.* Paullo ante Hemſt. cod. *Hic cum virgine & Chelis orientibus occidens.*

3 HA-

## VIII. *Cepheus.*

CEPHEUS, à tergo minoris Arcti conſtitutus, includitur Arctico circulo à pedibus [4] ad pectus, ut praeter humeros, & caput ejus nihil occidere videatur: neque longe abeſt à flexu Draconis, quem capite primum efficere videtur. Cepheus autem manibus utriſque projectis figuratus, tanto diſſidet intervallo à pedibus Arcti minoris, quantum ſpacium inter pedes Cephei videtur. [5] Hujus caput Scorpione exorto occidere, cum Sagittario exoriri perſpicitur. Hic autem habet in capite ſtellas duas, in manu dextera unam: item in cubito obſcuram unam, in ſiniſtra manu & humero ſingulas, in dextero humero unam: in zona, quae medium ejus dividit corpus, tres ſtellae clarae videntur, in latere dextero obſcura una: in ſiniſtro genu

3 HABET STELLAS DUODECIM] Alii *tredecim*. Sed legendum *quatuordecim*. Ita docet pictura vetus. Et notavit Grotius. SCHEFF. *Tredecim* quidem & Veneta & Vlitt. 3. Al. XII. quot etiam numerat Eratoſthenes. Sed German. Schol. XIV. MUNCK. Leid. XII. Voſſ. pr. XIII. ſec. *Octo*.

## Ad CAP. VIII.

4 AD PECTUS] *Uſque ad pectus* Vlitt. unus. Mox, *Quem capite efficere videtur*, omiſſo *primum*. MUNCK. Pro *Arcti* Leid. *Arcturi*, pro *abeſt a ſi.* Voſſ. ſec. *abeſt ſi.* pro *efficere* Voſſ. pr. *reficere*. pro *figuratus* d'Orvill. cod. *figuratur*. *ſpacium* abeſt Voſſ. ſec. Conſule Theon. ad Arati Phaenomena pag. 23.

5 HUJUS CAPUT] *Corpus* Vlitt. 3. MUNCK. *Corpus* omnes, quos conſului, codd. exhibent. pro *ſcorpione exerto* Voſſ. ſec. *cum ſcorpione ex toto*. pro *in lat. d. obſcura una* Leid. *in l. d. obſcuram*. Ceteri codd. *obſcuram unam*. pro *duae*, *duas* Voſſ. ſec. ac d'Orv. *vò in* abeſt Voſſ. ſec. ante *utriſque*. pro *ſingulae* Voſſ. ſec. *ſingulas*. *vò ſtellae* abeſt

genu duae: in utriſque pedibus ſingulae: ſupra pedes ſtellae quatuor. [1] Hic totus omnino eſt ſtellarum XIX.

## IX. *Caſſiepeia.*

CASSIEPEIA ſedens in ſiliquaſtro conlocata eſt, cujus ſedilis & ipſius Caſſiepeiae [2] pedes poſiti in ipſa circumductione circuli, qui Arcticus vocatur: effigies autem corporis ad AEſtivum circulum pervenit, quem capite & dextera manu tangit. Hanc prope mediam dividit circulus is, qui Lacteus adpellatur, [3] proxime Cephei ſignum conlocatum. Haec occidens [4] Scorpione exoriente, capite cum ſedili

abeſt d'Orvilliano. Τὸ XIX. abeſt Voſſ. ſec. quindecim enumerat Eratoſthenes cap. 15. tredecim Grotius ad Imagines pag. 46.

1 HIC TOTUS OMNINO STELLARUM NUMERUS] Illud *numerus* delendum eſt. Idem faciendum in Cepheo, Andromeda, Perſeo, & pleriſque aliis Modius judicavit. SCHEFF.

## Ad CAP. IX.

2 PEDES POSITI] *Poſiti ſunt.* Vlitt. 2. MUNCK. Τὸ *eſt* abeſt Voſſ. ſec. pro *ſedilis* idem *ſedile.* Omnes, quos conſului, agnoſcunt *poſiti ſunt.* Praeterea haud male duo Voſſ. *in ipſam circumductionem.* Omnes codd. *Arcticos.* Theo ad Arati Phaenom. pag. 24. Ἡ δὲ Κασσίωπια, ἐκτεταμένας ἔχει τὰς χεῖρας εἰς ἀγγυιάν. ἐχαμαὶ δέ ἐστιν ἑστηκυῖα τετραχοσπιθίζει. καὶ εἴποις ἂν αὐτὴν εἰς τὸ τοιόνδε χαμαὶ ἐστηκυῖαν ἐπαοιδαῖς τοῦ παιδὸς καὶ λυπεῖσθαι.

3 PROXIME CEPHEI SIGNUM COLLOCATUM] *Collocatam* Vlitt. 3. ut referatur ad *Caſſiepeiam.* MUNCK. Noſtri codd. omnes *collocatam.*

4 SCORPIONE EXORIENTE] *Cum ſcorpione oriente* Vlitt. 1. qui & ſupr. cap. 7. repraeſentat: *Hic cum virgine & chelis exorientibus occidens.* Nec non cap. 3. *Hic quidem cum tauro & geminis orientibus & cancro & leone occidit.* MUNCK. Leid. *cum Scorpione exoriente*, ſic cap. XII. Voſſ. pr. *exoriri autem cum Ophiucho & Engonaſi occidente.* qui pro *reſupina* exhibet *reſupinata.*

5 IN

li reſupina ferri perſpicitur, exoriri autem cum Sagittario. Hujus in capite ſtella oſtenditur una: in utroque humero una: [5] in papilla dextra clara una: in lumbis magna una, in ſiniſtro [6] femore duae: in genu una, [7] in pede dextro una, [8] in quadrato, quo ſella deformatur, in angulis utriſque ſingulae clarius caeteris lucentes. Haec igitur eſt omnino [9] ſtellarum XIII.

## X. *Andromeda.*

ANDROMEDA [10] proxime Caſſiepeiam, ſupra caput Perſei, brevi intervallo diſſidente conlocata perſpicitur, [11] manibus diverſis vincta,

5 IN PAPILLA DEXTRA] Ita & Vlitt. unus. Sed *mamilla* al. cum Veneta & Scholiaſte Germanici. MUNCK. Noſtri codd. *papilla*.

6 FEMORE] *Femine* Vlitt. 2. Ut ſupra cap. 5. & infr. cap. 11. MUNCK. *Femine* Leid. Voſſ. pr. & d'Orv. ſic cap. XI. Voſſ. pr. & d'Orv. in *dextro femine*; & mox *in ſiniſtro femine*. Sed quae abſunt Hemſterhuſiano.

7 IN PEDE DEXTRO] Micyllus & Schefferus ediderunt *in pede ipſius dextro*. Voſſ. pr. *in pede primori dextro*. Voſſ. ſec. *in pede priori dextro*. d'Orv. *in primori pede dextro*. Eratoſthenes ἐπὶ τοῦ ἑτέρου ἄκρου.

8 IN QUADRATO] Ἐπὶ τῷ πλατεῖ ἀ, ut habet Eratoſthenes. Adde ergo poſt *deformatur* ex Vett. edd. *una*. MUNCK. Pro *ſella*, *ſtella* duo Voſſiani. *una* abeſt d'Orvilliano.

9 STELLARUM XIII.] XIV. MSS. 2. Vlitt. Sed & German. Schol. *Sunt omnes* XIII. MUNCK. Leid. Voſſ. pr. Hemſt. & d'Orv. XIV. & plures quam XIII. in ſuo ſe codice reperiſſe docet Grotius ad Imag. pag. 47. Eratoſthenes cap. 10. tredecim modo enumerat.

## Ad CAP. X.

10 PROXIME CASS] Micyll. ac Scheff. edidere *Prope Caſſ.* Leid. tamen & Voſſ. prim. Munckeri lectionem firmant.

11 MANIBUS DIVERSIS VINCTA] Vide Theon. ad Arati Phaenom. pag. 24, 25, 28. & pag. 75. Καλοῦνται φασὶ τὰς χεῖρας ἡ Ἀνδρομέδης ἀφ' ἑκατέρου διεζευγμένας, ἃ περέχονται. & cetera ibi vide.

cta, ut antiquis hiſtoriis eſt traditum. Cujus caput equi Pegaſi [1] ventri conjungitur: eadem enim ſtella [2] & umbilicus Pegaſi & Andromedae caput adpellatur. Hujus medium pectus & manum ſiniſtram circulus AEſtivus dividit. Occidit autem cum Piſce de duobus ſecundo, quem Andromedae ſubjectum brachio ſupra diximus, exoriente Libra & Scorpione, capite prius quam reliquo corpore [3] perveniens ad terram. Exoritur autem cum Piſcibus & Ariete. Haec, ut ſupra diximus, habet in capite ſtellam clare lucentem unam: in utroque humero unam: in cubito dextro unam, in ipſa manu unam: in ſiniſtro cubito unam, in brachio unam, in manu alteram: in zona tres, [4] ſupra zonam quatuor: in utroque genu unam, in pedibus autem binas. Ita omnino [5] eſt ſtellarum XX.

## XI. *Perſeus.*

Hujus ſiniſtrum crus & humerum laevum circulus AEſtivus à reliquo corpore dividit. Ipſe manu dextra [6] Arcticum circulum tangit: dextro pede caput Aurigae premere velut currens videtur. Idem occidens Sagittario [7] & Capricorno exorto, inclinatur ad caput verſus, cum Ariete & Tauro rectus exoritur. Habet autem in utroque humero ſtellam unam: in manu dextra clare lucentem unam, [8] qua falcem tenere dicitur, quo telo Gorgonem interfecit: in ſiniſtra alteram, qua caput Gorgonis tenere exiſtimatur. Habet praeterea in ventre ſtellam unam, in lumbis alteram: in dextro femine unam, in genu unam, in tibia unam, in pede unam obſcuram, in ſiniſtro femine unam, & in genu alteram: in tibia duas, in ſiniſtra manu [9] quod Gor-

1 VENTRI CONJUNGITUR] *Ventre* Vlitt. 2. Quod non auſim damnare. Vide not. ad cap. 16. MUNCK. Leid. d'Orv. & Hemſt. *ventre*. Mox pro *ſtella* Voſſ. pr. *ſtellae*. & pro *quem Andr.* d'Orv. *quam Andr.*

2 ET UMBILICUS PEGASI &c.] Caeſar: *Vertice & Andromedae radiat quae ſtella ſub ipſâ Alvo fulget Equi.* MUNCK.

3 PERVENIENS] Leid. & d'Orv. ita legunt. ſed in ceteris *pervenit.* ut Micyllus ac Scheff. ediderunt. Pro *haec ut ſupra* Voſſ. pr. *haec ſupra.*

4 SUPRA ZONAM QUATUOR] Putat Grotius, legendum ſub *Zona quatuor*, ut aliis conveniat. SCHEFF. *Sub zonâ* Grotius. Quam emendationem adſtruunt & German. Scholiaſtes, & Eratoſthenes. MUNCK. *Super zonam* duo Voſſ. *ſupra zonam* d'Orv. & Leid. Paullo ante pro *Gorgonem* Hemſt. *Gorgona.* & pro *femore femine* bis.

5 EST STELLARUM XX.] Schol. German. *Sunt omnes* XXI. Quod ſi numerum ſubducas, videbis ex illo emendandum eſſe Hyginum. XXII. repraeſentat pictura vetus. MUNCK. *Τὸ eſt* abeſt Leidenſi. Voſſ. ſec. XVIII.

## Ad CAP. XI.

6 ARCTICUM CIRCULUM] *Arctoum* MSS. 2. MUNCK. Pro *dextra* Leid. *ſiniſtra.*

7 ET CAPRICORNO EXORTO] Leid. *& capricorno exortis.* pro *inclinatur* Leid. Voſſ. ſec. & d'Orv. *inclinatus.* pro *tauro rectus* Voſſ. ſec. *tauro recto.* d'Orv. *cum tauro rectus.*

8 QUA

Gorgonis caput vocatur, ſtellas quatuor. [10] Omnino eſt ſtellarum XIX. Caput ejus & falx [11] ſine ſideribus adparet. Hunc Aratus cum diceret inter ſidera κεκονισμένον figuratum, adceperunt complures, eum pulverulentum dicere: quod minime convenit, poſſe inter ſidera etiam [12] pulverulentum adparere: quod ſi eſſet, dignior erat Orion, cui idem adſcriberetur. Primum, quod adſidue eſt venatus, & ſemper in terra fuit: [13] denique quod adhuc inter ſidera venari videtur: Perſeus autem [14] qui adſidue volaret, non poteſt pulverem habere. Quid igitur? Cum vellet Aratus eum currentem obſcure ſignificare, uſus AEtolorum

8 QUA FALCEM TENERE EXISTIMATUR] Geminus: *Quae in ſummâ dextrâ Perſei ſtellulae crebrae & parvae collocantur, hae efficiunt conſtellationem falcis. Quae vero in extremâ manu ſiniſtrâ ſunt ſitae ſtellae, vocantur ſtellae Gorgonum.* MUNCK. Pro *qua* Voſſ. ſec. *quo.* Leid. *in qua.* pro *Gorgonem* Voſſ. pr. & d'Orv. *Gorgona.* pro *interfecit* Leid. *interfacit.* pro *in genu* Leid. & duo Voſſ. *ad genu*, quomodo Schefferus edidit.

9 QUOD CAPUT GORGONIS VOCATUR, STELLAS QUATUOR] Scholiaſtes Germanici: *In capite Gorgonis circumquaque tres.* Et Eratoſthenes, περὶ τὴς Γοργόνος πλειόνας γ'. Οἱ δὲ ἐν ἄκρᾳ τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ δ' Περσέως κείμενοι ἀστέρες, Γοργόνων κεφαλή. Fort. Γοργόνιον, ut appellat Ptolemaeus. MUNCK.

10 OMNINO EST STELLARUM XIX.] Schol. German. *Fiunt omnes* XVIII. Veneta, & aliae antiquiores, *Omnino eſt ſtellarum numerus decem & ſeptem.* Sed octodecim ſunt, ſi numeros Hygini ſubducas. MUNCK. *Eſt* abeſt Leid. & Voſſ. pr. d'Orv. *ſtellarum XVIIII.* Voſſ. pr. *IIII.*

11 SINE SIDERIBUS APPARENT] Eratoſthenes: Ἡ δὲ κεφαλὴ, καὶ ἡ ἄκρη ἄπεστιν ἀστέρων. MUNCK. Leid. & duo Voſſ. *apparet.* pro *aſcriberetur.* Leid. *aſcribitur.* pro *venatus* Voſſ. ſec. *venator.*

12 PULVERULENTUM ACCIPERE] Modius vult *apparere*, quod retinuerunt in Sanctandreana. Ego cur non hic, ut paulo ante, poſſit ſtare, haud intelligo. Videtur offendiſſe Modium, quod ſupra c. 6. SCHEFF.

13 DENIQUE QUOD ADHUC] *Deinde quod adhuc* MSS. 2. ex Vlitt. MUNCK. Leid. Voſſ. ſec. d'Orv. & Hemſt. *deinde quod adhuc.*

14 QUI ASSIDUE VOLARET] Ita & Vlitt. 2. Sed

rum consuetudine, eum [1] κεκονισμένον dixit: [2] AEtoli enim cum volunt aliquem decurrere significare, [3] ἀποκονίσαι dicunt, id quod Aratus voluit demonstrare, non ut illum volantem adsidue pulverulentum dicat, quod à multis perperam est intellectum.

## XII. *Heniochus.*

HE-

Sed edd. antiq. *volabat*. Convenientius foret, *volarit*. MUNCK. D'Orv. *volabat*. pro *potest*. Leid. *poterat* haud male.

1 ΚΕΚΟΝΙΣΜΕ'ΝΟΝ] Versus Arati hi sunt:

Καὶ οἱ δίξηται μὲν ἐπὶ κλισμὸν τιθέντας
Πυθμένι δίφρου, τὰ δ' ἐν ποσὶν, οἷα διώκων,
Ἴχνια μαχόμενος, κεκονισμένον ἐν Διὶ πατρί.
MICYLL.

2 AETOLI] *AEoli* vel *AEolii* mallet Grotius, quod AEolica utatur dialecto Aratus. MUNCK.

3 'ΑΠΟΚΟΝΙ'ΣΑΙ] Paris. & nonnullae aliae edd. κεκονίσθαι. Edit. Ven. anni 1482. *Coconisse*. Forte, κεκονίσθαι. Eustath. ad Hom. pag. 943. ed. Bas. Ἔστι δὲ κονίαν πιεῖν τὸ λέγειν τὸ πιόντα κόνιν ἐγείραι ἐν τῇ σπουδαίᾳ θέσει. Confer Etym. in Κονία. Versus Arati hi sunt p. 33. ed. Lond. Καὶ οἱ δίξηται μὲν ἐπὶ κλισμὸν τιθέντας Πυθμένι δίφρου, τὰ δ' ἐν ποσὶν οἷα διώκων Ἴχνια μαχόμενος, κεκονισμένον ἐν Διὶ πατρί. Schol. κεκονισμένον ἦν, ἤγουν κόνιν ἐκ τῆς σπουδῆς ἐγείρων. MUNCK. Pro *volant* Hemst. Voss. sec. & d'Orv. *vult*. Mei codices scribunt *apoconisse*. Forte legendum κονισσαῖς. Verba a κόνις derivata festinationem indicant. ut taceam de verbo ἰγκονᾶν, quod eo sensu centies occurrit. e. g. Eurip. Herc. Fur. 521.

Ἴτ', ἰγκονᾶτε.

Et Sophocl. Trachin. 1271.

Ἄγ', ἰγκονᾶτ', αἴρεσθε.

Infinita alia exempla omitto. Verum tam κονεῖν & κονίσσειν, quam ἰγκονᾶν pro festinare, accelerare ponitur, ut docuit inl. Spanh. ad Aristophanis Plutum vs. 255. hinc κεκονισμένον pro festinante, ut h. l. De hoc loco & hac voce egerunt Viri eruditionis fama inlustres P. Wesseling. lib. 11. Observat. cap. 23. & G. Arnaldus lib. 11. Lect. Graec. cap. 2. pro *illum* Hemst. *ullum*.

o

Ad

HENIOCHUS autem circulo AEſtivo genuum fine, praeterea ab humero ſiniſtro uſque ad zonam dividitur ab eo, quem ſupra [4] Lacteum orbem diximus. Hujus dexter pes Tauri ſiniſtro cornu ſtella conjungitur una. Manibus ut lora tenens figuratur. Cujus [5] in humero ſiniſtro Capra, [6] in manu autem duo Hoedi duabus ſtellis formati dicuntur. Totus autem pedibus Perſei ſubjectus, caput habens contra urſae majoris [7] adſpectum. Hic occidere Sagittarii & Capricorni exortu videtur: exoriri autem, Ophiucho & Engonaſin occidentibus. Habet praeterea in capite ſtellam unam: in utroque humero unam, ſed in ſiniſtro clariorem, quae Capra vocatur, in utroque cubito unam, in manu duas, quae Hoedi adpellantur, [8] ſtellis prope occidentibus facti.

## XIII.

## Ad CAP. XII.

4 LACTEUM ORBEM] Omittit *lacteum* Voſſ. ſec. Mox pro *ſtella* &c. Voſſ. pr. ita ſcribit *ſtellae conjungitur, una manibus ut labora tenens.*

5 IN HUMERO SINISTRO CAPRA] Geminus pag. 45. Ὁ δὲ κὼ τῷ ἀριστερῷ ὤμῳ ἔχων χειμῶνα, λαμπρὸς ἀστὴρ αἴξ προσαγορεύεται. Οἱ δὲ κὼ ἄκρᾳ ἅπτεται χειμῶνι ἀστερίσκοι δύο, ἐριφοι καλοῦνται. MUNCK. Theo ad Aratum pag. 20. τὸ δὲ ἀνίοχος διδασκαλικῶς. τρεῖς γὰρ ἔχει κὼ τῇ χειρὶ, ὧν, ὁ μὲν ἐπὶ τῷ ὤμῳ σφόδρα ἐστὶ λαμπρὸς, καὶ καλεῖται αἴξ, οἱ δὲ ἄκροι δύο, ἐριφοι, ἀμαυρότεροι, οἱ καλοῦνται ἔριφοι.

6 IN MANU DUAS, QUAE HOEDI] in ſiniſtrâ manu puta. Ἐπ' ἀριστερᾶς χειρὸς, ut loquitur Eratoſthenes. Schol. German. *Super ipſo brachio ſtellas duas, quae vocantur hoedi.* Servius ad AEn. IX. 668. *Retinet autem auriga ſtellas duas in manu, quae hoedi vocantur, & capram, quam Amalthean dicunt: quarum & ortus & occaſus graviſſimas tempeſtates faciunt.* MUNCK. Serv. ad I. Georgic. vs. 205. *Hic* (Auriga) *in manu ſiniſtra fert haedos, in humeris capram Amalthean.* Theo ad Aratum pag. 74. Ἀνεχομένῳ δὲ αἰγοκέρωτος ἡ ἄλλη χεὶρ, ἐφ' ᾗς εἰσὶν οἱ ἔριφοι, δύνει. λέγει δὲ τὴν ἀριστερήν.

7 ASPECTUM] Leid. *aſpectus.* Mox *exoriri* ad *habet* abſunt d'Orvilliano, Voſſ. pr. & Hemſt. *Exoriri a. cum Ophiucho & Engonaſi.* Voſſ. ſecundo abeſt *occidentibus.* pro quo *occidente* Voſſ. pr.

8 STELLIS PROPE OCCIDENTIBUS FORMATI] Morellianus unus *fiti.* Alterutrum ex gloſſa eſt. Unus plane omittit. SCHEFF. Al. *formati. Fiti* alter Morell. Ut & unus de Vlitt. MUNCK. *Fiti* Voſſ. ſec. Hemſt. & d'Orv. Leid. *facti.* Voſſ. pr. *formati.* Voſſ. ſec. addit *ita ſunt quinque.* Micyllus edidit *ita omnino ſunt numero ſeptem.* Schefferus cum ſequitur. Eratoſthenes τὰς πάντας ἑπτά. Sed vide Grotium ad Imagines pag. 44.

## XIII. *Ophiuchus.*

OPHIUCHUS inclinatus à capite, [1] ut qui reſupinari videtur, manibus anguem tenere figuratus. Hujus autem humeri AEſtivo circulo dividuntur à reliquo corpore. Ipſe genuum fine ab AEquinoctiali circulo terminatur, pede ſiniſtro premens oculos, dextro autem [2] teſtudini Scorpionis innixus. Anguis autem, qui ab eo tenetur, prope extremo ore [3] Coronam contingit, medium ut praecingens Ophiuchum, [4] à cauda brevior quam ſuperiori corpore, qua manus ſiniſtra ipſius ſigni figuratur: ita tamen, ut extrema cauda circulum AEquinoctialem cum Aquilae cauda jungat. Occidens exortu Geminorum,

## Ad CAP. XIII.

1 UT QUI RES. VIDETUR] Leid. *ut reſupinari videatur.* Micyllus, deinde & Schefferus ediderunt *figuratus eſt*: ut ſcribunt duo Voſſiani. pro *tenere* Hemſt. *tenentem.*

2 TESTUDINI SCORPIONIS INNIXUS] D'Orv. *teſtudine Scorpionis innixus.* De re conſule Theonem, ad Arati phaenomena pag. 13. quomodo Eudoxus & Hipparchus ab Arato in hujus imaginis deſcriptione diſſentiant, monſtrantem, cui adde Grotium ad Imagines pag. 34.

3 CORONAM CONTINGIT] Theon. ad Aratum pag. 13. Ἔχει ὁ ὄφις τὴν κεφαλὴν συνάπτουσαν τῷ στεφάνῃ. Adde Leontium de Arati Sphaera pag. 128. poſt Aratum pluribus de Ophiucho agentem.

4 A CAUDA BREVIOR] Codex Celeb. d'Orv. & Leid. hanc lectionem agnoſcunt. Ceteri, ut Micyllus ac Scheff. edidere, *cauda brevior.* Pro *ſigni figuratur* Voſſ. ſec. ſcribit *anguem.*

5 TRIUM ET VIG. STELLARUM] Ita Codd. Novemdecim enumerat Eratoſthenes cap. VII. Grotius ad Imagines pag. 35. illud *trium & viginti ſtellarum* a mala manu eſſe, & Hyginum modo viginti duas ſerpenti tribuiſſe ſtatuit. Imo Munckerus edidit *ſub capite quatuor*, cum Voſſ. ſec. ac d'Orv. *ſub capite tres* ſcribant, ut Micyllus ac Scheff. edunt.

Ad

norum, Cancri, & Leonis, pervenit ad terram: exoriens autem cum Scorpione & Sagittario, adparet. Hic habet in capite ſtellam unam, in utroque humero ſingulas, in ſiniſtra manu tres, in dextra quatuor, in lumbis duas, in utroque ſingulas, in dextro crure unam, in utroque pede ſingulas, ſed clariorem in dextro. Itaque eſt omnino ſtellarum XVII. Anguis autem habet in ſummo capite duas, ſub capite quatuor, uno loco omnes. Ad manum ipſius Ophiuchi ſiniſtram duas, ſed quae maxime ad corpus ejus adcedit, clariorem: & in dorſo Anguis ad ipſam corporis conjunctionem quinque. Et in prima curvatura caudae quatuor: in ſecunda, caput verſus, habet ſtellas ſex. Ita eſt omnino [5] trium & viginti ſtellarum.

## XIV.

SAGITTA inter duos circulos, AEſtivum & AEquinoctialem, ſuper Aquilae ſignum poſita, dividitur ab eo circulo, qui [6] utrique polo ſubjectus ad Cancrum & Capricornum pervenit. [7] Hujus acumen ad Equi pedum regionem ſpectat: altera pars ad humeros Ophiuchi tendit. Haec occidit Virginis ortu: oritur autem cum Scorpione. Habet omnino ſtellas quatuor, quarum una [8] in principio materiae, altera in medio, duae reliquae [9] in eo loco, quo ferrum ſolet adfigi, [10] diverſae videntur.

## XV. *Aquila.*

AQUILA ala dextra non multum extra circulum AEquinoctialem prodire, ſiniſtra autem [11] non longe à capite Ophiuchi figurata videtur.

### Ad CAP. XIV.

6 UTRIQUE POLO] Voſſ. pr. *utro polo*. Leid. *utroque polo*.

7 HUJUS ACUMEN] Grotii emendationem amplector, qui emendat, *hujus acumen*, & *acumen* eam teli exponit partem, ubi ferrum ſolet affigi. Atque ita pridem legit Modius, quem ſecuti ſunt in editione Sanctandreana, credo & Morelliana. SCHEFF. Ita & Vlitt. 2. Malè *cacumen* editi vulgo. Vide infr. cap. 25. & lib. IV. cap. 4 Lactant. de Opif. Dei cap. 7. *Acuminavit in caudam*. MUNCK. Omnes codd. praeter Leidenſem, *acumen*. ut jam legit Grotius ad Imagin. pag. 60. Paullo ante pro *ſuper* duo Voſſ. *ſupra*. d'Orv. cod. ut ediderunt Micyllus ac Scheſferus *ſigno aquilae ſuperpoſita*. pro *ſpectat* Voſſ. pr. *exſpectat*.

8 IN PRINCIPIO MATERIAE] H. e. ligni, unde ſagitta erat facta. MUNCK.

9 IN EO LOCO, QUO FERRUM SOLET AFFIGI] H. e. *in acumine*, ut loquitur German. Scholiaſtes, ἐν τῇ ἀκίδι. MUNCK. *In hac loco* Voſſ. ſec.

10 DIVERSA VIDENTUR] Morellianus unus, *verſae videntur*, alter *dividuntur*. SCHEFF.

### Ad CAP. XV.

11 NON L. A CAP. O. FIGURATA] Leid. &



detur. Praeterea roſtrum ejus à reliquo corpore dividit circulus, quem ſupra diximus à Cancro ad Capricornum pervenire: media autem finitur ab, eo quem ſupra Lacteum orbem demonſtravimus eſſe. Haec occidit exorto Leone: exoritur autem cum Capricorno, habens in capite ſtellam unam, in utraque penna unam, in cauda unam.

## XVI. *Delphin.*

1 DELPHIN non longe ab Aquilae ſigno figuratus, incurvatione caudae noviſſimae tangit AEquinoctialis circuli circumductionem, capite

Hemſt. *Non longe cap. O. figurata.* De hoc ſidere Theon. ad Arati Phaenom. pag. 36. Addunt Micyllus ac Schefferus *itaque omnino ſunt quatuor.* Voſſ. ſec. *ita eſt ſtellarum trium.* Ceteris codd. haec verba abſunt. Eratoſthenes cap. 30. ἴχει δ' ἀστέρας δ'. De ſtellis conſule Grotium ad Imagines pag. 60.

## Ad CAP. XVI.

1 DELPHIN] Leid. & Voſſ. ſec. *Delphinus.*

2 PROPE CONTINGENS] *Conjungens* unus ex Vlitt. Quod damnare haud auſim. Sic mox cap. 17. *Manum dextram cervice ſuâ conjungens.* Confer quae diximus ad cap. 19. 28. 30. 34. 37. &c. Servius ad AEn. IX. vers. 668. *Hunc cum tauro una clara ſtella conjungit.* MUNCK. Pro *capite* Voſſ. ſec. *caput.* Omnes vero codd. *conjungens.* Pro *roſtrum* Voſſ. ſec. *roſtro.*

3 CUM VIRGO EXORTA EST A CAPITE] Sanctandreana. *exorta eſt ad capitis finem.* Morellianus *a capitis fine.* SCHEFF.

4 AD CERVICEM VERSUS] Ita & Vlitt. 2. Τὸ *ad* notandum heic addi, quod omitti alias ſolet. Vellej. lib. II. cap. 101. *Omnibus ad orientem verſus provinciis.* Non diſſimile eſt illud ejuſdem ſcriptoris lib. I. cap. 15. *A lupercali in palatium verſus.* Et Curtii lib. IV. cap. 7. *In meridiem verſus Arabes ſpectant.* Salluſt. Catil. cap. 56. *In Galliam verſus caſtra movere.* Schol. German. heic habet, *in ſolio duas.* Scripſerat, opinor, in *loſid*, pro λοφιᾷ. Quam vocem ut ambiguam (verticem enim & cervicem notat) retinere illi ſatius

pite [2] prope contingens equi Pegaſi roſtrum. Hic exoritur cum ſagittarii poſteriore parte. Occidit autem, [3] cum Virgo exorta eſt ad capitis finem. Habet autem in capite ſtellas duas, ſupra caput [4] ad cervicem verſus duas: ad ea, quae in ventre velut pennae videntur, habet ſtellas tres: in ſcapulis autem unam; in cauda duas. [5] Omnino eſt ſtellarum decem.

## XVII.

ſatius viſum eſt, quam malè interpretari. Eratoſthenes, ἐπὶ τῇ λαφίᾳ β΄. Scripſeram haec, cum à Grotio in Notis ad Imag. reſtitui vidi Scholiaſtae iſti, *in collo duas*. MUNCK. Pro *ad capitis finem* Leid. *a capite*. item d'Orv. & Voſſ. ſec. & ita ediderunt Micyllus ac Schefferus. Voſſ. pr. *a capite finem*. Mox *ad cervicem verſus* agnoſcunt duo Voſſ. & d'Orv. ſed Leid. *caput c. v.* ſine dubio pro *caput ad c. v.* De hac phraſi videndi eximii Interpretes ad J. Caeſar. lib. VI. B. Gall. cap. 33. & Cl. Oudendorp. ad lib. VII. cap. 8. in fine. ſic in Hygini cap. XXXIX. hujus libri *ad caudam verſus* duo codd. exhibent.

5 OMNINO EST STELLARUM DECEM] Vlitt. 3. *Eſt omnino ſtellarum* IX. Quod convenit cum Eratoſth. & Scholiaſte Germ. cujus haec ſunt verba: *Habet autem ſtellas novem, & ideo muſicum ſignum dicitur, eo quod in numero muſarum ſtellas habet*. MUNCK. Haec Theon ad Arati Phaenom. pag. 37. Ἐπικαλεῖται δὲ τὸ δελφὶς, ἐπειδὴ ὁ Διὸς, ἐπάστιγος τὰ πρῶτα, τέσσαρας ἔχων ἀστέρας ἐπισήμους ἐν τῇ παρυφῇ κειμένους. de quibus quatuor ſtellis Grotius ad Imagines pag. 61. Voſſ. pr. *omnino eſt ſtellarum decem. Omnino ſtellarum VIII.* Voſſ. ſec. *Omnino eſt ſtellarum VIIII.* Leid. & d'Orv. Pro *decem* reponerem *novem* adſtipulantibus codd. MSS. Ita enim Ovid. lib. II. Faſt. vs. 117.

——— *Aſtris Delphina recepit*
*Juppiter; & ſtellas juſſit habere novem.*

XVII. *Equus.*

EQUUS Arcticum circulum ſpectans, [1] pedibus AEſtivo orbe niti, extremo ore caput Delphini tangere videtur, Aquarii manum dextram cervice ſua conjungens, & utriſque Piſcibus clauſus, quos in duodecim ſignis poſtea demonſtrabimus. Hujus in ſtellis corpus adparet uſque ad umbilicum deformatum: qui occidit cum Piſce de duobus primo, qui ſupra tergum ejus eſt fixus. Exoritur cum Aquario toto, & cum Piſce, [2] cum quo & occidit manus Aquarii dextra. Hic habet in roſtro ſtellas duas obſcuras, in capite unam, in maxilla unam, in utriſque auribus ſingulas, in cervicibus quatuor obſcuras: ſed [3] maxime lucet, quae capiti proxima adparet: in humero claram unam; in pectore unam, [4] in interſcapilio unam, in umbilico

## Ad CAP. XVII.

1 PEDIBUS] Abeſt Voſſ. pr. pro *aeſtivo* idem *aeſtivi*. Pro *utriſque* Leid. *utrique. de duobus* abſunt Voſſ. ſec. ac d'Orv. *cum* ante *piſce* abeſt Leidenſi.

2 CUM QUO ET OCCIDIT MANUS] Vett. edd. *Cum quo occidit, & manu* &c. Unus ex Vlitt. *Cum quo occidit & manus* &c. MUNCK. *Cum quo occidit & manu* ediderunt Micyllus & Schefferus, & ita duo Voſſ. & d'Orv. Leid. vero *cum quo occidit & manus*. Conſule Theon. ad Aratum pag. 74.

3 MAXIME LUCET &c.] Pro *lucet* Voſſ. ſec. *lucent*. pro *capiti* duo Voſſ. *capite*. pro *proxime apparet*. Voſſ. ſec. *proximae*. Conſule Theon. ad Aratum pag. 26.

4 IN SCAPILIO] Sanctandr. *in interſcapilio*, quod a Grotio probatur. Ego haereo. SCHEFF. *In armo* Schol. German. Quod idem eſt. Vide quae ad cap. 1. annotavi. MUNCK. *Interſcapilio* Voſſ. ſec *in ſcapulo* Voſſ. pr.

5 NOVISSIMAM UNAM] Eratoſthenes, ἐπ' ὀμφαλῷ ἰχαδὸν λαμπρὸν ἀ. Si eum locum reſpexit, interſerendum *claram*. Schol. Germ. *In ſpirâ unam, in umbilico claram unam*. MUNCK.

6 OMNINO EST STELLARUM XVII.] Schol. Ger-

bilico [5] noviſſimam unam, quae Andromedae caput vocatur, in genibus utriſque ſingulas, in utriſque poplitibus ſingulas. Ita eſt [6] omnino ſtellarum XVII.

## XVIII. *Deltoton.*



DELTOTON autem in triangulum deformatur, [7] aequis lateribus duobus, uno breviore, ſed prope aequali reliquis, inter AEſtivum & AEquinoctialem circulum ſupra caput Arietis, non longe ab Andromedae dextro crure, & Perſei manu ſiniſtra conlocatum: cum Ariete toto occidens, exoriens autem cum ejuſdem dimidia priore parte. Habet ſtellam [8] in unoquoque angulo unam.

## XIX.

German. *Fiunt omnes* XVIII. Qui numerus convenit cum ſtellis ab Hygino enumeratis. MUNCK. Deſunt Voſſ. primo. *Ita eſt omnino ſtellarum ſedecim* Voſſ. ſec. Octodecim enumerat Eratoſthenes cap. 18. & ita in Hygino legendum docuit Grotius ad Imagines pag. 50. At Ovid. III. Faſtor. 458. quindecim eſſe ſtellarum docet *Et nitidus ſtellis quinque decemque micat.*

## Ad CAP. XVIII.

7 AEQUIS LATERIBUS DUOBUS] Theo in Aratum pag. 31. Τὸ δ διλτωτὸν ἰσοσκελὲς, ἐκ ἰσοπλεύρου ἐον. Τὰς δὲ καλουσας πλευρὰς ἴσας ἔχει, τὴν δὲ κάτωθεν ὑπολείπουσαν βραχυτέραν ἐκείνων. MUNCK. Duo Voſſ. ut Micyllus ac Schefferus ediderunt, ſcribunt *aequis quodammodo lateribus duobus.* d'Orv. vero *aequis lateribus.* Adde Theon. ad Aratum pag. 28. Ed. Morell.

8 IN UNOQUOQUE ANGULO] Non habent praepoſitionem Vlitt. 2. Theo in Arat. p. 32. Ἔχει δὲ ἐφ' ἑκάστης γωνίας ἀστέρας τέσσαρας. Vel deeſt aliquid, vel ἀστέρα cum Grotio legendum, deleto τοὺς τέσσαρας. MUNCK. Pro *Perſei manu* Voſſ. ſec. *Perſei manus. Toto* abeſt Leidenſi ac d'Orvilliano. pro *exoriens* Voſſ. ſec. *eriens.* pro *dimidia priore* Voſſ. ſec. *dimidiam priore.*

Ad

## XIX. *Aries.*

[1] NUNC protinus XII. ſignorum figurationem dicemus, quorum eſt princeps Aries.

ARIES [2] in AEquinoctiali circulo conſiſtens, caput ad exortum habens converſum, occidens à primis pedibus, & [3] exoriens caput infra Triangulum, quod & ſupra diximus, tenens conlocatum, pedibus prope caput [4] contingens Piſtricis. Habet autem in capite ſtellam unam, [5] in cornibus tres, [6] in cervice tres, in pede priore de primis unam, [7] in interſcapilio quatuor, in cauda unam, [8] ſub ventre tres,

### Ad CAP. XIX.

1 NUNC PROT. D. &c.] Deſunt Leidenſi.

2 IN AEQUINOCT. CIRC.] Vid. J. Firmic. lib. 11. cap. 12. Theo. ad Aratum pag. 26, 57, 60.

3 EXORIENS CAPUT] Leid. *exoriens capite*, ita & Voſſ.

4 CONTINGENS] *Conjungens* Vlitt. 2. & Suſianus. MUNCK. Duo Voſſ. & d'Orv. *conjungens*.

5 IN CORNIBUS] *In auriculis* Scholiaſt. Germanici. Eratoſth. ἐπὶ τῶ μυκτῆρι. Hoc eſſet, *in naribus*. MUNCK.

6 IN CERVICE TRES] Unus Morellianus, *duas*, & mox *omnino eſt ſtellarum VIII*. SCHEFF. Reſcribe *duas*, ut praeferunt 4. Vlitt. & alter Morellianus. Firmant eam emendationem Eratoſthenes & German. Scholiaſtes. MUNCK. *Duas* Voſſ. duo & d'Orv. imo & Hemſt.

7 IN INTERSCAPILIO] *In dorſo* Scholiaſt. Germ. ut ἐπὶ ῥάχεως Eratoſthenes cum heic, tum cap. 23. Praepoſitionem non agnoſcunt Vlitt. 3. nec Suſianus liber, in quo fuit, *inter ſcapula*. Vide not. ad cap. 1. MUNCK. *In* abeſt Voſſ. pr. & d'Orv. ſed Voſſ. ſec. *in ſcapulo*. Deinde Scheff. ac Micyll. ediderunt *in lumbis tres*. quomodo duo Voſſ.

8 SUB VENTRE TRES] Sic & Vlitt. 2. cum Eratoſth. & Schol. German. Perperam ergo *ſub ventre unam* alii. MUNCK.

9 STELLARUM XVIII.] Si in cervice *duas* tantum colloces, erunt numero XVII. quomodo

tres, in lumbis unam, in pede poſteriore unam. Omnino eſt 9 ſtellarum XVIII.

## XX. *Taurus.*

TAURUS ad [10] ortum ſignorum dimidia parte conlocatus, [11] ut incipere genu ac defigere ad terram videtur, caput eodem habens adtentum. Genua ejus à reliquo corpore dividit circulus AEquinoctialis. Cornu ſiniſtro, ut ſupra diximus, conjungitur [12] cum ſiniſtro pede ejus, qui Auriga adpellatur. [13] Inter hujus finitionem corporis

do Vlitt. 2. & Suſianus exhibent. MUNCK. *Omnino eſt ſtellarum octodecim* Voſſ. pr. & d'Orv. ſed Voſſ. ſec. *omnino e. ſt. decem & octo.* Leid. & Hemſt. *omn. e. ſt. XVII.* Vid. Grot. ad Imag. pag. 51.

## Ad CAP. XX.

10 ORTUM] Leid. *exortum.* quomodo ediderunt Scheff. ac Micyllus. Pro *defigere* Leid. Voſſ. pr. & d'Orv. *deficere.* Pro *ad terram* duo Voſſ. *attentum* d'Orv. *adtentum.* Leid. *alteram.* & ſuperſcriptum erat *ad terram.*

11 UT INCIPERE GENU AC DEFIGERE] Quid eſt *genu incipere*? putem ſcribendum, *ut inlidere genu.* Sententia, videtur genu ad terram collidere, more procidentis, atque ita exhibent picturae. SCHEFF.

12 CUM SINISTRO PEDE EJUS, QUI AURIGA] Morellianus unus, *cum dextro pede.* SCHEFF. Alter Morell. & unus ex Vlitt. *cum dextro* &c. MUNCK. Pro *cornu ſiniſtro* Voſſ. ſec. ac d'Orv. *cor. ſiniſtrum.* Mox *ut* abeſt Voſſ. pr. Serv. ad IX. AEn. 668. *Supra Tauri cornua eſt ſignum, cui Auriga nomen eſt: hunc cum Tauro una clara ſtella conjungit. Cum ſiniſtro pede* vero retineas velim. Theon. ad Arati Phaenom. pag. 22. Τὸ δὲ ἄκρον τῶ δεξιῶ κέρατος τῶ ταύρε, ᾧ ὁ δεξιὸς ποδὶ τῶ ἡνιόχε ἐπέχει ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐχίχη. Hemſt. tamen *cum dextro pede.*

13 INTER HUJUS FINITIONEM &c.] In dorſo eas collocant Proclus & Geminus. MUNCK.

poris & Arietis caudam [1] ſtellae ſunt ſeptem, quas Vergilias noſtri, Graeci autem Πλειάδας adpellaverunt. Hic averſus oritur & occidit. Habet autem in cornibus ſingulas ſtellas, ſed in ſiniſtro clariorem: utriſque oculis ſingulas, in fronte media unam: [2] ex quibus locis cornua naſcuntur, ſingulas, quae ſeptem ſtellae Hyades adpellantur: etſi nonnulli quas duas diximus noviſſime, ſtellas negaverunt eſſe, [3] ut omnino Hyades eſſent quinque. Praeterea in ſiniſtro genu priore habet ſtellam unam, & [4] ſupra ungulam unam; in dextro genu unam, & in interſcapilio tres, noviſſimam earum caeteris clariorem; in pectore unam. Quae ſunt omnino, [5] praeter Vergilias, XVIII.

## XXI.

1 STELLAE SUNT SEPTEM] Τὸ *ſeptem* abeſt duobus Voſſ. pro *averſus* duo Voſſ. & Hemſt. *adverſus*. pro *utriſque oc.* Leid. *in utriſque oc.* pro *in fronte media* Leid. *in fr. medio.*

2 EX QUIBUS LOCIS CORNUA NASCUNTUR] Ἐν τῷ τὸ κεφάτων ἑκάτερα. MUNCK. Pro *ſingulas* d'Orv. *ſingula.*

3 UT OMNINO HYADES ESSENT QUINQUE] Geminus: Οἱ δὲ ἐπὶ τῷ βαθυρρόῃ τῷ ταύρῳ κεφάλαι ἀστέρες, τὸ ἀριθμὸν πέντε, καλοῦνται ὑάδες. Eadem habet Proclus in de Sphaera, ut & Hyginus ipſe Mythol. cap. 192. MUNCK. De Hyadum numero non convenit inter veteres Aſtronomos. Conſule Theon. ad Aratum pag. 22. quinque enumerat Heſiodus, quem Micyllus citat ad lib. II. cap. 21.

4 SUPRA UNG.] Voſſ. pr. *ſuper ung.* quomodo Micyll. & Scheff. ediderunt. Mox poſt *genu unam* addit Voſſ. pr. *vacuum & verticem* Voſſ. ſec. *& in cervicem vacuum unam.* Deinde pro *noviſſimam* &c. Voſſ. ſec. *noviſſima earum caeteris clarior eſt.* Hemſt. *noviſſimo earum ceteris clariorem.*

5 PRAETER VERGILIAS XVIII.] Ita & Vlitt. 2. tertius XVIIII. quartus XVII. Octodecim numerant quoque Eratoſthenes & Schol. German. Sed numerum earum, quas Hyginus recenſuit, ſi ineas, malis XIV. ut Veneta & aliae antiquiores exhibent. MUNCK. Leid. *p. V. XVIIII.* Voſſ. pr. & d'Orv. *p. V. XVIII.* Voſſ. ſec. 20.

Ad

## XXI. *Gemini.*



GEMINI [6] ab aurigae dextra parte ſupra Oriona conlocati videntur, ita tamen, ut Orion inter Taurum & Geminos ſit conſtitutus. Capita eorum dividuntur à reliquo corpore circulo eo, [7] qui aeſtivum definire ſupra eſt dictus. Ut complexa corpora inter ſe tenentes occidunt directi à pedibus: exoriuntur autem inclinati ut jacentes. Sed de his, qui Cancro eſt proximus, habet in capite ſtellam unam claram, in utriſque humeris ſingulas claras, in dextro cubito unam, in genibus utriſque ſingulas, [8] in pedibus utriſque ſingulas: alter autem in capite unam, in utriſque mammis ſingulas, [9] in ſiniſtro humero unam, in pedibus utriſque ſingulas, & infra ſiniſtrum pedem unam, quae [10] Πρόπους adpellatur.

## XXII.

### Ad CAP. XXI.

6 AB AURIGAE ] Voſſ. pr. *ab auriga.* pro *Orionem* d'Orv. *Oriona.* pro *ſit conſtitutus* Voſſ. pr. *ſint conſtituti.* Voſſ. ſec. *conſtituti.* omiſſo *ſint.*

7 QUI AESTIVUM DEFINIRE ] *AEſtatem* Vlitt. 4. Quod omnino probandum. Vide cap. 7. lib. 1. MUNCK. Voſſ. ſec. ac d'Orv. *aeſtate.* pro *ut*, ediderunt alii *ita ut*, ut in duobus Voſſ. pro *exoriuntur* Voſſ. pr. *exoriantur.*

8 IN PEDIBUS UTRISQUE ] Unâ voce auctius Vlitt. 3. *In pedibus utriſque primoribus.* Sic ſupr. cap. 5. *In digitis primoribus.* MUNCK. Leid. *in p. u. prioribus.* Voſſ. pr. & d'Orv. *in p. u. primoribus.* Sic cap. 9. Iidem codd. *in primori pede dextro.*

9 IN SINISTRO HUMERO UNAM ] Poſt haec verba inſerenda iſta ex Vlitt. 3. *In ſiniſtro genu unam.* MUNCK. Ita edidit Micyllus: *in ſiniſtro humero unam, in dextro alteram, in utriſque manibus ſingulas, in dextro genu unam, in ſiniſtro genu alteram.* quem ſecutus Schefferus, duob. Voſſ. ac d'Orv. conſentientibus, ſed Voſſ. ſec. pro *in ſin. b. unam.* exhibet *in ſiniſtro b. alteram.* Leid. *in fin. humero unam, in dextro humero unam, in utriſque mammis ſingulas, in ſiniſtro genu unam.* Eratoſth. cap. 10. ἐφ' ἑκατέρᾳ γόνατι ἕν.

10 PROPUS APPELLATUR ] *Tropos* Vlitt. 4. & Schol.

XXII. *Cancer.*



Hunc medium dividit circulus AEſtivus [1] ad Leonem & ad exortus ſpectantem, paullulum ſupra caput Hydrae conlocatum, Occidentem & Orientem poſteriori corporis parte. [2] Hic autem habet in ipſa teſta ſtellas duas, quae Aſini vocantur, de quibus ante diximus: in dextris pedibus ſingulas obſcuras, in ſiniſtro primo pede duas, & in ſecundo duas obſcuras, in tertio unam, [3] in quarto primo unam obſcuram, in ore unam, in ea, quae [4] Chela dexterior dicitur, tres ſimiles, non grandes, in ſiniſtra ſimiles duas. Omnino [5] eſt ſtellarum XVII.

XXIII.

Schol. Germ. in Vett. editionibus. Nimirum *propos* pro *propus* dederant librarii, ut *Trapezos* pro *Trapezus* Myth. cap. 176. aliaque id genus, quae ad illum locum congeſſimus. Geminus: Ὁ δὲ καρκίνος τῷ ποδὶ τῷ δεξιῷ μόνῳ καὶ τῷ ἀριστερῷ δύο. MUNCK. Leid. *tropus*. Duo Voſſ. ac d'Orv. *tropos*. ſine dubio pro *propos*. Vide Eratoſth.

## Ad CAP. XXII.

1 AD LEON. ET AD EXORTUS] Micyll. & Scheff. ediderunt *ad Leonis exertus*. Leid. *ad Leon. & exortus*. Voſſ. pr. & d'Orv. ſcribunt, ut Munck. edidit. Pro *ſpectantem* Hemſt. *ſpectantes*. Mox pro *orientem* codd. *exorientem*. ut ante Munckerum editum fuit.

2 HIC AUTEM] Τὸ *autem* abeſt Leid. & Voſſ. ſec. pro *ante* Voſſ. ſec. *ante jam*.

3 IN QUARTO PRIMO] H. e. Ἐν δ' ἀκρᾳ κὐτῇ τἀριστερᾳ, ut loquitur Eratoſthenes. MUNCK.

4 CHELA DEXTERIOR] *Cornua* chelas appellat Scholiaſtes Germanici cum Cancri, tum & Scorpii, de quo cap. 25. agitur. *Furcae* Apulejo ſunt in Apologiâ, *Forficulae* Plinio. MUNCK.

5 EST STELLARUM XVII.] Ita & Vlitt. & Eratoſthenes. Schol. Germ. XVI. Perperam. MUNCK. Voſſ. pr. Leid. & d'Orv. exhibent *XVII*. Voſſ. ſec. *XVI*. a Micyllo & Scheffero editum

## XXIII. *Leo.*

[6] LEO ſpectans ad occaſum ſupra corpus Hydrae, à capite qua Cancer inſtat, uſque ad mediam partem ejus conſtitutus, medius aeſtivo circulo dividitur, ut ſub ipſo orbe priores pedes habeat conlocatos: occidens à capite & exoriens. Hic habet in capite ſtellas tres, in cervicibus duas, in pectore unam, [7] in interſcapilio tres, in media cauda unam, [8] in extrema alteram, [9] ſub pectore duas, [10] in pede priore unam claram, in ventre claram unam, & infra alteram magnam: in lumbis unam, in poſteriori genu unam, [11] in pede poſteriori unam claram. Ita omnino eſt ſtellarum XIX.

XXIV.

editum erat *ſtellarum numerus decem & octo.* Vide Grot. ad Imag. p. 42.

## Ad CAP. XXIII.

6 LEO SPECTANS] Voſſ. pr. *exſpectans.* pro *a cap.* Voſſ. ſec. *cap.*

7 IN INTERSCAPILIO] Delent ante hanc vocem praepoſitionem Vlitt. 3. cum heic, tum & paſſim ſupra infraque. Caeterum pro interſcapilio *ſpinam* exhibet Schol. Germanici, ut & ἐπὶ τῇ ῥάχιϛ Eratoſthenes. Vide ſupr. cap. 19. MUNCK. Voſſ. ſec. & d'Orv. *interſcapilio.*

8 IN EXTREMA ALTERAM] Ita & Vlitt. 3. Sed Veneta & aliae antiquiores addunt *magnam.* Rectius eſſet *claram.* Schol. Germ. *In ultimâ caudâ claram unam.* Eratoſth. Ἐπ' ἄκρῳ λαμπρὸν ἄ. MUNCK. *Magnam* addunt duo Voſſ.

9 SUB PECTORE DUAS] Haec uſque ad *in lumbis* abſunt duobus Voſſ. De ſtella in pectore Theo ad Aratum pag. 19. Ὁ λέων ἔχει ἐπὶ τῇ καρδίᾳ ἀστέρα ΒΑΣΙΛΙΣΚΟΝ λεγόμενον, ὃν οἱ Χαλδαῖοι νομίζουσι ἔχειν τὴν ἡμέραν. PRO ΒΑΣΙΛΙΣΚΟΝ legit Grotius ad Imag. pag. 43. Βασιλικόν.

10 IN PEDE PRIORE UNAM CLARAM] Hemſt. *in ped. pr. unam ejus aram.*

11 IN PED. POST.] Hiſce praecedunt in Voſſ. ſec. *in pede priore unam.* Deinde Voſſ. pr. *omnino ſunt ſtellarum XIX.* Voſſ. ſec. o. e. *ſtellarum quindecim.* Hemſt. *omnino ſunt XVIII.*

## XXIV. *Virgo.*

VIRGO infra pedes Bootis conlocata, capite poſteriorem partem Leonis, dextra manu circulum AEquinoctialem tangit: [1] ac inferiorem partem corporis ſupra Corvum & Hydrae caudam habere perſpicitur, [2] occidens capite prius quam caeteris membris. Hujus in capite eſt ſtella una obſcura, in utriſque humeris ſingulae, [3] in utriſque pennis binae, quarum una ſtella, quae eſt in dextra penna ad humerum defixa, προτρυγητὴς vocatur. Praeterea habet in utriſque manibus ſingulas ſtellas, quarum una quae eſt in dextra manu, major & clarior, [4] ea cum ſpicis eſſe dicitur. In veſte autem habet paſſim

### Ad CAP. XXIV.

1 AC INFERIOREM PARTEM] *Ad inferiorem* Vlitt. 2. tertius, *at inferiorem* &c. Quod rectum eſt. MUNCK. Voſſ. pr. *ad inf.*

2 OCCIDENS CAPITE] *A capite* Vlitt. 2. MUNCK. *A capite* Hemſt.

3 IN UTRISQUE PENNIS BINAE] Theo ad Aratum p. 17. Οἶδε γὰρ ὁ Ἄρατος τὴν ΠΑΡΘΕΝΟΝ δύο ΠΤΕΡΥΓΑΣ ἔχουσαν, καθάπερ καὶ ἄλλοι μαρτυροῦσι, τὸ πλέον αὐτὴν ἔχειν εἰς τὰς καθ' ἑαυτὴν. ubi & de ſtella, quae προτρυγητὴς vocatur, agit, cui adde Grotium ad Imag. pag. 39, 40.

4 EA CUM SPICIS ESSE DICITUR] Immo & *ſpica* dicitur. Vide Eratoſth. Schol. German. Proclum, & Geminum. MUNCK. Pro his verbis in Micylli & Schefferi edit. *conſpicitur* tantum legitur, ſed recte e codd. vetuſtis, quibus adſtipulantur manu mea verſati, *cum ſpicis eſſe dicitur*. Theo ad Aratum pag. 15. Στάχυς δέ ἐστιν ὑπὸ τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς αὐτῆς ἐνεργάλης, ὅθεν καὶ αἴγλης αὐτῇ κύκλῳ. στάχυν δὲ ἡ παρθένος φέρει, ἐπειδὴ ἐυσκόπατον ἡ γεωργία. Vid. Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 872, 873.

5 STELLAS SEPTEM] *Sex* Vlitt. unus. Quod adſtruunt German. Schol. & Eratoſthenes. MUNCK.

6 STELLARUM XVIII.] MSS. 4. Vlitt. *ſtellarum* XIX. Quae lectio rurſus ſtabilitur ab Eratoſthene & Germaniciano Scholiaſte. MUNCK. Voſſ.

paſſim diſpoſitas [5] ſtellas ſeptem, & in utriſque pedibus ſingulas. Ita eſt omnino [6] ſtellarum XVIII.

## XXV. *Scorpius.*

Hujus prior pars, quae Chelae dicuntur, ita premuntur ab AEquinoctiali circulo, ut eum ſubſtinere videantur. Ipſe autem pedibus Ophiuchi, de quo ſupra diximus, ſubditus, extrema cauda circulum Hiemalem contingere videtur: neque longe eſt ab eo ſigno, quod pro hoſtia Centaurus ferre perſpicitur. Occidit autem [7] inclinato corpore, exoritur autem erectus à Chelis. Hic habet ſtellas in his, quae Chelae dicuntur, in unaquaque earum binas, ex quibus primae ſunt clariores: praeterea habet [8] in fronte ſtellas tres, quarum media eſt clariſſima, [9] in interſcapilio tres, in ventre duas, in cauda quinque, in acumine ipſo, quo percutere exiſtimatur, duas. Ita eſt omnino ſtellarum XIX.

## XXVI. *Sagittarius.*

SAGITTARIUS autem [10] ſpectans ad occaſum Centauri corpore figuratur, velut [11] mittere incipiens ſagittas, à pedibus uſque ad humeros in Hiemali circulo conlocatus, ita ut caput ſolum ejus extra eum circulum, quem ſupra diximus, adparere videatur: cujus arcus Lacteo circulo medius dividitur. Ante pedes hujus eſt quaedam corona ſtellis effecta, [12] de qua prius diximus. Hic praeceps occidit, exoritur directus. Habet autem in capite ſtellas duas, in arcu duas, in ſagitta unam, in dextro cubito unam, in manu priori unam, in ventre

Voſſ. pr. d'Orv. & Hemſt. *ſtellarum numerus XVIIII.* Voſſ. ſec. *ſtellarum* 12. Micyll. & Scheff. edunt *ſtellarum n. XVI.*

### Ad CAP. XXV.

7 INCLINATO CORPORE] Micyll. Scheff. Voſſ. pr. & Hemſt. exhibent *capite.* De Chelis Theo ad Aratum pag. 68, 69, 76. & Grotius ad Imag. pag. 34. *Tà autem* abeſt Hemſterhuſiano.

8 IN FRONTE STELLAS TRES] Ita & Eratoſthenes. Perperam, *in fronte duas* Schol. Germanici. MUNCK. *Quatuor* Hemſt.

9 IN INTERSCAPILIO] Etiam heic, ut & mox cap. 26. 27. &c. praepoſitionem ignorant Vlitt. 4. Sed monitum hoc jam ſuperius. Caeterum *in dorſo* ſtellas iſtas collocat Schol. Germ. Vide ſupr. quae ad cap. 1. à nobis dicta ſunt. MUNCK. Abeſt omnibus meis codd. praepoſitio. Mox pro *ita eſt* Voſſ. ſec. *ita ſunt.* pro *XIX.* Hemſt. *XVIII.*

### Ad CAP. XXVI.

10 SPECTANS] Voſſ. pr. *exſpectans.* & ita idem cap. 27. cap. 29. cap. 30.

11 MITTERE INCIPIENS SAGITTAS] *Sagittam* MSS. 4. MUNCK. Leid. Voſſ. pr. Hemſt. *ſagittam.*

12 DE QUA PRIUS DIXIMUS] Forte *ſuperius diximus.*

ventre unam, in interſcapilio duas, in cauda unam, in priori genu unam, in pede unam, [1] in inferiori genu unam, in poplite unam. Omnino eſt ſtellarum XV. Corona autem Centauri eſt ſtellarum VII.

## XXVII. *Capricornus.*

CAPRICORNUS ad occaſum ſpectans, & totus in [2] Zodiaco circulo deformatus, cauda & toto corpore medius dividitur ab Hiemali circulo: ſubpoſitus Aquarii [3] manui ſiniſtrae, occidit praeceps, exoritur autem directus. Sed habet in naſo ſtellam unam, infra cervices unam, in pectore duas, in priore pede unam, in priore eodem alteram,

*ximus.* Videl. lib. II. cap. 27. Sed nihil ut mutemus ſatius eſt. Infr. cap. 34. *Sirion appellant, de quo prius diximus.* MUNCK. *Superius* Voſſ. ſec.

1 IN INFERIORI GENU] Sine praepoſitione *inferiore genu* Vlitt. 4. MUNCK. Pro *in ſagitta* d'Orv. cod. *in ſagittam.* Mox *dextro* abeſt Hemſt. pro *priori* Leid. *priore. interſcapilio* pro *in int.* duo Voſſ. & d'Orv. deinde pro *in inferiori g.* Voſſ. pr. *inferiore g.* ſic duo Voſſ. & Leid. cap. 27. *in priore pede* Scheff. edidit *in prieri p.* τὸ *genu* abeſt Hemſt. pro *XV.* idem *XVI.* Vid. Grot. ad Imag. pag. 59. pro *poplite* Hemſt. *pectore*

## Ad CAP. XXVII.

2 ZOD. CIRC.] Leid. *Zod. in circ.* Mox conjunctio abeſt Leid. Voſſ. pr. & d'Orv.

3 MANUI SINISTRAE] *Manu ſiniſtrâ* MSS. 4. Putes ſcripſiſſe Hyginum, *manu ſiniſtrae.* Maro AEn.

teram, in interſcapilio ſeptem, in ventre quinque, in cauda duas. Omnino [4] eſt ſtellarum viginti.

## XXVIII. *Aquarius.*

AQUARIUS pedes habet in Hiemali circulo defixos, manum autem ſiniſtram uſque ad Capricorni porrigens tergus, dextra jubam Pegaſi [5] prope contingens, ſpectat ad exortus. Qui cum ita ſit figuratus, neceſſe eſt, corpore eum prope reſupinato videri. Effuſio aquae pervenit ad eum Piſcem, qui ſolitarius figuratur, de quo poſterius dicemus. Sed Aquarius & occidit & exoritur capite prius quam reliquis membris. Hic habet in capite ſtellas duas obſcuras, in utriſque hume-

AEn. 1. *Parce metu.* Conſule Technicos, & Gellium. MUNCK. Codd. noſtri *manu ſiniſtra.* pro *in priore eodem* Leid. *in alio eodem.* Mox iterum praepoſitio *in* abeſt omnibus codd. Pro *duas* Leid. *V.* & pro *Viginti*, *XXVI.* Sed vide Grot. ad Imag. pag. 58.

4 EST STELLARUM VIGINTI] Stellarum XXII. Venet. *Stellarum* XXVI. Vlitt. 4. & Scholiaſt. Germanici: Eratoſthenes XXIV. MUNCK. XXVI. Hemſt.

## Ad CAP. XXVIII.

5 PROPE CONTINGENS] *Conjungens* Vlitt. 2. Vide ſupr. cap. 16. MUNCK. *Tò autem* abeſt duobus Voſſ. Pro *jubam* Voſſ. ſec. *jubae.* Pro *contingens* duo Voſſ. & d'Orv. *conjungens.* Pro *ſpectat* Hemſt. *exſpectat.* Pro *exortus* Voſſ. pr. *exortum.* Voſſ. ſec. *ortus.* Pro *reſupinato* idem *reſupinari.* Cui mox *& occidit* abſunt.

humeris ſingulas magnas, in ſiniſtro cubito unam grandem, in manu priori unam, in utriſque mammis ſingulas obſcuras, [1] in lumbo interiori unam, in utriſque genibus ſingulas, in dextro crure unam, in utriſque pedibus ſingulas. Omnino eſt ſtellarum quatuordecim. Effuſio aquae [2] cum aquario ipſo eſt ſtellarum triginta. Sed in his omnibus prima & noviſſima clara.

## XXIX. *Piſces.*

Horum alter Notius, alter Boreus adpellatur, ideo, quod unus eorum, qui Boreus dicitur, inter AEquinoctialem & AEſtivum circulum ſub Andromedae brachio conlocatus, & Arcticum polum ſpectans, conſtituitur: alter autem eſt in Zodiaco circulo extremo [3] ſub ſcapulis Equi non longe ab AEquinoctiali circulo conlocatus, ſpectans ad

1 In lumbo &c.] Ante haec verba inſere illa ex Vlitt. 3. *Infra mammas ſingulas.* Eratoſthenes: Ὑπὸ τὰς μασὺς ἑκάτερθεν ά. Schol. German. *Sub mammillis ſingulas.* MUNCK. Pro *mammis* Voſſ. ſec. *membris. in lum. int. un.* deſunt d'Orvilliano, ut *obſcuras* Voſſ. primo. Pro *genibus* Hemſt. *pedibus.* ſed ſuperſcriptum *genibus.*

2 Cum aquario ipso] Ex Vlitianis duo *aquali*, caeteri *aquili* exhibuerunt. Prius praefero. Intellige τῷ κάλπῳ, ſive urnam, quam *aquimanarium* Juris conſulti vocant. Schol. Germ. *Effuſio vero aquae dextra laevaque ſit ſtellis* XXXI. *Quarum duae ſplendidae ſunt, caeterae vero obſcurae.* Confer Cujac. Obſerv. lib. x. 17. MUNCK. Voſſ. pr. & d'Orv. *aquali.* Hemſt. *aquili.* Vide Theon. ad Aratum pag. 34. & in primis 45. Ὁ ὑδροχόος ἔχει ἄστρα ὑδρεῖον ὑπὸ ὤσίμων, ἀφ' ὧν λειπὸν ἐξ κάτω ὤσίρις φέρονται, ὑδάτων χύσιν ὑπομιμούμενοι. De eo Ovid. II. Faſt. 457. *Jam levis obliqua ſubſidit Aquarius urna.*

Ad



ad occaſum. Hi [4] piſces quibuſdam ſtellis [5] ut lineola ab Arietis pede primo coniunguntur: quorum inferior ante occidere & exoriri videtur. Habet autem ſtellas XVII. Et Boreus omnino XII. Conjunctio eorum habet [6] ad Aquilonem ſpectans ſtellas tres, ad alteram partem tres, ad exortum tres, in commiſſura tres. Omnino duodecim. Horum coniunctionem, quae à pede Arietis primo notatur, Aratus Graece σύνδεσμον ὑπερφάνιον, Cicero [7] Nodum coeleſtem dicit: qui utrique volunt ſignificare, eum nodum non ſolum piſcium; ſed etiam totius ſphaerae eſſe: quo enim loco circulus ab Arietis pede μεσημβρινὸς dicitur, qui meridiem ſignificet: & quo loco is circulus Meſembrinos conjungitur, & tranſit AEquinoctialem circulum, in ipſa conjunctione circulorum nodus Piſcium ſignificatur: quare eum non modo Piſcium, ſed etiam [8] coeleſtium nodum adpellaverunt.

XXX.

## Ad CAP. XXIX.

3 SUB SCAPULIS EQUI] Quomodo? cum in equo ſcapulae non notentur. Certe ſi attendas imaginem, non poſſis, praeter unam ſcapulam, videre. Quare hic, ut ſupra ubi de eodem equo c. 17. agebatur, legendum arbitror, *ſub ſcapilio equi*. SCHEFF.

4 HI PISCES &c.] Hemſt. *Hi autem occidere & exoriri videntur. Habet. a. ſt. XVII.*

5 UT LINEOLA] Vide de illa lineola Scalig. ad Manil. p. 62. MUNCK.

6 AD AQUILONEM SPECTANS STELLAS TRES] Emenda ex Vlitt. 2. *Spectantes ſtellas tres.* MUNCK.

7 NODUM COELESTEM DIXIT] Schol. German. *luteum alligamentum* Fort. *coeleſtium.* Niſi mavis, *linteum* cum Grotio, quod λῖνον vocet id Ptolemaeus. MUNCK.

8 COELESTIUM NODUM APPELLAVERUNT] Vlitt. *Coeleſtium nodum rerum appellaverunt.* Legerunt

## XXX. *Piſtrix.*

[1] PISTRIX à media cauda dividitur ab Hiemali circulo, ſpectans ad exortus, roſtro prope poſteriorem [2] Arietis pedem jungens: hujus priorem partem corporis, quae ſpectat ad exortum, prope adluere flumen Eridanus videtur. Haec occidit exorto Cancro & Leone:

in Arato veteres paene omnes σωΐδισμον ὑπερῴον. Sed Grotius σωΐδισμον ὑπόγειον legendum docet not. ad Imag. pag. 52. Atque ita editum a Londinatibus pag. 32. Καὶ τὰ μὲν εἰς ἀστὴρ ἐπίχυσί καλός τι μίγας τι, Ὁ δὲ τι ϗ σωΐδισμον ὑπόγειον καλίκιον. Theo: Εἰς ἀστὴρ ἴσιν ἐν τῷ μέσῳ τῷ ὑπογείων, ὅσις ὅλως σωΐδι ἀμφοτέρας, ὃν καλοῦσιν ὑπογείων δισμόν. MUNCK. Ita apud Plutarch. lib. 1. de placit. Philoſoph. cap. 6. de obliquo in coelo circulo legitur carmen Τῷ ἰνὶ Καρκίνῳ ἴσι, Λέων δ' ἐπὶ τῷ, μετὰ δ' αὐτὸν Παρθένος, ἐπὶ ἐπὶ αἱ χηλαὶ ϗ Σκορπίος αὐτός. Τοξότης τε ϗ Αἰγόκερως, ἐπὶ δ' Αἰγοκέρωτι Ὑδροχόος, ΔΥΟ Δ' ΑΥΤΟΝ ΕΠ' ΙΧΘΥΕΣ ΑΣΤΕΡΟΥΝΤΕΣ. Pro *nodum app.* Voſſ. & d'Orv. *nodum rerum.* Idem Theo ad Aratum pag. m. 28. Ἀμφοτέρων ἐκ τῶ ὑράνων δισμὸς τις ὑπτίσιται, ὑπὸς δὲ ἐγγὺς ὕντων ἀλλήλων ϗ ταῖς ὀρχῆς μοιονὸ ἐπιψαύοντων.

## Ad CAP. XXX.

1 PISTRIX] *Cetus* eſt Schol. Germ. ut κῆτος Eratoſtheni. Vide annot. ad Mythol. cap. 273. MUNCK.

2 ARIETIS PEDEM JUNGENS] Mallem, *tangens.* SCHEFF. *Conjungens* unus Vlitt. Fruſtrà *tangens* malebat vir doctus. Infr. cap. 34. *Pedem dextrum Orionis paene capite ſuo conjungens.* MUNCK. Pro *a media* Leid. *media.* Pro *jungens* duo Voſſ. *conjungens.* Pro *poſteriorem* Voſſ. pr. *portericae.* Pro *exortum* Leid. Voſſ. ſec. & d'Orv. *exortus.* Pro *alluere* Voſſ. prim. *abluere.* ſic lib. 11. cap. 32. *alluere* & *abluere* confuſa vidimus. Pro *Eridanus* Micyllus ac Scheff. ediderunt *Eridani*, quam lectionem exhibent duo Voſſ. & d'Orv. Cur vero mutaverit Munckerus, mihi non liquet. Locutio ſatis nota. Vide Serv. ad 111. AEn. 293. Paſſerat. ad Propert. 11. 8, 30.

*Sed*

ne: exoritur autem cum Tauro & Geminis. Sed habet [3] in extrema cauda ſtellas duas obſcuras, ab eo loco uſque ad reliqui [4] corporis curvaturam quinque; ſub ventre ſex. [5] omnino ſunt tredecim.

## XXXI. *Eridanus.*

ERIDANUS à ſiniſtro pede profectus Orionis, & perveniens uſque ad

*Sed modo PERMESSI FLUMINE lavit amor.*

Praeter Poetas alii ita locuti fuere. Vide ipſum Munck. ad Hygin. fab. XXXVIII. nec non Cl. Oudendorp. ad J. Caeſar. lib. III. B. G. cap. 9. & ad Hirtium de B. Afric. cap. 28. & 36. Codex vero Leid. *Eridanum.* ut *mare Euxinum* Noſter, & alii *mare Oceanum.* Vide Munck. ad fab. III. denique Micyll. ac Scheff. ediderunt *Haec cadit exorto c.* Verum codd. quos conſului, *H. occidit exorto c.* ut Munck. mutavit. Licet *cadit* ſatis defendi queat, quippe huic rei proprium. Virg. I. Georg. 229.

*Haud obſcura CADENS mittit tibi ſigna Bootes.*

Ubi vide Serv. & ad III. Georg. vs. 304.

*Jam CADIT, extremoque inrerat Aquarius anno.*

Lib. IV. AEn. 480.

*Oceani finem juxta, ſolemque CADENTEM.*

Conſule Celeb. Duker. ad Florum lib. II. cap. 17. §. 12.

3 IN EXTREMA CAUDA STELLAS DUAS OBSCURAS ] Schol. Germ. *In caudae extremo claras duas.* Verius, quam Hyginus, ait Grotius in not. ad Imag. pag. 65. De quo valde dubito. Nam cum Hygino Eratoſth. cap. 36. Ἐπὶ δ' ἐσχάτῳ β' ἀμαυρότ. MUNCK.

4 CORPORIS CURVATURAM ] *Gibbum* vocat Germ. Schol. Κυρτωμα Eratoſthenes. MUNCK.

5 OMNINO SUNT TREDECIM] Τὸ *ſunt* nullus ex codicibus Vlitianis agnoſcit. MUNCK. Τὸ *ſunt* abeſt duobus Voſſ. & d'Orv.

ad Piſtricem, rurſum diffunditur ad Leporis pedes, [1] & protinus ad Arcticum circulum tendit. Hujus figurationem Hiemalis circulus dividit ab eo loco, quo prope conjungitur Ceto. Hic Scorpione & Sagittario exorto occidere: exoriri autem cum Geminis & Cancro videtur. Habet ſtellas in prima curvatura tres, in ſecunda tres, [2] item in tertia [3] uſque ad noviſſimam ſeptem. Omnino ſtellarum eſt tredecim.

## XXXII. *Lepus.*

[4] LEPUS autem infra ſiniſtrum pedem Orionis per Hiemalem circulum fugiens, & ab eo inferiori parte corporis diviſus, occidit Sagitta-

## Ad CAP. XXXI.

1 ET PROTINUS AD ANTARCTICUM] Sic Morelliani quoque. Sanctandr. *ad arcticum.* SCHEFF. *Ad arcticum* exhibent codices Voſſiani. Melius ediderunt Micyll. ac Scheff. *ad antarcticum* ut ſcribit d'Orvillianus, & Celeb. T. Hemſterhuſii MS. liber. ut monet Celeb. P. Weſſeling. lib. II. Obſ. cap. 23.

2 ITEM IN TERTIA] Τὸ *item* abeſt à Vlitt. 2. MUNCK. *Uſque* abeſt d'Orvilliano.

3 USQUE AD NOVISSIMAM] Vlitianorum unus, *uſque ad noviſſima.* Quod haud ſpreverim. Eratoſthenes: Ἐπὶ τ̃ πρίτης ἕως τ̃ ἑχάτου ζ. ὅς φασιν εἶναι τὰ στόματα τ̃ Νείλου. Τὰς πείτας ιδ'. Nimirum in capite Nili unam collocavit, quam omiſit Hyginus. Scholiaſtes Germanici mirificè heic eſt interpolatus: *Habet*, inquit, *ſtellas in primo flexu quatuor, in ſecundo tres, in tertio tres, uſque ad noviſſimam ſeptem, quas dicunt in ore Nili fluvii eſſe. Sunt omnes* XVII. Emendo ex Hygino & Eratoſthene, *in ſecundo tres, in tertio uſque ad noviſſima ſeptem, quas dicunt ora Nili fluvii eſſe. Sunt omnes* XIV. Fruſtra heic eſt Grotius in notis ad Imag. pag. 67. MUNCK. *Noviſſimum* Voſſ. pr.

Ad

gittario exorto, oritur cum Leone. Habet autem ſtellas in utriſque auribus ſingulas, in corpore paſſim diſpoſitas duas, in pedibus prioribus ſingulas. ita ſunt omnino ſex.

## XXXIII. *Orion.*

Hunc à zona & reliquo corpore AEquinoctialis circulus dividit, cum Tauro decertantem conlocatum, dextra manu clavam tenentem, & [5] incinctum enſe ſpectantem ad occaſum, & occidentem exortâ Scorpionis poſteriori parte, & Sagittario exoriente, cum Cancro autem toto corpore pariter exſurgentem. Hic habet in capite ſtellas tres claras, in utriſque humeris ſingulas, in dextro cubito obſcuram unam,

### Ad CAP. XXXII.

4 LEPUS] Vide Theon. ad Arati Phaenom. pag. 40. ſi in codd. MSS. Anonymi inſcribitur *Daſypus*, non eſt, quod tantopere miretur Grotius ad Imag. pag. 63. *daſypodes* in genere lepores dicuntur. Diſcute lector, quid de Plinii & Ariſtotelis locis, quae Grotius ad differentiam inter *daſypedem* & leporem monſtrandam adduxit, obſervaverit Jac. Nic. Loenſis lib. III. Epiphyll. cap. 22. Pro *oritur* Hemſt. *exoritur*.

### Ad CAP. XXXIII.

5 INCINCTUM ENSE] Vide Grotium ad Imagines p. 62, 63. Eurip. Ione vs. 1153. Amazonum peplis, quos Hercules Apollini Delphico dono dedit, intexta referens ait.

Πλεκὰς μὲν ἦν μιτρώσιν ἐν κύκλοις,
Ὅτε ξιφήρης Ὠρίων.

De hoc ſidere plura dabunt Philoſtratus Junior. Icon. x. pag. 876. Schol. Homeri Iliad. Σ. vs. 488. Theo ad Aratum pag. 36, 37, 38, 73, 77, 81.

unam, in manu ſimilem unam, [1] in zona tres, in eo quo gladius ejus deformatur, tres obſcuras, in utriſque genibus ſingulas claras, in pedibus ſingulas. omnino XVII.

## XXXIV. *Canis.*

CANIS Leporem [2] fugientem perſequens, poſterioribus pedibus dividitur ab Hiemali circulo, pedem dextrum Orionis pene [3] ſuo capite contingens, capite ad occaſum ſpectans, ſed caput ad AEquinoctialem circulum tendit: occidens oriente Sagittario, exoriens autem cum Cancro. Hic Canis [4] habet in lingua ſtellam unam, [5] quae Canis adpellatur: in capite autem alteram, quam nonnulli Sirion adpel-

81. Serv. ad III. AEn. 517. Pro *clavum* Leid. *clavum*. Pro *ſpectantem* idem & Voſſ. pr. *exſpectantem*. Pro *exorta* Leid. & duo Voſſ. *exortu*. ſed Voſſ. ſec. *exortu corporis Scorp.* Theo ad Arat. p. 70. Ἀφ' φάδου ἀνατέλλοντος σκορπίου, ὁ Ὠρίων δύνει. Pro *pariter* Voſſ. ſec. *partim*.

1 IN ZONA TRES] Voſſ. ſec. *duas*. Sed Eratoſthenes cap. 32. vulgatam lectionem defendit. pro *in eo quo* Leid. & Voſſ. duo *in eo quod*. Pro *obſcuras* Voſſ. pr. *obſcuratas*. De numero ſtellarum non convenit inter codices: Voſſ. pr. *omnino XVIII.* ita & d'Orv. Voſſ. ſec. *ſunt omnino ſedecim*. Sed vide Grotium l. l.

## Ad CAP. XXXIV.

2 FUGIENTEM PERSEQUENS] *Conſequens* edd. vetuſt. Sed Vlitt. 2. *proſequens*. MUNCK. Quos inſpexi, codd. *conſequens*. male. Theo ad Aratum pag. 73. Οὐδέποτε καλλιμυδάσιτας ὑπὸ τὸν κυνὸς. ἅτε τῷ καταδιώκειν ὑπὸ τὸν κυνὸς διωκόμενον. niſi *conſequens* pro *ſequens* accipias.

3 SUO CAPITE CONJUNGENS] Sic quoque in Morellianis, nec ſollicitari debebat. v. ſup. 4. Sanctand. *contingens*. SCHEFF. *Conjungens* eſt in 3. Vlitt. & utroque Morelliano. MUNCK. Omnes noſtri codd. *conjungens*, e quibus Voſſ. ſec. *capiti conjungens*.

4 Ex

pellant, de quo prius diximus. Praeterea habet in utriſque auribus ſingulas ſtellas obſcuras, in pectore duas, in pede priore tres, [6] in interſcapilio tres: [7] in ſiniſtro lumbo unam, in pede poſteriori unam, in pede dextro unam, in cauda quatuor. omnino viginti.

XXXV. Πεγχύων.

Hic in Lacteo circulo [8] defixus, pedibus AEquinoctialem circulum tangit. Spectat ad occaſum, ut inter Geminos & Cancrum conſtitutus: qui quod ante majorem Canem exoritur, πεγχύων eſt appellatus. Hic autem occidit exorto Capricorno, exoritur cum Leone. Sed [9] omnino eſt ſtellarum trium.

XXXVI.

4 ET HABET UNAM STELLAM] Miror, iſtaec omnia in editione Sanctandreana eſſe omiſſa. SCHEFF.

5 QUAE CANIS] Vlitt. 2. *Quae ſtella canis* &c. Vide ſupr. lib. 11. cap. 35. MUNCK. Voſſ. duo & d'Orv. *quae ſtella canis*. Iterum codd. *interſcapilio* abſque praepoſ. Deinde Voſſ. pr. *omnino XX.* & d'Orv. Voſſ. ſec. *omnino decem & novem*. Vide Grotium ad Imag. pag. 63.

6 INTER SCAPULAS TRES] Sanctandr. *in interſcapilio tres*, ut alibi. SCHEFF.

7 IN SINISTRO LUMBO] Bene, nec mutandum: quia unus tantum cernitur, ut de ſcapula equi paulo ante dixi, quod hinc lumen & robur accipit. v. inf. 37. SCHEFF.

## Ad CAP. XXXV.

8 DEFIXUS PEDIBUS] Voſſ. pr. *defixis pedibus* Voſſ. ſec. *defixos pedes*. Tò *ut* abeſt Leidenſi & Voſſ. ſec.

9 OMNINO EST STELL. TRIUM] Vid. Eratoſthen. cap. 42. Theo vero ad Aratum pag. 49. haec adnotat. Λοιπὸς ἐστι πεγχύων ὑπὸ τῆς διδύμους κείμενος. καλεῖται δὲ ὕτος, ἐπειδὰ περὶ τὸ χυτὸς ἐφάνη ποιεῖται ἀναβολὴν ὁ τῆ δι' Ἑλικόνος κλίμακι, ὅλα τῶ κυνὶ ἀπολιπόμενος ἐστιν. ἀστέρων δέ ἐστι δύο καὶ λαμπρῶν ὕτος, ὁ ἐν τῆς ὀμωμύμους πεγχύνι, οὗτος δὲ περὶ τῶ μεγάλε κυνὸς ἐστιν.

## XXXVI. *Argo.*

Hujus puppis Hiemalem circulum & majoris Canis caudam contingens inferiore parte, noviſſime navis inclinata Antarcticum circulum tangit. Occidens Sagittario & Capricorno exorto ut in mari conlocata, exoriens autem cum Virgine & Chelis. Haec habet in puppi ad ſingula gubernacula, ad primum ſtellas quinque, ad alterum quatuor, circum carinam quinque, & ' ſub rejectu quinque, ad malum IV. Ita tota eſt ſtellarum viginti trium. Quae quare non ſit tota in mundo conlocata, prius diximus.

XXXVII.

## Ad CAP. XXXVI.

1 SUB REJECTUM ] Sanctand. *ſub rejectu.* non placet. Pro *rejectum* Grotius mallet *retectum.* Verum retinemus veterem ſcripturam, eamque explicamus in Militiae Navalis noſtrae curis ſecundis, quas utinam typographus prodidiſſet, qui eas per tot annos tenuit incluſas contra fidem nobis datam, & animi noſtri ſententiam. SCHEFF. *Sub rejectu* Vlitt. 3. vulgo editi, *rejectum.* Unde *retinaculum* facit vir doctus ad Eratoſthenem. *Retectum* volebat Grotius, quod καθέλκυσμα Eratoſthenes & Germ. Scholiaſtes appellant. Sed vulgatum *rejectum* à ſe defendi in curis ſecundis de militiâ navali ait Scheffe-rus. Praeſtat ergo ἰσχίων, donec illae prodeant. MUNCK. Plut. in Iſide & Oſir. T. II. p. 359. dicit, AEgyptios referre hoc ſidus ἐ μακρῷ φέρειν τῇ Ὠρίωνι καὶ τῷ κυνί. pro *noviſſime* d'Orv. & Hemſt. *noviſſimae.* pro *ad malum IV.* Hemſt. *ad malum III.* pro *Antarcticum* Voſſ. ſec. *Antarcticon.* pro *collocata* idem *collecta.* pro *viginti trium* d'Orv. *XVII.* Voſſ. pr. *XVI.* Voſſ. ſec. *viginti duarum* Hemſt. *XXVI.*

Ad

## XXXVII. [2] *Centaurus.*

Hic ita figuratur, ut in Antarctico circulo niti pedibus, humeris Hiemalem ſubſtinere videatur: capite prope [3] caudam Hydrae contingens, hoſtiam dextra manu tenens ſupinam, quae pedibus & extremo ore circulum Hiemalem tangit, inter eum & Antarcticum orbem conlocata. Centauri autem crura à reliquo corpore dividit circulus, qui Lacteus vocatur. Hic ſpectans ad ortus ſignorum, totus occidit Aquario & Piſcibus exortis. oritur autem cum Scorpione & Sagittario. Habet autem ſtellas ſupra caput tres obſcuras, in utriſque humeris ſingulas claras, in cubito ſiniſtro unam, in manu unam, in medio pectore equino unam, in prioribus poplitibus utriſque ſingulas, [4] in interſcapilio quatuor, in ventre duas claras, in cauda tres,

## Ad CAP. XXXVII.

2 CENTAURUS] Hic Chiron exiſtimatur à nonnullis, ut retulit lib. II. cap. 38. At Chiron Saturni & Phillyrae erat filius, qui inde Phillyrides à poetis dicitur. Propert. Lib. II. el. I. *Tarda Philoctetae ſanavit crura Machaon, Phoenicis Chiron lumina Phillyrides.* Perperam ergo in Vett. edd. lemma hujus capitis habet *Phillyris.* MUNCK. Pro *Antarctico* Leid. *Arctico.* τὸ *in* abeſt d'Orvilliano. pro *hiemalem* idem *hiemalem circulum.*

3 CAUDAM HYDRAE CONJUNGENS] Bene Sanctandreana, *contingens*, quale quid in locis quoque aliis obſervare debuerat, quos notavi. SCHEFF. *Conjungens* Veneta cum aliis antiquioribus, quomodo & ſuos codices habere teſtatur Morellius. Nec aliter in ſuis Vlitius invenit. MUNCK. Pro *caudam* Leid. *cauda.* Ceterum duo Voſſ. Hemſt. & d'Orv. *conjungens.* pro *ſpectans* Voſſ. pr. *exſpectans.* pro *ortus* Leid. *exortus.*

4 IN INTERSCAPILIO] Praepoſitio abeſt duobus Voſſ. & d'Orv.

tres, in lumbo equino unam, in genibus poſterioribus ſingulas, in poplitibus ſingulas. [1] Omnino ſunt XXIII. Hoſtia autem habet in cauda ſtellas duas, in pede de poſterioribus primo unam, & inter utroſque pedes unam, in interſcapilio unam claram, & in priore parte pedum unam, infra alteram: in capite tres diſpoſitas. Omnino ſunt numero decem.

XXXVIII. *Ara.*

[2] ARA propter Antarcticum circulum tangens inter Hoſtiae caput & Scorpionis caudam extremam conlocatur, occidens Arietis exortu, exoriens cum Capricorno. Haec habet [3] in ſummo cacumine circuli ubi

1 OMNINO SUNT XXIII.] XXIV. Veneta & antiquiores aliae cum MSS. 2. ex Vlitianis. Κδ', etiam Eratoſthenes. MUNCK. XXVI. Voſſ. & d'Orv. *viginti novem* Voſſ. ſec. *habet* abeſt Voſſ. pr. *in pede poſteriore primo* Leid. & Voſſ. ſec. de ſtellis Grotius ad Imagin. pag. 69.

## Ad CAP. XXXVIII.

2 ARA PROPTER] Ita & Vlitt. 2. Sed totidem *ara prope*. Quod praeferam. MUNCK. *Propter* abeſt cod. Leidenſi. *prope* d'Orv. & Hemſt. *propter* tamen non tam facile rejiciam. Idem valet, quod *prope*, *juxta*. Conſule celeb. P. Burm. ad Phaedrum lib. II fab. 6. vs. 7. & Cl. Oudendorp. ad J. Caeſarem lib. I. B. G. cap. 22. & eumdem cum Daviſio ad Hirtium de Bello Africano cap. 37.

3 IN SUMMO CACUMINE CIRCULI, UBI FORMATUR] Quale cacumen circuli, & cujus circuli hic intelligitur? Nam circuli antarctici vix poteſt, quia ejus nullum eſt cacumen. Jam quid eſt, *formatur in eo cacumine circuli*? puto illud *ſummo* ſtare per ſe, ac opponi ſequenti *imo*, & ſignificare ſummam partem arae, ſicut imum, baſin. *Cacumine circuli* autem poni pro *in cacumine circuli*, nec cacumen circuli alterius debere intelligi, quam antarctici. Denique ibi dici formari, quod ejus ibi ſpecies & imago. cer-

ubi formatur, ſtellas duas, [4] & in imo altaris duas. Et ita eſt omnino ſtellarum quatuor.

## XXXIX. *Hydra.*

HYDRA trium ſignorum longitudinem occupans, Cancri, Leonis [5] & Virginis, inter aequinoctialem & Hiemalem circulum conlocacatur, ita tamen, ut caput ejus contendens ad ſignum id, quod πεῤχύων vocatur, & totius Hydrae prope quarta pars inter AEſtivum & AEquinoctialem videatur. [6] Cauda autem extrema pene Centauri caput tegens, ſuſtinet in dorſo Corvum, roſtro corpus ejus tundentem, & toto corpore ad Cratera tendentem: qui ſatis longo diſſidente

cernatur. SCHEFF. Hoc non capio; nec quid MSS. velint, in quibus *qui* vel *quid formatur*. Schol. Germ. *In ſuperficie, in qua prunae fuiſſe dicuntur.* Eratoſth. Ἐπὶ τῇ ἐσχαρίδι. MUNCK. *In ſ. cacumine circuli quod f.* Leid. duo Voſſ. & d'Orv.

4 ET IN IMO ALTARIS DUAS] Ita & unus de Vlitianis. Reliqui *alteras duas*. Nempe ἐπὶ τῇ βάσει, ut eſt apud Eratoſthenem. Corrige ergo Scholiaſten Germanici, qui corruptè, *duas in vaſe ejus*. Scrib. *in baſi ejus*. Οἱ ἑ. Deuteron. XII. 27. Πρὸς τῷ βάσει τοῦ θυσιαστηρίου. MUNCK. Leid. *& in ſumma alteras duas*. Voſſ. pr. & d'Orv. *& in imo alteras duas*. Voſſ. ſec. *& in imo duas*. Vide Grot. ad Imag. p. 68.

## Ad CAP. XXXIX.

5 ET VIRGINIS] Copulam nullus ex Vlitt. agnoſcit. MUNCK. Nec agnoſcit Hemſt.

6 CAUDA] Voſſ. pr. *Caudam*: eidem ut & Hemſt. abſunt. *in dorſo*: pro *roſtro* Leid. *in roſtro*. pro *tundentem* alii ediderunt *tangentem*. Leid. *tantundem* Hemſt. *tondentem*. pro *corpore* Voſſ. pr. *corpora*. pro *cratera* Leid. & d'Orv. *crateram*. ſic canit Ovid. II. Faſt. 243.

*Continuata loco tria ſidera, Corvus, & Anguis,*
*Et medius Crater inter utrumque jacet.*

dente intervallo, prope inter Leonem & Virginem conſtitutus videtur, [1] inclinatior ad caput Hydrae, quae occidit Aquario & Piſcibus exortis: oritur autem cum his ſignis, de quibus ſupra diximus. Habet autem in capite ſtellas tres, [2] in prima à capite curvatura, ſex, ſed earum noviſſimam claram: in ſecunda curvatura tres, in tertia quatuor, in quarta duas, in quinta [3] uſque ad caudam novem, omnes obſcuras: ita fiunt numero viginti ſeptem. Corvus autem habet [4] in gutture ſtellam unam, in pennis duas, [5] infra pennam caudam verſus duas, in utriſque pedibus ſingulas: omnino ſeptem. Supra primam à capite curvaturam Crater poſitus habet [6] in labris [7] ſtellas duas, infra autem anſas duas obſcuras, in medio Cratere duas, ad fundum duas. [8] Omnino ſunt octo.

XL.

Pro *exortis* Leid. Voſſ. pr. & d'Orv. *ortis*. ab *inter leonem* ad *& piſcibus* abſunt Hemſterhuſiano, qui *ortis* ſcribit.

1 INCLINATIOR] Morellianus unus, *inclinatione*. SCHEFF.

2 IN PRIMA CAPITIS CURVATURA] Sanctandreana. *In prima a capite curvatura*, quod non diſplicet. Suſpicor tamen illud *a capite*, vel *capitis* a verſu praecedenti natum. SCHEFF. Leid. Voſſ. duo & Hemſt. *in pr. capitis curvatura* ut in prioribus edd. d'Orv. *in pr. capite curvatura*. pro *noviſſimam claram* Voſſ. ſec. *noviſſima clara*. pro *in tertia quatuor* Leid. *in tertia curvatura quatuor*. Voſſ. pr. *in tertia III.* pro *duas* Voſſ. pr. *duo*. pro *octo* Voſſ. ſec. *novem*. ut Munckerus edidit. Ceteri *octo*. pro *viginti ſeptem* idem *viginti ſex*.

3 USQUE AD CAUDAM NOVEM] Ita & Vlitt. 3. Sed Veneta cum antiquioribus *octo*. Atque ita etiam German. Scholiaſtes. Morellianam tamen lectionem ſtabilit Eratoſthenes, cujus verba ſunt: Ἀπὸ τ̃ ι. κεφαλῆς μίχρι τ̃ κέρκου γ'. Corrige, ἐπὶ τ̃ &c. MUNCK.

4 IN GUTTURE] Ἐπὶ τῷ φάρυγι Eratoſthenes. MUNCK.

5 INFRA PENNAM CAUDAM VERSUS] Obſcurè dictum. Clarius Eratoſthenes, ἐπὶ τῇ ἐρέτρᾳ. German. Schol. *In caudd.* MUNCK. Pro *pennis* Leid. *pinna*. & Voſſ. ſec. Eratoſthenes cap. 41. Ἐπὶ τ̃ πτέρυγος β. pro *caudam verſus* duo Voſſ. & Leid. *ad caudam verſus*. vide ad cap. XVI. hujus libri Pro *anſas* duo Voſſ. *alas*. Leid. *infra anſas alias duas*.

6 IN

## XL. *Piſcis Notius.*

Piscis autem, qui Notius dicitur, inter Hiemalem & antarcticum circulum media regione conlocatus, ſpectare ad exortum videtur, inter Aquarium & Capricornum, [9] ore excipiens aquam, quae funditur ab Aquario. Hic occidit oriente Cancro, exoritur autem cum Piſcibus. Sed eſt ſtellarum omnino duodecim.

Quae ad figurationem ſiderum pertinent, [10] ad hunc finem nobis erunt dicta, reliqua protinus dicemus.

*De*

6 In labris] Grotius ſuſpicatur, *labis*, Graeca voce, id eſt λαβίδος, ſive anſis. SCHEFF. *Labis* ſuſpicabatur Grotius, hoc eſt, λαβίδος, *anſis*. Perperam. *In labris* eſt ἐπὶ τῶ χείλεσι Eratoſthenis. MUNCK.

7 Stellas duas] Morelliani, *ſtellas tres. i. a. a. d. e. e. i. m. cratere tres, a. f. d. ita ſunt omnino X.* SCHEFF.

8 Omnino sunt octo] Decem Vlitt. 2. cum Schol. Germanici. Sex numerat Eratoſthenes, omittens illas duas, quas infra anſas collocat Hyginus. Tanta veterum in his numeris diſcrepantia eſt. MUNCK. Voſſ. 1. Leid. & d'Orv. *ita ſunt omnino X.* Cod. Celeb. Hemſterhuſii *in labris ſtellas III. infra autem anſas, duas eſcuras, in medio Cratere tres. ad ſinistrum duas. ita ſunt omnino X.* Quam ſcripturam probat Celeb. P. Weſſeling lib. II. Obſ. cap. 23.

## Ad CAP. XL.

9 Ore excipiens aquam &c.] Ὕδωρ τὸ λεγόμενον ἐξέχεται, ut eſt apud Geminum pag. 45. Conſer Scalig. ad Manil. p. 62. MUNCK. Pro *ſpectare* Voſſ. pr. *exſpectare*. pro *oriente* Idem *exoriente*. Vide Theon. ad Aratum pag. 64.

10 Ad hunc finem] Vlitt. unus ἐφεξῆς, *ad bene finem*. MUNCK. Ita & Leid. ac Voſſ. pr.



Digitized by Google

*De quinque circulorum inter corpora coeleſtia notatione, & Planetis.*

## LIBER QUARTUS.

I.

QUONIAM in initio ſphaerae circuli quinque quomodo efficerentur, oſtendimus, [1] neque eos corpore ſiderum notavimus: [2] &, ſi duo noviſſimi nihil ad Solis curſum pertinent, hoc eſt Arcticos & Antarcticos,

### Ad Lib. IV. Cap. I.

1 NEQUE EOS CORPORE SIDERUM INNOTAVIMUS] Sanctand. *ſiderum notavimus.* Veram cenſeo ſcripturam, *ſiderum annotavimus.* Dicit, ſe non annotaſſe eos, corpore aliquo eorum quaſi facto per ſidera, ſicut in caeteris ſideribus factum, quae certo corpore ſunt repraeſentata. SCHEFF. Ita & Vlitt. 3. Sed Veneta & aliae vetuſtiores *innotavimus*; unde *annotavimus* facit Schefferus. MUNCK. *In* abeſt ante *initio* Voſſiano pr. *notavimus* ſolus d'Orvillianus. *Τὸ noviſſimi* abeſt duobus Voſſ. Pro *ſolis* Voſſ. ſec. *ſolum.* quod & *Antarcticos* abſunt Hemſt. Pro *noſtram* idem *ei.*

2 ETSI DUO NOVISSIMI] Diviſim legendum, *&, ſi duo.* SCHEFF.

3 IN INITIO] Praepoſitionem heic ignorant Vlitt. 3. MUNCK. Praepoſitio abeſt Voſſiano pr. ceteri agnoſcunt.

4 A BOREO POLO DICEMUS] Ita quidem etiam 3. Vlitt. Sed Veneta aliaeque, *à boreo polo ſumemus exordium.* An ſcripſerat *ducemus exordium?* Supr. lib. III. cap. 1. *Igitur incipiemus à polo boreo primus dicere.* Non ideo tamen Latinè dicas, *à boreo polo dicemus.* MUNCK. Omnes, quos inſpexi, codd. *a. B. p. dicemus.* Mox *τὸ eſſe dicemus* abſunt Voſſ. ſecundo.

5 AESTATEM CONFICI] Vlitt. unus *confieri*, alius *effici. Confieri* etiam alter ex Morellianis. MUNCK.

eos, de mediis tribus dicemus. Sed quoniam Aratus quatuor circulis ſphaeram plurimum valere dicit, neque eorum aperte quemquam demonſtrat, voluntatem noſtram apertius oſtendemus. Et quemadmodum [3] in initio fecimus, [4] à Boreo polo dicemus.

IGITUR AEſtivum circulum unum de quatuor eſſe dicemus, qui θερινὸς τροπικὸς vocatur, quo circulo [5] aeſtatem confici demonſtravimus: & ſi non nemo dubitat, quare non utrique circuli, hoc eſt AEſtivus & Hiemalis, uno nomine adpellentur, ideo quod, quem nos AEſtivum diximus, nonnullis Hiemalis fiat: & quo circulo hiemem effici diximus, eo circulo aliis aeſtas ſit. [6] Qui ſi voluerint intelligere, id ad noſtram conlocationem mundi eſſe demonſtratum, qui inter AEſtivum circulum & Arcticum ſumus conſtituti, non ad illorum ſphaeram, qui ab Hiemali circulo Antarcticum habitantes, nobis Antipodes dicuntur, facilius ad noſtram adceſſerint voluntatem. Si quis enim voluerit eorum, quos Antipodas diximus, quod inferiore à nobis circulo conſtituti videntur, ſphaeram facere, non inmerito noſtrum Hiemalem ſibi AEſtivum circulum finxerit: aut [7] ſi quis ſcriptor eorum mentionem faciens, obſcure voluerit Antipodas demonſtrare, & dixerit, quibus in Capricorno aeſtas ſumma, aut in Cancro hiems maxima fiat, [8] non inperita ratione acutiſſime dixiſſe videbitur. quodcumque enim noſtris circulis contrarium dixerit, id illis erit rectum. Sed ne longiore ſermone praeter conſuetudinem utamur, ad inceptum revertamur.

## II.

IN AESTIVO circulo, de quo primum dicere inſtituimus, haec ſigna

MUNCK. Morellianus unus, *confieri*, quod valde placet. Verbum eſt Ciceroni, Caeſari, & aliis receptum. Sed tamen paulo poſt priori modo: *quo circulo hyemem confici diximus*, ut fortaſſe nihil mutari debeat. SCHEFF. *Confieri* Voſſ. ſec. & Leid. *fieri*. Voſſ. pr. Praefero *confieri*, quod ſaepius cum *confici* confunditur. Conſule Cl. Oudendorp. ad J. Caeſar. lib. VII. B. G. cap. 11. Pro *appellentur* Leid. *appellantur*. Quod ferendum in hoc Auctore, cum purioris latinitatis ſcriptores contra Grammaticorum regulam indicativo pro modo ſubjunctivo uſi ſint. Vide eumd. virum ad lib. II. de B. Civil. cap. 32. Pro *diximus* Leid. *dicimus*.

6 QUOD SI VOLUERINT] Modius, quem ſuo more ſequitur Sanctandreana, *Qui ſi voluerint i. i. a. noſtram collationem*. Non neceſſe videtur, ut a lectione recepta decedamus. SCHEFF. Voſſ. ſec. *qui voluerit*. & ita Leid. d'Orv. *voluerint*. pro *id ad* Voſſ pr. *id quod ad*. pro *nobis* Leid. *a nobis*. pro *acceſſerunt* duo Voſſ. *acceſſerit*. *τὸ enim* abeſt Voſſ. pr. *τὸ circulum* abeſt Leidenſi.

7 SI QUIS SCRIPTOR EORUM] Ita & Vlitt. 2. at unus *ſcripto eorum*. MUNCK. Cum Vlitt. omnes, quos inſpexi, codd. faciunt. pro *& dixerit* d'Orv. *& ſi dixerit*.

8 NON IMPERITA RATIONE ACUTISSIME] Suſpicor ſcripſiſſe noſtrum, *non imperita ratione, ac acutiſſime*. SCHEFF. *Nec imperitâ* Vlitt. 2. Ergo *nec* poſuit pro *non*, ut cum *nec opinus, nec opinatus* & ſimilia dicimus? Forte tranſpoſitio facta

ſigna ſive partes eorum perſpiciuntur: Capita Geminorum, Aurigae genu utrumque, Perſei crus, & humerus ſiniſter. Andromeda autem à pectore, ſed manu ſiniſtra, dividitur. Atque ita evenit, ut caput ejus cum toto pectore & manu dextra videatur eſſe inter AEſtivum & AEquinoctialem circulum: reliquum autem corpus inter AEſtivum & Arcticum finem. Praeterea in eodem AEſtivo circulo pedes equi Pegaſi poſiti videntur, [2] & caput à reliquo corpore dividitur Oloris, & alae ſiniſterioris ut volantis pars non magna. [3] Ophiuchus humeris ut circulum ſubſtinere videtur. Virgo [4] prope contingens à capite, inter hunc & AEquinoctialem circulum conlocata eſt, ut fulgens ad Auſtrum. Leo à pectore ad lumbos dividitur, ut caput ejus & corporis ſuperior à cruribus pars, inter hunc & Arcticum circulum videatur: inferior autem pars [5] inter AEſtivum & AEquinoctialem circulum. Cancer autem ſic dividitur medius, ut inter duos oculos circulus trajectus exiſtimetur. In his ſignis, & hoc, ut ante diximus, circulo cum vehitur Sol, evenit, ut nobis, qui hac inclinatione mundi utimur, ſint diei de partibus octo partes quinque, noctis autem tres. Neque ita tamen ut ex horologiis, ſed ex ſphaerae ratione. Cum enim ſphaeram ita conſtitueris, ut circulus is, qui Arcticus vocatur, ſemper adpareat, numquam autem Antarcticus exoriatur, [6] atque ita ſphaera eſt conſtituta: ſi voles AEſtivum circulum dividere in partes octo, ex his invenies partes quinque in ſphaera adparere, tres autem infra tamquam ſub terra eſſe.

[7] AT

facta eſt, ut fuerit manus auctoris, *acutiſſimè nec imperitâ ratione* &c. MUNCK. Pro *maxima* Leid. *ſumma*. Dein omnes codd. *non imp.*

## Ad CAP. II.

1 GENU UTRUMQUE, VEL SINISTRUM PERSEI CRUS] Illud *vel ſiniſtrum* abeſt in Sanctandreana. Ego ſervo τὸ *ſiniſtrum*, quia ſequitur, *& humerus ſiniſter*. At vero *vel* delendum puto, ut ex praecedenti *quae* formatum. SCHEFF. Leid. *ſiniſtrumque Perſei crus*. ab *evenit* uſque ad *videntur* abſunt Leidenſi. pro *aequinoctialem* Voſſ. ſec. *biemalem*. pro *inter aeſtiv.* Voſſ. ſec. *ad aeſtiv.*

2 ET CAPUT A RELIQUO CORPORE] *Sed caput* Vlitt. unus. Et mox, *hunc circulum ſuſtinere*. MUNCK. Voſſ. ſec. *ſed & caput*. Mox pro *videtur* idem *videretur*.

3 OPHIUCHUS HUMERIS UT CIRCULUM SUSTINERE VIDETUR] Addit hic ex ſuo Codice Modius, *ex una parte, id eſt, aequinoctiali, ex altera parte Hercules pari ratione*. Quod caeteri, ac ne Sanctandreana quidem, haud agnoſcunt. SCHEFF.

4 PROPE CONTINGENS A CAPITE] Lege cum Vlitt. 2. *Prope hunc conjungens capite*. Vide ſupr. lib. III. cap. 16. MUNCK. *Prope conjungens capite* duo Voſſ. & d'Orv.

5 INTER AESTIVUM ET AEQUINOCTIALEM CIRCULUM] Dele poſtremam vocem cum Vlitt. 3. & mox *duos* ante τὸ *oculos*. MUNCK. *Pars* abeſt Leidenſi. Item *circulum*. *Duos* abeſt Voſſ. pr. Leid. & d'Orv. Pro *trajectus* Voſſ. ſec. *transjectus*. Mox *& evenit ut* Leid. alii codd. *ut evenit*.

6 ATQUE ITA SPHAERA EST CONSTITUTA] Dele τὸ *eſt* ex auctoritate 3. Vlitt. & dein ſic diſtingue: *Atque ita ſphaerâ conſtitutâ, ſi voles* &c. MUNCK. Pro *Antarcticus* Voſſ. pr. *Antarcticos*. *Eſt* abeſt Voſſ. ſec. Pro *voles* idem *volens*. Mox τὸ *partes* abeſt Hemſterhuſiano.

[7] AT

[7] AT ALIQUIS dixerit, cur ſphaerae circulos dividamus in partes octo, potius quam duodecim, aut quot libuerit alias partes? Hic non ſphaeram, ſed ſe fallere hac ratione [8] invenietur fere. Si enim ita fecerit ex aeſtivo circulo partes duodecim, ex his partes ſeptem, & dimidium partis adparere; quatuor autem & dimidium ſub terra inveniet eſſe. Itaque evenit, ut, cum ad ſeptem partes addita dimidia ſit, ſimili ratione ad partes quatuor adcedat pars dimidia, & fiant ſupra terram partes ſeptem, & dimidium partis: reliquum autem [9] ſub terra, quod eſt partes quatuor & dimidium. Igitur oportet intelligere, ut non [10] in minutis partibus & dimidiis fiat, ſed certis numeris conficiatur, ut evenit in partibus octo. Praeterea quoniam ſphaera diviſa in partes triginta, evenit, ut [11] ab AEſtivo ad Hiemalem ſint partes octo: nimirum certe eos circulos dividemus in partes octo. Praeterea quoniam ab aeſtivo circulo ad AEquinoctialem ſunt partes quatuor de XXX. & rurſus ab AEquinoctiali circulo ad Hiemalem de partibus triginta partes quatuor, & ita nihilominus AEquinoctialis ipſe per ſe circulus medius dividitur, ut dimidia pars ejus ſit ſub terra, de partibus octo partes quatuor, & totidem ſupra, & tota ratio ad octavam partem perveniat: non dubium eſt, quin recte dividatur in partes octo. Praeterea cum Sol per hos circulos currens iter annuum conficere videatur, & ab omnium ſignorum octava parte, ut poſterius dicemus, incipiat exoriri, ut ad aliud ſignum tranſeat, neque ulla alia parte ſigni utatur, recte [12] ipſi quin-

7 AT ALIQUIS] Leid. *aut ſi aliquis*. Pro *quot* Leid. & Voſſ. ſec. *quod*.

8 INVENIETUR PORRO ARBITROR] Modius, & Sanctandr. delent illud *arbitror*, & pro *porro* ſcribunt *fere*. Nempe fuit in Modiano, *fore vel vere arbitror*. Mihi magis arridet, *vere arbitror*. Ordo: Arbitror, invenietur vere, ſe fallere. Quod locutionis genus plebejum, & iccirco noſtro convenientiſſimum. SCHEFF. Tò *ita* ignorant Vlitt. 2. Caeterum pro illo in fine praecedentis periodi *invenietur*, vulgati exhibent, *invenietur porro arbitror*. Sed illud *arbitror* non agnoſcunt 3. Vlitt. qui & pro *porro* exhibent *fero* vel *ferè*. Id quod monendum mihi duxi propter Cl. Schefferum, qui vulgatis lectionibus fere ubique propemodum temerè propugnat. MUNCK. Pro *invenietur* Voſſ. ſec. *inveniet*. pro *fere* Leid. *fore arbitror* Voſſ. pr. *foro*. d'Orv. *fero*. Tò *ita* abeſt omnibus, quos vidi, codd. Pro *ſeptem* Leid. *VIII*. Pro *ſit* Leid. *ſunt*. duo Voſſ. *ſunt XII*. Deinde pro *quatuor* duo Voſſ. *V*. & ita Leid. Pro *ſiunt* Voſſ. ſec. *fiunt*, d'Orv. *fient*. Pro *ſub terra* Voſſ. ſec. *ſub terram*. Pro *quod eſt partes* Voſſ. ſec. *quod facit partes*.

9 SUB TERRA QUIDEM PARS QUATUOR ET DIMIDIUM] Micyllus pro *quidem* legit *quod eſt*. Id ſervat Sanctandreana, additque *partes quatuor*. SCHEFF.

10 IN MINUTIS PARTIBUS] Vlitt. 2. *imminutis partibus*. MUNCK. *Imminutis* Voſſ. pr. Pro *conficiatur* Leid. *conficiat*. Voſſ. ſec. *conficiebat*. Mox pro *ab aeſtivo a. b. S. partes octo* duo Voſſ. & d'Orv. *ab aeſtivo circulo a. b. ſ. p. octo*. Voſſiano primo. *tò partes* abeſt.

11 AB AESTIVO CIRCULO AD AEQUINOCTIALEM] Probant lectionem hanc Morelliani. Sanctandr. *ad byemalem*. SCHEFF.

12 IPSI QUINQUE CIRCULI] Vlitt. unus. *Ipſi quoque circuli*. MUNCK. Paullo ante pro *ut ad a. ſ. tranſeat* Leid. & Voſſ. pr. *ut ad a. ſ. tranſire*. Voſſ. ſec. *aut ad a. ſ. tranſire*. d'Orv. *& ad a. ſ. tranſeat*. Pro *quinque* Voſſ. ſec. & d'Orv. *quoque*. pro *revertantur* Voſſ. ſec. *reverturtur*. pro *ejuſdem* Voſſ. pr. *ejus*. pro *dividetur* Voſſ. ſec. & Hemſt. *dividitur*.

quinque circuli dividuntur in partes octo. Praeterea cum ſeptem ſidera ad eumdem ſtatum revertantur, ut quibuſdam placuit, ut cujuſmodi dies hodiernus fuerit in Solis aut Lunae tempeſtate, ejuſdem modi octavo anno ſit futurus, vere ſphaera quoque dividetur in partes octo. Praeterea cum videamus octavo quoque die ejuſdem ſideris horam primam, aut quamlibet denique eſſe, [1] ut cujus hodie fuerit hora prima, ejuſdem octavam quoque futuram: veriſſimum eſt, ipſam quoque ſphaeram mundi, unde horae ſumuntur, dividi in partes octo. Sed ne reliqua praetermittamus in hoc occupati, ad propoſitum revertamur.

## III.

SECUNDUS ab AEſtivo AEquinoctialis eſt circulus, in quo haec ſigna & partes eorum perſpici poſſunt: Aries totus omnibus pedibus innixus videtur.

Hunc autem Aratus omnium ſiderum celerrimum eſſe demonſtrat, etiam minori Arcto, quae brevi ſpatio vertitur: [2] praeſtare id quod velit eſſe ſic, poterimus vel facillime intelligere. Cum ſit enim maximus circulus AEquinoctialis in ſphaera, [3] in eoque Aries ut adfixus videatur, quomodocunque fuerint figurae corporum conlocatae, ut ad eumdem locum perveniant, neceſſe eſt ſemel verti ſphaeram. Quod cum fiat, & Aries in maximo circulo, & eodem tempore ad locum, quo reliqua ſidera perveniant, neceſſe eſt, eum celerrimum dici. Sed nos [4] ad circuli effectionem veniemus, & reliqua dicemus. In eodem Tauri genua ut fixa perſpiciuntur, etſi nonnulli ita finxere, ut uno

1 UT CUJUS HODIE FUERIT HORA &c.] Sententia flagitat, *& cujus* &c. MUNCK. Pro *denique* d'Orv. *demum.* pro *octavam quoque* Voſſ. ſec. *octavo anno.* cui *τὸ veriſſimum* abeſt. Pro *unde* Voſſ. pr. *mundi.* pro *dividi* Voſſ. ſec. *dividit.*

## Ad CAP. III.

2 PRAESTARE ID QUOD VELIT ESSE, SIC POTERIMUS] Mallem, *quod velit, & ſic poterimus.* SCHEFF. Vlitt. unus, *quid velit eſſe.* Quod probo. Sed diſtinguendum cum Veneta, *etiam minori arcto, quae brevi ſpatio vertitur, praeſtare. Id quid velit eſſe* &c. *Τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι*, ut loquitur Lucas Digeſti cap. 11. vers. 2. MUNCK. Pro *minori arcto* duo Voſſ. & Hemſt. *minore arcto.* & ita d'Orv. Leid. *majore.* qui pro *quod, quia.* Mox pro *vel, id* Leid.

3 IN EOQUE ARIES &c.] *Inque eo aries* Vlitt. 3. Mox lege, *quo reliqua ſidera, perveniat.* MUNCK. Mei codd. omnes *inque eo.* Mox pro *locum* Voſſ. pr. *circulum* ut priores editiones. Voſſ. ſec. *locum vel circulum.*

4 AD CIRCULI EFFECTIONEM] *Efficiemem.* MICYLL. Micyllus putabat *efficiemem.* Id vero non placet. *effectio* hic eſt *confectio.* Morellianus unus habet, *diſtinctionem.* SCHEFF. *Definitionem* Vlitt. 2. & alter Morellianus. MUNCK. Mei omnes codices *definitionem.* Pro *finxere* Voſſ. ſec. & d'Orv. *finxerunt.*

5 SINISTRO PROPE PEDES CONTINGERE] In Sanctandr. illud *pedes* abeſt. Et profecto corruptum eſſe, apparet. Requiritur tamen ejus loco aliud quidpiam, ut liqueat, quid ſiniſtro pede

uno genu, hoc eſt dextro nixus, [5] ſiniſtro prope contingere videatur: de hoc in medio relinquemus. Sed in eodem circulo zona Orionis, ut ipſo circulo praecinctus exiſtimetur. Hydra flexu à capite primo, ut cervicibus erectis Cancrum contingere videatur: & ex inferiore corpore Hydrae Crater cum Corvo velut fixus eſſe circulo conſpicitur. Item paucae ſtellae Chelarum, eodem adjunguntur. Ophiuchi genua eodem circulo à reliquo corpore dividuntur. Aquila ſiniſteriore penna pene contingens figurata eſt. Eodemque circulo caput Pegaſi cum cervicibus nititur. His corporibus ſignorum AEquinoctialis circulus finitur. Quo Sol cum pervenit, [6] bis uno anno conficit aequinoctium, hoc eſt in Ariete & Chelis: in hac enim parte ſphaerae & ver & autumnus [7] confici exiſtimatur: ita ut ver ſit in Ariete, autumnus in priore parte Scorpionis, quod ſignum nonnulli Libram dixerunt. Per hunc circulum tranſiens Sol ab Ariete ad Chelas, efficit ſex menſium diem his locis, qui intra Arcticum videntur orbem: noctem autem his, qui Antarctico circulo ſunt clauſi: quare magis his locis nemo poteſt durare. Et rurſus ab Autumno uſque ad ver, hoc eſt à Chelis uſque ad Arietem perveniens, efficit his locis, ſex menſibus perpetuis diem, in quibus ante noctem demonſtravimus: è contrario autem noctem his, qui Boreo polo ſunt proximi: ſed de hoc ante diximus: neque enim mirum eſt [8] hac conlocatione ſphaerae id evenire. Erecto enim Boreo polo neque umquam occidente evenit, ut corpora quoque, quae ei proxima ſunt circulo, ſero occidere videantur. Id ex hoc intelligere licebit: Cum in his partibus ſphaerae habitetur, quae pars eſt ab AEſtivo circulo ad orbem, qui Arcticos vocatur, & de Arctico circulo, hoc eſt de dua-

pede contingat. Ac prima ſyllaba quidem, ut a praecedenti nata, delenda. Superest *des*, ex quo colligo, ſcripſiſſe, *ſiniſtro pede prope ad es contingere*. SCHEFF. Vlitt. 2. & Veneta, *prope pede contingere*. MUNCK. *Pede* addit unus Leid. Pro *flexu* Voſſ. ſec. *flexo*. Pro *eodem* Voſſ. ſec. *eidem*.

6 BIS UNO ANNO CONFICITUR] Modius ex ſuis legit, *conficit*, quod exhibet etiam Sanctandreana. Mox pro *confici*, *confieri*, quod in ſuperioribus ſervavit Sanctandreana, hic vero non, quod miror. Sed fortaſſis tot in locis idem mendum ortum, veriſimile haud videbatur. Et ſane a recepta lectione difficulter & me patior divelli, qui elegantiam Ciceronianam a noſtro non exſpecto. SCHEFF.

7 CONFICI EXISTIMATUR] *Confieri* Vlitt. 3. Etiam ſupr. cap. 1. *aeſtatem confieri* pro *confici* unus habebat. MUNCK. Paullo ante *corpore* Voſſ. pr. & d'Orv. Pro *paene contingens* Voſſ. pr. *pene eum contingens*. quomodo primae editiones. Voſſ. ſec. *pene eo jungens*. Pro *conficit* Voſſ. pr. *efficitur*. Voſſ. ſec. & priores edit. *conficitur*. & *Chelis* abſunt Hemſt. ad *autumnus in priore parte*. Pro *confici* Voſſ. pr. Leid. d'Orv. *confieri*. Voſſ. ſec. *fieri*. Pro *Antarctico* Leid. *Arctico*. Pro *ad Chelas* Hemſt. *in Chelas*. Pro *clauſi* Leid. *inclauſi*. Pro *magis bis l.* Voſſian. *in ipſis locis*. Leid. *magis in bis locis*. *rò diem* abeſt duobus Voſſ.

8 HAC COLLATIONE SPHAERAE] Lege, *collocatione* cum edd. Vett. & Vlitt. 3. Supr. cap. 1. *Ad noſtram collocationem mundi*. MUNCK. Pro *neque enim m.* Voſſ. ſec. *nemini enim m.* Pro *hac collocatione* idem *a collocatione*. Pro *evenire* d'Orv. *devenire*. Pro *quoque quae* Voſſ. ſec. *quaequae*. Pro *duobus urſis* Voſſ. pr. *duobus urſis*.

duabus Urſis & Dracone, caput Draconis maxime niti ipſo circulo videatur, ita ut is, qui Engonaſin vocatur, [1] inter AEſtivum & Arcticum locatus, caput Draconis premere intelligatur: quicumque, ut ante diximus, ad ipſum caput Draconis habitant, ita longo die utuntur, ut ne tertia quidem horae pars in unaquaque nocte his obtingat. Itaque [2] Aratus ait:

Κεῖνη πη κεφαλὴ τῇ νήχεϊ ἶχί πεϱ ἀκϱαὶ
Μίσγονϱ δύσιές τε καὶ ἀντολαὶ ἀλλήλῃσι.

[3] Item Cicero dicit:

[4] Quod caput hic paullum ſeſe ſubitoque recondit,
Ortus ubi atque obitus parte admiſcentur in una.

De hoc [5] Homerus quoque in Odyſſea ita brevem noctem eſſe dicit, ut paſtores cum alii exigant, alii reducant pecus, poſſit alius alium audire, cum unus propter noctem pecus reducat, alter propter lucem exigat: ſed nos ad propoſitum revertamur.

## IV.

TERTIUS ab AEſtivo circulo, qui Hiemalis vocatur, his corporibus & eorum partibus finitur: nam medium Capricornum dividens & pedes Aquarii, per caudam Piſtricis ut trajectus videtur. Dividit etiam

1 INTER AESTIVUM ET ARCTICUM LOCATUS] *Collocatus* Vlitt. 2. MUNCK. *Collocatus* Voſſ. ſec. d'Orv. Leid. *conlocatus*. Mox Voſſ. ſec. *nocte consingat*. Voſſ. pr. *obtingat*. *His* forte *de bis*. Pro *item* Voſſ. pr. *idem*.

2 ARATUS AIT] In Phaenom. verſu 61. SCHEFF.

3 ITEM CICERO DICIT] *Idem* Vlitt. 2. & mox, *Quo caput* &c. Patricius & vulgati codices Ciceronis, *Hoc caput* &c. Pro *paulum* vir doctus reſcripſerat in libro Heinſiano *pandit*. MUNCK. Vide Grotium ad Arati phaen. pag. 3. Pro *admiſcentur* in Ciceronis loco *ammiſcentur* Voſſ. ſec. Pro *paulum* Hemſt. *paululum*.

4 QUOD CAPUT] In vulgatis Ciceronis legitur, *hoc caput*. Item mox, pro *parte admiſcentur in una*, quod eſt apud noſtrum, *partem admiſcentur in unam*. SCHEFF.

5 HOMERUS QUOQUE IN ODYSSEA] In K videlicet vers. 82. Ὅθι πεμφϑὲν πειμὴν Ἠοῦς ἠερτολέων, ὁ δέ τ' ἰξελάων ὑποκυσῇ. Vide ibi Scholiaſten anonymum, & Euſtath. pag. 384. ed. Baſ. Theo in Aratum p. 12. ed. Lond. Ὁ δὲ Κεράτης φησὶν, ὡς ὑπὸ τ' ἐφέζοντα μίξις ἀμφοτέρων γένη), ὡς καὶ Ὅμηρος, Ἐγγὺς γὰρ νυκτός τε καὶ ἠμαϑίοιο κέλευϑον &c. Verſus iſte 86. eſt libri modo laudati in Odyſſea. MUNCK. Pro *exigant* Voſſ. ſec. *exeant*. Ita *transfigere* & *transfire* confuſa in Salluſtii initio, & apud Noſtrum. Vide Munck. ad cap. 17. hujus libri. *cum alii exigant* abſunt Hemſterhuſiano. Pro *poſſit alius alium* duo Voſſ. item edd. priores *poſſint alius alium*. d'Orv. & Leid. *poſſent alius alium*. lege *poſſint*. Ita ſolet Noſter, ut in fabulis vidimus.

etiam Leporem fugientem à cruribus, & quadam parte corporis, & Canis ſequentis pedes & Navis ipſius puppim, Centaurique cervices à reliquo corpore dividit. Scorpionis extrema cauda, [6] quod acumen vocatur, eodem circulo conjungitur. Sagittarii arcus eodem orbe deformatur. Hujus orbis infra terram ſunt de partibus octo partes quinque, ſupra terram autem tres. [7] Itaque ſit brevior dies nocte, ut ante demonſtravimus.

## V.

QUARTUM circulum Zodiacum eſſe Aratus demonſtrat, de quo ante diximus, & poſterius dicemus. Sed Aratus non, ut reliqui aſtrologi, ab Ariete duodecim ſigna demonſtrat, hoc eſt vere incipiente: ſed à Cancro, hoc eſt ipſa aeſtate. Nos autem (quoniam ab Ariete incipimus) ita protinus dicemus. In hoc enim circulo ſic duodecim ſigna figurantur: Aries, Taurus, Gemini: in his tribus ſignis [8] ver demonſtratur, & aequinoctium vernum. Cancer, Leo, Virgo: in his ſignis maxime aeſtas conficitur: ſed ſol incipit à Virgine jam tranſire ad aequinoctium autumnale. Chelae, Scorpius, Sagittarius: in his tribus ſignis autumnus efficitur, & aequinoctium autumnale. Capricornus, Aquarius, Piſces: in his tribus ſignis ſol [9] hiemem conficere demonſtratur. [10] Etſi nulla ſunt ſigna XII. ſed XI. ideo quod Scorpio magnitudine ſui corporis duorum locum occupat ſignorum, è quibus prior pars Chelae, reliqua autem Scorpio vocatur. Priores enim [11] aſtronomici, cum omnes res ad duodecim par-

### Ad CAP. IV.

6 QUOD ACUMEN VOCATUR] Supr. lib. III. cap. 25. *In acumine ipſo, quo percutere exiſtimatur.* MUNCK. Pro *qui hiemalis* Leid. *qui hiemali.* Pro *cervices* Voſſ. ſec *pedices.*

7 ITAQUE IT BREVIOR DIES] Sanctandr. *Itaque ſit brevior.* SCHEFF. Sic & Vlitt. 3. Vett. God. *It brevior* &c. MUNCK. *It brevior* Voſſ. pr. ut & priores edd.

### Ad CAP. V.

8 VER DEMONSTRATUR] Leid. *vere demonſtratur.* Pro *vernum* Voſſ. ſec. *vernale.* Pro *efficitur* Idem *fit.*

9 HIEMEM CONFICERE DEMONSTRATUR] In Morelliano *tranſigere.* Quod puto rectius, alterumque a gloſſa eſſe. SCHEFF. *Tranſigere* 3. de Vlitt. quomodo & in ſuis Morellius invenit. MUNCK. *Tranſigere* Hemſt. Leid. d'Orv. & Voſſ. pr. ſed Voſſ. ſec. *tranſire.* Nepos Themiſt. cap. 9. *Annum mihi temporis det, eoque TRANSACTO me ad te venire patiaris.*

10 ETSI NULLA SUNT SIGNA &c.] *Non.* MICYLL. Pro *nulla* Micyllus mavult *non.* ſine neceſſitate. Scribo, *etſi nulla ſint.* SCHEFF. Vlitt. 3. *Etſi nonnulla ſunt* XII. *ſigna.* Forte, *nonnullis non ſunt* &c. Sed nihil mutare praeſtat. *Nulla ſunt ſigna*, pro *non ſunt*, ſatis Latinè dictum eſt. MUNCK. *Nonnulla* Voſſ. pr.

11 ASTRONOMICI] *Aſtrologi* Morelliani. Sanctandr. *Aſtronomici.* SCHEFF. Ita & Vlitt. unus. Vett. edd. *Aſtrologi.* MUNCK. Ita & d'Orv.

Ad

partes revocarent, ut menſes, & horas, & latitudinem ſignorum: itaque & ſigna, per quae res omnes ſignificantur, duodecim voluerunt eſſe.

## VI.

SED quoniam [1] ſeptem circulis in prooemio propoſitis, de quatuor circulis mentionem fecimus, ne ſeptem ex ordine demonſtratis, aliquid à nobis obſcurius dictum videatur, [2] de ſeptem ſuperant tres, Arcticus, Antarcticus, & ille, qui Lacteus vocatur. Itaque de his dicere incipiemus. Arcticon igitur orbem ſubſtinet caput Draconis cum reliqua corporis parte. Cepheus autem pectore ſuo circulum jungit. Eodem orbe nituntur & pedes majoris Urſae, praeterea ſedile Caſſiepeiae cum pedibus ejus [3] nititur ipſi circulo, [4] ſiniſtro pede, genuque dextro, & pedis prioribus digitis ejus, qui Engonaſin vocatur: & manus ſiniſtra [5] Bootis exteriori parte circuli pervenit conjuncta. Ad Antarcticon autem circulum pervenit extrema navis Argo, pedeſque Centauri poſteriores adjunguntur: priores autem prope contingere, & Ara videtur prope adfixa: Eridanique fluminis extrema ſignificatio.

## VII.

RELIQUUM eſt nobis definire, quem ſupra Lacteum orbem demonſtravimus. [6] Ipſe enim dividit Oloris extremam ſiniſtram pennam, quae extra AEſtivum pervenit finem. Praeterea tranſit manum dextram Perſei, & ab humero ſiniſtro Aurigae perveniens ſub manum

### Ad CAP. VI.

1 SEPTEM CIRCULIS] Voſſ. pr. *VIII. circulis.*

2 DE SEPTEM SUPERANT TRES] Lege cum Vlitt. 2. *Sed de ſeptem ſuperant tres, Arcticus, Antarcticus, & ille, qui Lacteus vocatur, itaque de his dicere incipiemus.* Ita diſtinguendum eſt. MUNCK. Pro *Arcticus* & *Antarcticus* d'Orv. *Arcticos* & *Antarcticos.* Mox pro *orbem* Voſſ. pr. *orbis.* Pro *pedes m. u.* Voſſ. ſec. *pedes priores m. u.*

3 NITITUR IPSI CIRCULO] Rectius procul dubio eſt *ipſo circulo*, quod in Vlitianorum uno fuit. MUNCK.

4 ET DE DEXTERO PEDE GENUQUE SINISTRO] Sanctandr. illud *&* de non agnoſcit. praeterea pro *dextero pede* & ſequentibus habet, *ſiniſtro pede genuque dextro.* At vero Morelliani, *extremo pede, genuque ſiniſtro*, quod puto caeteris anteferendum. SCHEFF. Veneta aliaeque antiquiores, *& de dextro pede genuque ſiniſtro.* Notat & Morellius aliter legi, *extremo pede genuque ſiniſtro.* Vlitt. 2. *Et dextro plano genuque ſiniſtro* &c. Putes velle, *& dextra planta* &c. MUNCK. Duo Voſſ. *dextro plano genuque ſiniſtro* Leid. & d'Orv. *& dextro pede, genuque ſiniſtro.* Mox pro *pedis* Voſſ. pr. *pedes.* Voſſ. ſec. *pedibus.*

5 BOOTIS] *Booti* Vlitt. 2. & mox *pene contingere*, pro *prope contingere.* MUNCK. *Booti* Voſſ. pr. paullo ante pro *manus ſiniſtra* Leid. & Voſſ. pr. *manu ſiniſtra.* Mox pro *poſteriores* Voſſ. pr. *poſterioris*

Ad

manum ejus dextram, & Geminorum genua, & pedes ejus ſigni quod γόνατα vocatur. [7] Hic dividens Æquinoctialem & Æſtivum circulum, tangit extremum finem mali, [8] qui in Argo nave defixus videtur: deinde rurſus revertens, genua Centauri dividit à reliquo corpore, & extremam caudam terminat Scorpionis, & arcum medium Sagittarii, & Aquilae dimidiam partem, per ejus tranſiens pennas.

## VIII.

QUONIAM [9] de hujuſce rebus expoſuimus ordine, mundi rationem, & quemadmodum moveatur, protinus dicemus: & in duodecim ſignorum exortu ea, quae deinde corpora conſequantur, & quae perveniant ad occaſum. Convenit nobis mundum ab exortu ad occaſum verti, ideo quod videmus ſtellas exorientes ad occidentem converti. Sic enim primum poterimus ſcire, qui ſint exortus, & qui occaſus. Si enim noſtrum aliquis adſtiterit contra [10] exorientem, neceſſe eſt Arctos nobis à ſiniſtris partibus eſſe. Cum id ita fiat, illud quoque neceſſe eſt, ut omnia à dextris partibus exorta, in ſiniſtris occidere videantur, de quo & ante diximus. Igitur cum videamus, ſtellas exoriri & occidere, neceſſe eſt, mundum quoque cum ſtellis verti. Sed nonnulli ajunt nihilominus id evenire poſſe, [11] ut ſi ſtante mundo, ſtellae exoriantur & occidant, quod fieri non poteſt. Si enim ſtellae vagae feruntur, neque mundus ipſe vertitur, non poſſunt corpora ſtellis figurata incolumia [12] & certa permanere. Illud enim videmus, in toto mundo ſtellas erraticas eſſe quinque, neque [13] horum curſum quemquam poſſe definire: Aratum ipſum negare,

### Ad CAP. VII.

6 IPSE ENIM] Duo Voſſ. & Leid. *is enim.* Pro *extremam* duo Voſſ. *extremi.*

7 HIC DIVIDENS] Rectius *hinc dividens* Vlitt. 2. MUNCK. *Hinc div.* Voſſ. ſec. & Hemſt.

8 QUI IN ARGO NAVE] Praepoſitio exulat à 2. Vlitt. MUNCK. Praepoſitio etiam abeſt Voſſiano pr. Voſſ. ſec. quod in *Argo nave defixum.*

### Ad CAP. VIII.

9 DE HUJUSCE REBUS] Fateor ita praetuliſſe etiam 2. Vlitt. Praeferam tamen *biſce rebus*, quod in Vett. edd. viſitur. MUNCK. Voſſ. ſec. *bujuſcemodi* Hemſt. *bujuſce.* Pro *convenit* Voſſ. ſec. *conveniat.* Pro *exorientes* Voſſ. ſec. idem *ab oriente.*

10 EXORIENTEM] Voſſ. ſec. *orientem ſolem* Voſſ. pr. *exorientem ſimul.* Pro *exorta* Hemſt. *exorti.* Pro *videamus* Voſſ. ſec. *videatur.*

11 UT SI STANTE MUNDO] Ita & Veneta. Sed τὸ *ut* ab uno Vlitt. abeſt. Ego potius τὸ *ſi* exturbem. MUNCK. Τὸ *ut* abeſt Voſſ. duobus. Sed *ſi* abeſt Hemſterhuſiano, quod firmat Munckeri, in qua & ego ſum, ſententiam.

12 ET CERTA PERMANERE] *Aut certa* Vlitt. 2. MUNCK. *Aut certa* duo Voſſ. & Leid.

13 HORUM CURSUM] Ita codd. & editt. excepto Voſſ. ſec. *harum curſum.* ut & Hemſt. qui mox tamen *eorum* cum ceteris.

re, ſe difficiles eorum curſus interpretari poſſe. Quomodo igitur cum quinque ſtellas nemo poſſit obſervare, tot millia quiſquam poſſit pervidere, niſi qui [1] permittat, hic curſus ſtellarum poſſe eſſe, & nihilominus figuras corporum permanere: quod ſi non eſt, tota ſphaera ad inritum revocabitur. Quicumque enim ſphaeram fecerit, non poterit efficere, ut ſphaera ſtante nihilominus ſtellae verſentur. Illud etiam videmus, in extrema cauda Draconis ſtellam eſſe, quae in ſe vertatur, & in eodem loco conſtet. Quod ſi omnes ſtellae vagae feruntur, hanc quoque loco moveri neceſſe eſt, quod non evenit. Igitur neceſſe eſt, mundum quoque, non ſtellas verti.

## IX.

Quoniam oſtendimus, mundum cum ſtellis potius, quam ſtellas per ſe verti, nunc reliqua dicemus. Cum enim traditum ſit nobis, prius noctem quam diem fieri, noctem dicemus umbram terrae eſſe, eamque obſtare lumini ſolis. [2] Et ſi nonnulli dixerunt in ſolis curſu evenire, ut cum pervenerit ad eum locum, ubi occidere dicatur, ibi montium magnitudine à nobis lumen averti ſolis, [3] & ita noctem videri: quod ſi ita ſit, nimirum eclipſin ſolis verius quam noctem dixerimus. Sed aliter eſſe ex ipſa ſphaera intelligere licebit.

## X.

Horizon enim dividens ea, quae videntur, & quae non adparent, ita definit ſphaeram, ut ſemper ſex ſigna de duodecim in hemiſphaerio videantur [4] ſupra terram, ſex autem ſigna ſint infra ſub terra. Igitur

1 PERMITTAT; HIC CURSUS STELLARUM] Lege cum Vlitt. 3. *Permittat hoc, curſu ſtellarum poſſe nihilominus figuras* &c. MUNCK. Duo Voſſ. Leid. ac d'Orv. *permittit hoc curſu ſt. p. e.* Paullo ante pro *millia* Voſſ. pr. & d'Orv. *milia.* Mox *ſphaeram* exſulat ab Hemſterhuſiano: & pro *conſtet, conſtat. loco* abeſt Voſſ. ſec. Pro *evenit* d'Orv. *venit.*

## Ad CAP. IX.

2 ETSI NONNULLI DIXERUNT, IN SOLIS CURSU &c.] Puto, legendum, *dixerunt, id ſolis occaſu evenire.* SCHEFF. Clar. Schefferus, *id ſolis occaſu evenire.* Puto rectius fore, *id ſolis curſu evenire, & cum pervenerit.* Certè niſi & pro *ut* ſubſtituas, in ſequentibus legendum foret *avertatur* & *videatur.* Iſidorus lib. de Rer. Naturâ cap. 28. *Sic cum die ſol ad locum pervenerit, ubi occidere dicitur, ibi montium magnitudine à nobis ſeparatur: ſicque terrae objectu à ſeptentrionali parte obumbratur aër, adeo ut nobis noctem efficiat haec ipſa umbra terrarum.* Et cap. 21. *Nam dicunt hiſtorici omnem terram montibus claudi, quorum umbra fertur luna ſubito non apparere.* MUNCK. Leid. *id ſolis curſu.* Voſſ. ſec. & Hemſt. *in ſolis curſum.* Pro *ibi* Voſſ. pr. *ubi.* Pro *averti* Voſſ. ſec. *avertere.*

3 ET ITA NOCTEM] *Et jam noctem* Vlitt. 2. MUNCK. Voſſ. pr. *etiam* Voſſ. ſec. *et.* Pro *dixerimus* d'Orv. *videri.*

Ad

Igitur cum in uno eorum Sol nixus ferri videatur, ab eo circulo, qui Horizon vocatur, exoritur: itaque incipit lucere, cumque nihilominus ipſe mundus vertatur cum reliquis ſignis. Sed quo facilius intelligatur, ponamus ſolem eſſe in Ariete, à quo duodecim ſigna inſtituimus numerare. Igitur [5] cum ſol ſit in Ariete exoriente, dies eſt: qui cum vertente ſe mundo pervenit ad eum circulum, qui Meſembrinus vocatur, efficit diei partem dimidiam. Sed ſic etiam facilius intelligitur, & rurſus ab eodem Ariete incipiemus. Cum Aries eſt exortus, praeter eum haec ſigna ſunt in ſuperiore hemiſphaerio: Piſces, Aquarius, Capricornus, Sagittarius, Scorpio. Horum cum tria ſigna occiderint, hoc eſt, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, exorta ſunt tria ſigna, quae Arietem ſequuntur, hoc eſt, Taurus, Gemini, Cancer. Tum fieri dimidium diem neceſſe eſt, & Arietem pervenire ad eum, quem Meſembrinum eſſe circulum ſupra diximus. Cum autem [6] cum reliquis ſignis ipſe Aries occidit, & exortus eſt Leo, Virgo: tum Chelae exoriuntur, & in ſuperiore hemiſphaerio vehuntur. Quae cum occiderint, rurſus Aries exortus efficiet lucem. Sed ne in dubium veniat, cum Ariete occidente dixerimus Chelas exoriri, quid [7] de reliquis ſignis ſine ſphaera poſſit intelligi, ſic invenietur: In quocunque ſigno Sol fuerit exoriens, quodcumque ab eo ſigno ſeptimo loco fuerit, id noctu primum exorietur, & ita conficiet curſum: mundus enim ipſe ſemel in die ac nocte verti videtur. Itaque evenit, ut ipſa ſigna duodecim ſemel in die ac nocte videri poſſint. Sed ne Solis curſus, de quibus poſtea ſumus dicturi, potius, quam quod ante coepimus enumeremus, [8] ad inceptum revertemur. Diximus enim principium mundi eſſe noctem, deinde diem. Inter noctem & diem, praeter umbram terrae nihil intereſſe arbitramur.

## Ad CAP. X.

4 SUPRA TERRAM] Duo Voſſ. *ſuper terram.* Mox Hemſt. *ſub terram.* Pro *intelligatur ponamus ſ. e. d.* Leid. *intelligamus ſ. e. dicamus* d'Orv. *intelligamus ſ. e. ponamus* Voſſ. ſec. *ſit ſolem eſſe dicemus.* Pro *inſtituimus* Hemſt. *inſtatuimus.*

5 CUM SOL SIT IN ARIETE EXORIENTE, DIES EST] Ita & Veneta & Vlitt. 2. Micyllus & alii, *in ariete, ea oriente dies eſt.* MUNCK. Duo Voſſ. *In ariete exoriente.* Pro *qui* iidem *quod.* Pro *meſembrinus* Hemſt. *meſembrines.*

6 CUM RELI. SIGNIS] *Te cum* abeſt Voſſ. pr. pro *chelae exoriuntur* Voſſ. pr. *tranſire tum chelas exoriuntur.*

7 DE RELIQUIS SIGNIS SINE SPHAERA] Ita & Veneta & Vlitt. 2. Sed unus *in ſphaera.* Alii antiquitus editi, *ſive ſphaera.* MUNCK. Leid. *in ſphaera.* Voſſ. ſec. *qui dum de reliquis ſignis ſine ſphaera poſſit.* Pro *poſſit* Voſſ. pr. *poſſent.* Pro *invenietur* Hemſt. *inveniatur.* & pro *quodcunque, quecunque.* Pro *id noctu* Leid. *in hoc.* pro *quem quod ante* d'Orv. *quam ante.* Pro *coepimus* Voſſ. ſec. *accepimus.*

8 AD INCEPTUM REVERTEMUR] *Revertamur* Vlitt. 2. MUNCK. *Revertamur* duo Voſſ. Leid. & d'Orv. a *diximus* ad *arbitramur* deſunt Voſſ. ſec. *corporum* abeſt eidem: *exortus* exulat a Leid.

mur. Sed quoniam ſignorum ſupra & corporum exortus inſtituimus, ad hoc perveniemus.

## XI.

IGITUR vertente ſe mundo per utroſque Polos & [1] per Axem, quem ſupra Dimenſionem ſphaerae diximus eſſe, & ita ſphaera conlocata, ut unus Polus ſemper ſit ſupra terram, alter numquam exoriatur, neceſſe eſt, Arctos quoque & reliqua corpora, quae ſunt in Arctico circulo, numquam occidere, reliqua autem omnia exoriri & occidere, quod [2] inferiora ſunt ab eo circulo, quem numquam occidere diximus. Id enim poſſe fieri haec edocet cauſſa. Videmus caput extremum Draconis, quod maxime Arcticon [3] extra circulum prominet, quodam tempore ita occidere exiſtimatur, ut exortus cum occaſu permiſceatur, ut & ante diximus. Si autem pars aliqua occidere de ſummo circulo videtur, neceſſe eſt omnia, quae ſunt inferiora, exoriri & occidere. Igitur convenit nobis ſidera vertente mundo occidere & exoriri. Praeterea hac inclinatione coeli, cum unus circulus ita ſit erectus, ut numquam occidat, alter ita ſit terrae ſubjectus, ut numquam exoriatur, quicumque circuli fuerint in ſphaera, hoc eſt ab AEquinoctiali ad polum, qui Boreus adpellatur, nullus erit eorum, qui non majorem partem circumductionis habeat ſupra terram: qui autem ab AEquinoctiali fuerint circulo ad eum polum, qui Notius adpellatur, omnes inferiorem partem majorem habebunt quam ſuperiorem: & quanto magis ad Polum Notium adceſſerint, hoc majorem partem ſub terra habere perſpicientur: & quanto magis ad Boreum finem venerint, hoc majorem partem circuli ſupra terram tenere videbuntur: quo enim erectior ipſe Polus fuerit, hoc magis & circuli ejus erectiores videbuntur. Quod cum ita ſit, ſi duo ſidera ſimul fue-

## Ad CAP. XI.

1 PER AXEM] Praep. exulat ab omnibus eodd. & priorib. edd. Pro *nunquam* Leid. *nonquam*. *& reliqua* abeſt Voſſ. ſec.

2 INFERIORA SUNT] *Sint* Vett. edd. Quod praeferam, cum nec Vlitius aliter in ſuis codicibus invenerit. MUNCK. A *Reliqua autem* ad *id enim* abſunt Voſſ. ſec. Pro *edocet* Leid. Heuſt. & Voſſ. ſec. *docet*. qui & pro *haec*, *hoc*. Pro *notius* Voſſ. ſec. *boreus*. Pro *perſpicientur* idem *perſpiciuntur*. Pro *circuli ſupra t.* Voſſ. pr. *ſub terra*. Pro *erectior* d'Orv. *rectior*. Pro *id ſidus* Voſſ. pr. *ad ſidus*. Pro *occiderint* d'Orv. *occiderit*. Pro *exoriatur* Leid. *occidatur*, Voſſ. ſec. *orietur*. Qui pro *antarctico*, *arctico*. & pro *collocatio*, *collatio*. Mox praep. *in* eidem abeſt.

3 EXTRA CIRCULUM PROVIDET] Modius, *prominet*, *quodam tempore ita occidere*, *ut exortus cum occaſu permiſceatur*. Commode. Utrum vero ita noſter ſcripſerit, ambigo, cum lectio vulgaris ſermonem plebejum magis ſapiat. *Providet* eſt poſitum; ut *proſpicit* apud alios. *Providet caput*, ut *proſpicium aedes* apud Phaedrum. SCHEFF.

4 PRAE-

fuerint orta, unum ab Arctico, alterum ab Antarctico circulo, ſerius occidet id ſidus, quod ab Arctico circulo fuerit exortum: ideo quod majorem habet circumductionem ſphaerae, quam quod à Notio polo eſt ortum. Si autem ſimul occiderint, ſerius exorietur id ſignum, quod ab Antarctico fuerit exortum, ideo quod tota illa conlocatio mundi majorem partem habeat ſub terra, quam illa pars, quae in Boreo polo eſt finita. Et non modo ſigna, quae ſunt ad Arcticum finem conlocata, [4] praeſtantibus corporibus, aut ſerius occidunt & ante exoriuntur, quam ea, quae Notio polo depinximus: ſed ipſa quoque corpora inter ſe diſſentiunt: ut ſi quod inferius ſit ſignum, & id cum ſuperiore exoriatur, [5] tamen ſerius occidat. E contrario itaque ſi qua ſunt ſigna ab AEquinoctiali circulo ad Notium polum figurata, [6] notum ſi qua ſigna pariter exorta fuerint, citius occident quam ea quae proxime Polum adcedunt. Evenit etiam, ut non modo, quae ſimul ſint exorta ſidera, ex his ſerius occidant, quae proxime Arcticum circulum ſunt conlocata, ſed etiam, [7] ſi qua eorum ante exorta fuerint, quae ſunt ad Notium polum finita, tamen ante occidant quam ea corpora, quae in Boreo polo figurata eſſe ſupra demonſtravimus, ideo quod majore circumductione ſphaerae utuntur ea corpora, quae ab AEquinoctiali circulo ad Arcticum finem ſunt conſtituta. Igitur oſtendimus, qua inclinatione mundi ſphaera ſit conſtituta. Nunc ad duodecim ſigna revertemur. & quorum exortu quae de reliquis corporibus occidant aut oriantur, commemorabimus, & initium ab Ariete faciemus.

## XII.

ARIETIS exortu ſiniſtra pars Andromedae provenire, Ara autem occidere videtur. Cum [8] eodem ſidere exoritur & Perſei caput uſque

4 PRAESTANTIBUS CORPORIBUS] *Praeſtantis* Vlitt. 2. Fort. *Praeſtant iis* &c. MUNCK. Voſſ. pr. *praeſtantis*, Leid. *praeſtanti corpori*. Deinde Voſſ. ſec. *ut ſerius occidant, & ante exoriantur*. Pro *notio polo* d'Orv. *a notio polo*.

5 TAMEN SER. OCCIDAT] Hemſt. *tamen ſerius ſuperius occidat*, Leid. *t. ſ. occidit*. Pro *quam ea quae* Leid. *quam quae*.

6 HORUM SI QUA S. P. E. P.] Voſſ. ſec. *horum ſi qua ſunt partim e. f.* Pro *proxime Polum* Leid. *proxime Polo*. Pro *excedant* prior. Edd. & Voſſ. ſec. *accedunt*. Pro *ſint* d'Orv. & duo Voſſ. *ſunt*.

7 SI QUA EOR. ANTE] *Si* abeſt Leidenſi. Pro *eorum ante* Voſſ. ſec. *ſunt*. Mox *fuerint* d'Orvilliano abeſt. Mox *ante* abeſt Voſſ. ſec. Pro *occidant* Voſſ. pr. *occidunt* Voſſ. ſec. *occident*. Praepoſitio *in* exulat ante *boreo p.* a Voſſ. ſec. *rò finem* abeſt Voſſ. primo. Pro *ad d. ſ. revertemur* Voſſ. ſec. *autem ad d. ſ. revertamur*.

## Ad CAP. XII.

8 EODEM SIDERE] Voſſ. ſec. *eadem ſidere. τὸ fere* abeſt omnibus, quos vidi, codicibus. *ut du-*

que ad umbilicum, ut dubium fere videatur, zona ejus utrum uſque extremo Ariete, an Tauro primum exoriente prodeat ad lucem.

Tauro autem [1] exorto, quae prius dubia fuerunt, omnia ſunt certa. Nam & Ara omnino occidit, & Perſeus totus eſt ortus, & Aurigae caput cum reliquo corpore duntaxat ad ſiniſtrum pedem videtur, & Piſtrix à cauda exoriens perſpicitur. Hoc ſigno primum occidere Bootes videtur: etſi cum quatuor ſignis occidit, neque tamen totus ad terram poteſt pervenire: nam manus ejus ſiniſtra circulo Arctico concluſa, neque oritur neque occidit.

Geminis exorientibus, tota jam Piſtrix & fluminis Eridani prior pars adparet, & Orion exoriri videtur: occidit autem Ophiuchus à pedibus genuum fine.

Cancer exoriens obſcurat dimidiam partem Coronae, Piſtriciſque caudam, & Notium piſcem: & caput cum reliquo corpore ad umbilicum ejus, qui Engonaſin vocatur. Ophiuchum à genibus ad humeros, & Anguem totum [2] praeter caput & cervicem, quae ex AEſtivo circulo tendit ad coronam. Bootem prope totum terra tenet tectum. Exoritur autem & Orionis corpus ad zonam, & Eridanus totus adparet.

Exortu Leonis reliqua pars occidit Coronae, cum capite & cervicibus Anguis & Ophiucho: Engonaſin autem qui vocatur, ejus praeter ſiniſtrum genu & pedem nihil adparet, & Bootes totus obſcuratur: exoritur autem caput Hydrae cum Lepore toto, & Procyon [3] cum pedibus prioribus Canis & Aquila tota.

Virgo autem exoriens non pauca ſidera obſcurat, nam ſtatim [4] Lyra

bium *fere* abſunt Hemſterh. Pro *prodeat* Hemſt. *provideat*.

1 EXORTO] Leid. *exoriente*. Pro *fuerant* Leid. *fuerunt*, duo Voſſ. *fuerint*. Poſt *ara* ſequitur in Voſſ. ſec. *ſupra memorata*. Pro *ortus*, *exortus* Voſſ. ſec. Pro *Piſtrix* Leid. *Piſtris*. Pro *perſpicitur* Voſſ. pr. *prǽſpicitur*. ut priores editt. Pro *pervenire* Voſſ. pr. *provenire*. Editt. priores *venire*. Pro *concluſa* d'Orv. *incluſa*.

2 PRAETER CAPUT] d'Orv. & Voſſ. pr. *praeterea caput*. Pro *tendit* Voſſ. pr. *tangit*. Pro *prope* Hemſt. *pene*.

3 CUM PEDIBUS PRIORIS CANIS] Sic & Morellianus unus, alius, *majoris canis*, quod a gloſſa eſſe videtur. Sanctandreana, *pedibus prioribus*. haud placet. SCHEFF. Auctius Vlitt. 2. *Canis majoris*. Quod probo. Capella lib. VIII. *Oriuntur vero Hydri caput, Leput, Procyon, Caniculaeque pars prima*. MUNCK. Paullo ante pro *caput* Voſſ. ſec. *capite*. Codices, quibus ego uſus ſum, omnes *canis majoris*, Hemſt. *prioris canis*. Sed Leidenſi & *aquila tota* abſunt. Voſſ. ſec. *& aquila tota occidit*.

4 LYRA OCCIDIT CUM SAGITTA] *Sagittario* Vlitt. 2. Non accedo. Capella: *Oriente autem virgine occidunt lyra, delphinus, ſagitta* &c. MUNCK.

5 AD CAUDAM PROPE OCCIDIT, ET FLUMINIS] Vlitt. *Ad caudam prope occidentem*. Lego & diſtinguo: *Ad caudam prope. Occidit etiam* &c. MUNCK. Praep. *a* abeſt d'Orvilliano. Dein priores editt. *uſque ad caudam*. Sed *rò uſque* abeſt quatuor, quos vidi, codd. Pro *occidit* Voſſ. ſec. *occidentem*. Locutionem *fine totius veli* inlu-

ra occidit cum ſagitta & Delphino: & Oloris à capite corpus [5] ad caudam prope occidit, & Fluminis prior pars & Equi caput cum cervicibus: exoritur autem Hydra ſine Crateris; & Canis totus & navis Argo ſine totius veli.

Chelis exorientibus, videtur & Bootes exoriens totus, & tota navis adparet Argo Hydraque, [6] praeter cacumen extremum caudae, quod eſt ſub terra. Exoritur etiam genu & [7] ſura ejus dextra, qui Engonaſin vocatur. Hunc eadem nocte occidere & exoriri licet videre: reliquum autem corpus cum Scorpionis & Sagittarii provenit parte. Praeterea cum Chelis exoritur cauda Centauri, occidit reliquum Pegaſi corpus: & Oloris extrema cauda, & Andromedae caput cum umbilico Pegaſi: & Piſtrix reliquo corpore ad cervices, ut caput ejus ſolum videatur: & caput Cephei pendens ad Piſtricis occaſum, cum manibus & humeris pervenit ad terram.

Scorpione exoriente duae partes Fluminis occidunt, & reliquum corpus Andromedae cum capite Cephei. [8] Occidit etiam Cepheus capite ad humeros, quae pars eſt extra Arcticum circulum conſtituta: obſcuratur etiam [9] Caſſiepeia reſupina occidens: exoritur autem [10] Corona, quae ante Centauri pedes jacere exiſtimatur: & Hydrae reliquum, quod [11] caudam eſſe ſupra diximus. Provenit etiam & corpus Centauri, quod equina figura videtur, & ipſius hominis caput, & hoſtia, quam tenere eum ſupra diximus: denique ad id corpus, qua fine pedes ejus ſunt priores: Ophiuchi autem duntaxat caput exoritur, & ipſius Anguis caput, quod eſt contra Cancrum.

[12] Sagittarium exorientem Ophiuchus totus exoriens inſequitur, & Anguis qui ab eo tenetur, caput ejus qui Engonaſin vocatur, & ſiniſtra

inluſtravit Cl. Oudendorpius ad Caeſarem lib. VII. B. G. cap. 47.

6 PRAETER CACUMEN EXTREMUM CAUDAE] Scribe, *acumen*. Vide lib. III. cap. 14. MUNCK.

7 SURA EJUS DEXTRA] Voſſ. ſec. *ſupra ejus dextram*. *ſupra* exhibet etiam d'Orv. *dextra* abeſt Voſſ. pr. & Leid.

8 OCCIDIT ETIAM CEPHEUS CAPITE AD HUMEROS] Tò *capite* ignorant Vlitt. 2. qui & pro *Cepheus* exhibent *Cephei*. Scribo ergo, *Occidit etiam Cephei humerus*. MUNCK. *Cephei* Voſſ. pr. Pro *Cepheus capite* Voſſ. ſec. *uſque*. Pro *reſupina* Voſſ. pr. d'Orv. Hemſt. & Edit. prior. *reſupinata*.

9 CASSIOPEIA RESUPINATA] Sic & Morellianus. Sanctandr. *reſupina*. SCHEFF.

10 CORONA, QUAE ANTE PEDES CENTAURI] Illa eſt auſtrina Corona, quae ante pedes Sagittarii, quem Centaurum nonnulli faciunt, ut abjecta viſitur. Vide lib. II. cap. 27. Errat ergo Capella lib. VIII. ed. Grot. p. 282. Ariadnes Coronam hanc appellans, quae cum Scorpione oritur. Corona Ariadnae eſt στέφανος βόρειος, uti loquitur Tzetzes ad Heſiod. p. 93. ed. Heinſ. MUNCK.

11 CAUDAM] Leid. *caudae reliquum*, Voſſ. pr. *caudam reliquam*, Voſſ. ſec. *reliquum corpus quod de cauſa reliquum*. Pro *hoſtia* Voſſ. ſec. *hoſtiae*. Pro *ad i. c. qua* idem & *i. c. quo*.

12 SAGITTARIUM EXORIENTEM] Voſſ. ſec. *ſagittario exoriente*. Dein Voſſ. pr. *ut caput*. Pro *denique* Voſſ. ſec. *deinde*. Pro *exit* d'Orv. *pergit*.

niſtra manus ejuſdem: deinde Lyra tota cum Cephei capite & humeris exit ad lucem. Occidit autem Canis major cum Orione toto, & Lepore, & Aurigae ſuperiore parte corporis: [1] praeterea caput & pedes ejus: occidit etiam totus Perſeus praeter crus & pedem dextrum. Argo autem puppim ſolam relinquens, pervenit ad terram.

Capricornus exoriens haec ſidera ad terram premere videtur, reliquam figuram navis, & ſignum quod Procyon vocatur. [2] Eodem tempore & reliquum corpus occidit Perſei. Exoritur autem Olor cum Aquila, & Sagitta, & Ara, quam proximam eſſe Notio polo diximus.

Aquarius [3] exoriens ad dimidiam partem corporis Equi pedes ſecum de terra ducit, & caput cum cervice Pegaſi. At contra Centaurus à cauda ad humeros virilis corporis occidit cum Hydrae capite & cervicibus.

Piſcibus exorientibus occidit reliquum Hydrae corpus, & ipſe Centaurus: exoritur autem Piſcis, qui Notius vocatur, & Andromedae dextra pars corporis.

## XIII. *Sol.*

Sic igitur [4] exorientibus duodecim ſignis, reliqua corpora occidere & exoriri videntur. Sed ut ante diximus, nunc protinus de ſolis curſu dicemus. [5] Neceſſe eſt enim, ſolem, aut ipſum per ſe moveri, aut cum mundo verti uno loco manentem. Quod ſi maneret, neceſſe erat eodem loco occidere & exoriri, à quo pridie fuerat exortus, quemadmodum ſigna eodem loco ſemper oriuntur & occidunt. Praeterea ſi ita eſſet, neceſſe erat, dies & noctes omnes aequales eſſe: ut quam [6] longus hodiernus fuerit, tam longus ſemper ſit futurus. Item nox ſimili ratione ſemper aequalis permaneat. Quod quoniam non eſt, illud quoque neceſſe eſt, cum videamus eſſe dies inaequa-

1 PRAETEREA CAPUT ET PEDES EJUS] Morellianus unus, *Praeterea capite & pede.* SCHEFF.

2 EOD. TEMPORE] *Tè tempore* abeſt d'Orvilliano. *olor* abeſt Hemſt. Pro *ara* d'Orv. *aram.* pro *proximam*, *proximo.*

3 EXORIENS] Leid. *exoritur.* Pro *equi* Voſſ. ſec. *equi Pegaſi. rè autem* abeſt Leidenſi.

## Ad CAP. XIII.

4 EXORIENTIBUS] Leid. & d'Orv, *erientibus.* Abeſt praep. *a* ante *qua* Voſſ. pr. & ita editt. pr.

5 NECESSE EST ENIM SOLEM AUT IPSUM PER SE MOVERI &c.] Hunc locum exſcripſit Iſidorus de Nat. Rer. cap. XVII. *Dicunt antiqui Aratus & Hyginus, ſolem per ſe ipſum moveri, non cum mundo verti uno loco manentem. Nam ſi fixus maneret, neceſſe erat eodem loco occidere & oriri* &c. MUNCK.

6 LONGUS] Voſſ. pr. & Hemſt. *quam dies hodiernus.* Pro *ſemper* Leid. *ſi ſemper.* Pro *quod* Leid. *quae* Voſſ. ſec. *quam eſt, illud* &c. *In aequa-*

aequales, & ſolem alio loco hodie occaſurum, & alio heri occidiſſe. Si igitur aliis locis oritur & occidit, neceſſe eſt, eum [7] moveri, non ſtare. Solem autem contra mundi motum currere, ſic poſſumus intelligere: evenit enim, ut [8] duabus ex cauſſis ſidera non poſſimus videre. Quarum una eſt, cum abierint infra terram, [9] noſtrum quoque effugere conſpectum, [10] ita ut inferiori hemiſphaerio oſtenditur. Altera autem eſt ratio, quod propter fulgorem Solis, & vim maximam luminis, ſidera obſcurentur: ſive quod ſtellis obſiſtit, ne candor earum ad noſtros perveniat adſpectus: ſive ſui magnitudine luminis [11] officit oculis noſtris, [12] ne praeter ejus ignem aliam ſuperiorem rem perſpiciamus: quod magis veriſimile videtur. Neque enim Solis ignem ejuſmodi videmus, cujuſmodi reliquos ignes intelligimus:

*quales* & abſunt Leid. & Voſſ. ſec. Pro *ſi* d'Orv. *ſic*. Pro *aliis locis* Leid. *alias*.

7 MOVERI] Voſſ. ſec. *moveri monſtrare*. qui & pro *mundi motum*, *mundum*.

8 DUABUS EX CAUSIS] *Duabus in cauſis* Vlitt. 3. MUNCK. Leid. d'Orv. Voſſ. pr. & Hemſt. *duabus in cauſſis*.

9 NOSTRUM QUOD EFFUGERE CONSPECTUM] Sanctandr. *noſtrum quoque*, quod non placet. nam *quod* oſtendit cauſſam primam, ob quam ſidera non cernantur, quod nimirum effugere conſpectum noſtrum. SCHEFF.

10 ITA UT INFERIUS HEMISPHAERIO OSTENDITUR] Sanctandr. *ita ut inferiori hemiſphaerio oſtenditur*. Mallem, *ita ut inferiori hemiſphaerio oſtendantur*. nam ad ſidera referri debet. SCHEFF. *Oſtendantur* Cl. Schefferus, refertque ad ſidera. Vlitt. unus, *inferius haemiſphaerium oſtendit*. MUNCK. Voſſ. pr. *hemiſphaerio* Voſſ. ſec. *hemiſphaerium*. uterque Voſſ. *oſtendit*.

11 OFFICIT] D'Orv. & Hemſt. *efficit*. τὸ *eſſe* abeſt Voſſ. ſec.

12 NE PRAETER EJUS IGNEM] Scribo, *ne propter ejus ignem*. SCHEFF. *Propter* malebat Cl.

gimus: ſed ita lumen avertit noſtrum, ut ipſe quoque nobis non igneus, ſed albus videatur eſſe. Praeterea [1] in unaquaque nocte undecim ſigna neceſſe eſt adparere, ideo quod uno ſigno Sol ipſe nixus, iter ſuum conficere videtur, cujus figuram corporis ipſe ſuo lumine obſcurat: cum eo enim ſigno & occidere & exoriri videtur. Nonnulli dicunt [2] nos duodecim ſigna duntaxat hac ratione perſpicere poſſe, ſi in ejus ſigni [3] prima noviſſimaque parte conſiſtat. Habent enim duodecim ſigna partes ejuſcemodi, ut unumquodque eorum in longitudine habeat partes triginta, in latitudine autem [4] partes duodecim. Itaque evenit, ut [5] in longitudine ſignorum annus ſit, [6] in latitudine autem ſinguli dies ſint. In prima parte Signi nihilominus nos reliquum corpus ejus Signi videre poſſe nonnulli dicunt. Simili ratione, etſi fuerit in extrema parte [7] Signi: quod fieri non poteſt. Nam cum ſol ſit in qualibet parte Signi, & exoriatur, ita magnum videtur habere fulgorem, ut omnia ſidera obſcuret. Illud tamen poteſt evenire, ut cum Sol ſit in prima parte Signi & occidat, reliquum corpus ejus Signi adpareat. Sed certius & verius eſt, undecim Signa quam duodecim adparere poſſe. Praeterea quaeritur, quare Sol contra mundi inclinationem currens, videatur cum ipſa ſua ſphaera occidere & verti. Nam ſi Sol contra ſiderum occaſum curreret, de Ariete ad Piſces, [8] non ad Taurum tranſiret. Exoriri etenim Piſces prius quam Aries, & occidere perſpiciuntur: & ita mundus verti videtur, ut prius Piſces quam Aries occidant. Itaque diebus triginta Sol in Ariete currens, & ejus corpus obſcurans, ſic

Schefferus. MUNCK. Pro *quod* Hemſt. *ſed.*

1 IN UNAQUAQUE NOCTE DUODECIM SIGNA] Fortaſſe *die ac nocte.* MICYLL. Recte Sanctandreana *undecim.* quod & alias editiones habere Micyllus jam obſervavit. Idem Micyllus putat, ſcribendum *in unaquaque die ac nocte.* Sed repugnant ſequentia. & eſt ſermo de ſignis undecim non ſimul, ſed ſucceſſive orientibus, donec ipſe ſol exoriatur. SCHEFF. *Die ac nocte* ſuſpicabatur Micyllus. MUNCK. *Τὸ ſuum* abeſt Leid. & d'Orv. Voſſ. ſec. *undecima* Voſſ. pr. *duodecim. uno* abeſt Voſſ. ſec. *corporis* abeſt Voſſ. pr.

2 NOS UNDECIM] *Undecim* alii, *duodecim* alii. MICYLL. Sententia haec eſt, ſi non ſemper duodecim, duntaxat tum videri poſſunt, cum Sol in prima & noviſſima parte eſt ſigni alicujus. Nempe putarunt ita ſolem non poſſe ſignum totum, quod eſt partium triginta, lumine ſuo impedire. SCHEFF.

3 PRIMA NOVISSIMAQUE PARTE CONSISTAT] *Noviſſimave* Vlitt. unus. Et mox cum Venetâ *ejuſdemmodi* pro *ejuſcemodi.* MUNCK. Voſſ. ſec. *prima noviſſimaque parte ſol conſiſtit.* d'Orv. *ejuſdemmodi.*

4 PARTES DUODECIM] XX. Vlitt. 2. MUNCK. XX. Voſſ. pr. *τὸ partes* abeſt Hemſt.

5 IN LONGITUDINE SIGNORUM ANNUS SIT] *Τὸ ſit* exulat à Vlitt. 2. Nec ſane eo valde opus. MUNCK. Etiam a d'Orv.

6 SIGNI, QUOD FIERI NON POTEST] Prave diſtinguendum hoc modo: *ſigni. Quod fieri non poteſt.* Verba haec poſteriora ſunt ſcriptoris noſtri, quibus reſpondet ſententiae praedictae. SCHEFF.

7 IN LATITUDINE AUTEM SINGULI DIES SUNT] Pro *ſinguli* unus *ſigni*, & pro *ſint* praefert *ſit.* Videtur ſcripſiſſe, *in latitudine autem dies ſit.* Certè *τὸ ſinguli* ab uno codicum Vlitt. planè exulat. MUNCK. Pro *ſinguli dies* Hemſt. *ſigni dies.* Voſſ. ſec. *partes duodecim.* Pro *videre* Voſſ. ſec. *videri.* Mox Leid. *ut ſimiliter.* Pro *occidat* Leid. *occidit. τὸ ejus* ante *ſigni* exulat a Voſſ. pr. Leid. d'Orv. & Hemſt.

8 NON

ſic duntaxat adparet Sol, ut ex eo loco, quo Aries ante, exoriri videatur: & poſt dies triginta Sol videatur ab eodem loco ſurgere, ex quo loco Taurus ante exoriri videbatur. Igitur adparet, ſolem ab Ariete ad Taurum tranſire. Quod ſi ita eſt, neceſſe eſt, eum contra mundi inclinationem currere. Quare autem evenit, ut ante diximus, quod videtur cum mundo Sol verti: ejus ſimilis haec eſt cauſſa: Ut ſi quis in naviculae roſtro ſedens, [9] inquirat [10] ad puppim tranſire, & nihilominus ipſa navis iter ſuum conficiat: ille quidem videbitur contra naviculae curſum ire, ſed tamen eodem perveniet, quo navis. Hoc autem ſic etiam facilius intelligetur, ſi navim diviſeris in partes trecentas ſexaginta, quemadmodum Sol diebus trecentis ſexaginta ſimul mundum tranſigit. [11] Eodem modo, ut ante diximus, ſi navis ſit diviſa, & in una parte de trecentis ſexaginta conſtituatur quilibet eorum: navis autem habet unius diei curſum, ille quidem contra navim ire, ſed cum ea ad locum definitum pervenire intelligetur. Non enim extra navim eſt, [12] qui a roſtro ad puppim tranſit, ſed ipſa navi continetur; item Sol cum per ipſum mundum iter conficiat, & eo contineatur, videtur contra mundum ire, ſed cum eo pervenit ad occaſum. Cum enim mundus trecenties & ſexagies ſe converterit, tunc Sol iter annuum conficit.

## XIV. *Luna.*

QUONIAM de Sole quae viſa ſunt nobis utiliſſima eſſe, literis man-

8 NON AD] *Ad* exſulat a Voſſ. ſec. Paullo ante pro *curreret* Leid. *occurreret*. & Hemſt. *& de Ariete*. Mox Leid. & d'Orv. *exoriri enim ante piſces*. ut pr. editt. Pro *quam* Voſſ. pr. *qui*. Pro *itaque* duo Voſſ. *igitur*. Pro ut *ex eo loco quo ar.* duo Voſſ. & Leid. *eo loco ar. τὸ ante* deinde exſulat a d'Orv. & Leid. Pro *exoriri* duo Voſſ. *oriri*. Pro *inquirat* Leid. *queat*. Pro *ſi navim* Voſſ. ſec. *ſin autem*. Pro *trecentas* Hemſt. *treſcentas*. Pro *tranſigit* Voſſ. ſec. *tranſiit*.

9 INQUIRAT] Modius ſcribit: *hinc quaerat*. Nolo quid mutari. Si tamen quid mutandum, mallem, *inde quaerat*. SCHEFF.

10 AD PRIMUM TRANSIRE] In Sanctandreana legitur *ad puppim*, quod rectum eſt, ſi rem attendas. Ego tamen ſuſpicor, a ſcriptore noſtro imitatione Graeca ſcriptum fuiſſe, *ad primum*, ſive *prymnum*, quia πρύμνα Graecis puppis eſt. SCHEFF.

11 EODEM MODO UT ANTE DIXIMUS SIT DIVISA] Addit Sanctand. *eodem modo, ut ante diximus, ſi navis ſit diviſa*. Mallem retentis omnibus, in praecedentibus ſcribere, *diviſeris in partes trecentas ſexaginta, ac, quemadmodum Sol diebus &c.* Nam ut ante verba, *eodem modo* ponamus punctum, ſenſus non permittit, qui in praecedentibus nec dum eſt abſolutus. SCHEFF. Moneo, ne quis conjecturis heic indulgeat, ita & Venetam & 2. habere ex codicibus Vlitianis. MUNCK. Pro *conſtituatur* d'Orv. *conſtitust*. Pro *navim* Voſſ. pr. *navem*.

12 QUIA ROSTRO AD PUPPIM] Diviſim lege, *qui a roſtro ad puppim*. SCHEFF. Malim diviſim legere cum Scheffero, *Qui à roſtro*. MUNCK. Hemſt. etiam *qui a roſtro*. & pro *navi*, *nave*. Pro *conficiat* Leid. & d'Orv. *faciat*. Pro *ad occaſum* d'Orv. *occaſu*. Pro *converterit* Voſſ. pr. *convertit*. ut editt. pr.

mandavimus, nunc de Luna dicemus. [1] Etſi alia conati perſcribere, [2] velut natura voluminis [3] ad hoc loci devenimus, ne nonnullis [4] incaute hujus rationem relinquentes, aut propter magnum laborem defeciſſe, aut inſcientia ſuperati non valuiſſe [5] perſequi videamur. Nos autem non illorum exiſtimationis timendae cauſſa perſequi [6] conſuetudi-

## Ad CAP. XIV.

1 ETSI ALTA CONATI PERSCRIBERE] Mallem ego, *etſi alia conati*, quia ſequitur, ſe noluiſſe eam omittere, ne incaute videatur reliquiſſe ejus rationem. SCHEFF.

2 VELUT NATURA VOLUMINIS] Ut pro natura volumen ſit, haec verba quidam adducunt hoc loco. MICYLL.

3 AD HOC LOCI] Hemſt. *ad loci*. Pro *devenimus* Voſſ. pr. *deveniemus*.

4 INCAUTE HUJUS RATIONEM] Modius ex membranis ſuis legit *intactam hujus*. Ego nihil muto, quomodo nec Sanctandreana facit. SCHEFF. Ex Vlitt. unus *incboata*, alius *in tantum hujus*. Modius ex ſuis *intactam*. MUNCK. Pro *nonnullis* Voſſ. pr. *nullis*, ut & Leid. Voſſ. ſec. *ſi ullis*. qui deinde *incautam banc*. Voſſ. pr. *incboata*.

5 PERSEQUI INSTITUIMUS] Sanctandr. *perſequi conſuetudinis n. r. demonſtraſſe inſtituimus, ſed quod alterius q. v. b. p. noluimus*. Modius ſervatis caeteris lectionis veteris. *& quod alterius q. v. b. p. noluimus*. Nobis placet, ſervari omnia, tantumque deleri voculam *ſed* ante *τὸ conſuetudine*, otioſe huc tractam ex ſequentibus. *Τὸ non voluimus* plebejum ſapit, & vel ideo relinqui noſtro debet. SCHEFF. Praefero lectionem unius ex Vlitianis, *videremur*. MUNCK. Voſſ. pr. *videremur*. Pro *non illorum* Hemſt. *nonnullorum*. Mox *inſtituimus* abeſt Leid. & duobus Voſſ.

6 CONSUETUDINIS NOSTRAE RATIONEM] Lege cum Veneta, *& conſuetudinis* &c. MUNCK.

7 Hoc PERLECTO NOLUIMUS] *Non voluimus* Veneta & aliae antiquiores. Sed alterum adſtruunt Vlitt. 2. MUNCK. *Noluimus* omnes habent, quos vidi, codices. Pro *ſcripto* Voſſ. pr. *ſcriptam*. Voſſ. ſec. *& ſcriptam*. Pro *adlucere* Leid. *adlucere*, ſed ſuperſcriptum fuit *d*. Mox *nos* abeſt Voſſiano ſec. & *non* Voſſiano pr. Pro *incc-*

tudinis noſtrae rationem demonſtraſſe inſtituimus, ſed quod alterius quaeri volumen [7] hoc perlecto noluimus: nec tamdiu rem cogitatam ſcripto aliorum ad deſiderium adducere. Praeterea cum reliqua omnia diligentiſſime perſecuti fuerimus, alienum videtur eſſe, nos non eamdem perſequi cauſſam. Quare, ſicut ante diximus, ad inceptum revertemur, & neceſſario totidem verbis de Luna ac Sole dicemus, ita: [8] Lunam per alios exortus & occaſus neceſſe eſt moveri, non ſtare: idque facilius, quam de Sole, licet intelligere: neque enim tam magnus ardor ejus eſt, ut obſiciat oculis noſtris, neque, ut Sol, dies triginta unoquoque ſigno vehitur, ut difficile ſit intellectu, quanta particula luminis [9] aut ipſius ſigni ſupereſſe videatur, cum ad aliud tranſierit ſignum. Luna enim cum duodecim ſigna diebus triginta percurrat, licet intelligere, duobus diebus & ſex horis Lunam in alio ſigno eſſe: haec autem cum [10] a Sole lumen adcipiat, & ita nobis lucere videatur, non eſt veriſimile de tam multis cauſſis, [11] potius eam conſtare, quam moveri. Si enim ſuo lumine uteretur, illud quoque ſequebatur, eam ſemper aequalem eſſe oportere, nec die triceſimo [12] tam exilem aut omnino nullam videri, cum totum tranſegerit curſum, [13] ſola autem ad aliud tranſire ſignum intelligatur: Praeterea, ſi ſuo lumine uteretur, hujus numquam eclipſin fieri oportebat. Sed ne dubium fiat, quare ſolis eclipſis fieri poſſit, qui utriſque lumen dare ſupra ſit dictus: Lunae autem non facile fiat, cum alieno lumine utatur: ejus haec veriſſima, ut arbitramur, eſt cauſſa.

*inceptum* Voſſ. pr. *incoeptum*. Pro *revertemur* duo Voſſ. & d'Orv. *revertamur*. Pro *& neceſſario* Voſſ. ſec. *& ut neceſſario*. Pro *dicemus* idem *dicere videamur, ita dicemus*.

8 LUNAM PER ALIOS EXORTUS ET OCCASUS] Exſcripſit etiam huic Hyginum Iſidorus in de Nat. Rer. cap. 19. *Lunam per alios ortus & occaſus, Hyginus ait, neceſſe eſt moveri, non ſtare, idque facilius, quam de ſole, licet intelligere* &c. MUNCK. D'Orv. *Lunam a Sole*. Duo Voſſ. *Sole*. Pro *Lunam* Voſſ. pr. *Lunum*. Vid. Menag. ad Diogen. Laert. lib. VIII. Sect. 34. Pro *idque fac.* Voſſ. ſec. *hoc quo facilius*, cui & *de* abeſt. Pro *officiat* Leid. *efficiat*, pro *vehitur*, *vehebatur*.

9 AUT IPSIUS] Hemſt. *at ipſius*. Pro *duodecim* Leid. *undecim*. De Lunae curriculo vide notas ad A. Gellium N. A. I. 20. & III. 10.

10 A SOLE LUMEN ACCIPIAT] Hinc Luna Virgilio I. Georgic. 396. *fratris radiis obnoxia* dicitur, ubi vide Serv. & Cerdam. & Parmenidae apud Plutarchum Quaeſt. Rom. Tom. II. pag. 282. ἀεὶ παπτήνασα πρὸς αὐγὰς Ἠελίου. Vid. Menag. ad Diog. Laert. lib. VII. §. 145.

11 POTIUS EAM CONSTARE QUAM MOVERI] Lege *ſtare* cum Vlitt. 2. MUNCK. *Stare* Hemſt. Hunc locum partim cum cod. d'Orv. partim cum Voſſ. ſec. ita lego. *Hanc autem, cum a Sole lumen accipiat, non eſt veriſimile* (male Hemſt. *ſimile*) *de tam multis cauſſis potius ſtare, quam moveri.* Mox pro *ſequebatur* Leid. & Voſſ. ſec. *videbatur*.

12 TAM EXILEM AUT OMNINO NULLAM VIDERI] Hinc de Luna verſiculus apud Plutarch. Quaeſt. Rom. Tom. II. p. 282. Ὡς ἐξ ἀδήλου πρώτην ἴσχουσα νέα, Περήσασα καμοῦσα κ' πλησμόνη, Κ' ὅταν πὶρ αὐτὴς ὑγιησάτη φαεῖ Πάλιν ἀμφὶ κέντρῳ μηδὲν ἴσχουσα.

13 SOLA AUTEM AD ALIUD] Non dubito, quin ſcribi debeat *Sol autem*. Eſt enim collatio inter curſum ſolis & lunae, quantoque tempore quilibet conficiatur. Atque ita video jam placuiſſe quondam & Modio. SCHEFF.

cauſſa. Luna enim cum ex toto mundo & omnibus ſtellis maxime [1] terrae proxima videatur, & ad acies noſtras perveniat: [2] & quodam tempore torrens perveniat ad eumdem locum ſigni, quo Sol vehitur, [3] obſcurare lumen ejus à noſtro conſpectu videtur. Hoc autem maxime evenit die noviſſimo, cum Luna tranſierit in duodecim ſigna, [4] & cum Sol ad aliud ſignum tranſire videatur, & proxima fiet illi. Quod evenire ſic etiam poteſt intelligi: Ut ſi quis alicui manum planam ad oculos admoverit, quanto magis ſic fecerit, hoc minus ille videre poterit: & quanto longius ab eo diſceſſerit, hoc magis illi omnia poterunt adparere: ſimili ratione, cum Luna ad Solis locum pervenit, tunc proxima ejus videtur eſſe, [5] & radios ejus obturare, ut lumen ejicere non poſſit. Cum autem Luna ab eo loco diſceſſerit, tunc Sol lumen ejicit, & ita [6] ad noſtra adjicit corpora.

Lunae autem eclipſis ſic evenit: [7] Cum prope una dimenſione ſit [8] Luna, cum abierit Sol ſub terram, dumtaxat hoc modo, ut per mediam

1 TERRAE PROXIMA] Servius ad I. AEn. 746. *ERRANTEM LUNAM. Quia ἰλικοειδῆς, id eſt obliquo incedit curſu, non recto, ut Sol: ſcilicet, ne incidat in centrum terrae & frequenter patiatur eclipſim. Vicinus enim eſt ejus circulus terrae.* Hinc forſan Luna dicta eſt ἄσεφ γειῶδες, ἰλυμπία γῆ, & χθονίας ὁμῶ κ᾽ ἐφεσίας κλῆσις Ἑκάτης. Vid. Plut. de Orac. Def. Tom. II. pag. 416. qui tamen aliam hujus adpellationis reddit rationem. Quot vero ſtadia veteres Philoſophi Lunam a terra abeſſe putarent, docebit Lindenbrogius ad cap. XIII. Cenſorini de Die Natali. Verum hunc locum ita legit codex Voſſianus ſec. *Luna autem cum ex toto mundo & omnibus ſtellis maxima terrae videatur.* Deinde Voſſ. pr. *& acies noſtras perveniat.* Utramque lectionem non damno, poſteriorem vero non tam facile admiſerim, licet ſciam *venire* cum quarto caſu conſtrui, ſubintellecta praepoſitione *ad* vel *in*, Graecorum imitatione, qui eodem modo ἔρχομαι uſi fuere. Ne pluribus Lectorem obruam, conſule inl. Spanh. ad Callim. H. Pall. vs. 18. Unius codicis auctoritas in ſimilibus mihi tanti non eſt.

2 ET QUODAM TEMPORE TORRENS PERVENIAT] Illud *torrens* ſine dubio eſt vitioſum. Itaque emendo *currens*. Modius malebat *velut torrens*. SCHEFF. *Currens* Scheſſerus. *Velut torrens* Modius. MUNCK. Pro *proxima* Hemſt. *proxime*. Pro *quo* Leid. *quod*. Pro *in duodecim ſigna*, Voſſ. ſec. *in duodecimo ſigno*.

3 OBSERVARE LUMEN EJUS] In Sanctandreana ex Modio eſt, *obſcurare*. Mihi nihil immutandum videtur. *Obſervare* namque poſitum pro *ſervare* videtur. *Servare* autem noſtro alibi quoque, *cuſtodire*, *claudere*, quod non alienum eſt ab hoc loco. SCHEFF.

4 ET CUM SOL AD ALIUD SIGNUM &c.] *Et cum* non agnoſcunt Vlitt. 2. qui & pro *fiet* exhibent *fiat*. Optimè procul dubio. MUNCK. Nec agnoſcunt Leid. & Voſſ. ſec. & d'Orv. Pro *videatur* Leid. *videbatur*. Pro *fiet* etiam Hemſt. & Voſſ. pr. *fiat*. Sed pro *&* Voſſ. ſec. *ut*. Pro *planam* Voſſ. ſec. *plenam*. Pro *admoverit* idem *ammoverit*. Pro *videre poterit* d'Orv. *viderit*. Pro *diſceſſerit* Leid. & Voſſ. pr. *diſceſſeris*, Voſſ. ſec. *diſceſſerint*. Pro *ejus* Leid. Voſſ. ſec. Hemſt. *ei*.

5 ET RADIO EJUS OBTURARE] Scribendum, *radios*. Morellianus unus, *obſcurare*, *ut tamen emittere*. Sed illud *tamen* vitioſum eſt, *obſcurare*, vero gloſſa alterius. SCHEFF. Unus Vlitt. & alter Morell. cum Vett. edd. *obſcurare*. MUNCK. *Obſcurare*. Leid. & Hemſt. qui pro *ejicere*, *emittere*. ut & d'Orvill. atque ita edidere Micyllus ac Scheffer. nec, cur *emittere* in *ejicere* mutetur, ullam cauſſam video, licet *ejicere* agnoſcant duo Voſſiani.

6 AD NOSTRA ADJICIT CORPORA] *Adicit* Vlitt. 2. Nec repudiabit, qui inſpexerit, quae ad Fulgent. lib. II. cap. 4. & III. cap. 7. notavi. MUNCK.

mediam terram, ſi quid directum trajeceris, [9] contingere poſſit Solem ſub terram, Lunam autem ſupra terram. Quod cum ita evenit, neceſſe eſt, Solis radios propter magnitudinem terrae ita eſſe dimiſſos, ut lumen ejus, quo Luna lucet, non poſſit ad eam pervenire: & ita [10] exiſtimatur fieri eclipſis Lunae. Quae ſi ſuo lumine uteretur, licebat [11] ne adparere quidem numquam Solem, ideo quod Lunae nihilominus luceret. Sic namque adcipit lumen, [12] ut luceat, cum Sol venerit per terras, ſed non, ut aliquem locum concluſiorem totumque ſpatium inpleat lumine. Si quis noſtrum ſteterit in eo loco, quo Sol maxime lucet, reliquis partibus lumen à Sole adcipiens praebebit: id in Luna fieri invenitur, [13] eam Solis lumine adcepto, lucere revibratione. Nonnulli exiſtimant, [14] cum dicitur Sol in Ariete aut in quolibet ſigno eſſe, eum ſupra ipſas ſtellas Arietis iter facere. Qui autem hac ratione utuntur, longe à vera ratione errant. Nam neque Sol, neque Luna [15] proxime ſidera adparent. Hac etiam de cauſſa nonnulli ſeptem ſtellas erraticas finxerunt, adjun-

MUNCK. *Adicit* Hemſt. d'Orv. Voſſ. ſec. & *τὸ ad* abeſt d'Orv. ut ſit *corpora noſtra adicit.* hic ordo verborum in MSS.

7 CUM PROPE DIMENSIONE] Sanctandr. *cum prope una dimenſione.* Suſpicor, ſcripſiſſe noſtrum, *cum prope e dimenſione*, ac per illud *e dimenſione* ſignificaſſe, quod vulgo dicimus, *e diametro.* SCHEFF.

8 LUNA, CUM ABIERIT] Scribo, *Luna, ac cum abierit.* SCHEFF.

9 CONTINGERE POSSIT SOLEM SUB TERRAM] *Terrâ* Vlitt. 2. Sed alteram lectionem defendit Iſidorus in de Nat. Rer. cap. 21. *Et quia ea dimenſione diſtat à ſole, ut per mediam terram ſi quid directum injiciatur, contingere poſſit ſolem ſub terram, lunam autem ſupra terram* &c. MUNCK. Pro *evenit* Leid. & Voſſ. ſec. *evenerit.* Pro *Sol ſub terram* d'Orv. & duo Voſſ. *Sol ſub terra.* Deinde *Solem ſub terra Luna* Voſſ. ſec. De Lunae eclipſi Theo ad Aratum pag. 93. Pro *evenit* iterum Leid. *evenerit.*

10 EXISTIMATUR FIERI ECLIPSIS] *Exiſtimari* vel *exiſtimare* Vlitiani codices. Si prius admittas, ſequitur, ut ſcribas *eclipſin.* MUNCK. Voſſ. ſec. *exiſtimare.*

11 NE APPARERE QUIDEM NUNQUAM SOLEM] Puto, *unquam* legendum. SCHEFF. Sententia flagitat *unquam.* quod & Clar. Scheffero venerat in mentem. Interim non ignoro Graeciſmum poſſe dici vulgatum, quo duo negativa fortius negant. Vetus Interpres Luc. XVIII. 8. *Nolebat nec oculas levare.* Varro apud Nonium pag. 532. ed. Mercer. *Quod à rege munera eorum noluerit nemo accipere.* Et p. 530. *Omnino omnes heroas negat neſciſſe.* In Vet. Inſcript. apud Gruter. pag. 875. *Nihil nunquam* pro *unquam.* Adde his, quae habet Muretus ad Catull. carm. 4. MUNCK. Pro *ne* Leid. *nec.* Pro *nunquam* Voſſ. ſec. *unquam.* Deinde pro *accipit* Voſſ. pr. *accipiet.*

12 UT LUCEAT] D'Orv. *ut & luceat.* Voſſ. ſec. *ut luceret.* Mox pro *venerit per terras* Voſſ. ſec. *ut luceret.* Mox pro *venerit per terras* Voſſ. ſec. *luxerit ſupra terras.* Leid. *& venerit ſupra terras.* Voſſ. pr. *& luxerit ſupra terras.* Deinde *ut* abeſt Leidenſi. Voſſ. ſec. *ita ut.* Pro *totumque* Voſſ. ſec. *& non totum.* ut & Leid. Voſſ. pr. *in totum.* Pro *ſteterit* duo Voſſ. & d'Orv. *aſtiterit.* *τὸ partibus* abeſt Leidenſi, ut & *in* ante *Luna* d'Orvilliano.

13 EAM SOLIS LUMINE ACCEPTO] *Eam a ſolis lumine* &c. Vlitt. 2. MUNCK. Hemſt. *accepta.* d'Orv. & duo Voſſ. *a ſolis lumine accepto.* lege *a ſole lumine accepto.* *τὸ revibratione* abeſt Leidenſi & duobus Voſſianis. ut & *nonnulli exiſtimant.*

14 CUM DICITUR] Leid. *cum dicatur.* ut & Voſſ. ſec. Pro *cum* Leid. *aut.* Mox d'Orv. *a veritate vera ratione.*

15 PROXIME SIDERA] Voſſ. ſec. *proxime ſidere.* Pro *eodem* Leid. *eiſdem.* Pro *Solem & Lunam* Voſſ. ſec. *Sole & Luna.*

jungentes eodem Solem & Lunam, quod cum quinque ſtellis ferun-
tur: [1] Luna enim [2] proxime terram eſt: itaque triginta diebus to-
tum mundum exiſtimatur tranſire. Id hac evenit ratione: [3] ſi circu-
los quis intra Zodiaci ambitum fecerit, eoſque hoc intervallo finxe-
rit, ut terra ſit in medio, & unam à terra ad Lunam menſionem
fecerit, quam Graeci τόνον adpellaverunt. Hunc autem, quia certum
ſpatium non potuerunt dicere, tonon dixerunt. Igitur abeſt Luna
à terra tono uno. Hac igitur re, quod breviſſimo circulo devehi-
tur, diebus triginta [4] ad primum pervenit circulum. Ab hoc circu-
lo abeſt circulus [5] ſemitonio, [6] quo Mercurii ſidus vehitur. Itaque
diebus triginta ad alterum ſignum tranſiens tardius, ab hoc circulo
[7] abeſt tono dimidio: quo loco iter ſuum Veneris dirigit aſtrum,
[8] tardius quam Mercurii ſtella conficiens curſum. Tranſit enim ad
aliud ſignum diebus triginta. Supra hujus ſtellam Solis eſt curſus,
qui abeſt [9] ab Heſpero, quae eſt Veneris ſtella, [10] medietate toni.
Ita cum inferioribus pariter pervolans anno uno [11] duodecim ſigna
per-

1 LUNA ENIM PROXIME TERRAM] Videtur *luna etiam* ſcribendum. SCHEFF. *Luna etiam* Cl. Schefferus. MUNCK. Voſſ. ſec. *Luna autem.*

2 PROXIME TERRAM EST] Ita reſcripſi ex Vett. edd. pro *terra*, quod perperam Morell. & Sanctandr. exhibebant. MUNCK. Leid. & d'Orv. *proxime terra.* Voſſ. ſec. *proxima terrae.*

3 SI CIRCULOS QUOS INTRA ZODIACI &c.] Auctius una vocula Vlitt. 2. *Ut ſi.* Praeterea pro *quos* iidem codices exhibent *quis*, ut & Veneta aliaeque antiquitus excuſae. MUNCK. *Ut ſi quis intra circulum Zodiacum* Leid. & duo Voſſ. Deinde pro *ambitum fecerit* Leid. *fecerit circulos.* Deinde pro *eoſque*, *& eos.* Voſſ. ſec. *circulos quinque & eos.* d'Orv. *coſque ſi.* Pro *menſionem* Voſſ. ſec. *dimenſionem.* Pro *appellaverunt* d'Orv. *dixerunt.* Pro *hunc* Voſſ. ſec. *hoc.* Pro *quia* idem *quod.* Sed ab *hunc a.* ad *tono uno* abſunt d'Orvilliano. pro *abeſt Luna* Voſſ. pr. *ab Luna.* Pro *tono uno.* Idem *tonum unum.* a *devehitur* uſque ad *quo loco* abſunt Voſſiano ſec.

4 AD PRIMUM PERVENIT SIGNUM] *Circulum* MICYLL. Sanctandreana, *pervenit circulum*, quod Micyllus quoque voluit. Sed mox ſequitur de Mercurio, *ad alterum ſignum tranſiens*, quod utique praeſupponit ſignum. Nihil itaque mutandum. SCHEFF. *Signum* Veneta, & aliae deinceps vulgatae. Quod vereor mutare, cum nihil mutent Vlitiani codices. MUNCK. *Primum* abeſt d'Orvilliano. Deinde *& ab hoc c.* Leid.

5 SEMITONIO] Alii *ſemitonio*, *tono dimidio.* MICYLL. Micyllus notat, alibi legi *ſemitonio*, & ſervat Sanctandreana. Ego nihil mutem. SCHEFF. *Tonon dimidium* vetuſtiores. Nec aliter in ſuis invenit Vlitius. MUNCK. *Emitonio* Hemſt. *tonon dimidium* duo Voſſ.

6 QUO MERCURII SIDUS] *Quo circulo Mercurii ſtella* Vlitt. 2. MUNCK. Voſſ. ſec. & Leid. *quo loco Mercurii ſtella vehitur.* Voſſ. pr. *quo circulo.*

7 ABEST TONUM DIMIDIUM] Micyllus putat, *tono dimidio.* Atqui hoc ipſo modo ſtatim ante, item aliquanto poſt. Caeſar V. Bel. Gall. *Cujus byberna aberant ab eo millia paſſuum viginti quinque.* Cicero pro Plancio: *Qui cum abeſſent aliquot dierum viam.* SCHEFF. *Tonon dimidium* Veneta, & aliae etiam heic. Nec diſſentiunt Vlitiani codices, quorum 2. infra quoque, *abeſt à ſole tono dimidium.* Immo nunquam aliter, niſi accuſandi caſu, ſpatia iſta efferunt. MUNCK. *Totum dimidium* Hemſt. ut mox iterum. *tonon dimidium* d'Orv. *tono dimidio* Voſſ. ſec. Pro *quo loco* d'Orv. *quod loco.* Pro *aſtrum* Voſſ. prim. & ſec. *ſtella.*

8 TARDIUS QUAM MERCURII STELLA] Vlitt. 2. *Quam Mercurii ſtella tardiorem conficiens curſum.* MUNCK. Cum 2. Vlitt. faciunt Voſſ. pr. & d'Orv.

9 AB HESPERO] *A veſpero* Vlitt. 2. Et mox *tonum dimidium* pro *medietate toni.* MUNCK. *A veſpero* Hemſt. & Voſſ. pr. *a veſpere* Voſſ. ſec.

Paullo

percurrit, triceſimo die ad aliud tranſiens ſignum. Supra ſolem igitur & ejus circulum Martis eſt ſtella, quae abeſt à Sole tono dimidio. Itaque dicitur diebus ſexaginta ad aliud ſignum tranſire. [12] Supra hunc orbem Jovis eſt ſtella, quae abeſt à Martis hemitonio. Itaque uno anno ad alterum tranſit ſignum. Noviſſima ſtella Saturni, quae maximo vehitur circulo [13] haec autem tono diſtat à Jove. Itaque annis triginta duodecim percurrit ſigna. Ab ipſorum tamen ſiderum corporibus Saturnus abeſt tono uno & dimidio. Hac igitur ratione potes ſcire, neque Solem neque Lunam contingere ſtellas, & nihilominus per zodiacum circulum verti. Hinc etiam poſſumus intelligere, [14] Lunam minorem eſſe Sole. Omnia enim quae proxima ſunt nobis, majora neceſſe eſt eſſe, quam quae [15] longo diſſidente intervallo [16] videmus. Igitur Lunam videmus proxime nos eſſe. neque eam majorem noſtro adſpectui eſſe quam Solem. Illud quoque neceſſe eſt, cum Sol longe abſit à Luna, [17] & à nobis major videtur, ſi prope adceſſerit, multo majorem futurum. Praeterea neceſſe eſt, ut ante

Paullo ante pro *bujus* Voſſ. ſec. *hanc*.

10 MEDIETATE TONI] Voſſ. ſec. *tonum dimidium*, d'Orv. *medietatem toni*. Mox *cum* abeſt Voſſ. pr. Pro *pervolans* d'Orv. *means*.

11 JAM IN DUODECIM SIGNA] Illud *in* ex praecedenti litera *m* videtur natum, ac propterea delendum. Supra quoque pro *evenit*, *eveniet* arbitror ſcribendum. SCHEFF.

12 HUNC SUPRA JOVIS SIGNO ORBEM] Haec trajecta ſic Modius & Sanctand. conſtituunt: *ſupra hunc orbem Jovis eſt ſtella*. Sed ſic deſideratur *ſigno*. & fortaſſe debet rejici poſt vocem ſubſequentem *Martis*. SCHEFF. Per anaſtrophen Veneta, *hunc orbem ſupra* &c. Atque ita planè etiam unus Vlitt. MUNCK. Ita & Hemſt. *Supra hunc circulum Jovis ſtella* Voſſ. duo & Leid. Mox praep. *a*. abeſt Voſſ. prim.

13 HAEC AUTEM TONO DISTAT A JOVE] Voſſ. pr. *haec autem abeſt Jove*. Voſſ. ſec. *haec autem abeſt a Jove tono*, ut & Leid. qui pro *annis*, *diebus*. Pro *ab ipſorum tamen* Voſſ. pr. & Leid. *& tamen ab ipſorum*. Pro *potes* Voſſ. ſec. *poterit*.

14 LUNAM MINOREM ESSE SOLE] Ita edd. antiquiores cum Morellio. Perperam *majorem eſſe* Sanctandr. Tranſtulit Hygini verba in ſui libri de Nat. Rer. caput 16. Iſidorus: *Lunam minorem eſſe dicunt, quam ſolem. Omnia enim, quae ſunt proxima nobis, majora videntur. longinquitate autem locorum viſus largueſcit. Lunam ergo videmus prope nos eſſe, nec eam majorem aſpectui noſtro, quam ſolem. Ideoque cum ſol longè ſuperior ſit, quam Luna, & tamen à nobis videtur: jam ſi prope nos acceſſerit, multo majorem futurum.* Eadem invenies apud eundem Orig. lib. III. cap. 47. MUNCK. Leid. d'Orv. & duo Voſſ. *quam ſolem*. Mox pro *majora* Voſſ. ſec. *minora*. Pro *diſſidente* d'Orv. *diſcedente*. Pro *nos* Voſſ. ſec. *nobis*. Deinde pro *majorem* duo Voſſ. *minorem*. Pro *ſol longe* duo Voſſ. *non longe*. ut & Leid. & Micyll. ac Scheff. edidere.

15 LONGO DISSIDENTE INTERVALLO] Morell. *longe diſſidente videmus intervallo*. SCHEFF.

16 VIDEMUS. IGITUR LUNAM] Puto ſcribendum, *videmur*. *Si igitur*, & hoc poſterius referendum ad ſequens, *illud quoque neceſſe eſt*, ut ſit ea vis argumenti, ſi videmus lunam non majorem ſole, licet nobis ſit propior, neceſſe eſt, ut major ſit Sol, cum tanto diſtet a luna. denique tollenda puncta poſt *nos eſſe*, item *quam Solem*, eorumque loco vel commata, vel cola ſcribenda. SCHEFF. Non malè Schefferus, *ſi igitur lunam* &c. MUNCK.

17 ET A NOBIS MAJOR VIDETUR] Debebat ſcripſiſſe *videatur*. Ut & inferius, *& nihilominus ſuum efficiat curſum*. Nihil tamen mutandum eſſe liquet ex verbis Iſidori, in quibus *è major* malè omiſſum eſt. Adde not. ad Mythol. cap. 148. MUNCK. Pro *prope* Voſſ. ſec. Leid. d'Orv. *prope nos*. Pro *ut reliquas* haud male *ac reliquas* Voſſ. ſec. & Leid.

ante diximus, aut nullam ſtellam erraticam eſſe, aut Solem pariter cum Luna ut reliquas ſtellas errare. Si enim quiſquam mihi poteſt demonſtrare quinque ſtellarum curſum, & dicere, quod hodie [1] coram earum quaeque ad aliud tranſeat ſignum, quemadmodum de Sole & Luna fieri videmus, & nihilominus ſuum efficit curſum, non eſt erratica. Si autem dubium eſt, quod hodie tranſeat, & ad aliud ſignum compari ratione cum Luna feratur, & ſuum circulum dirigat, quemadmodum ſtellae quae ſunt dubiae, neceſſe eſt has quoque errare: [2] ſed non evenit, ut errent, praeſertim cum ſuo tempore ad curſum revertantur. Igitur ne ſtellae quidem, cum certo tempore ad ſuum ſignum revertantur, poſſunt errare, niſi forte volumus adcipere excuſationem, quod duo corpora magna facilius poſſint obſervari, quam ſingulae ſtellae, quae non certos curſus conficientes videntur adparere.

## XV. *Venus.*

STELLAS quinque nonnulli has ajunt eſſe: Veneris, [3] Mercurii, Jovis, Saturni, & Martis: E quibus eſſe maximam colore candido, [4] nomine Heſperum, & eam adpellari Venerem. Haec ſtella non abeſt

1 QUAEQUE CORAM EARUM] Delendum *τὸ coram*. Geminavit pravè vocem eandem librarius. MUNCK. *Τὸ coram* abeſt d'Orv. & duobus Voſſ. Pro *compari r.* Hemſt. Leid. & d'Orv. & Voſſ. pr. *cum pari* r. Pro *has* duo Voſſ. *hoc*. Pro *ſed non* idem *ſi non*. Pro *ſuo t.* Voſſ. ſec. *certo t.* Pro *ad ſuum ſ. revertantur* Leid. & d'Orv. *ad ſuum ſ. reverturtur*. Pro *poſſint* Leid. *poſſent*. Pro *obſervari* Leid. *obſervare*.

2 SI NON EVENIT, UT ERRENT] Morell. *ſi enim evenit, ut errent*. SCHEFF.

## Ad CAP. XV.

3 MERCURII, JOVIS, SATURNI, ET MARTIS] Morcilianus pro *Saturni* habet *Solis*, quam lectionem dicit confirmari verbis ſequentibus. Et certe ſequitur poſt ſtellam Jovis, *Solis ſtella, nomine Phaëton*. Sed eodem loco paulo poſt ſic legitur: *hanc ſtellam nonnulli Saturni eſſe dixerunt*, ut fortaſſe nihil ſit mutandum. SCHEFF. *Solis & Martis* Vlitt. 2. & Morell. alter. Solis ſanè & Saturni quidam eandem fecerunt ſtellam. Vide cap. 42. lib. II. MUNCK. *Solis & Martis* Hemſt. duo Voſſ. & Leid. In initio hujus capitis d'Orv. & Leid. *Sed ſtellas quinque*, quomodo Micyll. & Scheff. edidere.

4 NOMINE HESP. ET EAM APP. VEN.] Hemſt. *nomine & eam Heſperum appellari*. *Τὸ Venerem* abeſt etiam d'Orv. ſed ita Voſſ. ſec. *e quibus e. maximam Venerem colore candido nomine Heſperum & eam appellari*.

5 INFRA EJUS CIRCULUM] Al. *ſubter*. quod idem eſt. Geminus: *κατώτερον δὲ ἡλίου φαίνεται ὁ τῆς Ἀφροδίτης ἀστήρ*. MUNCK. Voſſ. ſec. *ſupra*. Leid. & d'Orv. *ſupter*. Mox pro *ſicut* Voſſ. pr. *ſic*. Deinde lege cum Leid. duobus Voſſ. editt. prioribus *apparens autem maxime*.

6 NON PLUS INDEFICIENS] Modius ex conjectura legit, *undevicies*. Retinet ſcripturam veterem Sanctandreana. Nobis locus mutilus videtur. *Τὸ indeficiens* autem ideo non poteſt diſplicere, quia & c. 17. de Phaetonte, *tunc maxime obſcuratur*. SCHEFF. *Undevicies* ex conjectura Modius. Quod non diſplicet. Capella lib. VIII. *Quae quidem in ortu matutino plerumque quatuor menſibus immoratur: in veſpertino vero nunquam plus viginti diebus*. MUNCK. Mox pro *ſed* Voſſ. ſec. *&*.

Ad

abeſt à Sole longius duobus ſignis [5] infra ejus circulum conlocata, ſicut ante diximus: adparens maxime noctu, ſed toto menſe [6] non plus indeficiens poteſt videri. Sed totus Heſperus incertos efficit curſus, non eodem tempore ad praeteritum tranſiens ſignum.

## XVI. *Mercurius.*

SECUNDA ſtella eſt Mercurii, nomine στίλβων, totus acuto lumine, ſed [7] in adſpectu non magnus. hic autem à ſole non longius abeſt ſigno uno, qui ſemper eoſdem curſus efficiens, modo nocte prima, modo autem ad Solis exortus incipit adparere, nonnumquam etiam perpetuum ſignis quatuor eſt cum ſole: rediens autem, cum ſole [8] non amplius eſt, quam tertiam partem ſigni.

## XVII. *Jupiter.*

JOVIS autem ſtella, [9] nomine Φαέθων, [10] corpore eſt magnus: figura autem ſimilis Lyrae, hic autem duodecim ſigna annis totidem [11] tranſire exiſtimatur: & unoquoque anno nuſquam adparere dicitur, non minus dies triginta, non plus quadraginta: ſed tum maxime

### Ad CAP. XVI.

5 7 IN ASPECTU NON MAGNUS] Ita & Veneta & Vlitt. 2. niſi quod perperam τὸ non omittunt. Eratoſthenes cap. 43. Πίμπτος ὁ Ἑρμῆ στίλβων, λαμπρὸς καὶ μικρός. Vide Hygin. ſupr lib. II. cap. 42. MUNCK. Voſſ. pr *in aſpectu magnus.* Voſſ. ſec. *in aſpectu non magnus.*

8 NON AMPLIUS EST QUAM TERTIAM &c.] Τὸ *quam* ignorant Vlitt. 2. & abeſſe poteſt eleganter. MUNCK. Pro *ad ſolis exortus* Leid *a ſolis exortu.* Voſſ. ſec. *ſolis exortu.* Pro *perpetuum* duo Voſſ. & Hemſt. *perpetue* ut & d'Orv. ſed Leid. *perpetuo.* Pro *quam tertiam partem* duo Voſſ. *tertia parte.*

### Ad CAP. XVII.

9 NOMINE PHAETON] Sanctandreana, *nomine φαίθων* Modius malebat *Phaenon*, quoniam & Ciceroni ſic vocatur libro II. de Nat. Deorum. SCHEFF. Ita eum appellant quoque Geminus p. 14. Cleomedes p. 66. Cenſorinus cap. 13 Capella lib. VIII. Firmicus Aſtron. II. cap. 2. *Qui à nobis*, inquit, *Saturnus dicitur, ab AEgyptiis Φαίνων vocatur; quem nos Jovem vocamus, AEgyptii Φαέθοντα vocant; qui à nobis Mars, ab illis Πυρόεις dicitur; quae à nobis Venus, ab illis Φωσφόρος vocatur; quem Mercurium dicimus, illi στίλβοντα vocant. Φαίνων* tamen Jovis ſtella eſt Eratoſthenis Καταστ. cap. 43. Iſidor. de Nat. Rer. cap. 3. & 23. MUNCK. *Phaeton* Hemſt. & Voſſ. ſec. *Phaethon* Leid. *Phaeron* d'Orv. & Voſſ. pr. Plutarch. de Animae Procreat. e Timaeo Tom. II. p. m. 102. Ἐν πάντε λέγεσθαι τιθέντα τὰς πλανήτας, ὧν τὰ μὲν ἴσα τὸν ὑπὸ Σελήνης ἐπὶ ἥλιον, καὶ τὰς ἀνωτάτω χώρας ΣΤΙΛΒΩΝΑ καὶ ΦΩΣΦΟΡΟΝ. ἕτερον, τὸ ἀπὸ τούτου ἐπὶ τὸν ἀπὸ ΠΥΡΟΕΝΤΑ. Τέταρτον δ', τὸ μεταξὺ τούτου καὶ ΦΑΕΘΟΝΤΟΣ. ἕβδομον δὲ τὸ ἐπὶ ΦΑΙΝΩΝΑ. καὶ πέμπτον ἤδη τὸ ὑπὸ τούτου, ἀπὸς τὴν ἀπλανῆ σφαῖραν.

10 CORPORE EST MAGNUS] *Magna* Vlitt. 2. Fort. *corpore eſt magno*, ut capite ſequenti. MUNCK. *Magna* Voſſ. pr.

11 TRANSIRE] *Tranſigere* Vlitt. 2. cum Veneta, Catal. Pith. pag. 84. *Quiſquis hanc pergis, Periandri tranſige thermas.* Sanè *tranſigere vitam* dixit Tertull. de Carn. Reſurr. cap. 15. pro eo, quod Salluſtio placuit Catil. cap. 1. *tranſire vitam.* Hyginus ipſe ſupr. cap. 13. *Sinul mundum tranſigit.* MUNCK. *tranſigere* Hemſt. duo

me obſcuratur, cum occidit cum ſole. Exoriens autem adparet ante quam ſol.

## XVIII. *Saturnus.*

[1] SOLIS ſtella nomine Φαίνων, corpore eſt magno, colore autem igneo: ſimilis ejus ſtellae, quae eſt in humero Orionis dextro. Hic per duodecim ſigna adſidue ferri videtur: nonnumquam etiam cum ſolis ipſius ſideribus adparet, modo aliis partibus adjectis circuli. Hanc ſtellam nonnulli Saturni eſſe dixerunt. Redire autem ad ſignum annis triginta, & quotannis non adparere, non minus dies triginta, nec amplius quadraginta.

## XIX. *Mars.*

RELIQUUM eſt nobis de Martis ſtella dicere; quae nomine [2] πυρόεις adpellatur. [3] Hic autem non magno eſt corpore, ſed figura ſimilis eſt flammae. Nonnumquam autem cum ipſius ſolis ſideribus concurrens, omnia pervolat ſigna, ſedens ad primum ſignum non longius biennio.

QUOD ad quinque ſtellas adtinet, [4] hucuſque ſatis arbitramur dictum:

Voſſ. Leid. & d'Orv. Pro & *unoquoque* duo Voſſ. *ut unoquoque*. Pro *dicitur* Voſſ. ſec. *dicatur*. Pro *dies* idem *diebus*. & pro *non* idem & Leid. *nec*.

### Ad CAP. XVIII.

1 SOLIS STELLA NOMINE ΦΑΙ'ΝΩΝ] Saturni ſtella apud Ciceronem 2. de Nat. Deorum Phaenon dicitur. MICYLL. *Phaeton* edd. Vett. Sed *Phenon* unus Vlitt. cum Morell. Phaenon ſanè Saturni ſtella eſt Ciceroni, Cenſorino, Gemino, Cleomedi, Apulejo, Auſonio, Capellae, & aliis; quam noſter cum Solis ſtella confundit. Etiam Eratoſthenes, quanquam ei Phaethon eſt. Ὁ δὲ Ἐρατοσθένης, inquit, ἐκλείπει μὲν Φαέθων ὑ μέγας. ἐστὶ δὲ ἀπροάδεν λαμπρὸς καὶ ἐρυθρός. Si eſt ὑ μέγας, cur ergo Hyginus, *corpore eſt magno*? An ſcripſerat, *corpore eſt non magno*? Confer cap. 42. lib. II. MUNCK. *Phenon* Hemſt. *Phaeton* Voſſ. pr. Leid. d'Orv. Pro *Solis* Voſſ. ſec. *Jovis*. Sol a Platone in Phaedro etiam *Jupiter* vocatur, ut docet Schol. Homeri Odyſſ. M. 63. Pro *hic* &c. Leid. *haec*. Pro *ferri* Voſſ. pr. *fieri*. Ceterum cod. Voſſ. ſec. ita legit *hic per unum quodque ſignum annis duobus & dimidio ferri videtur*. qui pro *circuli* exhibet *circulis*. Pro *amplius* Leid. *plus*.

### Ad CAP. XIX.

2 ΠΥΡΟ'ΕΙΣ] Hemſt. *pyrois*.

3 HIC AUTEM] Ita & unus Vlitt. Sed *haec* edd. Vett. MUNCK. Leid. & Voſſ. ſec. *haec*. Pro *pervolat* Voſſ. ſec. *pervolans*. Pro *ſedens* idem *rediens*.

4 HUC USQUE SATIS ARBITROR] *Ad haec ſatis* &c. Vlitt. 2. MUNCK. Hemſt. *ad haec ſatis*. Ita & Leid. d'Orv. Voſſ. pr. Pro *metimur* duo Voſſ. d'Orv. & Leid. *metitur*. Idque in textum facile recipi poteſt, cum non ſolum Hyginus aliique ante eum verbis deponentibus paſſive uſi ſint, ſed ipſum etiam verbum *metio* active & *metior* paſſive alibi adhibeatur. Vide Munck. ad Ful-

ctum: nunc autem demonſtrabimus, quibus de cauſſis menſes intercalentur, quoniam tempus omne metimur die & nocte, menſe & anno. De quibus diem nobis definierunt, quamdiu ſol ab exortu ad occaſum perveniat: noctis autem ſpatium conſtituerunt eſſe, quamdiu ſol ab occaſu rurſum ad exortum revertatur: menſem autem, quamdiu Luna Zodiacum circulum perducat: annum voluerunt eſſe cum ſol ab AEſtivo circulo redit, & Zodiacum ad id ſignum, unde incipiebat, permetitur.

*Caetera deſiderantur.*

Fulgent. lib. 1. prooem. & *nocte* exſulant a Voſſ. ſec. Pro *de quibus* Voſſ. pr. Leid. d'Orv. *quibus*. Deinde codd. *definierunt*. τὸ *rurſum* deeſt Leidenſi.

5 CIRCULUM PERDUCAT] Modius mallet *percurrat*, quod non diſplicet. SCHEFF. *Percurrat* Modius. MUNCK. Paullo ante *Sol* abeſt Voſſ. pr. *Et zodiac.* & cetera deſunt Hemſterhuſiano. Leid. *rediens LXVI. dies curſum tranſigit.* Voſſ. ſec. *deſcendens CCCLXV. dies ſuo curſu tranſigit.*

Τῷ παραγάθῳ Θιῷ χάεις καὶ δόξα.



# J. SCHEFFERI ADDENDA.

P. 2. in Prooemio, & nota ad verba *Letbum*, *Continentia* in fine adde. *Letbum* probat Turnebus ex Virgilio lib. XXVIII. Adver. c. 43. Sed ob antecedens *Mors* nondum perſuadet mihi.

Ibid. p. 9. in Nota ad vocabulam *Sthenno* in fine adde: Apud Servium ad II. AEn. v. 676. nomen ejus *Stebmo* legitur.

Ad cap. 14. poſt notam ad verba, *in Moeſia* adde, facta nova periodo: *cum ſtramentatum exiſſent*) Iaectio vitioſa; ſcribendum enim, *cum extra vena.um exiſſent*. Junge cap. 18.

Cap. 18. poſt verba, *ab inepto quodam*, adde: Niſi putes, legendum, *hoſpitii in honorem*; quod rectius videtur.

Ibid. poſt, *ſic ut vò*, verba, *eum explicemus per ſe*, & dele: mox poſt *Priſcianum*, inſere; Vel ut omiſſo *per*, quod fit in Comeliniana, *eum* explicemus per *ſe*.

Cap. 21. poſt, *eos nutandum*, adde: Niſi credas, a prima manu fuiſſe *quod*, pro *quid*, ut frequenter ſolet notter; id poſtea a ſciolo mutatum eſſe in *quos*.

Cap. 22. *Transferret cum*) Forte mĕlius *transferret*. *Et cum*

Cap. 30. *Necaret*: *& ſi quis eam*) Illud *&* delendum, praemiſſo puncto, novaque periodo facta.

Cap. 32. *Et id Sol attigit*) An ſcribendum, *ut id Sol attigit*?

Cap. 46. *Cetera fide data*) Num, *caetera e fide data*? i. e. ſecundum fidem ab ipſis datam. Sed ſolet & alibi praepoſitiones omittere. Vide Indicem in *Ellipſis*.

Cap. 52 In nota ad *prae paucitate*, poſt *bene video*, adde: Nunc adducor fere, ut credam, ſcripſiſſe noſtrum, *prae paucitate hominum armari non poſſet*, quia ſequitur de praeſidiis, ea nempe aliqua a Jove petiiſſe. Ac poteſt ſyllaba *ar* in *armari* facile abolita eſſe per literam praecedentem *m*, non ita multum diſſimilem in Mſc. Niſi malis *arare*, pro *armari*, ut conveniat ei, quod eſt apud Servium IV. AEn. v. 402.

Cap. 66. In nota ad, *juſſit exponi*, poſt vocem *repetitam*, adde: Debet autem comma poſt verba, *uxor ejus*, deleri. Non enim Jocaſta juſſit exponi, verum Laius.

Cap. 70. *Monte Parthene*) Suſpicor, *Parthenio* ſcribendum. Et vide infr. c. 99.

Cap. 82. Verba, *& cum hauſtum* &c. dele omnia.

OMIS-

# OMISSA IN NOTIS THOMAE MUNCKERI.

*Numeri Romani paginas, barbari verſus, literae a b columnas deſignant.*

I. b. 16. Ἀχλὺν Heſiodus. *add.* Non ignoro tamen, ἀχλὺν apud Heſiodum non *Caliginem* eſſe, ſed *Dolorem*, rectè eſſe jam pridem in notis ad Longinum obſervatum à Cl. Tanaq. Fabro.

Ead. pag. b. 9. Ed. Morell. *add.* Verum turbat τὸ *Diſcordia*, quod mox ſequitur.

III. b. 19. Thebaid. Lib. II. vers. 4. *add.* Caeterum *Argus* perperam dicitur Cyclops ille apud Athenagoram, qui *Arges* Heſiodo eſt. Verum *Gyges* apud eundem, non *Gyes* celebratur: quo magis adhuc de mendâ ſuſpecta mihi Apollodori lectio.

VII. a. 24. Ἐρεσχάμῳ πολεμοῦν. *add.* Doctè, ut omnia, vir ille incomparabilis. Sed apud Plutarchum in libello de Fluviis p. 76. ed. Mauſſ. inveni Axenum dictum fuiſſe olim Acheloum. Ἔβριψεν ἑαυτὸν, inquit, εἰς πόλεμον Ἄξενον, ἐξ οὗ πρότερον αὐτὸν μετωνόμαζον. Παρωξυνόμενος ὁ Ἀχελῶος διὰ τοιαύτης αἰτίας &c. Hinc ſuſpicio mihi incidit, vel τὸ *Acheloum* à gloſſâ eſſe forte, vel hunc ſcriptorem putaſſe Axenum & Acheloum diverſos eſſe fluvios, cum unus idemque fluvius & Axeni & Acheloi vocabulo fuerit appellatus.

XVIII. a. 14. Nota praeterea &c. *Dele iſta, & repone*, Nota praeterea Learchum aliter Clearchum dictum.

XXII. a. 48. Capta manu. *add.* Pertinent huc & illa interpretis Abdiae Babylonis Lib. III. p. 25. ed. Laz. *Ingreſſuſque Helleſpontum fretum navigabat.* Nec non iſta in Vitâ Clementis p. 135. *Aut trans Pontum mare in bereano, quod adjacet civitati Cerſonae, ſubire exilium.*

XXXIII. b. 22. Amaram aquam. *add.* Ambroſ. Hexaem. Lib. I. cap. 3. *Petra aquas fluxit.* Feſtus v. MANALEM. *Eumque, quod aquas manaret, manalem lapidem dixere.* Juni. Praefat. Comment. in Geneſ. *Quorum primus libris novem; ſecundus, veſtigia ejus ſequens, libris ſex; tertius libris* XII. *& rurſum aliis duobus ſpecialiter adverſum Manichaeos deſcriptis, prolixa legentibus doctrinae ſalutaris fluenta manarunt.* Petron. Frag. Tragur. p. 55. *Amphoras copioſas gypſatas, ne effluant vinum.* Quem locum ſtultra tentarunt homines docti.

XXXVII. b. 33. Hac de re notamus. *add.* Corruptus procul dubio Homeri Scholiaſtes ad Odyſſ. M. vers. 70. Αἰσονῶ ὁ καὶ Πολυμήλας γένετο Ἰάσων. Corrig. Πολυμήδης.

LXI. a. 14. mutaverat in *caeſtum.* Scribe *caeſtu*, & *add.* Non malè. Seneca Epiſt. LXXXVIII. *Quid prodeſt multos vincere luctatione, vel caeſtu, & ab iracundiâ vinci?*

XCVII. a. 14. porrexit induendam. *add.* Niſi *veſtire veſtem* dixit, ut *calceare caligas* Vet. Interpr. Act. cap. XII. vers. 8. *Calcea te*, inquit, *caligas tuas.* Atque ita legitur etiam apud Caſſian. in de Habit. Monach. Lib. I. cap. 3.

CI. a. 40. Cromyona colonus. *add.* Veruntamen an mutari quicquam debeat, facit ut dubitem Stephanus. Κρεμμύων, inquit, κώμη Κορίνθου &c.

CLXXIII. a. 7. *Hercius.* quod idem eſt. *add.* Perperam Ἔρκιος editum eſt apud Ariſtoph. Scholiaſt. in Act. v. ſc. 3. Pluti, Μαξίμῳμαι ὁ Ζηνὸς Ἑρκίου χύτρας.

CCXXIV. a. 19. Κρήδιμνον αὐτῆς. *add.* Hinc λιπαρομελήδιμνος apud Hom. Schol. ad Iliad. Σ. 382. Alluſit ad fabulam Max. Tyrius Diſſert. I. Ἐς ἂν αὐτὴ φιλοσοφία ὑπαλλάξασα ὑπολαβοῦσα τὰς ἰκμάδας λογισμὰς, ἅπερ τὸ κρήδιμνον Ὠδυσσεῖ ἡ Λάκαινα. Gloſſ. Labb. κιφαλοδίσμιον, *retiolum.* leg. *reticulum.* Κιφαλόδισμος, *frontale, capitale.* Κιφαλόδισμον, *capitulare.*

CCXLIII. b. 13. *Lanae, cerae* &c. *add.* De cedriâ notabilis eſt locus apud Scholiaſten Horat. in Artem Poët. p. 634. Ed. Raphel. *Cedrus eſt arboris ſpecies, cujus reſina nigri coloris eſt, quâ quicquid fuerit oblitum nunquam putreſcit: unde nobilium poëtarum chartae hac oblinebantur, ne corrumperentur à tineis. Hac etiam vidimus particulas ſanctae crucis oblitas, quarum color velut Indicus apparebat. Cupreſſus autem*

*tem eſt cedri ſpecies, unde confici ſolent caſſulae, in quibus reponebantur ſcripta poëtarum contra tineas.* Ut hoc loco, ita & pag. 633. oſtendit ſe Chriſtianum fuiſſe: *Deus*, inquit, *Auguſtinus in libro de doctrinâ Chriſtianâ dicit hic in primis legendum eſſe hunc poëtam.*

CCLII. a. 14. leg. *retrimentum add.* Invenitur tamen *recrementum* apud Prudentium pro purgamento p. 213.

CCLX. b. 17. *fines territabat. add.* Phaedrus Lib. IV. cap. 25. *Quum jam deſierit eſſe beneficium utile, Et mors vicina flagitabit debitum.* Terent. Andr. IV. 1. *Ah neſcis quantis in malis verſer miſer, Quantaſque hic ſuis conſiliis mihi confecit ſollicitudines Meus carnifex.* Cic. Lib. II. Fin. *Num P. Decius, cum ſe devoveret, & equo in mediam aciem Latinorum inveheretur, de voluptatibus cogitabat?* Adde his, quae praeterea notavi ad Fulgent. Lib. II. cap. 9.

CCC. a. 5. Pauſan. Lib. VI. *add.* Firmat emendationem meam Pollux Lib. V. cap. 5. Τὰ μὲν δὴ τῷ Ἀχιλλείῳ κυνῆ ἐπίκωλα καὶ τὰ τοῦ Αἰγόλα δίξαν κίραξ, Ἄρτεμις, Χάρμη, Λυκίδας.

CCCI. a. 40. *à Nyſa nutrice dicto. add.* Niſi τὸ *dicto* intelligendum potius exiſtimas. Lactant. Argum. Ovid. Met. Lib. XIV. fab. 16. *Aventinus, à quo mons, urbis Albae accepit imperium.*

CCCVI. a. 8. *ſe vindicavit add.* Interpres Vet. I. Reg. XXIV. 3. *Ut ulciſcatur me dominus ex te.* Luc. XVIII. 3. *Vindica me de adverſario meo.* Interpres Abdiae p. 32. Ed. Laz. *Ulciſcemur nos in te.*

CCCXXVI. b. 1. *te juſſi. add.* Cicero apud Lactant. Lib. VI. Div. Inſtit. cap. 8. *Quae* (lex) *tamen neque probos fruſtra jubet, aut vetat &c.*

J. SCHEF.

# J. SCHEFFERI INDEX LOCUTIONUM RARIORUM, APUD HYGINUM.

P. Significat libros Poeticōn Aſtronomicōn. Simplex numerus ſine litterae alicujus adjectione, Fabulas.

## A.

A Mari piratae, 190. *qui inde venerat* a patria profugus, 24. a Sidone Cretam tranſportavit, 178. a Thebis profugit, 67. a Thebis veniſſe ſe indicat. 69. *Omnia cum praepoſitione, de qua vide Sanctium lib. IV. Min. ubi de ellipſi.*

Ab Athenis abiit, 39. redit Colchos, 26. Ab Ilio claſſis, 110. *quae inde profectura eſt.* Ab Thebis profugit, 184. Ab AEgina inſula Peleus, 14. *inde oriundus.* Sic, ab Imbraſo inſula Ancaeus. ab oppido Corintho Ixition. *Ibidem integre:* ab hoc oppido Alexander Magnus oriundus dicitur, 219. Ab janua miſit malum, 92. Ab advena mors, 3. *Sic*, a morſu ſerpentis obiit, 14. ab luctu eo ſunt conſumptae, 192. *Cauſam notat.* ab amplexu tenere ſimulacrum, 104. *plene, ac cum praepoſitione, quae alias omittitur. Quemodo Baltus lib. IX. ad Cic. Illud certe ſcio, me ab ſingulari amore benevolentiaque, quaecunque ſcribo, tibi ſcribere.* ab inimico ſe ulciſci, 184. *vide in, Ulciſcor.* ab ſpecie humana eos immutavit, 125. ab ſpecie humana mutatus in lapidem, 64.

Abjicere. Abjectis miniſteriis, 120. h. e. *abactis, ejectis.* Vide Notis.

Abjurgare. Abjurgata ſunt arma ab eo. 107. *i. e. per jurgium in judicio ablata.*

Abſconſe. 184. *Occulte, vel, ut Cicero, abſcondite. Nempe veteres in ſupino dixere, conjum, ſicut liquet ex compoſito, abſconſum. Inde Conſus, Deus conſiliorum occultandorum, & abſcondendorum, & hoc adverbium, abſconſe: quod & apud Philoxenum reperitur.*

Abſiſtere pugna, 168. *abſtinere.*

Accedere. Acceſſerunt Lemno, 15.

Accipere fabricam a Minerva, 39. *ut a magiſtra, per informationem. paulo aliter:* non voluit accipere Myſteria Bacchi, 184. *nebuit ſe initiari Baccho per ea.* accipere furiam, 107. *ſicut, accipere calamitatem, contumeliam.* accipere quem hoſpitio, 125. acceptus liberaliter in ſervitutem, 51. accipi hoſpitaliter. P. 2. 14.

Accommodare ſibi pennas, 40. *adjungere.*

Acer gigas, P. 2, 14.

Acerbe vivere, P. 2, 14.

Acquieſcere, 254. *Mori. Sic quieſcere, uſurpavit Virgilius, niſi quod addideris, morte. ut AEn. IX. Placidaque ibi demum morte quievit.*

Acropodium Minervae, 99.

Acumen ſcorpii, P. 3. 25. P. 4. 4. *aculeus.*

Ad flumen exit abluere ſanguinem, 88. ad tibias vox Olympi 273. *junctа eis.* ad Trojam exire, 121. *contra eam, ut debellet. ſic* ad eum ſtrinxit gladium 91. *contra eum, in eum. Cicero lib. I. de divinat. Mirari licet, quae ſint animadverſa a Medicis herbarum genera, quas radicum ad morſus beſtiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera. Vide notas.* ad Circem reliquerat eum. 125. *apud. Sic*, ad fontem apium erat, 74. ad inferos, 25. 55. 60. ad mare lavare veſtem, 66. ad montem interfecit eum, 30. ad regem criminatur eam, P. 2. 18. ad ſaxa naufragium fecerunt, 116. ad ſepulchrum immolarunt. 110. ad ſororem eſt commendatus, 3. *aliter*, ad formam priſtinam reſtituere, 125. *in formam.* ad horam non apparet, 254. *in hora.* ad ſydera deformatus P. 3. 24. *in ſyderibus, inter ſydera. aliter.* ad necem juſ-

ſit eam includi, 187. *ellipſi, pro uſque ad. Sic,* ad partum ejus, P. 2. 33. ad progeniem ejus ei eſt inimica, 148. *aliter*, ad terminum vitae. P. 2. 14. *vicinitatem notat.*
Adigere. adacti in cuneum trunci arborum, 14. *vide notas.*
Adjicere. adjiciunt eum fluctus ad littus. P. 2. 34.
Adjutorium 190. *auxilium.* rogarunt, ut eum adjutorium Danais mitteret, 96. adjutorio cui eſſe, 257. in adjutorio eum vocavit. 190.
Adminiſtrare falce vitem, P. 2. 4. *putare.*
Admittere. admiſit ei aquilam. P. 2. 15. *immiſit. miſit ad eum, quae exederet.* admiſerunt ei capram P. 2. 13. *quae nutriret.*
Admiſſum. P. 2. 40. *Commiſſum, delictum.*
Adſcendere. Quo cum adſcendiſſent, 3. *Ellipt. pro in quo, vide Not.* Aſpicere quid per rimam, 104.
Adſtringere. adſtrictus ad currum, 106.
Adſum. adeſt mors ei a manu propinqua, 45. de nati manu, 67. *parata eſt, imminet.* partus, 99.
Advenerat dies, 186.
Adverſus montem ſaxum volvere, 60. *contra montem.*
AEneum, 24. *abenum, per Elliſin dictum, cum integre ſit, aeneum vas.*
AEnum, 24. paulo poſt eſt *aenium.* Adde Indicem noſtrum in Fragm. Petronii.
AEſtimans, 27. 29. 68. 88. 104. 106. 136. 180. 190. 234. *exiſtimans. Phaedrus. Ridicule magis, hoc dictum, quam vere aeſtimo. lib. III. f. 5. ubi vide, quae notavi.*
AEthiopes fiunt neceſſario, P. 1. 6.
Afflabat veſtigia alicujus Hydra. 30.
Agnitio. agnitione facta, rex eum remiſit, 90. *cum agnoviſſet.*
Ago. *acti menſes.* P. 2. 8. *exacti. Sic Phaedrus noſter, lib. I. f. 19.*
Alligare. alligavit impetum puellae. 185. *ligavit, cohibuit.*
Alterna morte redire, 251.
Anchiſa, 94. *Anchiſes.*
Animare quem cibo potuque, 126. *reficere.*
Antemittit filias. P. 2. 40. *praemittit.*
Apiacia corona. 74.
Apparent boves ad horam. 254. *Comparent, adſunt. Plaut. in Capt. at ego mox apparebo domi.*
Appetere. eo magis appetunt, quo interdicitur ſaepius. P. 2. 13. *abſolute.*
Applicare ſe complexui P. 2. 13.
Applodere quem in terram, 126.
Apponere. appoſitus Auſtro. P. 1. 3. *poſitus ad eum locum, eam regionem. Sic,* appoſiti auſtri flatibus, P. 1. 6. appoſitus eis ſol pervidetur, ibid. *propinquus : admotus.*
Aprinea pellis 69. *aprugna.*
Apud Buſiridem eſt ſterilitas, 56. *in ejus regno.* apud homines enunciare, 94.
Aquarium. P. 2. 28. *Ellipt. pro vas aquarium, id eſt urna, vel ſimile.*
Arbitror. arbitrans, eſſe hoſtes, 16.
Arbor malus, 126. *vide Not.*
Ardor officit oculis P. 4. 14. *ſplendor. Cicero de divin. ſtellarum ardore micantes.*
Armentarii, 186.
Ars citharae, 194. *ſic apud Fabium lib. II. c. 7. ars armorum.* Medica. 101.
Aruſpicium P. 2. 38. *vide Plin. VII. c. 56.*
Aſcendere. *v. Adſcendere.*
Aſpectus, P. 2. 13. *Vultus.*
Aſpis en Argo, 170.
Aſſidui flatus. P. 1. 8.
Athlon funebre, 91. *certamen.*
Attentum caput ad terram, P. 3. 20. *tentum, directum, flexum.*
Augurari quid, 136. *Servius ad Virg. VIII. AEn. Auguror dicimus tum, cum futura veris captamus auguriis.*
Augurium dare cui, 19. *facultatem augurandi, ſcientiam.* Plin. lib. VII. c. 16. *auguria ex avibus invenit Car.*
Auſpicatur ei aquila. P. 2. 16. *auſpicium ei facit.*

B.

Bacchatio Liberi. 8. *quae a Libero immiſſa.*
Belligeravit cum Athenienſibus 41. *ita Plautus, & Ennius.*
Belligeratus eſt, 275. *pro, belligaverit, ſi lectio eſt integra.*
Bifariam ſe conjicit in paludem Tanais, P. 1. 8. *per duos ramos, in duobus oſtiis.*
Blanditur ei canis, 126.
Bonitas formae, 8. *pulchritudo.*
Braccae. P. 1. 8.
Brevis ſtella, P. 2. 42. *quae minime ſcintillat.*

C.

Cacumen caudae extremum, P. 4. 12. *de Hydrae ultima parte caudae.*
Caeterum; P. 2. *praef. pro, deinde.*
Caliginem injicere cui. 2. *viſum impedire.*
Canere fata cui, 171.
Capillos totondit, atque exiit pro juvene ſacerdote. 190.
Carpo. Carpſerunt cum Titanes, 155. *diſcerpſerunt. Simplex pro compoſito, quod ſolet.*
Caſte ſacra facere, 26.
Cataclyſmus, 153. *Graeca imitatione.*

Certamen ad cantum citharae, 165.
Certatio, P. 217. *certamen.* inter Neptunum & Minervam, 164. prima Herculis. P. 2. 24.
Certati ſunt curſu, 273. *certaverunt. Sed mihi locus valde ſuſpectus, licet dignum ſcriptore noſtro Barthius judicet, probetque exemplis aliorum etiam Salmaſius ad Solinum p.* 110.
Certum eſt oculis eorum, 192. *ex oculis, per oculos, tanquam teſtes. Vel potius ſimpliciter, certum eſt oculis, pro oculi habent certum, ut, oculis, ſit caſus tertius.*
Chalcidicum, 184. *paulo ante, hoſpitium, vide Turnebum XIX. Adv. c.* 1. *Graeca ratione dictum.*
Chryſomallus aries, 188. *Graeca conſuetudine, pro aureum vellus habens.*
Cincta veſtem deorſum, 9. *cujus contrarium eſt, alticinctus apud Phaedrum lib. II. f.* 6. *ut autem cinctus alte, ſic plane cinctus deorſum, dicitur optime.*
Circumlavat inſulam Nilus, 276. *circumfluit.*
Claudere quem in tenebris, 7. *ut captivum.* Clauſus piſcibus. P. 3. 17. *circumdatus, & quomodo claudi latus dicitur.*
Clypeum, 273. *neutro genere. Livius lib. I. c.* 43. *arma bis imperata, galea, clypeum, ocreae. Sic habet optima Gronoviana, ubi vide finid, quae viro ſummo notantur.*
Coepit colere eum, 104. *coluit.* Sic coepit abducere taurum, 91. conſumere, 125. negare, 199. ſepilire fratrem, 80. velle interficere eos, 35. coepit figi ſagittis, P. 2. 16. *fixa eſt.* vide Phaedrum noſtrum.
Cogitatio, P. 2. 17. *excogitatio, commentum facinoroſum.*
Cogitatum, P. 2. 28. *eodem ſenſu, ut cogitatio.*
Cogito. Cogitata mors. P. 2, 4. *putata, credita.*
Cognitio. Cognitione facta, 122. *cum ſe cognoviſſent mutuo.*
Cognoſco. Cognito in hoſpitio, 112. *Cognito eo, quod eſſet in hoſpitio, quod hoſpitii lege ſibi mutuo eſſent devincti. Vide notas.*
Colligo. Collecti equo, 108. *congregati in equo.*
Collocare nuptui ſororem, 257.
Cometes, 192. *ſic Lucanus, & alii.*
Commeatum petere tridui, 257. indulgere cui. *ibid. veniam abeundi.*
Commeletare tibiis. 165. *Graeca imitatione. pro canere. Vide Salmaſ. ad Solin. p.* 122.
Commendare. Commendavit cum ad regem, 95. *amandavit, ablegavit, ut eſſet ſub ejus tutela, cura, & poteſtate. Vide Celeber. Gronovii. III. Obſ. c.* 23. Commendatus ad ſororem, 3. *apud ſororem, quomodo Cicero, laudare ad aliquem, epiſtola ad Brutum* 15. *Non id propoſitum eſt huic Epiſtolae, Meſſallam ut laudem, praeſertim ad Brutum.*
Commotus mente, P. 2. 14. *iratus.*
Communivit eo loco oppidum, 176. *aedificavit in eo loco.*
*Comparativus poſitus pro ſuperlativo.* Donum poſterius prioribus ante poſuit. 92. *pro, donum poſtremum.*
Compellari ab aliquo, 57. *abſolute, pro ſollicitari ad ſtuprum.*
Complexui ſe applicare, P. 2. 13. *congredi cum aliqua.*
Compaſtor, 187. *a compaſco ſcilicet, quod habet Plinius lib. IX. c.* 54.
Componere in unum carnem, P. 2, 15. in unum membra, P. 2, 5.
Comprecari Jovem. 2. *precari. Compoſitum pro ſimplici, ut ſaepe noſter.* Comprecatus patrem. P. 2, 5.
Compreſſione ex ea peperit, 187. *Concubitu.* in compreſſione nocturna gladium eduxit, 88.
Compreſſus filiae fratris, 60. Ex eo compreſſu natus Perſeus, 63. *compreſſione. Sic Terentius in Adelph. virgo ex eo compreſſu gravida facta eſt.*
Conari. qui cum conatus eſſet, 55. *abſolute. Terent. in Heaut. Act.* II. *ſc.* 2. *dum moliuntur, dum conantur, annus eſt.* Munckerus addidit *Errat Vir Cl. In Terent. legitur, DUM COMUNTUR.*
Concedere. conceſſa ſcientia a quo, 14. *data, edocta.*
Concipere. dixit, ſe ab Apolline concepiſſe, 121. *ex Apolline.*
Concredere conſilia ſua cui, 82.
Concubitio. concubitionis genus inuſitatum. P. 2, 12. *de concubitu Iovis cum Danaë, ſpecie pluviae ſe inſinuantis.*
Conditio regis, 100. *active, quam rex offert.*
Condormire, 125. *dormire.*
Confectio. P. 1. praef. *compoſitio, conſcriptio, ſcriptum opus; quomodo Cicero, ſed cum addito, libri. Ut in de Senect. Confectio hujus libri mihi jucunda fuit.*
Conferre arma cum quo. 16. *pugnare. Vide Cornel. Nep. in Eum. c.* 11.
Conficere ſacrificium. P. 2. 40. *facere.* quem ex pennis, 20. *pennis, vel cum pennis trajectum occidere.*
Confidere ſibi de re aliqua. P. 2. 26. *plane, quod alii praepoſitione emiſſa. & ſic Caeſar II. B. C. confidere de ſalute.*
Conflagravit Semelem, 179. *cremavit. Sic paſſiva ſignificatione Auctor ad Herennium. Urbs acerbiſſimo concidit incendio conflagrata.* Vide *Sanctii Minervam.*
Congeminare noctes duas, 29.
Conjector, 91. *interpres ſomniorum. vid. Feſtum.*

Conjicere. conjicit ſe hircus in vineam. P. 2. 4. Tanais in paludem. P. 1. 3. *eo decurrit.* Conjecit clavos in rotas, 84. *obicem rotis poſuit, ne poſſent excidere ex axe. Vide me in de Re Vehiculari lib.* 1. conjecta ſunt in teſtudine ut brachia. P. 3. 6. *v. Not.*
Conjugio ducere quam. 186. *Ellipt. pro, in conjugio, quod eſt poſitum pro, in conjugium, ut fit in aliis.* privare quam, 1. *fieri pellex ejus.*
Conjuravit cum matronis. 2. *vide notas.* Conjurarunt inter ſe. 46. *Ita Plautus.*
Conjurati duces ad oppugnandam Trojam, 95. conjuratae Lemniades, 15.
Conlactius, 224. *Collactaneus. Vide notas.*
Conſcendere in ratem, 3.
Conſciam rei ſumere quam, 4.
Conſecratae inter ſydera, 102.
Conſenſerunt famuli cum nautis, 194. *de conjurantibus.*
Conſtare. Conſtat Hercules contra Hydram. P. 2, 23. *Stat, compoſitum pro ſimplici, & notat boſtilitatem ac pugnam.*
Conſtituere aſtra, P. 2, 42. *ſtellis ſuas aſſignare figuras corporaque.* conſtituit reliquam copiam exercitus. P. 2, 42. *fugientem ante facit ſtare, confirmato animo.* conſtituere oppidum, 149. conſtituere ſimulacrum, 225. templum, 260. *ſic,* conſtituta urbs ab ejus nomine. P. 2, 2. conſtituit petitionem inter eas. P. 2, 24. *Inſtituit, (ſi modo integra eſt ſcriptura) fecit, ut peterentur propter dotem, quia indotatae negligebantur.* conſtituit ſibi praeſidium currus, P. 2, 14. conſtituta aetate quis, 15. *ſenili.* ad conſtitutum, 148. *ſc. tempus, de quo inter eos convenerat.*
Conſtringere in rota quem. 62. *Vide, quae de hac re ſcripſi lib. I. c.* 18. *de Re Vehiculari.*
Conſumere. Conſumſit brachium ejus, 83. *in cibum, puta, edit. Sic* conſumunt pecora ejus, 126. ipſam equae ſuae, 250. aeſtimans, conſumere ipſam velle, 136. conſumptus eſt in templo, 247. conſumpti ſunt a Sphinge, 69. *aliter.* conſumptae ab luctu, 191. *viribus & vita exhauſtae. aliter.* conſumere partem P. 2, 15. *ſumere.*
Contendere. Contendentes venerunt ad regem, 187. *litigantes.* contendit pammachum, pancratium Herculis in ludis, 273. *certavit id genus certaminis cum aliis.*
Continentur haec ſigna curſu Solis, P. 2, 20.
Contingunt ſacrificia pauperibus, P. 2, 15. *datur eis facultas ſacrificandi. Quemodo Ovidius.* XII. *Met. v.* 195. *Sed jam aut contigerant illi connubia matris, Aut fuerant promiſſa tuae.*
Contra regionem ejus loci eſt poſita Lyra, P. 3, 6. Thebas ager eſt. P. 2, 20.
Contrahere litem ira, 257. *Vide not.*
Convenio. convenit ei, 105. *cum eo, de colludentibus occulte.* conveniſſe eos inter ſe negant P. 2, 4. *concordes fuiſſe.*
Converſatur hic inter homines. P. 2. 24. *verſatur.*
Copia reliqua exercitus. P. 2, 24. *pars, multitudo.* ab eo, ut copiam ſibi faceret, impetrare non potuit. P. 2, 20. *plenius ita:* corporis copiam non fecit, 93. cum ei copia non fieret. P. 2, 16. *eodem ſenſu.*
Coquo. Coctae ficus. P. 2, 40. *maturae factae.*
Corintho decedit Polybus, 67. *Ellip. pro, in Corintho, Corinthi.*
Corius, 195. *pro, curium. vid. notas.*
Corpore ejus inducta, incidit in amorem. P. 2, 20. *forma.* corporibus recuperatis. P. 2, 20. *quomodo apud Phaedrum,* III. 7. *corpus facere.*
Crateris anſae, labra, P. 3, 39.
Creo. Creata ea eſt prima mortalis, 142. *genita.*
Credere ſe noluit, 274. *committere ejus fidei.*
Cretoſum lutum, 220.
Cruciatus. data ei eſt in cruciatum, 8. *ut ab ea cruciatu & ſupplicio poſſet affici.*
Cubare. ut cubaret ſecum, impetravit, P. 2, 8. *concumberet.*
Cum cauſſa interſicere genus mortalium, 152. *opponitur τῦ, ſine cauſſa.* cum Muſis delectatur. P. 2, 27. *plene, quod alias vulgo ſine praepoſitione efferunt. Τῦ cum, reſpondet ita.* cum deſcendebat, & aurum ſubito oſtendebat, ita rumor ſublatus eſt, 14.
Cupidus viae, 194. *qui feſtinat ad faciendum iter.*
Cuſtodes miſit cum muliere, 45. *Miniſtros, qui curam ejus haberent.*

## D.

Dare. da, quod pueri ſolent, 189. *inter obſcoena. vide Priap. 2. & ibi notas.* Data ei eſt fuga, 119. *permiſſa, conceſſa.*
De Caucaſo eſt ſolutus, 54. fano rapuerunt, 77. Graecia venerunt ad Aulidem Danai, 265. inſula ejectus, P. 2, 34. manu filii mortem cavere 66. nutricibus una, P. 2, 2. re ea reſponſum petierunt, 139. re Venerea voluptas, 75. rebus his diligenter exquiſivit Thales. P. 2, 2. tenebris Labyrinthi ad lucem venit, P. 2, 5.
Decantare, 194. *Canere.*
Decidit, percuſſus ab apro, 14. *compoſ. pro ſimpl. cecidit, i. e. occubuit.*
Declinare. illa declinavit, dum colligit aurum, 185. *omiſit perſequi.*
Deficit ei animus, P. 2, 16. *moritur.* defectus currus, 84. *cui quid deeſt, non integer.*
Definitur ad aeſtivum, ab arctico circulo. P. 3, 3. *pro, uſque ad aeſtivum.*
Deformare. deformavit corpora eorum in aſtris P. 2, 4.

P. 2, 4. *formavit*, *figuravit*. deformatur in aliquo numero aſtrorum, P. 2, 34. ſella quadrato, P. 3, 9. deformatus ad ſydera, P. 2, 34. *pro ad ſydera*, *vel*, *in ſyderibus*.
Delectatur cum Muſis, P. 2, 27. *plene*, *quod alii malunt omiſſa praepoſitione*, *delectatur Muſis. Cicero epiſt. ad Attic. II. Interea quidem cum Muſis nos delectabimus*.
Delibare cui de frugibus, 130. *libare*.
Deltotum. cum eo ſidere, quod deltotum vocatur, P. 2. praefat.
Demandavit eum necandum 119. *mandavit*, *praecepit*. Strophio in Phocide, 117. commendavit Antigonam ad paſtores, 72. *ablegavit*. *vide*, *Mandare*.
Demere capillos, 189, 274. *detondere*, *reſecare*, *quomodo apud Plautum*, *demere ungues*.
Demonſtrare. demonſtrant, omnium fratrum inter ſe amatiſſimos fuiſſe, P. 2, 22. *teſtantur*. *Sic*, demonſtrat eum Phorbanta nomine, P. 2, 14. demonſtratur Siſiphi uxor, P. 2, 21.
Denique. primum, denique, P. 3, 11. *deinde*.
Deorſum cinctus veſtem, 9.
Deoptare. deoptandi poteſtatem ei dedit, 191. *optandi*.
Deponere. depoſita ibi eſt filia, 88. *ſecuritatis cauſa conſtituta*.
Deprecari. deprecatus eſt eum, ſepulturae traderet, 125. *ellip. ut traderet. deprecatus*, *pro*, *precatus*, *ut alibi*, *compoſitum pro ſimplici. Integre eſt in his* : deprecatus Pollux, ut liceret, 20. ad deprecandum venit, ut ſibi redderet, 121. deprecatus pro eis eſt Polydectes, 63. *veniae impetrandae cauſſa*. *Sic*, deprecati ſunt pro Hypſipile, 74. *adde* 72.
Deprehendi non poteſt, 201. *abſolute*, *puta*, *in furto*.
Deſperata ſpes, P. 2, 4.
Deſpicere. cum caeteri deſpexiſſent, 22. *ſcil. eam*, *quod ex ſuperioribus huc trahendum*, *ſignificatque*, *emittere*, *non curare*.
Detexere, 126. *finire texturam*.
Detrahere. detraxit ex veſte ſibulas, 67.
Devirginare quam, 23. *ſic Petronius. Devirginetur Pannychis noſtra*.
Devoratus terra, 73.
Differre. quos illa conditione ita differebat, 126. *Extrahebat*, *injecta mora*.
Diffinio. diffinierunt eum aurigam. P. 2, 13. *nominarunt*.
Dignitas formae, 106. *praeſtantia*. *venuſtas*.
Dignus ejus ſaeculi, P. 2, 5. *Ellip. pro*, *moribus ejus ſaeculi*. *vide Voſſ. de conſtr. c.* 11. *Adde not*.
Diligenter agnovit, 254. *probe*, *bene*. *vide quae notavi ad fragm. Petronii p.* 65. *ibique adde Indicem*. *Sic*, diligenter navigare, P. 2, 2.
Diminuere ignem, P. 2, 15. *beneſte*, *pro*, *ſubducere clanculum furto*.
Directus oritur, P. 3, 26. P. 5. 27. *rectus ejus oppoſitum*, *obliquus*.
Diſcedere. diſceſſere, 112. *abſol. pro*, *diſceſſere a pugna*, *omiſerunt conflictum*.
Diſcere. didicit Lyram, P. 2, 6.
Diſcumbere cum ancillis, 126. *cenvivari*.
Diſſuaderi. diſſuaſus ille ab amicis, fraudavit fidem, 219.
Diverſae manus, P. 3, 10. *verſae in contrarias partes*.
Divertitur Hercules apud ipſum, P. 2, 38.
Divinitas. Divinitate aliqua ſervatus, 194. *numine quodam*, *virtute quadam divina*.
Divinus, 118. *vates*. *Martialis. Non ſum divinus, ſed ſcio, quid facias*.
Do. Dant balatum carnes, 126. *edunt*. dare fruges in ſementem, 2. quem in cruciatum alteri, 8. dare optatum cui, 14. *largiri*, *quod quis optavit*, *petiit*. viam regi, 67. data ei eſt fuga, 119. *conceſſa*, *praebita*.
Doctus augurio, 14. *Ellip. pro in auguris*.
Domus. domum reditio, 125.
Domos diverſas petierunt, 14. *ſedes*.
Donificare, 112. *dona dare*.
Draco cuſtos fontis, 74.
Duco. ducere praedam ſibi, 110. *capere*. conjugio quam, 106. *Ellip. pro*, *in conjugio*, *quod idem*, *ac in conjugium*. ductus oblivione praetermiſit eam, P. 2, 7. ſorte, ut ſacrum faceret, 135.
Dum tranſiret, 12. *dummodo*.
Durare nemo poteſt his locis, P. 4. 3. non poſſunt homines propter ardorem, P. 1. 8. *Terentius Adelphis*. *Non Hercle hic quidem durare quiſquam*, *ſi ſic ſit*, *poteſt*. duratae lachrymae in electrum, 154. *durae factae*.

## E.

Edere quem ex inſula, 122. *Expetere*, *compoſitum pro ſimplici*, *dare*. *quomodo apud Terent. in Eunucho. mirum*, *ni ego me turpiter hodie binc dabo*, *Act.* 11. *ſc.* 1. *ubi vide Gujetum*.
Efficere. Efficit flexum capite primum, P. 3, 8. *flectit ſe*.
Effigies. Effigiem reſtituit ei ſuam, 126. *ſpeciem*, *formam*, in effigiem delphini transfiguratus eſt, 134. in quamcunque effigiem vult, transmutatur, 205. *Plinius X.* 44. *unde origo fabulae*, *Diomedis ſocios in earum effigies mutatos*.
Egens liberis, 175. *orbus*.
Ejicio. Ejicit coxas, 57. *movet e ſede ſua naturali*. *Vide not*. lumen ſol, P. 4. 14. *emittit*.
Elidere. Elidebatur graviter ad terram, 38. *Vide Notas*.
*Ellipſis apud noſtrum frequens*, *in hiſce ſingularis*.

Genua ejus reliquo corpore diviſit, P. 3, 20. *deeſt A. Sic*, quo Midas petiit, 191. *a quo.* raptu Proſerpinae aberrantes, 141. deeſt *AB. ab raptu, poſt raptum. Ita*, his commemorabilis eſt cetus. praef. 2. *pro, ab his.* poſt haec pellem Colchos ſervabat, 151. *deeſt Apud. apud Colchos.* Etiam ſcriptis tuis perſpici poteſt, P. 1. praef. *deeſt Ex. ex ſcriptis. ſic* Theſeus ludis eum rapuit. *pro, ex ludis.* Stephanus facto appellatus, P. 2, 5. *pro, ex facto.* quo cum Areopagitae conſedissent, 274. *pro, ex quo, ex qua re, ob quam rem. Ita*, quo ejus prior pars apparet. P. 2, 21. *Ex quo, unde.* quo cum Mars veniſſet, 35. *Ex quo, ex qua cauſſa.* quo Midas petiit, 191. *ex quo.* AEgypto oppida communire juſſit eum, 149. *deeſt IN. Sic*, coelo videbatur alte volans, P. 2, 8. conjugio duxit Melanippam, 186. *Sic*, Corintho Polybus decedit, 67. *pro, in Corintho.* Delo nullus canis, 248. Lero inſula nullus lepus, P. 2, 33. mundo collocavit, P. 2, 8. nuptiis accepit a Venere, P. 2, 5. nuptiis filiarum fecit, 273. ſomno acquieverunt, 254. tantum bellatrix, 193. *pro in tantum.* Templo Dianae immolatur, 120. *pro in templo.* Hoc Hercules Neſſum ſagittis confixit, 34. *Sic*, quae ſol ne polluereturet, auſugit, 258. *deeſt, OB vel, propter. Ita*, Jupiter neſcius, quod faceret. P. 2, 35. *ob quod. Et hoc genus noſtro frequentiſſimum, ac peculiare, quod fruſtra putarunt emendandum. Sic*, quod cum mori non poſſet, 52. quod cum veniſſet, 63. quod Jovis eos cum vidiſſet, 79. *Adde* 103, 104, 106, 121, 133, 136, 140, 146, 166. fecit, inter ſe certarent, 126. *deeſt, Ut, ut certarent.*

Ementiri. illa ementita eſt, dicitque, ſignum contaminaſſe, 120.

Eo. ire ad oppugnatum Thebas, 73. Trojam, 121. *proficiſci.*

Eo intervenit, 32. *Ellip. in eo tempore, ut fab.* 46. *in eo tempore Eumolpus venit.* eo juſſit incendi carbones, 219. *pro, in eo loco.*

Epulari. epulandum ei appoſuit filium, 258. *edendum, vide not.*

Equi. equis junctis vehi, 47. *pro vehiculo. Vide nos in de Re Vehiculari.*

Erga quem bene merens, 25. *Plaut. in Amphit. V.* 1. *Jam iſtuc gaudeo, utut erga me eſt merita.*

Ergaſtulum. Ex ergaſtulo aliquis, 190. *Graeca imitatione.*

Erratio. locutus de fine errationis ſuae, 125. *vagi & incerti itineris.* incidit compluribus erratio, P. 2. *error.*

Eruditus omnium artium, P. 2, 6. *Graec. phraſ. v. Sanctium II. c.* 3.

Et cognita ſorore, & Terei impium facinus, 45. *Nota, caſus diverſos. Et vide not.*

Eventus. eventum ſuum dicere Dianae veritæ eſt, P. 2. 1. *id, quod eveniſſet ſibi, caſum ſuum, Sic*, eventu liberari, P. 2, 4.

Ex diverſo non poteſt videri, P. 2, 12. ex fide data rogavit eum, ut hoc faceret, 198. ex hoc eſt cognitus, 96. ex ſortibus occidit, 138. *ſortibus ſic volentibus & praedicentibus.* ex numero deorum habet columbas, 196. *inter Deos, in Deorum numero. Aliter*, aves ex pennis ſuis eos confecerunt, 20. *plene, quod vulgo omiſſa praepoſitione, confecerunt pennis, vel, cum pennis, notat inſtrumentum. ſic* ex venenis miracula fecit, 24. ex felle tinxit ſagittas, 30. *notat materiam. Sic*, ex foliis ſe obruit, 126. ex purpura intextus chlamis, 273. ex gemmis monile aureum, 73. *cum gemmis.*

Exagitare quem, 26. *inquietare accuſando.*

Exco. Exire ad lucem, P. 4. 12. *compoſ. pro ſimpl. h. e. oriri. ſimiliter*, exit ex arena aries. 133. *i. e. prodit. Sic*, Exeunt ex ea ſerpentes, 91. exire extra venatum, 19. Exit inter eos draco, 100. ſors Helenae, 89. *Vide not.* Exit victor 84. *fit, evadit.*

Exequi injurias fratris, 117. *Plinius* III. *ep.* 4. *veniebat in mentem, priores noſtros etiam ſingulorum hoſpitum injurias accuſationibus executos. Sic*, juſſit avi ſui injurias exequi, 28. executa eſt injurias ſuas, 199. cupiens exequi injurias a fratre ſuo, 38. exequi mortem patris, 119, 184. poenas fratrum, 174. poenas matris, 58, 140.

Exercere canes, 181. ſe cithara, 106.

Exeſſe. Serpens appoſitus, qui jecur ejus exeſſet, 55. *devoraret.*

Exigere aevum in mari, 125. vitam ſine oppidis, legibus, 143. *agere.* Exigere pecus, P. 4, 3. *ducere in paſcua.*

Exitium. ad hoc exitium venit, 190. *extremum, ultimum, ad hunc eventum, antique. Feſtus. exitum antiqui ponebant pro exitu.*

Exordium regnandi tradidit Phoroneo Jupiter, 143. *primum regem fecit eum.*

Explicare. mittit, qui explicarent, infantem aliquem, 186. *diligenter inquirerent, & compararent.*

Exponere. Juſſit exponi, cum peperiſſet, 66. *abſol.* Expoſitus eſt in Lemno, 102. *ex navigio.*

Expoſtulo. Expoſtulavit, ut ejus filia immolaretur, 46. *poſtulavit. Sic*, expoſtulavit, ut filia objiceretur ceto, 64.

Exquiro. Exquiſivit de his rebus, P. 2, 2. *quaeſivit.*

Exſuperare, 71. *ſuperſtes eſſe. Vide notas.*

Extollere ſaxum, P. 2, 6.

Extra ire venatum, 18. *exire.*

Extrahere quem ad mortem, 8, *trahere.*

Exuere

Exuere quem ex utero alterius, 167. *promere.*
Exulari. Tunc ea iterum exulatur, 26. *fit exul, in exilium ejicitur.*

F.

Fabrica, 38. *ars fabrilis. Ita Cicero. vide notas.*
Fabricari. Fabricatus eſt plauſtrum, P. 2, 4.
Facere agnitionem, 190. clamorem, P. 2, 23. hecatomben, 118. ova pullos, 65. ſacra Junonis, 143. ſimulacrum Neptuno, P. 2, 17. vitem floridam, P. 2. 4. urinam in corium, 195.
Facies virginalis, P. 2, 1. *ſpecies.*
Facunditas P. 1. praef. *Gloſſae Graeco-Latinae veteres: εὐγλωττία, facunditas.*
Fallo. fefellit avaritia votum, 89. *inconfectum fecit.*
Farcio. fartum ventriculum, 126. *v. not.*
Fatalis crinis, 242. titio, 171. Ulyſſes eſt his, 141. *fati & obitus cauſſa.*
Fatum eſt, condere cum oppidum ſibi, 178. fatum harum eſt, tamdiu vivere, 125. fatum fuit huic, ut Acriſium interficeret, quod peperiſſet, 63. fatum fuit Nereidi, fore fortiorem, qui ex ea natus eſſet, 54. fata canere cui, 171, 174.
Ferae, P. 2, 14. *ſerpentes.*
Feriati ut eſſent, praecepit, 108.
Fero. arma tulerunt, amiſſis ſponſis, 80. *abſol. pro, tulerunt contra eos, i. e. bello eos petierunt.* fertur dies, nox. P. 4, 9. *ſimpl. pro compoſito, effertur, fit.*
Ferox facta, 199. *fera.*
Fidem non habet, 92. *non conſequitur, non invenit apud alios, ei non creditur. Sic Ovidius: res habuit fidem.*
Figo. fixit ſe in petram fuſcina, 169.
Figura corporis ea, P. 2, 1. *ſpecies, forma. Sic,* figura hoſpitis, 189. figura Alexandri Apollo eum occidit, 113. *pro ſub figura, i. e. ejus habitu, ſpecie.*
Figurare. figuravit arietem inter ſidera, P. 2, 20. ita eum ſideribus figuraſſe ajunt. P. 2, 14. figuratur inter ſidera, P. 2, 4. figurata lyra ſtellis P. 2, 7. figuratum ſimulacrum delphini inter ſidera, P. 2, 17.
Finis. fine genuum dividitur, P. 3, 12. & 13. fine genuum occidit a pedibus P. 4, 12. fine crateris, veli oritur, P. 4, 12. fine media, 82.
Fio. fit cognitio, 122. *agnoſcunt ſe mutuo.* fieri debet hecatombe, 118.
Fines dictae ſunt, 145.
Flebile canere, 157.
Fleo. Flet, ne amicus periret, 257.
Floridam facere vitem, P. 2, 4.
Formatio. hujus inferiorem partem piſcis eſſe formationem, ajunt, P. 2, 28. *ſpeciem, formam.*
Fraudare. quod & ipſum Laomedon fraudavit, 89. fraudavit fidem, 219. *ſicut Caeſar III. B. C. fraudavit ſtipendium militum.*
Fulgitrua, 183.
Furia, 107. *furor.*
Furtum facere cui, 200.

G.

Gemnici ludi, 273. *Gymnici.*
Gens armatorum, 22.
Genus. generis totius matronae, 2. *gentis. Nepos. Ex Macedonum autem genere duo.*
Gradior iter, 38. *ambulo, iter facio. v. not.*

H.

Habere pulverem, P. 3, 11. *pulverulentum eſſe.* repetitionem domum, 118. virtutem tantam, 64.
Hecatombe, 118.
Homines, 142. *viri.*
Hoſpes, 189. *peregrinus.*
Hoſpitaliter accipi, P. 2, 14. *amice, bene.*
Hoſtiam percutere, 183.

I.

Jaculari quem conchiliis, p. 2, 28. *Horatius ſacras jaculatus arces.*
Id. Id Aletes, &c. 182. *pro, ob id. Vide ellipſ.*
Ignarus filius Priami, 273. *ignotus. Tac. H. III. 74. turbae ſacricolarum immixtus ignaruſque apud Corneliam delituit. Ita ibi ex Cod. Vaticano edidit Lipſius.*
Ignoratur ab hominibus, 125. *eſt eis ignotus, nunquam viderunt.*
Illidere. membra eorum illiſa ſunt ad ſaxa, 116.
Illuſtrare artem ſuam per civitatem, 194. *notam & claram facere.*
Immutare. immutat mentes medicamentum, 132. *dementat.* immutavit ſocios ab humana ſpecie, 125. *breviter loquitur.* Immutatus in lapidem ab humana ſpecie. 64. *transformatus.*
Impellere. Impulit ſuper Caſtorem pilam, 80. *projecit.*
Imponere. Impoſuit laurum in caput, 203. *poſuit.* notam in ungulis, 200. impoſuit ſuper eum montem, 152.
Imprecari cum vellet Buſiris Deos, 31. *precari. Sic,* imprecata eſt, ut afficeretur ſupplicio, quisquis. &c. 165.
In aquam ſtare, 92. *in aqua.* in arcem equum cum ſtatuiſ-

ſtatuiſſent, 108. *in arce.* in aſpectum non magnus, P. 4. 16. *vulgo aſpectu, i. e. in aſpectu. Sic*, in ſervitutem liberaliter tractatus, 51. In tabernaculum obruerat aurum, 105. In terram Atticam ſacerdotem eum fecit, 122. *Aliter.* in adjutorio vocavit eum, 190. *pro in adjutorium.* in concilio quem adducere, 66. *in concilium. Sic*, in conjugio avehere quam, 5. in conjugio dare quam 72. in Ida monte ut deducat eas, imperat, 92. in inſula detulit eum, 139. in Iſtria eum perſecutus eſt, 23. in mari projectus, P. 2. 40. in munimento concluſit eam, 186. in numero ſtellarum eam retulit, 177. in praeſidio cui dare quem, 52. in venatione exire, 186. in uſu ſuo conſumere quid, P. 2, 15. *Aliter.* In aſtra conſtitutus, P. 2, 7. *pro, inter aſtra.* in Muſis acutiſſimus P. 2, 27. *Aliter.* In aſtris deformavit corpora, P. 2, 4. *vulgo omiſſa praepoſitione; aſtris deformavit. Sic*, in flamma conſumere hoſtias, P. 2, 15. in his locis proximi, P. 2, 30. in hoſpitio cognito diſcedunt, 112. *Aliter.* in conjugem habere quam, 10. *id eſt, conjugem. Aliter.* in concubinatum quam emere ſibi, 190. in conjugium abducere quam, 43. in conjugium avehere quam, 63. in conjugium dare quam, 72, 123. habere quam, 42, 45. Sic Juſtin. VII. 6. *Sororem Olympiadis in matrimonium habebat.* MUNCK. In conſpectum adduxit Cerberum regi, 30. in conſpectum Deae incidit Actaeon, 191. in cruciatum dare quam, 8. in dies 101, 165. in certamen provocat ad cantum citharae, 165. in fugam hoſpitis eum mutat, 189. in hoc auxilium petit, 40. in honorem quem recipere hoſpitio, 19. *vide notas.* in hoſpitium venire ad quem, 57. in potionem dat cor contritum, 167. in quietem ei venit Apollo, 194. in ſementem dare fruges, 2. in ſimilitudinem pugnantis conſtituit eum inter ſidera, P. 2, 6. in unum perveniunt, P. 2, 36. *veniunt. compoſ. pro ſimpl. Aliter.* in deliciis habuit eum, 91. in equo ſcribere, 108. in perſona mendici eum adducit ad ipſam, 126. in pila collocare oſſa, 90. in rotundo deformatae ſtellae, P. 2, 27. in rotundo diſpoſitas ſtellas habet, P. 3, 4. in venatu necari, 150. in naufragio perire, 65. *plene, pro naufragio perire.*

Inauratus aries, 3. *aureus, aliis.*

Incidit. Incidit Thebis ſterilitas frugum, 67. *accidit, evenit.* ſtudium compluribus civitatis, P. 2, 33. *v. notas.* ſuſpicio ei, virum ſuum concubuiſſe, 7. in amorem ejus, 190.

Incinctus eſſe, P. 3, 33. *cinctus.*

Incommodus nuntius, P. 2, 40. *Malus.*

India. 275. *pro Mediterraneis Africae. Adde Turnebi Adverſaria.*

Indicium cognitionis filii, 37. ſignificationis fecit tonitru, P. 2, 5.

Inevitabile jaculum. 189.

*Infinitivus poſitus pro praeterito imperfecto cum conjunctione ut.* Ei reſponſum fuit, mortem cavere, 27. *ut caveret*, ad flumen exit, ſanguinem abluere, 88. *ut abluere.* Inſtigavit Vulcanum, Minervam petere in conjugium, 166. *ut peteret.* Ibi fatum eſſe reſponſum accepit, eum oppidum condere 178. *ut ibi conderet.* a rege petiit, per civitatem artem ſuam illuſtrare, 194. *ut illuſtraret. Aliquando ponitur pro futuro, ut:* mentitur, eam in conjugium dari, 98. *datum iri.* Si quis interiiſſet, oppidum ea clade liberari, 69. *liberatum iri.* ex urbe ſeceſſit, ſimulatque, ſe ſacra facere, 129. *ſe facturum.* pollicitus, ire, 41. *ſe iturum.* Se inde abire, 67. *ſe abiturum.* ſe dare in conjugem, 92. *ſe daturum.*

Infirmare alicui fidem ſuam, 123.

Informo. informati ſunt in ſaxum ab humana ſpecie, 64. *transformati ſunt: immutati, ut mox habet.*

Ingeſtum, praefat. Fab.

Ingeniculare ſe, P. 2. 6. *in genua procidere, a geniculare, quod habent Gloſſae veteres Graeco-Latinae. γονυκλῶ, geniculo. Item Philoxenus. niſi quod litteram unam mutat, alteram omittat. Scribit enim, Genuclat, γονάζει. unde ingeniculus apud Firmicum in Aſtronom.*

Ingenioſus ad artem muſicam, P. 2, 7. *Commodo ingenio praeditus. Ovidius de agro uſurpavit IV. Faſt. v. 694. ſed ad ſegetes ingenioſus ager.*

Inhabitat urbem, 14.

Injicere amorem cui, 22. caliginem, 2. veſtem 1. injecta inſania ſe praecipitavit, P. 2, 13.

Inquinare aquam, 199. *inficere. Etiam hoc ſic uſurpat Ovidii exemplo, ut alia, qui ſic loquitur in Metam. XIV.*

Inquiſivit, quo cum ducerent, 91. *quaeſivit. Sic*, inquiſivit ab ſorore, quod dixiſſent, 109. inquirit quis tranſire ad puppim, P. 4, 13.

Inſcientia, P. 4, 13. *inſcitia.*

Inſcienter, P. 2, 42. *imperite, inepte.* inſcientiſſime, P. 2, 12.

Inſcius. Inſcia voluit interficere filium, 100. *ignorans, filium eſſe.* Inſcia voluit ſorori oculos eruere, 122. *ignorans, eſſe ſororem.*

Inſequi. Inſecutus eſt poenas matris, 58. *ſecutus eſt, poſt eſt natus, quam puniretur.*

Inſidere in hydra, P. 2, 40. *ſedere.*

Inſigne habet in corpore, 72. *Inſignia ingenuitatis*, 187.

Inſpicere. Id Pelias inſpiciens, 12. *cernens.*

Inſtat in manu ejus capra, P. 2, 13. *ſtat.* inſtanti tempore ſimulat, P. 2, 40. *praeſenti.*

Inſtituo. Inſtituerunt curſoribus, ut currerent. P. 2. 15. *pro, in curſoribus. v. not.*

Intelligere non poſſunt, quis eſſet, 95.

Inter conjuratos veni, 95. *ad conjuratos. vel potius, in conjuratis, cum conjuratis.* inter ſe ſunt inimici, 60. *quomodo Cicero in ep.*

*ep. ad Q. Frat. inter ſe amant. v. Nepot. Dion. c. 4.*
Intercedit tempus, 126. *poſt tempus aliquod.*
Interdicere. Interdixit eis, ne ciſtulam aperirent, P. 2, 13. *dixit.*
Interfectrix, 122.
Interire. ab Lapithis interierunt Centauri, 33. *Cicero Acad. Nihil valentius, à quo intereat.*
Interitus ei eſt futurus ex partu, 140. *partus natus cum interficiet.*
Internuntius inter matrem & filium, 184.
Interponere ſe in quos, 23.
Interſcapilium, P. 3, 1. & 19, & 20, & 23, & 25, *item* 26, & 27, & 37. *ſpatium inter ſcapulas, a tergo. vox occurrit apud Marcellum Empiricum, aevi Theodoſiani ſcriptorem: Philoxenus pro eo uſurpavit, interſcapulum, Graeceque reddidit μεσόφρενον.*
Intervallum diffidens breve, P. 3, 10. longum ſatis, P. 3, 39.
Intervenit eo rex, 120. nutrix, ne ſe necaret, 59.
Invenio. inventus eſt eſſe filius Priami, 273. inventa eſt mulier, 23. *Terent. Eunuchi fine. Scio, Pamphilam meam inventam civem. Ubi Donatus:* inventam, *cognitam.*
Invidia. propter artificii invidiam tecto dejecit eum, 39, 244.
Involare pecus alicujus, 200. *invadere, ſubducendi, & furandi animo.*
Jovis. 31, 53, 54, 63, 75, 79, 92, 140, 146, 150, 152. *pro, Jupiter, antique, ac plebeio more, cum plebs retinens ſit antiquorum. Vide Voſſium de Anal. I. c. 48. & quae nos in frag. Petronii Dalmaticum.*
Iratus. Irato animo quid ferre, P. 2, 4.
Irrigare amnes undique, 152. mare in terram, 164. *inducere. Cato de R. R. c. 151. aquam irrigato leniter in areas.*
Irrigatio, 153. *diluvium.*
Is. Ut liceret ei communicare, 80. *pro, ſibi.*
Iſim, P. 2, 40. *pro Iſidem.*
Ita ornatus, quomodo ſe praecipitaverat, 194.
Itaque. cogitans, ſi Ariadnen in patriam portaſſet, ſibi opprobrium futurum: itaque reliquit, 43. *vulgo cogitans, reliquit, vel quia cogitavit, itaque reliquit. puto & hoc plebejum eſſe. adde P. 2, 5.*
Jubeo. jufferat filio, ut auferret, 55. *Graeca conſuetudo. v. Voſſium de Conſtr.*
Judicare ſecundum aliquem, 75. 164. *Cicero ad Attic. I. 12. Secundum Buthrotios judicavit.*
Jugum. Cleops & Bitias pro bobus ſub jugo ſe junxerunt, 254. *plene, pro quo vulgo, jugo ſe junxerunt.*
Jupitris, P. 2, 13. *pro, Jovis. probat Priſcianus.*
Juror. Juratus eſt illi, P. 2, 15. *Plautus in Rud. Nam tu juratus mihi es. pro juraſti. & ſic Lucanus, aliique. Quanquam & hoc inter plebeja referendum videatur.*
Juvare. Juvit auxilio receptos Jaſon, 21. *Cic. pro Corn. Noſtros duces auxilio laboris, commeatus juverint.*

L.

Laborare quid in adoleſcentia, P. 1. praefat. *ſcribere, conſignare litteris.* laborans femina, 274. *parturiens.*
Lacedaemon hoſpes, 92. *Lacedaemonius.* Munckerus addit: verba Hygini ſunt: *Helenam a Lacedaemone ab Hoſpite Menelao abduxit.* ſed ibi Lacedaemon urbis nomen eſt, nec adjectivum, nec ſubſtantivum.
Lachrimatur obitum ejus, P. 2, 4. *id eſt, propter obitum ejus. Terent. Eunuch. A. V. ſc. 1. Num id lachrimat virgo? P. id opinor. Donatus eo loco: id lachrimat, ut ſupra, id vero ſerio triumphat: pro, ob id.*
Lactans nutrix, 147. v. *Not.* vacca, 106.
Lapides Lychnici, 223. v. *Plin. XXXVI. c. 5. ubi hoc genus lychniten vocatum a Varrone docet.*
Lavare veſtem ad mare, 66. lavandum veſtem tulit ad fluvium, 125. *Ellip. pro, ad lavandum.*
Legere ſerpentes, 26.
Liberalis judex, P. 1. *oppon. ſevero, acerbo.*
Liberare flumen, 257. *Ita Frontinus lib. I. c. 5. c. 3. unam ſpem ſalutis haberet, ſi flumen liberaſſet. adde lib. IV. c. 7. c. 28.*
Libere accipere quem hoſpitio, 125. *ut liberum decet, liberaliter.*
Liberi. procreavit liberos ſeptem, totidemque filias, 9. *pro filios ſeptem.*
Lingua una loquuntur primi homines, 143.
Lis. litem contrahere, 257. *litigare, contendere, rixari.*
Lucrari maleficium, P. 2, 40.
Ludi. Ludos fecit nuptiis filiarum, 223. *Ellip. pro, in nuptiis.*
Lumen ei reſtituit, 106. *lumina, viſum.*
Lychnici lapides, 223.

M.

Machinari coeperunt ei referre hanc gratiam, 46.
Mandare. Mandavit ei per obteſtationem, ne alter ferret impune, 8. mandavit filium in AEtoliam, 184. *Simpl. pro compoſ. amandavit. Cic. pro Sylla. familiariſſimum ſuum dimittere ab ſe, & mandare in ultimas terras. Sic* mandat Philomelam ad Lynceum regem, 45.
Mantis, 190. *vates, augur.*
Manus diverſae, P. 3, 10.
Mederi. medetur aeſtum caniculae ventus, P. 2, 4. *Terent. Phorm. Quas, cum res adverſae ſint, minus mederi poſſis.*

Medicamentum malum esse dicit vinum, 132. *venenum.* arbitrantes Icarium sibi malum medicamentum dedisse, 130. medicamentis inquinavit aquam, 199. *pro, medicamentis malis, venenis.*
Medicina ars, medicina ocularia, 274.
Membratim, 165, 184.
Meminit transisse animam in corpora, 112.
Merens bene erga quem, 25.
Migrare in se gloriam, 259. *transferre. quomodo Gellius, migrare nidum, lib. II. c. 29. Ita cassita nidum migravit, hoc esse, alio transtulit.*
Minari. damna minantur sponsori, 221.
Ministrat lepori ad partum ejus, P. 2, 33. *Ell. pro, usque ad partum; donec peperit. Dico autem, leperi, quia, leporem, quod praecedit, refertur ad, attulisse, non ministrasse.*
Miracula ex venenis facit, 24. *vide, ex.*
Miseror. miserata est illi Venus, 58. *vide Vossium de Constr. c. 39. miserata, habes saepiuscule apud Virgilium.* Miserata cum est Minerva, 204. est virginem, 98. Miserata filia multis lachrymis, P. 2, 4. *repete, cadaver, ex superioribus.*
Mitto. mittere desultorem, 80. *in circo scil. ad cursum. Vox est circensis.* misit formidinem ei, 143. *immisit. simpl. pro composito.* Sagittam ad id, quod videbatur nigrum, P. 2, 34.
Missam faciebat arborem viribus, 38. *pro, emissam a viribus, hoc est, omittebat vires, quibus scilicet tenebat ante.*
Mnesteres, 126.
Moderatio versuum, P. 1. praef. *modulatio, carmen.*
Moles saxea, 125.
Monocrepis, 12. *Μονόκρηπις.*
Monstrum demonstrare, 136. *ostendere, quid significet.* solvere, 136. *aenigma.*
Morari. ubi & Theone morabatur, 190. *habitabat.*
Mordicus arripuit pedem, P. 2, 23. *morsu.* mordici equi, 273. *mordentes frena, nec audientes regimen.*
Multum videre, 14. *bene, clare.*
Mundus, P. 1, 1. *pro coelo. v. Plinium lib. II. c. 1. & Cicer. in Timaeo. Adde Turneb. XIX. Adv. c. 24. & XXVIII. c. 14. Gronov. ad Stat. Theb. XI. v. 130. Atque sic usurpat noster dicto* lib. 1. c. 2. & 8. lib. 2. c. 13. & 16. lib. 3. c. 36. lib. 4. c. 8. *Sic*, mundus vertens, P. 2, 10.
Muneror. requirunt Icarium, ut pro beneficio remuneraretur, P. 2, 4. *passive, vide tamen Not.*
Munus. Munere alumni, 192. *beneficio, opera.* Munera feminea, 96. *Munuscula, feminis competentia.*
Murus lapideus. 63. *quia est & ligneus.*
Mutilum, 201. *cornibus destitutum. Columella VII. c. 6. omni regione maritos gregum mutilos esse oportebit, quoniam cornuti fere pernitiosi sunt. Adde Donatum.*

N.

Nanciscor. Nacta occasione, 1. 8. 186. *Ita Apulejus: nacta libertate. Vide Vossium.* nacti ab Apolline, 28. *capti.*
Natura, P. 2, 23. *pudendum. ita Cicero III. de N. D. cujus obscoenius excitata natura traditur, quod aspectu Proserpinae commotus sit.*
Necessarium. necessario adductus, P. 2, 4. *eo, quod est necessarium.*
Necessitudo, P. 2, 15. *necessitas.*
Nemo Centaurus, P. 2, 27. *Cic. III. leg. Pontificem neminem bonum esse.*
Nihil aliter futurum rati, P. 2, 48. *non aliter.*
Nimium obscurum caput videtur. P. 2, 25.
Niti genu dextro, P. 4, 3. laboribus majoribus, P. 1. praef. *emari, anniti.*
Notam imponere in ungulis, 201.
Nox. nocte sacrificat, 99. *de nocte. Ellip.*
Nuntius incommodus, P. 2, 40. *malus, tristis.* nuncius venit, esse immolatos, 127. *pro venit nuncians, seu, qui nunciabat.*
Nutricius, 131. *Caesar III. B. C. nutricius ejus pueri eunuchus.*
Nutritor, 273.
Nutrix lactans, 147. *quae lac praebere potest, licet nec praebeat.*

O.

Ob id factum, 195. *plene, pro, ob id, eam ob causam, ideo.*
Obduco. Obductum caput, 88. *tectum. Cic. II. de leg. corpus quasi operimento matris obducitur. Adde not.*
Obeo. Obire ab morsu serpentis, 14. *plene. pro, obire morsu. sicut Plinius: obire morbo.*
Objicio. Objicere amorem infandum cui, 40. caliginem, 24, 98. timorem hominibus, P. 2, 28. objecit mulieribus, ut Orphea appeterent, P. 2, 7. *pro, objecit appetitum.* objecta fames ei, P. 2. 14. objecto favore a Junone, P. 2. 23. insania a Jove, 2. 3. 32. 132. 166. 184. a Libero, 242.
Obligo. Obligare quem laribus hospitalibus, 15. *foedere hospitii ad aras eorum sancito.* se jurejurando, 75.
Oblivio fit inimicitiarum, P. 2, 40.
Obruere se foliis, 115. *Ellip. pro, in foliis. Sic*, obruebat alumnum suum clam in igne, 147. obruit ibi magnum pondus auri, 105. *defodit. atque ita paulo post:* obruitur ab igni, 171. *consumitur.*

Obser-

Obſervantia. propter obſervantiam Veneris, P. 2, 42. *quae obſervatur, cuſtoditur.*
Obſiſtere ſe eis non poſſe vidit, 168. *reſiſtere.*
Obteſtatio. Per obteſtationem cui quid mandare, 8. *h. e. cum obteſtatione, ſeu precibus, in quibus dii adhibentur teſtes, implorantur que ultores, niſi fiat, quod petitur. Vide Feſtum.*
Obtinere regnum, 122. *occupare.*
Obturare radios ſolis, P. 4, 14.
Occidere eam in Oceanum prohibet Thetis, 177. *cadere, ſicut alias ſydera ſolent.* Occiduntur centum armenta, 118. *mactantur per ſacrificulum.* Occiſi tempeſtate, 116. *ebruti.*
Occupare. occupat, cum ſibi vim afferre voluiſſe, Proteo dicit, P. 2, 18.
Ocularia medicina, 274.
Opera. cum ſciret, ſuapte propter opera tot eam aerumnas tuliſſe, 145. *ſua culpa. Terent. Pherm. opera tua ad reſtim mihi quidem res rediit planiſſime.*
Operire. operuit ſe pellem leoninam, 69. *Ellip. pro in pellem. eſt autem in pellem, pro, in pelle. quod ſaepe ſolet. vide ſupra in* In. *Ideo, operuit ſe pellem, pro, operuit ſe pelle.*
Opponere liberos veſtimentis candidis, 4. *ante quem ponere.* ad januam quid, 125. *ponere.*
Opprimere pedem cui, 67. *premere, laedere.* cum fame forent oppreſſi, P. 2, 33. *preſſi.*
Optatum, 14. *res optata. ita Cic. & alii.*
Optio. optionem accipere, 166. dederunt ei, ſi quid peteret, 195. optione data a Jove, 197.
Oraculum in monte Parnaſſo, 140. *de loco.* ex oraculo reſponſa dare, ibid.
Orator cum ſciret. ad ſe oratores venturos, 95. *legatos.*
Ordinem ſervare, 14. *nauticum, & proprium remigum, de quo in curis ſecundis noſtrorum de Mil. Nav. librorum.*
Oriundus ab AEgis, 219.
Ornare patris exequias, 273. *celebrare, facere.* ornatus rebus omnibus, 125. *inſtructus.*
Oſtendit amiciſſimum ſe, P. 2, 40. *exterius ſcilicet, per ſimulationem. Corn. Nep. in Dione c. 4. oſtendens, ſe id utriuſque cauſſa facere. pro, ſimulans ſermone.* canis ei cogitatae mortis ſuſpicionem oſtendit, P. 2, 4. *ululatu ſcilicet.* oſtenditur ei in prodigiis, adeſſe mortem, 45.

P.

Pagus Athenae, 79.
Palam fecit ei de ſuppoſitione, 67. *Ellip. pro fecit ei palam id, quod ſciebat de ſuppoſitione.*
Pammachium, 273. *v. not.*
Par. parem quaerens, 136. *conjugem, de ſerpentibus. quomodo pares de columbis Columella, & alii.*
Pario. peperit Pollucem, 77. *de viro. Adde c. 4.*
Partiri. cum ſecum partiri vellent aurum argentumque, 125. *dividere.*
Partus. inſtabat ei partus, 7. hunc partum Niobe antepoſuit Latonae, 9. *loquitur de liberis quatuordecim, ab ipſa editis.*
Paſtio. in paſtionem mittere boves, 254.
Patere. patet noctu, 204. *conſpectui, puta. poteſt conſpici. vide not.*
Patior. demonſtrat, eam non potuiſſe pati amplius, & ad ſydera evolaſſe, P. 2, 25. *abſol. Virg. Ecl. X. Certum eſt in ſylvis, inter ſpelaea ferarum malle pati. hoc eſt, morari, verſari.* pati dolorem non poteſt, fletum non poteſt, 104. *perferre.*
Patrimonium magnum ſibi acquiſivit, 194. *de quibuscunque opibus, non ſolum paternis. Ita plerumque uſurpant JCti. Gloſſae veteres Gr. Lat. ἱερὰ, patrimonium, ſubſtantia, res familiaris. Adde Vellejum Patercul. II. c. 3.*
Patrueles conjuges, 255. ſorores, 178. *Sic apud Plaut. Poen. patrueles fratres.*
Paucum tempus, 195.
Pecus mugiebat, 125.
Peloponneſum, 84. *Peloponneſus. v. not.*
Penna. in utraque penna ſtellam habet unam, P. 3, 15. pennas ſibi & Icaro fecit Daedalus, 40. in utriſque pennis binas, P. 3, 7. & 24. & 39. *h. e. alis. Curtius VII. c. 8. de fortuna. Manus & pennas tantum habet, quum manus porrigit, pennas quoque comprehendere non ſinit.*
Per obteſtationem mandare cui, 8. *cum obteſtatione.* per ſcalam cadere, 125. *de ſcalis.*
Peragere. peracto anno, 68. *acto, circumacto.*
Percutere hoſtiam, 184. *Sic Ovid. IV. Triſt. eleg. 2. collum percuſſa ſecuri victima.* talum ſagitta, 107. percutit cum coluber, 102. ſcorpius acumine, P. 2, 25. percuſſus ab apro, 14, 18, 249.
Perdere devictos, 17. *caedere, occidere.*
Perdoleo. perdoluit inceptum Demiphontis cuidam civium, P. 2, 40. *vehementer doluit, ut explicat Donatus apud Terentium. Porro, perdoluit inceptum, ut Ovidius: Tu vero tua damna doles. Vide Sanctium lib. III. p. 156.* Doluit cuidam, *autem, ut Terent. Eunuch. III. ſc. 1. dolet dictum imprudenti adoleſcenti. quod genus ibi Donatus inter plebeja numerat.*
Perire in naufragio, 65.
Perlatio ad ſidera, P. 1. Praef.
Permitto. niſi permittat hoc, P. 4, 8. *concedat, non contra loquendo.*
Permoveo. permotae lamentationibus intereunt, P. 2, 21. *Ellip. pro ex lamentationibus.* permotam dolore, ab his ſe removiſſe ajunt, ibid.

permoto animo eripuit, P. 2, 15. *commoto, irato.*
Perperam injicere cui veſtem, *i. e. aliam veſtem, quam debuerat.* fab. 1.
Perpetuus humerus, 93. *nulla ruptura diviſus. vid. net.*
Perſequitur filiam Niſus, 198. perſecutus eſt urſam in templum, P. 2, 4. *de venatore.* quidam paſtor equam perſecutus, 187. *ſecutus, more paſtoris. dicam pluribus in de Opilione opuſculo.*
Perſona. in perſona mendici ducit Ulyſſem ad Eurycliam, 126. *paulo ante, faciem, effigiem appellavit.*
Perſto haec poſſidere, 189. *maneo in hac ſententia, ut velim poſſidere.*
Perſuadere. Myrtilo perſuaſit, regnumque ei dimidium pollicetur, ſi ſe adjuvaret, 84. *abſol.*
Pertimeo. dicuntur aſelli pertimuiſſe, P. 2, 23. *abſol. Tacitus de vulgo. lib. I, 29. In vulgo nihil modicum: terrent; ni paveant, ubi pertimuerint, impune contemni.*
Pervidere ſidera, P. 2, 2. *videre.*
Pervio aëre uti, 14.
Peruſto ſunt corpore, P. 1, 8. *nigro a calore ſolis.*
Peſſum abire, 125. *pro, ire.*
Petitionem conſtituit inter eos, P. 2, 24. *vide ſup. in* conſtituere.
Peto. petit concubitum ab eo, 189.
Phyſice ſtatio, P. 1, 4.
Pietati non potuit negare, 166. *exigenti ſcilicet, id eſt, quia officium pietatis requirebat, non potuit negare.*
Pitulum. Sedere ad pitulum, 14.
Pius. quae piiſſimae fuerunt, vel piiſſimi, 254. *in titulo.*
Placitum non hoc eſt Jovi, 143. *non placuit.*
Plena utero, 64. *gravida.*
Poena. poenas fratrum dum vult exſequi, 174. *quae ipſis debebantur ab aliis. Sic,* Apollo poenas matris exſecutus eſt, 140.
Poenitet. Pelops cum capita vidiſſet, poenitere eum coepit, regis crudelitatem timens, 84. *abſol.*
Polliceor. in qua epiſtola tantum ei auri pollicetur, quantum Ulyſſes obruerat, 105. *antique, pro, promittitur, & ſimul plebeje. Metellus Numidicus, apud Priſcianum. Nam ut aliis plerumque obvenienti magiſtratui ob metum ſtatuae polliceantur. Vide Voſſium de Anal. III.* ei rex pollicitam fidem praeſtitit, 100. *promiſſam.* ab rege pollicita petit, 219. *promiſſa.*
Ponere. Si carmen, quod poſuiſſet, aliquis interpretatus eſſet, 67. *propoſuiſſet.* Juno dicitur, ſerpentem ibi cuſtodem poſuiſſe, P. 2, 3. poſuit arbitrio Helenae, 78. *ellipt. pro, poſuit in arbitrio.* jubet gladium poni, 136. *ſimpl. pro compoſito, apponi.* taurus ponitur in athlo funebri, 91. *ut de eo certarent, eſſetque praemium victoris. vide Phaedrum noſtrum lib. I. f.* 15. poſita inſula eſt in Hiſtria, 23. Mauritania poſita ad Solis ortum, AEgyptus in ſole & auſtro, Sicilia in triſcelo, Rhodus in rotundo, 276.
Poſitio AEgypti, P. 2. 19. *ſitus ejus & figura.*
Poſſidet inſula tot oppida, 276. *habet.*
Poſſum. reſpondit, ſe artem medicam non poſſe, 101. *ſcire. Sic,* potens arte citharae, 194.
Poſterus. in poſterum, 23. *Ellip. pro, in diem poſterum, in craſtinum.*
Potentia tanta canis, jaculi, 189. *virtus.*
Poteſtas. Niſo regni poteſtatem tradidit, 131. *fecit eum regni adminiſtratorem.*
Potiora ingerit alii alius, 257.
Potiri. munere alumni potitae ſunt, & in juvenes mutatae ſunt, 182. *abſol.* potitus eſt domum ſuam, 126.
Praeceps occidit, P. 3, 26. *inverſe in caput.*
Praeceptum ſortium, 12. *reſponſum, oraculum.*
Praecluſit eam in muro, 63.
Praefatio. ſine praefatione parentis, projecit ſe in mare, P. 2, 5. *imploratione, invocatione.*
Praemonere. Prometheus Jovi pollicetur, ſe eum praemoniturum, ſi ſe vinculis liberaſſet, 54. *abſolute.*
Praenavigantem Ulyſſem ſociis ſpoliavit, 199. *praeternavigantem. Sic Plin. VI. c.* 23.
Praeſtare cibum, potum, ubera cui, 186. lac cui, 187. pollicita eſt, eum praeter caeteros praeſtaturum, 92. *futurum, exſtiturum.*
Praeter caeteros ſolus auſus fuit conſtruere, 102. *ſine caeteris.* praeter caeteros fortiſſimus erat, 77. *ſupra caeteros.* fecit, ut vates, praeter caeteros mortales eſſet, 75. pollicita eſt, eum divitem praeter caeteros praeſtaturum, 92. *Cic. Offic. II. Teſtis eſt Phalaris, cujus eſt praeter caeteros crudelitas nobilitata.*
Praetereo. cani datum, ne ulla fera praeterire eum poſſet, P. 2, 35. *effugere. Terent. Hecyr. III. ſc.* 4. *O fortunate, neſcis quid mali praeterieris.*
Praetermittere conditionem, 100.
Praeter quam ſolent, 147. *plus, quam ſolent. vide ſupra in* Praeter.
Premit eam partus, 7. *de parturiente.*
Prima leo, 57. *Ellip. pro prima parte.*
Prior. Priorem mittit militem, 105. *quem ante miſerat.*
Pro Deo, non pro homine fecit, P. 2, 23. pro ingenio adjunxit, P. 2, 27. pro juvene exit, pro ſacerdote vade, 190. pro ſacerdote venit, 24. *ſub tali ſpecie.* pro filio ſuo educarunt, 91. *loco filii.* Senſit, pro ſe numen aliquod fuiſſe, 29. *ſuo loco & habitu.*
Procreare. procreavit filios duos ex ea. 4. rex a con-

a conjuge petebat, ut ſibi liberos procrearet, 186.
Proferre delphinum in mare, 194. *ferre.*
Proficiſcitur Eridanus a pede Orionis, P. 3, 31. *inde oritur, de flumine.*
Profugere. profugit fratrem in rate, 277. *fugit.* profugerunt a patria, 24.
Progredi, rogavit eum, ut progrederetur, 257. *exiret e domo in publicum.*
Projici feris juſſit infantes, 186. projecta manu dextera tangens circulum aeſtivum, P. 3, 5. *prolata ante ſe, protenta. Sic*, ſiniſtra projecta cum pelle leonis, P. 2, 6. *more pugnantis cum clypeo.* manibus utriſque projectis figuratus, P. 3, 8. projecta flumina in unum conveniunt, 14. *profuſa.*
Proluere ſe ad fontem, 181. *lavare.*
Prope diem partus, P. 2, 1. *imminente partu.*
Propinquus. a propinqua manu adeſt filio mors, 44. *a cognatione juncta manu.*
Proponi. propoſita eſt coelo, P. 2, 9. *in cibum videlicet.*
Proſiluit e navi, 103.
Protinus. reliqua protinus dicemus, P. 3, 40. *Virgilius IV. Georg. Protinus aërii mellis coeleſtia dona Exequar. Sic*, nos quoniam ab ariete incipimus, ita protinus, P. 4, 5. *porro, citra interruptionem.* Mundi rationem, & quemadmodum moveatur, protinus dicemus, P. 4, 8. ut ante diximus, nunc protinus de Solis curſu dicemus, P. 4, 13.
Provolvi. provoluta multitudo magna delphinum, P. 2, 5. *de piſcibus emergentibus.*
Prudens augurio, 14. *Ellip. pro, in augurio, ut Cic. de Am. prudens eſſe in jure putabatur.*
Pyrrhon Graece ruſum dicitur, 96.

## Q.

Quadratum, quo deformatur ſella, P. 3, 9.
Quadriga. fulmina in quadriga ſedens imitabatur, 250. cum quadriga ictus fulmine, ibid. *Adde* 61.
Quaerit ut eos tollat, 186. *abſol. pro, quaerit vias, rationes.*
Quaſi feminam cum ſuperavit, 90. *abſque difficultate, tanquam imbellem.*
Quemadmodum aedificabat, pilam impuliſſe ajunt, 80. *ut aedificabat, eo ipſo.*
Queritur mortem uxoris, P. 1, 7.
Qui cum Amphitryon in regiam intraſſet, 29. *quare cum. Vide Terent. Adelph. V. ſc. 3. ubi Donatus*, qui *quare ſignificat. Quanquam Terentius cum interrogatione ujurparit.* qui ſciret, ſe non rediturum, 73. *quum, ſciret.*
Quiduam feciſſet, deliberat, 220.
Quod. Jupiter neſcius, quod faceret, *pro, ob quod. vide ſupra in Elliſi* OB. quod pecoris eſſet natum, ſe immolaturum vovit, 89. *quicquid, quantum pecoris.*

## R.

Recipere quam nutricem filio, 147. *accipere, capere.*
Recreſco. Jecur, quod cum luna recreſcit, 55. *ſi quid abſumitur.*
Recognoſco. Eumaeus eum non recognoſcebat, 126. *cognoſcebat. ita Cic. & alii.*
Recupero. corporibus recuperatis, Libero ſtatim nunciaverunt, P. 2, 20. *refectis. Tacitus III. Hiſtor. 22. Recuperatis cibo ſomnoque viribus.*
Recuſare. re audita Agamemnon recuſare coepit, 98. *negare, abſol.*
Redeo. Redeunt alterna morte Caſtor & Pollux, 251. *pro, ab alterna, in vitam ſcilicet, hoc eſt, reviviſcunt, dum alius pro alio moritur.* alternatim in gratiam ſimulatam, 259.
Redigo. Redigere pecus in ſpeluncam, 125. *agere, de paſtoribus prop.*
Referre gratiam cui, 45. *facto ſcilicet.* inſulam in ſuperiorem partem, 140. *ferre, agere ſurſum.*
Refigere clypeum, 170. *ſuſpenſum detrahere.*
Regere Colchos navim, 15. *Ellip. uſque ad Colchos, donec eo veniretur.*
Regno tenere inſulam, P. 2, 16.
Rejectum navis, P. 3, 36. *Vide lib. de Mil. Nav.*
Relinquere. parit geminos, & relinquit, 8. *non tollit, non nutrit, ſed deſerit.*
Remediari. Haſtam cum raſiſſent, remediatus eſt, 101. *Sanatus, curatus eſt. Scribonius Largus, Tiberiani aevi ſcriptor, in praef. cibo vinoque apte interdum dato remediari tutius eos exiſtimavit. Adde compoſ. 14. Capro quoque notum hoc verbum.*
Removit flatus ventorum Dea, 261. *cohibuit, notuit flare.*
Renuntiare. quae Tantalus ad homines renuntiavit, 92. *Plautus Bacchid. A. I. ſc. 2. Pol metuo magis, ne Phoenix tuis factis ſuam, teque ad patrem eſſe mortuum renunciem. Adde Stich. A. IV. ſc. 2.*
Reſcindere factum alicujus, 145. *irritum facere.*
Reſponſum ei ex prodigiis, 3. *plene, vulgo praepoſitionem omittunt.*
Reſponſum. ex reſponſo, 138. *abſolute, pro reſponſo oraculi.*
Reſtituo. reſtituerunt templum, 225. *refecerunt: Cic. in Top. ſi aedes corruerunt, quarum uſus fructus legatus eſt, haeres reſtituere non debet.* reſtituere quem ad formam priſtinam, 125.
Reſupinari videtur Ophiuchus, P. 3, 13. reſupi-

nata occidit, P. 4, 12. reſupinato corpore videtur, P. 3, 28.
Rogavit regna avita Hippothous, 187. *petiit, repetiit.*
Roſtrum, P. 3, 17. *de equi ore. quomodo de canibus & cervis uſurpavit Plinius.*
Rudimentum. hoc velut rudimento ſcientiae niſus. Praef. P. 1. *ſpecimine primo.*

S.

Sacra juſſit comburi, 104. *ſuppellectilem ſacram.*
Satisfacere. qua conſuetudine homines uſi, quo ſatisfacere Prometheo viderentur, P. 2, 15. *quod eorum commodo iſtam poenam pertulerit, & in delectationem ejus, ſive gratiam. Fabius plenius, ad voluptatem alicujus ſatisfacere, Decl.* 35. ſatisfacit, ſe ex eo natum, P. 2, 5. *probando palam evincit, facitque, ne quis poſſit amplius dubitare.*
Scapilium, P. 3, 17. *veteres dixiſſe ſcapulam, & ſcapulum videntur. Ideo in Philoxeno eſt, interſcapulum. A ſcapulum autem eſt ſcapulium, ſeu ſcapilium.*
Scelus convertere in ſe, 190. *caedem.*
Scientia ſagittarum, 14. *ut, ſcientia ſydertum, Ciceroni.*
Scio. quod ſciret, ſi quis ex eo natus eſſet, ſe regno privaret, 139. *Ellip. pro, quod ſciret, quod is ſe regno privaret, ſi quis eſſet natus.*
Scius. omni artificio ſcium futurum, 92. *Ellip. pro, in omni artificio, ut ſupra*, prudens augurio. *Perro*, ſcius *habes apud Pacuvium. Vide, quae notavi ad Fragm. Petronii Tragur. Memorat & Nonius.*
Scorpio, P. 4. 4.
Se. rurſum deorſum poſt ſe revolvitur ſaxum, 60. *poſt eum.*
Secum. Socii argentum credentes, eum ſecum partiri vellent, 125. *inter ſe.*
Secundum ſe judicare, 92. ſecundum eam judicatum eſt, 164. *pro, ea. vide ſup. in* Judicare.
Secus videtur judicaſſe, 220. *aliter, ac oportebat. Vide not.*
Sedens quadriga, 61. *Ellipt. plene eſt, ſedens in quadriga*, 250.
Seducitur fumus alius alio, 68. *in diverſas partes ducitur, diviſim.*
Segregari. quo facilius a ſero victu ſegregarentur, P. 2, 14.
Separare. Eum membratim ſeparavit, 165. *laniavit. Vide notas.*
Sepelio. ſepultus eſt hac pyra, 72. *abuſive, pro crematus eſt. Vide Cicer. de legib. qui haec duo diſtinguit.*
Septenos liberos mittere Minotauro ad epulandum, 41. *ſeptem.*
Sepulchrum conſtituere cui, 59.
Sequens urſam, P. 2, 4. *perſequens; paulo ante, ſcilicet tanquam venator.* cum ſequeretur cervum, 205. licet Solis curſum ſequaris, tamen te ſequar. ibid. *aeque celeriter curras licet.*
Servare. ſervat pellem draco, 3. *obſervat, cuſtodit. Sic*, ſervare mala aurea ſolitus, 30. ſervans arctum, P. 2, 4. *Adde* 151.
Si adjuvaret ſe, regnum dimidium pollicetur Myrtilo, 84. *ut ſe adjuvaret. Aliter:* ſi vellet ſecum de regno certare, provocavit Jovem, 152. ſi recuperare poſſent, tulerunt arma, 80. ſi Deus eſſet, ſtudebat ſcire, P. 2, 4. *pro, an. Aliter:* ut ſi foret quid alteri eorum, parentibus praeſtaret, 109. ſi petiiſſet quid, optionem accepit, 166, 169. *pro, quando.*
Sicco pede ſuper aquas currere, 14.
Significatio Eridani, P. 4, 6. *proprie, qua ſit ſignum coeleſte, aut ſydus.*
Silani tres, 169. *Lucretius lib. IV. corpora ſilanes ad aquarum ſtrata jacebant. ubi vide Indicem Giſanii.*
Siliquaſtrum, P. 2, 9. P. 3, 9. *Vide notas.*
Similis. Hujus ſimilis eſt hiſtoria de buccina Tritonis, P. 2, 23. *Vide Voſſ. de Conſtr. c. 11. p. m.* 43.
Simulatio. ſimulachrum poſuit, ſub ſimulatione ſacrorum, 104. *ſpecie, praetextu.*
Simulare. quem Palamedes ut vidit, ſenſit ſimulare, 95. *abſol. Sic*, ſimulante virgine, 99. *ſed vide notas. Aliter*: Stellae figuram plauſtri ſimulant, P. 2, 2. *referunt ſimilitudine, ſpecie ſua.* Simulatur Diana cato, P. 2, 28. ſimulata Venus aquilae, ibid. ſimulatus Jupiter effigiem Dianae, P. 1, 1.
Simultas. Jaſoni hanc ſimultatem conſtituit, ſi vellet pellem auratam auferre, tauros jungeret, 22. *Sic*, ſimultatem conſtituit, ſe ei daturum, qui ſecum certaſſet, 94. *conditionem, legem ex ſimultate ac invidia propoſuit, dedit.*
Solvere monſtrum, 136. *aenigma explicare.*
Sonitum mittere per concham, P. 2, 23.
Sors. ſortem dare juſſit, ſortem reddere ei noluit Apollo, 32. *paulo ante vocat, reſponſum, oraculi puta.* petit ſortem ab Apolline, quod eſſet remedium, 101. Sorte audita, navem conſcendit, 120. *Lucanus lib. VI. v. 772. tripodes vateſque Deorum ſors obſcura tenet.* inquiſivit, quid ita aliter ſortes dixiſſent, 109. ſortium ſuarum memor Adraſtus, 69. eo venerat ad ſortes tollendas de ultione fratris, 88. *aliter*, omnium filias, praeter ſuas, ſorte ductas interficiebat, P. 2, 40.
Sortiri. Demiphon negare coepit de ſua filia ſe paſſurum ſortiri, niſi eodem regis filiae conjectae eſſent, P. 2, 40. *Paſſive, pro ſortem duci, ab antiquo, ſortio, quod legitur apud Nonium ex Varrone.*

Spar-

Spartae ſunt enati inde, 178. v. *Stephan.* & Not.
Species. ut ſe in aliquam ſpeciem commutaret, petiit, 138. ſpeciem hoſpitis ei abſtulit, 189. in ſpeciem Urſae converſa, P. 2, 1. *alibi figuram vocat.* Speciem inuſitatam parere, 138.
Speculatus eſt Dianam lavantem, 180. *ſpectavit*, initia Liberi, P. 2, 7.
Sperata, 33. *amica, deſtinata matrimonio, quaſi quae ſperetur conjux futura. unde plene, ſperata uxor.* ſperatam ſuam uxorem petiit. 31. *Plaut. Amphit.* II. *ſc.* 2. *Amphitruo uxorem ſalutat laetus ſperatam ſuam.*
Stare. in eodem loco, quo illa pervenerat, Epaphus ſtabat, 8. *divertebat, tanquam in ſtabulo, ſeu diverſorio.*
Sterno. ſtrati ſunt a Furiis, 79. *proſtrati, ſimplex pro compoſito.*
Stramentatum exire, 14. *ut aquatum, lignatum, & id genus, apud optimos ſcriptores. Sed lectio eſt vitioſa. vide notas.*
Studium maximum habet in venando, P. 2, 19.
Stupeo. Stupentes, qua divinitate ſervatus eſſet, 194. *admodum admirati.*
Suapte propter opera tot aerumnas tulit, 145. *ſua cauſſa, ſuo facto.*
Sub jugo ſe jungunt, 259. ſimulatione ſacrorum poſuit ſimulacrum, 104. *vulgo praepoſitionem omittunt.* Sub terra ſolitus videre, 14. *ea, quae ſub terra ſunt, ut metalla.*
Subdere infantem regi, 186. quem caprae ad nutriendum, 88. eum ſubditum eſſe Polybo, 67. *non verum filium ejus, ſed ſuppoſititium eſſe.*
Subjicere. Dracone altero ſubjecto, reddit currum, P. 2, 14. *ſubſtituto in locum erepti. Livius plene lib. IX. c. in locum eorum ſubjecit, quos ſecum ex Italia adduxerat.*
Succeſſor, *feminine poſitum*, 193.
Succumbere. Junoni Calyſto ſuccubuit ut pellex, 177. P. 2, 1.
Sum. eſt Deorum ira, quod devicta eſt Troja, P. 2, 1. *ira cauſſa eſt.* eſt inveſtigatio patris amiſſi, 190. *poteſt inſtitui, Graecum genus loquendi.* Curavit, ut eſſet circa eum multitudo lapidum, P. 2, 6. *fieret, exſiſteret.* ſunt horae ſex, novem diei, 257.
Sumo. ſumſit rei conſciam ipſam, & ei dixit, 4. *fecit conſciam.* ſumere vult hauſtum aquae, 82.
Super aquas & ariſtas ambulant equi, 89. Caſtorem impulit pilum, 80. humeros impoſuit fornicem coeli Atlanti, 150. pegaſum equum ſedens, 57. *inſidens.* virgulta tenuia poni juſſit, 219.
Superaverat ex ſeptem, 10. *ſupererat viva.*
Superiores trifariam diviſerunt orbem terrarum, P. 2, 19. *veteres. ita Cicero, non uno loco.*
Supponere. ſuppoſuit pro ea cervam, 98. *ſubſtituit.* ſuppoſuit regi infantes pro ſuis, 186. *tanquam eſſent ſui.* ſuppoſuerunt eam caprae, 88. *ad nutriendum ſcilicet.*
Suſtinere. cum peſtilentiam ſuſtinerent, 261. *affligerentur ea.* non ſuſtinens dolorem, 104. *paulo ante, pati dolorem non potuit.*
Suus. ſua morte obiit, 94. *non violenta.* filiae ſuae dederunt, 109. *ejus.* filiam ſuam Clytemneſtram, 78. *ejus.*
Sybotes, 126. *ſubulcus.*

## T.

Talis. talem virum interficere voluit, 57. *tantum.*
Talum, quem mortalem habuiſſe dicitur, ſagitta percuſſit, 107.
Tango. tactus miſericordia, 189. tacta pudore, 204. *commota.*
Tantum bellatrix evaſit, ut etiam ſaluti fuerit parenti, 193. *Ellipt. pro, in tantum.*
Telum, P. 3, 11. *de falce.*
Temere neminem lucrari, P. 2, 40. *facile.*
Tenebrae. in tenebris clauditur vincta, 7. *in carcere.*
Terra Taurica, 98. *regio.*
Teter cruciatus, 101. *acerbus, atrox.* teter odor ex vulnere, 102. *malus, gravis.*
Thracius. Thraciae mulieres, P. 2, 6. *Sic apud Virgilium, Thracius equus.*
Timens regis, 187. *vide Not. timens mortis, apud Lucretium occurrit.* timens deponere, a-pium erat, in quo depoſuit, 74.
Titio ardens, 174. *Apuleius VII. Aſin. ardentemque titionem gerens. & lib. X. titione candenti inter media femina detruſo.*
Tollo. Sublatus eſt rumor, 14. ſuſtulerunt eum ſecum, 102. venerat ad ſortes tollendas de ultione fratris, 88.
Tonitruum, P. 2, 5. *tonitru. & ſic Cicero. Iſidorus lib. XIII. Tonitruum dictum, quod ſonus ejus terreat.*
Totus. Toto generi ejus fuit infeſta, 5. *pro, toti. Vide Voſſium de Analogia lib.* IV. *c.* 6. *plebejum eſt.*
Trado. traditum corpus ad immortalitatem, 102. *immortale factum, per cremationem.*
Transfero. tranſtulerunt Tenedo, 108. *Elliptſi. pro in Tenedo, quod idem ac, in Tenedum.* tranſtulit eum ad rem pulchram conſilio, 98. *adduxit.*
Transfiguravit eos in effigiem delphini, 134. in mari in aliud monſtrum, ibid.
Transformavit ei faciem mendici, 126. *vide notas.*
Transjicio. transjecti pedes, 66. *ferro acuto.*
Tranſmutatur in quamcumque effigiem, 201.

Tri-

Trifariam dividitur regio, P. 1, 8. trifariam diviſerunt orbem terrarum, P. 2, 19.
Tutare. ſi ſe ab hoſte tutaſſet, daturum promiſit, 100. *Ita Plautus.* Ille eam tutatus eſt, 150. in ſpelunca ſe tutantur, 120.

V.

Vacuae a figura ſtellae, P. 2, 24. *quae nonpertinent ad eam, quae ſunt extra eam.*
Valide. Validius accuſare quam, 274. *vide Phaedrum noſtrum.*
Varius. variae mentis ipſe extiterat, 259. *inconſtantis, ex amicitia cito vergentis in inimicitiam.*
Vaſtitas incidit eorum finibus, P. 2, 40. *vaſtantur fines.*
Vaticinatur Caſſandra, eum eſſe fratrem, 91.
Vectigal Minois eſſe coeperunt, 41. *vectigales. vide notas.*
Veliticia invenit Iſis, 276.
Venenare aquam, 52. *Sic Lucretius.*
Venerantes, 75. *Congreſſu venereo junctι, coëuntes. Sixtus de Divitiis: Avaritia eo magis diligitur, quo magis augetur, & cum ſuis amatoribus venerata fuerit.*
Veniam ei dedit Pandion, 45. *licentiam, facultatem ducendi ſecum.*
Venio. venit ad hoc exitium, ut ſibi ſcelus imperetur, 190. venit in aetatem puberem, 119. ipſi Apollo in quietem, 194.
Ventriculus fartus, 126. *cibi genus. v. notas.*
Ventus. venti habent flatus aſſiduos, P. 1, 8. *continuo ſpirant.*
Verſare citharam, 165. *v. notas.*
Veſtis regia, 187. *Sic appellat faſcias infantis.*
Veſci. qui cum veſceretur, Atreus imperavit, brachia afferri, 88. *cibum caperet, abſolut. Tac. IV. An.* 59. *veſcebantur in villa.*
Vicaria mors, 243.
Victus. Victu pecora conſumunt, 188. *pro in victu, ad victum.*
Videre. in quiete vidit, ſe facem parere, 91. miſit, qui diceret, in quiete vidiſſe, ut caſtra moverentur, 105.
Vidua, 7. *de ejecta a viro ob ſtuprum.*
Vincio. Vincti lapides auro, 223. murus ferro. ibid.
Vindico. ut vindicaret patrem, 254.
Violator, 100. *qui quam compreſſit.*
Virginitatem ſervare, P. 2, 1.
Virtus. virtute tollere lapidem, P. 2, 6.
Vitam agere colendis agris, P. 2, 25. *Ellip. pro, in colendis agris.*
Ulciſci ſe ab inimico, 184. *ſi lectio non prava eſt, de quo dubito; quanquam & Vellejus ita uſurparit verbum vindicare, lib. I. c. 1. qui ſe a Pyrrho virtute vindicavit.*
Ultio fratris, 87. *qua punitur. ſic & capite ſequenti.*
Ultor fratris, 87. *qui eum punit.* ultores confugerunt ad paſtores, 186. *auctores caedis abſol.*
Unde. Baltheus, unde eſt tractus: gladius, unde ſe interfecit, 112. *quo.* harundo, unde ejiciat victum, 126. *qua.*
Undique refulgent ei oculi, 143.
Unum. in unum pervenire, P. 11. 35. *convenire.*
Vociferari quid, 108. *clamare.*
Volaticae ſunt factae, 108. *quae volare poſſent. uſurpat Cicero, quanquam ſenſu tranſlato.*
Voluntas. voluntate ſua exceſſit ex urbe, 129. *ſponte ſua, ultro.*
Voluptas. Voluptatem effudit in terram, P. 2, 13. *Semen genitale.*
Uro. uſta eſt, 104. *decremata. v. not.*
Ut. Opem rogavit, ut eſſet, quod ille peperiſſet, 139. *quale eſſet. v. not.* ajunt, Venerem indignatam, ut non ſibi proprium conceſſiſſet, P. 2, 7. *pro, quod non conceſſiſſet, ſi lectio eſt integra. quam tamen firmare videtur locus ſimilis infra. c. 63.* ut quod peperiſſet, Acriſium interficeret. *Nam & hic,* ut, *eſt* quod, *cum* interficeret, *ſignificet,* interfecturum. quae ratio fuerit, ut non aequis partibus dividerentur, P. 1. praef. *ob quam non aequis.* ut tanquam non ſinat ſe tranſire, P. 2, 40. *ut, eſt παρέλκον, ſi ſcriptura bona.* ipſe ut erat avis, concubuit cum ea, 188. ut ignotam & ſolitariam oportebat, P. 2, 4.
Uti. oſtendit, cum eſſet natum id, quomodo uti oporteret 4. *antique. Chariſius lib. V. utor hac re nos dicimus. apud veteres autem &, utor hanc rem dictum.*
Utcunque fuerit ſphaera collocata, P. 1, 4. *quocunque modo.*
Uſus. edoctus, quis uſus in eis malis eſſet, 185. *ad quid eſſent utilia. Vulgo praepoſitio non additur. Virg. Geor. III. Num neque erat coriis uſus.*

FINIS.

FABII

# FABII PLANCIADIS FULGENTII,

Viri Clariſſimi,

# MYTHOLOGIARUM

*Ad Catum Presbyterum*

## LIBER PRIMUS.

Digitized by Google

# FABII PLANCIADIS FULGENTII,

## Viri Clariſſimi,

# MYTHOLOGIARUM

## *Ad Catum Presbyterum*

## LIBER PRIMUS.

[1] QUAMVIS inefficax petat ſtudium res, [2] quae caret effectu, [3] & ubi emolumentum deeſt negotii, cauſſa ceſſet inquiri: [4] hoc videlicet pacto, quia noſtri temporis aerumnoſa miſeria non

1 QUAMVIS INEFFICAX PETAT STUDIUM] Longum heic eſt hyperbaton uſque ad illa, *quia ſoles*. quod dictum ἐκπεπλυκῶς, pro *quia tamen ſoles*. Frequens ea ellipſis etiam optimis. Virg. AEn. II. 12. *Quanquam animus meminiſſe horret luctuque refugit, Incipiam.* Salluſt. Jug. cap. 35. *Igitur quanquam in priore actione quinquaginta vades dederat, regno magis, quam vadibus confidens, clam in Numidiam Homilcarem dimittit.* Quo loco tamen chartaceus codex, Biblioth. Leid. mirificè ab inepto gloſſatore interpolatus, perperam exhibet, *regno tamen magis.* Servius Prooem. Centimetri: *Licet audacter, non tamen ineleganter hunc libellum, qui voluerit, centimetrum nominabit.* MS. liber Leid. Biblioth. omittit τὸ *tamen*, & pro *voluerit* habet *volet*. Familiarem prae caeteris hanc loquendi formam eccleſiaſticis ſcriptoribus eſſe obſervat Goldaſtus ad Valer. de Hon. Diſciplin. p. 57. Caeterum *inefficax ſtudium* eſt inutile. Ita *inefficax ſedulitas* apud Quintil. Declam. VI. *Qualiſcunque iſta calamitas, inemendabilis cecidit: non remedium accipere, non vicarium poteſt. Aſſediſſet ſcilicet lectulo inefficax ſedulitas* &c. Pro *cecidit* legerim ex Edit. Col. anni CIↃIↃXXI. *caecitas.* Apul. I. Mileſ. *Inefficaci celeritate fatigatus.* IX. *Contra inefficaces diligentias.* Et *inefficacem commovet comiſerationem.* Ad eundem modum Avienus Ora Marit. *Cur ineſficaciter Secreta rerum in non tenacem effunderem?* MUNCK.

2 QUAE CARET] Ita A. H. I. L. & MS. Leid. M. *Carens.* MUNCK. Bona locutio. Phaedr. lib. I. fab. 20. *Multum conſilium non modo effectu caret.* Vide ibi Celeb. P. Burm. Ovid. I. Heroid. vs. 18.

*Flebam ſucceſſu poſſe carere dolos.*

3 ET UBI EMOLUMENTUM DEEST NEGOTII, CAUSA] A. H. I. *Et negotii cauſa.* M. *deeſt, negotii cauſa.* Sed pro Commelinianâ ſtat L. & MS. Leid. Emolumentum eſt profectus vel lucrum, ut rectè interpretatur gloſſa interlinearis codicis Leidenſis. Pertinet huc illud Quintil. Declam. modo laudatâ: *Labori incumbere oportet, ubi effectus promittitur. Stulta cura eſt, quae ſpem non habet.* MUNCK.

4 HOC VIDELICET PACTO] Perquam crebro occurrit illa locutio apud Fulg. ut tantum non in eâ facere delicias videatur. lib. I. cap. 10. *Illa videlicet cauſa.* Praefat. lib. II. *Illo videlicet pacto.* Et locis aliis quampluribus. MUNCK.

non dicendi [1] petat ſtudium, ſed vivendi fleat ergaſtulum, nec [2] famae adſiſtendum poeticae, ſed fami ſit conſulendum domeſticae. [3] Cito itaque nunc aut, quod amiſeris, fleas, aut, quod edas, inquiras, quam, quod dicas, invenias. [4] Vacatque hoc tempore potentibus obprimere, [5] prioribus rapere; privatis perdere, miſeris flere. Quia ſoles, [6] Domine, [7] meas cachinnantes ſaepius naenias lepore ſatyrico litas libentius [8] adfectare, dum ludicro [9] Thalia [10] ventilans epigram-

1 PETAT] *Petit* 5. edd. & mox *flet*. Commelinianam lectionem tuetur MS. Leid. MUNCK. Pro *dicendi* vir doctus legit *videndi*.

2 FAMAE ASSISTENDUM] Aptius foret, *inſiſtendum*. Eo ſignificatu Solin. cap. 27. *Inſiſtere raptoribus*. Tacitus II. Hiſt. *Contra fortunam inſiſtere ſpei*. Cyprian. Serm. de Orat. Dom. *Inſiſtere precibus*. lib. IV. ep. 4. *Inſtare orationi*. Ruſpenſis Epiſc. epiſt. 2. *Inſtare jejuniis*. Noſter cap. 15. lib. II. *Inſiſtere feritati. Inſiſtere inquiſitionibus* Apul. VII. Mileſ. MUNCK.

3 CITO ITAQUE NUNC] M. & L. *Citius nunc*. quemadmodum & in margine Scriverius & Tollius notarant. A. H. I. *Citoque nunc*. Sed MS. Leid. diſertim cum Commel. *cito itaque nunc*. Subaudi, *magis*. Virg. Cont. *Non adipata craſſedo ingenii, quam temporis formido*. Intelligi *magis* jubet gloſſa. Sed *quam* potius ſubaudiendum eſſe ibi demonſtramus. Dein poſt paulo, *Deos quam ſapientiam eſſe culpabiles*. lib. III. cap. 3. *Detrimenta ſuis amatoribus novit parturire quam gaudia*. Vide quae ibi annotavi, & ad cap. 1. lib. II. Contra *citius* pro *cito* per aliam ellipſin habes cap. 3. & 17. lib. II. MUNCK. *Emiſeris* forte legendum pro *amiſeris*, niſi potius (quod tamen dubito) hoc illius vice dixerit auctor. WOPKENS.

4 VACATQUE] *Vacat* 5. edd. In MS. Leid. poſt τὸ *vacat* vocula erat craſa, & in ejus locum *itaque* ſuppoſitum. Caeterum *vacare* hoc eſt concedi, licitum eſſe, ut habent gloſſ. MSS. Capella lib. I. *At praeſcire Deis vacuum eſt*. Ubi gloſſa membranarum Leid. Biblioth. *conceſſum eſt*. Probè omnino. Salluſt. I. Hiſt. *Poſtquam, remoto metu Punico, ſimultates exercere vacuum fuit*. MUNCK.

5 PRIORIBUS] Si non infimae aetatis eſſet ſcriptor hic Planciades, *primoribus* reſcriberem. MUNCK.

6 DOMINE] Uſitatiſſimae erant iſto aevo hujuſcemodi blanditiae. Sic praefat. lib. II. *Studens, mi domine* &c. & III. *Tuo, domine, puriſſimo commiſi judicio*. Sidon. lib. IV. ep. 10. *Erumpo in ſalutationem, licet ſeram, domine meus*. Etiam illa huc refer, quae infinitis locis apud eundem occurrunt, *domine major, domine fili, domine frater*. Conſulendi de honoris illis & blanditiarum vocabulis Lipſ. ad II. Ann. Tacit. Scriverius ad Mart. lib. I. 82. & V. 57. Caſaub. ad Theophraſt. Charact. cap. 3. Marcilius ad Horat. II. od. 12. Voſſius lib. IV. Orat. p. 219. Unde, quam non Fulgentii demum aetate obtinuerint illa, diſcere potes. MUNCK.

7 MEAS NAENIAS] Verecundè *naenias*, *nugas*, *ineptias*, *luſus*, verſiculos ſuos appellant poetae. Exempiis, quae afferunt, cum hoc Fulgentii addi poteſt, tum illud Plin. lib. VII. ep. 2. *Quaeram quid petiſſimum ex nugis meis tibi exhibeam*. lib. VII. 9. *Luſus* vocantur &c. Et Capell. lib. I. *Nugulas ineptas aggarrire non ſuſtinens*. Phaedr. lib. IV. cap. 1. *Sed diligenter intuere haec naenias*. Horat. I. Sat. 8. *Neſcio quid meditans nugarum totus in illis*. Martial. lib. IV. 10. *Qui meruit nugas primus habere meas*. MUNCK.

8 AFFECTARE] Gloſſ. *deſiderare*. Feſtus: *Affectare eſt animum pronum ad faciendum habere*. MUNCK.

9 THALIA] *Talia* 5. edd. MS. Leid. *talia muſa*. Sed à manu altera correctum erat, *Thalia*. Atque ita procul dubio ſcripſerat Fulgentius. Poſtea è margine irrepſit τὸ *Muſa*. Frequenter admodum aſpirationes omittunt librarii. Servius Centimetr. Membran. Leid. *Doctis talia fatibus favebit*. Editus liber habet, *doctis Thalia vatibus favebat*. Apta Thalia luſibus & jocis, unde *laſciva Thalia* apud Martial. VII. 16. & *noſtra Thalia* ab eodem audit IV. 18. IX. 27. Confer lib. X. 19. & quae ibi notarunt interpretes. MUNCK.

10 VENTILANS] H. e. ludens, Metaphora eſt à proluſionibus athletarum. Proluſores enim *Ventilatores* appellat Quintilianus. MUNCK.

11 SOLITA] *Solitus es*. MICYLL. *Solita eſt* 5. edd. Micyllus emendabat, *Solitus es*. Perperam, quia legebat *talia* pro *Thalia*. Non multum diſſimile eſt illud infra: *Comoedico phaſmate delectabam*. MUNCK.

12 VERNULITATE] Sic & infra, *rimabunda vernulitate*, & *avium quaedam vernulitas*. Ubi *vernilitas* correxerat Salmaſius. Certè vernilitas, ſi uſquam alibi, in comoedia locum habet. *Vernulitas* vox Latina non eſt. Gloſſ. Philox. *Vernilis*, κολακικός. Immo *vernilis* eſt ſcurrilis, verna-

grammate comoedica [11] ſolita [12] vernulitate mulcere. Additur quia & mihi nuper imperaſſe [13] dinoſceris, ut [14] feriatas adfatim tuarum aurium ſedes [15] lepido quolibet ſuſurro permulceam. Parumper ergo auſculta, dum tibi [16] rugoſam ſulcis anilibus ordior fabulam, quam nuper [17] Attica [18] ſaporante ſalſura, [19] nocturna praeſule lucerna commentus ſum, ita ſomniali figmento [20] deluſam, [21] quo non poetam furentem aſpicias, ſed [22] onirocriten [1] ſo-

*vernilitas* ſcurrilitas, hoc eſt, improba procacitas vernae, non homini ingenuo conveniens. Martial. I. 47. *Urbanus tibi, Caecili, videris. Non es, crede mihi. quid ergo? Verna es.* Plura dicemus inferius. MUNCK.

13 DINOSCERIS] A. M. & L. *dignoſceris.* Sed *dinoſceris* rectè cum Commel. H. & I. Nec aliter exhibet Leid. codex. Gloſſ. Philox. *Dinoſcimur*, φαντάζομαι. Claud. de Stat. Anim. lib. II. 5. *Sed ipſum dinoſcat, & ſecundum eundem dijudicet numerum.* Nec uſquam aliter id verbi apud eum ſcriptorem exaratum invenies. Apulejus de Deo Socratis: *Per quae futura dinoſcimus.* In Herm. Aſclepio: *Alterum alterius conſentaneum eſſe dinoſcitur.* Et ſic ſemper etiam ille. Nec non Tertull. ut de Cult. Faem. cap. 9. *Dinoſcere in facili eſt.* Obſervavit eam quoque ſcripturam in Hiſt. Auguſt. ſcriptoribus Salmaſius. MUNCK.

14 FERIATAS AURIUM SEDES] H. e. vacivas aures. Sic paulo inferius: *Feriatis aurium ſedibus percipe.* Et in Continent. Virg. *Vacuas fac ſedes aurium tuarum.* Imitatio Plautina eſt ex Prolog. Caſin. vers. 19. *Aures vacivae ſi ſunt, animum advertite.* Sed apud eundem Plautum legas Pſeud. I. 5. vers. 54. *Fac ſis vacivas, Pſeudole, aedis aurium.* Ut forſan vel ſcripſerit, vel ſcribere debuerit Planciades, *aurium aedes.* MUNCK.

15 LEPIDO QUOLIBET SUSURRO] Apulejus ipſo initio I. Mileſ. *Atque aures tuas lepido ſuſurro benevolas permulceam.* Pro *quolibet* reſtituit *quemlibet* Barth. Adv. lib. XXV. cap. 12. De voce *feriatus* conſule eundem ad Stat. Tom. I. p. 145. MUNCK.

16 RUGOSAM FABULAM] Imitatur Capellam lib. IX. *Habes ſenilem, Martiane, fabulam.* MUNCK.

17 ATTICA SALSURA] Noti ſunt ſales Attici. Pertinent huc & illa, *Atticus lepos, Attica eloquentia, Atticus naſus.* Ἀττικὴ μυκτήρ, Ἀττικὴ ῥινώτης apud Lucian. Dial. 2. Tom. I. Tertull. de Anim. cap. 20. *Thebis bebetes & brutos naſci relatum eſt: Athenis ſapiendi dicendique acutiſſimos.* Adde his, quae ad Apul. Apolog. congeſſit Pricaeus p. 76. MUNCK.

18 SAPORANTE] MS. Leid. A. H. & I. *ſeporante.* M. & L. *ſeparatam.* Sed rectum eſt *ſaporante*, quod & in ſuis MSS. invenit Modius. Dracontius Hexaem. *Autumni qui dulcia poma ſaporat.* Tertull. de Spect. cap. 27. *Conditis pulmentis & bene ſaporatis.* Petron. *Mille ſaporatam medicatis frugibus offam.* Talia *teporare, vaporare, torporare*, & ſimilia. MUNCK.

19 NOCTURNA PRAESULE LUCERNA] Ad lucernae lumen puta. Capella lib. I. *Hiemali mecum pervigilio marceſcentes lucernas edocuit.* Martialis lib. VIII. 3. *Scribant iſta graves nimium nimiumque ſeveri, Quos medii miſeros nocte lucerna videt.* Juvenal. Sat. I. vers. 51. *Haec ego non credam Venuſinâ digna lucerna?* Auſon. Praefat. Faſt. *Obſequitur ſtudio noſtra lucerna tuo.* MUNCK. De Demoſthene Plutarch. in ejus vita pag. 849. ἄλλοι τι πολλοὶ τῶν δημαγωγῶν ἐχλεύαζον αὐτὸν, τὴν Πυθέας ἐπισκώπτοντες, ΕΛΛΥΧΝΙΩΝ ἔφασαν ΟΖΕΙΝ αὐτῷ τὸν σύνεμπορον. Τοῦτον μὲν οὖν ἠμείψατο πικρῶς ὁ Δημοσθένης. Οὐ ταυτὶ γὰρ (εἶπεν) ἐμοὶ καὶ σοὶ, ὦ Πυθέα, ὁ λύχνος σύνοιδε.

20 DELUSAM] H. e. deſcriptam. *Ludere* enim dicuntur poetae, cum ſcribunt carmina. MUNCK.

21 QUO ASPICIAS] Notandum heic initio, quo melius capias Fulgentii dictionem, *quo* pro *ut* identidem ab eo poni. Invenies inferius in hac ipſa praefatione: *Quo paene dormientem Scipionem coeli civem effecerit. Quo ſi Mida rex* &c. *Quo portarum peſſulos quiſpiam non videret.* Et infinita alia. Conſule indicem. MUNCK.

22 ONIROCRITEN] MS. Leid. *Onirocretam.* Leg. *onirocritam.* Ὀνειροκρίτης, *onirocrita*, ut ποιητὴς, *poëta*, πλανήτης, *planeta*, & ſimilia. Ὀνείρων κρίσις eſt Euſebio Praepar. Euang. p. 39. ed. Steph. *Conjectorem* vocat vulgatus interpres Geneſ. XL. 22. Ὁ συγκρίνων eſt τῆς ὀ. σύγκρισις *interpretatio.* Κρίνειν ὄνειρον dixit Homerus, & Artemidor. lib. I. cap. 11. quod Latini, *conjicere ſomnia.* Feſtus: *Conjector, interpres ſomniorum.* MUNCK. Ὀνειροκρίτης vox Graecis uſitatiſſima de ſomniorum interpretibus. Conſule Cl. Duporti Praelect. ad Theophraſti Ch. Eth. cap. 16. p. 472. qui ipſo verbo κρίνειν de hac re uti ſolent. Theocrit. Idyll. XXI. 29.

[1] ſoporis nugas ariolantem advertas. Neque enim illas [2] Heroidarum arbitreris [3] lucernas meis praeſules libris, quibus aut [4] Sulpicillae procacitas, aut Pſyches curioſitas, [5] declarata eſt: [6] neque illam, quae vi maritum Phaedriam in tumulum duxit, aut Leandricos natatus intercepit, ſed quae noſtrum [7] Academicum rhetorem ita uſque ad [8] vitalem circum tulit, quo paene dormientem Scipionem coeli civem effe-

Ἆρ', ἴμαθις κρίνειν ποκ' ὀνύπνια.

Eurip. Hecub. vs. 89.

Ἡ Κασάνδρας ἐσίδω, Τρωάδος,
Ὡς μοι κρίνουσ' ἐτύμως.

Ut alia loca omittam, Herodotus lib. 1. cap. 120. Κύρῳ δὲ πρὸς βυλόμενον, συμβάλλει τὰς αὐτὰς τῷ μάγῳ, οἱ τὸ ὑπνίον οἱ ταύτῃ ἔκρινων, ἀπικομένας δὲ εἴρετο ὁ Ἀστυάγης τῇ ἔκριναν οἱ τὴν ὄψιν. Proprie *ariolantem* etiam adhibet Fulgentius. Juſtinus lib. 1. cap. 4. de Aſtyage. *Hic per ſomnium vidit - - Conſulti harioli —— reſponderunt.* Quod autem ſomniorum interpretes proprie *conjectores* vocantur, ut a Suetonio in J. Caeſare cap. 7. Graecorum eſt imitatio. Eurip. Med. 675.

Τί δῆτα Φοίβῳ εἶπέ σοι παίδων πέρι
Σοφώτερ', ἢ κατ' ἄνδρα ΣΥΜΒΑΛΕΙΝ, ἔπη.

Unde & σύμβολα vocantur omina, portenta, de quibus Spanh. ad Callim. H. Pallad. vs. 123. pag. 625. Perizon. ad AElian. II. V. H. 31. Nec non εὐσύμβολοι fauſti ominis aves vocantur. Vide Spanh. l. l. pag. 628. vel potius inde δυσξύμβολον de obſcuro Phoebi reſponſo Euripidi in Danaës fragmento vs. 10. & hinc Deianira dicit apud Sophocl. Trachin. vs. 706.

—— Δέχομαι φάτιν
Ἄφρακτον, ἀξύμβολον ἀνθρώπῳ μαθεῖν.

Nam σύμβολα poſſunt dici a *συμβάλλειν communicare conſilia Deorum.* Sic enim de hominibus συμβαλεῖν βυλὰς, pro βυλίσασθαι, καὶ ἀναπείσασθαι βυλὰς dixit Eurip. Phoeniſſ. vs. 700. ubi Schol. & ξυμβάλλειν λόγους γυναιξὶ pro *colloqui cum mulieribus* in Iphig. in Aul. 830. Denique κρίνειν eſt verbum Augurum, Heſiod. O. & D. vs. 801. Οἰωνὸς κρίνας. & vs. ult. ὄρνιθας κρίνων. Theophraſt. lib. v. de cauſſ. Plant. cap. 3. p. 326. διὸ καὶ ἐπὶ οἱ μάντεις εἰώθασι τῶν κρίνειν ὡς τέρας.

1 SOPORIS NUGAS ARIOLANTEM] H. e. viſa noſturna, ſomnia interpretantem. Nugas vocat, quia inania plerunque ſomnia. MUNCK.

2 HEROIDARUM] Carrio lib. II. Emend. cap. 15. corrigit *heroinarum.* Fruſtra. *Heroida* terminatione latinâ uſurpavit pro *Heroïs.* Sic *Symplegadae* pro *Symplegades* apud Iſidor. lib. XII. 7. *Lemniadae* pro *Lemniades* in lemmate cap. 15. Hygin. *Mnemonidae* pro *Mnemonides* apud Auſon. in Gripho. *Titanida* pro *Titanis* apud Capell. lib. IX. *Itonida* pro *Itonis* apud Feſtum, aliaque apud alios, de quibus copioſè egimus in diſſertatione Hygino praefixâ. Sarisber. Polycrat. lib. II. cap. 2. *Dicunturque dies Alcyonitae, quibus vix vel tenuis aura ſentitur.* Lego, *Alcyonidae.* Nam *Halcyonides* appellantur à Plinio. Lactant. Firm. lib. 1. cap. 17. *Tribus virginibus Cecropidis commendavit.* Horat. 1. Sat. 2. *Fortiſſima Tyndaridarum.* Schol. Juv. ad Sat. v. 152. *De Heſperidis dicit.* Idem ad Sat. VIII. 233. *Allobrogae Galli ſunt.* Gloſſ. MSS. in 1. Georg. Virg. *Antipodae dicti ſunt, quod contra nos poſiti ſint veſtigiis.* Schol. Stat. ad VII. Thebaid. 267. *Unum Arcadum.* Interpres Byngezlae, *Haemorroidae.* Confer notata ad Hyg. cap. 155. & quae dicimus infr. ad cap. 2. lib. III. MUNCK.

3 LUCERNAS] Rectè omnino obſervatum à doctiſſimo amico noſtro Jacobo Perizonio, eas heic tangi fabulas, quarum in circumſtantiis magnam partem faciat lucerna. MUNCK.

4 SULPICILLAE] Illam, puto, Sulpiciam intelligit, cujus adhuc hodie exſtat Satyra. Procacitatem certè ejus ſatis indicant verſiculi illi apud Juvenalis Scholiaſten: *Ne me caduci deſtitutam faſciis Nudam Caleno concubantem proferat.* Immo ſuſpicor ad lucernam directa haec verba, & lego *proferas.* Et videtur hoc velle Martialis lib. X. 38. *O quae praelia, quas utrinque pugnas Felix lectulus & lucerna vidit Nimbis ebria Niceotianis!* Confer ejuſdem libri epigr. 35. Quod ſi mihi dederis, habebimus lucernam, quam quaerimus. Geſtum exiſtimo, teſte lucernâ, neſcio quid jocoſi, quod poſtea ſparſum in vulgus heic innuat Planciades. Caeterum petulantiam hujus Sulpiciae pariter tangit Auſonius praefat. Cent. Nupt. *Prurire opuſculum Sulpiciae, frontem caperare.* Et Sidon. carm. IX. 257. *Non quod Sulpiciae joces Thaliae Scripſit blandiloquam ſuo Caleno.* MUNCK.

5 DECLARATA] Carrio corr. *declamata.* Sed

effecerit. Verum reſpublica videat, quid Cicero egerit. Me interim diſcedentem à te, Domine, dum quaſi urbanis extorrem negotiis ruralis otii torpor adſtringeret, evitans aerumnoſa calamitatum naufragia, quibus publicae [9] inceſſabiliter vexantur actiones, arbitrabar agreſtem ſecure adipiſci quietem, ut procellis curarum [10] ceſſantibus, quo in torporem urbana tempeſtas exciderat, velut [1] altiori

Sed alterum & MSS. & 5. edd. habent. MUNCK.

6 NEQUE ILLAM, QUAE VI MARITUM PHAEDRIAM IN TUMULUM DUXIT] Ita cum Commel. MS. Leid. ut & A. H. & I. edd. quae in margine habent, tanquam diverſam lectionem, *Phaedram*. M. & L. *Neque illam Phaedram, quae maritum Phaedriam*. Perperam omnino. Gloſſae codicis Leidenſis notant *Phaedriam eſſe nomen mariti, qui vivus ſit ſepultus*. Et hoc ridiculum ſine dubio. Si locum heic haberet quaecunque fabula ad lucernam literis commendata, forſan legendum eſſet, *Neque illam, quae privignum Phaedrae in tumulum duxit*. Suadet illam conjecturam utcunque τὸ *vi*, quod ex voce *privigni* variè corrupta ſolum remanſiſſe videri poteſt. Sic Hippolytum deſignaverit. Priap. c. 18. *Sic ut non modo te, Priape, poſſit, Privignum quoque ſed movere Phaedrae*. Fabulam habes apud Hyg. cap. 47. Sed nimium forſan à vulgatâ ſcriptura diſcedi cauſaberis. Quid ſi ergo legas? *Quae bimaritum Phaedrae in tumulum duxit*. Ut duri ſunt Afri, ita Theſeum appellare potuit, quod extinctâ Hippolyte, dein Phaedram aſſumſerit in matrimonium. Gloſſ. Iſidor. *Bimaritus, iterum maritus*. Narrat Plutarchus in Theſeo extremo eum ſecundum quoſdam poſt coenam de more ambulantem de ſummâ rupe per praeceps lapſum decidiſſe. Suſpicatur Perizonius vidiſſe alicubi lumen, ad quod in tenebris improvido perrexerit, atque ita interierit. Sed Heraclides Pontic. ὑπὸ τοῦ à Lycomede praecipitatum eum narrat. Quaerant alii, qui plura legerunt, quam noſtra mediocritas, an lucernam invenire poſſint, quam huic loco accommodent. Caeterum ut bimaritum Theſeum heic Fulgentius vocaſſe videri poteſt, ita *biviras* vocat viduas Varro. Vid. Non. cap. 11. 43. Gloſſ. Iſidor. *Bivira, ſecundo conjux*. MUNCK. Cum Heraclide Pontico de Theſei morte confer Pauſaniam lib. 1. cap. 17. pag. 41. qui de Theſei oſſibus agit lib. III. cap. 3. pag. 210, 211.

7 ACADEMICUM RHETOREM] Non Macrobium, ut Locherus putat, ſed Ciceronem. Gloſſ. MSS. *Academia fuit villa, in quâ Cicero fuit natus*. Verum eſt, fuiſſe villam Ciceroni Academiam dictam. Sed ibi natum fuiſſe eum, vel inde Academicum Rhetorem dici, id vero falſum eſt. Academicus Rhetor fuit, quod Academicorum more in omnibus adhiberet dubitationem. Auguſt. C. D. lib. VI. cap. 2. MUNCK.

8 VITALEM CIRCUM] Zodiacum, ſigniferum circulum. Gloſſ. Philox. *Signifer*, Σημειοφόρος, Ζωδιακός. Capella lib. 11. *Signiferum circulum decuſſaret*. Ζωοφόρος κύκλος eſt Ariſtoteli. *Circumlator* Apulejo. *Circum* pro *Circulo* ponunt etiam Capella & Cicero. Capellae verba ſunt lib. 11. *Hinc eſt quod quarto jus eſt decurrere circo*. Et poſt paullo: *Hunc etiam praetergreſſa circum* &c. MUNCK.

9 INCESSABILITER] Ἀκαταπαύστως, *indeſinenter*, ut loquuntur Auguſtinus & Cyprianus. *Inceſſanter* Gildas Epiſt. p. 99. Flavianus epiſt. ad Leonem magnum & Pſeudocypr. Sermon. de Spir. Sancto. Caſſian. de Inſtit. Monach. lib. 11. cap. 14. *Inceſſabile manuum opus*. Capella lib. 1. *Inceſſabilis lator*. lib. IX. *Superum inceſſabiliter pectorum arcana tenuerunt*. Oroſ. lib. 1. cap. 2. *Sicut ab initio inceſſabiliter exſtiterunt*. Ad eundem modum *inceſſans* pro continuo uſurpat Gregor. Dial. lib. III. cap. 2. *Inceſſanti corporis totius motu*. MUNCK.

10 CESSANTIBUS] *Celantibus* 5. edd. MS. Leid. exhibet quidem *ceſſantibus*, ſed Gloſſator ſuperſcripſerat *abſcendentibus*, quam vides eſſe interpretationem *& celantibus*. Sed perperam. Quomodo enim procellae eum celarent? an quod in cauſâ fuerint, cur ruri ſeſe abdiderit? Sed horridè hoc dici videtur. Praefero ergo *ceſſantibus*. Sententia haec eſt: *Ceſſantibus illic procellis, quo urbana tempeſtas me evocaverat*. Nam pro *exciderat*, quod mox ſequitur, lego cum MS. Leid. *excierat*. Quod verbum corruptum etiam apud Juvenal. Scholiaſten ad Sat. 1. vers. 71. *Locuſtam matronam veneficam Nero exhibuit ad ſe*. Ita Pithoeus edidit. Leid. ed. habet, *excivit μιλαπίμψας ad ſe*. Dele τὸ μιλαπίμψας, & ſcribe, *excivit ad ſe*. Voluit gloſſator aliquis indicare, quid heic eſſet *excire*, videlicet μιλαπίμψας. MUNCK. Pro *exciderat*, legit V. d. *exciverat*. Perpetuae hae ſunt metaphorae optimis auctoribus etiam uſitatae. Nepos ait in Attico cap. X. *Qui ex tot tamque gravibus procellis civilibus*

[1] altiori nidulo, [2] placidam ſerenitatem villatica ſemotione tranquillior [3] agitaſſem, ſopitiſque in favilla ſilentii rauciſonis jurgiorum claſſicis, quibus me [4] Galagetici quaſſaverant inpetus, defaecatam ſilentio vitam agere credidiſſem, ni me illuc quoque moerorum inprobior [5] angina ſequeretur, [6] felicitatiſque noverca fortuna, quae amarum quiddam humanis interſerit ſemper negotiis, me quaſi pediſſequa ſectaretur. Nam tributaria in dies conventio compulſantium pedibus [7] limen proprium triverat, nova indictionum ac momentanea proferens genera, [8] quo ſi Mida rex ex homine verterer, ut [9] locuple-

*bus ad incolumitatem pervenit.* Lact. ad Statii I. Theb. 193. *QUALITER HINC GELIDUS BOREAS. Optima comparatio, ſed ignotae rei deſcriptio, per ſimilitudinem notae: & egregie remp. navi jactam e tempeſtatibus ſimilat, ſicut Tull. AD GUBERNACULA REIP. & Horat. O NAVIS REFERENT IN MARE TE NOVI FLUCTUS &c.* Sophocles, Antig. vs. 168.

Ἀνδρὸς τὰ μὲν δὴ πόλιν θ' ἁσφαλῶς θροεῖ
Πολλῷ σάλῳ σείσασ' ἄζουσαν πάλιν.

Schol. dicit προσικῶς, ὡς ἐπὶ πάσ. vs. 196.

Ἢ δὴ ἴσιν ἡ σάζουσα, κἠ ταύτης ὕπο
Πλείοσιν ἐξῆς, τὸν φίλας ποιμμίδα.

Schol. [Πλείοσιν ἐξῆς] πορευόμενοι. ἡ δὲ μεταφορὰ λέγει τὸν πόλιν. Eurip. Rheſo 248. σαλεύει πόλις dixit. Schol. Ariſtophan. Veſp. vs. 29. Ἀεὶ οἱ ποιηταὶ τὰς πόλεις πλοίοις παραβάλλουσι. καὶ Σοφοκλῆς. Idem Sophocl. Antig. 1006. Ναυκληρεῖς πόλιν dixit. Eurip. Hippol. 823.

ΚΑΚΩΝ δ' ὁ πόλας ΠΕΛΑΓΟΣ ὑσσομῶ
Τοσῶνδε, ὥστε μήποτ' ἐκπνεῦσαι πάλιν
Μήδ' ἐκριφῆναι ΚΥΜΑ ΤΗΣΔΕ ΣΥΜΦΟΡΑΣ.

Ubi vide Schol. populares motus in concionibus, judiciis, & comitiis ſaepe Cicero & alii *procellas, tempeſtates, fluctus* vocare ſolent. Vide Obſ. Miſcell. Vol. v. Tom. II. pag. 220. *Reip. tempeſtates* dixit Cicero pro Murena cap. 2. Vide Sigonium & J. Fr. Gronovium ad Livium XXVIII. 27. *conquaſſata civitas, Reſp. Provincia* Ciceroni & Livio. vide Gron. ad Livium XXVII. 40. per metaphoram a navibus. Vid. Cl. J. Arntzen. ad A. Victor. de Vir. Inl. cap. 40. plura prudens omitto.

1 ALTIORI NIDULO] *Halcyone niduli.* 5. edd. *Alcyone niduli* MS. Leid. Lege, *Alcyonae nidulo*, vel *Alcyonio nidulo.* MUNCK.

2 PLACIDAM] *Placitam* 5. edd. & MS. Leid. quod non ſpernas, ſi legas quae ad XIX. Heroid. Naſonis obſervavit Nob. Heinſius. Seneca tamen Agamem. vers. 60. *Nunquam placidam ſceptra quietem* &c. Quint. Declam. X. *Illa notis noctibus funebres exercet ululatus, tu graves ſomnos & placidam quietem.* Virgil. AEn. I. *Placidam per membra quietem.* Pier. Valer. *Eſt ubi placitam legatur, quod non aeque placet. Placida enim proprium quietis epitheton.* MUNCK. *Placitus* & *placidus* ſaepius confunduntur. Vide Broukh. ad Propert. I. XX. 21. ſed *placidam* praefero. De voce *placidus* egit Celeb. P. Burm. ad Phaedri lib. II. fab. 7.

3 AGITASSEM] *Ἀγεῖ & agitarem.* Frequentiſſima Fulgentio loquendi ratio, quâ ὑπερσυλλαικὸν pro imperfecto uſurpat. Sic cap. I. lib. I. *Ut poſteritatis perpetuale ſuffragium denegaſſet.* cap. 27. *Ipſe illam in conjugio accepiſſet.* Lib. II. 14. *Ut Minerva armis virginitatem defendiſſet.* AEthicus Praef. Coſmogr. *Atque eam ne incognitam poſteris reliquiſſent.* Oroſius lib. I. cap. 8. *Adeo ut etiam agrorum ſterilitatem futuram ante multos annos proſpiciens, fruges congregaſſet.* Feſtus: *Facem in nuptiis in honorem Cereris praeferebant, aquaque ſpargebatur nova nupta: ſive ut pura caſtaque veniſſet* &c. Sic Leid. Biblioth. codex, non *veniret*, ut editum eſt. Apulejus Aſclepio Hermetis: *Voluit alium, qui illum, quem ex ſe fecerat, intueri potuiſſet.* Cyprian. Laud. Martyr. *Ad hoc reſervatus es, ut martyr eſſe potuiſſes.* Victor de Perſecut. Vandal. lib. I. *Magis eum occideret, ne martyrem glorioſum effeciſſet.* Et poſt paullo: *Quod ille plenus Deo magis ut velociter proveniſſet, impios provocabat.* Lib. II. *Ne forte maritum conſiliis acrioribus adverſus tyrannum armaſſet.* Auctor vitae Virgil. *Ita brevi convaluit tempore, ut multo ante fatas populos adaequaviſſet.* Quem locum fruſtra tentavit vir eximius. Haimo Homil. p. 42. *Si fieri poſſet, ut ille mundus periſſet.* Gregor. Dial. II. cap. 16. *Per mul-*

16

cupletes tactus rigens auri materia ſequeretur; credo etiam Pactoli ipſius fluenta [10] condictis frequentibus deſiccaſſem. Nec hoc tantum miſeriarum ergaſtulum ſat erat: addebatur his, quod etiam bellici frequenter incurſus pedum [11] domo radicem infigere juſſerant, quo portarum noſtrarum peſſulos aranearum caſſibus obpletos quiſpiam non videret. Agrorum enim dominium gentes ceperant, nos domorum. Fructus enim noſtros exſpectare licuit, non frui. merces [12] quippe gentilis fuerat, ſi vel ad manendum clauſos relinquerent. Sed quia numquam eſt malum inmortale mortalibus, tandem [13] Domini regis felicitas, adventantis velut [14] ſolis

*ta fuerat martyrum loca tranſmiſſus, ut ſanari potuiſſet.* Et ſic identidem ille. Africanum hoc eſſe rectè obſervavit Salmaſius ad Pall. Tertull. p. 120. ubi alia tibi exempla dabit. Si vulgatis ſtandum editionibus, etiam Petronium hac loquendi ratione uſum dicas, cum ait: *Ad hoc votum ephebus ultro ſe admovit, &, puto, vereri coepit, ne ego obdormiſſem.* Sed corrigendum exiſtimo, *obdormiſcerem.* Natum vitium ex compendio ſcripturae. Caeterum *agitare tranquillitatem* dictum eſt, ut *agitare pacem, laetitiam, moerorem, luctum, gaudia*, aliaque apud Salluſtium. MUNCK. Contra imperfectum ſubjunctivi pro pluſquamperfecto adhibent alii. Vide Cl. Oudendorp. ad J. Caeſar. lib. VII. B. Gall. cap. 88.

4 GALAGETICI] M. & L. *Galogetici.* I. *Galgatici.* Sed *Galagetici* cum Commel. A. H. & MS. Leid. Gloſſ. *Gentilis, vel à Gallis dicti.* Getae ſunt Gothi. Vide Schol. Horat. ad lib. 1. od. 35. Caſaub. in Spart. p. 301. Gloſſ. Iſid. *Geta, Gothus.* Confer Cluver. Germ. Antiq. lib. III. cap. 30. Lege heic, ut Salmaſius in orâ codicis ſui notaverat, *Gallogetici.* MUNCK.

5 ANGINA] Gloſſ. *anguſtia. Angina morbus porcorum, qui occupat fauces.* Ita & Servius ad Georg. III. 497. Verum non porcorum tantum, ſed pecorum omnium eſt angina. Feſtus: *Angeroniae Deae ſacra à Romanis inſtituta ſunt, cum angina omne genus animalium conſumeretur.* Immo & hominum κυνάγχη. Vide Simeon. Sethi de Alimentis pag. 4. *Angor* appellatur is morbus à Plinio lib. VIII. 27. Gloſſ. Philox. *Anguina*, ἄγχουσα, συνάγχη, κύναγχος, Gloſſ. eadem: *Angit*, θλίβει, συνοχωκῇ, ἄγχει, πνίγει. Tertull. de Anim. cap. 48. *Angina mentis.* MUNCK.

6 FELICITATIS NOVERCA] Lib. II. 16. *Honeſtatis noverca.* MUNCK.

7 LIMEN PROPRIUM] Τὸ *proprium* ſuſpectum mihi. Puto legendum, *propemodum.* MUNCK. Quid ſi legas *prorutum*, ut *tede proruere ſtantem columnam* Horat. lib. 1. Od. 35. De verbo *proruere* vide Cl. Oudendorp. ad J. Caeſar. III. B. G. 26.

8 QUO SI] 5. edd. & Leid. MS. perperam *quaſi. Quo* pro *ut* Fulgentiano more identidem ponitur. MUNCK.

9 LOCUPLETES TACTUS] Simile illud lib. II. 18. *Erat ergo huic locuples viſus, & pauper effectus.* Confer ejuſdem libri cap. 13. MUNCK.

10 CONDICTIS] Scriverius: *Condicta, indictiones, capitationes.* Rectè quidem. Sed tu vide praeterea Lindenbrogium ad Ammian. p. 51. MUNCK.

11 DOMO] *Domi* 5. edd. Sed MS. Leid. diſertim *domo.* Et rectè quidem. Gloſſ. Philox. *Domi, domo*, κατ' οἶκον, ἐν οἴκῳ. Plura vide ad Hyg. cap. 247. MUNCK.

12 QUIPPE GENTILIS] 5. edd. *quippe nobis gentilis.* Sed illud *nobis* Leid. cod. non agnoſcit. Sed quid eſt *merces gentilis?* Honorifica & ampla, ait Locherus, cum gentile pro nobili & honorato ponatur. Ἐπίκαρπος. Niſi tamen gentilem mercedem rectius heic accipi puto de mercede, quae datur à gentibus. Ita enim barbaras nationes Romani appellant. MUNCK.

13 DOMINI REGIS] MS. *Domni.* quod non diſplicet. Vide Voſſium alioſque. Gloſſ. *Zenonis.* Baptiſta Pius ridiculè intelligit Athanaſium, qui, Gothis expugnatis, pace feſta tranquillavit orbem. Locherus Hilderiçum filium Thraſamundi, qui ab exilio revocavit epiſcopos. Verum utrum Ruſpenſis epiſcopus Fulgentius hic fuerit, an vero alius, cum haud ſatis conſtet, difficile eſt certi aliquid ſtatuere. MUNCK.

14 SOLIS CREPUSCULUM] *Cum creperum lux alma micat*, ut loquitur Capella lib. II. p. 28. ed. Grot. qui & Lib. 1. *Crepuſculum* pro diluculo uſurpat. Lucanus: *Longa repercuſſo nituere crepuſcula Phoebo.* Confer. Serv. ad AEn. II. 268. Iſidor. de Nat. Rer. cap. 2. MUNCK. Pro *debiſcentibus* alii legunt *deſciſcentibus.*

lis crepuſculum mundo tenebris dehiſcentibus, pavores [1] exterſit. Et poſt torpentes inceſſus, [2] qui tum bellicum profligaverant interdictum, licuit tandem arva viſere, limites circuire. Egredimur nautarum in morem, quos [3] tempeſtatum flamento confractos exoptata reduces [4] excipit ripa, & velut parietum indumentis exſuti, poſt domeſticas ſtationes ambulare potius diſcimus, quam progredimur, [5] & Maroneo verſui conſimiles: *Tandem liber equus campo* [6] *potitur aperto.* Intuemur arva, quibus adhuc inpreſſae bellantium plantae [7] muricatos, (quod ajunt) [8] ſigillaverunt greſſus, & [9] formidine mentis nondum exterſa,

1 EXTERSIT] 6. edd. & MS. Leid. *abſterſit.* quod praeferam. Claud. VI. Conſul. Honor. *Principis & ſelis radiis deterſa removit Nubila.* MUNCK.

2 QUI TUM PROFLIGAVERANT] MS. Leid. & 5. edd. *quae tum profligaverat* &c. hoc eſt, *negaverat*, ut gloſſa exponit. Sed ſic reſcribendum foret, *quos tum.* MUNCK.

3 TEMPESTATUM FLAMENTO] 5. edd. & MS. Leid. *flagitamento.* Gloſſ. exponit, *Caſtigatione.* Aſſultu & incurſu dixiſſet potius. Praefero tamen cum Cornel. Tollio Modiani codicis lectionem *fatigamento.* In Contin. Virgil. *Tempeſtivis jactationum curſibus fatigatur.* quanquam & ibi Leid. cod. *flagitatur* exhibet. Pſeudocyprian. Laud. Martyr. *Tempeſtatibus diu nauta fatigatus.* Propert. lib. III. El. ult. *Nunc demum vaſto feſſi requieſcimus aeſtu.* MUNCK.

4 EXCEPIT] Mod. Codd. & Leid. Biblioth. ut & 6. edd. *excipit.* MUNCK.

5 ET MARONEO VERSUI CONSIMILES: TANDEM LIBER EQUUS &c.] Malim *ei Maroneo* &c. WOPKENS.

6 POTITUR] Clar. Cornel. Tollius margini illeverat, *potietur.* In Virgil. legitur XI. Aën. 494. *Tandem liber equus campoque potitus aperto.* Exiſtimo verſiculum hunc paululum detortum fuiſſe à Fulgentio. Quod poſtea vidi cenſuiſſe etiam Nob. Heinſ. qui in margine codicis ſui emendabat, *ſpatiatur.* Leid. cod. *campo aperto potitur.* MUNCK.

7 MURICATOS GRESSUS] Gloſſ. *murica teſtos. genus herbae.* Stultè. Audi tu potius Voſſium. Μυρμηκιὰς *muricatos greſſus* dixit Fulgentius, hoc eſt, formidoloſos, qui quaſi per murices ferreos ſiant. Vide ejus Etymol. in *murex.* MUNCK.

8 SIGILLAVERUNT] 5. edd. *ſigillaverant.* MUNCK.

9 FORMIDINE MENTIS NONDUM EXTERSA] MS. Leid. & 5. edd. *menti*: Quod praefero. MUNCK.

10 PAVEBAMUS] Cl. Tollius mallet, *pavemus.* Sed diverſa tempora, immo & modos copulari interdum, alibi docemus. MUNCK.

11 HAEREDEM RELIQUERAT] Sic & infra: *Famam relinquentes haeredem.* MUNCK.

12 TROADUM IN MOREM] Contumelioſè *Troades* Trojani à Perſio appellantur: quâ de re vide Alciat. Parerg. lib. III. cap. 48. Κακόζηλος ergo heic Fulgentius, aut intellexit mulieres Trojanas. MUNCK.

13 ALTERUTRUM] Malebam à primo *alternatim*, quod alteri Gloſſator ſuperſcripſerat in codice Leid. Conjecerat idem, & in ſuo libro notaverat Clar. Tollius. Infr. lib. II. 16. *Alternatim reſurgere atque occidere dicunt.* Nunc dubito nonnihil, cum & apud Martial. in Epiſtol. ad Toloſanos legam: *Amplitudo denique & altitudo caritatis per vos diffundantur, per quas alterutrum invicem diligatis.* Et Nemeſianus aliique reſponſo ad Cyprian. *Simus ergo orationibus noſtris alterutrum adjutores.* Ruffin. Interpr. Euſeb. lib. I. *Uſque quo procedente immanitate etiam devorarentur alterutrum.* Vulg. interpres Marci cap. IV. 40. *Dicebant ad alterutrum.* Geneſ. cap. XIII. vers. 11. *Diviſique ſunt alterutrum à fratre ſuo.* Actor. VII. 26. *Ut quid nocetis alterutrum?* Cyprian. lib. III. ad Quirin. ex Galat. cap. VI. *Alterutrum onera ſuſtinete.* Tertull. de Reſurrect. Carnis cap. 44. *Membra alterutrum ſanus.* Miror, ut raram eo ſignificatu, in uno Sangallenſi hanc vocem notaſſe Barthium Adverſ. XLV. II. MUNCK.

14 INTERNITIO] Leg. *internecio*, quomodo habent A. I. H. & MS. Leid. Gloſſ. Philox. *Internecio*, ἀναίρεσις. Vetus interpres Joſuae cap. X. vers. 20. *Uſque ad internecionem paene conſumtas.* Iſidor. Orig. IX. *Uſque ad internecionem deletae ſunt.* Quomodo & Florus loquitur lib. II. cap. 16. & 17. quanquam perperam *internicionem* exhibent editi. Feſtus: *Internecio vitae privatio appellatur interfectio, à nece denominato vocabulo.* Lege cum Vett. membranis Biblioth. Leid. *Inter-*

ſa, hoſtes in veſtigiis [10] pavebamus. Terrorem enim pro ſui memoria miles hoſtis [11] haeredem reliquerat. Sed [12] Troadum in morem oſtentabamus [13] alterutrum loca, quorum recordationem aut [14] internitio celebrior faciebat, aut praeda. Tandem inter [15] ſentoſa nemorum [16] frutecta, quae agreſtis olim deſeruerat manus (17 nam [18] intercapedinante pavoris prolixitate [19] tam largo fumo lurida parietibus aratra pendebant, & laborifera boum colla jugales in [20] vaccinam mollitiem deduxerant callos) ſqualebat viduus ſulcis ager, & herbidis ſentibus olivifero vertici minabatur. Ita etenim [21] nexili de ſyr-

*ternecio, vitae privatio, interfectio, à nece* &c. Victor illuſtrium cap. 23. *Gallos improviſos interneciene occidit.* Reſcribo, *improviſus.* Juſtinus lib. VII. 6. *Theſſaliam improviſus expugnat.* Salluſt. Jug. cap. 88. *Quo improviſus gravior accederet.* Curt. VI. 6. *Improviſus hoſti ſupervenit.* Ammianus lib. XXIII. pag. 433. ed. Boxh. *Improviſus Aſſyrios occuparet.* 462. *Improviſae finitima populantur.* Lib. XVII. p. 184. *Cum ſuis improviſus occurrit.* Eodem ſenſu Florus lib. III. cap. 3. *Ut hoſti inopinatus occurreret.* Et cap. 5. ejuſdem Libr. *Italiam nec opinatus invadere.* Schol. Stat. ad I. Theb. vers. 644. *Pietatem poſuit, quia cives ſuos internectione monſtri ſervaverat.* Leg. *interneciene.* MUNCK. Conſule Cl. J. Arntzenium ad A. Victor. de Vir. Inluſtr. cap. XXIII.

15 SENTOSA] H. e. ſpinoſa. *Senticoſa* dixiſſet Afranius. Vide Feſt. in SENTES. Horat. II. od. 9. *Hiſpidos Manant in agros.* Ubi Scholiaſtes: *Senticoſos, herboſos.* MUNCK.

16 FRUTECTA] Ita rectè & MS. Leid. *Fruteta* 5. edd. Vide quae notamus inferius ad illa: *Quicquid per frutecta Tempe.* MUNCK.

17 NAM &c.] Includenda omnia parentheſi uſque ad illa, *ſqualebat viduus* &c. Ordo eſt, *Tandem ſqualebat ager* &c. MUNCK. Pro *tam*, reſtituendum videtur *jam.* WOPKENS.

18 INTERCAPEDINANTE] Gloſſ. *interveniente.* Capell. lib. IX. p. 3. 2. ed. Grot. *Intercapedinatae prolixitatis oblivia jam ſupero debet vigore diſcutere. Intercapedo* eſt διάστημα χρόνου, διάφασις καιρῦ, ut exponunt Gloſſae Philoxeni. Feſtus: *Intercapedo, tempus interceptum, cum ſcilicet mora eſt ad capiendum.* Turpilius: *Quando equidem amorem intercapedine ipſe lenivit dies.* Sed *intercapedinare* ignorat politum ſaeculum. MUNCK. De voce *intercapedo* Manut. ad Cic. lib. IX. ad Fam. Ep. 22. pag. 40.

19 TAM LARGO FUMO] Gloſſ. *ut frutecta creſcerent in agris.* In fumo aratra ſuſpendebant, ne ceſſantia ex humore putredinem conciperent. Vide Proclum ad illa Heſiod. Ἔργ. κ. Λίψᾳ κε πνοιὴ μᾶλλον ὑπὸ νέφεα κεκλιμένοιο. MUNCK. Conſule de hoc more Schol. Ariſtoph. Acharn. vs. 278. cui adde Kuſteri notam, & Celeb. J. G. Graevium l. eſt. Heſiod. cap. 2.

20 VACCINAM MOLLITIEM] Qualis in vaccarum eſt collis. Catullus c. LXV. *Rura colit nemo, molleſcunt colla juvencis.* MUNCK.

21 NEXILI DE SYRMATE] Gloſſ. *de tortuoſâ curvatione. Syrma polyſemos eſt ſerma. Eſt enim ſyrma longariae manus ſcriptura. Dicitur & longa ſententia. Ponitur etiam pro ſinuatione & flexu, ut hoc loco.* Vult ſanè id epitheton *Maeandrico.* Feſtus: *Maeandrum picturae genus dictum à ſimilitudine flexus amnis, qui appellatur Maeandrus.* Conſule ibi Scaligerum, & Servium ad illud Virgil. AEn. V. 251. *Purpura Maeandro duplici Meliboea cucurrit.* Quod de longariae manus ſcriptura ait gloſſator, id inveni quoque apud Vet. Horat. Scholiaſt. ad Artem Poët. *Larvas*, inquit, *capiti imponebant, & induebant actores ſyrmata, id eſt, veſtimenta prolixa: unde & longaria ſcriptura ſyrma dicitur ab illius veſtis prolixitate. Longa manus* dicitur in Gloſſ. Labb. Τὸ δὲ redundat, ut ſaepe apud poſterioris aetatis ſcriptores; quanquam interdum nec meliores id refugerint. Vide notas ad lib. I. cap. 24. MUNCK. *Syrma* veſtimentum tragicum, oblongum, & fluxum a trahendo dictum. Vide Jac. Nic. Loenſem II. Epiphyll. 10. rectè vero hic *Syrma Maeandricum* jungitur ab Auctore antiquitatis ſtudioſo pro ſinuatione & flexu Maeandri ſpeciem referente; derivatur enim *ſyrma* a σύρεσθαι, quod proprie adhibetur de fluminibus ſerpentum more labentibus. Dionyſ. Perieg. vs. 16. de fluvio Tanai:

Σύρεται ἐς Σκυθίην τε καὶ ἐς Μαιῶτιδα λίμνην.

Ubi Euſtath. Ὃν τὸ σύρεται ὁ Τάναις εἰς Σκυθίαν, καὶ εἰς Μαιῶτιδα λίμνην, καὶ τὸ συρέμεν. Λιβάνιος, καὶ τὰ πικρὰ ὡς ἐπὶ ὄφεων εἴρηται τροπικῶς, οἷα δὴ ποταμῶν ἑλισσομένων. vers. 433.

Σύρεται ἐλκὼν ἄγαν Ἀχιλλέως ἀργυρόδινης.

ſyrmate [1] maeandrico graminum labruſca coibat, quo ſepta herboſis radicibus tellus, Triptolemicum contumax abnueret dentem. Ergo dum hujuſcemodi [2] paliuraea prata incedenti premerem planta, & roſcidos florulenti velleris colles ſpatianti [3] meterem paſſu, defectum voluntas peperit, [4] & egredientes ſtudio, ſedulitas ex labore ſucceſſit. Divertor arborei beneficium umbraculi [5] praeſumens, quo me erranti foliorum intextu Phoebi à torridis defenſaret obtutibus; & circumfluo ramorum recurrentium nexu umbram, quam propriis radicibus praeberet, mihi etiam concederet eſſe communem. Nam me avium quaedam [6] vernulitas, quae [7] fragili quadam dulcedine [8] criſpantes ſibilos [9] corneis edunt organulis, ad hoc opus adlexerat, & laboris tam ſubita requies [10] melos quoddam carminis exſpectabat. *Theſpia-*

Vers. 1138.

—— Τόθι λοξὸν ἀνὰ σκοπέλων Ἀκεσίνης
Συρόμενον δίχεται πλωτὸς ῥόος Ἰθάκης.

De Maeandro ita Euſth. ad Dionyſ. Perieg. 828. Τὸν δὲ ῥηθέντα Μαίανδρον, σκολιὸν φασι ῥέειν, ἀφ' ἧς καὶ τὰς τῶν πορευμάτων σκολιότητας πάσας ΜΑΙΑΝΔΡΟΥΣ καλεῖσθαι. Hinc Herodotus lib. II. cap. 29. Σκολιὸς ὁ τούτου, καίπερ ὁ Μαίανδρος, ἐὼν ὁ Νεῖλος. alia notiora omitto.

1 MAEANDRICO GRAMINUM] MS. Leid. & 5. edd. *gramini*. Quod praefero. Tertull. Pall. cap. 4. *Prorſus ſi quis Maeandrico fluxu delicatam veſtem humi protrahat*. Noſter infra: *Maeandricos limbos*. MUNCK.

2 PALIURAEA PRATA] Reſpexit Virgil. Ecl. v. 39. *Carduus & ſpinis ſurgit paliurus acutis*. MUNCK.

3 METEREM] MS. Leid. cum 5. edd. *metirem*. Scriverius in margine ſcripſerat *metirer*. Quod & mihi in mentem venerat ex illo Horatii Epod. 4. *Sacram metiente te viam*. Quid ſi mutaſſe eum formam verbi dicamus? Certè lib. II. cap. 6. *Furare* pro furari uſurpavit, & in Continent. Virgil. *reluctare* pro reluctari. Sic *remetio* pro remetior Cyprian. Sermon. de Orat. Dom. *In quâ menſurâ menſi eritis, in eâ remetietur vobis*. Et ſic legitur etiam apud vulgat. Interpretem Matth. VII. vers. 2. AEthicus Praefat. Coſmogr. *Orbis terrarum metiri coepit*. Hygin. lib. I. Aſtron. cap. 6. *Quinque autem, quos ſupra diximus, ſic in ſphaerâ metiuntur*. MUNCK. Vide ad Hygini lib. IV. Aſtr. Poetic. cap. ult.

4 PEPERIT, ET EGREDIENTIS STUDIO &c.] 6. edd. & MS. Leid. *Peperit egredientis ſtudio, ſed utilitas* &c. MUNCK. Alii placet *ingrediendi ſtudioſa*, et. deinde legenti *Phoebi torridis defenſaret ab ictibus*.

5 PRAESUMENS] H. e. occupans locum arborum umbrâ opacum. MUNCK.

6 VERNULITAS] Ita quoque cum MS. Leid. tum 6. edd. Salmaſius in libro ſuo emendaverat, *vernilitas*. Si tam Latina eſſet, quam quidem non malè huic loco conveniret, reſcriberem *vernalitas*. *Vernare* enim dicuntur aves, quando verno tempore cantillant. Ovid. *Inaucili gutture vernat avis*. Certe *vernalis* invenias in notis Tyronis, & apud Auguſtin. C. D. VII. 25. *Vernalem faciem terrae*. Chryſol. Serm. XXV. *Vernalis ceſpitis vilitate*. Formetur ergo non ineptè à *πᾶ vernalis vernalitas*. Sed potius eſt, ut reſpexiſſe eum loquacitatem vernarum dicamus. *Vernilitas* eſt dicacitas. *Verniles* aves, argutae. Rutil. I. Itin. *Vernula queis vario carmine ludit avis*. Pedo Eleg. de Maec. obitu: *Sederat argutas garrulus inter aves*. i. e. ὄρνιθας κωτίλας. Proclus in Heſiod. Ἔργ. α. p. 86. Τὼ χιλιδόνα κωτίλλειν λίγυ, ὡς ἐπὶ παρὰ Ἀνακρέοντι κωτίλη χιλιδών. Locum fruſtra quaeras in reliquiis Anacreontis. Fors fuat tamen, ut Od. XII. ubi nunc legitur, τί σοι, λάλη χελιδών, reſcribendum ſit, τί κωτίλη χελιδών. Judicent docti. MUNCK.

7 FRAGILI DULCEDINE] Κλαδαγῷ. Graeci vocant. Ita infra habes, *Fragilem cachinnum*. MUNCK.

8 CRISPANTES SIBILOS] *Vibrantem modulatum*, ut de luſciniis loquitur Plin. lib. X. cap. 29. MUNCK.

9 CORNEIS ORGANULIS] H. e. roſtris. *Cornea labra* dicuntur in Vet. epigram. lib. IV. Catal. Pith. *Nam claudunt rabidam cornea labra gulam*. MUNCK.

10 MELOS QUODD. CARMINIS] Hic iterum Grae-

*Theſpiades, Hippocrene*
*Quas ſpumanti gurgite*
*Inrôrat loquacis nimbi,*
*Tinctas* [11] *hauſtu muſico,*
*Ferte gradum properantes*
*De virectis collium,*
*Ubi guttas* [12] *florulentae*
[13] *Mane rorant purpurae,*
*Humor algens, quem ſerenis*
*Aſtra ſudant noctibus,*
*Verborum caniſtra* [14] *plenis*
[15] *Reſerate floſculis.*

*Quic-*

Graecos imitatur Fulgentius. Apoll. Rhod. IV. Arg. 907.

ἐ Κρατερὸν ἰύπτοχάλοιο ΜΕΛΟΣ κανάχησιν ἈΟΙΔΗΣ.

Itaque non neceſſe eſt, ut cum Ampliſſ. Cupero lib. II. Obſ. cap. 10. credamus Fulgentium, *melos carminis* dixiſſe, quia *melos* etiam de proſa oratione adhibetur. Hujuſmodi pleonaſmis gaudent Graeci. ſic νῶν σκαφῶν Eurip. in Rheſo vs. 392. νῶς σκαφῶ in Cyclope vs. 465. ſic ἀγῶνα μάχης dixit Sophocles in Trachin. vs. 20. & Eurip. Androm. vs. 725. & βωμῶ ἰχάραν vs. 1138. ἰόνης λίχῳ Sophocl. Antigon. 431. Imo in juſtum volumen creſcerent hae obſervationes, ſi omnia exempla proferrem. Siquis vero haud otioſos eſſe iſtos pleonaſmos contenderit, neutiquam repugnavero. Sed de hiſce forſan opportunior agendi dabitur locus.

11 HAUSTU MUSICO] *Pierio latice*, ut loquitur Virgilius in Culice. *Hauſtus* pro aqua, quae hauritur, ut apud Phaedrum lib. I. *A te decurrit ad meos hauſtus liquor.* MUNCK.

12 FLORULENTAE] Simulavit Auctorem Pervig. Veneris: *In pudorem florulentae prodiderunt purpurae. Humor ille, quem ſerenis aſtra rorant noctibus, Mane virgines papillas ſolvit humenti peplo.* Iſidor. Chron. Goth. *Tu florulenta campis, montibus frondua, piſcoſa littoribus.* Ambroſ. Hexaem. lib. I. cap. 4. *Horrentibus primis florulenta miſceri.* Ita à ros *rorulentus* apud Gregor. Turon. Hiſtor. Franc. cap. 15. à gleba *glebulentus*, & à faex *faeculentus* apud Apulej. in de Deo Socratis; & à farina *farinulentus*, à muſtum *muſtulentus* Miles. lib. IX. item à roſa *roſulentus* apud Capellam lib. I. ab aurum *aurulentus* apud Prudent. περὶ Steph. & apud noſtrum à merum *merulentus*. Pertinet huc illud Capellae lib. II. *Ac in roſetis purpuraret culmina Aurora primo convenuſtans habitu.* MUNCK.

13 MANE RORANT] Lege *rorat* cum 6. edd. & MS. Leid. Referri enim debet ad illa *humor algens*. *Stillare, rorare, manare* & id genus quam plura alia cum quarto nunc, nunc cum ſexto caſu conſtruuntur. Sententia eſt, *ubi humor algens* &c. *rorat*. Eſt ille humor, quem aſtra noctu ſudant, λείψεις ſiderum lib. II. 19. *Nocturni roris humor, quem aporroea ſiderum atque ipſius lunae animandis herbarum ſuccis infudat.* Ita ibi legendum. Q. Cicero apud Auſonium Eclogario: *Quam ſequitur nebulas rorans liquor altus Aquari.* MUNCK.

14 PLENIS] Vel *plena* legendum, vel dicendum eſſe hypallagen, ut apud Petron. *Nec certos fluctus ventus impulerat.* Iſidorus lib. XX. Orig. cap. 6. *Currunt cum ſiphonis aquis plenis*, pro *ſiphone aquis pleno.* Niſi rectus ei ſingularis fuit *ſiphona.* Propert. lib. I. el. 20. *Tandem haurire parat demiſſis flumina palmis, Immixus dextro plena trahens humero.* Intelligi vult flumine vel aqua plenam urnam, obſervante ſummo Gronovio. MUNCK.

15 RESERATE] Barth. Adverſ. lib. XVII. 7. & LVI. 17. *deſerte* propter metrum. Sed RE ſaepe produci jam notavit in Lucretiano indice Giphanius, & Mariangelus in notis ad Alvarum de ſyllabarum dimenſione. Quid praeterea in hoc carmine mutatum velit, apud ipſum vide. *Verba* heic eſſe μύθους ſive fabulas, recte obſervavit. MUNCK. Giphanio & Mariangelo adde Celeb. P. Burm. ad Phaedri lib. I. fab. 31. & ad lib. III. fab. 18. inf. & Kannegieter. ad Aviani Fab. I. pag. 15.

*Quicquid per [1] virecta Tempe*
*Raptat unda [2] proluens,*
*[3] Hinnientis & [4] recuſſu*
*Quam [5] produxit ungula.*
*Quidquid Aſcraeus [6] veterna*
*Rupe paſtor [7] cecinit,*
*Quidquid ex [8] Atlantis gazis*
*Veſtra promunt horrea,*
*Quod cecinit paſtorali*
*Maro ſylva Mantuae,*
*Quod [9] Maeonius ranarum*
*Cachinnavit praelio,*

*Par-*

1 VIRECTA] Ἀρχαϊκῶς, quomodo & in notis Tyronis legitur pag. 9. & *frutecta* p. 169. Capella lib. I. p. 18. *Scythidis virecta.* Ita habent Vett. membranae Biblioth. Leid. non *vireta*, ut ediderunt. Feſtus: *Dumeta antiqui, quaſi dumiceta, appellabant, quae nos dumeta.* Idem: *Veſtices frutecta denſa dicta à ſimilitudine veſtis.* Lact. Argum. Metam. I. cap. 3. *Frutecta ſylvarum.* Marcellin. lib. XIV. *Frutecta prenſando vel dumos.* Virg. AEn. VI. *Amoena virecta.* Vide ibi Valerian. pag. 124. ed. Steph. MUNCK.

2 PROLUENS] Lege, *profluens* cum Nob. Heinſio. MUNCK.

3 HINNIENTIS ET RECUSSU] Adſcripſerat margini vir doctus, *Hinniente de recuſſu.* Sed nihil opus eſt. Hinniens eſt equus Pegaſus. Duplex heic unda notatur, & quae per Tempe [fluit, & Hippocrenes. MUNCK.

4 RECUSSU] MS. Leid. & 5. edd. *recurſu.* Male. Rectum eſt *recuſſu.* Maro II. AEn. *Uteroque recuſſo.* Reſtituimus idem vocabulum lib. I. cap. 24. *Recutere* dictum, ut *replaudere* apud Apul. VI. Mil. *Quadrupedi curſu ſolum replaudens.* Et *dextra frontem replaudens.* MUNCK.

5 PRODUXIT UNGULA] Vide Sidon. lib. IX. ep. 9. Antonin. Liberal. cap. 9. Scholiaſten Heſiod. p. 234. ed. Heinſ. Feſtum in *Pegaſides.* Theon. in Aratum p. 29. ed. Lond. MUNCK.

6 VETERNA] Gloſſ. *antiqua.* Rectè. Gloſſ. Philox. *Veturnus & vetuſtus*, παλαιός. Leg. *Veternus.* Cyprian. Sermon. de Circumciſ. *Probatoria hujus ſenſualitatis collatio tam veterna.* Sic *veternus error* apud Ennod. *Veternae offenſae* apud Fulbertum, *veterna ſilentia* apud Prudent. Hymn. Cath. 9. occurrunt. Priſcian. ſub finem lib. II. *Vetus praeterea veternus facit, non ſolum veteranus, ſed diverſas habent ſignificationes.* Etiam *veternoſus* eodem ſenſu venit Victori in Paſſ. Martyr. Carthag. *Ecce antiquus boſtis, veternoſus utique anguis, triſulcae linguae venena vibrans.* MUNCK.

7 CECINIT] *Incinit* Barth. Adv. lib. XXVII. cap. 19. MUNCK.

8 ATLANTIS] MS. Leid. *Atlanta.* Forte ſcripſit *Atlantae*, quemadmodum *Perdica* pro *Perdix* cap. 2. lib. III. Vide quae ibi à nobis dicta ſunt. De Atlante hoc conſulendus Servius AEn. I. vers. 745. MUNCK.

9 MAEONIUS] Malim, *Maeonides.* Perſius Sat. VI. 11. *Maeonides Quintus pavone ex Pythagoreo.* Martial. lib. V. 10. *Et ſua riſerunt ſaecula Maeoniden. Maeonium vatem* apud Alcimum, *Maeonium Homerum* apud Naſonem, *Maeonium ſenem* apud hunc Noſtrum, & Lucan. Pan. ſed nuſquam abſolutè dici *Maeonium* memini Homerum. Βατρομυομ. auctorem eſſe illum voluerunt ex veteribus nonnulli, ut oſtenſum à nobis ad Hyg. cap. 154. MUNCK.

10 MADIDAS] Dictum eleganti μεταφορᾷ, ut apud Mart. ep. 68. lib. VII. *Cujus Cecropio pectora rore madent.* lib. I. ep. 4. *Si quis Cecropiae madidus Latiaeque Camaenae Artibus.* MUNCK.

11 MERULENTAS] Ut à *temetum temulentus*, à *vinum vinolentus*, ita à *merum* finxit *merulentus.* Adhelmus libello de laud. Virgin. *Merulenta defaecati nectaris defruta apothecis recondenda.* Caeterum illa *madidas, merulentas* prorſus ἰμφαδικῶς dicuntur. Refero huc illud Petronii: *Plenus Pierio diffundes nectare verba.* Sic enim legendum cenſeo ex Vett. editionibus. Mutarunt, qui non videbant *diffundere* heic eſſe κατακλύζειν, *inundare.* Cato in Diris: *Diffuſos gurgite campos.* Catal. Scalig. lib. II. pag. 239.

*Pitriſ-*

*Parrhaſia candicanti*
*Dente lyra concrepet:*
*Ad meum vetuſta carmen*
*Saecla nuper confluant.*

Hoc itaque ſacrificali carmine Gorgonei fontis adſpergine [10] madidas & praepetis ungulae rivo [11] merulentas Pierides abſtraxi. Adſtiterant itaque [12] ſyrmate nebuloſo lucidae [13] ternae viragines, hedera largiore circumfluae, quarum familiaris Calliope ludibundo palmulae tactu, meum [14] vaporans pectuſculum poeticae pruriginis [15] dulcedinem ſparſit. Erat enim gravido (ut adparebat) pectore, crine neglecto, quem margaritis praenitens diadema conſtrinxerat, [16] talo tenus bis tinctam recolligens veſtem. [17] Quod credo & itineris propter, [1] &

*Pierio liquidam perfundit nectare mentem. Pierium laticem* appellat Virgil. Culice. Caeterum ut *diffundere* heic, ita *infundere* uſurpat Chryſologus Homil. 42. *Non ſic imber infundit terram, quomodo jejunium lacbrymae rigant pauperum.* Et poſt paulo: *Coeli pluvia infundit terram.* Etiam Palladius Januar. Tit. III. *Mediocriter infuſus ager, ut nec lutoſus nec aridus ſit.* Marcellin. lib. XIV. *Fluminis modo fortunis complurium ſeſe repentinus infudit.* MUNCK.

12 NEBULOSO SYRMATE] Tenui inſtar nebulae: cujuſmodi veſtes ἀεροχιτῶνες vocabant Graeci. Adi Gonſalium ad illa Publii apud Petronium: *Palam proſtare nudam nebula linea.* MUNCK.

13 TERNAE VIRAGINES] Barth. Adv. lib. XVII. cap. 7. *Ter ternae.* MUNCK.

14 VAPORANS] Gloſſ. *incendens.* Rectè. Horat. Epiſt. 16. lib. I. *Laevum diſcedens curſu fugiente vaporet.* MUNCK.

15 DULCEDINEM SPARSIT] Ita & MS. Leid. Gloſſ. *ſpargendo replevit.* quae eſt explicatio lectionis 5. edd. *dulcedine.* Lege ergo, *dulcedine ſparſit. Spargere* accipe pro *conſpergere.* Virgil. Ecl. V. 40. *Spargite humum foliis.* Propert. IV. 6. *Spargite me lymphis.* Ovid. XI. Met. 57. *Sparſos rore capillos.* & vers. 311. *Nox coelum ſparſerat aſtris.* Horat. II. od. 13. *Penetralia ſparſiſſe nocturna cruore.* Ubi perperam Schol. *maduiſſe.* Senec. Agam. 465. *Nox prima coelum ſparſerat ſtellis.* Ita *ſternere* pro *conſternere.* Horat. IV. od. 14. *Stravit humum ſine caede victor. Serere* pro *conſerere.* Boet. *Qui ſerere ingentem volet agrum.* Sic & Graeci cum Latinis. Pſ. 107. 37. Ἔσπειρεν ἀγροὺς καὶ ἐφύτευσαν ἀμπελῶνας. MUNCK. Virgil. IV. AEn. 584.

*Et jam prima novo ſpargebat lumine terras*
*Titboni croceum linquens Aurora cubile.*

Prudent. H. 1. Cathem. vs. 22. *Ut cum coruſcis flatibus Aurora coelum ſparſerit.* Propert. II. XXIII. 67.

*Spargere & alterna communes caede penates.*

Quoties vero Graeci ac Latini ſimplicia pro compoſitis adhibuerint, ſi monſtrarem, Lectorem fatigarem. Verum & altera lectio defendi poſſet. De conſtructione verbi *ſpargere* late aget Celeb. P. Burmannus ad Virgilium.

16 TALO TENUS BIS TINCTAM RECOLLIGENS VESTEM] Hoc eſſet, *dibaphan.* Vlitius ad Nemeſ. pag. 345. *talo tenus diſcinctam.* Niſi autem, inquit, diſcincta fuiſſet veſtis, non opus erat recolligi. Reſponderi poſſet, cingendo recolligi veſtem, & viantes altius cingi ſolere. Rectius ergo fore, *bis cinctam.* Adjuvat tamen ejus conjecturam *nebuloſum ſyrma*, quod praeceſſit.

17 QUOD CREDO ET ITINERIS PROPTER] Ita & MS. Leid. Gloſſator ſuperſcripſerat, *ſcil. difficultatem.* quomodo 6. edd. ante Commelinum repraeſentant. Vlitius emendat, *& itineri ſe properaret.* Nam quod in aliis, inquit, libris editum, *itineris propter difficultatem*, ex gloſſemate mei codicis profectum eſt, & ſenſui incongruum. Poſſediſſe opinor codicem illum, quo ego nunc utor. Nam *biſtinctam*, quod ex eodem adducit, etiam in Leidenſi comparet. Ego conjecteraveram, quod necdum diſplicet: *quod credo, & itiner propter.* Familiares huic ſcriptori id genus anaſtrophae. Velut mox: *verboſas fabulas propter.* Et cap. 5. Lib. I. *Cmeſtiones propter.* Apulej. Lib. V. Met. *Suggeſtum propter.*

Et

[1] & ne maeandricos tam [2] ſubtilis elementi aliquatenus limbos aculeati herbarum vertices ſcinderent. Adſtiti, propter ergo erectus in cubitum, veneratus ſum verboſam viraginem, olim mihi poetico vulgatam evidentius teſtimonio. Nec inmemor, cujus verboſas fabulas propter [3] ſcholaribus rudimentis tumidas [4] ferulis geſtaveram palmas: [5] & quia non mihi evidenti manifeſtatione, quaenam eſſet, liquebat, cur veniſſet, inquiro. Tum illa: Una, inquit, ſum è virginali [6] Heliconiadum curia, Jovis albo conſcripta, quam olim [7] Athenaeam civem Romanus ordo colendam exceperat: ubi novellos ita frutices edidi, quo eorum cacumina ſummis aſtris inſererem. Ita vitae famam [8] lin-

Et VIII. *Ignem propter aſſidens. Quod credo* heic eſt *ſicut credo.* Cic. XIII. Famil. epiſt. 40. *Si ulla unquam apud te mea commendatio valuit, quod ſcio multas valuiſſe plurimum, haec ut valeat rogo.* Seneca Apolocynth. *Quod tibi narro, ad ſextum decimum lapidem à Vienna natus eſt.* Quem locum fruſtra tentat vir doctus. Adde quae habet Sciop. Suſp. Lect. Lib. IV. 17. Poſſis etiam explicare non malè, *quantum credo.* Quintil. declam. IX. *Quod ſcio, victis etiam gladiatores parcunt.* Ne τὸ *itiner* mireris, notandum archaiſmos affectare cacoethes eſſe inferioris aetatis ſcriptorum, praeſertim Afrorum. Certè τὸ *itiner* Lib. IX. & Capella uſurpavit. Incertus poeta apud Macrob. Lib. II. Saturn. cap. 2. *Rimata itiner tranſitus.* Niſi dicamus ſynalocphan neglectam eſſe poëtae, malim ex Gellio reſcribere *itineri.* Chariſ. Lib. I. *Item iter & itiner* &c. MUNCK. Vlitius ad Nemeſiani Cyneget. vs. 93. legit, *talo tenus diſcinctam rec. v. quod credo & itineri ſe properet*, vel, *properaret.* Munckerum *quod credo* per *ſicut credo* explicantem ineptire dicit Cortius ad Salluſtii Jug. cap. XIV. num. 21. *Quod* ſaepe παρίλκει. Vid. J. Fr. Gronov. ad Livii XXVII. 7. Vide ipſum Munckerum ad Hygini fab. XVI. (ubi tamen poſtea ſententiam mutaſſe cognoſces.) & Cl. Oudendorp. ad J. Caeſar. III. B. Civ. 17.

1 ET NE MAEANDRICOS] Ita ſcripſi cum MS. Leid. & 6. edd. Perperam τὸ *ne* omiſerat Commelinus. MUNCK.

2 SUBTILIS ELEMENTI] *Filamenti* in margine libri ſui emendabat Nob. Heinſius. Quod nullus dubito, quin cuilibet ſe probaturum ſit. Boetius de veſtibus Philoſophiae Lib. I. *Veſtes erant tenuiſſimis filis, ſubtili artificio* &c. MUNCK.

3 SCHOLARIBUS] Scholaſticis. Uſus eâ voce & Hieronymus ad Damaſum. Vide Voſſ. in de Vit. Sermon. p. 53. MUNCK.

4 FERULIS] Ferula & ſcutica ſceptra nota paedagogorum, ſive medicamina, quibus medentur pigritiae puerorum. Catal. Pith. Lib. IV. *Et ferulis culpas tollere ceſſat iners.* Eleganter Capella Lib. III. *Tunc etiam quoddam medicamen acerrimum, quod ex ferulae flore caprigenique tergoris refectione confecerat, rubri admodum coloris, expreſſit.* Ferulam & ſcuticam innuit, quarum hae etiam de anguillarum tergoribus olim factitabantur. Vide Plin. IX. 23. Iſidorus Lib. V. 27. *Anguilla eſt, qua coercentur pueri in ſcholis: quae vulgo ſcutica dicitur.* De Ferulis Martialis Apophor. 80. *Inviſae nimium pueris grataeque magiſtris, Clara Prometheo munere ligna ſumus.* A feriendo dictas perperam cenſet Iſidorus lib. XVII. 9. *Nonnulli à feriendo ferulam dicunt. hac enim pueri & puellae vapulare ſolent.* Apul. IX. Met. *Ferula nates ejus obverberans.* MUNCK.

5 ET QUIA NON MIHI] Malim, *ſed quia.* Syllaba proximè praecedens τὸ *s* abſorpſit. MUNCK.

6 HELICONIADUM CURIA] Capella Lib. IV. *Ingreſſa curiam ſuperum.* Cyprian. Sermon. de Paſſ. Chriſt. *Paradiſi civis & domeſticus curiae efficitur.* Non diſſimile eſt illud Auſonii, *Collegia Aonidum.* Sed *chorea* emendaverat in ora codicis ſui Nob. Heinſius. MUNCK.

7 ATHENAEAM CIVEM] Migrat Grammaticorum regulam. Moſchopulus: Ἀθωναῖος ὁ ἀπὸ τῆς Ἀθωνῶς, γυνὴ δὲ ἀπὸ Ἀθωνῶς Ἀθωνική, οὐκ Ἀθηναία. Heſychius: Ἀθηναία, ἡ θεὸς, ἡ ἡ γυνή. MSS. habere ajunt, ἡ ἡ γυνή. Non ignoro inſuper habuiſſe heic quoſdam Grammaticorum praeſcripta. non exiſtimo tamen reſpexiſſe illuc Heſychium, ſed ſcripſiſſe potius: Ἀθηνὴ ἡ γυνή. Caeterum ut *Athenaeus* pro *Athenienſis*, ita *Romaeus, Carchedonius, Chalcedonius*, dixiſſe nonnullos oſtendit Salmaſ. ad Pall. Tertull. pag. 129. Cur Atticae autem, non Athenaeae dicerentur mulieres, cauſam legas apud Auguſtin. C. D. cap. 9. Lib. XVIII. Vide ſibi Vivem. MUNCK.

8 LINQUENTES HAEREDEM] Clar. Tollius emen-

[8] linquentes haeredem, quo magis celebriorem obitum [9] protelarent. Aſt ubi me Romuleae arcis conventu bellicus viduavit incurſus, Alexandriae [10] conciliabula urbis [11] exſulata poſſederam, variis dogmatum imbutamentis laſciva Graecorum praeſtruens corda, poſtque Catonum [12] rigores, Tullianaſque ſeveras invectiones, & Varroniana ingenia, [13] Pelleae gentis enerves ſenſus aut ſatyra luſeram, aut comoedico [14] phaſmate delectabam, aut tragica pietate mulcebam, aut epigrammatum brevitate [15] condibam. [16] Libebat me mea captivitas: & licet [17] noſtrae vacaſſent induſtriae, inveniebat tamen animus, quibus inter mala adrideret, niſi me etiam exinde bellis crudelior [1] Ga-

mendaverat in ſuo libro, *linquens*, & mox, *protelarem*. Ita poſtularet quidem ſyntaxis, ſi ad Pieridem haec referas. Sed Grammaticos canones non ſollicite obſervat Fulgentius. Praefat. Lib. de Priſc. Serm. *In quantum memoriae enthecа ſubrogare potuit, contribui, non phaleratis ſermonum ſtudentes ſpumis.* Continent. Virgil. *Ut dicere coeperam, mox ut terram tangit, matrem videt, nec agnoſcit, plenam deſignantes infantiam.* Heic tamen τὸ *linquentes* referendum puto ad *novellos frutices.* MUNCK.

9 PROTELARENT] H. e. memoriam ejus per poſteros extenderent. Leo in conflict. Virt. & Vit. *Si protelatis vigiliis pſalmorum cenſum perſolvis.* Pſeudo-Cypr. de Sing. Cleric. *Laborat ad culmen adverſarius protelare.* Gloſſ. Iſid. *Propagando, protelando. Protelat, differt.* Quae interpretatio locum habere heic poſſet, ſi pro *celebriorem* reſcribamus *celeriorem.* Adde infr. not. ad cap. 6. lib. I. & Contin. Virgilianam. MUNCK.

10 CONCILIABULA] Conventus & Scholas. MUNCK.

11 EXULATA] Quae huc pertinent, abunde dicta ſunt à nobis ad Hyg. Myth. cap. 26. & porro infra dicentur ad lib. III. cap. 6. MUNCK.

12 RIGORES] *Rugas* in margine vir illuſtris. Sed opinor in animo habuiſſe Catonis ſeveritatem. Severitas enim ubi nimia eſt, in rigorem degenerat. MUNCK.

13 PELLEAE GENTIS] 6. edd. & MS. Leid. *Apelleae.* Gloſſ. Cod. Leid. *AEgyptiae propter nimium arderem ſolis.* Sed rectum eſt *Pelleae*, hoc eſt, Alexandrinae. Notati ſunt ſemper ob morum mollitiem Alexandrini. Pellaei autem Alexandrini à Juvene Pellaeo, hoc eſt, Alexandro cognominati. MUNCK.

14 PHASMATE] Scriverius volebat *plaſmate.* Sed videtur Planciades noſter reſpexiſſe Terent. Prolog. Eun. vers. 9. *Menandri phaſma nunc nuper dedit.* quanquam gloſſa, quae eſt in codice Leidenſi, *figmento*, explicet τὸ *plaſma*, non *phaſma.* MUNCK.

15 CONDIBAM] Uſitatius hoc poetis, quam hiſtoricis vel oratoribus. Virg. AEn. VII. 790. *inſignibat.* Ovid. III. Faſt. 507. *audibat.* Phaedrus IV. 23. *parturibat.* Capella tamen, ut Afrum decebat, cum noſtro lib. I. p. 21. *levitate pernix deſultoria geſtibat.* Ita habet MS. Leid. non *geſtiebat*, ut ediderunt. Apul. IV. Mileſ. *Bullis ingentibus ſcaturibat.* Claud. Annal. XV. apud Diomedem Lib. I. *Grundibat pectus ſuillum.* Archaiſmum eſſe idem Grammaticus docet. *Veteres haec*, inquit, *ſine c litera pronunciabant, nutribam dicentes, ut apud Virgil.* Nutribant, Tyrrhuſque pater &c. MUNCK.

16 LIBEBAT ME] Ἀυτὴ ἐμοὶ *mihi.* Accuſativum ergo pro Dativo poſuit. Hyg. Aſtron. II. 15. *Etſi non pro divina fecit cogitatione, nec ut deum licebat.* Sed ibi legendum puto, *decebat.* Habet quidem Feſtus: *Me pro mihi dicebant antiqui.* Sed exempla, quae affert, explicari aliter & poſſunt & debent. Magis huc faceret locus Afranii Fratriis apud Non. cap. IX. tmem. 5. *Id aurum me rondonat.* Et Varron. R. R. lib. III. cap. 16. *Quarum alteram ſine dote dedi Lucullo, à quo hereditate me ceſſa* &c. Sic *te* pro *tibi* poſitum dicas in veteri inſcriptione, quam Catal. lib. III. exhibet Pithaeus: *Viator audi, ſi libet, intus veni. Tabula eſt aenea, quae te cuncta praedicet.* Sed ipſe emendat, *perdocet.* Vide Gruter. magni operis pag. 928. MUNCK.

17 NOSTRAE VACASSENT INDUSTRIAE] MS. Leid. & 5. edd. *Noſtrae vacuiſſent induſtriae.* Modius ex ſuo MS. *Noſtrae non viguiſſent induſtriae.* Lege, *noſtrae non vacaviſſent induſtriae.* C. & G. notum eſt quam crebro inter ſe commutentur à librariis. Adhoc *vacare alicui* perquam eleganter dicitur. Martial. II. 5. *Vel tantum cauſſis, vel tibi ſaepe vacas.* Phaedr. Praef. Lib. III. *Reddas amicis tempora, uxori vaces.* Forte nec τὸ *va-*

[1] Galeni curia excluſiſſet, quae paene cunctis Alexandriae ita eſt inſerta angiportis, quo chirurgicae carnificinae [2] laniola pluriora habitaculis numerentur: [3] denique ita certando remittunt in mortem, quo ferant [4] Caronem [5] citius [6] ſopiturum, ſi [7] conlegio non donetur. Hanc orationem riſus mollior terminavit. Itaque meis [8] quo deverteret culminibus inpetravi. Tum illa: Non paves, inquit, muſicum tuis receptare dogma penatibus, cum barbarorum morem auſcultaverim ita [9] literarios mercatus [10] penitus abdicare, ut hos, qui primis elementorum figuris vel proprium [11] deſcripſerint nomen, [12] caſſata inquiſitione mutum [13] raptarent in carnificinam. Tum ego: Non ita

*tuiſſent* mutandum. Quintil. Declam. 252. *Tantum illi vacuit? adeone ſaturitate apud te exundavit?* Tertullianus cum aliis locis, tum libr. de Reſurr. carnis cap. 9. *Omnis vis Dei benefica vacuiſſet.* MUNCK.

1 GALENI] Ita rectè MS. Leid. cum A. B. H. & I. Malè *Galieni* M. & L. Forte decepit eos Gloſſator, qui ſuper τὸ *Galeni* ſcripſerat *regis*. Miſerè heic hallucinatur Baptiſta Pius. MUNCK.

2 LANIOLA PLURIORA] *Laniena plurior* 6. edd. Sed pro Commel. ſtat MS. Leid. Gloſſ. *Laniorum domus vel loca.* Lanii contemptim chirurgi dicuntur, quod corpora ſecare conſueverint. Tertull. de Anim. cap. 10. *Hierophilus ille medicus, aut lanius, qui ſexcentos exſecuit, ut naturam ſcrutaretur.* De copiâ medicorum, quibus abundavit olim Alexandriâ, vide Anonym. Coſmogr. à Godofred. ed. pag. 23. & Ammian. Marcell. lib. XXII. cujus verba ſunt p. 426. ed. Boxh. *Medicinae autem, cujus in hac vitâ noſtra, nec parca nec ſobria, deſiderantur adminicula crebra, ita ſtudia augentur indies, ut, licet opus ipſum redoleat, pro omni tamen experimento ſufficiat medico ad commendandam artis auctoritatem, ſi Alexandriae ſe dixerit eruditum.* MUNCK.

3 DENIQUE ITA] H. e. ad ſummam, ut verbo abſolvam. Sic cum aliis locis, tum inferius quoque in hac praefat. *Denique turbavit* &c. Uſurparunt ad eundem modum hanc particulam praeter alios Florus lib. I. 16. Juſtin. XIII. 2. Videndi de elegantiâ ejus locutionis Salmaſius ad locum illum Flori, Freinshem. in Juſtin. indic. Schultingius ad Calpurnii Declam. XI. MUNCK. Adde Graevium ad Ciceron. X. ad Fam. Ep. 10.

4 CARONEM] Ita & MS. Leid. *Carontem*, quod 6. praeferunt edd. Sic *Corineum* habes pariter ſine aſpiratione pro *Chorineum* in Virgil. Contin. Schol. Juv. ad Sat. III. 266. PORTHMEA. *Carinam.* Lege, *Caronem.* Aſpirationes omitti à deterioris aetatis ſcriptoribus, ut ſolebant antiquiſſimi, nemini ignotum paulo humaniori. Hinc ergo ridicula illa etymologia Iſidori Lib. II. 21. *Cordas dictas à corde, quia ſicut pulſus cordis eſt in pectore, ita pulſus cordae in citbara.* Χορδαί, *Cordae.* Feſtus Pauli MS. Bibl. Leid. in SAMBUCA. *Ut in organo cordae, ſic in machina intenduntur funes.* Gloſſ. Philox. ed. Steph. *Alat*, πτίσ. Leg. *balat.* MUNCK.

5 CITIUS] Ocyus. Juvenal. Sat. IV. 134. *Argillam atque rotam citius properate.* Explet ellipſin Virgil. AEn. I. *Dicto citius tumida aequora placat.* Iſidor. Orig. XVI. 4. *Dicto celerius.* MUNCK.

6 SOPITURUM] Pro *ſopituros eſſe*, videl. Chirurgos. Quâ de locutione conſule Voſſium Anal. lib. III. cap. 15. *Sopire* pro *enecare* poſuit, ut Plautus *ſopori dare* & *in ſoporem collocare* Amphitr. I. ſc. 1. Seneca OEdip. vers. 168. *Vix aſſiduo Bracchia conto laſſata refert Feſſus turbam vectare novam.* MUNCK.

7 COLLEGIO NON DONETUR] *Adjutorio*, ut rectè exponit Gloſſa. MUNCK.

8 QUO DIVERTERET] Ita rectè Commel. Perperam MS. Leid. cum 6. edd. *quod everteret. Quo* hic ſcriptor uſurpat identidem pro *ut.* Vide Indic. in *Quo.* MUNCK. Ex *quod everteret* legendum eſſe *quo deverteret* recte vidit cel. Burm. ad Ovid. II. Amor. vs. 9.

9 LITERARIOS MERCATUS] *Conventus* Gloſſ. Ita *mercatus Olympiacus* apud Juſtin. lib. XIII. 5. MUNCK.

10 PENITUS ABDICARE] H. e. repudiare. Vide quae congeſſit ad lib. I. epiſt. 1. Sidon. Savaro. MUNCK.

11 DESCRIPSERUNT NOMEN] *Deſcripſerint* 6. edd. Melius. MUNCK.

12 CASSATA INQUISITIONE MUTUM] H. e. ne cognita quidem cauſâ, indicta cauſâ. Quamobrem addit *mutum*; quod perperam omiſerunt 6. edd. Agnoſcit ſanè MS. Leid. Sed malè gloſſa-

tor

ita eſt, inquam, ut audieras, [14] ſed fama fuit. Nam

——— ——— *Carmina tantum*
*Noſtra valent Muſae tela inter Martia, quantum*
[15] *Dulcis aquae ſaliente ſitim reſtinguere rivo.*

Et ut ſuum me amplius familiarem reſciſſet, illud etiam Terentianum adjeci: *Olim iſti fuit generi quondam quaeſtus apud ſaeclum prius.* Nunc itaque ita literae ſuos, quidquid Helicon [16] verbalibus horreis enthecatum poſſederat, in ipſis poteſtatum culminibus haereditario jure [17] transferret,

tor explicat, *ſine aliqua fama.* Caeterum cum *bos* praeceſſerit, ſequi debebat *mutos.* *Caſſare* verbum barbarum eſt, de quo Voſſius in de Vit. Sermon. p. 99. Fulgent. Ruſp. Epiſcop. epiſt. 2. *Ut merces boni operis humanae laudis intentione caſſetur.* Et epiſt. 4. *Neque enim Jacobi Apoſtoli praedicatio poteſt aliquâ argumentatione caſſari.* Gregor. Dialog. lib. III. cap. 36. *Totumque vas navis caſſatum nimiis fluctibus ab omni fuerat compage diſſolutum.* Summae impotentiae ſignum eſt damnare aliquem inauditum, & indicta cauſa. Quamobrem Medea apud Senec. vers. 199. *Qui ſtatuit aliquid parte inauditâ alterâ, AEquum licet ſtatuerit, haud aequus fuit.* Reſpondet Creo: *Auditus à te Pelia ſupplicium tulit.* Quem verſum fruſtra tentari putem à viro ſummo. Εἰρωνικῶς iſta proferuntur à Creonte. Merito, inquit, ſi diis placet, ne te inauditam condemnem poſtulas, cum tu inauditum ſuſtuleris Pelian. Εἰρωνικῶς etiam apud Quintil. ille Declam. XIII. *Nunc vero diſſerendum mihi eſt, quam momentoſa ſit hujus animalis rapina.* H. e. quam gravis, & quanti momenti. Contrarium vult intelligi. Sed forte rectius, *quam non momentoſa.* MUNCK.

13 RAPTARENT] MS. Leid. *reportarent.* Superſcripta altera lectio, *vel reptaſſent.* Vera lectio eſt, quam 6. edd. ſervarunt, *raptaſſent.* quam non debuit ſpreviſſe Commelinus. Solenne eſt noſtro pro imperfecto ponere ὑπερσυνειλικόν. MUNCK.

14 SED FAMA FUIT] *Et fama fuit* legitur in Virgilio. Quomodo nec malè heic ſcribas. MUNCK.

15 DULCIS AQUAE] Ita & MS. Leid. & 5. edd. Apud Virg. tamen Ecl. IX. ſequebatur, *Chaonias dicunt aquilâ veniente columbas.* Sed alterum, quod ex Eclog. V. depromſit, ſententia poſtulat. MUNCK.

16 VERBALIBUS HORREIS ENTHECATUM] Mercerus corrigit, *vernalibus horreis.* De quâ correctione valde dubito, cum & ſuperius habeas *verborum caniſtra.* *Enthecare* verbum fictum eſt ab *enthecа*, de qua voce idem Mercerus ad libellum de Priſc. Serm. Utitur eâ etiam Caſſian. in de Inſtit. Ren. lib. IV. 14. & Gelaſius Papa apud Gratianum. Grammaticus neſcio quis apud Barth. Adverſ. lib. XXXVII. 13. *Enteca, repoſitio rerum venalium.* Eort. ſcripſerat, *repoſitorium venalium.* *Enthecatum* dicendi genus pro polito & phalerato poſuit Ambroſius in Lucam. Vide Savaron. in Sidon. lib. I. ep. 9. MUNCK.

17 TRANSFERRET, CATOS] L. M. *transferre cantus.* A. B. H. I. *transferret catus.* Et ita etiam MS. Leid. Scriverius & Tollius correxerant *cados.* Et ſanè cadis optimè cum horreis convenit. Horat. IV. od. 2. *Nardi parvus onyx eliciet cadum, Qui nunc Sulpiciis accubat horreis.* Sed adhuc hiulca eſt oratio, niſi ita ſcribas: *Nunc itaque ita literae ſuos, quo, quicquid Helicon verbalibus horreis enthecatum poſſederat, in ipſis poteſtatum culminibus haereditario jure transferret, cados extenderunt.* Quo, quod à me inſertum eſt, ob ſimilitudinem ſequentis ſyllabae à librario omiſſum putem. Sed eſt inter amicos meos quidam, cui *catos* Fulgentius pro doctis poſuiſſe videbatur. Frequens ſanè eo ſignificatu iſta vox etiam optimis. Nec annotare id neglexerunt veteres Grammatici. Vide Varron. L. L. lib. VI. Servium ad AEn. I. vers. 427. Legebat ergo is: *Nunc itaque & literae in ſuos, quicquid Helicon verbalibus horreis enthecatum poſſederat, in ipſis poteſtatum culminibus haereditario jure transferre catos extendunt.* Ut ſententia ſit, etiam nunc literas omnes Heliconis opes in ſuos myſtas & doctos homines perſeverare transferre. Sed ſic *pertendunt* eſſet ſcribendum. Neque enim extendere eſt perſeverare. *Extendere artem per ſucceſſionem liberorum* apud Petronium eſt propagare. Niſi ſi ſatisfacit prior conjectura, legere malim: *Quo, quicquid Helicon verbalibus horreis enthecatum poſſederat, in ipſis poteſtatum culminibus haereditario*

ret, catos extendunt. Illa exhilarata verſiculis, utpote quaſi Maeonium ſenem [1] viſerit recitantem, [2] laudatorio palmulae tactu meam mulſit caeſariem: percuſſaque mollius cervice, quam decuit: [3] Eia, inquit, ô Fabi: Anacreonticis jamdudum novus myſtes initiatus es ſacris. Ne quid ergo meo tibi deſit tirunculo, accipe parem dogmatis gratiam: & quatenus te noſtra Satyra laſcivienti verborum rore percuſſit, vadatumque te ſui retinet amoris inlecebra, [4] redde quod ſepioticon debes: & quidquid libet [5] Niliacis exarare papyris, feriatis aurium ſedibus percipe. Nec deerit hiſtoriae quilibet effectus, cujus te viſceribus [6] interſtringi popoſceris. Tum ego: Index te libelli

fefel-

*jure transferret catus; extendunt.* Sit igitur hèic *catus* doctus. Τὸ *ſuos* puta eſſe *ſequaces*, & *extendunt* idem, quod *provehunt*, quomodo utrumque vocabulum explicat gloſſa codicis Leidenſis. *Quo* propter ſimilitudinem, ut dicebam modo, ſequentis ſyllabae facile oculos librarii fefellit. Ab eadem cauſa corruptus eſt locus in Quintil. Declam. VI. *Procedat inauditum antea monſtrum, miſera, crudelis, ſi quid irati Dii reliquerunt, ſi quid infelicitas oblita eſt, ſuis manibus perdere cupiat.* Scribe, *quae, ſi quid* &c. Et tolle inciſum poſt τὸ *miſera.* Idem ſcriptor Declam. III. *Nam quo ad altiorem quiſque bonorum gradum extenditur*, h. e. provehitur. Adde Gronov. Obſerv. III. cap. 1. & Barth. Adverſ. lib. XVII. cap. 7. ubi longè aliam dat faciem Fulgentiano huic loco. MUNCK.

1 VISERIT ] *Viſeret* 6. edd. & MS. Leid. MUNCK.

2 LAUDATORIO TACTU &c.] Significat caput ſibi demulſum fuiſſe. Terent. Heaut. IV. 5. vers. 14. *Non poſſum pati, Quin tibi demulceam caput.* Ubi Eugraphius: *Quod ſolet fieri his qui placent, ut manus per caput tractu ducta quaſi quaedam eſſe videatur laudatio.* MUNCK.

3 EIA, INQUIT, O FABI] MS. Leid. & 6 edd. *Eia, inquit, Fabiana.* Scribe ergo, *Eia, inquit, Fabi.* Duae reliquae ſyllabae ex ſequenti voce *Anacreonticis* adhaeſerunt. MUNCK.

4 REDDE QUOD SEPIOTICON DEBES ] MS. Leid. *Redde quod debebas ſepiotico.* Gloſſ. *Colori atramento encauſtopo.* Lege, *encauſto.* Nimirum ita ſcribi debet: *Redde quod debebas ſepiotico*, hoc eſt, *ſolve debitum atramento, ſcribe tantummodo, ne praemonſtrante, quid velis*, ut habet gloſſa marginalis MS. Leid. *Sepioticon* à σηπία vel σηπίας dictum Apicius lib. v. 3. *Accipies ſepias minutas, cujuſmodi ſunt, impurgatas cum atramento ſuo.* Celſus II. 19. *Omnes teneri piſces. ſepiarum atramentum.* Unde *notas fuſcae ſepiae* literas vocat Auſonius epiſt. 4. Aſri nimirum atramentum non è fuligine, ut alii, ſed è ſepiae ſucco conficiebant, ut Gloſſae Perſianae docent ad Sat. 3. Θόλος is Ariſtoteli eſt. Pro ſanguine ſuis eſſe tradit Plin. lib. IX. 29. *Encauſtum* infimae aetatis ſcriptores dixere. Macer cap 3. *Encauſto, vino quo ſit macerato, ſoluto, Si ſcribis chartam, mus non teret amplius illam.* Gloſſ. Iſid. *Sepiâ, incauſtum.* Leg. *encauſtum.* MUNCK.

5 NILIACIS PAPYRIS ] Quia papyrus in Nilo creſcit. Mart. Xen. 1. *Perdite Niliacas, Muſae, mea damna papyros.* Capella lib. III. *Niloticae fruticis collemata notabam.* Ovid III. Triſt. El. X. 27. *Ipſe papyrifero qui non anguſtior amne.* Conſer Iſidor. Orig. VI. 10. Schol. Juv. ad Sat. IV. 24. Sedulius Paſchal. 1. *Plurimâ Niliacis tradant miracula chartis.* Quia papyrifer Nilus, hinc *papyrionem* τὸ ὕλος ejus appellat vulgatus interpres Exod. II. 5. *Carectum ripae fluminis* dixerat vers. 3. Etiam myſtico illi citharoedo Pſalm. LXVIII. 30. θηρία τὰ καλάμου AEgyptii, ut quidam volunt. MUNCK.

6 INTERSTRINGI ] Ita MS. Leid. cum B. M. & L. Sed A. H. I. *inſtringi.* Prius praeferam. Vide not. ad Continent. Virgil. MUNCK.

7 PECUDEM PRAETULIT ] Gloſſ. *arietem.* Imo *taurum.* Vide Ovid. II. Met. fab. 4. In arietem verſus eſt Neptunus, ut Theophane frueretur. Vide Hyg. Myth. cap 188. MUNCK.

8 SUA FALSA ALITE ] Aquilâ, cujus formâ aſſumtâ Jupiter Ganymeden ex Idâ monte rapuit. Vide Ovid. X. Met fab. 4. MUNCK.

9 QUAM SEMINA ] 5. edd. *vel femina.* Sed alterum MS. Leid. agnoſcit. Subaudi in praecedentibus *tam.* quaſi ſcripſiſſet, *tam ova* &c. lib. III. cap. 6 *Illam vero, veluti Deam, non quisquam amare auſus, quam venerari* &c. Praefat. lib. de Priſc Sermon. *Non phaleratis ſermonum ſtudentes ſpumis, quam rerum manifeſtationibus dantes operam.* Ita Leid. codex. Contin. Virgil. *Non adipata craſſedo ingenti, quam temporis formi-*

*de.*

fefellit, generoſa loquacitas. Mihi non cornutus adulter adripitur, nec imbre mendaci luſa Danaë virgo cantatur, dum ſuo judicio deus ſibi [7] pecudem praetulit, & hanc auro decepit, quam poteſtate nequivit. Non ſuillo canibus morſu depaſtum amantis juvenis femur, nec in meis libellulis [8] ſub falſa alite puerilis pependit laſcivia. Non olorinis reptantem adulterum plumis ova pulligera virginibus inculcantem, [9] quam femina puerigena viſceribus infundentem, nec [10] Lychnides puellas inquirimus, & Hero atque Pſychen poeticas [11] garrulantes ineptias: dum haec [12] lumen quaerit exſtinctum, illa deflet incenſum, ut Pſyche videndo perderet, & Hero non videndo periſſet. Nec referam virginali figmento [13] Aricinam luſam

de. Tertull. de Anim. cap. 9. *Igitur indiſſolubilem quam immortalem, & ineffigiatam, quam immortalem.* De Spect. cap. 16. *Et forſitan ſine cauſâ amare liceat, quam ſine cauſâ odiſſe.* De Reſurrect. Carn. cap. 32. *Utique triduo concoquendae carni viſcera ceti ſuffeciſſent, quam capulum* &c. Juſtin. XII. 8. *Quorum non ſtudiis deficiatur, quam annis.* Graeciſſat oratio. Gregor. Nazianz. Prolog. Arcan.

Οὐδὲ θεὸν χρὴ ἁρίσασθαι πολλάκι δῶρα.
Πλησίπορος λαὸς χειρὸς, ὅσον φιλέει τ' ὀλίγησι.

Gloſſae heic codicis Leidenſis: *Jupiter in cygnum converſus concubuit cum Ledâ, quae peperit ovum, unde nati ſunt Caſtor & Pollux.* Vide Hygin. Aſtron. II. 8. & noſtrum infr. lib. II 16. MUNCK. Optimi ita loquuntur. Vide J. Fr. Gronov. ad Livium lib. II. cap. 56.

10 LYCHNIDES PUELLAS] Gloſſae codicis Leidenſis, *Lucernales.* Rectè. Lychni enim lucernae. Stat. I. Theb. 521. *Tendunt auratis vincula lychnis.* Ubi Scholiaſtes: *Vitandae humilitatis gratia lucernas noluit dicere. Sic Maro: dependent lychni laquearibus aureis. Indignum enim hoc heroo carmine fuerat.* Sed *lychnitides* heic correxerat Heinſius. Quod puto rectum eſſe. MUNCK.

11 GARRULANTES] Vox barbara, ut *rabulare.* Vide Voſſium in de Vit. Sermon. lib. IV. cap. 9. MUNCK.

12 LUMEN QUAERIT] *Querit* MS. Leid. Forte *queritur* ſcripſerat. MUNCK. Inluſtrantur haec Muſaei loco de Amoribus Herûs & Leandri. vs. 328.

Καὶ δὲ λύχνον ἄπτεσκε κατὰ σκοπιὴν χερὸς αὐτῆς.

Vers. 336.

Εἰ μὲ ἐκαθάρσιος ἀλύσκων ὃν θηρευτὴν
Λύκος σθεινοφόνος.

Qui verſus conferendus cum vs. 210, ubi Leander precatur Heron,

Μᾶνον ἐμοὶ ἴσα λύχνον ἀπ' ἠλιβάτου σέο πύργου
Ἐκ πιστῆς ἀνάφαινε καλῷ κλίφας. &c.

Hujuſmodi erant mutui amoris indicia. Eodem fere modo ardentibus facibus uſi ſunt Lynceus & Hypermneſtra, quibus ſublatis ſibi invicem indicarunt, ſeſe, alterum in urbe Lyncea, alterum in Lariſſa ſalvos & incolumes periculum, quod utrique a Danao inſtabat, evaſiſſe; ut notat Pauſanias lib. II. cap. 25. p. 168. de Lynceo & Hypermneſtra ἐς τοῦτο λέγεται τὸ χωρίον Λυγκέα λαμπαδεῦσαι τ' πιστικοῖς ἀδελφῶν μόνον, ᾗ γύκτα ἀπισώθη, ΠΥΡΣΟ'Ν ἀνέχειν ἑκατέρθεν. συνέκειτο δὲ ἄρα αὐτῇ πρὸς τὸν Ὑπερμνήστραν ἀνοχεῖν τ ΠΥΡΣΟ'Ν, ὡ Δαναὸν ἐς ἀσφαλὲς ἀφίκεται πεῖ. τὸν δὲ ᾗ αὐτὸν ἀνάψαι λυγκεῖν ἕτερον ἀπὸ τ Λαρίσσης, δῆλα ᾗ ταύτην ποιοῦσαν, ὅτι οἱ ἐσὶ ἀδὴ αὐτὴ καθίσηκεν ἔτι κινδύνε.

13 ARICINAM VIRAGINEM] Calliſtonem intelligit. Gloſſ. MSS. ad Virgil. I. Georg. *Claramque Lycaonis* &c. *Elicen dicit, id eſt, majorem ſeptentrionem. Lycaonis autem ſubauditur filia. Altera urſarum eſt, in quantum* (leg. *quam*) *transfigurata eſt Caliſto filia Lycaonis Dianae in venationibus comes. quam Jupiter adamavit, & in Dianam verſus cum eâ concubuit. quae cum pingis* (leg. *praegnans*) *apparuiſſet, de ſuo eam* (leg. *ſuo coetu*) *removit. Quae Arcadem puerum edidit. Sed Juno odio pellicatus* (leg *pellicatus*) *in urſam eam transformavit, & venanti filio obtulit. Cumque ille feram putaſſet, & inſequi coepiſſet, Jupiter eos biſdem figurans aſtris conſecravit. Et illa velut urſam* (leg. *Eſt illa velut urſa: fugiens, ille velut impetum faciens in eam. Quod ſidus ſeptentrio dicitur* &c. Sed quare *Aricinam* dixit, quae Arcadica erat? Utrum quia Diana Aricina dicta eſt à nemore Aricino, ubi colebatur? an potius, quia nemorivaga erat, & ſylvas colebat? Sane etiam infra *Aricina* pro ſylvaticis poſuiſſe videtur. MUNCK.

luſam viraginem, dum quaereret Jupiter [1] quid magis eſſe velit, quam fuerat. Mutatas itaque vanitates manifeſtare cupimus, non manifeſta mutando fuſcamus, ut [2] ſenior deus hinnitus exerceat: & ſol, [3] fulgoris igne depoſito, malit anilibus exarari rugis, quam radiis. Certos itaque rerum praeſtolamur effectus, [4] quos repulſos [5] mendacis Graeciae fabuloſo commento, quid myſticum in his ſapere debeat cerebrum, agnoſcamus. Tum illa: [6] Unde haec tibi, inquit, homuncule, tantam ignorantiae ſcientiam? unde tam ratum ordinem ignorandi? Dum enim ſaeculis intacta exquiris, oſtendis te ſapienter ſcire, quod neſcis. Cui ego, ſi his, quibus ignorare aliquid contigit, nec ipſum quidem neſcire ſuum ſcire contingit, [7] quanto ſatius erat eis etiam non naſci contingere, quam neſciendo ineffaciter vivere? Primum itaque ego ſcientiae veſtibulum puto, [8] Scire, quod neſcias. Ad haec illa: Tam ſecretis myſticiſque rebus vivaciter pertractandis ampliora ſunt auctoritatum quaerenda ſuffragia. Neque enim quidpiam ludicrum quaeritur, quo ludibundo pede metrica verborum

1 QUID MAGIS ESSE VELIT] Malim *quod* cum 6. edd. & MS. Leid. lib. III. cap. 16. *Qualis enim divinitas ejus, qui quaerit, quod eſſe velit, ne, quod fuerat, eſſet.* Reſpexit Ovid. x. Met. fab. 4. *Arſit, & inventum eſt aliquid, quod Jupiter eſſe, Quam quod erat, mallet.* MUNCK.

2 SENIOR DEUS] Saturnus. Fabula, quam alludit, eſt apud Hyginum cap. 138. De Saturno Albricus cap. 1. *Pingebatur ut homo ſenex, canus, prolixâ barbâ.* MUNCK. Adde G. Cuperum in Harpocrate pag. 103.

3 FULGORIS IGNE] Pro igne fulgenti, ſplendido. Graeciſmus. Sic χρυσὸν ἰτέαν i. e. *aurum verborum*, dixit Ariſtophanes in Pluto vs. 268. pro verbis aureis. vid. ibi Schol. & Εὐρώπαν χέρσον ἀδένδρων i. e. *denſis nemoribus conſitam Europam* Eurip. Iphig. Taur. vs. 134. qui in Phoeniſſ. vs. 1498. τολίδα πτυχάς dixit pro *ſtola delicata*, ut vertit G. Cuperus lib. I. Obſ. cap. 3. & ita ſaepius Graeci Subſtantivum genitivi caſus pro Adjectivo ponere ſolent. ἄτην στιγμάτων pro ἄτην ἐστιγμένην dixit Lycophron. vs. 318. & ab hoc loquendi genere non abhorruiſſe Sacros ſcriptores docet ibi Cl. Potterus. ἄνδρα δήμου dixit Homerus, i. e. *virum plebejum.* Vide Perizon. ad AElian. lib. XII. V. H. cap. 43. Eodem modo *virum bracchii* virum robuſtum Hebraeos dixiſſe docet S. Bochartus in Phaleg pag. 3. ſive Geograph. Sacr. lib I. cap. 1. ubi plura hujus locutionis exempla adfert.

4 QUOS REPULSOS] Conjeceram, *quo repulſo*, cum idem Modio veniſſe in mentem vidi, cujus MS. habet, *quo ſepulto.* quod τῷ *repulſo* non deterius eſt, niſi mavis *expulſo.* Nam Leid. Cod. exhibet, *ex epulo.* MUNCK.

5 MENDACIS GRAECIAE] Vide Plin. lib. XXVIII. 10. Juvenal. Sat. X. 174. *Quicquid Graecia mendax Audet in hiſtoriâ.* MUNCK.

6 UNDE HAEC &c.] Totus hic locus ita etiam conceptus eſt in MS. Leid. Sed 6. edd. *Unde haec tanta tibi ignorandi ſcientia? unde etiam ratum ordinem ignorandi?* Poſterius membrum ita mutat Modius: *Unde tam gnarus ordo ignorandi?* Ego nihil mutem, niſi τὸ *haec* in *hanc*, ut ſubaudiatur, *paraſti?* Ovid. XIII. Heroid. 84. *Sed mihi tam faciles unde meoſque Deos?* Quintil. Declam. VI. *Unde hunc illi animum?* Horat. I. epiſt. 4. *Quo mihi fortunas?* II. Sat. 7. vers. 116. *Unde mihi lapidem?* Vetus interpres Eſaiae cap. I. vers. 11. *Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum?* Matth. cap. XV. 33. *Unde ergo nobis in deſerto panes tantos?* Adde quae Nob. Heinſius habet ad Ovid. modo adductum verſum. MUNCK.

7 QUANTO SATIUS ERAT EIS ETIAM NON NASCI CONTINGERE, QUAM NASCENDO INEFFICACITER VIVERE] Τὸ *vivere* non agnoſcere MS. ſuum ait Modius. Exturbat etiam *contingere*, incertum an auctore MS. Leidenſis codex habet: *Si his, quibus ignorare aliquid contingit, ne ipſum quidem neſcire ſuum ſcire contigerit, quanto ſatius erat,*

borum [9] commoda farciamus. [10] Sudore hic opus eſt [11] palaeſtrantis ingenii, ne tam magnifici adſumpta operis moles ipſo fere medio conaminis inpetu vivaciſſimis deſtituta vaneſcat tractatibus. Ergo erunt nobis etiam Philoſophia atque Urania coeleſtis adjutrices operis adſciſcendae. Nec enim deerit tuis laſciviens amica ſolatiis, ut, dum te myſticae artes anhelum tractando reddiderint, tum te tua Satyra ludentem excipiat. Quaeſo, inquam, munifica largitas, ne tu iſtam tuam Satyram, cujus dudum me vadatum amore praedixeras, temere noſtris credas penatibus. Tam etenim libens zelo ſortitus ſum ex adfectu conjugium, ut ſi hanc [12] oblucentem & pellicem voluptatibus domo repererit, ita ſulcatis ungue genis in Heliconem remittat [13] neceſſe eſt, quo ejus diluendis vulneribus Gorgonei ipſius fontis nequaquam fluenta ſubficiant. Tum illa [14] cachinnum quaſſans fragile, [15] conliſo bis terque pulſu palmulae femore: Neſcis, inquit, Fulgenti, rudis adcola Pieridum, quantum ſatyram matronae formident. Licet mulierum verbalibus undis & cauſidici cedant, nec grammatici mutiant,

*erat, eis etiam non naſci, quam naſci ineffaciter venire?* Quod ſatis commodum habet ſenſum, ſi *venire* pro *evenire* poſitum cogites, ut lib. III. cap. 6. *Denique duabus majoribus, quae temperata erant ſpecie, connubia venere.* Vide ibi à nobis annotata. MUNCK.

8 SCIRE QUOD NESCIAS] *Quid* correxerat vir illuſtris. Sed alterum putem à Fulgentio non alienum. Hieron. contra Ruffin. epiſt. 38. *Ne illud quidem Socraticum noſſe debuerat, ſcio quod neſcio.* Lact. lib. III. cap. 28. *Ex hac deſperatione confeſſio illa Socratis nata eſt, quâ ſe nihil ſcire dixit, niſi hoc unum, quod nihil ſciat.* Chryſolog. Sermon. XVI. *Philoſophiam fingunt, ut faciant nihil ſcire homines plus quaerendo.* De Socrate eſt in Apophthegmatis, Ἔλεγε εἰδέναι μὲν μηδὲν, πλὴν αὐτὸ τοῦτο εἰδέναι. Ulterius, quam Socrates, progreſſus eſt Metrodorus apud Laertium in Anaxarcho, ὃς ἔλεγε μηδὲ αὐτὸ τοῦτο εἰδέναι, ὅτι οὐδὲν οἶδε. Schol. Ariſtoph. in Nub. Act. I. Sc. I. p. 129. Ed. Cald. Ἐπεὶ ἐκεῖνος (Σωκράτης) ἔφασκε μηδὲν εἰδέναι, διόπερ καὶ ὑπὸ Πυθίᾳ σοφὸς ἀνείθη. Τοῦτο γὰρ αὐτῷ πᾶσιν εἶναι σοφὸν, τὸ γνῶναι, ὅτι οὐδὲν οἶδε. MUNCK. Adde Menag. ad Diogen. Laertii lib. II. §. 32.

9 COMMODA] Modius ex 4. MSS. *commenta.* Quod omnino probandum. MUNCK.

10 SUDORE HIC OPUS EST] A. H. & I. *Sudor hic, hoc opus eſt.* P. M. & L. *Sudor hic opus eſt.* Atque ita etiam MS. Leid. MUNCK.

11 PALAESTRANTIS INGENII] Prolog. Lib. II. *Ubi tui exerceas palaeſtram ingenii.* MUNCK.

12 OBLUCENTEM ET PELLICEM] MS. Leid. & 6. edd. *Ut pellicem.* Quod praefero. *Pellex* eſt ἀντιφύσεμα. Παλλακὴ, *rivaria*, ut habent Vett. Gloſſae. Mirificus heic eſt Fulgentii Gloſſator: *Pellex dicitur à pelliciendo, id eſt, à decipiendo, eo quod pelle ſuâ ſuos decipiat amatores. Oblucere* eleganter pro *efficere* poſuit. MUNCK. Quae ſit *pellex*, & unde nomen habeat, docet A. Gellius lib. IV. cap. 3. quod ſatis notum eſt. Sed hujus Gloſſatoris nugae, *pellicem* a *pelle decipiendo* derivantis eaedem fere ſunt, quae Servii Sulpicii jure conſulti, qui *teſtamentum* duplex putans eſſe vocabulum, compoſitum dicebat a *mentis conteſtatione.* ut idem Gellius refert lib. VI. cap. 12.

13 NECESSE EST] Ita quidem & MS. & 6. edd. Debuiſſet tamen ſcribere, ne ſolocca evaderet oratio, *neceſſe ſit.* MUNCK.

14 CACHINNUM QUASSANS FRAGILE] *Fragilem* malim. Fragilis cachinnus eſt tremulus, κλαδερός. Perſius Sat. III. 87. *Ingeminat tremulos naſo crispante cachinnos.* MUNCK.

15 COLLISO FEMORE] Hoc animadvertas ſaepe fieri ab illis, qui riſu concutiuntur. Contra *frontem ferire* eſt impotenter indignantium. Vide Eraſmi Chil. V. Cent. I. Apul. I. Mileſ. *Dextra ſaeviente frontem replaudens.* De moerente etiam dixit Ovid. XI. Met. 81. *Et cenata femur moerenti plangere dextrâ.* MUNCK.

1 IMPE-

mutiant, rhetor taceat, & clamorem praeco compeſcat: ſola eſt, quae modum [1] inponit furentibus, [2] licet Petroniana ſubit Albutia. Hac etenim adludente, & [3] Plautini Saureae dominatus obdormit, & [4] Sulpicillae Auſonianae loquacitas deperit; Saluſtianaeque Semproniae, quamvis praeſens ſit Catilina, melos cantandi rauceſcit.

*Solverat* [5] *ignivomos, mundi regione peracta,*

*Qua-*

1 IMPONIT FURENTIBUS] *Imponat* MS. Leid. & 6. edd. Quod Latinè, ſi non melius, certè aequè bene dicitur. MUNCK.

2 LICET PETRONIANA SUBIT ALBUTIA] Gloſſator: *Petronius poëta fuit, qui ſcripſit Satyram Albutiam.* Satyram iſto nomine non memini uſquam inveniſſe. Opinor Albutiam fuiſſe unam de foeminis, quas in Satyrâ produxerit Petronius. Haec ſcripſeram, cum in orâ codicis ſui haec annotaſſe Nob. Heinſium repperi: *Albucilla Taciti eſſe videtur, & inter hujus amatores fuiſſe Petronium quoque.* Vide Gonſalium Praelud. Petron. II. Non praetereundus heic ſoloecismus Fulgentii τὸ *licet* cum verbo indicativi modi conjungentis. Incidit in eundem Corippus lib. I. *Licet haec Deus omnia fecit.* Marcellin. lib. XVI. p. 128. ed. Boxh. *Quae licet affectabat.* lib. XXII. p. 38. 2. *Licet à Theſſalo mari diſtinguunt AEgeum.* Macrob. lib. I. Sat. cap. II. *Licet ex libertate in ſervitutem venum ierat.* Capella lib. I. pag. 5. *Licet perbibebant.* Spartianus Adrian. cap. 16. *Omnes profeſſores & honoravit & divites fecit, licet eos quaeſtionibus ſemper agitavit.* Ita habent edd. Vett. Quam bonae notae ſint libri, unde *agitaverit* repoſuerit Salmaſius, neſcio. Ambroſius Sermon. I. *Facet licet* pro *jaceat.* Pſeudo-Muſa in Praefat. de Herb. Vetonicâ: *Licet fieri poteſt.* Iſidor. de Nat. Rer. cap. 26. *Licet amplius, quam ſex, nullus conſpicere poteſt.* MUNCK.

3 PLAUTINAE SAUREAE] MS. Leid. & 6. edd. *Plautinae Satyrae.* Lege, *Plautini Saureae*, ut in marginibus librorum ſuorum emendaverant Salmaſius & Scriverius. Dictum eſt venuſtè, ut *Ulyſſes Homericus, Hector Naevianus*, & *Plautinus miles* ab Apulejo aliiſque. MUNCK. Adi Douzam lib. III. Praecidan. cap. I.

4 SULPICILLAE AUSONIANAE] Emendat Demſterus *Biſſulae Auſonianae*, locumque totum ita conſtituit: *Hac enim alludente & Plautini Saureae dominatus obdormit, & Biſſulae Auſonianae loquacitas deperit, Salluſtianaeque Semproniae, quamvis praeſens ſit, cantilena rauceſcit.* Inducit ergo illa *melos cantandi* (pro quibus *melos cantanti* Fulgentio reſtituit Carrio Emend. lib. II. 15.) & τὸ *catilina* mutat in *cantilena*, quod & in MS. Leid. comparet. Pro *& Sulpicillae* Nob. Heinſius mallet, *& ſua Biſſulae.* Quae emendatio & venuſtior eſt, & propius ad veterem ſcripturam accedit. MUNCK.

5 IGNIVOMUS] Gloſſ. *Sol ignem vomens.* Scriverius emendabat *ignivomos*, ut referatur ad quadrupedes. Quod vehementer placet. Ovid. II. Met. 84. *Nec tibi quadrupedes animoſos ignibus illis, Quos in pectore habent, quos ore & naribus efflant, In promptu regere eſt.* Tales erant quoque tauri AEetae lib. VII. 104. *Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant.* Nec diſplicet tamen Nob. Heinſii conjectura, quam margini codicis ſui illeverat, *ignicomus.* Auſonius epiſt. 7. *Aut ter ut AEolidi menſis tenet ignicomus ſol.* Avienus deſcript. Orbis terrae: *Icarus ignicomo ſoli ſacra.* Et poſt paulo: *Flammicomo devoti pectora ſoli.* Vomanus Catal. Pith. lib. III. *Sol inſigne caput radiorum ardente corond Promit* &c. Certè *ignicomus*, vel *ignivomos* legendum abſque ulla haeſitatione affirmarem, niſi retardaret me Fortunati carmen de Paſcha, in quo legas: *Altius ignivomum ſolem coeli orbita ducit.* Sed & illi reſtituam *ignicomum.* MUNCK.

6 DISJUNGIT EQUOS] *Dejungit* corrigit Barthius. Nihil eſt neceſſe. Horat. lib. I. epiſt. 14. *Bovemque disjunctum curas.* Non improbae tamen notae *dejungo*, cum & *abjunctos equos* dicat Propertius II. 14. MUNCK. Juvenis mirabitur, quod in praecedenti verſu ſyllaba ultima in *colla* producatur, ſed hoc fieri more Graecorum ob ſequentem duplicem conſonantem ſciat. Homerus Iliad. A. vs. 6.

Ἐξ οὗ
Δὴ τὰ
Πρῶτα δι
Ἀτρ
Τε ἀνὴ
Σαντε.

Et ita centies.

7 LINQUIT] *Liquit* correctum erat in libro Salmaſiano. Atque ita exhibent quoque 6. edd. Sed pro Commel. ſtat codex Leid. MUNCK.

8 STEL-

*Quadrupedes, gelidumque rotis tepefecerat orbem*
*Rector, & auratis colla ſpoliabat habenis.*
*Jam Phoebus* [6] *diſiungit equos, jam Cynthia jungit:*
*Quaſque ſoror* [7] *linquit, frater pede temperat undas.*
*Tum nox* [8] *ſtellato mundum* [9] *circumlita peplo,*
[10] *Caerula rorigeris pigreſcere juſſerat alis,*
[11] *Aſtrigeroque nitens diademate Luna bicornis,*

[6] *Bul-*

8 STELLATO PEPLO] Claud. R. P. II. 363. *Stellantes nox pilla ſinus.* Stellatum peplum ergo eſt velamen aſtrigerum. Hilaſius Catal. lib. III. *Nox abit aſtrifero velamine cincta micanti.* Videtur imitari Capellam lib. VI. *AEtheris aſtrifico lumina multa peplo.* Ibidem habes, *Sphaeram ſolidam geſtitantem, amictamque laeverſum peplo.* Quae & emendationem meam *circumdata peplo* adſtruunt. Actor. cap. XII. vers. 8. Περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου. Vet. Interpr. *Circumda tibi veſtimentum tuum.* MUNCK.

9 CIRCUMLITA PEPLO] Prudentius apud Claud. Mamertum lib. I. cap. 3. *Abſentemque diem lux egit aemula, Qua nox cum lacero victa fugit peplo.* Exſtant autem hi verſiculi Hymn. v. Cath. Adde his, quae congeſſit Lindenbrogius ad illa lib. II. Catal. Scalig. *Interquetque peplum noctis radiatque ſororem.* Qui verſus deſumptus eſt ex Aſtronomicis, quae Fulgentio tribuuntur in Catalectis Pithoei. *Pallia* nocti tribuit Honorius Carm. de Paſch. *AEternae noctis pallia craſſa cadunt.* Imitatio eſt Graecorum, qui κυανόπεπλον dicunt noctem. Muſaeus: Ἤδη κυανόπεπλον ἀείρομαι νυκτὸς ὁμίχλῃ. MUNCK. Ποικιλείμων vocatur Nox ab AEſchylo Prom. Vinct. vs. 24. ubi v. Schol. Μελάμπεπλος ab Euripide in Jone vs. 1150.

Μελάμπεπλος δὴ νὺξ, ἀστείμων ζυγοῖς
Ὄχημ' ἔπαλλε, ἄστρα δ' ὠμάρτει διᾷ.

10 CAERULA] Ita, hoc eſt, nigra nox dicitur, quia ὀδὸν ἴσιν ἄλλο, πλὴν σκιᾶς γῆς, quae πλατυτοῦφον μιλαίνῃ τ' αἴσῃ, ut loquitur Plutarchus apud Euſeb. Praep. Euang. p. 52. ed. Steph. Statius: *Et jam caerula nox obibat orbem.* Hinc & *caeruleas bigas* ei aſſignat Claud. R. P. 276. MUNCK. *Caeruleus* maris color, unde Dii Marini *caerulei*, & *caerula* pro pelago Poetis. V. G. Cuper. Apoth. Hom. pag. 52. 53. Schol. Ariſtoph. Equit. vs. 551. ΚΥΑΝΕΜΒΟΛΟΙ ΤΡΙΗΡΕΙΣ, αἱ τίμωσαι τὴν θάλασσαν. κυανοῦν δὲ τὸ ταύτης ὕδωρ. Poteſt nihilominus tamen accipi pro nigro colore Propert. II. XXI. 40.

*Una ratis fati noſtros portabit amores*
*Caerula ad infernos velificata lacus.*

Ubi vide Paſſerat. & ita interpretor Valerii Flacci locum lib. I. Argon. 188. ubi Argonautae mare intraturi ſacrificant Neptuno ceteriſque Diis Marinis.

*Tum laeti ſtatuunt aras. Tibi Rector aquarum*
*Summus bonor: Tibi CAERULEIS in littore VITTIS*
*Et Zephyris Glaucoque bovem, Thetidique juvencam*
*Dejicit Ancaeus.*

Val. Flaccus, licet de alia re agens, imitatur Virgilium III. AEn. 64.

*CAERULEIS maeſtae VITTIS atraque cupreſſus*

Conſule Celeb. P. Burm. ad Val. Flacc. III. Arg. 400. *Caeruleas* vocat Valerius *vittas* in honorem Neptuni Κυανοχαίτου, cui hinc ταύρους παμμέλανας ſacrificabant Graeci, ut docet Homerus Odyſſ. Γ. vs. 6. ubi Schol. dicit παμμέλανας ἀφ' ὧν τὸ χρῶμα ἔ ὕδατος τὸν ἐκ βάθους; & κυανοχαίτην explicat per μιλανοχρῶτα. Vide & Schol. Pindari Olymp. Od. XIII. 99. Inproprie Pindarum O. Pyth. IV. vs. 361. locutum putat idem Scholiaſtes, cum ταύρους τυφῶς τῶν χρωὰν Argonautas Neptuno immolaſſe in oſtio ponti Euxini dicit, quoniam ſecundum Homerum Neptuno Κυανοχαίτῃ nigri eſſent immolandi. Quidquid ſit, Κυάνεαι ἴθειραι, *capilli nigri* ſunt Apollonio Rhodio lib. I. vers. 223. & eo ſenſu Φερσεφόνεια θάλαμος κυάνεος dicitur in ſecundo Sapphûs Epigrammate. Conſule Munck. ad Antonin. Liberal. cap. XX. Metam. Graevium Lect. Heſiod. cap. 13. & Olear. ad Philoſtrati lib. III. de Vita Apoll. Tyan. cap. 5. Ut autem μιλάμπεπλος nox ab Euripide, ita ab Arato Dioſem. vs. 194. μίλαινα vocatur, quem debeo Spanhemio ad Callim. pag. 354. Ariſtoph. Ran. 1370. ſomnum vocat Μιλαίνας νυκτὸς παῖδα μιλανοπτερύγων.

11 ASTRIGEROQUE NITENS &c.] Adumbratus hic

[1] *Bullatum* [2] *bijugis conſcenderat aethera tauris.*
*Jam ſimulachra modis mentes fallentia* [3] *plaſtis,*
*Mollia* [4] *falſidicis replebant ſtramina ſignis.*

Et ut in verba pauciſſima conferam, nox erat. Cujus noctis nomen jamdudum oblitus, ut inſanus vates verſibus delirabam, dum ſubito agreſtis illa, quam dudum videram, hoſpita oborto inpetu cubicularias inpulſu fores inrupit, inopinanterque me jacentem reperiens marcentiâ languore ſomni [5] lepido lumina, [6] rapido atque admodum ſplendifice intermicanti quodam ſui vultus coruſcamine pepulit: erat enim ultra ſolitum eminens mortalitatis adſpectum: denique pigrae adhuc quietis indicium [7] rotatis naribus eructuantem: repentina oſtii crepi-

hic verſus ex Auſonii Cupid. Crucif. vers. 42. *Cum face & aſtrigero diademate Luna bicornis.* MUNCK.

1 BULLATUM] H. e. ſtellis, tanquam bullis, diſtinctum. Sanè Plinius lib. XXXI. cap. 2. *Fontem bullis ſtellantem* dicit. *Bullare* dictum ut *gemmare* apud Solin. Pomic. *Aſtrigeram faciem nitido gemmavit Olympo.* Coelum ſtellis, bullarum inſtar, ut cingula & fores, confixum cenſebant. Lucret. lib. v. *Stelliſque micantibus aethera fixum.* Apul. VI. Mileſ. 128. *Bullis multis aureis inoculatum, veluti ſtellis ſidereis relucentem.* Sic Pollio in Gallienis auratos conſtellatoſque vocat balteos, qui bullis ut ſtellis inſignes erant. De Bullis vide obſervata à Taub. ad Plaut. Aſin. II. 4. Lipſ. in Anal. ad Dial. 2. lib. III. de Milit. Iſidor. Orig. XIX. cap. 31. *Bullae, quod ſint ſimiles rotunditate bullis, quae in aquâ vento inflantur.* Ita ego capiebam hunc locum. Nob. tamen Heinſ. in libro ſuo emendaſſe poſtea vidi *pullatum.* MUNCK. Adde Celeb. P. Burm. ad Petron. Satyric. cap. 30.

2 BIJUGIS TAURIS] *Juvencas* currui Lunae ſubjungit Auſon. epiſt. 9. ubi ſimilem temporis deſcriptionem habes, ut & in Senecae Apolocynthoſi. *Juvencos* Claud. R. P. III. 403. *Boves* German. Scholiaſtes his verbis: *Quod humilior currat, & terris praeſit: unde bigam boum habere dicitur.* Paulo tamen ſuperius cum Tibull. lib. II. el. 4. & Ovidio cum aliis locis, tum R. A. vers. 258. *equos* ei tribuerat. Fuere etiam, qui à *mulabus* vehi eam fecere, ut docet Proclus in Heſiod. Ἔργ. p. 174. ed. Heinſ. A bobus trahi currum Lunae videas etiam in veteri imagine, quam è MS. publicavit Grotius. German. Scholiaſtes unum ei equum album, alterum tribuit nigrum. MUNCK. Nocti etiam currus datur, qui ab equis trahitur. Theocritus Idyll. II. 165.

Χαῖρε Σελαναία λιπαρόχρως, χαίρετε δ' ἄμμι
Ἀστέρες, ὀπάονες κατ' ἀίτυγα νυκτὸς ἐπαυλοί.

Ubi Vet. Schol. Ὁλ δὲ ἐπὶ ἅρμασιν ἐχόμενοι ἡ νύξ. Εὐριπίδης. Ὦ νὺξ ἱερὰ, ὡς μακρὸν ἔπαθλον διώκεις, ἀστρωδίνα τῶνδε διφρεύουσα. ἀστέρες δὲ, ὅτι ἐπιγινώμενος ἡ νυκτὸς φαίνονται οἱ ἀστέρες. Confer ſuperius citatum Euripidem in Jone vs. 1150. Imitatur Tibullus II. I. 87. —— *Nox jungit equos, currumque ſequuntur Matris laſcivo ſidera fulva choro.* ubi plura Broukh. cur vero Bigae dentur Lunae, docet Servius ad v. AEn. 721. Pauſanias lib. v. cap. II. pag. 403. eos deridens, qui Lunam a mulabus vehi fingunt, ita ſcribit ἐγὼ δὲ οὐδὲ ζεύγη βοῶν (ſolii Jovis Olympici apud Eleos) πρὸς τῷ πέρατι Ἀμφικτίονι καὶ Ποσειδῶνι, Σελήνῃ ἵππον (ἐμοὶ δοκεῖ) ἐλαύνουσα. πῶς δὲ ἔχει ἐρημώσας ἐφ' ἁμαξῶν τὸν θεὸν ἐκεῖνος, καὶ ἐκ ἵππων, καὶ λόγου γέ τινα ἐπὶ τῷ ἁμαξῶν λέγεται δίκην. Plurimos tamen Lunae currui boves jungere docet Cl. Oudendorp. ad Lucani lib. I. vs. 78.

3 PLASTIS] Fictis & fallacibus. Plaſma eſt deceptio & figmentum. Videtur alludere illa Lucretii: *Simulacra modis pallentia miris.* MUNCK. Adludit ad artificum nomen, qui *plaſtae* dicuntur. Vid. Celeb. P. Burm. ad Petronii Satyric. cap. 88.

4 FALSIDICIS SIGNIS] *Falſidici* falſi ſunt. Auſon. epigr. 118. *Falſidici vates, temerant qui carmine verum.* Contra *veridica* vera ſunt. Lucret. apud Lactant. de Vit. Beat. lib. VII. cap. 27. *Veridicis hominum purgavit pectora dictis.* Intelligi autem vult fallaces ſomniorum formas. Auſon. Ephem. de portâ eburneâ: *Semper fallaces glomerat ſuper aëra formas.* MUNCK.

5 LEPIDO] *Tepido* correctum erat in libris Salmaſii, Heinſii, & Tollii. MUNCK.

6 RAPIDO CORUSCAMINE] Imitatur Apulejum in

crepitatione turbavit. Hanc praeibat florali laſciviens virguncula petulantia, hedera largiori circumflua, inprobi vultus & ore [8] contumeliarum ſarcinis gravido: cujus [9] ironicum lumen tam rimabunda vernulitate currebat, quo mentes etiam penitus abſtruſas temulentis inſcriptionibus depinxiſſet. Muſae autem latera ſarciebant altrinſecus duae: quarum dexterior verenda quadam majeſtate ſubnixa, elatae frontis [10] polimina argenteis aſtrorum criſpaverat margaritis: cujus phaleratum exoticis diadema carbunculis [11] corniculata lunae ſinuatio deprimebat, [12] ac caerulanti [13] peplo circumlita [14] hyalinae cavitatem ſphaerae oſſeo [15] faſtigans tigillo verſabat. Viſus itaque luminis tam elata contemplatione [16] coelitus erigebatur intuitus, quo pene foribus,

in de Deo Socratis: *Rapidiſſimo coruſcamine lumen candidum intermicare.* MUNCK.

7 ROTATIS NARIBUS] *Roratis* ſex edd. Quae lectio alteri ſuperſcripta erat etiam in codice Leid. Nec ſanè deterior videtur. *Irriguus* enim *ſomnus*, ut loquitur Perſius Sat. v. Perſium imitatus eſt Tertull. in Geneſ. *Ilicet irriguo perfundit lumina ſomno.* Prudent. Hym. Cath. *Rectuſque feriatum Placat rigente ſomno.* Calor vapores dum ſurſum mittit, nares ab iis non raro humectari videas. MUNCK. Hinc Venus dicitur Aſcanio per membra *inrigare* i. e. infundere quietem Virgilio I. AEn. 696. ubi vide Servium.

8 CONTUMELIARUM SARCINIS GRAVIDO] Gloſſ. *Quia Satyra nulli parcit.* MUNCK.

9 IRONICUM LUMEN] *Erroneum* emendaverat in ſuo libro Nob. Heinſ. & *limabunda* pro *rimabunda.* MUNCK.

10 POLIMINA] Gloſſ. *cacumina, id eſt, ſuperficiem.* Sed perperam, me judice. *Polimina* ſunt ornamenta, quibus aliquid expolitur. Apulejus in de Deo Socratis: *Neque enim in emeritis equis phaleras conſideramus, & baltei polimina inſpicimus.* MUNCK.

11 CORNICULATA LUNAE SINUATIO] MS. *corniculatae.* Pro *ſinuatio* malebat *ſimatio* Scriverius. Fruſtra. Ovid. III. Met. 682. *Qualia dividuae ſinuantur cornua lunae.* Plin. lib. II. cap. 9. *Luna ſinuata in orbem.* MUNCK.

12 AC CAERULANTI] *Haec caerulanti* Modius. *A caerulus caerulare*, ut à *garrulus garrulare*, à *tremulus tremulare* apud Flodoard. III. 3. à *circulus circulare* apud Diomedem lib. III. elegantiae illius ſaeculi ſunt. Sic, puto, *querulare* finxerunt ex *querulus*, & lego in prooem. Bucol. Virgil. quod Servio tribuunt, *poſtea cum querulantes invenimus*, non *querelantes.* Haec ſcripſeram, cum vidi à Voſſio lib. IV. De Vit. Serm. cap. 18. damnari *querulari* pro *querelari*, cujus & ipſe quaedam adducit exempla: quibus adjungo illud ex Iſid. Gloſſ. *Querelantem, querelas afferentem.* Sed viderint de eo alii. An etiam *cantulare* dixerunt? Servius Centimetro, ut edidit Putſchius: *Thracicum nefas enarrat cantitans hirundo.* Sed MS. Leid. Biblioth. habet: *Tracum nefas renarrat cantulans hirundo.* Sed hoc peccatum ſit potius librarii. Lege tamen cum illo codice, *Thracium*, & *renarrat*, ut flagitat metrum. Senec. Thyeſt. vers. 56. *Thracium fiat nefas.* MUNCK.

13 CIRCUMLITA PEPLO] Sic etiam paulo ſuperius: *Stellato circumlita peplo.* Mallet tamen utrobique aliquis *circumdata.* Certe aptius, me judice, foret. Confirmat emendationem meam, quod ait in Datam. cap. 3. Nepos, *Duplici aniculo circumdatus.* MUNCK.

14 HYALINAE SPHAERAE] Vitreae. Retinuit Graecam vocem. Maro Georg. IV. 335. *Hyali ſaturo fucata colore.* Philarg. *Hyali, pro hyalino.* Capella lib. VIII. *Ala cum pennis hyalinis.* MUNCK. Ex hiſce patet Antiquos magis dixiſſe ὑαλῶ quam ὑαλῶν. V. Perizon. ad AElian. XIII. V. H. 3. ubi tamen πέπλον ὑαλίνην legitur.

15 FASTIGANS] *Fatigans* MS. Leid. *Faſtigatus* 6. edd. Sed *faſtigans* rectum eſt. Ut à veſtigium *veſtigare*, à flagitium *flagitare*, à comitium *comitare*, hoc eſt, convicium in comitio facere, ita à faſtigium *faſtigare.* Sidon. carm. 2. *Quanquam diademate crinem Faſtigatus eas.* Capella lib. III. *Ut faſtigetur, longa breviſque fuat.* Solinus cap. ult. *In qua pauxilla aedes ignobiliter ad culmen faſtigata.* MUNCK.

16 COELITUS ERIGEBATUR INTUITUS] MS. Leid. & *intuitus.* Sed alterum praeferam. Nimis tamen ſoloecum videtur *coelitus erigere.* Forte ſcripſerat, *coelotenus*, ut *taletenus* paulo ſuperius. Juſtin. lib. XII. 6. *Extollere coelo tenus coepit.* Talia ſunt *pubetenus*, *facietenus*, *digitotenus*, *humerotenus* apud Apulejum. *Cratetenus* apud Prud. Cath. 3. *Amictutenus* apud Ammia-

bus, ſuperna intuens, pollicem inliſiſſet. [1] Levicomes lateris refugo quodam contemplatu ſecretior humanos intuitus velamine quodam arcano vitabat: hujus [2] ninguida canis albentibus nitebat caeſaries, rugaque criſpato multiplici ſupercilio [3] rancidum ſe quiddam concipere promittebat. [4] Tardior erat inceſſus, & ipſa ponderationis gravedine venerandus. Tunc Calliope [5] provinciam loquacitatis ingreſſa, His te, inquit, Fulgenti, [6] tutricibus ſpoponderam largiturum. quarum aequax ſi fueris, celeriter raptum ex mortali coeleſtem efficient, aſtriſque te, non ut Neronem poëticis laudibus, ſed ut Platonem myſticis interſerent rationibus. Neque enim illos de his exſpectes adfectus, quos aut poema ornat, aut deflet tragoedia, aut [7] ſpumat oratio, aut [8] cachinnat ſatyra, aut ludit comoedia: ſed in quibus & [9] Carneadis reſudat elleborum, & Platonis auratum eloquium, & Ariſtotelis [10] ſyllogiſmaticum breviloquium. Nunc itaque pande mentis cubiculum,

num lib. XIV. p. 41. ed. Boxh. *Gladiotenus* apud Tertull. ad Scapul. cap. 4. MUNCK.

1 LEVICOMES LATERIS] Scribe diviſim cum codice Leid. *Laevi comes lateris.* MUNCK.

2 NINGUIDA] Ut *ningues* & *nives* promiſcuè dicebant veteres, ita & *ninguidus* & *nividus.* Prudent. Hym. Cath. v. *Ninguidus cibus.* Utitur & Auſonius ſaepius ea voce. Adde, quae ad Sidon. lib. II. ep. 14. congeſſit Savaro, Heinſ. ad Ovid. Metam. pag. 109. MUNCK.

3 RANCIDUM QUIDDAM CONCIPERE] 6. edd. & MS. Leid. *Conſopire.* Gloſſae: *Id eſt, conſapere, cogitationem invenire.* Modius ex ſuo codice profert *conſipere.* Quod probandum procul dubio. Et ducit eo quoque Gloſſator. Uſitatius *reſipere.* Auſon. epiſt. 17. *Abſinthium meum reſipit.* MUNCK.

4 TARDIOR ERAT INCESSUS] Vox *inceſſus* proprie hic adhibetur a Fulgentio. Livius lib. I. cap. 26. *Quem modo decoratum ovantemque victoria INCEDENTEM vidiſtis.* lib. II. cap. 6. *Ipſe, en ille noſtris decoratus inſignibus, magnifice INCEDIT.* Hanc verbi notionem indicavit primus Servius ad I. AEn. 50. & 409. Deinde Paſſerat. ad Propert. II. I. 5. & poſt eum Broukhuſius ad eumd. Propert. II. II. 58. & ad Tibull. II. VI. 34. item Cortius ad Salluſtii Fragm. lib. I. p. 943.

5 PROVINCIAM LOQUACITATIS] *Loquacitatem* pro loquela ponit, ut in Continent. Virgil. *Communis loquacitas*, pro communi loquendi ratione. MUNCK.

6 TUTRICIBUS SPOPONDERAM LARGITURUM] Modius ex ſuo codice: *Duſtricibus ſpoponderam largiturum.* 6. edd. & MS. Leid. *largitum.* Gloſſ. *Largiendum, tradendum. Largiturum* an *largituram* legas, parum refert puto. Vide quae notavi ad illa, *Quo ferant Canonem citius ſopiturum.* Et Gell. I. 7. MUNCK.

7 SPUMAT ORATIO] Claud. Mamert. de Stat. Anim. II. 7. *Imperitas aures verborum puerilium ſpumis conſpuunt.* Noſter praefat. Lib. de Priſc. Serm. *Non phaleratis verborum ſtudentes ſpumis.* MUNCK.

8 CACHINNAT SATYRA] Supra: *Quod Maeonius ranarum Cachinnavit praelio.* Vide Schol. ad Perſ. Sat. I. 26. MUNCK.

9 CARNEADIS HELLEBORUM] Veratrum Italis vocat. De eo Plinius lib. XXV. 5. *Quondam terribile, poſtea tam promiſcuum, ut plerique ſtudiorum gratia, ad pervidenda acrius, quae commentabantur, ſaepius ſumpſitaverint. Carneadem reſponſurum Zenonis libris* &c. MUNCK. Noſter in Virgil. Cont. *Chryſippo* elleborum tribuit. Sed uterque elleboro ſeſe purgaſſe dicitur. Vid. Jac. Nic. Loenſis lib. III. Epiphyll. cap. 17. Menag. ad Diogen. Laert. lib. IV. §. 62. Interpr. ad Petronii Satyric. cap. 88. quibus adde Abr. Torrenium ad Val. Maximi lib. VIII. cap. 7. Ext. 5.

10 SYLLOGISMATICUM BREVILOQUIUM] Tertullianus de Anim. cap. 6. *Sed nemo unquam cunctanti de exitu animae mulſam aquam de eloquio Platonis infudit, aut micas de minutiloquio Ariſtotelis inſperſit.* MUNCK. De Ariſtotelis dictione vide Ammonium ad Categorias Ariſtotelis, quem laudat Menagius ad Diogenem Laertium lib. V. §. 3. Longas verborum ambages vitavit Ariſtoteles, quippe τραυλὸς τὴν φωνήν. unde βάττος cognominatus eſſe dicitur a Tzetze ad Lyco-

culum, & aurium fiſtulis, audito nuntio, mentibus intromitte, quod excipis. [11] ſed & enerva totum mortale quod tibi eſt, ne tam [12] ſacrati ſeries dogmatis ſcrupuloſis rite non reſideat penetralibus. Ergo nunc de deorum primum natura, unde tanta malae credulitatis lues ſtultis mentibus inoleverit, edicamus. Quamvis enim quidam ſint, qui ſpreta capitis generoſitate, [13] aricinis atque archaicis ſenſibus glandium quidpiam ſapiant, atque eorum altiori ſtultitiae nubilo ſoporata caligentur ingenia: tamen nequaquam apud humanos ſenſus niſi fortuitis compulſationibus moti naſcuntur errores, ut etiam Chryſippus de fato ſcribens ait, Compulſationibus lubricis volvuntur incurſus. Itaque primum, omiſſo circuitu, unde idolum tractum ſit, [14] edicamus.

*UNDE*

Lycophron. vs. 886.

11 Sed et enerva] *Τὸ &* nec 5. edd. nec MS. Leid. agnoſcunt. MUNCK.

12 Sacrati series dogmatis] Ita & 6. edd. Sed MS. Leid. *ſecreta*. MUNCK.

13 Aricinis atque archaicis] Ita & MS. Leid. Gloſſ. *Sylvaticis & ſtultis*. Forte haud ſtultè. Quae enim *Aricina* dicebatur Diana, eadem & *Nemorenſis* erat. Vide Scalig. ad Feſt. p. 85. *Nemoralis* eſt Martiali lib. III. ep. 19. A. H. & I. exhibent *Eeretinis atque Archaicis*. Ego ſcripturam Leid. Cod. non temere ſollicitem, cum ἀρχαϊκὸν Graecis dicatur τὸ ἁπλοῦς, μωρὸν, λιτὸν. Ariſtoph. Νεφ. Φορτεῖς ἀρχαϊκαί. Ejuſdem ſignificatus eſt ἀρχαῖος. Julianus Prolog. Caeſ. Εἶτα τίς οὕτω παχὺς ἐστι τῷ ἀρχαίῳ, ὦ Καῖσαρ. Uſus ea voce etiam Horat. lib. I. epiſt. 5. ubi *arcbaicos lectos* dicit antiquo more factos. Si quicquam eſſet mutandum, pro *Aricinis* longè *marrucinis* malim, quam *Eretinis*. Eſt enim *marrucinus* inſubidus, indoctus. Vide Scalig. ad Catull. carm. 12. Etiam *Arcbaicis* levi mutatione verti poſſet in *Arcadicis*, quemadmodum in Virgil. continentiâ habemus *Arcadicas aures*. Quo & hoc accedit, quod frequenter aſpirent, ubi nulla opus aſpiratione, librarii. Sed ſatius omnino puto, ut nihil mutemus. In libello de Priſc. Serm. *Averruncaſſit igitur tam Aricinas hominum mentes*. Quo de loco poſtea viderimus. Interim ſciant lectores emendaſſe Nob. Heinſ. in libro ſuo *vervecinis*. Perquam venuſtè mehercules. *Vervex* enim convicium, quod ſtultis dicitur & fatuis, ut vel ex uno Petron. Fragm. Traguriano liquere cuivis poteſt. MUNCK.

14 Edicamus] Ut heic, ita & infra ſaepius compoſito pro ſimplici utitur. Tertull. de Anim. cap. 12. *Et tamen eundem animam alibi edicit*. De Cor. Mil. cap. 10. *Quod ſi tales edicit futuros, qui idola fabricantur*. Capella Lib. II. *Ex eo quod Heram terram veteres edixerunt*. Ita habent membranae Vett. Leid. Biblioth. non *dixerunt*. Jornandes de Reb. Get. cap. 7. *Partibus primum caſtra poſt Niſatem edicit*. Sic *eloqui* pro *loqui*. Minucius Octavio p. 43. *Non eloquimur magna, ſed vivimus*. Lactant. Argum. Fab. I. Lib. VI. Met. *Inſolentius gloriabunda, quam mortalem decuit, elocuta eſt*. Firmian. Lactant. de Opific. Dei cap. 10. *Cujus (oris) uſus in duobus conſtat officiis, ſumendi victus & eloquendi*. *Edocere* pro *docere*. Tertull. de Monog. cap. I. *Multa habens edocere*. Ruffin. Interpr. Hiſt. Euſeb. Lib. I. *Tempus eſt edocere*. MUNCK. Imitatur ergo Graecos. ſic praepoſitionem ἀπὸ in ἀποφαίνω abundare apud Apollon. Rhod. lib. I. vs. 786. ſic ἀπαλάλκοις, pro ἀλάλκοις vs. 1351. poni docet Schol. ἀπιδίξατο, pro ἰδίξατο explicat Schol. Hom. Iliad. A. 95. ἀμφὶ in ἀμφίτομον abundare apud Sophoclem in Antig. 386. ait Scholiaſtes, & ἰφίκει, pro ἵκει poni ad vs. 1271. ἀναπτοιρόμους, pro πτοιρόμους Thucydidem lib. I. cap. 140. dixiſſe tradit ejus Scholiaſtes. ſic decompoſitum pro compoſito. V. Schol. Apoll. Rhodii III. Arg. 665. Schol. Sophocl. Philoct. 847. & Schol. Ariſtoph. Equit. vs. 46. Ut vero, quod res eſt, fatear, nullus dubito, quin praepoſitiones iſtae in omnibus hiſce locis peculiarem quamdam notionem habeant, de qua hic agendi non eſt locus: & eodem modo ſeſe res habere in Latinis ſcriptoribus pro certo habeo: ſaltem *edicere* hic plus

 notat,

# *UNDE IDOLUM DICTUM:*

## *vel cur inventum.*

## CAP. I.

DIOPHANTUS, [1] Lacedaemonum auctor, libros ſcripſit Antiquitatum XIV, in quibus ait, Syrophanem AEgyptium, familia [2] ſubſtantiaque locupletem, filium genuiſſe, [3] quem vellet [4] enormis ſubſtan-

notat, quam *dicere*, poſitum quippe pro *proloqui*, *indicare*; quo ſenſu ab Optimis adhiberi ſcriptoribus, docet J. Fr. Gronovius ad Livii lib. XXX. cap. 5. Obſerva hic etiam, quanti judicii vir fuerit Cortius, qui ad Salluſtii B. Catilin. cap. XLVIII. n. 4. Munckerum ad hunc Fulgentii locum citat, ut ex locis a Munckero citatis *edicere* pro *indicare*, *nunciare* poni doceat.

## Ad LIB. I. CAP. I.

1 LACEDAEMONUM AUCTOR ] Salmaſius in ſuo libro correxerat *Lacedaemonius auctor*. Quod rectum videtur. Is enim ipſe eſt Diophantus, cujus in libello de Priſco Sermon. meminit: *Diophantes Lacedaemonius, qui de ſacris deorum ſcripſit.* Niſi *Lacedaemonum* pro *Lacedaemoniorum* poſuit. Schol. Vetus Horat. ad lib. II. od. 6. *Quos filios tali culpa genitos reverſi à bello Lacedaemones patria ejecerunt.* lib. III. od. 5. (Lacedaemonium) *A Lacedaemonibus conditum.* Iſidor. Orig. lib. IX. *Lacedaemones à Lacedaemone Semeles filio dicti.* Et poſt paulo: *Nam ipſos eſſe Spartanos, quos Lacedaemones.* Lib. XVI. 4. *Repertum prius apud Lacedaemones, unde & nomen traxit.* Schol. Stat. IV. Theb. 47. *Tbyre civitas; hujus populi duo quondam bello inter ſe diſſentientes, Lacedaemones & Argivi* &c. Tertull. ad Martyr. cap. 4. *Quae bodie apud Lacedaemonas ſolennitas maxima eſt* Διαμαστίγωσις, *id eſt, flagellatio non latet.* Hyg. Aſtron. II. 22. *Quo tempore Lacedaemones cum Atbenienſibus bellum geſſerunt.* Ita *Sidones* pro *Sidonii* legitur apud Curt. lib. IV. cap. 1. *Quem eo faſtigio Sidones digniſſimum arbitrarentur.* Vix tamen credas ita Curtium ſcripſiſſe, cum Σιδόνιοι vel Σιδόνιοι à Graecis dicantur. Et *Sidonii* à Juſtino XVIII. 3. aliiſque. Sed benè nihilominus habet *Sidones*. Nam ἰθνικὸν Σιδὼν etiam apud Graecos inventum à Stephano. Iſidor. de Vita & Mort. Sanct. cap. 15. *Dominans in cunctis urbibus Sidonum.* Barthii obſervatio eſt ad Stat. Tom. III. 28. *A cultu imaginum tali deſcendit omnis ſuperſtitio. Vide Fulg. Myth. ex Diophante & Syrophane, ſi modo is unquam tales auctores legit, quos Latinos plerumque citat.* Atqui Syrophanes non ſcriptor heic eſt, ſed is, de quo ſermo eſt Diophanto. Verum interim, quod in Octavio ait Minutius: *Dum reges ſuos colunt religioſe, dum defunctos eos deſiderant in imaginibus videre, dum geſtiunt eorum memorias in ſtatuis detinere, ſacra facta ſunt, quae fuerant adſumpta ſolatia.* Iſidor. Orig. lib. VIII. cap. 11. *Simulacrorum uſus exortus, cum ex deſiderio mortuorum conſtituerentur imagines vel effigies, tanquam in coelum receptae; pro quibus ſe daemones colendi* (leg. *colendos*) *ſuppoſuerunt.* Conſer Lactant. lib. I. cap. 15. Apulej. Mileſ. VIII. MUNCK. De Diophanto G. J. Voſſ. lib. III. Hiſt. incertae aetatis, quem ordine Alphabetico conſcripſit, pag. 359.

2 SUBSTANTIA LOCUPLETEM ] Re familiari, τῇ ὑπάρξει. Geneſ. XIII. 6. Οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖς τὰ ὑπάρχοντα πολλά. Vulg. Interpr. *Erat quippe ſubſtantia eorum multa.* Imo & ὑπόστασιν appellant *ol ó.* Deut. XI. 6. Βίον vocat Lucas cap. XV. 12. Vet. Interp. *Diviſit illis ſubſtantiam.* Caſſian. Collat. XI. *Qui cum ſubſtantiâ patris etiam filii nomen amiſerat* Noſter infr. cap. 26. *Cujus capite, id eſt, ſubſtantiâ ablatâ. Subſtantiam familiarem* appellat Cyprianus Sermon. de Chriſt. Nativit. Feſtus: *Bona, id eſt, ſubſtantia rerum, quia digna ſunt bonis.* Gregor. Dial. III. 21. *Ut eam pater ſuae ſubſtantiae exbaeredem faceret.* Fulgent. Ruſp. Epiſt. 6. *Damnabilis eſt, qui ſubſtantiâ ſaeculi male utitur.* Ita & οὐσία à Graecis uſurpatur. Democrates in Gnomis: Μακάριος ὃς οὐσίαν κεκ τὴν ψυχὴν. Πατρῴα οὐσία dicitur à Laertio in Democrito. Ὑπαρξις à 70. Interpr. Pſalm. 78. Chariſ. lib. I. *Fortunae, bona,* ὑπάρχοντα, οὐσία. *Bona ſubſtantiae* ſunt Interp. Vet. Eccleſ. cap. VI. vers. 3. Gloſſ. Nomicae: Βίος, ὑπάρχοντα. MUNCK.

3 QUEM VELUT ] Ita & A. B. H. & I. *Vel-*

*lud*

ſtantiae [5] ſucceſſorem, ineffabili, ultra quam paternitas exigebat, adfectu erga filium deditum. Iſque dum adverſis fortunae incurſibus raperetur, patri crudele geminae orbitatis dereliquit [6] elogium: [7] & ut [8] poſteritatis [9] perpetuale ſubfragium denegaſſet, & ſubſtantiae propagandae ſubitam interceptionem obiceret. Quid igitur faceret, aut foecunda paternitas [10] in ſterilitate damnata, aut felix ſubſtantia [11] in ſucceſſione curtata? Parum erat, non habere quod habuit, niſi etiam nec eſſet, qui obtineret, quod reliquit. Denique doloris anguſtia, quae ſemper inquirit neceſſitatis ſolatium, filii ſibi ſimulacrum in aedibus inſtituit. Dumque triſtitiae remedium quaerit, ſeminarium potius

*lud* MS. Leid. M. & L. *voluit*. Scriverius emendabat *vellet*, quod amplector. MUNCK.

4 ENORMIS] Ὑπερμέτρου. Gloſſ. *magnae, quaſi ſine normâ*. Rectè omnino. Sedul. lib. III. *Et ſeptem panibus agmen Pavit enorme virûm*. Sed ibi *inorme* malim. de quo Salmaſ. ad AElium Verum Spartiani. Auguſt. C. D. lib. VI. 7. *Nunquid Priapo mimi, non etiam ſacerdotes enormia pudenda fecerunt?* Noſter lib. III. cap. 6. *Et enormi verborum circuitu prodidit*. Spartian. AEl. Ver. cap. 1. *Nec debet prologus enormior eſſe, quam fabula*. Vide ibi Salmaſ. Ita *enormis facies* apud Apul. III. Mileſ. *enormis luluvies* v. Contra *inenormis proceritas* pro *moderata* apud eund. lib. II. MUNCK.

5 SUCCESSOREM] Dictum hoc, ut *Succeſſio patrimoniorum* apud Quintil. Declam. 249. MUNCK.

6 ELOGIUM] MS. Leid. perperam *crudelem elogiam*. Gloſſ. *Eulogium bona locutio. Propriè eſt nota criminis*. Noſter in libello de Priſc. Serm. *Elogium eſt haereditas in malo*. Nugae. Significat interdum exhaeredationis cauſam ſcripto ſignificatam. Quint. Declam. 2. *Non eſt, judices, quod putetis, ideo nullum adjectum ad exhaeredationem juvenis elogium, quia de ſcelere conſtaret*. Sed heic videtur ſignificare inſcriptionem monumenti; vel potius flebile monumentum. Scaliger ad Cullicem: *Non dubito, quin quod Graeci* ἐλεγεῖον, *id dictum fuerit antea elogium, hoc eſt, epigraphe diſtichos*. Forte hoc voluit Paulus in Excerptis Feſti MSS. *Elogiis, carminibus*. Etiam elogium *titulus puniendorum*, de quo Caſaub. ad Volcat. Gall. Pro *notâ criminis*, quod gloſſator annotat, accipit Hieronymus Epiſt. Select. I. 8. *Maledicti hominis diſtulerat elogium*. Tertull. de Cor. Mil. cap. 5. *Elogium ſacrilegii*. Apolog. cap. 24. *Irreligioſitatis elogium*. De Anim. cap. 17. *Fallaciae elogium*. De Monog. cap. 9. *Adulterii elogium*. Gloſſator neſcio quis apud Barth. Adverſ. lib. XXXVII. cap. 12. *Elogium, textus geſtorum malorum, vel ignominia* &c. Marcellin. lib. XIV. *Sub uno elogio juſſit occidi*. MUNCK. Adde J. Perizon. ad AElian. lib. XIV. V. H. cap. 43.

7 ET UT] Ita quidem etiam 5. edd. Sed ſcribendum *ut* & cum MS. Leid. MUNCK.

8 POSTERITATIS] *Poſteritati* 5. edd. & MS. Leid. Non accedo. Sententia hujus loci eſt, perpetuandae poſteritatis eum ſpem abſtuliſſe. Poſteritatem poſteros dicit. Spartianus Sever. cap. 20. *Ut melius fuerit de rebus humanis ſine poſteritate diſcedere*. Marcellin. lib. XIV. *Vias propagandae poſteritatis oſtendit*. MUNCK.

9 PERPETUALE] Perpetuum. Timidè, ac quidem ſolum uſum eo vocabulo Fabium lib. II. cap. 14. obſervat Voſſius. *Perpetuare* legitur apud Chryſologum & Apulejum frequenter. MUNCK.

10 IN STERILITATE DAMNATA] 6. edd. *hac ſterilitate*. Sed pro Commel. ſtat Cod. Leidenſis. MUNCK.

11 IN SUCCESSIONE CURTATA] In Leid. Cod. ſuperſcripta erat altera lectio, *vel ſucceſſore, id eſt, herede*. Sed vulgata lectio perelegans eſt. Juſtin. lib. II. cap. 1. *Si ignis prima poſſeſſio rerum fuit*, hoc eſt, primus poſſeſſor. Iſidor. de Nat. Rer. cap. 7. *Annuis foetibus ſucceſſio propagetur*. Lactant. de Opific. Dei cap. 13. *Admirabile Dei opus ad propagandam ſucceſſionem inexcogitabili ratione proviſum*. Noſter Continent. Virg. *Curtata in affectibus*. Locutionem hiſce non diſſimilem puto immerito è Petronianis exturbatam. Legebam in Vet. edd. cap. 6. *Dum in hoc dictorum aeſtu motus incedo*. Unde fecerunt *totus*, ut non tantum notior, ſed & Latinior eſſet phraſis. Sed veteri lectioni favet codex Trag. *In hoc dictorum aeſtu in ortis incedo*. Quid quod & paulo inferius ad eandem formam dicit? *In curſu fatigatus*. Et Corippus lib. III. pag. 49. *Validâ commotus in irâ*. Apulej. II. Mileſ. *Vinum in aetate pretioſum. In rubore ſuffuſus*. IV. *In aetate majori* Adde quae Scioppius con-

potius doloris invenit, [1] neſciens quod ſola ſit medicina miſeriarum oblivio. Fecerat enim ille, unde luctus reſurrectiones in dies adquireret, non quo luctus ſolatium inveniret. Denique idolum eſt, [2] ido dinin, quod nos Latine ſpecies doloris dicimus. Namque univerſa familia [3] in domini adulatione, aut coronas plectere, aut flores inſerre, aut [4] odoramenta ſimulacro ſuccendere conſueverat. Nonnulli etiam ſervorum [5] culpabiles, domini [6] furiam evitantes, ad ſimulacrum profugi, veniam merebantur, & quaſi ſalutis certiſſimo con-

congeſſit Veriſimil. lib. 1. cap. 4. Etiam verſiculum illum, qui proximè praecedit, *Pierio defundes pectore verba*, interpolatum exiſtimo. Sanè in variantibus lectionibus notant al. legi *nectare* & *diffundi*. Quod verbum cum heic accipi pro καθαιρύζειν & perfundi non viderent, bonum factum, ut etiam *nectare* mutarent in *pectore*. Cato in Diris: *Diffuſos gurgite campos*, h. e. perfuſos. Catal. Scalig. lib. 11. *Pierio liquidam perfundes pectore mentem. Pierium laticem* appellat in Culice Maro. Sed de eo dictum jam ſuperius. MUNCK.

1 NESCIENS QUOD SOLA SIT MEDICINA MISERIARUM OBLIVIO] P. Syrus: *Medicina ſola miſeriarum oblivio.* WOPKENS.

2 IDO DINI] Lege, εἶδο- ὀδύνης, ut margo habet edit. Baſ. anni 1577. & à Scriverio emendatum quoque erat in eo libro, quem nunc poſſidet vir ampliſſimus Guil. Goeſius. Perperam *idos doloy* Leid. Cod. quanquam imperitè quidam idolum ex dolo ſumpſiſſe nomen velint, ut eſt apud Iſidor. Orig. lib. VIII. 11. MUNCK. Si ductum literarum ſequamur, legi poſſit εἶδο- ὠδῖν-. Vox ὠδὶς non tantum de parturientium doloribus, aut ipſo partu, (V. Spanh. ad Callim. H. Jov. vs. 29.) ſed de quovis gravi dolore ponitur. ſic ὠδῖνας θανάτε dixit Lucas in Actis Apoſtol. cap. 11. vs. 24. Adpoſite de Deianira Herculis diſceſſum graviter lugente dicit Sophocles in Trachin. vs. 41. Πλὴν ἐμοὶ (Deianirae) κικρὰς ὠδῖνας αὐτῷ συγκλαύσασ' ἀπουίσεται, nempe Hercules. hinc Eurip. in Helena vs. 733.

Κακὸς γὰρ, ὅστις μὴ σίβει τὸ δυσποτοῦν
Καὶ ξυγγίνηθι, κ' ξυωδίνει κακοῖς.

Licet haud negem, ὀδύνη etiam pro quovis gravi dolore poni. Vide Apollon. Rhod. lib. 11. vs. 96. de Amyco ὁ δ' ἄμ' ὀδύνῃ γυνὲ ἔρειπε. ubi Schol. ὁ δὲ Ἄμυκο- ὑπὸ τῆς ἀλγηδόνο- ἐπὶ γῆν κατασχεθεὶς εἰς τὴν γῆν, ἀπώλετο. Unde Eurip. de Cyclope vs. 657. Τόρευ', ἕλκε, μισ' ἐξοδυνηθεὶς Δρούσῃ τι μείζιον. Ne interea Leid. codicis lectionem integram rejiciamus, ſed corruptam, ut credo, & ab aliquo doctiori profectam, emendemus, qui forſan ſcripſerit, εἶδο- ὀλῶν, unde illud *idos doloy* conflatum poſtea. Quidquid ſit εἴδωλον haud ex duobus vocabulis compoſitum, ſed ab εἶδω, *video* derivatum notat nil, niſi cujuſque rei τύπον, σημεῖον, σκιᾶδες ὁμοίωμα, φαντασίαν σώματο-, ut Suidas, ubi vide notas. ſic Ulyſſes dicit de hominibus apud Sophoclem in Ajace vs. 125.

Ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν
ΕΙΔΩΛ', ὅσοιπερ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν.

Εἴδωλον τ' ἄβης per σημεῖον, τύπον explicat Schol. Ariſtoph. Nub. 971. Editio Micylli exhibet *Idodinin.*

3 IN ADULATIONE] Lego *adulationem* cum 6. edd. & MS. Leid. Quanquam illud alterum Fulgentio forte non indignum eſt. Veteres Gloſſae MSS. in 1. & 11. Georg. Virg. *Non quod Achelous ſolus vino ſit mixtus. Sed ipſum pro qualibet aquâ poſuit, ſive quoniam ex Oceano & Thetide multis genitis fluviis, hic primus creatus eſt, in honore ejus omnis aqua Achilonia* (leg. *Acheloia*) *dicta eſt.* Feſtus Pauli: *Sororium tigillum appellabatur locus ſacer in honore Junonis.* Ita habent membranae Bibl. Leidenſis. Commentator barbari libelli, qui Ovidii Vetula inſcribitur: *Subjunxit etiam quinto loco librum Fuſtorum ſive licitorum in honore Caeſaris Germanici, qui erat futurus Pontifex illius anni.* Vetus inſcript. apud Urſatum Monum. Patav. p. 12. *Hanc Baſilicam in honore Scae. Juſtinae martyris à fundamentis coeptam Deo Iuvante perfecit.* MUNCK.

4 ODORAMENTA] Ἀρώματα. Utitur eâ voce etiam Cyprianus Sermon. de Rat. Circumciſ. & de Magis. MUNCK.

5 CULPABILES] Qui culpam admiſerant. In Regulis Gangrenſ. Cod. Can. Eccleſ. p. 60. *Culpabiles aeſtimat, velut qui in regnum Dei intrare non poſſunt.* Epiſcop. Ruſp. Epiſt. 1. *Praevaricatricem voluntatem tenet culpabilis nexus.* Horat. 111. od. 6. *Immeritus lues.* Scholiaſt. *Inculpabilis.* MUNCK.

6 Fu-

conlatori, florum atque thuris obferebant munuſcula, timoris potius [7] effectu, quam amoris adfectu. Denique hujus rei non inmemor [8] Petronius ait: *Primus in orbe* [9] *deos fecit timor.* Nam & [10] Mintanor muſicus in [11] χρωματοποιῶν libro artis mulicae, quem ſcripſit, ait: Deum doloris, quem prima [12] compunctio humani finxit generis. Exin ergo inveteratus error, humanis pedetentim conſertus diſciplinis, [13] barathro quodam ſaevae crudelitatis prolabitur.

## II.

6 FURIAM ] Furorem. Ira furor brevis eſt. Hyg. cap. 107. *Ajax furia accepta per inſaniam ſemet ipſum & pecora occidit.* Noſter inſr. cap. 6. *Furiam concipere.* Virg. AEn. IV. 474. *Ergo ubi concepit furias.* Vide ibi Servium, & quae ego notavi ad Hygini locum, unde diſces *furiam* pro furore rectè poſſe dici, contra quam putabat Barthius Adverſ. VIII. 6. MUNCK.

7 EFFECTU, AFFECTU ] Affectavit παρηγορικείων. Sidon. lib. VII. ep. 1. *Etſi non effectu pari, affectu certè non impari.* Nihil illa figurâ frequentius apud Tertullianum, Fulgentium Ruſpenſem, & Afros nonnullos alios. Victor de Perſecut. Vandal. *Illa ſemper eſt grata collatio, ubi ſuperba non dominatur elatio.* Ambroſ. de his, qui initiantur cap. 1. *Prodidiſſe potius, quam edidiſſe aeſtimaremur.* MUNCK.

8 PETRONIUS AIT ] *Et Petronius* Leid. Cod. MUNCK.

9 DEOS FECIT TIMOR ] Hinc τὸ *Deus* quidam à δέω deduxerunt. Vide Feſt. in *Deus.* Etym. in Ζεύς. Et Barth. ad Stat. Tom. II. p. 854. Lorinum in Eccleſiaſt. cap. XII. Ubi hunc Fulgentii noſtri locum illuſtrat. Sed ante omnes conſulendus Maimonides de Idol. cap. 1. & in eum Voſſii Commentarius. MUNCK.

10 MINTANOR ] Ita & MS. Leid. Salmaſ. correxerat *Nicanor.* Sed nihil mutandum eſt. Schol. Stat. ad lib. III. Theb. 661. *Primus in orbe deos fecit timor. Negat Deos ullâ aliâ re celebrari, niſi timore mortalium, ut Lucanus: Quae finxere timent. Et Petronius iſtum ſecutus: Primus in orbe Deos fecit timor. Sic & Mintanor Muſicus: Deum doloris, quem prima conjunctio humani finxit generis.* Haec hauſit ex Fulgentio. MUNCK.

11 ΧΡΟΥΜΑΤΟΠΟΙΩΝ ] Χρωματοποιὸς eſt αὐλητὴς Athenaeo. Χρῶμα pulſus chordarum. Machon: Ὁ χρωματοποιὸς Δωρίων. Baptiſta edidit *Cromatopion*; atque ita repraeſentat etiam codex Leid. quaſi ex χρῶμα, & ποιῶ vox eſſet conflata: notum quid χρῶμα ſit in muſicis. Sed ὑμικρὸν crebro in MSS. libris occupavit locum Υ υ. MUNCK. Κρώματα, χρῶσις, χρώτων, χρωματοποιὸς inluſtrantur ab Ez. Spanhemio ad Callim. H. Del. vs. 253. Verum Micyllus edidit *Chromatopion.* Quid ſit χρῶμα in re Muſica, docent Suidas, & Plutarchus de Muſica T. II. p. 1134, 1137. & alibi.

12 COMPUNCTIO ] Κατάνυξις. Heſych. Κατάνυξις, ἀσυχία, ἢ λύπη. Cum quis pungitur ſcilicet dolore mordeturque. Salvianus lib. II. p. 53. *Humiliatur, compungitur.* Fulg. Ruſp. Epiſt. 2. *Cordis compunctio.* Caſſianus Collat. XI. cap. 5. *Non mediocri confuſione compuncti.* Primaſius in Apocal. lib. V. cap. 18. *Multos ex hac tribulatione novimus compunctos.* Cyprian. Sermon. de Paſſ. *Nec ulla hora ſera eſt, cui compunctio diſtricta occurrit.* Mox pro *exin* Leid. Cod. *ex hinc.* qua vocula & Suetonius uſus Tiber. cap. 9. MUNCK.

13 BARATHRO SAEVAE CRUDELITATIS ] Quid eſt *ſaeva crudelitas?* Mallem, *ſaevae credulitatis.* Βάραθρον fuit locus in Atticâ, in quo, ut Suidas ait, erant ἔγκυοι οἱ μὲν ἄνω, οἱ δὲ κάτω, in quem facinoroſi praecipitabantur. Latini tralatè pro quavis altâ & tenebroſâ profunditate uſurpant. Schol. Stat. ad I. Theb. 185. *Tartarus eſt profunditas inferorum: baratbrum ſqualoris altitudo.* Iſidor. Orig. lib. XIV. 9. *Baratbrum nimiae altitudinis nomen eſt. Et dictum baratrum, quaſi verago atra, ſcil. à profunditate.* Inde *baratbrones* dicti, de quibus Horatii Scholiaſt. ad lib. I. Sat. I. MUNCK. Feſtus: *Baratbrum Graeci appellant locum praecipitem, unde emergi non poſſit. dictum ab eo, quod eſt* Βαθύς. Servius ad III. AEn. 421. *Baratbrum eſt immenſae altitudinis nomen: unde ſequitur:* ſorbet in abruptum; *quod Graece* βάραθρον *dicitur: quia ſit grave adſpectu, quia* βαρὺ τὸ ἀθρεῖν. Lycophron. Alex. 1280.

Στυγνὸν Σιδύλλης ἐστὶν οἰκητήριον
Γρώνῳ βαρίθρῳ συγκατηρεφὲς σάγῃ.

Ubi Tzetz. Γρώνῳ δὲ τῷ πολλῷ. Βαρίθρῳ δὲ, τῷ σκληρῷ. Unde Graecos hac voce jam metaphorice uſos patet. De Barathro in terra Attica videndus Schol. Ariſtophanis Plut. 431. & E-

## II. *Saturnus.*

SATURNUS [1] Pollucis filius dicitur, Opis maritus, ſenior, velato capite, falcem gerens: cujus virilia [2] abſciſſa, & [3] in mari projecta, Venerem genuere. Itaque quid ſibi de hoc philoſophia ſentiat,

quit. 1359. Idem locus in agro Laconico Καιάδας dicebatur. Conſule Doctiſſ. Interpr. ad Thucydid. lib. I. cap. 134. lin. 84.

## Ad CAP. II.

1 POLLUCIS FILIUS] Quis hoc praeter Fulgentium dixit? Coelum ejus patrem faciunt alii, alii Acmona. Euſtath. in Hom. p. 1205. ed. Baſ. Ὅτι εὐθυμητέον ὡς Κρόνῳ πατὴρ Ἄκμων ἐκαλεῖτο καὶ τὸ Κρόνῳ ἄκμονα φασὶν ἀκμονα φύσιος. Habet tamen, qui ſecum ſentiat, Fulgentius auctorem verſuum, quos ex ſcedis Cujacii deſcripſit Scaliger Auſon. Lection. lib. II. cap. 29. *Pollucis Proles ter denis volvitur annis.* MUNCK.

2 ABSCISSA] Lege cum MS. Leid. B. & M. *abſciſa.* Sic mox rectè habes, *fructuum vires abſciſae.* Et Lib. II. 4. *Abſciſae ergo vires temporis.* Gloſſ. Philox. Διηρημένον, *diſciſſum.* In Not. Tyron. *Abſcidit & abſciſus.* Canon. Concil. Nic. Num. I. *Qui hanc rem affectant, vel audent, quâ ſemet ipſos abſcidere datum ſit.* Feſtus Pauli: *Membrum mortuo abſcidi dicebatur, cum digitus ejus decidebatur.* Ita habent membranae Vett. Leid. Biblioth. In SPARTA. *Unde & virgulae abſciſae ſarmenta.* non *abſciſſae.* Et alio loco: *Dilaniare eſt diſcidere, & quaſi lanam trahere. Unde lacinia & lanius, qui pecus diſcidit.* Editi libri habent *diſcindere* & *diſcindit.* Lactant. lib. I. cap. 12. *Coelum à tempore abſcidi.* Apulej. V. Mileſ. *Nodum cervicis & capitis abſcide.* Firmicus Aſtron. VI. cap. 31. *Steriles facient & effaeminatos, abſciſos quoque & Gallos, religionum cerimoniis ſervientes.* Adde his, quae notavi ad lib. III. cap. 5. & quae Gronovius habet ad Liv. lib. XLIV. cap. 5. Caeterum alii non Saturno, ſed per Saturnum Coelo abſciſa genitalia fabulantur. Etiam Albricus καινὰς ἰδίας εἰσφέρει in Saturni imagine: *Qui juxta ſe habet filios, Jovem ſcilicet, Neptunum, Plutonem, & Junonem, quorum virilia abſciſſa projiciebat, de quibus Venus puella pulcherrima naſcebatur.* Habet tamen noſter auctorem Porphyrium in libello de Antro Nympharum p. 65. & Lycophr. Caſſandr. vers. 76. Facit quoque huc; quod Etymologicographus in Τιτανίδας Titanas dici ait παρὰ τιτάνου, οἱονεὶ τάνυσιν τὰς χεῖρας εἰς τὸ κόψαι τὰ αἰδοῖα τοῦ πατρὸς Κρόνου, ἤγουν Οὐρανοῦ. In primis ut non adſerunt Fulgentii ſententiam illa Tzetz. ad Lycophron. p. 123. Ἔστι δὲ κατὰ Σικελιώτας χαλκοῦν δρέπανον καλούμενον, ὑφ' ᾧ κεκρύφθαι φασὶ τὸ δρέπανον, μεθ' οὗ ἀπέτεμε Οὐρανὸν τὰ παιδογόνα: ita confirmant iſta pag. 141. Κίρκυρα δὲ ἡ Σικελία λέγεται. ἡ μὲν Κίρκυρα, ὅτι ὑφ' ᾗ φασὶ κεκρυμμένον τὸ δρέπανον, μεθ' οὗ ὁ Ζεὺς τὸν Κρόνον ἐξέτεμε. Quod Siciliam Κίρκυραν appellatam ſcribit, in eo vereor, ne erret Tzetzes. Erroris occaſionem praebuit, quod alii in Phaeacia, quae etiam Κίρκυρα & *Drepane* dicta eſt, abſconditam iſtam falcem tradidere. De iſtâ Drepane haec habes apud Schol. Apollon. lib. IV. 982. Τίμαιος δέ φησιν ἐν Δρεπάνῃ, ὑφ' ἐξέτεμε τῷ πατρὶ τὰ αἰδοῖα ὁ Κρόνος, ἢ ὁ Ζεὺς τὰ τοῦ Κρόνου. Τοῦτο δὲ αὐτῷ κεκρύφθαι φασί. Atque ita Tzetzes ipſe tradidit pag. 122. Τῷ Φαιακίᾳ πέσον τῷ Κίρκυρᾳ, ὑφ' ᾧ μὲν κεκρυμμένον τὸ δρέπανον, ὑφ' οὗ Ζεὺς Κρόνου ἐξέτεμε. Confer Euſtath. in Dionyſ. p. 71. MUNCK. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 504. ait Telchinas, κείρας ὑπάρξαντας ἐργάλῳ χαλκῷ τῷ σιδήρῳ, οἳ τὴν ἅρπην τοῦ Κρόνου ἐδημιούργησαν. De Drepano vide Potter. ad Lycophron. vs. 869.

3 IN MARI PROJECTA] Scio ita potuiſſe loqui non ſine exemplo aliorum Planciaden. Hyg. Aſtron. II. 17. *Se in mari inſcii projecerunt.* Cap. 40. *Cum cratere in mari projici juſſit.* Ita habet utrobique ed. Venet. anni 1482. Feſtus: *Adferre manu eſt admovere, quod ea quoque, quae in terrâ dimittuntur, ſeri dicuntur.* Ita Leid. membranae, non *in terram.* Adde quae notavi ad Hygin. Aſtron. & Myth. cap. 92. Lactant. lib. XIII. Argum. fab. 2. in MS. *Eum in profundo praecipitavit.* MS. tamen Leid. & 5. edd. hoc loco habent *in mare.* MUNCK.

4 SATURNUS PRIMUS IN IT. R. O.] Vide Serv. ad VII. AEn. 180. & ad VIII. AEn. 319.

5 PRAEROGATIONEM] H. e. diſtributionem. Alciatus Parergon lib. I. cap. 4. *Praerogare, ſicut & erogare, id ſignificare propriè loquendo videtur, quod gratis & quaſi roganti, non autem ex debito,*

tiat, audiamus. Tum illa: [4] Saturnus primus in Italia regnum obtinuit; hicque per annonae [5] praerogationem ad ſe populos adtrahens, [6] à ſaturando Saturnus dictus eſt. [7] Opis quoque ejus uxor, eo [8] quod opem eſurientibus ferret, [9] dicta eſt. Pollucis etiam filius, ſive à pollendo, ſive à pollucibilitate, quam nos humanitatem dicimus. Unde & Plautus in [10] comoedia Epidici ait, *Bibite, pergraccamini* [11] *pollucidebito, diſtribuere.* Noſter Inſr. Contin. Virgil. *Quae plus periculi poſſunt praerogare, quam laudis.* Ruſpenſ. Epiſcopus Epiſt. 2. *Nec inter beatos erit aliquis miſer, cui miſericordia praeroget.* Ergo *praerogare* diſtribuere, dare. Gloſſ. Iſid. *Praerogator, diſpenſator.* Videtur neſcio quid Africanum ſapere illud *prae.* Corippus lib. 1. *Officio, quodcunque datur, praecommodo linguam.* Et poſt paulo: *Suſcipiens puerum primis praelegit ab annis.* Tertull. Geneſ. *Ne trepidate ſimul licitos praecerpere fructus.* Iſidor. de Praelat. cap. ult. *Quod non praevalet ſacerdos efficere.* Minutius Octavio: *Fulmina praemicare.* Gloſſ. Vett. ad Perſ. Sat. 1. 59. *Diſpenſatores dicti prorogatores.* Correxeram *praerogatores*, cum vidi *prorogatores* etiam apud Caſſiodorum & Chryſologum inventos à Pignorio in Tract. de Servis p. 15. ed. Patav. Quod ad Chryſologum attinet, etiam ego frequenter *prorogare* illi idem eſſe quod erogare & diſtribuere obſervavi. Serm. VI. *Divitias prorogat, non reponat.* XXIII. *Civibus indigentibus liberaliter prorogare.* XLIII. *Ne ſervando perdas, collige prorogando.* XLII. *Qui pecuniam neſcit prorogare, ſed claudere.* MUNCK.

6 A SATURANDO] Iſidor. Orig. VIII. cap. 11. *Hunc Latini à ſatu appellatum ferunt, quaſi ad ipſum ſatio omnium pertineat rerum, vel à temporis longitudine, quod ſaturetur annis.* Quorum poſterius legas etiam apud Ciceronem lib. II. de Nat. Deor. p. 38. & Lactant. lib. 1. cap. 12. At Macrobius lib. 1. Sat. 8. *παρὰ τὸν σάτον, quaſi Satburnus.* Auguſtin. C. D. lib. VI. cap. 8. *Saturnum filios ſuos devoraſſe ita nonnulli interpretantur, quod longinquitas temporis, quae Saturni nomine ſignificatur, quicquid gignit ipſa conſumat.* MUNCK. Hinc etiam idem, qui *Sol* habetur. v. G. Cuperus in Harpocrate pag. 102. per *Saturnum* Noachum intelligit S. Bochartus in Phaleg pag. 3.

7 OPIS] Ἀρχαικῶς, ἀντὶ τῆς *Ops.* Hygin. cap. 139. *Poſtquam Opis Jovem ex Saturno peperit.* Vide, ſi tanti putes, quae ad eum locum dixi. *Quae Graecis Rhea, Latinis Ops dicitur* Lact. 1. cap. 13. Sacra ejus *Opalia* dicta, de quibus Macrobius 1. Sat. cap. 10. MUNCK. Schol. Apoll. Rhod. 1. Arg. 1098. *Οἱ δὲ φυσικοὶ αὐτὴν τὴν φυσιολογοῦσι τὸν πάντων ἀρμογὴν καὶ διοικῆ. καὶ τὸ ὅτι μὰ αὐτὴν ἱστορολογοῦσι παρὰ τὸ ἧσθαι αὐτὴ καὶ τοῦτο τίθεμα, καὶ φυσικῶς ταύτης αὐτὴν τ Κρόνον φασὶν, εἶναι τ χρόνον, μεταβολὴ δ' ἀνυπόκτον. σύνεσι δὲ τῇ τ στοιχείων τάξει ἐξ ἀνάγκης ὁ χρόνος. καὶ οὕτω λοιπὸν ἀλληγορικῶς τάττες τ Θαλασσίαν καὶ ἀρχαίαν, καὶ χθονίαν διὰ πατέρας αὐτὴν φασί.* &c. Rheam nil niſi terram eſſe docet ad vs. 1141. Graecis Rheam, Latinis Opem dici, docet etiam Lact. ad Statii 11. Achill. vs. 190. *Saturnus & Ops* in eodem templo coluntur. V. Arnaldus de Diis Paredris cap. 23.

8 QUOD OPEM ESURIENTIBUS FERAT] Albricus de Ope: *Quae aperta manu dextrâ opem omnibus velle dare praetendebat: panem vero ſiniſtrâ pauperibus porrigebat.* Macrob. Sat. 1. 12. *Opem dictam autumat, quod ipſius auxilio vita conſtet.* MUNCK.

9 DICTA EST] *Edita* Leid. Cod. Rectè. MUNCK.

10 COMOEDIA EPIDICI] Scriverius annotaverat, *Moſtellaria.* Sanè act. 1. ſc. 1. ejus fabulae legas: *Dies noctesque bibite, pergraccamini, Amicas emite, liberate, faſcite Paraſitos, obſonate pollucibiliter.* Ut ergo ſaepe alias, ita & hoc memoriola ſua impoſuit Fulgentio. Vide Not. ad Libell. de Priſco Serm. Juretum decepit Planciades noſter ad Symm. Lib. III. epiſt. 24. MUNCK.

11 POLLUCIBILITER] Lautè & ſumptuoſè, ut in pollucto Jovis vel Herculis. Ita *pollucibilem coenam* pro lauta dixit Macrob. lib. 1. cap. 13. Idem eſt *daptice.* Feſtus in DAPS. *Daptice ſe acceptos antiqui dicebant, ſignificantes magnificè, & dapticum negotium ampium ac magnificum.* Sed membranae Leid. Biblioth. *dapaticè*, & *dapaticum* ibi repraeſentant. Non diſſimilis eſt *Saliaris coena.* De Saliis locus eſt apud Macrobium lib. III. cap. 12. cujus initium mihi de mendâ ſuſpectum. *Optimè mehercules, Praetextate, feciſti Herculis mentionem, in cujus ſacra hic veſter gemino errore commiſit.* Quid illud *in* heic agit? Tolle protinus, ut natum ex ſimilitudine proximè praecedentis ſyllabae, & ſententia erit venuſtiſſima Latiniſſimaque. *Committere ſacra* dixit, ut *committere ludos* Maro, *committere*

*lucibiliter.* [1] Velato vero capite ideo fingitur, quod omnes fructus foliorum obnupti tegantur umbraculo. Filios vero ſuos comediſſe fertur, [2] quod omne tempus quodcunque [3] gignat, conſumit. [4] Falcem etiam fert non inmerito, ſive quod omne tempus in ſeſe vergat, ut curvamina falcium: ſive fructum propter: unde etiam & caſtratus dicitur, quod omnes fructuum vires abſciſae, atque in humoribus viſcerum velut in mare projectae, ſicut illic Venerem, ita & libidinem gignant neceſſe eſt. Nam & Apollophanes in epico carmine ſcribit Saturnum, quaſi ſacrum ῥᾶν. ῥᾶς enim Graece [5] ſenſus dicitur: aut ſatorem ῥᾶν, quaſi divinum ſenſum [6] creantem omnia. cui

*judicium* Tullius, *committere agonem* Cyprianus lib. II. epiſt. 6. *committere proſcriptionem* Velleius lib. II. cap. 64. pro σωσάσθαι. *committere coenam* Varro pag. 245. ed. Popmae. Facere autem eleganter dicitur poeta, quod facientes alios inducit. MUNCK.

1 VELATO VERO CAPITE I. F.] Aperto vero capite a Romanis adorabatur Saturnus. Hujus ritus varias fingit fuiſſe cauſſas Plutarchus, e quibus unam adſcribam, Quaeſt. Rom. Tom. II. p. 266. Ὅτι τῇ ἀληθείᾳ μόνῃ ἐπίκρυφον ἢ ἐπίσκιον. ἀληθείας δὲ νομίζουσι Ῥωμαῖοι πατέρα τὸν Κρόνον εἶναι ——. Deinde ἵνα τὸ φιλοσόφων χρῆναι σίγησαν τὸν Κρόνον εἶναι. τὸ δὲ ἀληθὲς διέστακε χρόνος.

2 QUOD OMNE TEMPUS CONSUMIT] Phornutus: Καὶ ὁ χρόνος τοιοῦτόν ἐστι. δαπανᾶται γὰρ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γεώμενα. Etym. in Κρόνος. Καταπίνει ὁ λίγιν τὰ τέκνα, ὅτι ὅσα ἀφ' χρόνου γίνεται, τῷ χρόνῳ πάλιν συνδιατρίβειν. Diacon. in Heſiod. Κρόνον μὲν τὸν χρόνον, ὑφ' οὗ πάντα καταφορεῖται τὰ ἐκ τοῦ ἐκείνου ὀφθαλμοῦ γινόμενα. Τοιοῦτος γὰρ ὁ χρόνος, δαπανηλικὸς τῆς οὐσίας τῶν αἰσθητῶν. Confer Σχολ. πκλ. p. 279. Schol. Stat. ad I. Achill. *Ut autem fingatur Saturnus filios ſuos comeſſe, haec ratio eſt, quia deus eſt aeternitatis & ſaeculorum. Saecula autem annos ex ſe natos in ſe revolvunt.* Confer Salluſt. de Diis cap. 4. Macrob. lib. I. cap. 8. Heraclid. Pont. Allegor. p. 54. ed. Geſn. Eleganter Sophocles: Ἅπαντ' ὁ μακρὸς καὶ πολυπλάγκτου χρόνος Φύει τ' ἄδηλα, καὶ φανέντα κρύπτει. MUNCK.

3 GIGNAT] MS. Leid. & 5. edd. *gignit.* MUNCK.

4 FALCEM FERT] Iſidor. lib. VIII. *Falcem tenet, inquiunt, propter agriculturam ſignificandam, vel propter tempora & annos, quod in ſe redeant, vel propter ſapientiam, quod intus acuta ſit.* Macrob. I. Sat. 8. *Falcem ei quidam putant attributam, quod tempus omnia metat.* Cyprianus ad Demetrianum: *Ruſticitatis hic cultor fuit, inde falcem ferens ſenex pingitur.* Immo & ARUALUS DEUS in antiquo lapide dicitur apud Octav. Roſſum in Brix. Memoriis. Adde Auguſt. C. D. VII. 19. Serv. ad Georg. II. 406. Plin. lib. II. cap. 6. Arnob. lib. VI. & quos ad eum laudat Elmenhorſtius. MUNCK. Plutarchus Quaeſt. Rom. II. pag. 275. Γεωργίας ἀγομένη ὁ Ζεύς. ἡ γὰρ ἄρπη τοῦτο σημαίνει. καὶ οὐχ ὡς γέγραφεν Ἀντίμαχος Ἡσιόδῳ πειθόμενος.

Λέγεται δ' ἁρπάσαι τέμενος λόχῳ μήδεα πατρὸς
Οὐρανοῦ Ἀκμονίδαις λάεσσι Κρόνος ἀντιτυκτῷ.

Adde Feſtum in *Saturno dies feſtus.*

5 SENSUS] Pro intellectu accipe. Flor. lib. I. cap. 18. *Non ſine ſenſu captivitatis.* Curt. lib. VII. cap. 8. *Scythis non ut caeteris barbaris inconditus ſenſus eſt.* Propert. II. 9. *Hic primum vidit ſine ſenſu vivere amantes.* Sentire eſt intelligere. Vet. Interp. Luc. IX. 45. *Ut non ſentirent illud.* Hinc vir *ſenſatus* pro prudente & ſapiente, *ſenſate* pro *ſapienter*, apud antiquum interpretem Siracid. cap. IV. 29. vs. 15. VI. 36. XIII. 37. Cypr. ad Demetrian. *Nos inſenſati vitam illorum aeſtimabamus inſaniam.* MUNCK.

6 CREANTEM OMNIA] Unde *deorum rigidiſſimum creatorem* appellat Capella lib. II. p. 44. Ab auctore Etymol. κόρος ὁ νοῦς, vel καρὸς νοῦς, ὁ καθαρὸς νοῦς dicitur eſſe χρόνος, quod ex Platone habet. Nam Platonici Saturnum accipiebant pro mentis puritate atque integritate. Confer Euſtath. ad Homer. Iliad. p. 154. ed. Baſ. Diaconum in Heſiod. p. 277. & Proclum in eundem pag. 39. ed. Heinſ. Scholiaſt. Hom. Iliad. B. 205. MUNCK.

7 FILIOS] Denominatio fit à potiori. Servius ad AEn. VIII. 130. *Tradunt OEnomaum & Majam Steropes & Atlantis filios fuiſſe.* Albricus cap. I. *Juxta ſe habebat filios, Jovem ſcil. Neptunum, Plutonem, & Junonem.* Lactant. Fab 4. lib. XIII. Ovid. Met. *Quibus indicat quinque ſe natorum, hoc eſt,*

cui etiam quatuor [7] filios ſubjiciunt, id eſt primum Jovem, ſecundum Junonem, tertium Neptunum, quartum Plutonem. Pollucis quaſi Poli filium dicunt quatuor elementa gignentem, primum Jovem ut ignem: unde & ζεὺς Graece dicitur. ζεὺς enim Graeca ſignificatione, ſive [8] vita, ſive calor dici poteſt: ſive quod igne vitali animata omnia dicerentur, ut [9] Heraclitus vult: ſive quod hoc elementum caleat. [10] Secundum Junonem, quaſi aërem, unde [11] ἥρη Graece dicitur. Et quamvis aërem maſculum ponere debuerint, tamen ideo ſoror eſt Jovis, quod haec duo elementa ſibi ſunt valde [12] conſocia. Ideo [13] Jovis & conjugem, quod maritatus aër igne ferveſcat. Nam & Theo-

*eſt, filii unius, & quatuor filiarum parentem, orbum relictum.* Vetus inſcript. apud Aldum Orthogr. p. 12. *Amycus & Cbreſtina nutritores.* Plura adduxi ad Hyg. Myth. cap. 159. MUNCK. Plutarch. de Oracul. defectu tom. II. pag. 428. Τὴν Ῥέαν Αἰγύπτιοι μυθολογοῦσι πίττε Διὸς τιτῆσι, κἀιπτόμβοι τὸν ἐκ μιᾶς ὕλης τ πίττε κόσμον γίνεσιν. Vide ibi cetera.

8 VITA SIVE CALOR] Vide Phornut. cap. 2. Etym. in Ζεύς. Plutarchus apud Euſeb. Praep. Euang. pag. 53. Ζεὺς, τετίσιν, ὁ πυρώδης καὶ ὁ θερμὸς δύναμις. Diaconus in Heſiod. p. 274. Ζεὺς ὁ, τετίσι, τὸ ζωογόνον πῦρ τ ἄνω τόπον εἴληχεν &c. & pag. 278. Ζεὺς τῶ Διὸς κλίσι), ὁλκληρῶς παίζων ἡμῖν, ὡς ἀπὸ τ ζωὴ ἐστι, καὶ δι' αὐτῦ ζῶσι τὰ ζῶντα, καὶ τὰ ὄντα ἁπλῶς δι' αὐτῦ τὸ εἶναι εἴληχεν. &c. Confer Heraclid. Pont. Alleg. Hom. p. 31. Lactant. lib. I. cap. 11. MUNCK. AEther qui *Jupiter* vocatur, (v. Meurſ. ad Lycophron. vs. 80. Graev. Lect. Heſiod. cap. 10.) πάντων θεῶν αὐτόφυης vocatur ab Euripide in Pirithoo apud Schol. Apoll. Rhodii IV. 144. eodem modo, quo Jupiter ſui ipſius creator vocatur ab Ariſtide, v. Spanh. ad Callim. H. Jov. 10. Idem AEther *hominum & deorum genitor* dicitur, ab incerto poëta apud S. Empiricum. v. Spanh. ad Ariſtoph. Nub. 570. hunc AEtherem utpote ſummum deum adorarunt Perſae, eique in editiſſimis montibus ſacrificarunt τ κύκλον παῖσα τῦ Οὐρανῦ Δία καλέοντες, teſte Herodoto lib. I. cap. 131. Hinc ineptire videmus Lactant. ad Statii II. Theb. 404. (ſi modo haec Lactantii verba ſint) quum dicit, *tamen Jovis non recte coelum dicitur; nam ſi Saturnus pater ejuſdem, coeli & terrae eſt filius, coelum ſic dici poteſt avus ipſius eſſe Jovis potius, quam ipſe Jupiter.* non diſtinguit Lactantius fabulas a ratione phyſica, quam ſaepius ſequi viſum eſt poëtis. Ceterum quia jam aethere, i. e. Jove, omnia conſtare credebant veteres, ſunt, qui τὸ ζεὺς ἀπὸ τ ζωῆς derivent. v. Serv. ad I. AEn. 392. Ad quam etymologiam adluſerunt multi Auctores. Vide Elſner. ad Acta Apoſtol. cap. XVII. vs. 28. Tres Ζεὺς Etymologias ex Etymologo magno & Euſtathio profert Menagius ad Diogen. Laert. lib. VII. Segm. 147.

9 HERACLIUS] Ita quidem & B. M. & L. cum Commel. Sed ſcribe *Heraclitus* cum A. H. & I. *Eraclitus* Leid. Cod. omiſſa aſpiratione. Lactant. lib. II. 9. *Heraclitus ex igne nata omnia dixit, Thales Mileſius ex aquâ.* Adde Servium AEn. XI. 186. Heraclid. Alleg. Hom. p. 56. Heraclitum intellexit Quintil. Declam. 283. *Quaereres, utrumne ignis eſſet initium rerum; an vero minutis editus & mirabilibus elementis.* Mallem, *innumerabilibus.* Atomos enim deſignat. MUNCK. Vide de hac Heracliti opinione Menag. ad Diogen. Laertium lib. IX. §. 7.

10 SECUNDUM] Ita & 6. edd. *Secundam* MS. Leid. MUNCK.

11 Ἥρη] A. B. H. I. & MS. Leid. Ἥερα, & mox *ſororem* pro *ſoror eſt.* Nimirum Ἥερα, ſi transponas literas, eſt ἀήρ. Athenagor. Legat. pro Chriſt. pag. 23. Ζεὺς, ὁ ζέων ἀήρ, καθὼς τοῖς Στωϊκοῖς. Ἥερα ὁ ἀὴρ, καὶ τῦ ὀνόματος, ὅτι αὐτὸ αὐτῷ ἐπισωρεύεσθαι, συνεκφωνηθέν. MUNCK. V. Menag. ad Diogen. Laert. lib. VII. §. 147. p. 319, 320.

12 CONSOCIA] *Conſortia* H. I. M. & L. cum MS. Leid. Sed *conſocia* etiam B. & A. Caſſiod. epiſt. 9. lib. VIII. *Nobiliſſima tibi facta conſocia.* Ita MS. non *conſortia.* MUNCK.

13 JOVIS CONJUGEM] Vide Phornutum cap. 3. Albricum cap. 9. Cicero II. Nat. Deor. *Et ſoror & conjux Jovis, quod & ſimilitudo eſt aetheris, & cum eo ſumma conjunctio. Effaeminarunt autem eum Junonique tribuerunt, quod nihil eo eſt mollius.* Idem dicit Heraclides pag. 21. Schol. Heſiod. in Θεογ. p. 261. edit. Heinſ. Ἥρη (ἔστι ὁ ἀὴρ. ὁ ὑδατοῤῥόας) ἤτοι ὁ δεξαζόμενος ἀπὸ τ βεφχῆς. Διὸς ὃ παρέκειτο, ὅτι τῷ αἰθέρι κάτωθεν ὁ ἀὴρ. Servius ad AEn. I. 51. *Phyſici Jovem aetherem,*

& Theopompus in Cypriaco carmine, & Hellanicus in Dios [1] polytychia, quam deſcripſit, ait Junonem ab Jove vinctam catenis aureis, & [2] degravatam incudibus ferreis. Illud nihilominus dicere volentes, quod aër, igni coeleſti conjunctior, [3] duobus deorſum elementis miſceatur, id eſt aquae & terrae, quae elementa duobus ſuperioribus graviora ſunt.

## III. *Neptunus.*

NEPTUNUM vero tertium velut aquarum voluerunt elementum: quem ideo Graece etiam Poſidona nuncupant, quaſi [4] ποιοῦντα εἶδιν, quod nos Latine facientem imaginem dicimus: illa videlicet ratione, quod hoc ſolum elementum imagines in ſe formet ſpectantium, quod nulli [5] alii ex quatuor competat elementis. Tridentem vero ob hanc rem ferre pingitur, quod aquarum natura triplici virtute fungatur, id

*id eſt, ignem volunt intelligi; Junonem aërem, & quoniam tenuitate paria ſunt, dixerunt eſſe germana. Sed quoniam Juno, hoc eſt, aër ſubjectus eſt igni, id eſt jure ſuperpoſito elemento mariti * traditum eſt.* Lege, *igni, id eſt, Jovi, jure* &c. Deinde tolle aſteriſcum, & ſcribe, *mariti nomen traditum eſt.* Haec talia ex Zenonis ſchola deprompta ſunt. Vide Minut. Felic. Octav. p. 20. MUNCK.

1 POLYTYCHIA] Voſſius Hiſtor. Graec. lib. IV. cap. 5. mallet πολυδικία, vel πολυλικία. MUNCK.

2 DEGRAVATAM INCUDIBUS FERREIS] Meminit antiquae ejus fabulae Homerus Iliad. O. 18. Ubi eodem, quo Fulgentius, modo eam explicat Anonymus, ut & Phornutus cap. 17. Hauſiſſe illos interpretationem iſtam putem ex Heraclid. Alleg. Hom. pag. 51. ed. Geſn. Baptiſta Pius *depravatam* edidit. quod explicat *devirginatam.* Ridiculè. MUNCK.

3 DUOBUS DEORSUM] *De deorſum* Leid. cod. MUNCK.

## Ad CAP. III.

4 ΠΟΙΟΥΝΤΑ ΕΙΔΗΝ] Ita & una L. habet, Caeterae variant. MS. Leid. Ποσειδῆνα. Niſi vocabulum Ποσειδῆνα finxit, ſequendam cenſeo Commel. lectionem. Εἶδη pro εἶδος agnoſcit etiam Heſychius. Phornutus cap. 3. λέγει τὸ πόσιμον derivat Ποσειδῶνα. Quicum facit & Heraclides: Ὁ Ποσειδῶν ὑγρά τις ἂν εἴη καὶ πολὺ τὸ πόσιμον ἀνομασμένος. Alii aliter ἐτυμολογοῦσι, MUNCK.

5 ALII] Quamvis diſſentiant editi, ſcribe tamen cum MS. Leid. *alio.* Continent. Virgil. *Eſto Euryſtheus alio fortiori.* Vide ibi notas noſtras. MUNCK.

6 POTABILIS] 6. edd. *potabili.* Quod magis eſt congruum. Vel legendum, *id eſt, ſit liquida* &c. Euſtath. ad Iliad. Hom. p. 845. ed. Baſ. Τείρεσιαν ὁ μῦθος εἰκότως συνοικίζει Ποσειδῶνι, ἢ διότι τρέφεται θείᾳ τὸ ὕδωρ μᾶλλον τῶν αἰθέρος. ἢ διότι πρώτη ἡ φύσις τῶν ὑδάτων, τὰ ἑλμυρὰ, τὰ γλυκέα, τὰ μικτὰ &c. Schol. AEſchyli ad Prometh. vers. 924. Τείρεσιαν ὃν λέγουσι κρατεῖν τῶν Ποσειδῶνα, ἢ διὰ τρίτον εἶναι αὐτὸν στοιχεῖον, ἢ διὰ τὸ εἰς τρία διαιρεῖσθαι τὸ ὕδωρ, εἰς πόσιμον, εἰς θαλάσσιον, καὶ εἰς λιμναῖον. Quod & apud Euſtath. in Dionyſ. vs. 476. legas. Aliter rurſus Servius ad AEn. I. vers. 142. aliter etiam Phornutus cap. de Neptuno. Locherus ex Servio ad locum modo laudatum adducit. *Jupiter trifido utitur fulmine; Pluton Cerbero trifauci; Neptunus tridente. Haec trina ſceptra ſignificant etiam ipſa tria elementa phyſica quadam ratione conjuncta.* Sed iſta verba in editis fruſtra quaeras. MUNCK. Adde Spanh. ad Callim. H. Del. 31. locus Plutarchi, quem adducit Spanh. legitur pag. 381. Tom. II.

7 OMNIBUS TRIBUS] Τὸ *tribus* non agnoſcit Leid. codex. MUNCK. Vide Biſet. ad Ariſtophan. Equit. 556. Hinc Hellenes & Syri οἱ τὰ ὑγρᾶς οὐσίας hominem natum credunt. Vid. Plut. Sympoſ. lib. VIII. Quaeſt. 8. p. 730. Unde etiam Neptunus Deorum praeſtantiſſimus & antiquiſ-

id eſt liquida, foecunda, [6] potabilis. Hinc & Neptuno Amphitriten in conjugium deputant. ἀμφὶ enim Graece circumcirca dicimus: eo quod [7] omnibus tribus elementis aqua concluſa ſit, id eſt, ſit in coelo, ſit in aëre, id eſt in nubibus, & in terra, ut ſunt fontes vel putei.

## IV. *Pluton.*

QUARTUM etiam Plutonem dicunt [8] terrarum praeſulem: [9] πλοῦτος enim Graece divitiae dicuntur, ſolis terris credentes divitias deputari. Hunc etiam [10] tenebris addictum dixere, quod ſola terrae materia ſit cunctis elementis obſcurior. Sceptrum quoque in manu geſtat, quod regna ſolis competant terris.

## V. [1] *Tri-*

tiquiſſimus vocatur. V. Spanh. ad Ariſtoph. Plut. 1051.

## Ad CAP. IV.

8 TERRARUM PRAESULEM] Auguſtin. C. D. lib. VII. cap. 28. *Dis pater poſtremo, qui Graece* Πλούτων *dicitur, etiam ipſe maſculus frater amborum, terrenus Deus eſſe perhibetur, ſuperiorem terram tenens, in inferiore habens Proſerpinam conjugem.* Et cap. 16. ejuſdem libri: *Vulcanum volunt ignem mundi, Neptunum aquas mundi, Ditem patrem, hoc eſt, Orcum, terrenam & infimam partem mundi.* Apulejus Dialogo Hermetis: *Terrae vero dominatur Jupiter Plutonius. Et hic nutritor eſt animantium mortalium & fructiferorum.* MUNCK. *Jupiter* iſte *Plutonius* Apuleji eſt Graecis Ζεὺς Χθόνιος. Plutarch. Tom. II. de Superſtit. pag. 169. Ὁ Ἡσίοδος κελεύει τὸν ἀρότην καὶ σπόρον τῶν γεωργῶν εὔχεσθαι Διΐ τε Χθονίῳ, Δημήτερί θ' ἁγνῇ τὸ ἰχέτλης ἰκμάδος. quem Heſiodi locum ex Oper. & Dieb. vs 465. inluſtrat Graevius L. H. cap. XI. p. 58. & plura huc ſpectantia profert. Hunc Jovem Stygium vocat Virgil. IV. AEn. 638. ubi v. Serv.

9 ΠΛΟΥΤΟΣ ENIM] Imo Plutus & Pluto, etiamſi alterum ab altero diſtinguant poetae, idem ſunt numen, ut obſervatum jam ab aliis. Lucianus Timone: Ἀλλ' ὁ Πλούτων ἀπείλκέ μοι παρ' αὐτοῦ, ὅτι πλουσιότης καὶ μεγαλόδωρος καὶ αὐθις ἦν. Ovid. I. Met. *Itum eſt in viſcera terrae, Quaſque recondiderat, Stygiiſque adnoverat umbris, Effodiuntur opes, irritamenta malorum.* Et merito profecto Dis audit Pluto, *quod recidant omnia in terras, & oriantur è terris*, ut loquitur Cicero II. Nat. Deor. Confer Ovid. X. Met. v. 78. MUNCK. Vid. Spanh. ad Callim. H. Cerer. vs. 138. p. 749. Timocreon, poeta Rhodius ita de Plutone divitiarum Deo canit, apud Schol. Ariſtophan. Ran. vs. 1337.

Ὦφιλις, ὦ τυφλὲ Πλοῦτε,
Μήτ' ἐν γῇ, μήτ' ἐν θαλάττῃ, μήτ' ἐν ἠπείρῳ
Φανήμεναι.
Ἀλλὰ Ταρτάρου γε ναίειν, κ' Ἀχέροντος.
Σοὶ γὰρ πάντ' ἐν ἀνθρώποις κακά.

Unde Tiberianus apud Serv. ad VI. AEn. 136.

*Aurum, quo pretio referantur limina Ditis.*

10 TENEBRIS ADDICTUM] MS. Leid. *Abdicatum.* Gloſſ. *adjunctum, traditum.* Sed illa eſt explicatio & *addictum.* quanquam Fulgentii mentem haud ſatis rectè exprimit. *Addictus* heic eſt συζῶν Graecis. Lucian. ὠνοῦ ἐπιχ. Tom. I. p. 908. ed. Ben. Ἀνχμαλωτὸν βίῳ συζῶν, *aſperae vitae addictus.* In Contin. Virg. legas, *Apollinem Muſis additum.* Heſiodi Schol. p. 279. ed. Heinſ. Ὑπὸ χθόνα ἢ ναίειν φασὶ τὸν Αἰδῆ, ἀφ' ᾧ τὰ ἀφανῆ μὴ τῶν θεωρήτων. Caeterum quod tenebris addictum Plutonem tradit, id in memoriam mihi revocat, quod apud Phornutum cap. 5. legi: Αἰδης ὁ παχυμερὴς καὶ σωματικώτατος ἀήρ. Pariter

## V. [1] *Tricerberus.*

TRICERBERUM verò canem ejus ſubjiciunt pedibus, quòd mortalium jurgiorum invidiae ternario conſlentur ſtatu, id eſt naturali, cauſſali, [2] accidenti. Naturale eſt odium, ut canum & leporum: [3] luporum, & pecudum: hominum, & ſerpentium. Cauſſale eſt, ut [4] amoris zelus atque invidiae. Accidens eſt, quod aut verbis caſualiter oboritur, ut hominibus: aut comeſtiones propter, ut jumentis.

VI.

ter Capella lib. II. *Haec omnis aëris à lunâ diffuſio ſub Plutonis poteſtate conſiſtit.* Heraclides Alleg. Homer. p. 318. Τὸν δὲ ὑπόγειον ἀΐδην ἀλληγορικῶς ἀέρα ὑποτοπάζουσι. Confer Athenag. Legat. pro Chriſt. pag. 22. Facit & huc illa inferorum, vel tartari potius, deſcriptio apud Apulejum Allocutâ Hermetis. *Sin autem delictorum illitam (animam) maculis vitiiſque oblitam viderit, deſuper ad ima deturbans procellis turbinibuſque aeris, ignis, & aquae ſaepe diſcordantibus tradit: ut inter coelum & terram mundanis fluctibus in diverſa ſemper aeternis poenis agitata raptetur. Ut in hoc obſit animae aeternitas, quod ſit immortali ſententiâ aeterno ſupplicio ſubjugata.* Hic ergo Tartarus eſt. Heſiod. Θεογ. 119. Τάρταρά τ' ἠερόεντα. Schol. λέγει τὸν ἀέρα τὸν πλησίον γῆς περιέχοντα, καὶ τὸ ὑπὸ αὐτόν. Stephanus: Τάρταρος. Κεφάτης τὸ ὑπὸ τοῖς πόλοις ἀέρα παχυνόμενον καὶ ψυχρόν τινα, καὶ ἀφώλιον &c. Iſidor. lib. VIII. cap. II. *Lapſi vero (daemones in aëriam qualitatem converſi ſunt:) nec aeris illius puriora ſpatia, ſed iſta caliginoſa tenere perpeſſi ſunt, qui eis carcer eſt uſque ad tempus judicii.* Aut ego multum fallor, aut hinc ἄρχοντα ἐξουσίας τοῦ ἀέρος diabolum appellat Paulus ad Epheſ. cap. II. vers. 2. Fabulam πραγματικῶς explicat Lact. lib. I. cap. II. MUNCK.

## Ad CAP. V.

1 TRICERBERUS] Infr. cap. 27. *Dum ad Tricerberum canem abſtrahendum deſcendit.* Τρικέφαλον quoque Tzetzes appellat. Vide de cane eo Iſidor. Orig. lib. XI. cap. 2. MUNCK. Plutarch. de Iſide & Oſir. Tom. II. pag. 362. Πλούτωνος ὁ ἄγαλμα τοῦ ΚΕΡΒΕΡΟΥ τετιμημένου καὶ τοῦ ΔΡΑΚΟΝΤΟΣ. De hoc Cerbero cognitu digna ſunt, quae Pauſanias lib. III. cap. 25. pag. 275. notat, de Taenaro promontorio agens: ἐπὶ δὲ τῇ ἄκρᾳ ναὸς εἰκασμένος ἀπηλαίᾳ. —— ἐποίησαν δὲ Ἕλληνές τινες, ὡς Ἡρακλῆς ἀναγάγοι ταύτῃ τοῦ ἅδου τὸν κύνα (quid Hermioneenſes dicant, refert lib. II. cap. 35. pag. 196.) quod cum pro figmento habeat jure merito, paullo poſt addit, Ἐκφαίνουσι μὲν οἱ Μιλήσιοι λόγοι ἐμοὶ εἰκότα, ὄφιν φύσας ἐπὶ Ταινάρῳ τερατώδη δεινόν. κλεπῆναι δὲ ἅδου κύνα, ὅτι ἴδοι τὸν ἀχαϊνὸν τιθράσιον παρακύπτοντα ὑπὸ θύραις. καὶ τοῦτον ὄφιν τὸν ὄφιν ὑπὸ Ἡρακλέους ἀχθῆναι παρ' Εὐρυσθέα. Ὅμηρος δὲ (πᾶσιν γὰρ ἐκέλευσεν ἅδου κύνα, εἶναι Ἡρακλῆς ἦγεν) ὅτι ὅπλα ἔθετο ἅδης, ὅτε συνέκλασεν ἐς τὸ εἶδος, ἅπασι ἐπὶ τῇ Χιμαίρᾳ οἱ δὲ ὑστεροι Κέρβεροι, ὅπλα ἐποίησαν, καὶ κυνὶ τὰ ἅπλα εἰκάζοντες, κεφαλὰς τρεῖς φασιν ἔχειν αὐτόν· ἔδηλόν τι μᾶλλον Ὅμηρος κύνα τοῦ ἀνθρώπου σύντροφον εἰρηκότος, ἢ εἰ δράκοντος εἶδος, ὑπέλαβεν ἅδου κύνα.

2 ACCIDENTI] *Accidentali* 6. edd. Sed pro Commel. ſtat MS. Leid. & rectè quidem. Sequitur enim, *accidens* &c. Ambroſ. Hexaëm. lib. I. cap. 8. *Cum utique non ſubſtantialis, ſed accidens ſit malitia.* MUNCK.

3 LUPORUM ET PECUDUM] Τῶν τρηβάτων. Horat. Epod. 3. *Lupis & agnis quanta ſortito obtigit, Tecum mihi diſcordia eſt.* Ubi vetus interpres: *Omnes autem inimicitiae ſunt aut à natura, quales ſunt inter bruta: aut à voluntate per electionem, quales ſunt hominum inter ſe.* MUNCK.

4 AMORIS ZELUS] Vide quae notamus ad cap. 12. lib. II. & ad Hyg. Mythol. cap. 199. MUNCK.

Ad

## VI. *Furiae.*

HUIC etiam [5] tres Furias deſervire dicunt, quarum prima Alecto: ἀληκτω᾽ enim Graece inpauſabilis dicitur. Alia Tiliphone: τισιφόνη autem quaſi τούτων Φωνὴ, id eſt iſtarum vox. Tertia Megaera: megaera enim eſt, quaſi μεγάλη ἔρις, id eſt magna contentio. Primum eſt ergo, [6] non pauſando furiam concipere: ſecundum eſt, in vocem erumpere: tertium jurgium [7] protelare.

## VII.

## Ad CAP. VI.

5 TRES FURIAS DESERVIRE] Totum hoc caput in ſuum commentarium tranſtulit Lactantius ad Thebaid. 1. vers. 477. Sed quid continet, niſi nugas nugaciſſimas? Melius de his Phornutus cap. 10. & Tzetzes in Lycophron. vs. 411. quos conſule, ſi eſt operae. Servius ad AEn. IV. 609. *Dirae in coelo: ut*, dicuntur geminae peſtes cognomine dirae. *Furiae in terris, Eumenides apud inferos: ſed haec nomina confundunt poëtae.* Ad AEn. autem III. 209. ita commentatur: *Sanè apud inferos Furiae dicuntur & canes: apud ſuperos dirae & aves, ut ipſe in* XII. *oſtendit. In medio vero Harpyiae dicuntur.* Quod de canibus ait: canes illae Hecates ſunt ſive Triviae, de quibus Tibullus el. 2. lib. 1. Horat. Sat. 8. lib. 1. Virgil. VI. AEneid. Senec. OEdip. 569. Immo omne θηρσφανὲς τῶ δαιμόνων γίνεσθαι κύνας εἶναι τὰ λόγια κελεῦν, ut ait Tzetzes ad Heſiod. p. 45. ed. Heinſ. *Canes Jovis infernalis* vocat Horat. Comment. MUNCK. Variis nominibus *Furiae* inſignitae a Graecis fuere. Pauſanias lib. 1. cap. 28. Πλησίον ὃ ἱερὸν θεῶν ἐστιν, ἃς καλοῦσιν Ἀθηναῖοι ΣΕΜΝΑ΄Σ (quo nomine ideo eas adpellat Ariſtophanes in Equit. vs. 1309.) Ἡσιόδῳ ὃ ΕΡΙΝΝΥ΄Σ ἐν Θεογονίᾳ. (Hinc Sophocles in Electr. v. 112. vocat Σεμνὰς θεῶν παῖδας Ἐρινύας. & in Ajace vs. 846. Τὰς αἰεί τι παζούσας, αἰεὶ δ᾽ ἐρώσας πάντα τὸν βροτῶν πάθη, ΣΕΜΝΑ΄Σ ΕΡΙΝΝΥ΄Σ. Schol. Vet. μυθικὸν ἐστι τὸ λέγειν τὰς Ἐρινύας ἀεὶ παζούσας. τῶν ὃ τὰς ἀδικοδοκήτους, καὶ οὐχὶ κρατούσας δίκης δυναμένας ὑπὸ τῶν ἀδικούντων. Quae ultima verba conſentiunt dogmati Pythagoriço apud Diogen. Laert. lib. VIII. cap. 31. τὰς ὃ ἀκαθάρτους μήτε σκιάσαις πελάζειν, μήτε ἀλλήλαις, ΔΕΙΣΘΑΙ ΕΠ᾽ ΑΡ᾽ΡΗΚΤΟΙΣ ΔΕΣΜΟΙΣ ὑπὸ ΕΡΙΝΝΥ΄ΩΝ.) Pergit Pauſanias Πρῶτος δὲ σφίσιν Αἰσχύλος δράκοντας ἐποίησεν ἐμοῦ ταῖς ἐς τῆ κεφαλῆ θριξὶν εἶναι. Lib. II. pag. 136. Καὶ τοὺς θεοὺς, οὓς Ἀθηναῖοι ΣΕΜΝΑ΄Σ, Σικυώνιοι ὃ ΕΥΜΕΝΙ΄ΔΑΣ ὀνομάζουσι. de quo nomine ita Schol. Apollon. Rh. lib. 1. Arg. 1019. Κατ᾽ εὐφημισμὸν (φασι) τὰς Ἐρινύας, ΕΥΜΕΝΙ΄ΔΑΣ. Ceterum AEſchylum imitatus & Euripides in Bacchis vs. 102. Στίφουσιν τε ΔΡΑΚΟ΄ΝΤΩΝ ΣΤΕΦΑ΄ΝΟΙΣ, ἴτην ἄγεσθ᾽ Θηρσιτόκοι ΜΑΙΝΑ΄ΔΕΣ ἀμφιβάκχοις πλοκάμοις. Qui αἱματοπώλους θεὰς vocat in Androm. vs. 978. & in Iphig in Taur. 294. de iiſdem teſtatur Φίλυγάς τε ΜΟ΄ΣΧΩΝ, καὶ ΚΥΝΩ΄Ν ΥΛΑΓΜΑΤΑ, ἃ φασ᾽ Ἐρινῦς εἶναι μιμήματα. Unde *Cocyti canes* vocantur. Vid. Schol. Ariſtophan. Ran. 475. Nigris indutae pinguntur veſtibus. V. Potter. ad Lycophron. vs. 1137. Earum arma faces de loto arbore erant. V. Lact. ad Statii XI. Theb. 84. Plura de iisdem dedit J. Perizonius ad AEliani lib. IX. V. H. 29. De Furiarum Sacris Spanh. ad Callim. H. Pall. 107.

6 NON PAUSANDO] *Pauſare* verbum antiquum eſt. Gloſſ. Vett. *Pauſat.* ἀναπαύει, καὶ ἀναπαύεται. Ita *pauſa* eſt quies. Vetus inſcriptio apud Pith. Catal. lib. III. *Jam datus eſt vitae finis, jam pauſa malorum.* MUNCK.

7 PROTELARE] Hoc eſt, *amoliri*, ut Baptiſta cenſet. Immo *protelare* heic eſt profere. Cap. 14. *Protelare dignitatem.* Sed vide not. ad Prologum. MUNCK. Scholiaſtes ineditus Senecae Herc Fur. vs. 90. legit *ſecundum eſt in vocem prorumpere, tertium jurgium prolongare.* hoc mihi indicavit Cl. J. Arntzenius.

## VII. [1] *Fata, vel Parcae.*

TRIA etiam ipſi [2] Plutoni deſtinant fata, quarum prima Clotho, ſecunda Lacheſis, tertia Atropos. κλωθὼ enim [3] Graece evocatio dicitur, λάχεσις vero ſors nuncupatur, ἄτροπος quoque ſine ordine dicitur: hoc videlicet ſentire volentes, quod prima ſit nativitatis evocatio: ſecunda, vitae ſors, quemadmodum quis vivere poſſit: tertia, mortis conditio, quae ſine lege venit.

## VIII. *Harpyiae.*

HARPYIAS etiam tres [4] inferis Virgilius deputat, quarum prima ἀέλλω, ſecunda ὠκυπέτη, tertia κελαινώ. Harpyia enim Graece rapina dicitur. Ideo virgines, quod omnis rapina arida ſit & ſterilis. Ideo plu-

### Ad CAP. VII.

1 FATA VEL PARCAE] Rectè ex hoc loco Illuſtr. Spanhemius in de Numm. Praeſtant. Fata Parcas dici probat. Doceo idem ex Capell. lib. 1. *Haec mox ut facta conſpexit omnia, quae gerebantur, in conſiſtorio Jovis ſubnotari.* Lege ex MS. libro Biblioth. Leid. *Fata*, & *ſubnotare*. Martial. lib. VII. 47. *Et ruptas fatis reddidit ipſe colos.* Lactant. lib. I. cap. 11. *Illud vero quale eſt? eſſe fata, quibus Dii omnes & ipſe Jupiter pareat. Si Parcarum tanta vis eſt, ut plus poſſint, quam coelites univerſi* &c. Albricus: *Parcae ſeu fata dictae per antiphraſin.* Redeo ad Capellam. Dixerat ille ſuperius Parcas eſſe librarias Superum: *Clotho vero*, inquit, *Lacheſis Atroposque, quoniam ſententias Jovis orthographiae ſtudio veritatis excipiunt, utpote librariae Superum, archivique cuſtodes.* Pro *orthographiae* rectius Leid. Cod. *orthographae.* Tertull. de Anim. cap. 39. *Fata ſcribundo advocantur.* Ita enim putem legendum cum Junio, non *ſcribunda.* Iſidor. Orig. VIII. 11. *Tria autem fata fingunt in colo & fuſo, digitiſque fili ex lana torquentibus, propter tria tempora* &c. MUNCK. Parcas & Furias eodem ritu colunt Sicyonii. Pauſan. lib. II. cap. 11. p. 136. Vocantur γραῖαι κόραι a Lycophrone vs. 585. De Parcis, vide, quae dixi ad Hygini Fab. pag. 287. & quae dicam ad Albricum Philoſ. cap. 2. de D. Imag.

2 PLUTONI DESTINANT] Alii Apollinem praeficiunt fatis. Schol. Horat. in Carm. Saecul. *Invocat autem Parcas ipſe Apollinem, quia Apollo fatis praeeſt, unde & ſortilegus vocatur.* MUNCK.

3 GRAECE EVOCATIO DICITUR] Nugatur ſolemnia. Alludere videtur τὸ κλώζω. Quinam veriorem dederint etymologiam, dixi ad Hygin. Genealogiam. Lactant. lib. II. cap. 10. *Unde etiam tres Parcas voluerunt: unam, quae vitam hominibus ordiatur: alteram, quae contexat: tertiam, quae rumpat ac finiat.* MUNCK. Schol. Pindari Olymp. Od. prim. vs. 41. Κλωθὼ μία τ' μοιρῶν, ἴρηται ϑ, παρὰ τὸ ἐπικλώθειν ἑκάστῳ τὸ πεπρωμένον. Cui conſentit Lucianus Dialog. Mort. XVII. lin. 25. ubi Minos dicit, Ναὶ τῇ Κλωθοῖ, ἢ ἑκάστῳ ἐπέταξε γυκτὸς τὸ πεπρωμένα.

### Ad CAP. VIII.

4 INFERIS VIRGILIUS DEPUTAT] AEn. nempe VI. v. 289. Confer Serv. ad AEn. III. vers. 209. MUNCK.

5 QUASI ἘΑΩ͂Ν ᾽ΑΑΛΟ] Hoc rurſus nugatur. *Aëllo* dicta ab ἄελλα, *procella.* Unde ἄελλος, ταχύς. MUNCK.

6 CITIUS AUFERENS] *Citius* eſt ocyus, dicto citius. Infr. cap. 17. *Honores citius fugitivos.* Quid autem? Ocypete eſt celeriter auferens? Imo celeriter volans, ἀπὸ πέτεσθαι, *volare.* MUNCK.

7 SIGNARE] *Significare* Leid. cod. MUNCK.

8 CUPITA INVADERE] *Concupita* A. B. H. J. M. & MS. Leid. & *concupiſci* pro *concupiſcere.* Mox pro *invadit* mallem, *invaditur.* MUNCK. Munckerus mallet *invaditur.* Sed haecce vi impersonali ſaepe altera forma occurrit, quod luc-

plumis circumdatae, quia quidquid rapina invaſerit, celat. Ideo volatiles, quod omnis rapina ad volandum ſit celerrima. ἀέλλω enim Graece [5] quaſi ἑλὼν ἄλλο, id eſt alienum tollens. Ocypete, id eſt [6] citius auferens. Celaenum vero Graece nigrum. unde & Homerus prima Iliados rhapſodia, αἶψά τοι αἷμα κελαινὸν ἐρωήσῃ περὶ δουρὶ: id eſt, ſtatim niger tuus ſanguis emanabit per meam haſtam. Hoc igitur [7] ſignare volentes, quod primum ſit, alienum concupiſcere: ſecundum, [8] cupita invadere: tertium, celare quod invadit.

## IX. *Proſerpina.*

PLUTONI quoque nuptam volunt Proſerpinam, Cereris filiam. [9] Ceres enim Graece gaudium dicitur. & ideo illam frumenti deam eſſe voluerunt, quod ubi plenitudo fructuum ſit, gaudia [10] ſemper abundent neceſſe eſt. Proſerpinam vero quaſi ſegetem voluerunt, id eſt [11] terram

luculente oſtendimus jam ad haec Cic. Acad. I. 1. *intemperantis enim eſſe arbitror, ſcribere quod occultari velit*: pro velis vel *cupiatur*. WOPKENS.

## Ad CAP. IX.

9 CERES ENIM GRAECE GAUDIUM DICITUR] Alludit τὸ χαίρω, quod ut χέρω pronunciavit. Sed illud *Graecè* non habet Leid. cod. Retinendum tamen puto. Sic in Contin. Virgil. *Acheron Graecè ſine tempore dicitur.* Cicerone auctore II. Nat. Deorum, *Ceres* quaſi *Geres* dicitur. Apud eundem ejuſdem operis Lib. I. Chryſippus differit, aerem, qui per maria manet, Neptunum eſſe: terramque eam, quae Ceres dicatur. Julius Firmicus: *Terram ipſam Cererem nominant: nomen hoc à ferendis frugibus mutuatum.* Scriverius in margine libri ſui notaverat, *à gerendis* &c. quod nullus dubito quin rectius habeat. Δημήτης quaſi γῆ μήτης etiam Graecis dicitur. Vide Euſtath. ad Iliad. ξ. p. 982. ed. Baſ. Orpheus apud Euſebium: Γῆ μήτης πάντων, Δημήτης πλουδότειρα. Artemidorus de Somn. lib. II. cap. 44. Ἔλα καὶ τὴν Δήμητρα τῇ γῇ τὸ αὐτὸν ἔχειν λόγον φασὶ οἱ σοφοί. MUNCK. V. Spanh. ad Call. H. Cerer. vs. 2.

10 SEMPER ABUNDENT] 6. edd. *ſemper ſuperabundent*. In cod. Leid. ſuper τὸ *ſemper* ſcripta erat altera lectio, *vel ſuper*. Auguſtin. Soliloq. cap. 10. *Laudet te ſupereminens clementia, ſuperabundans miſericordia tua.* Tertullian. de Reſ. Carn. cap. 34. *Illic gratiam ſuperabundaſſe.* Vet. Interp. Epiſt. ad Rom. v. 20. *Ubi abundavit delictum, ſuperabundavit gratia.* ὑπερπερισσεύσασεν ἡ χάρις. MUNCK.

11 TERRAM RADICIBUS PROSERPENTEM] Grotius ad Capell. pag. 21. emendat, *terrae radicibus*. Haud opus putem. Proſerpina eadem, quae Iſis, Iſis autem terra. Vide Firmicum. Segetem autem terram dici quis neſcit? Iſidor. lib. VIII. cap. II. *Proſerpinam, quod ex eâ proſerpant fruges.* Arnob. lib. III. *Quod fata in lucem proferat, appellatam eſſe Proſerpinam.* Auguſt. C. D. VII. 20. *Quod filiam Cereris, id eſt, ipſam fecunditatem, quae à proſerpendo Proſerpina dicta eſſet, Orcus abſtulerat.* Hinc Proſerpina numinibus agricolarum accenſita. Vide Clariſſ. Graev. Lection. Heſiod. cap. II. Varro apud Auguſtin. modo laudati libri cap. 24. *Tellurem putant eſſe Opem, quod operâ melior fiat: matrem, quod plurima pariat: Proſerpinam, quod ex eâ proſerpant fruges: Veſtam, quod veſtiatur herbis.* Cererem vides cum Proſerpinâ confundi, quod & ex lib. VIII. cap. 27. animadvertas, & Apulej. Mileſ. XI. Adde not. ad cap. 49. lib. II. Tzetzes in Lycophron. pag. 116. ed. Steph. Περσεφόνη ὁ καὶ Ἶσις ἡ Γῆ, καὶ Ῥέα, καὶ Ἑστία, καὶ Παιδώνη, καὶ ἕτερα μύρια ὀνομάζεται. Etiam Σιλήν. Vide Euſeb. Praepar. Euang. lib. II. p. 31. ed. Steph. Disjungit tamen Proſerpinam à Cerere Theo in Aratum: Αὐτὴ (κόρη) εἶναι καρπὸς, τὴν δ μητέρα τὴν γῆν. MUNCK. Plut. de Iſide & Oſir. Tom. II. pag. 367. dicit, Stoicos ſentire, eſſe Δήμητρα καὶ Κόρην, τὸ μὲν τ γῆς καὶ τ καρπῶν δῶρον. & pag. 377. Περσεφόνην δὲ φασι πᾶ Κλεάνθης τὸ μὲν τ καρπῶν φθειρόμενον καὶ φονδύμενον πτῆ-

ram radicibus proſerpentem, [1] quae & ἑκάτη Graece dicitur: ἑκατὸν enim Graece centum ſunt. & ideo hoc illi nomen inponunt, quia [2] centuplicatum ſeges proferat fructum.

## X. *Ceres.*

HANC etiam mater cum lampadibus raptam quaerere dicitur, unde & [3] lampadarum dies Cereri dedicatus eſt: illa videlicet ratione, quod hoc tempore cum lampadibus, id eſt cum Solis fervore, ſeges ad metendum cum gaudio requiratur.

## XI.

μα; ποιητὴς δέ τις ἐπὶ τῇ θυμηδίᾳ τοιάδε,

Τῆμος ὅτ' αἰζηοὶ Δημήτερα καλαθιμῶσιν.

Hinc iiſdem honoribus mater & filia colebatur ab Atticis. Pauſan. lib. I. cap. 37. pag. 89. Ἔστι δὲ καὶ Ζιφύρᾳ τι βωμὸς, καὶ Δήμητρος ἱερὸν, καὶ τῆς παιδὸς. σὺν δὲ σφίσιν Ἀθηνᾷ καὶ Ποσειδῶν ἔχουσι τιμάς. & inde Proſerpina aeque ac Ceres numinibus agricolarum accenſetur, imo Proſerpinae raptus apud Graecos allegoricam non abs re creditur ſeminis in terra reconditi habuiſſe ſignificationem. vid. Spanh. ad Callim. H. Cer. vs. 20. & Graev. Lect. Heſiod. cap. XI.

1 QUAE ET ΕΚΑΤΗ] *Ut & Hecate* A. B. H. & I. *Unde & &c.* MS. Leid. Quam lectionem aliis omnibus praeferam. Hecate, Proſerpina, Diana idem numen. Vide Etymol. in Ἑκάτη. Servium ad AEn. IV. 609. Schol. Theocrit. ad Eid. II. vers. 12. Albricus: *Diana, quae & Luna, Proſerpina, Hecate nuncupatur.* Artemidorus de Hecate Chthonia: Γεωργοῖς δὲ ἐστι ἀγαθή. γῆ γὰρ εἶναι νόμισμα. MUNCK.

2 CENTUPLICATUM SEGES PROFERAT FRUCTUM] Ita & MS. Leid. non *Ceres* ut 5. edd. Prudent. lib. II. in Symm. *Talis noſtrorum ſolertia centuplicatos Agrorum redd't fructus.* Καρπὸν ἑκατονταπλασίονα, ut eſt apud B. Lucam cap VIII. vers. 8. Iſidor. XIV. 5. *Glebis ita praepinguis, ut jacto ibi ſemine incremento paene centeſimo fruges naſcantur.* Capella de Proſerpina lib. I. *Puellam acceſſibus gratulantem, quae ita plerumque frugem expoſcentibus tribuit, ut magni numinis vota ſint ei reddere centeſima.* Lege *centeſimam* cum Leid. MS. *Centeſima* ἰωνικῶς dictum, ut *decima* Varro Sat. τὴν κεφαλήν: *Majores ſolitos decumam Herculi vovere.* Moſes Geneſ. XXVI. 12. Καὶ ἔσπειρεν ὁ Ἰσαὰκ ἐν τῇ γῇ ἐκείνῃ, καὶ ἐποίησεν ἑκατοστεύσασαν κριθήν. Unde *hordeum centenum, eo quod plerique locis jactus ſeminis ejus in incrementum centeſimum frugis renaſcatur*, ut loquitur Iſidor. lib. XVII. cap. 3. *Centenarium fructum* appellat Chryſol. Serm. XV. *Centeſimum* XIX. Confer Plinium lib. XVIII. 16. MUNCK. Vide G. J. Voſſ. lib. II. Idolol. Gent. cap. 29. & Ciofan. ad Ovid. VII. M. 74. ex Parrhaſio ad Claudianum.

## Ad CAP. X.

3 LAMPADARUM DIES] Ita & cum Commel. MS. Leid. non *lampadum*, ut 6. edd. Manil. lib. I. *Cui tertia lampada diſpar Conſpicitur.* Confer Voſſ. Vit. Sermon. lib. I. cap. 33. Caeterum dies hic erat quintus Eleuſiniorum, quo matronae cum facibus incedentes repraeſentabant Cererem in quaerendâ Proſerpinâ errantem. Conſule Gronov. ad Senec. Agam. vers. 352. Lactant. lib. I. cap. 21. *Quam quia facibus ex AEtnae vertice accenſis quaeſiſſe in Sicilia Ceres dicitur, ideirco ſacra ejus ardentium taedarum jactatione celebrantur.* MUNCK. Schol. Ariſtophan. Equit. vs. 782. Ἐορτὰς δὲ Περσεφόνης ὁ Πλάτων ἤρασεν κύτην κρύφα. Δήμητρ᾽ ὦ μιᾷ ΛΑΜΠΑΔΩΝ νυκτός τι καὶ ἡμέρας καλὰ πᾶσαν τὴν γῆν ζητοῦσα ἐδαμρχεῖτο. Hinc Eleuſinia myſteria Cereris & Proſerpinae lampadas geſtantes celebrabant. v. Schol Soph. Oed. Colon. vs. 1041, 1046. & Iſ. Caſaub. ad Theophraſt. Char. Eth. cap. 3. Unde & ipſa Proſerpina Δαΐδα ſive Δαείδα vocatur. v. Schol. Apoll. Rh. III. Arg. 846. Tzetz. ac Potter. ad Lycophron. v. 710. Caetera indicabit Meurſius in Eleuſiniis.

## Ad CAP. XI.

4 ΑΠΟ'ΛΛΩΝ ΕΝΙΜ GRAECE PERDENS DICITUR] Ita & Firmicus in de E. R. P. Apud Macrobium lib. I. Sat. cap 17. Cleanthes Lycium Apollinem appellatum notat, quod veluti lupi pecora rapiunt, ita ipſe quoque humorem eripit radiis. Varias variorum etymologias, ſi deſideres, ibidem invenies. Etiam Servius ad Ecl. V. vers. 65. aliam, cur ab λύκῃ dicatur, reddit rationem. Euſtath. ad Hom. Iliad. p. 24. edit.

## XI. *Apollo.*

APOLLINEM Solem dici voluerunt : [4] ἀπόλλων enim Graece perdens dicitur, quod fervore ſuo omnem ſuccum virentium decoquendo perdat herbarum. Hunc etiam divinationis deum voluerunt, ſive quod Sol omnia obſcura [5] manifeſtat in lucem, ſeu quod in ſuo proceſſu & occaſu ejus orbita [6] multimodos ſignificationum monſtret effectus. Sol vero dicitur aut ex eo [7] quod ſolus ſit, aut quod [8] ſolite

edit. Baſ. Ἀπόλλων ὁ παρὰ παλαιοῖς ὁ ἥλιος· ὠὴ δώριος μὲν, ὅμως ὁ φοινίκιος ὁ ἥλιος, εἰς ὃν ἀναφέρεται λοιμώδη νοσήματα. Quod ex AEgyptiorum diſciplinâ habet. Quâ de re dictum ad Hyg. Myth. cap. 121. MUNCK. Plut. de Iſide & Oſir. Tom. II. pag. 375. Ἐν δὲ ταῖς Ἑρμοῦ λεγομέναις βίβλοις ἱερεῖσι γεγράφθαι φησὶ τὰ ἱερὰ ὀνόματα, ὅτι τὸν μὲν ἐπὶ τὸ ὄν ἥλιον ἀναφέρεται τεταγμένην δύναμιν, Ὧρον, Ἕλληνες δὲ Ἀπόλλωνα καλοῦσι. Proclus in Chreſtomathia apud Photium pag. 988, 989. Ἡ δὲ Δαφνηφορία. ξύλον ἐλαίας καλλιφύλλου δάφναις καὶ ποικίλοις ἄνθεσι, καὶ ἐπ' ἄκρῳ μὲν χαλκῆ ἱφαρμοζούσῃ ΣΦΑΙΡΑ, ἀπὸ δὲ ταύτης μικροτέρας ἑξαρτῶσι. Deinde addit ἐκάλεσαν δ' αὐτὸς ὁ μὲν ἀνατέτα ΣΦΑΙΡΑ ΤΟΥ ΗΛΙΟΥ, ὃ καὶ τὸ Ἀπόλλωνα ἀναφέρουσιν, ὁ δὲ ὑποκομίσας, τὴν Σελήνην. τὰ δὲ περιηρτημένα τῆς σφαίρας ἄστρα τε καὶ ἀέρας, τὰ δὲ γε σιμικὰ τὸ σύμπαν ὅλον. Hinc etiam Λοξίας vocatur, ut nonnulli cenſent. Confer Schol. Ariſtophanis in Pluto vs. 8. cum Tzetze ad Lycophron. vs. 1467. Plura adducerem, quibus per Apollinem nil niſi Solem eſſe intelligendum monſtrarem, ſed vulgaribus non inhaereo. Sol, ut Fulgentius putat, a Graecis Ἀπόλλων dicitur, quaſi ἀποβλών. qua voce tanquam proprio nomine uſus Joannes in Apocal. cap. IX. comm XI. Καὶ ἔχουσιν ἐπ' αὐτῶν βασιλέα τὸν ἄγγελον τῆς ἀβύσσου. ὄνομα αὐτῷ Ἑβραϊστὶ Ἀβαδδών, καὶ ἐν τῇ Ἑλληνικῇ ὄνομα ἔχει, ΑΠΟΛΛΥΩΝ. De vocis etymo non convenit inter Antiquos. Adſcribam Plutarchi ocum De EI apud Delphos pag. 393. juxta quem Apollo Gr. Ἀπόλλων vocatur, utpote ἀπείρων τὰ πολλὰ, καὶ τὸ πλῆθος ἀναφέρων. Ἰητὸς (ſive ut Xylander Ἰητὸς) ὡς εἷς καὶ μόνος, ut mox Noſter, *Sol vero dicitur aut ex eo, quod ſolus ſit.* Φοῖβον δὲ δηλοῖ τὸ καθαρὸν καὶ ἁγνὸν οἱ παλαιοὶ πᾶν ὀνόμαζον. Vide Phurnutum de N. D. c. 32.

5 MANIFESTAT IN LUCEM] Schol. Germ. qui totum hoc caput tranſtulit in commentaria ſua, *in luce.* Capella lib. II. *Nam tenebras prohibens, retegis quod caerula lucet; Hinc Phoebum perhibent praedentem occulta futuri.* Pro *lucet* omnino ſcribendum *luce.* Caerula luce retegere eſt tenebras luce diſpellere. MUNCK.

6 MULTIMODOS] Non improbo quidem. Avianus Fab. AEſop. *Quod tibi multimodo fulgerent membra colore.* Tertull. Geneſ. *Crejcite multimodo ventura in tempora partu.* Lib. de Anim. cap. 52. *Ut eſt multimoda conditio cauſarum.* Prudent. Hym. Cath. v. *Plagis multimodis cedere praefidi.* Apulej. Dogm. Plat. p. 4. *Multimoda coitione.* Proſper. *Omnimodaque Mobilitate ruens in vulnera vulnere ſurgit.* Apul. Met. v. *Omnimodas voculas edocens retinere.* MS. tamen Leid. heic habet *multimodis.* Quo ſenſu *multimodè* auctor Ovid. Vetulae dixit. *Omnimodè* ad eandem formam Rufinus lib. XI. cap. 1 *Rempublicam poſt nimias procellas omnimodè ratione nititur reparare.* Sed ibi *omnimodâ*, contra quam Gebhardus cenſet Crepund. lib. I. cap. 8. exiſtimo ſcribendum. Ipſum adi & Rhodium ad Scribon. p. 21. *Omnimodis* eſt in notis Tyronis pag. 4. Caſſian. Praefat. in Libr. de Inſtit. Monach. & lib. I. cap. 2. nec non apud Lucretium, Victor. Epiſcop & Claudianum Mamertum. Videndus ad hunc Barthius p. 558. *Omnimodo* pariter adverbialiter repperi apud Tertull. de Anim. cap. 9. & Gregor. Dial. II. cap. 22. Ulpian. in Collat. Leg. Pithoean. Tit. VI. de Inceſt. Nupt. & VII. de Furibus & Poen. eorum. MUNCK.

7 QUOD SOLUS SIT] Capella lib. II. *Solem te Latium vocitat, quod ſolus honore Poſt patrem ſis lucis apex.* Cicero III. Nat. Deor. *Cumque tu ſolem, quia ſolus eſſet, appellatum dicas, ſoles ipſi quam multi à theologis proferuntur.* Lact. lib. II. cap. 9. *Unde ſolem appellatum Cicero vult videri, quod, obſcuratis ſideribus, ſolus appareat.* Iſidor. de Nat. Rer. cap. 24. *Sol appellatur, eo quod ſolus appareat, obſcuratis cunctis ſideribus.* Junil. African. Comment. in Geneſ. cap. I. *Sed & ortus ſol lunam ſtellaſque majore lumine, ne terram illuminent, impedit. Unde & nomen accepit, quod ſolus, obtunſis und ſtellis cum Lunâ, per diem terras fulgeat.* Leg. *terris.* MUNCK.

8 SOLITE] *Solito* German. Schol. Utrum praeferas, parum refert. MUNCK.

lite per dies ſurgat & occidat. Huic quoque [1] quadrigam ſcribunt, illam ob cauſſam, quod aut quadripartitis temporum varietatibus anni circulum peragat: aut quod quadrifido limite diei metiatur ſpatium. Unde & [2] ipſius equis condigna [3] ſic nomina poſuerunt, id eſt Erythreus, [4] Actaeon, Lampos, Philogeus. Erythreus Graece rubeus dicitur, quod à matutino Sol lumine rubicundus exſurgat: Actaeon ſplendens dicitur, quod tertiae horae [5 momentis] vehemens inſiſtens lucidior fulgeat: [6] Lampos vero ardens, dum [7] ad umbilicum diei [8] centratum conſcenderit circulum. Philogeus Graece terram amans dicitur, quod hora nona proclivior, vergens occaſibus pronus incumbat.

## XII. *Corvus.*

[9] In hujus etiam tutelam corvum ponunt, ſive quod ſolus contra rerum naturam in mediis ipſis aeſtivis fervoribus [10] oviparos [11] pullulet

1 Quadrigam scribunt] Ita cum MS. Leid. B. A. H. I. & M. Sed L. *adſcribunt*. quod & marginem H. occupat. Sed nihil mutem. Chryſol. Serm. XI. *Sic ſcribant Diabolo mala, bona Deo.* Non diſſimiliter C pella lib. II. *Comminuendae frugis farriſque fragmenta Pilumno ſignat Italia.* Sed forſan ibi rectius ſcripſeris *aſſignat*, quod diſertim praeferunt membranae veteres Leid. Bibl. MUNCK.

2 Ipsius equis] Ita & 6. edd. Sed MS. Leid. & Schol. Germ. *Ipſis equis.* MUNCK.

3 Sic posuerunt] Tò *ſic* non habet Scholiaſtes. Mox pro *Erythreus* exhibet *Erythraeus*, pro *rubeus*, *ruber*. Sed *rubeus* proba vox eſt, ut oſtendi ad Hygin. cap. 136. MUNCK.

4 Actaeon splendens] *AEthon lucidus* Schol. German. ed. Sanctandr. & Morell. Sed *Actaeon* cum Fulgentio antiquitus excuſi. Codex Leid. hoic habet *Acteton*, unde *AEthon* vel *Phaeton* videtur faciendum. Vide notata à nobis ad Hyg. cap. 183. Morellium ad German. pag. 153. MUNCK.

5 (Momentis)] Agnoſcunt cum 6. edd. eam vocem codices Modii. Ignorat tamen Leidenſis. MUNCK.

6 Lampos] Malè *Lampros* Scholiaſt. Λάμπος eſt Homero. MUNCK.

7 Ad umbilicum diei] I. e. ad mediam partem. Umbilicus enim quaſi media pars animalis eſt. Plaut. Menaechm. Act. I. ſc. 2. vers. 45. *Dies quidem jam ad umbilicum eſt dimidiatus meus.* MUNCK. Eſt Graecorum imitatio, qui quidquid medium, aut in medio eſt conſtitutum, ὀμφαλὸν dixerunt. Eurip. in Medea vs. 668. Delphos vocat, ὀμφαλὸν γῆς. Vet. Schol. explicat per τὸ μέσον τῆ οἰκουμένης. v. Caſaub. ad Strabon. lib. IX. pag. 642. Spanh. ad Callim. H. Jov. 45. & ad H. Cerer. 15. p. 673, 674. Aliter enim *umbilicum* Latini pro fine ſumunt, ut *ad umbilicum ducere* pro abſolvere, & *ad umbilicum pervenire*, quod notum eſt. Cujus locutionis fontem nobis aperit Manutius vir doctiſſimus ad Ciceronis lib. III. ad Fam. Ep. 7.

8 Centratum] Schol. Germ. *Contra arcticum.* Sed *centratum* cum 6. edd. etiam MS. Leid. Gloſſ. *mediatum.* MUNCK.

## Ad CAP. XII.

9 In hujus tutelam corvum ponunt] Vide Albric. cap. 4. Ovid. II. Met. vers. 544. *Sed ales ſenſit adulterium Phoebeius.* Quidam & cycnos ei fecerunt. Catal. Pith. lib. IV. *Jam dimitte tuos, Paean ô Delphice, cycnos: Dignior haec vox eſt, quae tua templa colat.* Callim. Hymn. Apollin. vers. 5. Ὁ δὲ κύκνοισι τὸ πρῶτον ἐπὶ λίμνῃ καλὸν ἀείδῃ. Scholiaſt. Ὄρνιον ἱερὸν Ἀπόλλωνος. Nimirum quia eſt μουσικώτατος, ut ait Theo in Aratum. Adde quae Hierogl. lib. 23. p. 165. congeſſit Pier. Valer. MUNCK. De Cycnis Apollini ſacris ad Hygini lib. II. cap. 8. egi. Corvum Apol-

ſet foetus. Unde & Petronius,

*Sic contra rerum naturae* [12] *munera notae,*
*Corvus* [13] *maturis frugibus ova refert.*

Sive quod in [14] horoſcopicis libris, ſecundum Anaximandrum, ſive etiam ſecundum Pindarum, ſolus inter omnes aves ſexaginta quatuor [15] ſignificationes habet vocum.

## XIII. *Laurus.*

In hujus etiam tutelam laurum adſcribunt, unde etiam eum amaſſe Daphnen dicunt, Penei fluminis filiam. Et unde laurus naſci poſſet, niſi de fluvialibus aquis? Maxime [16] quia ejuſdem Penei fluminis ripae lauro abundare dicuntur. At vero amica Apollinis ob hanc rem vocitata eſt, quia illi, qui de interpretatione ſomniorum ſcripſerunt,

pollini avem eſſe ſacram docet Plutarch. de Iſide & Oſir. Tom. II. pag. 379. Ἕλληνες μὲν ὄρνιν ἱερὸν ἔνιοι τύπτις λίγυστιν ἐθέλειν καὶ νομίζουσιν, ἱερὸν Ἀφροδίτης ζῶον εἶναι τὴν ἀθηναίαν, καὶ τὸν δρεπανοῦν τὸν Ἀθηνᾶς, καὶ τὸν κόρακα, τὸν Ἀπόλλωνος. Imo dicitur Apollinis quaſi ἄγγελος, unde Herodot. lib. IV. cap. 15. Τότε δὲ, ὅτε ἐπέβη τοῦ θεοῦ (Ἀπόλλωνι), εἶναι κόρακε, καὶ τοῦτο, εἰπόντα ταῦτα ἀφανισθῆναι. Adde Spanh. ad Callim. H. Apoll. vs. 66, 67.

10 Oviparos ] MS. Leid. *Ovipares.* Perperam. Sic *frugipari foetus* apud Lucret. initio lib VI. uti emendat Nob. Heinſ. ad Lib. II. Met. vers. 275. Activè *ovipara alvus* dicitur Auſonio in Moſellâ. *Floriparum ver* in Technopaegnio. Activè etiam Apulejus Apol. *Quibus membris & cauſis diſcreverit natura viviparos eorum & oviparos. Ita enim appello, quae Graeci* ζωοτόκα καὶ ᾠοτόκα. MUNCK.

11 Pullulet foetus ] Eſaias apud Lactant. lib. IV. cap. 12. *Aperiatur terra, & pullulet Servatorem.* Caſſor Epiſt. ad Caſſian. *Fruges juſtitiae valeant pullulare.* Apulej. IV. Met. *Terras Venerem aliam pullulaſſe.* Ita *germinare* cum acculandi caſu Deuter. XXIX. 18. *Radix germinans fel & amaritudinem.* Jobi cap. VIII. 19. *Ut rurſum de terrâ alii germinentur.* Et ſic ſaepe cum alii Eccleſiaſtici ſcriptores, tum praeſertim Ambroſius in Hexaëm, in quo & lib. III. cap. 3. habes, *Redivivo caſtanea, quae ſimul ut exciſa fuerit, tanquam ſilvam ex ſe pullulare conſuevit.* MUNCK.

12 Munera notae ] *Nota* habent Petron. edd. in quibus plenius haec leguntur. *Tota* edidit Scaliger in Catalectis. MUNCK.

13 Maturis frugibus ] Plin. lib. X. cap. 12. *Corvi ante ſolſtitium generant, iidem aegreſcunt ſexagenis diebus, ſiti maximè, antequam fici coquantur autumno.* Qua de re vide fabulam apud Theonem in Aratum, Hygin. Aſtron. II. 40. German. Schol. in Hydrâ & AElian. Animal. lib. I. cap. 47. Vera ratio eſt, quam idem AElianus habet lib. II. cap. 5. *AEſtate, quod alvi fluxu ſe laborare plane ſciat, idcirco ab humidis alimentis ſe continet.* Aliam cauſam cur Apollini ſacer ſit corvus, ex Porphyrio affert Pier. Valer. Hier. lib. 23. MUNCK.

14 Horoscopicis ] Genethliacis. Eſt enim ὡροσκόπος idem quod θέμα & γένεσις. MUNCK.

15 Significationes habet vocum] Plin. lib. X. cap. 12. *Corvi in auſpiciis ſoli videntur intellectum habere ſignificationum ſuarum.* MUNCK. Eſt & avis πολυχρόνιος, ἐκαὸν δὲ ἐκεῖνο ζῆν γυπὸς, καθ' Ἡσίοδον, ὁ κόραξ, ut Tzetzes ait ad Lycophron. vs. 794. ubi & vide Cl. Potter. Praecipua cauſſa eſt, quod creditur καὶ μακρὸν τὸ φθίγμα κορώνης ἔχειν, ut docet Phile de Animal. propr. cap. 6.

## Ad CAP. XIII.

16 Quia ejusdem ] Lege cum 6. edd. & MS. Leid. *quia & ejuſdem.* MUNCK.

1 Phi-

runt, ut Antiphon, [1] Philocrus, & [2] Artemon, & Serapion Aſcalonites, promittant in libris ſuis, laurum ſi dormientibus ad caput poſueris, [3] vera ſomnia eſſe viſuros.

## XIV. *De novem Muſis.*

HUIC etiam Apollini novem [4] deputant Muſas, ipſumque decimum Muſis adiciunt: illa videlicet cauſſa, quod humanae vocis decem ſint modulamina, unde & cum decachorda Apollo pingitur cithara. Sed & lex divina [5] decachordon dicit pſalterium. Fit ergo vox quatuor dentibus [6] econtra politis, quos lingua percutit: è quibus

1 PHILOCRUS] Scriverius margini illeverat, *forte Philocborus.* Quod rectum eſſe nemo negaverit. Nam Philochorus, teſte Athenaeo lib. XV. librum ſcripſit περὶ μαντικῆς. Et procul dubio is ipſe eſt, cujus meminit his verbis Scholiaſtes Sophocl. OEdip. Tyrann. vers. 20. Διὰ τῶν ἐμπύρων ἐμαντεύοντο οἱ ἱερεῖς, ὡς φησι Φιλόχορος. Error inde ortus, quod ſine aſpiratione primitus ſcriptum fuerat à Fulgentio *Philocorus*, ut legitur quoque apud Servium ad AEn. VIII. vers. 600. Cl Tollius annotaverat: *Philiſtion Locrus, ut apud Gellium Lib. XVIJ. cap. ij.* Sed alterum praeferendum. Audi Tertull. de Anim. cap. 46. ubi de Somniis agit: *Quanti autem commentatores & adfirmatores in hanc rem, Artemon, Antiphon, Strato, Philocborus, Epicharmus, Seraſion, Cratippus, & Dionyſius Rhodius, Hermippus, tota ſaeculi literatura.* MUNCK.

2 ARTEMON] Videtur ille eſſe, de quo Plinius lib. XXVIII. cap. 1. Hadrianus Junius lib. I. Animadverſ. cap. 13. *Artemon Mileſius, qui ad* XXIV. *Oniroeriticon libros conſcripſit.* Viginti duo fuerunt, ſi Artemidoro fides lib. II. 49. Καὶ τὰ Γεμινᾶ δ' Πυρέϊκ, καὶ Δεωπτρία δ' Φιλερμος, καὶ Ἀρτέμωνος Μιλησίου, τὰ μὲν ἐν πρὸ βιβλίοις, τὰ δὲ ἐν πέντε, τὰ δὲ ἐν εἴκοσιδύο κοινὰς ἐνείρας ἀναγραψαμένων. Alii Artemones ſunt, de quibus Voſſius in de Hiſtor. Graecis p. 236. Malincrot. Paralip. pag. 11. MUNCK.

3 VERA SOMNIA ESSE VISUROS] Alias cauſas affert Vulcanius ad Callim. Hymn. Apoll. vers. 1. quibus haec erat addenda Servius ad AEn. I. 333. obſervat ideo ei laurum conſecratam, quia haec arbor ſuffimentis purgationibuſque adhibeatur, ut oſtendatur, nullum templum ejus, niſi purum, ingredi debere. Confer Gyrald. Part. II. Dial 16. Diacon. in Heſiod. p. 229. ed. Heinſ. Pierium Valer. Hierogl lib. I. p. 372. ed. Baſ. Paſch. in de Coron. lib. VIII. 13. Plin. lib. XV. 30. Conſtantin. Geopon. lib. XI. cap. 3. MUNCK. Serv. ad III. AEn. 91. *LAURUS DEI, quia in Delo inſula Laurus Apollini conſecrata eſt —— aut quia traditur, Latonam duas laurus complexam, Dianam & Apollinem enixam.* Cur vero laurus in luſtrationibus adhibeatur, docebit J. Perizonius ad AEliani lib. III. V. H. cap. 1. Futuri quamdam praeſenſionem etiam laurus habere olim credebatur, vid. Brouckh. ad Tibull. II. v. 63.

## Ad CAP. XIV.

4 DEPUTANT] Adſcribunt, adſignant. Familiare huic ſcriptori verbum eſt. Schol Horat. in lib. IV. od. 1. *Cujus ſacris deputata eſt.* Corippus lib. IV. *Et loca, quae populis praefectus deputat urbis.* Chryſol. Homil. pag. 9. *Deputatur porcis.* Fulgent. Ruſp Epiſt. ad Gallam: *Conſortio quinque ſapientum virginum deputata.* Sed aliam cauſam, cur novem Muſae adſignentur Apollini, innuit Horat Schol. ad lib. II. od. 19. *Quidam ipſum Solem, ipſum Apollinem, ipſum Dionyſium eundem eſſe volunt: nam ut Apollini novem Muſae, ita Soli novem circuli ſunt, & Dionyſio ſimilis Baccharum chorus.* MUNCK.

5 DECACHORDON PSALTERIUM] Pſal. XXXII. 1. Ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ ψάλατε αὐτῷ. Pſ XCII. Ἐν δεκαχόρδῳ ψαλτηρίῳ, μετ' ᾠδῆς ἐν κιθάρᾳ. Iſidor Or. lib. II. cap. 2. *Pſalterio autem decachordo uſi ſunt propter numerum decalogi legis.* Ibidem explicat qua formâ fuerit, & quid à citharâ differat. Quod autem propter numerum decalogi legis decem inſtructum fuiſſe chordis pſalterium ait, id ſenſit etiam Auguſtinus Confeſſ. lib. III. cap. 8. *Vivitur*, inquit, *male adverſus tria & ſeptem, pſalterium decem chordarum, decalogum ſuum.* Pſalmos non invenuſtè *edas decem chorda-*

rum

bus ſi unus minus fuerit, ſibilum potius quam vocem reddat neceſſe eſt. Duo labia velut cymbala, verborum commoda modulantia: lingua ut plectrum, quae curvamine quodam vocalem format ſpiritum: [7] palatum, cujus concavitas profert ſonum: gutturis fiſtula, quae tereti meatum [8] ſpiritalem praebet excurſu: & pulmo, qui velut [9] aërius follis concepta reddit ac revocat. Habes ergo Muſarum novem vel Apollinis ipſius [10] redditam rationem, ſicut in libris ſuis Anaximander Lampſacenus, & [11] Zenophanes Heracleopolites exponunt: quod & alii firmant, ut Piſander Phyſicus, & [12] Euxemenes in libro Θεολογιδῶν. Nos vero novem Muſas doctrinae atque ſcientiae dicimus modos. hoc eſt, [13] prima Clio, quaſi cogitatio prima diſcendi:

rum appellat Sedulius Paſchal. lib. I. *Cur ego Davidicis adſuetus cantibus odas Chordarum reſonare decem.* MUNCK.

6 E CONTRA] E regione, exadverſum, ut loquitur Terent. Ad. IV. 1. Noſter Libell. de Priſc. Sermon. *Cicatrices habuiſſe è contra*, h. e. adverſas, in pectore. Feſtus Pauli in *Veſticeps. E contra inveſtis eſt, qui necdum pubertate veſtitus eſt.* Chryſol. Serm. Hom. IX. *E contra platea trivium eſt, cum in ſecreto facit hypocrita nil ſecretum.* Cenſet Voſſ. Comment. de Vit. Serm. lib. I. cap. 25. natum ex compendioſa ſcriptura *econtra*, pro *è contrario.* Uſurpatum illud *econtra* etiam a Salviano video lib. III. p. 77. *At nos econtra, non extraneis tantum, ſed etiam proximis invidemus.* MUNCK.

7 PALATUM] Neutro genere effert, ut Iſidor. lib. XI. cap. I. *Palatum noſtrum, ſicut coelum, ſurſum eſt poſitum.* Unde & ὑραιόστομοι Graecis dicitur. MUNCK.

8 SPIRITALEM] Ita quoque ſemper ſcribunt Claudianus Mamertus, Caſſianus, Tertullianus aliique intimae aetatis ſcriptores. Cyprian. Serm. VI. *Spiritaliter adoremus.* Tract. III. *Auditum ſpiritalis gratiae admitterent.* Canon Eccleſ. Exigui pag. 40. *Ad lavacrum ſpiritale adducerent.* Lactant. de Opif. Dei cap. II. *Duas eſſe per collum fiſtulas neceſſe eſt, cibalem, ac ſpiritalem; quarum ſuperior ab ore ad ventrem ferat, inferior à naribus ad pulmonem.* Nec unquam aliter exarari eam vocem deprehendes apud Ruſpenſem illum Epiſcopum, cui hanc Mythologiam aſſerunt nonnulli. MUNCK.

9 AERIUS FOLLIS] Uſi eadem comparatione Horatius etiam lib. I. 4. & Perſius Sat. 5. Tertull. de Anim cap. 10. *Ita & ſpirari cur non putes ſine pulmonum follibus, & ſine fiſtulis arteriarum?* MUNCK.

10 REDDITAM RATIONEM] Aliae rationes, cur Muſae ſint novem, ad Heſiod. Ἔργ. vers. I. afferuntur à Tzetze. MUNCK.

11 ZENOPHANES] Ita & MS. Leid. Sed 6. edd. *Leophantes.* Forte verius eſt *Xenophanes* vel *Xenophantus.* MUNCK.

12 EUXEMENES] Cod. Leid. *Euſimines.* Voſſius Hiſtor. Graec. p. 280. tentat, *Echemenes.* MUNCK.

13 PRIMA CLIO] Phurnutus de N. D. cap. 14. Κλειὼ μὲν μία τῶν Μουσῶν ἐστι, λέγει δὲ κλέος τυγχάνειν τὰς πεπαιδευμένους, καὶ τὰς ἱστορίας κλείζειν. Κλείειν proprie notat carminibus celebrare. Apollon. Rh. I. 59. & Graev. Lect. Heſiod. cap. I. Hinc etiam fingitur ἡ μὲν Κλειὼ ἀρχὴν ἔσχε τῆς ἱστορίας. v. Schol. Apoll. Rh. III. 1. Hinc puto etiam fictum eſſe nomen mulieris illius vinoſae, de qua haec narrat AElianus lib. II. V. H. cap. 41. ΚΑΕΙΩ', φασιν, εἰς ἄμιλλαν ἦλθε, καὶ γυναιξὶ μέθαις ἅμα καὶ τοῖς ἀνδράσι τοῖς συμποτικοῖς, διετέλεσε πιοῦσα ἡμέρας, καὶ ἐκράτει πάντων. Κλειὼ nihil hic aliud notat, quam mulierem famoſam, quod certe iſti feminae inditum eſt ad proprium nomen celandum a Phalaeco in Epigr. apud Athenaeum lib. X. cap. XI. p. 440. Κλεῖος & in malam partem ſumitur. Thucydid. lib. II. cap. 45. Καὶ οἷς ἂν ἐπ' ὀλίγιστον ἀρετῆς πέρι ἢ ψόγου ἐν τοῖς ἄρσεσι ΚΛΕΟΣ ᾖ. Ab artibus, & moribus ſaepius dari cognomina, quae in propria aliquando nomina mutata ſunt, docui ad Hygini fab. 192. Inter ea recenſeo, non tantum hanc *Clio*, ſed & *Citen* Cyzici uxorem & ſponſam, unde & fons *Clite*, de quo Apollon. Rh. I. 1068.

Πάντα τάγε κρήνη τεύξαο θειῇ, ἣν καλέουσιν
ΚΛΕΙΤΗΝ, δυτικὸν ΠΕΡΙΚΛΕΕΣ ὄνομα νύμφης.

Vide de hac *Clite* Schol. ad vs. 1063. & 1069. Quod & nomen Gratiarum eſt. Pauſan. lib. III.

di: κλέος enim Graece fama dicitur: unde & Homerus: ἡμεῖς δὲ κλέος οἶον ἀκούομεν, id eſt, Nos vero ſolam famam audivimus. Et alio loco, τοῦ κλέος εὐρὺ κατ' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργος. Et quoniam nullus ſcientiam quaerit, niſi in qua famae ſuae protelet dignitatem, ob hanc rem prima κλειὼ adpellata eſt, id eſt cogitatio quaerendae ſcientiae. ſecunda Εὐτέρπη, quod latine bene delectans dicimus: quod primum ſit ſcientiam quaerere, ſecundum ſit delectari, quod quaeras. [1] Tertia μελπομένη, quaſi μελέτιον ποιοῦσα μένη, id eſt meditationem faciens permanere: ut ſit primum velle, ſecundum deſiderare, quod velis, tertium inſtare meditando ad id, quod deſideras. Quarta Θάλεια, id

cap. 18. pag. 254. Ἐς Ἀμύκλας δὲ καλοῦσιν οἱ Σπάρτης, πέλαμός ἐστι Τίτσα. Θυγατέρα δὲ ταύτης ἐποίησαν εἶναι τὴν Εὐρώτα τὴν Τίτσαν. καὶ πρὸς αὐτῇ Χαρίτων ἐστὶν ἱερὸν, Φαεννῆς, καὶ Κλειῶς (Dorice pro Φαεννῆς & Κλειτῆς) καθὰ δὴ καὶ Ἀλκμὰν ἐποίησεν. & idem nomen reſtituo Schol. Eurip. in Oreſte vs. 626. ἄτος (Εὐρώτας) οὗ Κλάτης (lege Κλαῖτης pro Κλειτῆς) ἔσχε θυγατέρα Σπάρτην. Ubi paullo ante pro Πολύκλειτα recte Πολυκάονα legit Kuhnius ad Pauſan. lib. III. cap. 1. p. 203. Plurimum certe lucis ad diſtinguenda ab epithetis nomina propria adferret Herodianus, qui, ut Schol. Euripidis in Hippolyto vs. 408. docet, ſcripſit μονόβιβλον περὶ κυρίων, καὶ ἰπιθέτων, καὶ προσηγορικῶν. De quo haec ait λέγει εἶναι τὰς πρώτην προηδυσάσας θυγατέρας Εὐρυτόλα, ἃ δὴ Κῶν, ἄλλα ἄλλα τινές. Ἔστι δὲ τὰ ὀνόματα αὐτῶν ΜΟΡΦΩ καὶ ΚΑΥΤΗ. Quae nomina certe fuere epitheta, id quod & ex nomine Μορφὼ patet: unde ipſa Venus a Laconibus colitur, cognominata Μορφώ. Pauſan. lib. III. cap. 15. pag. 246 Νικὼ δὲ, ὡς οἶδα, μόνην τούτου καὶ ὑπερῶον ἄλλο ἐπακοδόμησαν ΜΟΡΦΟΥΣ ἱερόν. ἐπίκλησις μὲν δὴ τῆς Ἀφροδίτης ἐστὶν ἡ ΜΟΡΦΩ. Adde quae ad Hyginum pag. 320. & in Obſ. Miſc. Vol. X. Tom. III. pag. 391. notavi.

1 TERTIA ΜΕΛΠΟΜΈΝΗ ] Picta eſſe fictarum dearum vocabula dubitat nemo. Sed noſtrum Linguae Graecae fuiſſe plane rudem patet. Μελπομένη enim eſt participium medium a verbo activo μέλπειν, quod notat lyra, cithara, cymbalis, aut fiſtula deorum & hominum laudes cantare. Apollon. Rh. I. 569.

Τοῖσι δὲ φορμίζων ἐρικύδεα μέλπεν ἀοιδῇ
Οἰάγροιο πάις ἡροήσσων, Θρῃκίην ἐπὶ πέτρην
Ἄρτεμιν.

Sophocl. Philoct. vs. 212.

Οὐ μολπὰς σύριγγος ἔχων,
Ὡς ποιμὴν ἀγραύλιος.

Eurip. in Bacchis vs. 155.

Μέλπεται τ' Διόνυσον
Βαρυβρόμων ὑπὸ τυμπάνων.

Praeterea etiam notat voce lugubri ſuam aut alterius ſortem deplorare. Eurip. in Andromache vs. 1037.

Πολλὰ δ' ἀν' Ἑλλάνων
Ἀγορὰς ἀχόρους τοιαχὰς
Μέλπουσ' ὀυσάνιν τινῶν ἄλοχοι.

In Medea vs. 149.

Ἰάχαι, οἵαν ἀ δύσαυος μέλπει νύμφα.

Inprimis vero in Supplic. vs. 773.

Λιτάν τι ΜΟΛΠΑΣ ὀχεῖν θακερήρεις
Φίλας εὐσταυδῶν, ἃν λελειμένος τάλας,
Ἔρημα κλαίω.

Recte igitur haec Muſa μελπομένη dicitur, quae juxta Schol. Apoll. Rh. III. 1. fingitur inveniſſe ᾠδὰς, quae vox multa ſignificat. ᾠδαὶ enim ſunt, quibus deorum laudes in ſacris cantabant Gentiles. Spanh. ad Callim. H. Jov. vs. 1. Praeterea carmina, quibus inluſtrium virorum egregia facinora praedicabantur, & inmortalitati conſecrabantur; quae Muſarum filiae vocantur a Pindaro. O. Nem. IV. vs. 4. Αἱ δὲ σοφαὶ Μοισᾶν θυγατέρες ἈΟΙΔΑΙ. Vide ibi Vet. Schol. Phurnut. cap. XIV. ait Μελπομένη δὲ λέγεται ἡ μολπῆς. —— μέλπονται γὰρ οἱ ἀγαθοὶ ἀπὸ πάντων, καὶ μέλπουσι τὰς τῶν αὐτῶν γιγνομένας, quorum maturam mortem ſaepius potteri deplorant, quem lugubrem cantum etiam ᾠδὴ a Melpomene inventa exprimit. Sophocl. Electr. vs. 85. Ὦ φάος ἀγὼν καὶ γῆς Ἰσόμοιρος ἀρὰ, ὡς μοι Πολλὰς μὲν θρήνοις ᾠδὰς, Πολλὰς δ' ἀντήρεις ἔθηκε Στέρνων πλαγὰς αἱμακτομένων, ubi Electra deflet patris interfecti necem. De caeteris Muſis haec Schol.

id eſt capacitas, velut ſi dicatur πθεὶς θάλειαν, id eſt ponens germina: unde & Epicharmus comicus in Diphilo comoedia ait: [2] θαλὸν ὡς ὁ βλέπ' βούλιμος ἐπέταξεν, id eſt, germen dum non videt, fames conſumit. Quinta πολύμνεια, quaſi [3] πολυμνήμων, id eſt multam memoriam faciens dicimus; quia poſt capacitatem eſt memoria neceſſaria. Sexta ἐρατώ, id eſt, θέραν ὅμοιον, quod nos latine inveniens ſimile dicimus: quia poſt ſcientiam & memoriam juſtum eſt, ut aliquid ſimile & de ſuo inveniat. Septima [4] τερψιχόρη, id eſt, [5] delectans inſtructione: unde & Hermes [6] in Pimandre libro ait: [7] ἐκ κόρου τροφῆς ἢ ἐκ κούφου σώματος, id eſt, abſque inſtructione eſcae & vacuo

Schol. Apoll. Rh. l. 1. Θάλεια δὲ (λίγιται δ' ἀρχαίως) γεωργίαι, καὶ τὴν ἀρχὴ τὰ φυτὰ πραγματείαν. Quocum confer Plutarch. lib. IX. Symposiac. Quaeſt. 14. p. 744, 745. Καὶ γὰρ ἡμῖς οἱ γεωργοὶ τὴν Θαλείαν οἰκειάμεθα, φυτῶν, καὶ σπερμάτων διὰ θαλάττων καὶ βλαστανόντων ἐπιμέλειαν αὐτῇ καὶ σωτηρίαν ἀποδίδοντες. Virg. Ecl. IV. 2. *Noſtra neque erubuit ſylvas habitare Thalia.* Phurnutus vero Θάλεια δὲ, ἤτοι ἀφ' τὸ θάλλειν ἢ βίον αὐτῶν (περικαδόμενον) reſpiciens ad metaphoricam verbi θάλλειν ſignificationem. Pindarus ait Olymp. Od. IX. vs. 37. de Opunte Θάλλει δ' ἀρετᾶις ἔσοι καὶ Καταλίᾳ. ubi vide Vet. Schol. Sophocl. Antig. 713.

Τί δ' πατρὸς Θάλλοντος ἐγκλείας τέκνοις
Ἄγαλμα μεῖζον, ἢ τί πρὸς παῖδας πατρί.

Vers. 1178. dixit

Θάλλει δίγυιᾶ τέκνων στορᾷ.

In primis iterum Pindarus O. Iſthm. V. vs. 21.

Τὸν δ' ἐν Ἰσθμῷ δικλίαι Θάλλουσ' ἀρετᾷ
Φυλακίδᾳ κῦτος.

Confer. O. Iſthm. III. vs. 10. & Od. Pyth. IV. 115. Deinde addit Phurnutus de Thalia, ἢ ἀφ' τὸ ἔχειν αὐτὰς καὶ τὴν συμποσιακὴν ἀρετὴν, ἑταιρίας καὶ ἡμέρους ἀναστρεφομένους ἐν ταῖς ΘΑΛΕΊΑΙΣ. Quae ita leguntur apud Plutarch. l. l. pag. 746. Τῆς δὲ ἐπιθυμίας τὸ μὲν περὶ ἐδωδὴν καὶ ποσιν ἡ Θαλία κοινωνίαν ποιεῖ καὶ συμποσίαν ἐξ ἀναπαύσεως καὶ ἡσυχίας, διὰ τὸ φιλοφρόνως καὶ ἱλαρῶς συνιέναι ἀλλήλοις ἐν οἴνῳ, ΘΑΛΙΑΖΕΙΝ λέγοντα, ἃ τοὺς ὑβρίζοντας καὶ παροινοῦντας. Pergit Apollonianus Scholiaſtes Εὐτέρπη ἡ μαθήματα, Τερψιχόρη παιδείαν, Ἔρατὼ ἄρχησιν. Πολύμνια λύραν. (Athenaeus lib. V. cap. 25. p. 182. refert, ἐν γὰρ Μιτυλήνῃ μίαν τῶν Μουσῶν πεποιῆσθαι ὑπὸ Λεσβοθέμιδος ἔχουσαν σαμβύκην) - - - Οὐρανίᾳ ἀστρολογίαν. Καλλιόπην ποίησιν, in quibus artibus horum nominum etymologiam facile invenias, ſi quae de his Muſis proferunt Plutarchus, & Phurnutus locis laudatis, cum hujus Scholiaſtae verbis conferas.

2 ΘΑΛΟ'Ν ὡΣ ΟΥ' &c.] In codice Leid. legitur: ΑΕΙΑΜ CYAMON LIMANTI CAPTINNI. *id eſt, germina dum viderit, famem conſumit.* Quid inde exſculpi poſſit, alii viderint. Pro vulgato ἐπίταξεν libenter cum Scriverio reſcripſerim ἐπάταξεν. Deinde pro θάλει ſuſpicor ex veſtigiis MS. ſcripſiſſe θάλειαν. MUNCK.

3 ΠΟΛΥΜΝΗ'ΜΗΝ] Legendum πολυμνήμη, vel cum M. & L. ſcribendum, *Quintam* πολύμνειαν &c. Schol. Horat. ad lib. I. od. 1. Polymneïa. *Haec etiam una eſt muſarum, dicta quaſi multae memoriae.* Unde Lucian. Dialog. de Saltat. Μνημοσυνίδα, καὶ τὴν δυνατέραν αὐτῆς Πολύμνιαν ὅλων ἔχειν αὐτὴ φάσκει. MUNCK.

4 ΤΕΡΠΣΙΚΟ'ΡΗ] Cum caetera Muſarum, tum & hoc Latinè ſcribere malim, *Terpſicore.* Omittit aſpirationem, ut ſolent infimi aevi ſcriptores cum vetuſtiſſimis. Talia ſunt in notis Tyron. p. 59. *Clamis, Clamidatus, Conca, Concilium.* Pro *Chlamys, Chlamydatus, Concha, Conchylium. Conticla*, pro *Conchicla* ſive *Conchicula* apud Apitium lib. V. cap. 4. Contra aſpirationes obtrudunt, ubi nihil illis opus, velut pag. 163. *Archa, archarius, archiſellium.* MUNCK.

5 DELECTANS INSTRUCTIONE] *Inſtructionem* A. H. & I. cum MS. Leid. Sed alterum praefero. MUNCK.

6 IN PIMANDRE LIBRO] Perperam *in Opimandre libro* A. B. H. & I. & MS. Leid. Scripſerim, *Poemandre.* Scripſit Hermes Triſmegiſtus librum, cui titulus erat Ποιμάνδρης; exſtatque adhuc hodie. Vide Geſner. Biblioth. in *Mercurius.* MUNCK.

7 ἘΚ ΚΟ'ΡΟΥ ΤΡΟΦΗΣ &c.] Mirificè heic

vacuo corpore. Ergo poſt inventionem oportet te etiam diſcernere ac dijudicare quid invenias. Οὐρανία octava, id eſt, coeleſtis: poſt dijudicationem enim eligis, quid dicas, quid deſpuas: eligere enim utile, caducumque deſpuere, coeleſte ingenium eſt. Nona καλλιόπη, id eſt, optimae vocis: unde & Homerus ait, θεᾶς ὄπα φωνησάσης, id eſt deae vocem clamantis. Ergo hic erit ordo: primum eſt, velle doctrinam. ſecundum eſt, delectari quod velis. tertium eſt, inſtare ad id, [1] quo delectatus es. quartum eſt, [2] capere, ad quod inſtas. quintum eſt, memorari quod capis. ſextum eſt, invenire de tuo ſimile, [3] ad quod memineris. ſeptimum eſt, judicare quod invenias. octavum eſt, eligere de quo judicas. nonum, bene proferre, quod elegeris.

## XV. *Phaeton.*

Hic etiam cum Clymene nympha coiens, [4] Phaëtonta dicitur genuiſſe,

variant edd. Videtur ſcribendum, quantum ex collatione eorum colligere potui, ἄνευ κόρυ προφῆς, ἢ ἐκ κόρυ σώματος. Ἄνευ eſt *abſque*. Et id videntur velle B. M. & L. in quibus ἀκκεφτόφης exhibetur. Sed imponit nobis Fulgentius. In Poemandre Hermae pag. 1. Ed. Turneb. ita legitur: Ὥσπερ οἱ ἐν ὕπνῳ βεβαρημένοι ἐκ κόρυ προφῆς, ἢ ἐκ κόπου σώματος. Quae quam longè aliam efficiant ſententiam, quilibet videt. MUNCK.

1 Quo delectatus es] MS. Leid. *Quod deſideratum eſt.* MUNCK.

2 Capere ad quod inſtas] Perperam 6. edd. *Capere id quod inſtas.* Dixit enim ſuperius: *Inſtare meditando ad id, quod deſideras.* Τὸ *id* ſubaudiendum eſt. Cyprian. lib. IV. ep. 21. *Secundum quod frequenter deſideraſtis.* Leo Epiſt. Decret. p. 16. *Secundum quod ſacerdotio competit.* Vetus Interpres Luc. cap. XXII. 2. *Et quidem filius hominis ſecundum quod definitum eſt vadit.* Cap. XXI. 4. *Ex quod deeſt illi omnem victum ſuum quem habuit miſit.* Ambroſ. Hexaem. I. cap. 8. *Secundum quod dixit Propheta.* MUNCK.

3 Ad quod memineris] 5. edd. *Ad id quod* &c. Sed illud *id* ſubaudiri vult, ut modo *capere ad quod inſtas*, pro *capere id ad quod inſtas*. Barthius Adverſ. lib. XXXVII. cap. 12. finem hujus capitis de ordine & officiis Muſarum, ut obſervationem haëtenus ἀνέκδοτον, è vetere membranâ ita profert: *Ordo Muſarum hinc intelligitur: Primum eſt velle doctrinam. Secundum, delectari quod velis. Tertium inſtare in id, quo delectatus es. Quartum capere in id quod inſtas. Quintum memorari quod ceperis. Sextum invenire de tuo aliquid ſimile illi, quod memineris. Septimum judicare quod inveneris. Octavum eligere de quo judicas. Nonum bene proferre quod elegeris.* MUNCK.

## Ad CAP. XV.

4 Phaetonta] MS. *Phetonta.* Scriptum puto à Fulgentio fuiſſe *Phaetonta.* Capella lib. IX. *Phaetontos ardens ſcandet axem Delius.* Familiaris ea ſcribendi ratio deterioris aetatis ſcriptoribus. Vide quae notavi ad Hyg. cap. 86. MUNCK.

5 Consumantur] Ita quidem editi omnes. Legendum tamen puto cum MS. Leid. *concremantur.* MUNCK.

6 Arethusa] Lego, *Phaëthuſa.* Vide quae notavi ad Hyg. Geneal. Certe nulla Arethuſa inter Phaethontîdas apud ullum, quod ſciam, alium reperitur ſcriptorem. Servius ad AEn. X. 189. *Hujus interitum flentes ſorores Phaëthuſa & Lampetuſa in arbores mutatae ſunt deorum miſeratione, ut hic dicit in populos, ut in Bucolicis, in alnos.* MUNCK.

7 Guttis] MS. Leid. *guttulis.* Quod ut magis Africanum, cum ſit ὑποκορισμὸν, praefero. Venuſtè ſanè *deplorant guttis* dixit. Nam guttae

ſtae

nuisse, qui paternos currus adfectans, sibi atque mundo concremationis detrimenta conflavit. Semper ergo Sol cum aqua coiens, aliquos fructus gignat necesse est; qui eo quod terris exilientes adpareant, phanontes dicuntur: φαίνων enim Graece adparens dicitur. qui quidem fructus ad maturitatem sui solis ardorem quaerant necesse est: quo accepto, omnia fervoris incendio [5] consumantur. Hujus etiam sorores [6] Arethusa, Lampetusa, quae gemmeis ac tralucentibus fraterna deplorant [7] guttis incendia, succinaque diruptis jaciunt inaurata corticibus. [8] Soror etiam totius germinis arbor est, quae una eademque fervoris humorisque jugalitate gignuntur. Itaque istae arbores, quae [9] succinum sudant, dum maturis frugibus solis fervor torrentibus ipsis Junio Julioque mensibus incendiosior Cancri atque Leonis tetigerit metas, tunc istae arbores aestu valido fissis corticibus succum sui liquoris, in Eridano flumine aquis [10] durandum, emittunt.

## XVI.

istae à Latinis *lacrymae*, à Graecis δάκρυα dicuntur. Non minus eleganter ergo Honorius Carm. de Pascha: *Lacrymat sua gaudia palmes.* Hegesipp. de Excid. Hier. lib. 1. *Destillat humor lacrymis pulchrè rorantibus.* Ambros. Hexaem. III. 15. *Quod electrum lacryma virgulti sit.* Servius ad Ecl. VI. 62. *Sorores Phaëtontis succina flevisse dicuntur.* Plin. lib. XXXVII. 2. *Lacrymis electrum omnibus annis fundere.* Unde *electrum lacrymosum* vocatur à Marone in Ciri. Pallad. Februar. Tit. 30. *Vites, quae lacrymarum nimietate tabescunt, & deplorando vim roboris sui avertunt à fructu.* Ovid. de Myrrhâ Met. X. 501. *Est honor & lacrymis.* Et vers. 514. *Lacrymis unxere parentis.* MUNCK.

8 SOROR ETIAM] MS. Leid. *Soror enim.* Quod praefero. Contrarium vitium occupavit Hygin. 11. Astron. 3. * *Nonnulli enim dixerunt hunc draconem à Gigantibus Minervae objectum esse.* Posuerunt illic asteriscum, quasi nonnulla desiderarentur. At sanatus est locus, si pro *enim* scribas *etiam* ex ed. Venet. anni 1485. MUNCK.

9 SUCCINUM SUDANT] Ambros. cap. 15. lib. III. Hexaëm. *Disparem quoque balsami guttam odorata orientis ligna sudare produntur.* Ἐπιχλιῶσι, ut *stillare* apud Isidor. lib. XVII. 7. *Haec sola arbor gummi glutinosum compactum stillat.* Sic & στάζω usurpant Graeci. Judic. cap. V. vers. 4. *Αἱ νεφέλαι ἔσταξαν ὕδωρ.* Noster supr. cap. 12. *Pullulat foetus.* Plura dixi ad Prologum, & infra ad cap. 8. lib. III. MUNCK. Sudare etiam sumitur pro multis sudoribus conficere Prudent. Cathem. II. 76.

*Sub nocte Jacob cerula*
*Luctator audax Angeli,*
*Eo usque dum lux surgeret,*
*Sudavit inpar praelium.*

Nec activae significationis exempla verbi στάζω e 70. Interpretibus petas, necesse est, ipse Eurip. in Phoeniss. vs. 237. dicit Διονύσου οὕνεκ' Ἀχαϑαμίσιον στάζεις τ' Πολύκαρπον οἰνάνϑας ἱδοῦσα βότρυν. In Bacchis vs. 620. ἱδρῶτι σώματος στάζων ἄπο.

10 DURANDUM EMITTUNT] Hygin. cap. 154. *Harum lacrymae in electrum sunt duratae.* Schol. German. *Eridano: Sorores quoque Phaetontis in arbores populos versae sunt, lacrymaeque earum in electrum durare* (leg. *durari*) *dicuntur.* Quintil. Decl. 2. *En iterum largus ille cruor circa tuos duratur artus.* Lactant. Argum. Lib. I. Met. fab. 1. *Duratus est in lapidem.* Et Lib. XIV. fab. 17. *A Venere saxo durata est.* Auctor Moreti: *Durati sale terga suis.* Isidor. XVII. 7. *Cujus lacryma durescit in gemmam.* Et XVI. 2. *Durando in petram aquas marinas.* MUNCK.

## XVI. [1] *De Tripode, Sagittis, & Pythone.*

His Tripum quoque [2] Apollini adjiciunt, [3] quod Sol & praeterita noverit, & praesentia cernat, & futura visurus sit. [4] Arcum vero huic sagittasque conscribunt, sive quod de circulo ejus radii in modum sagittarum exsiliant, seu quod suorum radiorum manifestatione omnem dubietatis scindat caliginem, unde etiam Pythonem sagittis interemisse fertur: [5] πειθὼ enim Graece credulitas dicitur. Et quia omnis [falsa] credulitas [6 sicut serpentes] luce manifestante deprimitur, Pythonem eum interemisse dicunt.

## XVII.

## Ad CAP. XVI.

1 De Tripode] A. B. H. I. & MS. Leid. *De Tripbo.* M. & L. *typbo.* Scribendum *tripo* & infra *tripum.* Norunt qui MSS. libros tractarunt, ut omittantur à librariis aspirationes, ubi desiderentur, & addantur contra, ubi nullus illis locus. Gregor. Dial. lib. III. cap. I. *Typo superbiae turgidus.* leg. *typbo.* Qua voce saepe usus Augustin. ut Confess. lib. IV. 14. *Errabam typbo.* 16. *Buccis typbo crepantibus.* Τρίπους, & τρίπα. Attica declinatio est, de qua consule Etym. Auctor. in Ἀσκάπους. Ad quam formam ἀγκίπους habes apud Hom. Odyss. Θ. 310. Notat tamen Modius in 4. MSS. *tripodam* à se esse inventum. Quod Fulgentio non esse indignum, discres ex illis, quae ad cap. 2. lib. III. dicemus. Immo & Seneca Herc. Fur. vers. 496. *Et nuptiales impii OEdipodae faces.* OEdip. vers. 943. *Illa quae leges ratas Natura in uno vertit OEdipodâ.* Glossae Fulgentianae heic habent: *Hic quoque tripus circumseptus fuisse pelle Argi dicitur, & in eo divinationem solebant facere sacerdotes.* Vossius in de Vit. Sermon. lib. I. cap. 21. *tripum* pro *tripodem* carpit in Fulgentio nostro. Sed *OEdipus, OEdipi*, & *polypus, polypi* cum dicamus, analogiâ se defendere possit Fulgentius. MUNCK. In Accusat. τρίπαν dixit AEschylus in Athamante teste Athenaeo lib. VII. cap. 19. pag. 316. qui de derivatis a πὰς declinandis late agit.

2 Apollini] *Apollinis* MS. Leid. & 6. edd. MUNCK.

3 Quod Sol et praeterita noverit &c.] Haec in sua Scholia transtulit Lactant. ad Stat. I. vers. 509. Capella lib. VIII. *Ipse tripus trini cursus praesagia pollicetur, hoc est, exstantis, instantis, & rapti.* Eadem legas apud Scholiast. Aristoph. ad Plut. vs. 9. Ἐστι γὰρ τελείᾳ μάντικὴ τὴ ἐκ τριῶν ἀκροῶν τὰς τρεῖς χρόνους, ut ait Schol. Hom. Iliad. A. 70. Plura de tripode diximus ad Hygin. cap. 31. Caeterum insignis est de Apollinis insignibus locus apud Sidon. lib. VIII. ep. 9. *Novusque Apollo Cortinam, tripodas, chelyn, pharetras, Arcus, gryphas agam, duplaeque frontis Hinc baccas quatiam, vel binc corymbos.* MUNCK.

4 Arcum sagittasque conscribunt] Servius ad Ecl. V. vers. 65. *Unde etiam tria insignia circa ejus simulacrum videmus: lyram, quae nobis coelestis barmoniae imaginem monstrat: Gryphenaeum; quod & terrenum numen ostendit: sagittas, quibus infernus Deus & noxius judicatur.* Lege, *indicatur.* Praeterea pro *Gryphenaeum* scribendum *gryphem aeneum*, ut rectè notabat doctissimus vir Th. Ryckius. quam conjecturam firmant illa *gryphon aeneum*, quae in suis codd. invenisse Giraldum testatur Vossius Etymol. in S.O.L. qui tamen praefert *gryphemque, quae terrenum.* Sed *qui* esset scribendum. Nec τὸ *quod* temerè damnem. Vide not. ad cap. 8. lib. III. Gryphes sanè Apollini sacri, ut Servius ipse docet ad vers. 27. Ecl. VIII. Idem Grammaticus ad AEn. I. vers. 333. *Cui Deo sagittas datas volunt, quia, ut vis morbi, ita & hoc telum sit occultum.* MUNCK. V. G. Cuper. Harpocrat. p. 42.

5 Πειθὼ enim] Ἀποφθέγγεται hoc. Aliud *Pitho*, aliud *Python.* A πείθω hoc, illud à πύθω manat. MUNCK. Et Linguae Graecae, & historiae fabulosae videtur rudis Fulgentius, cujus interpretatio hic nullum habet locum, Πειθὼ, a persuadendo dicta, pro Dea coli coepta est ab AEgialensibus, postquam Pythonem Apollo interfecerat. Causam docet Pausanias lib. II. cap. 7. pag. 128. Ἀπόλλωνα δὲ Ἄρτεμις λοιμοῦντος Πύθωνα, παρεγένετο ἐς τὴν Αἰγιαλείαν καθαρσίων ἕνεκα. γενομένῃ δὲ σφισι δείσας ἵππα ἃ τῶν Φίβου ἐνομαζουσι τὸ χωρίον, οἱ μὲν ἐς Κρήτην παρὰ Καρμάνορα (vid. cap. 30. p. 180.) ἀπιππάσατο: τὰς δὲ ἀνθρώπους ἐν τῇ Αἰγιαλείᾳ τίσασθαι ἐπίλοιπον, τὸν σφᾶς ὀλέσαντα οἱ μάντεις Ἀπόλλωνα ἱλάσασθαι τὸν Ἄρτε-

## XVII. [7] *Quare ſine barba, cum pater dicatur?*

QUIA occidendo & renaſcendo ſemper eſt [8] juvenior, ſive quod numquam in ſua virtute deficiat, ut luna, quae creſcit [9] & minuitur.

## XVIII. *Mercurius.*

SI furtis praefuere dii, [10] non erat opus criminibus judicem, ex quo culpae habuere coeleſtem auctorem Mercurium dicunt praeeſſe negotiis,

Ἄρτεμις. Οἱ δὲ παῖδις ἐπὶ καὶ ἴσας παρθένους ἐπὶ τῷ Σύδαι πόλαις ἀκουσίλλασιν ἱκετεύσιας. ὑπὸ τούτων ὁ ΠΕΙΣΘΕΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΘΕΟΥΣ φασιν ἐς τὸν τότε ἀκρόπολιν ἐλθεῖν. καὶ ὁ τόπος, ἔνθα πρῶτον ἀφίκοντο, Πυθὸς ἐστιν ἱερόν. Argis Dianae Πυθὸς templum eſt, ab Hypermneſtra Danai filia dicatum. Cauſſam docebit Pauſanias lib. II. cap. 21. p. 158. Licet hic deliret Fulgentius, ſciendum tamen, & alios, hanc Apollinis caedem, utpote fictam, deriſiſſe, v. Plut. de Orac. Def. Tom. II. p. 417, 418. & aliunde ipſam nominis *Pythii* etymologiam petiiſſe; hinc Ammonius apud Plut. de E I apud Delphos T. II. p. 385. Πύθιος γάρ ἐστι τῆς ἀρχομένου μαντείου καὶ λήγοντος πυθέσθαι. Δήλιος δὲ καὶ Φαναῖος, εἰς ἃ καὶ τι δηλοῦσθαι καὶ ἐμφαίνεσθαι τὴν ἀλήθειαν. Ipſa Urbs Phocidis Pytho creditur ἀπὸ τοῦ πυθέσθαι τὸ μαντεῖον dicta, a Schol. Apoll. Rh. I. 207. & menſis Βύσιος, quo Pythia oracula canere antiquitus ſolebat, creditur eſſe dictus, pro Πύσιος, quia ἐν τούτῳ πυθοῦσθαι καὶ πυθέσθαι τοῦ θεοῦ, a Plutarcho Quaeſt. Graec. Tom. II. p. 292. πυθέσθαι vero proprie notat Apollinis oracula conſulere. Apoll. Rh. IV. 531.

——— Ὁππότε πηδὸν
Ἶριν πολυσάρδιος μετεκίαθε τεῖο' ὑπὲρ αὐτῆς
Ναυλίης.

Vet. Schol. Πολυσάρδιος. πιῶσιν, χρησμῶν αἰτησάμενος παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος. Adde Palmer. Graec. Antiqu. lib. I. cap. 9. pag. 49.

6 SICUT SERPENTES] Illa non agnoſcit MS. Leid. MUNCK.

## Ad CAP. XVII.

7 QUARE SINE BARBA, CUM PATER DICATUR] A. B. H. & I. *Quare ſine barba dicitur, cum* &c. M. & L. *Quare ſine barbâ dicatur* &c. Vera, opinor, ſcriptura eſt, quam habet Leid. codex: *Quare ſine barba pingitur* &c. Bacchus & Apollo quod ſolem denotant, ſemper juvenes finguntur. Tibull. lib. I. El. 4. *Solis aeterna eſt Phoebe Bacchoque juventa: Nam decet intonſus crinis utrumque Deum.* Optimè Scholiaſt. Stat. I. Thebaid. 694. *Apollinem imberbem philoſophi tradunt, eo quod ipſe ſit ſol. Sol autem ignis eſt, qui nunquam ſeneſcit.* Minucius Felix Octavio: *Apollo tot aetatibus laevis: AEſculapius benè barbatus, etſi ſemper adoleſcentis Apollinis filius.* Ridiculus eſt Iſidorus lib. XI. cap. I. *Hi ſunt ephebi, id eſt, à Phoebo dicti, necdum viri, ſed adoleſcentuli laeves.* Caeterum non omnes imberbem pingebant. Hierapolitani certè barbatum ejus faciebant ſimulacrum. Vide Macrob. Sat. I. cap. 17. MUNCK. De Apolline ſemper juvene multi multa. v. Schol. Apoll. Rh. I. 408. H. Junius de Coma cap. II. p. 467. G. Cuper. Harpocrat. p. 76, 77. Spanh. ad Callim. H. Apoll. 36. & Broukh. ad Tibull. I. IV. 33. e quibus nonnulli etiam de Apolline Barbato egerunt. Ad Apollinis juventutem pertinent quoque ejus crines ſemper intonſi, de quibus Broukh. ad vs. 34. & J. Perizonius ad AElian. I. V. H. 20.

8 JUVENIOR] Ambroſius Serm. II. in Pſal. 118. *In quo corrigit juvenior viam ſuam?* Apul. Met. VIII. *Animo fortior, & aetate juvenior.* MUNCK.

9 ET MINUITUR] *Ita & minuitur* 6. edd. *aut minuitur.* MS. Leid. Quod probo eo magis, quod ita & Scholiaſtes Germanici haec repraeſentet Fulgentii compilator. MUNCK.

## Ad CAP. XVIII.

10 NON OPUS ERAT CRIMINIBUS JUDICEM] M. & L. *Judice.* Sed MS. Leid. cum A. B. H. & I. *judicem.* Gloſſ. Cod. Leid. *ſcil. habere.* Facile

gotiis, virgam ferentem ſerpentibus nexam, pennatis quoque talaribus praeditum. Hunc etiam internuncium, [1] furatrinumque deum. Quid ſibi vero hujus nominis atque imaginis ſignificatio differat, edicamus. Mercurium dici voluere [2] quaſi mercium curum. Omnis ergo negotiator dici poteſt Mercurius.

## XIX. *Quare pennas.*

[3] PENNATA vero talaria, quod negotiantium pedes ubique pergendo quaſi pennati ſunt.

XX.

Facile erat corrigere *judicum*. Sed videtur voluiſſe imitari Plautum Truc. Act. v. ſc. 1. vers. 10. *Puero opus eſt cibum*. De quo tamen loco Voſſii eſt judicium, illud *cibum* κεχαϊκῶς dictum pro *cibus*. Vide eum in de Conſtruct. cap. 10. At Salmaſ. defenſum it ad Pallium Tertull. p. 368. dixiſſe veteres *opus aliquam rem*, & ad eorum imitationem dixiſſe Afrum illum, *artificem neceſſe eſt*. Etiam Donatus ad Ter. Andr. IV. 4. *Et opus eſt illam rem, non illa re*. Ego putem tamen heic & Donatum, & Tertullianum, & Nonium rationem fugiſſe. Certè fugit Freinshemium ad Juſtin. lib. XI. cap. 7. MUNCK.

1 FURATRINUM DEUM] Lactant. lib. I. cap. 10. *Fur ac nebulo Mercurius quid ad famam ſui reliquit, niſi memoriam fraudum furtum?* Conſer Arnob. Lib. IV. & quae ad Hyg. cap. 201. congeſſimus. Quamobrem autem adulteria, furta, genitorum vincula, & alia id genus improba facinora diis ſuis adſcripſerint pagani, acutè anquirit Salluſt. de diis cap. 3. Caeterum ut *furatrinus* heic à Fulgentio, ita *furatrina* dicitur ab Apulej. VI. & VIII. Mileſ. Quod ſi Latinior eſſet ſcriptor Planciades noſter, *furatrinae Deum*, vel *furatrinarum* heic reponerem. MUNCK. Hinc Ἑρμῆς ὀλαῖος vocatur a Graecis. V. Spanh. Ariſtophan. Plut. vs. 1158. Samiis, Ἑρμῇ Χερσαίῳ ſacrificantibus, licebat impune furari, & alienas veſtes rapere. Cauſſam docet Plut. Quaeſt. Graec. Tom. II. pag. 303.

2 QUASI MERCIUM CURUM] Feſtus: *Mercurius à mercibus dictus. Hunc enim negotiorum omnium exiſtimant eſſe Deum.* Iſidor. VIII. 11. *Mercurius, quod mercibus praeeſt.* Servius ad AEn. IV. 638. *Juniter juvans pater: Mercurius, quod mercibus praeeſt: Liber à libertate.* Hinc ergo mercatorum numen Mercurius. Gloſſ. Vett. in Perſ. Sat. v. 12. *Unde & cum ſacello* (leg. *ſaccello*) *pingitur, & à negotiatoribus plurimum colitur.* Et taberna *officina Mercurialis.* Schol. Horat. in Art. Poët. *Taberna eſt officina Mercurialis, in quâ res ſunt venales.* Nec non cognomenta illa Mercurii ἐμπολαῖος & κερδῷος. Aliam etymologiam excogitavit Auguſtin. C. D. Lib. VII. 14. *Nam ideo Mercurius, quaſi medius currens dicitur appellatus, quod ſermo currat inter homines medius.* Lege, *quaſi medicurrius.* Servius ad AEn. VIII. 138. *Alii Mercurium quaſi medicurrium à Latinis dictum volunt, quod inter coelum & inferos ſemper incurrat.* Sed ad Fulgentium redeamus. Placet heic Barthii emendatio à Clar. Daumio nobis ſuppeditata, *quaſi Merci curium.* Ad quam formam dictum repperi in Gloſſ. Philox. *Mulicurius*, ἐμπορόκαρος, leg. ἐμπορεκάρος, quanquam nec abſurdum *mercium currus*, ut diviſim *currum fragium* pro *crurifragium* dixit Apulejus Mileſ. IX. MUNCK. Hinc *Lucrorum potens* & *conſervator* vocatur. v. Spanh. ad Ariſtoph. Plut. vs. 1156. & ad Callim. H. Dian. 68.

## Ad CAP. XIX.

3 PENNATA TALARIA] Talia & Perſeus habuit, quae *pinnae talares* appellantur à Schol. Juv. ad Sat. III. 117. *Talaria* ſunt πέδιλα in Gloſſ. Philoxeni, ταρσοὶ Poſidippo in Anthol. *Plantares alas* vocat Stat. I. Theb. 304. Sed alas illas non pedibus ſolum, ſed & capiti dabant. Sidon. Carm. VII. *Nunc pedibus, nunc fronte volat.* Iſidor. VIII. 11. *Ideo fingitur habere pennas, quia citius verba diſcurrunt. Unde & velox & errans inducitur: alas enim ejus in capite & in pedibus ſignificare volucrem per aera fermonem.* Quae tranſcripſit ex Auguſtin. C. D. lib. VII. cap. 14. Legas eadem apud Servium AEn. VIII. 138. Macrob. Sat. I. 19. *Simulacra Mercurii cum pinnatis alis adornantur, quae res monſtrat ſolis velocitatem.* Hinc ergo *alipes* Mercurius poëtis, ut Ovid. IV. Met. 756. aliiſque. MUNCK. Serv. ad IV. AEn. 239. *Mercurius ideo dicitur habere pennas, quia citius ab omnibus planetis in ortum ſuum*

## XX. *Quare virgam.*

4 VIRGAM vero ſerpentibus nexam ob hoc adjiciunt, 5 quod mercatoribus det aliquando regnum, ut ſceptrum: & vulnus, ut ſerpentium.

## XXI. *Quare galerum, & gallum.*

6 GALERO enim cooperto capite pingitur, quod omne negotium ſit

*ſuum recurrit. Unde & velox, & errans inducitur.* Conſule G. J. Voſſium de Idol. Gent. lib. II. cap. 32. p. 239. Caeterum non tantum ventos & fulmina alata fingunt (v. Serv. ad v. AEn. 319.) ſed & multos Deos deaſque alis ornant Poetae. Praeter Mercurium & Perſeum, alatos depingunt Solem, Bacchum, Plutum, Venerem, Minervam, Dianam, Muſas, Sirenas, Iridem, Amorem & neſcio quos. Conſule G. Cuperi Apotheoſin Homericam pag. 169. ad p. 179. & P. Weſſeling. cap. IX. Probabil. Iridem & Arcen Thaumantis filias habuiſſe alas docet Pt. Hephaeſtionis apud Photium p. 487. & Achillem recens natum a matre Thetide Arces alas adeptum addit. De Diana, quae πλέυγας ἔχουσα ἐπὶ τῶ ὤμω exprimitur in Cypſeli arca Pauſan. l. v. c. 19. p. 425. De Nemeſi alata Pauſaniae locus, quem adducit Cuperus, eſt lib. I. cap. 33. p. 82. Victoriae, quae aut ab aquila vehi, v. Pauſan. lib. III. cap. 17. pag. 251. aut alis volare fingitur, Attici, ut perpetua victoria uterentur, fecerunt templum Νίκης ἀπτέρου. v. Pauſan. lib. I. cap. 22. p. 52. lib. II. cap. 30. p. 180. lib. III. cap. 15. pag. 245. Cujus ſtatuae exemplar ſecutus eſt Calamis in Olympia. v. Pauſan. lib. v. cap. 26. p. 447. Fides a Romanis pro Dea culta alata etiam eſſe fingitur ab Ennio in Fragm. p. 302.

*O Fides alma apta penneis, & jusjurandum Jovis.*

*Apta pennis* eſt pennis adligata: neque in Ennii loco aliter legendum. Ipſe Ennius in Fragm. ex I. Annal. pag. 45. dixit *qui coelum verſat ſtellis fulgentibus aptum*; quomodo Virgil. IV. AEn. 482. dixit *axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum*, ubi vide Serv. & Cerdam, quibus adde Interpr. ad A. Gell. I. N. A. 15. & Broukh. ad Tibull. lib. I. El. 10. vs. 70. Graevius vero ad Ciceron. III. de Off. c. 29. Fidem in nummis numquam alatam conſpici docet. Denique Ventis alas etiam tribuit vere divinus vates in S. S. Pſalmo CIV. 3. apud ſeptuaginta Pſ. CIII. qui ita vertunt ὁ περιπατῶν ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων.

## Ad CAP. XX.

4 VIRGAM SERPENTIBUS NEXAM] Caduceum, unde *caducifer* Latinis, κηρυκοφόρος Graecis dicitur. Vide Schol. Hom. ad Iliad. O. vers. 256. & quae ad Anton. Liber. cap. 23. dicta ſunt. Athenagoras Legat. pro Chriſt. p. 20. Δεχαλίης δὲ αὐτῆς (Ῥέας) χρυσᾶς, αὐτὰς εἰς δράκοντα μεταβαλών, σωθήσας κύτλῳ τῷ καλυμβίῳ Ἡφαιστικῷ ἄμωσεν, ἰμάγη. Τῷ σκήπτρῳ δὲ τὸ μίξιος σύμβολον ὁ δὲ Ἑρμῆς ῥάβδος. MUNCK.

5 QUOD MERCATORIBUS &c.] Conſentiunt huic 6. edd. Sed Modius ex membranis ſuis reſtituit: *Quod mercatus det aliquando regnum, ut ſceptrum, & vulnus, ut ſerpentes.* To *mercatus* comparet quoque in Cod. Leid. Deinde legitur, & *vulnus ſerpentum.* Gloſſ. adſcripſerat, *ſcil. ut vulnus.* Nimis Planciadae haec philoſophia frigida eſt. Eruditus fabulam explicant Macrob. Sat. I. 19. Servius AEn. VIII. 138. & Pierius Hieroglyph. lib. XV. MUNCK. Adde Serv. ad IV. AEn. 242. & e Servii hac caducei interpretatione liquet, cur Ἑρμαικὸς vocetur a Schol. Euripid. in Med. vs. 759. Adde Serv. ad v. AEn. 606.

## Ad CAP. XXI.

6 GALERO ENIM] Lego cum Leid. Cod. *Galero etiam. Galerum* vocant quoque Claud. R. P. I. 78. Stat. I. Theb. 305. *galerium* Barbari. *Petaſum* Arnob. lib. VI. Plaut. Prolog. Amphitr.

ſit ſemper [1] abſconſum. [2] Gallum quoque in ejus ponunt tutelam, ſive quod omnis negotiator ſemper invigilet, ſeu quod ab ejus cantu ſurgant ad peragenda negotia.

## XXII. [3] *Quare Hermes.*

HERMES quoque dicitur Graece, ab eo quod eſt ἑρμηνεῦσαι, quod nos latine differere dicimus: illa videlicet cauſſa, quod negotiatori linguarum ſit diſſertio neceſſaria. [4] Utraque enim regna permeare dicitur, ſuperna atque inferna: quod modo ventis in altum navigans currat, modo demerſus inferna tempeſtatibus adpetat.

## XXIII.

vers. 145. & Capella lib. 1. *Umbellam* Albricus cap. 6. & rectè quidem. Fuit enim tale capitis tegmen, quali etiam nunc utimur, cum in publicum prodimus, ut Mercurii ex ſtatuis liquet, & nummis antiquis. Adde his Athenaeum lib. XII. p. 537. Voſſium Vit. Sermon. lib. 1. cap. 29. MUNCK. Alii quoque Dii, ut & Dioſcuri ac Corybantes tecta habentes capita pinguntur. Pauſan. lib. III. cap. 24. p. 272. Καὶ ἐπ' αὐτῇ (ἄκρᾳ) χαλκοῦ πεδίλων ἐστὶν ἀνάθημα, ἃ μείζονες, πίλος ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς ἔχοντες. ἃ οἶδα, οἱ Διοσκόρων σφᾶς ἢ Κορύβαντας νομίζουσι. Confer. lib. IV. c. 27. p. 344. in primis etiam *Saturnus*. Albricus cap. 1. Vide ibi notas. *Mars*, cap. 3. *Minerva*, cap. 8. *Juno*, cap. 11.

1 ABSCONSUM] Improbat hanc vocem Servius ad Georg. 1. 136. Legitur tamen *abſconſe* apud Hyg. cap. 135. in Philoxeni gloſſis, Gennadii Catalogo, aliiſque quampluribus Veterum ſcriptis, ut oſtendi ad Hyg. cap. 184. Diomedes Lib. 1. *Abſcondor abſconſus; ſed abſconditus melius, quia ſimplex condor conditus.* Iſidor. in de Differ. *Abſconſum eſt cujuslibet arte celatum: abſconſum vero naturaliter abditum. Conditum eſt enim, non conſum.* Sed iſta nauci haud ſunt. MUNCK.

2 GALLUM] Albricus cap. 6. *Coram ipſo erat gallus ſibi peculiariter conſecratus.* Adde Plin. lib. X. cap. 21. MUNCK. Pluribus vero Diis ſacra haec avis, ut Apollini: Plut. de Pyth. Orac. Tom. II. p. 400. Ὥσπερ ἂν ὁ τὴν ἀλεκτρυόνα κτείνας ἐπὶ τῆς χειρὸς τοῦ ἀπολλωνος ἱκετὴν ἐξαίφνης ὥραν καθεζόμενον ἀναβλῆς. Xylander vertit *in manu Aeſculapii*. quam verſionem ſecutus eſt J. Perizonius ad lib. V. V. H. AElian. cap. 17. Sed male; nulla ibi de AEſculapio, ſed de ipſo Apolline ſit mentio. vide Cuper. Harpocrat. pag. 16. Soli, (qui & AEſculapius dicitur. v. G. Cuper. Harpocrat. pag. 56.) haec avis etiam conſecrata eſt. v. Celeb. J. Perizon. ad l. IV. AEl. V. H. c. 17. Plutarchi verba firmat Pauſanias lib. V. cap. 25. pag. 444. Ὅτι ὁ ἀλεκτρυὼν ἱερὸν ἐστὶν ἐπίθημα τῇ κεφαλῇ, ἰδιωτικῶς ἐστιν ὁ λόγος. Μίνω. τῷ μὲν Ἰδομενεῖ γίνεται λόφος δὲ Ἡλίῳ καρὸς Πασιφάης. Ἡλίῳ μὲν ἱερὸν φασιν εἶναι τὸ ὄρνεον, καὶ ἀγγέλλειν, ἀνίσχοντι μάλιστα δὲ Ἡλίῳ. Praeterea Palladi ſacra. Pauſan. lib. VI. cap. 26. pag. 518. ubi de Minervae ſimulacro in Elidis arce a Phidia elaborato agit: Πεποίηται δὲ ἀλεκτρυὼν ἐπὶ τῇ κράνει, ὅτι κατὰ πρόκλησιν ἔχουσιν οἱ μάχας οἱ ἀλεκτρυόνες. δύναιτο δ' ἂν καὶ Ἀθηνᾶς τὸ ἔργον ἱερὸς ὁ ὄρνις νομίζεσθαι. Sed Gallus in Symbolis inter alia notat ſtentoream vocem, vel hominem, qui voce praecellit, ut orator, aut praeco. (Vide Vir. Eximium in Critica Vanno cap. 1. pag. 149.) hinc apte conſecratur Mercurio Deorum nuntio, praeconi, & Eloquentiae praeſidi, ut ſequenti capite, & ad cap. VI. Albrici Philoſophi oſtendemus, & cujus fabulae cauſſam phyſicam docet J. Sarisberienſis, quem citat J. Alberti ad Acta Apoſt. cap. XIV. vs. 12.

## Ad CAP. XXII.

3 QUARE HERMES] Vide Phornutum cap. 16. Diodor. lib. 1. Hygin. cap. 143. & ibi commentarium noſtrum. MUNCK. Schol. Apoll. Rh. 1. 517. Ἑρμῆς λόγος εἶναι παραδίδοται. Derivatur ab ἐρεῖν, ut a Phurnuto ac Porphyrio docet Elſn. ad Acta Apoſtol. cap. XIV. vs. 12. p. 423. Schol. Ariſtoph. Plut. vs. 1111. Ἀθηναῖος ὁ εἰπών, ὅτι αἱ γλῶσσαι τίμιαι τῷ Ἑρμῇ διὰ τὴν

## XXIII. *Quare fur, quare celer dicatur.*

HUNC etiam deum furti ac praesulem volunt, quod nihil interfit inter negotiantis rapinam atque perjurium, furantisque dejerationem ac raptum. Stella vero, [5] quae στίλβων Graece nuncupatur, quam ei [6] pagani adscribunt, ex quo etiam diei nomen invenere, [7] tantum celerior planetis omnibus currit, ut [8] septima die suos permeet circulos, quod Saturnus [9] viginti octo annis, & Jupiter XII. possunt: unde etiam Lucanus ait, *Motuque celer Cyllenius haeret.*

## XXIV. *Quare Argum occidisse dicatur.*

DENIQUE etiam Argum luminum [10] populositate conseptum intere-

τὴν ἑρμηνείαν. Schol. Homeri Iliad. E. vs. 385. Ἑρμῆν πάλιν ὁμοιάζων ὁ λόγος, ὅτι ἑρμηνεὺς γίγνεται πάντων ὁ λόγος. Serv. ad IV. AEn. 242. *Mercurius haec tam fera animalia concordat, nos quoque concordare debere certum est.* Ἑρμῆς autem *Graece dicitur*, λαὸ τὴ ἑρμηνείας. *Latine interpres.* ad VI. Ecl. 42. *duce Mercurio, qui prudentiae & rationis Deus est.* Hinc λόγιος & θεῶν σοφώτατος dicitur. v. Elsn. ad Acta Apost. cap. XVIII. vs. 24. Hinc etiam Musarum ara conlocata est juxta aram Mercurii Athenis in Academia. v. Pausan. l. I. c. 30. pag. 76. Hinc in basi solii Jovis Olympii apud Eleos depictus. Ἑρμῆς ἴχνεσι χαλκεῖος, ὃ Ἑρμῆ ὁ Ἐσία. v. Pausan. lib. V. c. 11. p. 403.

4 UTRAQUE ENIM REGNA] Mallem & heic *etiam* pro enim. MUNCK.

## Ad CAP. XXIII.

5 QUAE STILBON] A. B. H. I. & MS. Leid. *Stilbos.* Malè. Hygin. Astron. IV. 16. *Secunda stella est Mercurii nomine Stilbon.* Cleomedes lib. I. Ὑπὸ δὲ τὸν Ἀφροδίτου ἐστὶν ὁ Ἑρμῆς, στίλβων καλούμενος. Adde Capell. lib. I. pag. 10. Cicer. II. Nat. Deor. MUNCK.

6 PAGANI] Unde hoc nomen acceperint *ei ἔξωθεν*, anquirit Heraldus ad librorum Arnobii adversus gentes inscriptionem; ut & Alciatus Parerg. lib. I. cap. 13. Confer Oros. Praefat. lib. I. MUNCK.

7 TANTUM CELERIOR] H. e. in tantum. Flor. II. 18. *Quantum Carthaginis opibus inferior.* Homer. Iliad. A. 186. Ὅσσον φέριστός εἰμι σέθεν. Cap. 27. *Quantum jure conjunctior.* Mercurium *mundi velociorem sensum esse, motum mentium susci-*

*tantem, Theologicae prodidere doctrinae*, ut ait Marcellin. lib. XVI. p. 113. ed. Boxh. MUNCK. Val. Maxim. lib. V. cap. IX. n. 14. *in filio ALIQUANTUM* tertiore dixit, sive ut tres Leid. codd. *aliquantulum* teste Cl. Torrenio. Plautus dixit *multum improbiores.* Phaedrus *multum prius.* Livius *quantum magis, quantum longius.* Vide Vorst. ad Valerii l. l. & Celeb. P. Burm. ad Phaedri lib. III. Fab. X. vs. 5.

8 SEPTIMA DIE SUOS PERMEET CIRCULOS] Cleomedes lib. I. & Cicero II. Nat. Deor. *Anno fere vertente signiferum lustrat orbem.* Anonymus laudatus Scalig. Auson. Lect. lib. II. 29. *Semenis dii completur circulus anno.* Idem tradit Macrobius lib. I. cap. 19. & Capella lib. VIII. Accedit & Plinius lib. II. cap. 8. *Inferiore circulo fertur novem diebus octore ambitu* &c. Excusari utcunque posset Planciades, si scripsisset *septimo mense.* Tzetzes, meliorum plerumque exscriptor, in Hesiod. Ἐργ. β. p. 104. ed. Heinsi. Ἑρμῆς ἑπταετεῖ, ἢ μᾶλλον μησὶν ἑπτά. MUNCK.

9 VIGINTI OCTO ANNIS] Mallem, *vix viginti* &c. Cicero: *Triginta fere annis cursum suum conficit.* Idem dicunt Cleomedes Lib. I. & Plin. Lib. II. cap. 8. Anonymus modo laudatus: *Pellucis proles terdenis volvitur annis.* Capella lib. VIII. *Modico minus triginta annis circulum per longitudinem circumcurrit.* Adde his Auson. epist. 7. MUNCK.

## Ad CAP. XXIV.

10 POPULOSITATE] H. e. multitudine. Sidon. lib. I. ep. 9. *Circumfusa populositas.* Et lib. VI. ep. 1. *Pro scelerum meorum populo.* Vide ibi Savaron. Cyprianus lib. IV. ep. 9. *Credentium populus.*

teremiſſe fertur, dum oculorum inmenſam unius ſegetem corporis ubique viva circumſpectione florentem ſingularis vulneris [1] recurſum falcifero meſſuiſſet curvamine. Quid ſibi ergo tam [2] fabuloſum Graeciae commentum velit? niſi quod etiam centum cuſtodes, totidemque aſtutos ſine negotiatione vagos (unde & ἀργὸς Graece vagus dicitur) & furantis aſſutia, & negotiantis circumvenit aſtuta falcataque [3] cautela. [4] Solet igitur adludere his ſpeciebus & honeſte mendax Graecia, & [5] poetica garrulitas, ſemper [6] de falſitate ornata, [phalera-

*tus.* Sermon. de Mort. *Martyrum innumerabilis populus.* Capella Lib. II. *Miniſtrorum populus.* Item *Angelicus & Palliatorum populus.* Quintil. Declamat. IV. *Carceris populus.* Decl. XIII. *Apum populus.* Leo Epiſt. Decret. 4. *Trium millium populum lavacro baptiſmatis conſecravit.* Apul. II. Mileſ. *Cupidinum populus.* IV. *Gladiatorum populus.* MUNCK. *Populus* pro multitudine Graecorum more, vid. J. G. Graev. Lect. Heſiod. cap. XXI. Bernecc. ac Gronov. ad Juſtini lib. X. cap. I.

1 RECURSUM] MS. Leid. *recurſu.* Lego, *reuſſu*, ut in ſacrificali carmine Lib. I. Praefat. *Hinnientis & recuſſu Quem produxit ungula.* Vide ibi annotata à nobis. Filium fuiſſe Jovis & Cyllenes eum Mercurium, qui Argum occiderit, narrat Stat. Schol. ad IV. Theb. vers. 483. *Corvilius*, inquit, *quatuor Mercurios eſſe ſcribit; unum Jovis & Majae filium: alterum Coeli & Diei: tertium Liberi & Proſerpinae: quartum Jovis & Cyllenes, à quo Argus occiſus eſt. Quem ipſum ob hanc cauſam Graeci profugum dicunt, AEgyptiis autem literas demonſtraſſe. Ergo Liberi & Proſerpinae filium dicunt animas evocare.* Quis eſt iſte *Corvilius*, qui haec ſcripſit? Emenda, *Corniſicius.* Is enim, teſte Macrobio, librum de natura deorum compoſuit. Non convenit Cornificio cum Ciceronе lib. III. Nat. Deor. *Alter (Mercurius) Valentis & Phoronidis filius, is qui ſub terris habetur, idem Trophonius* &c. *Quintus, quem colunt Phoeneatae, qui Argum dicitur interemiſſe, ob eamque cauſam in AEgyptum profugiſſe, atque AEgyptiis leges & literas tradidiſſe.* Non dicit, cujus filius fuerit Argicida ille. Jove & Cyllene natus fuit, ſi Lactantiano interpreti credimus. Sed illi Servius adverſatur ad AEn. IV. vers. 577. *Nonnulli tamen quatuor Mercurios tradunt, unum Coeli & Diei filium, amatorem Proſerpinae; alterum Liberi Patris & Proſerpinae filium; tertium Jovis & Majae; quartum Cyllenii filium, cujus mater non proditura arcu clam occiſa eſt,* * *qui hoc metu in AEgyptum profugit, & ibi inveniſſe primum diſciplinam literarum & numerum dicitur; qui linguâ AEgyptiorum appellatur, de cujus nomine menſis dictus eſt.* Multipliciter depravatus heic Servius. Si quid mihi credis, ita eum reſtitues: *Quartum Cyllenii filium, cujus mater non proditur; à quo Argus clam occiſus eſt. Qui hoc metu in AEgyptum profugit, & ibi inveniſſe primum diſciplinam literarum & numerum dicitur, qui linguâ AEgyptiorum Theth appellatur, de cujus* &c. Nota quatuor eum tantum numerare Mercurios cum Lactantio, cum Cicero, Arnob. lib IV. & Lactant. Firm. lib. I. cap. 6. quinque recenſeant. Conſentit tamen de numero Servio & Statiano illi Scholiaſtae Ampelius cap. 9. *Mercurii* IV. *Primus Coeli & Diei filius, Secundus Jovis & Croniae filius, vel Proſerpinae. Tertius Croni filius & Majae, qui eſt inventor lyrae. Quartus Quilleni filius, qui AEgyptiis literas & numerum dixit.* Pro *Quilleni* ſcribe *Cyllenii* ex Servio. quanquam K. Gr. interdum per *Qu* expreſſit poſterius aevum. MUNCK. Idem Serv. ad I. AEn. 301. *Quidam ſane quatuor Mercurios dicunt: unum Jovis & Majae filium: alterum Coeli & Diei: tertium Liberi & Proſerpinae: quartum CYLLENIS, a quo ARGUS occiſus eſt, quem ipſum, ob hanc cauſam Graecia profugum, AEgyptiis literas demonſtraſſe perhibent.* Pro *Cyllenis* lege *Cyllenii.*

2 FABULOSUM COMMENTUM] Aliter commentum hoc explicant Phornutus cap. 16. Macrob. Satur. I. 19. MUNCK.

3 CAUTELA] Corippus Lib. I. *Devotio tanta, Atque hominum cautela facit.* Utitur & Apulejus eâ voce lib. I. & V. Mileſ. Flav. Epiſt. ad Leon. Fulg. Ruſp. Epiſt. 3. Hinc *incautela* fictum Salviano lib. VI. de Gub. Dei. Ita à *fovea fovela* apud Tertull. de Anim. cap. 7. *Immunis à poenâ & foveâ.* Minucius Octavio: *Dant cautelam periculis, morbis medelam.* Ad eandem formam dicta ſunt *cuſtodela, turbela*, apud Apulejum, *corruptela* apud Prudentium alioſque. MUNCK.

4 SOLET IGITUR &c.] Modii MSS. *Solet igitur alludere in his ſpeciebus & honeſtè mendax Graecia, & poetica garrulitas ſemper de falſitate ornata. Danae corrupta auri pretio, non auri impluvio:*

nec

leratior] ut & Danae imbre aurato conrupta eſt, 7 non pluvia, ſed pecunia.

## XXV. *Ganymedes.*

Et raptum Ganymeden aquila non vere volucris, ſed bellica praeda. Jupiter enim, ut Anacreon antiquiſſimus auctor ſcripſit, dum adverſus Titanas, id eſt 8 Titani filios (qui frater Saturni fuerat) bel-

*non pluviâ, ſed pecuniâ. Ganymedes raptus ab aquilâ non volucri, ſed bellicâ praeda.* Τὸ *phaleratior* abeſt quoque à Leid. Cod. Caeterum poſt τὸ *ornata*, novus eſt titulus DE DANAE. Sequitur dein, *dum & Danae.* Poſſit exigua mutatione non inſulſè legi. *Sic & Danae imbre aurato corrupta eſt, non pluviâ, ſed pecuniâ. Et raptus Ganymedes aquilâ non verè volucri, ſed bellicâ praedâ.* Confer Baptiſtae Pii Annot. Poſt. Syllog. III. 97. Scheffer. de Milit. Naval. p. 8. Euſtath. ad Hom. Iliad. p. 1280. edit. Baſ. ubi varias variorum ſententias de raptu Ganymedis collegit. Lactant. lib. I. cap. 11. *Rapuiſſe dicitur in aquilâ Catamitum. Poëticus color eſt. Sed aut per legionem rapuit, cujus inſigne aquila; aut navis, in quâ eſt impoſitus, tutelam habuit in aquilâ figuratam; ſicut taurum, cum rapuit & transvexit Europam.* MUNCK.

5 Poetica garrulitas] Elegantiam agnoſco ſaeculi illius, ut mox cap. 25. *Ornatrix Graecia.* Lib. II. 4. *Illud nihilominus oſtendere volens poëtica garrulitas.* Talia ſunt & iſta Capellae lib. II. *Graeca diſcretio*, & *Salertia poëticae adumbrationis.* Jornand. de Reb. Get. cap. 5. *Quem poëtarum fallacia Deum belli pronunciat.* Chryſol. Serm. V. *Paganitatis ſtultitia.* MUNCK.

6 De falsitate ornata] Praepoſitio *de* heic abundat eleganter, nec ſine exemplo aliorum. Schol. Juv. ad Sat. VI. vers. 612. *De nimiâ impatientia furens.* Et Sat. VIII. 12. *De reſinâ pilos vellant.* Catal. Pith. lib. I. *Ambo de comis calorem vitae & radio conſerunt.* Pervig. Ven. vers. 3. *Et nemus comam ſolvit de maritis imbribus.* Quintil. Declam. V. *Reſponſum de lacrymis tantum gemituque reddebat.* Naſo VI. Met. 80. *Percuſſamque ſuâ ſimulat de cuſpide terram.* III. Faſt. 254. *De tenero cingite flore caput.* Sympoſ. Praefat. AEnigm. *Haec quoque Sympoſius de carmine luſit inepto* In Reſcript. Diocletiani apud Ruffin. Collat. Leg. Moſ. Tit. XV. *Univerſum orbem noſtrum veluti venenis de ſuis malevolis inficere.* Nonius cap. XIV. 34. *Talare pictum unicè de coloribus variis.* Vetus interpres vitae Ariſtotelis, *de gente Macedo.* Tertull. de Anim. cap. 13. *De ſingularitate famoſum, de poſteritate monſtruoſum.* MUNCK.

7 Non pluvia, sed pecunia] Vide Not. ad Hyg. cap. 63. MUNCK.

## Ad CAP. XXV.

8 Titani filios] Quis hoc dixit praeter Fulgentium? Titanes Οὐρανοῦ παῖδες Schol. Hom. Iliad. ξ. 274. AEtheris & Terrae Hygino. Terrae Servio ad AEn. VI. 580. Notum tamen antiquis Titani vocabulum. Sed cum non patrem, ſed fratrem Titanum faciunt. Varro VI. I.. L. *Titanis dicta, quod eam genuit Titani filia Latona, ut ſcribit Manilius, creta Titano.* Fuiſſe autem ex Titanibus unum diſertim tradit Etym. magni auctor: Τιτανίδα, inquit, γῆν οἱ μὲν τὴν πᾶσαν, οἱ δὲ τὴν ἀπίκλω, λέγει Τιτάνα ἀπὸ τοῦ Τιτᾶνος, ὃς μόνος ἐκ γιγάντων ἐπὶ τοὺς θεοὺς. Albricus cap. 12. *Terra contra Deos Titanas dicitur parturiſſe. Eramque Gigantes pedibus ſerpentinis: de quibus fuit unus Titan, qui etiam Sol dicitur. Sed quia iſte ſolus contra Deos nihil fecit* &c. Servius ad AEn. VI. 580. *De his autem ſolus Sol abſtinuiſſe narratur ab injuriâ numinum.* Res ita habet. Titanus ille frater Saturni fuit, de quo Lactantius ex Ennio lib. I. cap 14. *Seducit ſecum filios ſuos, qui Titani vocantur* &c. Vide ibi reliqua, quae Fulgentium mirificè heic illuſtrant. MUNCK. Serv. ad IV. AEn. 119. *TITAN Sol. unus enim de Titanibus, Hyperionis filius, contra Jovem non fecit.* Schol. Apoll. Rh. IV. 54. Ἥλιος καὶ Σελήνη Ὑπερίονος καὶ Τηθύος καὶ Θείας εἰσὶ παῖδες, ὡς Ἡσίοδος φησί. ΘΕΙΑ Δ' ΗΕΛΙΟΝ ΤΕΚΕ ΛΑΜΠΡΑΝΤΕ ΣΕΛΗΝΗΝ. ubi Solis & Lunae avum dici vides. Alii adpellant eum Solis fratrem. Pauſan. lib. II. cap. XI. p. 136. Ἀναχεύσασι δὲ ἐς τὸν ἰσθμὸν, ἀφεῶσί τε ἀνδρὶ τὸν Ἀσωπὸν, καὶ ἐς χαρυφὰν ὄρος ἥξασιν, ἐνταῦθα λέγουσιν οἱ ἐπιχώριοι ΤΙΤΑΝΑ οἰκῆσαι πρῶτον, εἶναι δὲ αὐτὸν ΑΔΕΛΦΟΝ ΗΛΙΟΥ, καὶ ἀπὸ τούτου καλεῖσθαι ΤΙΤΑΝΗΝ τὸ χωρίον. (De regione vero *Titanide* a fluvio *Titane* dicta v. Schol. Apoll. Rh.

bellum adſumeret, & ſacrificium Coelo feciſſet, in victoriae auſpicium, [1] aquilae ſibi adeſſe proſperum vidit volatum. pro quo tam felici omine, praeſertim quia & victoria conſecuta eſt, in ſignis bellicis ſibi aquilam auream fecit, [2] tutelaeque ſuae virtuti dedicavit. unde & apud Romanos hujuſcemodi ſigna tracta ſunt. Ganymedem vero bellando his ſignis praeeuntibus rapuit, ſicut Europam in tauro rapuiſſe fertur; id eſt, [3] in navem tauri picturam habentem; & Iſidem in vacca ſimiliter, in navem hujuſce picturae. Denique ut hoc cer-

IV. 131.) Deinde hujus figmenti cauſſam explicat, *δοκεῖ δ' ἐμοὶ δεινὸς ἐγένετο ὁ Τιτὰν τὰς ἄρας ἢ ἔτυς φυλάξας, καὶ ἐκέτι ἐλιθ- ασιέμασε καὶ δένδρον ἄυξει, καὶ πικαίνει καρπὸς, καὶ ἐπὶ τῷδε* ΑΔΕΛΦΟΣ *ἐσομένοιο ἢ ἠλίω.*

1 AQUILAE PROSPERUM VOLATUM] Rem ita narrat Servius ad AEn. IX. vers. 564. *Jupiter dum cum patre Saturno haberet contentionem de agris, ortum bellum eſt: ad quod egrediens Jupiter aquilae vidit augurium: cujus cum viciſſet auſpicio, fictum eſt, quod ei pugnanti tela miniſtrarit. Unde etiam à felici augurio natum eſt, ut aquila militaria ſigna comitetur.* Scholiaſtes Horat. ad illa Lib. IV. od. 4. Miniſtrum fulminis alitem.) *Aquilam; quae ideo tutelae & miniſterio Jovis deputata dicitur, quod proſperum auſpicium illius adverſus Titanas pugnaturus accepit.* Adde his, quae Hyginus habet Aſtron. II. cap. 16. Hom. Schol. ad Iliad. Θ. 247. Lactant. lib. I. cap. 12. ſed deſumpta ex Eratoſthenis *καταστ.* cap. 30. Aliud agebat vir illuſtris, cum ad Eleg. de obitu Maecen. ſcriberet: *Quod ſignifer Jovis ſit Ganymedes, docet doctiſſimus Mythologus Fulgentius Lib.* I. MUNCK. Idem Serv. ad I. AEn. 398. *Aquila, quae in tutela Jovis eſt: quia dicitur dimicanti ei contra Gigantes fulmina miniſtraſſe: quod ideo fingitur, quia per naturam nimii eſt caloris* &c. Deinde addit *proprie dicuntur aves, quae volatu auſpicia faciunt, Buteo, Sangualis, Immuſculus, AQUILA, Vulturius &c.* Unde *αἰετὸς* pro *augurio* Spanh. ad Call. H. Pall. vs. 124. Livius lib. I. cap. 34. *Ad Janiculum forte ventum erat, ibi ei carpento ſedenti cum uxore, aquila ſuſpenſis dimiſſa leniter alis pileum aufert: ſuperque carpentum cum magno clangore volitans, rurſus velut miniſterio divinitus miſſa, capiti apte reponit. Inde ſublimis abiit. Acceptiſſe id augurium laeta dicitur Tanaquil, perita, ut vulgo Etruſci, coeleſtium prodigiorum mulier, excelſa & alta ſperare complexa virum jubet* &c. Philoſtrat. cap. XI. §. 1. *Αἰὼς τὸ εἰξαμένῳ ἀρίκιδ, φέρων ἐκ Διὸς τῷ μὲν παιδὶ ἔτυμον, ταῖς δ' ὐχαῖς νόμιμα.* Sed haec ſubſiciant. Sed ad Fulgentium inluſtrandum maxime facit, quod Aquilas credidit veteſtas eſſe certa Victoriae indicia. hinc Lyſander dicitur apud Spartanos in porticu templi Minervae Erganae *αἰετὰς δύο τὰς ἀρίστας, καὶ ἴυγας ἐπ' αὐτοῖς νίκας* poſuiſſe. v. Pauſan. lib. III. cap. 17. p. 251. Haud alia de cauſſa Ariſtomenis in ſcuto fuit *ἐπίθημα αἰετὸς τὰ πτερὰ ἐκπετόμενον ἐκτετακὼς ἐς ἄκρον τὸν ἴτυν.* v. Pauſan. l. IV. c. 16. p. 319.

2 TUTELAEQUE SUAE VIRTUTI] Ita quidem & 6. edd. Lego tamen cum MS. Leid. *Virtutis.* Aliam cauſam cur Jovi ſit ſacra, habes apud Anton. Liberal. cap. 6. Plin. lib. X. cap. 3. Homer. Schol. ad Iliad. Θ. 247. Serv. AEn. I. 398. Phornut. cap. 9. AEgyptii ſoli eam dicarunt, ut docet Horus lib. I. cap. 8. MUNCK.

3 IN NAVEM] MS. Leid. *In navi talem tauri picturam habente.* Ut & mox, *in navi hujuſmodi picturae.* Quae vulgatae lectioni praefero. Feſtus: *Alii eam à praedonibus raptam, & navim, quae Jovis tutelam, effigiem tauri habueris, in eam regionem eſſe delatam.* Iſidorus lib. VIII. cap. 11. *In navi, cujus inſigne erat taurus.* Παράσημον ergo, quod *effigiem* Feſtus, *picturam* Fulgentius, *inſigne* appellat Iſidorus. Navem taurinâ facie fuiſſe vult Tzetzes ad Lycophron. p. 191. ut & Pollux. Alii ex tauro belli ducem iſto nomine faciunt, ut idem ille Lycophronianus interpres tradit p. 182. & 191. Euſtath. ad Dionyſ. p. 18. regem Cretae. Ad eundem modum arietem, quo vecta cum Phrixo Helle fuit, navim fuiſſe ait Euſebius in Chronico, cujus inſigne fuerit aries: & Philochorus apud eundem navim longam pennatis illum draconibus junctum currum, quo vectus Triptolemus. Bos facta Io eſt, *ὅτι κατρόβατος ὑπ' ἴρυτος δίκλω βοὶ ἐλαυνῶν*, ut eſt apud Tzetzen jam ſaepius laudatum. MUNCK. Confer de Io Palaephatum de Incredibilib. cap. 43. Sic plures hujuſmodi fabulas eſſe explicandas docet Salmaſius Exerc. Plin. pag. 402. B. Vide de hac fabula J. Bapt. Pium III. Syllog. Annotat. Poſterior. c. 98.

Ad

certius esse cognoscas, navigium Isidis AEgyptus colit.

## XXVI. *De Perseo & Gorgone.*

PERSEUM ferunt Medusae [4] Gorgonis interfectorem. Gorgonas voluere dici tres: quarum prima Stheno, secunda Euryale, tertia Medusa: quarum quia fabulam Lucanus & [5] Livius scripserunt poetae, grammaticorum scholaribus rudimentis [6] admodum celeberrimi, hanc fabulam referre superfluum duximus. [7] Theocritus antiquitatum historio-

## Ad CAP. XXVI.

4 GORGONIS ] *Gorgones* B. A. H. & I. Sed lege & heic & inferius *Gorgonae* cum MS. Leid. ubi titulus hujus capitis ita concipitur: *Fabula Persi & Gorgonarum.* Γοργόνη est & Tzetzae in Lycophron. p. 135. Adde his, quae congesta sunt à nobis in dissertatione de Hygino. MUNCK.

5 LIVIUS ] Hunccine dicit, qui Odysseam & tragoedias scripsit, quarum cum apud Gellium, tum Festum alioſque aliquoties fit mentio? *Livius ille vetus Grajo cognomine* dicitur à Terent. Mauro. Sed ille archaicus, cur Lucano jungatur? Non exputo causam. Quamobrem omnino putem cum Nob. Heinsio corrigendum, *Ovidius.* MUNCK. Cicero lib. I. Tuscul. Quaest. cap. I. de Romanis dicit poëtis primis. *Serius poëticam nos accepimus: annis enim fere CCCCX. post Romam conditam Livius fabulam dedit: C. CLAUDIO, CAECI FILIO, M. TUDITANO CONSULIBUS, anno ante natum Ennium, qui fuit major natu quam Plautus & Naevius.* De quo haec eadem testatur A. Gell. XVII. N. A. 21. *CONSULIBUS CLAUDIO CENTONE APPII CAECI FILIO, ET M. SEMPRONIO TUDITANO, primus omnium L. Livius poëta fabulas docere Romae coepit.* Cur vero hos poëtas junxerit Fulgentius, non excogito, *Ovidius* tamen substituere non audeo. Lucanum vero praeter Pharsaliae opus, complures scripsisse fabulas patet e Lucani vita ex antiquissimo Commentario excerpta, quam suae editioni praeposuit Cl. Oudendorpius. vide ibi notas.

6 ADMODUM CELEBERRIMI ] *Tò admodum* cum à MS. Leid. non agnoscatur, dicas delendum. Dixit tamen Arnob. Lib. II. adversus Gentes: *Potentiae gradibus satis plurimis ab imperatore disjunctum.* Et Curtius Lib. IV. *Perquam maximo exercitu coacto.* Chrysol. Sermon. 64. *Tam trux, tam funera,* (leg. funerea) *tam crudelissima mortis imago.* Anonymus Cosmogr. à Godofredo edit. cap. 54. Λίαν εὐδοξότατη. Cap. 58. Λίαν ἐπιφανεστάτη. Pariter Interpres vetus, *valde gloriosissima,* & *valde splendidissima.* Et Apul. de Herbar. Virt. cap. 13. *Valde optimum.* Ammianus lib. XXI. p. 360. ed. Boxh. *Admodum pauciſſimis visa.* Vet. Inter. I. Reg. cap. V. 11. *Gravissima valde manus Dei.* Victor de Persecut. lib. III. p. 663. *Ut acetum asperum nimisque acerrimum quereretur.* Plura vide apud Vossium in de Construct. cap. 17. Ad eundem modum σφόδρα ἐκδίκατος dixit Tzetzes in Lycophr. p. 20. ed. Steph. & frater ejus Johannes in Hesiod. pag. 41. ed. Heins. λίαν βαρύτατος. Λίαν ἄρτιος anonymus in eundem poëtam p. 269. Eugrius Presbyter in vitâ S. Antonii: *Rure erant trecenti jugeres & valde optimi, quos vicinis largitus est.* Chrysologus Serm. CXLI. *Certè ad thalamum sponsi nisi satis proximus, nisi satis intimus, nisi bonae conscientiae, nisi laudabilis famae, nisi probabilis vitae nullus admittitur. Satis* pro *valde* positum est, ut à Festi mutilatore: *Cingulos,* inquit, *appellabant homines, qui in his locis, ubi cingi solet, satis sunt tenues.* Et in CIMMERII: *In quo convallis satis eminenti jugo circumdata est.* Cyprian. lib. III. epist. 66. *Quae res nos satis movit* &c. Salvianus epist. I. *Quanquam ii, qui satis diligunt, nimi cito offendantur.* Et lib. IV. de Gub. Dei: *Non satis à nobis accusandi sunt, qui divino sermone excusantur.* Adde his, quae congessit Savaro ad Sidon. lib. IX. ep. 13. MUNCK. Eodem modo τὸ *magis* saepe in comparativis abundat. v. Interpr. ad Justin. III. 2, 7. Cl. Oudendorp. ad Hirtium de B. Africano cap. 48. p. 894. B. *penitus crudelior* dixit Propert. lib. I. El. XVI. vs. 17. ubi vid. Passerat. superlativis *tam* addi docet Oudendorp. ad J. Caesar. l. III. cap. 2. §. 3. de B. Gall. & hujusmodi plura adduci possent.

7 THEOCRITUS ] Censet Vossius lib. IV. Hist. Graec. cap. 8. eum hunc esse Theocritum, qui teste Suida, epistolas admirabiles & historiam Libycam scripserit. MUNCK. De hoc Theocrito haec narrat Plutarch. lib. II. Sympos. T. II. p. 633. Καὶ ὁ Ἀντίγονος αὐτὸς μὲν ἑαυτὸν εἰς τὸ ὀφθαλμὸν ἔσκωπτε; καί ποτε λαβὼν ἄξιόμα μεγάλοις γέλω-

ſtoriographus refert [1] Phorcum fuiſſe regem, qui tres filias locupletes dereliquit. Quarum Meduſa major, quae fuerat locuples, regnumque colendo [2] fructificandoque ampliaverat: unde & [3] Gorgon dicta eſt, quaſi georgon: nam γεωργοὶ Graece agricultores dicuntur. [4] Serpentino vero capite ideo dicta eſt, quod aſtutior fuerit. [5] Cujus regnum optimum Perſeus invadens, [6] ipſam quidem interemit. Ideo [7] volaticus dicitur, quod navibus venerit. cujus capite, id eſt, ſubſtantia ablata, ditior factus, non parva regna obtinuit. [8] Denique & Atlantis regnum invadens, quaſi per Gorgonis caput, id eſt per ſubſtantiam ejus, eum in montem fugere compulit. Unde in montem converſus dicitur eſſe. Tamen quid hac, ſibi tam ſubtili ſub imma-

χεάμματι γιγεαμμένον, ΤΑΥΤΙ' ΜΕ'Ν (ἴφη) ΚΑΙ' ΤΙΦΛΩ̃ ΔΙΗ̃ΛΑ. ΘΕΟ'ΚΡΙΤΟΝ δὲ ΤΟ'Ν ΧΙ̃ΟΝ ἀπίδειπεν, ὅτι, φύσαως τινὸς, εἰς τὰς ὀφθαλμὰς αὐ̃ & βασιλέως παρεγένετο, σαθρὰς, Ἀπ' ἐμοὶ (εἶπεν) ἀδύνατα φαίνεται τὰ τ' σωτηρίας.

1 PHORCUM FUISSE REGEM] Vide Varron. apud Servium ad AEn. v. vers. 824. & Palaeph. cap. 32. MUNCK.

2 FRUCTIFICANDOQUE] H. e. foecundando. Infr. cap. 8. *In fructificandis enim germinibus dupla aëri, quam igni debetur portio.* Willeramus Paraphr. Cant. Salom. *Cordibus in noſtris velut hortis fructificandis Tranſplantare cupis.* Caeterum à Leid. Cod. abeſt τὸ que. Quod ſi probas, *fructificare* heic erit fructum edere ſive ferre. Et ſane eo ſignificatu accepit hoc verbum Voſſius IV. de Vit. Serm. cap. 8. Exempla vellem protuliſſet. Siracides cap. XI. Ἐν ὥρᾳ ταχινῇ ἀναβλάστησις εὐλογίαν αὐτῆ̃. Interpres vetus: *In honore brevi fructificat proceſſus illius.* Et cap. XXIV. 23. *Fructificavi ſuavitatem odoris.* Nimirum *fructificare* eſt καρποφορεῖν Graecorum Marc. Euang. cap. IV. 28. Αὐτομάτη γὰ̃ ἡ γῆ καρποφορεῖ πρῶτον χόρτον &c. Interpres Vulg. *Ultro enim terra fructificat* &c. Epiſt. ad Rom. VII. 4. Ἵνα καρποφορήσωμεν τῷ Θεῷ, *ut fructificemus Deo.* Chryſologus Serm. VIII. *In coeleſtem meſſem totam jejunii facit fructificare virtutem.* Junilius de Part. Leg. Div. *Sed curarum negotiorumque ſpinae impediunt, ne quid agro dominico fructificemus.* Idem Comment. in Geneſ. cap. I. *Utpote quae ſine harum ſucco non ſolum fructificare, ſed & nec ipſa conſiſtere poſſit.* Ubi male quidam particulam *non* inferendam cenſet, cum intelligenda ſit. Salvian. epiſtol. ad Salonium: *Non modo ea, quae admiſerunt in exomologeſi ac ſatisfactione, ſed ne hoc quidem, quod facillimum eſt, donis ſaltem miſericordiae redimere dignantur.* Seneca de Provid. cap. 3. *Et revocatus non tantum retro ceſſit, ſed longius fugit.* Heic pariter *non modo* & *non tantum* pro *non modo non* & *non tantum non* uſurpari vides. Adde his, quae in Juſtiniano indice corraſit Freinshemius. MUNCK.

3 GORGON DICTA EST, QUASI GEORGON] Reſpexit Fulgentium Bocacius in de Claris Mulieribus cap. 20. *Praeterea nonnulli eam agricolationis fuiſſe peritiſſimam aſſerunt; eamque inde Gorgonis conſecutam cognomen.* MUNCK.

4 SERPENTINO CAPITE] Quia nempe *anguicoma* fuit, ut eſt apud Stat. I. Theb. vers. 594. Ovid. in hac fabulâ lib. IV. Met. vers. 741. *Anguiferumque caput duro ne laedat arend.* Servius AEn. VI. 289. *Meduſa erecta favore Neptuni, auſa eſt crines ſuos Minervae capillis praeferre: quâ re indignata Dea, crines, quibus amatori maximè placuerat, in ſerpentes vertit.* In verſiculis, quos ibidem ab emendatoribus Virgilio ablatos ait, legendum *mentoque ſub imo.* Malè *meritoque* ediderunt. MUNCK. Trium ſororum capita ſerpentibus cincta erant. Pindarus O. Pyth. XII. 15. Τὸν παρθενίοις ὑπὸ τ' ἀκλαύτοις ἐφίων κεφαλαῖς. Αἳ λασίοιμοι. Vide ibi Schol. De Meduſae capite Propert. II. 11, 60.

*Aut quum Dulichias Pallas ſpatiatur ad aras.*
*Gorgonis anguiferae pectus operta comis.*

5 CUJUS REGNUM OPTIMUM PERSEUS INVADENS, &c. An potius *regnum opimum.* WOPKENS.

6 IPSAM QUIDEM INTEREMIT] Nam Meduſa ex Gorgonis ſola erat mortalis. Vide Apollod. lib. II. cap. 2. MUNCK.

7 VOLATICUS] Talaria enim & κίβισις à Graecis acceperat. Κίβισιν *peram* interpretatur Apollodorus. Et recte quidem. Puto eandem vocem reſtituendam Feſto. *Cibus*, inquit, *appellatur*

magine ornatrix Graecia ſentire voluerit, edicamus. Gorgonas dici voluerunt tres, id eſt tria terroris genera. Primus quippe terror eſt, qui mentem debilitat: ſecundus, qui profundo quodam terrore mentem ſpargit: tertius, qui non ſolum [9] mentis intentum, verum etiam caliginem ingerit viſus. unde & nomina tres Gorgones adcepere: prima Sthéno. σθενὼ enim Graece debilitas dicitur, unde & ἀσθένειαν infirmitatem dicimus. ſecunda Eurvale, id eſt, lata profunditas, unde & Homerus [10] πόλιν εὐρυάγυιαν, id eſt, Trojam latas vias habentem. [11] Itaque Meduſam, quaſi μὴ ἰδοῦσαν, quod videre non poſſit. Hos ergo terrores Perſeus, adjuvante Minerva, id eſt, virtus [12] adjuvante ſapientia, interfecit. Ideo

[1] aver-

latur ex Graeco, quod illi peram, in quâ cibum recondunt, κίβδηλον appellant. MS. Leid. cibis appellant. Lego, κίβισιν. Sententiam Fulgentii ſequitur Schol. Stat. ad Theb. I vers. 544. quem videre erit operae pretium. Heſych. Κίβισις, πήρα. Κύβεσις. Κύβισις, ἡ κίβισις πήρα. Leg. ἡ κίβισις, πήρα. MUNCK.

8 DENIQUE ET ATLANTIS &c.] Supplet ex Vet. Cod. Modius: *Denique pugnando cum Meduſa & vincendo animoſior factus, etiam Atlantis* &c. MUNCK.

9 MENTIS INTENTUM] Quid eſt *intentus*? Gloſſ. Cod. Leid. *id eſt, intentionem.* Intentus autem ſive intentio eſt ἴντασις, cum ſententia poſtulet ἴκτασιν. Praeferenda altera lectio, quam in margine exhibet Locherus, *mentis intuitum turbat.* Deſignat enim Meduſam, quam dictam autumat quaſi μὴ ἰδοῦσαν. MUNCK.

10 ΠΟΛΙΝ ΕΥΡΥΑΓΥΙΑΝ] Lego Τροίλον εὐρυάγυιαν. Θρόλον enim praefert MS. Leid. Dices non hoc, ſed alterum dixiſſe Homerum, ut Iliad. B. 66. ἴλιος πόλιν εὐρυάγυιαν. Memoria impoſuit Fulgentio, ut ſaepiſſime in libello de Priſco Sermone. Vertit ipſe *Trojam.* ergo Τρόλλον, non πόλιν ſcripſit. Talis lapſus eſt Iſidori lib. XI. *Unde & Horatius ait: Laudatur primo prole puerpera nato* Atqui non illud Horatius, ſed hoc ait: *Laudantur ſimili prole puerperae.* Verum neceſſe haud eſt illuc confugere. Etiam Τρόλλον εὐρυάγυιαν invenies libri modo laudati vers. 141. MUNCK.

11 ITAQUE MEDUSAM] Ita quidem & 6. edd. Sed MS. Leid. *Meduſa.* Lego ergo: *Itaque Meduſa, quaſi μὴ ἰδοῦσα.* Quamquam ut caeterae, ita & haec ſtulta eſt etymologia. Meduſa eſt μήδουσα, ut Κρέουσα Creuſa. Pro *videri* malim *videre.* Nec aliter, ſi quid video, ſcripſerat Fulgentius. MUNCK.

12 ADJUVANTE SAPIENTIA] Tzetzes in Heſiod. Ἔργ. Τὸ Ἀθηνᾶ σημαίνει γνῶσιν βασιλικὴν, ἢ πανχυμιρὴν εἶπε, καὶ τὴν φρόνησιν. Schol. Hom. Iliad. Υ. vers. 74. Ἀθηνᾶ δὲ ἐστι φρόνησις, Ἄρης δὲ ἀφροσύνη. Euſtath. in Hom. p. 19. edit. Baſ. Ἀθηνᾶ ἡ τῆ βασιλέων φρόνησις. Artemidorus de Somn. lib. II. cap. 34. Περὶ Ἀθηνᾶς. Ἀγαθὴ δὲ καὶ φιλοσόφοις. Φρόνησις γὰρ εἶναι τὶς μισεῖ ἡ θεός. Feſtus: *Minerva dicta, quod bene moneat. Hanc enim Pagani pro ſapientiâ ponebant.* Sic & Moſchopulus ad Heſiod. pag 27. & quis non veterum? Hinc ergo Ἀθηνᾶ dictam ajunt magiſtri παρὰ τὸ τὰ πάντα ἀθρεῖν καὶ βλέπειν, καὶ ὅτι πάντων νοεῖ. Vide Heraclid. Pont. Alleg. Hom. pag. 113. ed. Geſn. Apulej. in de Deo Socrat. Schol. Stat. ad II. Theb. vers. 715. MUNCK. Varie explicant hanc fabulam. Inter antiquos Pauſanias lib. II. cap. 21. pag. 159. ſive Procles Eucratis filius apud eumdem dicit. Λιβύης ἡ ἔρημος καὶ ἄλλα παρίχεται θηρία ἀκάκους ἐς ἀνθρώπους, πλὴν ἄνδρες σατᾶλοι ἄγριοι, καὶ ἄγρια γίγνονται γυναῖκες. ὀλίγοι τε ὁ Περσεὺς ἀπ' αὐτῶν ἄνδρα ἰδεῖν κομιδῇ λέγεται ἐς Ῥώμην. ἔσχεν δὲ πλανηθεῖσαν γυναῖκα καὶ τέκνα, καὶ ἀφικομένη ἐπὶ τὴν λίμνην τὴν Τριτωνίδα λυσαμένη τὰς ἀσπίδας, ἐς ὃ Περσεὺς ἀπικήσεται αὐτὴν. Ἀθηνᾶν δὲ οἱ συνεπιλαβέσθαι δοκεῖν ἔργῳ, ὅτι οἱ περὶ τὴν λίμνην τὴν Τριτωνίδα ἀνθρωποι ταύτης εἰσὶν ἱερεῖς. Alias aliorum opiniones diſces ex iis, quos laudavi ad Hygini fab. LXIV. in fin. Aliam iterum dat Tzetzes ad Lycophron. vs. 17. pag. 4. Περσεὺς ὁ ἥλιος ἐστὶ, καὶ ἡ ὀξυκίνητος καὶ ἀοράτου κίνησις. Ἀθηνᾶ δὲ ὁ ἀὴρ καὶ ἡ ἀναθυμίασις ἡ κινοῦσα τὴν ἀοράτου. ἐξ ἀναθυμιάσεων γὰρ κινοῦνται καλῶς τινες. Περσεὺς δὲ λέγεται παρὰ τὸ πιέσασθαι σθένει καὶ ὁρμῇ. τῶτε ἡ αἰγὶς ἀναθυμίασις αὐτὴ πιέσασα ἐπὶ τὰς Γοργόνας, ἤτοι τὴν θάλασσαν καὶ τὸ σύστημα τῆ ὑγρᾶς, Γοργόνα λεγομένην ἀφ' τὴν τάσιν καὶ ἐκπληξιν Γοργὼ γὰρ τὸ καταπληκτικόν. πίπτει δὲ τῶτο, ἀπὸλιθοῦται τὴν Μέδουσαν, τὴν λιθοποιητικὴν ὑσίαν, ὡς ἐξισαμένην αὐτῆ, καὶ γὰρ ἡ πᾶσα θάλασσα ἀπολιθὸς ἐστι. τὸ δὲ λιθοῦσθαι ὑπὸ

[1] averſus volat, quod virtus terrorem numquam adſpicit. [2] Speculum etiam ferre dicitur, quod omnis terror non ſolum in corde, ſed etiam in figura tranſeat. De ſanguine ejus naſci fertur Pegaſus, [3] in figuram famae conſtitutus. Virtus enim, dum terrorem amputaverit, famam generat: unde & volare dicitur, quia fama eſt volucris. unde Tiberianus: *Pegaſus hinniens tranſvolat aethram.* Ideo & Muſis fontem ungula ſua rupiſſe fertur, quod Muſae ad deſcribendum famam heroum, aut ſequantur priorum, aut indicent antiquorum.

## XXVII. [4] *De Admeto & Alceſte.*

SICUT nihil benigna ſuperius conjuge, ita nihil infeſta crudelius mulie-

αὐτῆς ὡς ἀίεσθαι μεταβάλλει. ὁ γοῦν Περσεὺς ὁ ἥλιος ὕστερον καλύμβῳ, κυπέλλῳ τῇ ἀσπίδι φορᾷ τὴν κεφαλὴν Σόλινον, (quae & Σόλυσσα vocatur. v. Schol. Pind. O. Pyth. XII. 18.) καὶ τὴν Εὐρυάλην, ὅτι τὸ δυσκόλως, καὶ καθ' μάλα πάλαγος ἡ θαλάσσης ἐλίττεσθαι ἐκ ἀναιρεῖ, ἀγῶν ὁ ὑπατρέπεται, ἀθ' ἀναιρᾶται, ὡς ἀθάνατον, καὶ μὴ μεταπτασσῆναι δυνάμενον. τὸν δὲ Μίδαν μόνῳ ὡς θνητὸν ἀναιρεῖ, πλήττων τῷ ξίφει. ὅτι τὸ βασιλικώτατον καὶ λιπόν, τῇ ἰδίᾳ κτήσει μᾶλλον καὶ ἀναῶται. &c. If. Voſſius ad P. Melam lib. III. cap. IX. l. 30. haec adnotat. *Mirum quoque quid ipſi mentis fuerit, cum Solinum reprehendit,* (nempe Salmaſius) *quod Hannonem* (de quo v. & Perizon. ad AElian. lib. XIV. cap. 30.) *Xenophonte Lampſaceno fecerit antiquiorem, quaſi vero ante Hannonem alter iſte haec loca adiiſſet. Non tantum Lampſaceno iſtoc, ſed & ipſo Homero & Heſiodo antiquius eſt monumentum illud Hannonis. Unde enim potuit promanaſſe fabella de tribus Gorgonibus, niſi ex iſtis tribus Hannonis Gorgidibus? Vide locum Hannonis & confer cum iis, quae Poëtae canunt, & fatebere hoc ſolo fundamento totam iſtam niti fabellam. Ne nomen quidem ducis Poeni abeſt; ſed fluvio attributum. Annonem enim vocant Palaepbatus, aliique Mythologi fluvium Gorgonum inſulae vicinum.* De Hannone locus eſt in Solino cap. LVI. *Prodidit denique Xenophon Lampſacenus Hannonem Poenorum regem in eas* (Gorgadas) *permeaviſſe, repertaſque ibi foeminas aliti pernicitate, atque ex omnibus, quae apparuerant, duas captas tam birto, atque aſpero corpore, ut ad argumentum ſpectandae rei duarum cutes miraculi gratia inter donaria Junonis ſuſpenderit: quae duravere uſque in tempora exciſii Carthaginenſis.* Salmaſius in Exercit. Plin. ad Solinum pag. 915. vero nihil definit, ſcribens, *An ex hac nominum ſimilitudine, has Gorgadum inſulas, id eſt, pernicum foeminarum eaſdem fuiſſe, quas olim a Gorgonibus habitatas finxit vetuſtas, interpretati ſunt? Sed in talibus nihil affirmare longe tutiſſimum.* Ceterum Munckeri verbis ὦδε ἡ Ἀλυσὰς adde Athenaei lib. XV. cap. X. p. 687. (Σοφοκλῆς) τὴν ὑ Ἀλυσὰν, φοίτησιν ἔσαν καὶ τῶν Ἴτι δ' ἀριστὴν, ἱλαρὰν χαμαίζωτ, καὶ γυμναζομένην (παρέγει).

1 AVERSUS VOLAT] H. e. facie averſa, ἀποστροφαῖος, ut loquuntur οἱ ὁ Geneſ. IX. 23. Servius: *Averſus accedens id amputavit.* MUNCK.

2 SPECULUM ETIAM FERRE DICITUR] AEreum clypeum innuit, in quo Meduſae imaginem videbat. Vide Apollod. lib. II. p. 74. MUNCK.

3 IN FIGURAM FAMAE] *In figurâ* MS. Leid. & mox, *unde & Tiberianus* cum B. A. H. & L MUNCK.

## Ad CAP. XXVII.

4 DE ADMETO] MS. Leid. *Fabula Admeti & Alceſtae.* Rectè. *Alceſtam* enim vocat, quae *Alceſtis* eſt aliis, ut mox; *In conjugio Alceſtam deſiderat: Alceſte* eſt etiam Sidonio Carm. XI. vers. 67. MUNCK.

5 QUANTO ENIM SAPIENS &c.] Subaudi *magis.* Iſidorus de Praelatis: *Tantoque ſarcinis peccatorum gravatus, quanto bonis operibus alienus.* Pſeudo-Cypr. Expoſ. Symb. *Tanto nobis occulta videntur, quanto & aſpectu corporeo inviſibilia.* Tertull. de Teſtim. Anim. cap. 5. *Quanto vera, tanto ſimplicia.* De Cult. Foem. cap. 12. *Quanto blaſphemabile eſt* &c. Iſidor. Orig. XIV. 8. *Tanto ſublimis* &c. Uſitatiſſimum Graecis hoc loquendi genus. Gregor. Cyprius in Matis Encomio: Ὅσῳ

muliere. [5] Quanto enim ſapiens pro viri ſui ſalute ſuam obponit animam [6] pigneri: tanto maligna ad mariti mortem etiam ſuam vitam reputat nihili. Ergo conjunx, quantum jure conjunctior, tantum eſt aut morum dulcedine mellea, aut felle malitiae [7] toxica: eſt quippe aut perpetuale refugium, aut perenne tormentum. Admetus rex Graeciae Alceſten in conjugio petiit: cujus pater edictum propoſuerat, ut ſi quis duas feras ſibi diſpares ſuo currui jungeret, ipſe illam in conjugio adcepiſſet. Is igitur Admetus [8] Apollinem atque Herculem petiit, qui ei ad currum leonem & aprum junxerunt. Itaque Alceſten in conjugio adcepit. Cumque in infirmitatem Admetus decidiſſet, & mori ſe comperiſſet, Apollinem deprecatus eſt. Ille vero dixit, ſe ei [9] aliquid [10] non poſſe praeſtare, niſi ſi quis ſe de ejus pro-

Ὅσῳ ταῦτα τῆς σύνευχάνειν ἰσχυρὰς &c. Baſilius Seleuc. Homil. I. in Noach. p. 43. Ὅσῳ τὸ πάθος ἰσχυρὸν, τοσούτῳ σὺ μείζονας φέρε τὰς φάρμακον. Theoph. in Matth. cap. XIV. Ὅσῳ καλὴς ἐχθῆται, τοσούτῳ κακῆς. MUNCK.

6 PIGNERI] *Pignori* 6. edd. Sed pro Commel. ſtat MS. Leid. Non ſatis memores fuere, qui poſterioris aetatis ſcriptores publicavere, archaiſmos affectare eos, in primis autem Afros. Capella lib. II. *Pigneriſque culmine provecta ſuperveni.* Ita habet MS. Leid. non *pignoris*, quemadmodum eſt editum. MUNCK. Conſule Cl. Oudendorp. ad J. Caeſar. lib. I. de B. Civ. cap. 39. p. 565.

7 TOXICA] H. e. Venenata. Sed rectius forſan *toxicata*. Certè *toxicare* verbum eſſet non indignum Fulgentio. Salutaris in diſtichis: *Toxicat atque necat.* Lutatius, ſive Lactantius eſt, in argumento Hercul. OEt. Senecae: *Quem Hercules vulneraverat ſagittis toxicatis.* Leg. Sal. 10. *Cum ſagitta toxicata cum percutere voluerit.* Victor in de Perſec. Vandal. lib. III. *Veneno toxicato transverſo.* Pſeudo-Cypr. de ſingularitate Cleric. *Viſcus toxicatum.* Fors ſuat tamen, ut *noxia* ſcripſerit. Apulej. Lib. v. Mileſ. *Lucerna illa, ſive perfidiâ peſſima ſive invidiâ noxia.* Certè *toxica* nuſquam niſi ſubſtantivè poſitum legere memini. MUNCK.

8 APOLLINEM PETIIT] Graeciſſat oratio, ut lib. II. cap. 13. *Apollinem petiit, ut* &c. Minucius Octavio: *Ut Parthos ſigna repetamus.* Schol. Stat. ad I. Achill. vers. 65. *Matronas petiit, ut frumenta ferenda corrumperent.* Si audimus veterem interpretem, nec Horatius hoc Graeciſmo abſtinuit. Legas enim in Carm. Saec. vers. 49. *Quaeque vos bobus veneratur albis* &c. quae apud ipſum vide. Apul. Metam. p. 189. ed. Pric. *Eum deprecatur auxilium.* Vetus interpres Deuteron. cap. XV. vers. 3. *A peregrino & advena exiges: civem & propinquum repetendi non habebis poteſtatem.* Caecilius: *Exigor porterium.* Chryſol. Sermon. LXVII. *Quid petentibus ſe non dabit?* Vetus Interp. Luc. XI. 11. *Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi?* Victor. Epiſcop. lib. II. *Suggeſſimus ut à ſuis rex peteretur* &c. Mox pro *qui ei* habet *& ei* MS. Leid. cum. A. H. & I. MUNCK. In Apollinis Amyclaei throno conſpicitur Admetus, ipſe ζάλκινον κατὰ τὸ ἄγαλμα κάθηται καὶ λίθινα. Vid. Pauſan. lib. III. cap. 18. pag. 257. De phraſi haec habeto. Romanos priſcos ita fuiſſe locutos, patet e Dolabellae epiſtola ad Ciceron. lib. IX. ad Fam. Ep. 9. *Illud autem te peto, ut &c.* Imo in Ciceronis oratione pro Ligario cap. XII. ſcribitur in codice, quem integerrimi Luchtmanni beneficio ante aliquot annos ego & Cl. Joan. Arntzenius cum Editis contulimus, *nunc te ſupplex fratris ſalutem petit.* Deinde, Tacitus, Vellejus Paterculus, Plinius, Phaedrus, imo Livius ita loqui non dubitarunt. Conſule quae & quos laudat Celeb. P. Burm. ad Ovid. VII. M. 296. Ut igitur Midas de Muſica, ac Panidas de Poëſi, ita Heumannus ad Eutropii Hiſt. Rom. Breviar. lib. II. cap. 24. de hac locutione judicavit, *Regulum*, (haec ſunt Eutropii verba) *ducem, quem ceperant, petierunt, ut Romam proficiſceretur*, vocans inſolentem dictionem, non niſi Auguſtini & Eutropii aevo uſitatam. Munckerum & hic dormitaſſe diceres.

9 ALIQUID] Scriverius & Tollius, *aliud.* Non accedo. MUNCK.

10 NON POSSE] Ita & MS. Leid. A. autem B. H. & I. *non noſſe.* M. & L. *ſe ei nolle.* Pro Commel. & Leid. Codice ſtat Albricus cap. 20. *Apollinis miſerationem invocavit. Cui ſic reſpondit,*

propinquis ad mortem pro eo voluntarie obtuliſſet. quod uxor fecit. Itaque Hercules dum ad tricerberum canem abſtrahendum deſcenderet, etiam ipſam de inferis levat. Admetum poſuere in modum mentis, ideo Admetus nuncupatus eſt, quasi quem adire poterit metus. Hic itaque in conjugio Alceſtam deſiderat: ἀλκὴ enim [1] Graece praeſumptio dicitur.

*nil in hoc ei poſſe praeſtare, niſi aliquis de propinquis ejus* &c. MUNCK.

1 GRAECE PRAESUMPTIO DICITUR] H. e. fiducia. Infr. lib. II. cap. 5. Ἀλκὴ *enim Graecè praeſumptio interpretatur.* Cyprianus, ſive alius eſt auctor Expoſ. Symb. *Obedientiae magis reverentiâ, quam ingenii praeſumptione tentabimus.* Cpponitur timori. Tertull. de cultu Foem. cap. 2. *Timor fundamentum ſalutis eſt: praeſumptio impedimentum timoris.* Hinc *praeſumptores* audaces & confidentes in libello de Singularitate Clericorum, qui Cypriano attribuitur. Sanè *praeſumptionem* pro arrogantiâ ponit Claud. Mamertus de Stat. Anim. lib. I. cap. 9. *Praeſumere* eſt arrogantium. Caſſian. Collat. 21. *Quemadmodum docere praeſumam.* Auguſtin. Med. 3. *Reverberant audaciam praeſumentium animorum. Praeſumpſiſſe*, confidenter, apud Schol. Horat. ad lib. III. Od. 27. MUNCK. V. Interpr. ad Juſtini. lib. 21. cap. 5. Sed ad rem. Licet Fulgentius ſaepe ſuam Graecae Linguae inperitiam indicet, & inde in propriorum nominum etymologiam ſtulte inquirat, hic tamen haud procul a ſcopo aberraſſe mihi videtur; nam, ſi aut ſtatuamus, hujuſmodi faeminam revera exſtitiſſe, aut numquam in rerum natura fuiſſe credamus, fictum eſſe Alceſtidis nomen, docere nos videtur Palaephatus: docebunt etiam Graecorum mores. Pleraque Graecorum nomina ſignificare ſolebant id, quod proprium fuerat his, qui primi iiſdem fuerunt inſigniti, aut memoriam ſortis, quae ipſis infantibus recens natis, aut eorum parentibus obtigerat. Res exemplis fiet clarior. Melampum dicit Derichidas κλητέαν, ἀφ' τὸ τιτώσκειν τὴν μητέρα αὐτὸν εἰς σύνδενδρον τόπον, τὰς δ' πόδας μιλαπίνας τῷ ἰλὺϊ ἀσκάλας εἶναι. v. Schol. Apoll. Rh. I. 118. Quod inprimis locum habet in expoſitis infantibus. Hygin. fab. 66. *Eumque, quod pedes trajectos haberet, OEdipum nominaverunt.* Sic Telephum expoſitum tollentes paſtores hoc nomine adpellarunt, quod cerva ſuo lacte eum in monte nutriverat. v. Columna ad Ennii fragm. ex Telepho p. 269. Miletus Apollinis & Areae Cleochi filiae filius dictus eſt, ὅτι ἐκτράφη ὑπὸ τῶν μητρὸς ἐν μίλακι juxta Schol. Apoll. Rh. I. 186. Archander Achaei filius ΜΑΤΑΝΑΣΤΗΝ τῷ παιδὶ ὄνομα ἦλθεν, juxta Pauſan. lib. VII. cap. 1. pag. 522. poſtquam e Phthiotide profugus Argos commigraverat, ibique e Danai filia Scaea hunc filium ſuſceperat. Cap. 7. pag. 532. (Jon Tragaediarum ſcriptor tradit) Περσεὺς εἰς τὴν γῆν ἔρημον ἐλθὼν ἀσκιάδος, ᾗ νύμφη τις ἐνταῦθα συγγενὴς, ᾗ ὑπὸ τῆς ἀδίνας ἡ νύμφης χίονα ἐξ ἀφανοῦς πεσεῖν εἰς τὴν γῆν, ᾗ ἀπὸ τούτου Περσεὺς τῷ παιδὶ ὄνομα θεῖναι Σκάφον. Perſeus, Gorgone Meduſa interfecta, procreavit filiam, cui nomen *Gorgophonae* ab hac caede fuit inditum, teſte Pauſania lib. II. cap. 21. pag. 159. Quomodo certe & Θυεστιάδαι & Θυεστίνη Dexameni in Oleno regnantis filiae adpellatae fuerint apud Pauſan. l. v. c. 3. p. 380. Hercules duos filios Hyllos adpellavit, quia fluvii Hylli aqua ſanatus erat. ut docui in Obſ. Miſcell. Vol. X. Tom. III. p. 386. & Θεμίμαχον filium ex Megara Creontis filia ſine dubio ob monſtra virtute domita. de quo Therimacho Apollodor. II. XIV. §. 11. Apud Romanos Graecorum imitatione *Egerius*, cujus avus Lucumo e Corintho erat oriundus, fuit adpellatus ab inopia, quippe infans poſt avi, qui inmemor nepotis in teſtando deceſſerat, mortem in nullam bonorum ſortem natus, ut ait Livius lib. I. cap. 34. *Silvius* Aſcanii filius adpellatus fuit, quod caſu quodam in ſilvis eſſet natus. Vid. Fund. Liv. lib. I. cap. 9. *Cypſelo* Corinthi tyranno nomen inditum eſt, quia mater eum recens natum arcae, Corinthiis κυψέλη dictae incluſerat, ne Bacchiadae eum interficerent. vide Pauſan. lib. V. cap. 17. p. 420. Praeterea & alia erant nomina, quae non decimo, ut Graeci, aut octavo puellis, nono pueris, ut Romanis ſolebant teſte Plutarcho. Quaeſt. Rom. Tom. II. p. 288. a natali die inponebantur infantibus, ſed quae potius cognomina dicenda eſſent, quippe adoleſcentibus jam dudum nomen a patre adeptis propter quamdam corporis proprietates, aut animi dotes addita. De quibus vide Appianum Alexandrinum, quem citat G. Cuperus in Harpocrate pag. 177. Qualia cognomina inprimis propria fuere Alexandrinis, quod Apollonii Alexandrini, qui cognominabatur *Rhantis*, exemplo docet Pauſanias lib. V. cap. 21. pag. 433. Haec deinde vera nomina penitus occultarunt. Hujus rei luculentum teſtimonium eſt nomen Platonis. Servius ad VI. AEn. 668.

*Plat:*

tur. unde & Homerus ait, ἀλλ' οὐκ ἔστι βίη φρεσὶν, οὐδέ τις ἀλκή, hoc eſt, non eſt aliqua virtus in mentibus, neque aliqua praeſumptio. Ergo mens praeſumptionem ſperans [2] ſibi conjungi, duas feras ſuo currui ſubjungat, id eſt ſuae vitae duas virtutes adſciſcat, animi & corporis. [3] leonem, ut virtutem animi: aprum, ut virtutem corporis. [4] Denique

*Plato ab humerorum dictus eſt latitudine, quam Graeci* πλάτος *dicunt.* Haec addit Diogenes Laertius lib. III. §. 4. Ἐγυμνάσατο δὲ παρὰ Ἀρίστωνι τῷ Ἀργείῳ, παλαιστῇ, ἀφ' οὗ καὶ Πλάτων ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν ἰσχίαν μετωνομάσθη, πρότερον Ἀριστοκλῆς ἀπὸ τοῦ πάππου καλούμενος ὄνομα, καθά φησιν Ἀλέξανδρος ὁ Λιγώνιος, ubi plura loca idem teſtantia adducit Menagius. Sic Hercules ab Oraculo nomen poſtea adeptus, a parentibus ipſis prius *Alcaeus* fuerat adpellatus. v. Perizon. ad AElian. II. V. H. 32. *Chloris* Amphionis & Niobes filia dicta eſt, a pallido colore, quum a parentibus *Meliboea* fuiſſet adpellata. rem latius narrat Pauſanias lib. II. cap. 21. pag. 160. Audiamus etiam Plutarchum de Pyth. Oracul. Tom. II. pag. 401. quem jam citavi, ſed non deſcripſi ad Hygini fab. 192. pag. 321. verba noſtra maxime inluſtrantem Εἶτα ἐκεῖ Φρύνης (ἦν δὲ) τῶν ἐν ἑταιρήσει τοῦ Κεφισοῦ Ναΐς (εἶναι δ' Σταγειρίτης) Μνησαρίτη γὰρ ἐκαλεῖτο, τὴν δὲ Φρύνην ἐπίκλησιν ἔχειν ἀφ' ὧν ἀφεστῶτα. Πολλὰ δὲ, ὡς ἔοικε, τῶν ὀνομάτων ἀπεκρύπτοντο διὰ παρρησίαν. Τὸν γὰρ Ἀλκιβιάδην μητέρα Πολυξένην, οὐ Μυρτάλην, Ὀλυμπιάδα τε καὶ Σταφυλίνην καλοῦσι λέγουσι. Τὴν δὲ Κορινθίαν Εὐμηλὸν ἄγειν τὸν Κλεισθένους παιδότριβον εἰ πλεῖστοι καλοῦσιν. Ἡσθῆναι δὲ τὴν Ἐρυθραίαν μαντικὴν γυναῖκα, Σίβυλλαν προσαγορεύσαι. Τῶν δὲ γραμματικῶν ἀκούσαι καὶ τὴν Λήδαν Μνησιόνην, καὶ τὸν Ὁρέστην Ἀχαιὸν ὀνομάζοντας φασκόντων. Ubi pro Μνησιόνην cum Interprete & Spanhemio ad Callim. H. in Dian. vs. 232. lege Νίκωνα. Conſer, quae dixi ad cap. XIV. hujus libri. Eodem igitur modo Admeti uxor, ſive a poëtis, ut *Hippolytus* & alii, ſive ab iſtius aetatis hominibus, quos poëtae ſecuti ſunt, propter virtutem, & animi conſtantiam, generoſamque indolem viro dignam, Alceſtidos nomine inſigniri coepta eſt, quod cognomen verum hujus mulieris nomen ita occultavit, ut poſteros ſemper latuerit. Ab Homero Iliad. B. 717. vocatur Δῖα γυναικῶν Ἄλκηστις, Πελίαο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστη, ad nominis ſignificationem adludente. Audi & Palaephatum de Incredibilib. cap. 41. Λέγεται μῦθος παγκάλως. qua fabula explicata addit, ἴλεγον δ' οἱ ἄνθρωποι, ἀληθεία γὰρ Ἄλκηστις ἐκόσα ὑπεραπέθανεν Ἀδμήτου. Recte itaque derivat nomen Alceſtidis Fulgentius a Graeca voce ἀλκὴ, quae notat ἰσχὺν, καὶ δύναμιν teſte Suida, & Pindaro O. Nem. VII. 18. μεγάλαι ἀλκαὶ ſunt facinora egregia, & inſignes virtutes; qui O. Nem. III. 68. ait Οὐδέ μιν Πετεὼ φίλος ἀνδροδάμας Ἔπαυσεν ἀλκᾶς φρεσῶν. ubi Schol. hinc ἀλκάεις ponitur pro ἰσχυρός. v. Schol. Apoll. Rh. I. 71. & Suidas Ἀλκηείδας vocat Δύνατος, δυνατούς. Praeterea Alceſtis, quae maritum ab inſtanti nece liberavit, recte ideo ab hac voce hoc nomen adepta eſt, quia etiam pro auxilio ponitur. ab Homero Iliad. Θ. vs. 140. οὐκ Διὸς ἀλκὴ ἴσοιο. ubi Schol. ἀλκὴ, τῶν ἀλέξεις καὶ βοήθεια; unde ἀλκεῖν pro βοηθεῖν. audi Schol. Ap. Il. Rh. IV. 1614. Ἀλκὴν λέγεσιν κυρίως ἡ δι' λύσιν ἀρχὴ, ἀπὸ δὲ δι' αὐτῆς εἰς ἀλκὴν πρόσωθεν. —— Ἢ ἀπὸ δ' ἀλκεῖν, ὅ ἐστι βοηθεῖν. & ἀλκήεις Ἄρης notat depulſatorem malorum. v. Graev. Lect. Heſiod. cap. XIX. & Pindarus O. Pyth. III. 13. vocat AEſculapium ἀλκήεσσα νόσων. Caeterum in ſacris literis inluſtrium & ſingulari virtute praeſtantium virorum nomina haud diſſimili ratione fuiſſe mutata conſtat ex libro primo Moyſis, cap. XXXII. vs. 28. Καὶ εἶπεν αὐτῷ, Οὐ κληθήσεταί ἔτι τὸ ὄνομά σου Ἰακὼβ, ἀλλ' Ἰσραὴλ ἔσται τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐκραταίωσας μετὰ θεοῦ καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατὸς ἰσχύι. Eodem modo ὄνομα καινὸν promittitur νικῶντι a Deo Servatore per vatem vere divino numine adflatum Joannem in Apocalypſi cap. II. vs. 17.

2 SIBI CONJUNGI ] MS. Leid. *Sibi conjugi.* Perperam. Muta diſtinctionem, & ſcribe cum B. A. H. & l. *Ergo mens ſperans praeſumptionem ſibi conjungi, duas feras* &c. *Conjungi* poſitum eſt pro *conjunctum iri.* Quam locutionem multis illuſtravimus ad Hyg. cap. 41. MUNCK.

3 LEONEM, UT VIRTUTEM ANIMI ] Hinc feroces bellatores θυμολέοντας appellant poëtae: qua de re videndus Pier. Valerian. Hierogl. lib. I. MUNCK.

4 DENIQUE ET APOLLINEM ] Admetum ab Apolline fuiſſe adamatum finxit fabuloſa antiquitas; ſed fabulam explicat Plut in Numa p. 62. Ἀγνοοῦσι δ', ὅτι τὸ μιγνύμενον, ἢ μίγνυται, τὴν ἕξιν ἀλλαττόμενα κοινωνίαν. ὁ μὲν γὰρ Φιλίππου γε πρὸς Ὀλυμπιάδα εἶναι θεῶν, καὶ τὸ ἐπὶ ταύτῃ λεγόμενον ἴσμεν, καὶ φοβούμενοι εἰς ἐπιμιξίαν ἦλθε καὶ ἁρπῆς, πρίσας ἂν εἶπ. καὶ ὁ πλημμελῆσαι εἰ τὸ Φοῖβος καὶ τὸ Ἀπο-

que & Apollinem & Herculem ſibi propitiet, id eſt ſapientiam & virtutem. Ergo praeſumptio ſemet ipſam ad mortem pro anima objicit, ut Alceſte. Quam praeſumptionem quamvis in periculo mortis deficientem, virtus de inferis revocat, [1] ut Hercules fecit Alceſtam.

† Τάχιστα ἡ ΤΟΝ ΑΔΜΗΤΟΝ ἱμμάτις Ἀπολλωνος γεγονίναι μυθολογῦντις.

1 UT HERCULES FECIT ALCESTAM ] Poſtremum vocabulum nec 6. edd. nec MS. Leid. agnoſcit. Si retineri tamen placeat, reſcripſerim *in Alceſtâ*, vel *in Alceſtam*. Infr. III. 5. *Ut Berecyntbia in Attin fecit*. Quintil. Declam. II. *Minus in utroque fecerat, niſi perdidiſſet oculos*. Et V. *Quicquid inter vos in alterutro fecero*. Apicius lib. VI. cap. 5. *Idem facies in pſittaco*. Et, *ſimiliter in capone facies*. Senec. Thyeſt. 310. *In patre facient, quicquid in patruo doces*. Matth. cap. XVII. 11. Ἐποίησαν ἐν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν. *Fecerunt in eo*. Vulg. Interpr. Sirac. cap. XLVII. 3. *Et in urſis ſimiliter fecit ſicut in agnis*. MUNCK.

FA-

# FABII PLANCIADIS FULGENTII,

## Viri Clariſſimi,

# MYTHOLOGIARUM

## LIBER SECUNDUS.

STUDENS, mi Domine, tuo reverendo imperio, meam ſtultitiam velut [1] navifrago commiſi judicio, [2] bifida ambiguitate ſuſpenſus, utrumne lector quilibet laudet conſtructa, an deſtruat laborata. Sed quia nullatenus haec noſtrum aut nomen extollunt, aut crimen efficiunt, illo videlicet pacto, quod, ſi ab his lector melius ſapit, deum praeferat, qui potiora conceſſit. ſin vero ab his minus aliquid deſipit, ipſum praeferat, qui iſta contribuit. Ergo & haec non noſtra ſunt, ſed ejus donum: & quae ampliora eveniunt, non hominis, ſed divinum eſt largimentum. Sicut enim livoris nota eſt, ſilere, quod noveram: ita non crimen eſt, enarrare, quod ſenſeram. Ergo ſi his amplius ſapis, lauda mentem puriſſimam, quae quod habuit, non negavit: ſi haec ante neſcieras, habes arenam noſtri ſtudii, ubi tui exerceas [3] palaeſtram ingenii.

### I. *De judicio Paridis.*

PHILOSOPHI tripartitam humanitatis voluerunt eſſe vitam, ex quibus primam theoreticam, ſecundam practicam, tertiam [4] philargicam

Ad Prolog. Lib. II.

1 NAVIFRAGO JUDICIO] H. e. quo naufragium faciat. Gloſſ. *Periculoſo, incerto.* Ita *mare naufragum* dixit Horat. lib. 1. od. 16. *Naufrageſum pelagus* Sidon. lib. IV. ep. 12. MUNCK. Servius ad IV. AEn. 135. *naufragum mare* explicat *quod naufrages facit.*

2 BIFIDA AMBIGUITATE SUSPENSUS, &c.] Nonne ob raritatem vocis *biſida*, conjiciendum *diffida*? WOPKENS.

3 PALAESTRAM INGENII] Prolog. Lib. 1. *Sudore huic opus eſt palaeſtrantis ingenii.* MUNCK.

Ad CAP. I.

4 PHILARGICAM] *Apolauſticam* appellat Plutar-

cam volvere: quas nos Latine contemplativam, activam, voluptariam nuncupamus. ut etiam Prophera ait: [1] Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in [2] cathedra pestilentiae non sedit: id est non abiit, non stetit, non sedit. Prima igitur contemplativa est, quae ad sapientiam & ad veritatis inquisitionem pertinet, quam apud nos episcopi, sacerdotes, ac monachi; apud illos philosophi gessérunt. Quos nulla lucri cupiditas, nulla furoris insania, nullum livoris toxicum, nullus vapor libidinis: sed tantum indagandae veritatis contemplandaeque justitiae cura macerat. fama ornat, spes pascit. Secunda activa est, quae tantum vitae commodis [3] anxia, ornatus petax, [4] habendi insatiata, rapiendi cauta, servandi sollicita geritur. Plus enim quod habeat cupit, quam quod sapiat quaerit: nec considerat [5] quid expediat, ubi intercedit, quod

tarchus περὶ παιδ. ἀγ. cap. 8. Τελεῶν μὲν ὄντων βίων, ὧν ὁ μὲν ἐστι πρακτικὸς, ὁ δὲ θεωρητικὸς, ὁ δὲ ἀπολαυστικός. MUNCK.

1 Beatus vir &c.] Ita & vulgata versio. Expressum ad verbum ex Graeco: Μακάριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν. Ἐν ponere pro εἰς solenne est sacris scriptoribus. Ps 109 vers. 8. Ἐσκλήθη ὁσεὶ ἥλιος ἐν τοῖς ἐσχάτοις αὐτῶν. Joh. v. 4. Κατεβαίνει ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ. Tertull. de Spect. cap. 3. vertit: *Felix, qui non abiit in concilium impiorum, & in viâ peccatorum non stetit, & in cathedrâ pestium non sedit.* MUNCK.

2 Cathedra pestilentiae] Vere Hebraea phrasis pro cathedra pestifera, sive quae perniciem certam adfert, quem loquendi modum imitati sunt Graeci, ut χάρυβδις ἁρπαγῆς dixit Aristophanes in Equit. vs. 248. ubi Schol. χάρυβδιν δὲ ἁρπαγῆς dicit, ὡς πᾶν ὅλον ἁρπάζοντα. plura hujusmodi exempla dedi ad lib. I. prooem.

3 Anxia] Cur *anxiat* heic ediderit & legi velit Baptista Pius Annot. Poster. lib. III. 97. non videre me libens profiteor. Moneo tamen ita exhibere quoque Leid. cod. Gloss. *inhiat.* MUNCK.

4 Habendi insatiata] H. e. ἀπόρητος, insatiabilis. Lucretius Catal. Pith. Lib. I. *Votum insuperabile habendi.* Ovid. Met. I. *Amor scelerate habendi.* III Art. Am. 541. *Nec amor nos tangit habendi.* Marcellin. Lib. XVI. *Exarsisse cupidine plus habendi.* Lucan. Paneg. *Habendi saeva libido. Curam habendi* vocat Phaedrus lib. I. cap. I. *Ardorem habendi* Chrysol. Serm. VII. Hinc *habentia* pro divitiis ἀρχαϊκῶς. Claudius apud Non. cap. II. *Animas eorum habentia inflarat.* MUNCK. Ideo avaritiam comparat cum hydrope Horatius lib. II. Od. II. vs. 13.

*Crescit indulgens sibi dirus hydrops*
*Nec sitim pellit, nisi caussa morbi*
*Fugerit venis, & aquosus albo*
*Corpore languor.*

5 Quid expediat] *Quod* 6. edd. & MS. Leid. MUNCK. Impius & avarus Euaephnus dicebat olim Polychari apud Pausan. lib. IV. cap. 289 Ἐν ᾧ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει καὶ ἄλλων ἐόντων, ἐφ' οἷς βιαζόμεθα ἄδικοι γινέσθαι τὰ κέρδη μεγίστην ἀνάγκην ἔχει. Sallustius Cat. cap. X. n. 4. ait *avaritia fidem, probitatem, cetera*sque *artes bonas subvertit* ubi plura Cortius. Eleganter Petronius cap. XIV. canit.

*Quid faciant leges, ubi sola pecunia regnat.*

Videndi ad h. l. Interpretes.

6 Hanc enim vitam p. a. al. tyranni] Respicit brevem & infelicem multorum tyrannorum exitum, cujus multa passim exstant exempla. Videndi Pausanias lib. II. cap. 8. & de Aristotimo Eleorum tyranno, lib. V. c 5. p. 384. ut & de Aristodemo Cumano Plutarch. in de Mulierum Virtut. Tom. II. pag 253, 262 & in primis de Pythiae Orac. pag. 403. ubi plura lectori exhibentur.

7 Penes nos] *Penes suos* MS. Leid. MUNCK.

8 Mundus omnis] Homines, qui plus diligunt mundum, quam Deum. Haimo Homil. p. 45. *Sicut enim electi appellantur coelum, juxta quod Psalm. dicit: Coeli enarrant gloriam. Similiter & reprobi appellantur mundus, hoc est, appellantur*

quod rapiat. Denique ideo non perſtat ſtabile, quia non venit honeſte. [6] hanc enim vitam penes antiquos aliqui tyranni, [7] penes nos [8] mundus omnis gerit. Voluptaria vero vita eſt, quae libidini tantummodo obnoxia, nullum honeſtum reputat bonum: ſed ſolam vitae adpetens corruptelam, aut libidine mollitur, aut homicidiis cruentatur, aut rapina ſuccenditur, aut livoribus rancidatur. Sed hoc penes illos [9] Epicurei ac voluptarii; penes vero nos hujusmodi vita natura, non crimen eſt: & quia [10] bonum nemo gerit, nec naſci bonum licet. Id itaque conſiderantes poëtae, trium dearum ponunt certamina, id eſt, Minervam, Junonem & Venerem, de formae qualitate certantes. Ideo vero Jovem non poſſe his judicare dixere, ſive quod praefinitum mundi judicium ignorabant, [11] ſive quia in libertate arbitrii conſtitutum hominem crederent. [12] Quod itaque ſi velut deus Jupiter

*tur quod & ipſum eſt, in quo habitant.* Theophyl. in Matth. XVIII. cap. Κόσμος δὲ νῦν τὰς κάτω ἀνθρώπους καὶ χαμαιρπεῖς. Iſidorus de Natura Rer. cap. 9. *Licet & per mundum nonnunquam ſcriptura peccatores inſinuet: de quibus dictum eſt: Et mundus eum non cognovit.* MUNCK.

9 EPICUREI AC VOLUPTARII] Recte jungit Epicureos cum voluptariis: recte adſcribit Epicureis vitam voluptariam, & mores libidine corruptos. Sic *Epicureos* vocat *voluptatis aſſertores* Ambroſius lib. III. Epiſt. 25. quem locum citat Menagius ad Diogen. Laert. Lib. X. n. 124. Reſpicere autem non poteſt ipſam Epicuri ſententiam, qui quidem ſummum hominis bonum in *voluptate* conlocabat, ſed cujus *voluptas* ſolummodo conſiſtebat in perfecta doloris & perturbationis privatione. Conſule Celeb. J. Perizon. ad AEliani lib. IV. V. H. cap. 13. Imo, qui in prudenti, honeſta, ac juſta vita unicam ac veram mortalium jucunditatem eſſe poſitam ſtatuebat, (V. Diog. Laert. lib. X. Sect. 140. cum Menagii nota) ipſe vivens parce ac duriter. V. Scheff. & Kuhn. ad AEliani l. l. & Menag. ad Diog. l. l. Sect. 11. Sed ante oculos habet homines libidinoſos, qui, Epicuri jam dudum defuncti hanc de voluptate ſententiam non bene perceptam peſſime interpretati hujus Philoſophi ſectae ſeſe addixerunt, & omnibus etiam infandis libidinibus indulſerunt, eaſque alios docuerunt, unde non tantum a Romanis, ac Meſſenſis, verum etiam ex inſula Creta a Lyctiis ſumma cum infamia ejecti ſunt. Conſulendi de ea re ſunt AElianus lib. IX. V. H. cap. 12. cum Perizonio, & Suidas in voce *Epicurus*. Sententiam vero illam ex paganorum Philoſophorum ſcholis petitam, quam profert Paulus Epiſt. I. ad Corinthios cap. XV. vs. 32. Φάγωμεν καὶ πίωμεν. αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν, non tantum eſſe Epicureorum, ſed jam profluxiſſe ex Anaxagorae dogmatibus, docet nos Euripides Anaxagorae auditor. (v. Schol. Pindari Olymp. I. 97.) in Alceſt. vs. 782. Βροτῶν ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται. Καὐ ὅστις ὄψεται τάδ', ὅστις ἐξεπίστατο, τὸν αὔριον μέλλοντα τἀ βίου τέρα. Paucis interjectis addit Ταῦτ' οὖν ἀνάσσας, καὶ μαλὼν ἐμὲ πάρα, Εὐφραίνου σαυτόν, πίνε. τὰ καθ' ἡμέραν Βίον, λογίζου σόν. τὰ δ' ἄλλα, τῆς τύχης. Τίμα δ' καὶ τὸν πολίτην τὸν ἀεὶ σὸν Ξενον Κάρτα βροτῶν. Ὡμοῖς γὰρ ἡ ξένη. non tantum eſſe Epicureorum, ſed jam profluxiſſe ex Anaxagorae dogmatibus, docet nos Euripides Anaxagorae auditor. (v. Schol. Pindari Olymp. I. 97.) in Alceſt. vs. 782. Βροτῶν ἅπασι καταθανεῖν ὀφείλεται. Κὰκ ἔστι ὅντιν', ὅστις ἐξεπίσταται, τὸν αὔριον μέλλοντα τἀ βιότου. Paucis interjectis addit Ταῦτ' οὖν ἀνάσσας, καὶ μαλὼν ἐμὲ πάρα, Εὐφραίνου σαυτόν, πῖνε. τὰ καθ' ἡμέραν Βίον, λογίζου σόν. τὰ δ' ἄλλα, τῆς τύχης. Τίμα δὲ καὶ τὸν πολίτην τὸν ἀεὶ σὸν Ξένον Κάρτα βροτῶν. Ὡμοῖς γὰρ ἡ ξένη.

10 BONUM NEMO GERIT] H. e. bonus eſt, vel gerit ſe, ut bonum decet. Talia ſunt *gerere aedilem*, *militem* apud Apulejum. *Gerere procum*, *civem* apud Claud. Niſi ſi *gerere bonum* pro *facere quod bonum eſt* dixit. Auguſtin. Sermon. de Cyprian. *gerere vitam. Gratias*, *laudem gerere* apud Cyprian. in oratione, quam inſtante paſſione dixiſſe putatur. Tract. II. *Si quod creditur & geratur.* Sermon. de Mortal. *Gerere parricidium.* Lib. II. ep. 2. *Gerere ſcelus.* De Simplic. Cleric. *Ad obſervanda & gerenda Dei praecepta vigilemus.* Petron. Fragm. Trag. *A puero vitam Coam geſſi.* Vetus interp. Luc. XXIII. 41. *Nihil mali geſſit.* Vindicat eandem phraſin etiam optimis Gronov. Obſerv. lib. IV. cap. 14. p. 226. Querela vetus eſt Eccleſiaſtae ſapientiſſimi cap. VII. *Non eſt homo juſtus in terrâ, qui faciat bonum & non peccet.* MUNCK.

11 SIVE QUIA] Illud *ſive*, quod incluſit Commelinus, in Leid. codice ſuper verſum ſcriptum erat à librario, tanquam omiſſum. Et revera deſiderabatur, ut ſententia conſtaret. Tollantur ergo unci. MUNCK.

12 QUOD ITAQUE] Multis illuſtravimus eam locutionem ad Hyg. cap. 16. MUNCK.

Jupiter judicaſſet, damnando duas, unam tantummodo terris vitam dimitteret. Sed ideo ad hominem judicium transferunt, cui liberum deligendi debetur arbitrium. Sed bene paſtor, quia non ut ſagitta certus, & [1] jaculo bonus, & vultu decorus, & ingenio ſagaciſſimus. Denique brutum quiddam deſipuit, & (ut ferarum ac pecudum mos eſt) ad libidinem [2] limaces viſus intorſit, quam virtutem aut divitias inquiſivit. Sed quid ſibi tres deae de tribus vitarum ordinibus vindicent, edicamus.

## II. *Minerva.*

PRIMAM vitam theoreticam, quam nos in contemplandae ſapientiae honore dicimus, [3] ideo de Jovis vertice natam dicunt, quia ingenium in cerebro poſitum ſit: ideo [4] armatam, quod munita ſit. [5] Gorgonam etiam huic addunt in pectore, quaſi terroris imaginem, ut vir ſapiens terrorem contra adverſarios geſſet in pectore. Criſtam cum galea ponunt, ut ſapientis cerebrum & armatum ſit, & decorum. Unde

1 JACULO BONUS] Peritus. Virgilius Ecl. v. *Beni quoniam* &c. Servius: *Boni autem docti.* Graecatur poëta. Lucianus: Ἀγαθὸς ἱππεύειν. Salluſtio ἀεὶ θεῶν cap. 4. Paris eſt ἡ καλὴ αἰθησιν ζῶσα ψυχή. MUNCK. AElianus I. V. H. 10. ait τοξεύειν ἀγαθοί. Vid. Perizon. ad lib. III. 17. Simpliciter μάντις ἀγαθὸς eſt vates artis ſuae peritus Antonino Liberali cap. XIV. Metam. ut *bonus ſutor* Horatio. v. Celeb. P. Burm. ad Phaedr. I. XIV. I.

2 LIMACES VISUS TORSIT] B. *Limaces viſus intorſit.* M. & L. *Limaces potius viſus torſit.* Sed illud *potius* à gloſſa eſt. quae comparet etiam in Leid. Cod. ubi legitur: *Limaces viſus intorſit.* Gloſſator ſuperſcripſerat: *ſcil. magis.* lib. III. cap. 3. *Detrimenta ſuis amatoribus novit parturire, quam gaudia.* Ad quem locum plura dicemus. MUNCK.

## Ad CAP. II.

3 IDEO DE JOVIS V. N.] Lact. ad Statii II. Theb. 715. *De capite nata dicitur Jovis. & hoc antiqui bene figuratum eſſe dixerunt, ut quia naturae ratione prudentia omnis in capite eſt, Minerva, quae ſapientia Dei, nata de Jovis capite crederetur. Eſt vero myſterium, quod lucis contaminata, atque armis munita virgo de vertice Dei maximi & ſecreti orta dicatur.* Plutarchus de Iſide & Oſir. Tom. II. pag. 381. ait. Οἱ δὲ Πυθαγόρειοι τὴν ἀριθμὸν καὶ γραμμὴν θεῶν ἐπώνυμον ποιοῦσι τὴν μὲν γὰρ ἰσόπλευρον τρίγωνον, ἐπάλξεις Ἀθηνᾶν ΚΟΡΥΦΑΓΕΝΗ καὶ ΤΡΙΤΟΓΕΝΕΙΑΝ, ὅτι τρισὶ καθίστοις ἀπὸ τῆς τριὰς γενῶν ἀγομένας ἀφωρίται. De Tritogenia haec Schol. Ariſtoph. Equit. 1186. Ἡ ΤΡΙΤΟΓΕΝΗΣ ΓΑΡ ΑΥΤΟΝ ΕΝΕΤΡΙΤΩΝΙΣΕ. Εὐκαίρως τὴν ἐπιθέτου ἐχρήσατο, ἵνα παίζῃ παρὰ τὰς τρεῖς καὶ δύο. βέλτιον δὲ δηλῶν, ὅτι καὶ ἡ Ἀθηνᾶ τοιοῦτον αὐτὸν ἐποίησεν, ὡς δύναται τρία μίγματα φέρειν ὕδατος. ἢ ὡς ἀπὸ τῆς τριὰς κεφαλάων. ἢ ὡς ἀπὸ Τρίτωνος πεδίου Λιβύης παρ' ᾧ ἐτέχθη ἡ Ἀθηνᾶ.

4 ARMATAM] Bellantibus praeeſſe fingitur Minerva ab Homero. vid. Pauſan. lib. IV. cap. 30. p. 354. & hinc *armipotens* & *armizona* vocatur a Virgil. II. AEn. 425. & III. 544. & Σάλπιγξ i. e. πολεμικὴ a Lycophrone vers. 915. & ibi Tzetz. de qua Minerva idem agit ad vs. 355. Imo *victrix* inde dicitur. v. Cuper. Apoth. Hom. pag. 172. vid. plura ad Albricum cap. 6.

5 GORGONAM] Ita rectè & MS. Leid. non *Gorgona*, ut 5. edd. Non paulo melius hanc fabulam evolvit Capella Lib. VI. ubi & hoc habes: *Pectore ſaxificam dicunt horrere Meduſam, Quod pavidum ſtupidet ſapiens ſollertia vulgus.* In praecedentibus poſt *natam* inſerui *dicunt* ex vett. edd. MUNCK.

6 FUNOINO GENERE] Legitur Act. IV. ſc. 2. vers.

Unde & Plautus in Trinummo ait: [6] *Fungino genere eſt, capite ſe totum tegit.* Triplici etiam veſte ſubnixa eſt, ſeu quod omnis ſapientia ſit multiplex, ſive etiam quod celata. Longam etiam haſtam fert, quod ſapientia longe verbo percutiat. Triplici etiam veſte, quod omnis ſapientia tecta extrinſecus [7] rarius agnoſcatur. In hujus etiam tutela noctuam volunt, quod ſapientia in tenebris proprium fulgorem poſſideat. Inde etiam & conditricem Athenarum eam volunt. Minerva denique & ἀθήνη graece dicitur, quaſi [8] ἀθάνατος παρθένος: id eſt, inmortalis virgo, quia ſapientia nec mori poterit, nec corrumpi.

## III. *Juno.*

JUNONEM vero activae praepoſuerunt vitae. Juno enim quaſi à juvando dicta eſt. Ideo & regnis praeeſſe dicitur, quod haec vita divitiis tantum ſtudeat: ideo etiam cum ſceptro pingitur, quod divitiae regnis ſint proximae. [9] Velato etiam capite Junonem ponunt, quod omnes divitiae ſint ſemper abſconſae. [10] Deam etiam partus volunt,

vers. 9. MS. Leid. heic exhibet, *Fungino certè capite ſe totum tegit.* MUNCK.

7 RARIUS AGNOSCATUR] *Cognoſcatur* MS. Leid. & mox *in tutelam* cum B. A. H. & I. ut cap. 3. *Hujus quoque in tutelam pavum ponunt.* Ad quem locum plura dicemus. Coronis apud Ovid. II. Met. 565. *Ut dicar tutela pulſa Minervae, Et ponar poſt noctis avem.* Cur noctua ſit ſacra Minervae haud paulo elegantius docet Euſtath. ad Hom. Iliad. A. p. 65. ed. Baſ. nimirum, quod noctua non tantum noctu videat, ut prudentia, ſed & Graecum vocabulum γλαὺξ à γλαύσσω *video* derivetur. MUNCK.

8 ΑΘΆΝΑΤΟΣ ΠΑΡΘΈΝΟΣ] MS. Leid. *Athenate partbene.* Unde ſuſpicor ſcripſiſſe Planciadem ἀθανάτη παρθένη. Barbarum id quidem; ſed multa alia barbara non minus in his libellis. Euſtath. Ἀθήνη dicta eſt quaſi ἀθήλη, quod ſine mammis educata ſit. Athenagoras Legat. pro Chriſt. p. 17. Τὸ δὲ Ἀθηνᾶς, μᾶλλόν γε Ἀθηλᾶς. Ἀθηλᾶ γὰρ ὡς οἱ μυστικώτεροι. Heraclid. Alleg. Hom. p. 113. ed. Geſn. (p. 435. Ed. Th. Gall.) quaſi ἀθρεπτᾶ, quia παύλα τοῖς λιπαρέσιτοις ὄμμασι τὸ λογισμῶν ἀληθεῖ. Alii aliam nominis ejus rationem reddunt. Ἀθανάτη legas etiam apud Arat. p. 16. ed. Lond. Ἀπ' ἀπαμβλὺς ἀναθῆσθαι, καὶ ἀθανάτη τις ἴσκει. MUNCK. Varias de vocis Etymologia ſententias profert Phurnutus de N. D. cap. xx. Platoni Ἀθηνᾶ, quaſi ἡ θεινόη, *mens divina*, vel ἀθοὶη *cogitatio morum*, dicta, & inde nomen hoc ſuum, ſed in concinniorem dein ſonum deflexum accepiſſe videtur, ut docet Perizonius ad Sanctii Minervam lib. I. cap. I. n. I. Sed hanc Platonis, & eorum, qui Ἀθηνᾶν quaſi Ἀθηλᾶν, ſive Ἀθήνην quaſi Ἀθήλην dictam cenſent, opinionem rejicit & deridet Menagius ad Diogen. Laert. lib. VII. §. 147. p. 319. Perizonius l. l. Ἀθηνᾶν ſecundum vocis originem, nihil aliud, quam propriam Urbis, quae Athenae dicebatur, Deam notaſſe pro certo habet; ubi plura. Laertii, item Euſtathii ac Saluſtii, quae ad Laertium citat Menagius, loca confer cum Tzetze, cujus locum integrum deſcripſi ad Fulgentii lib. I. cap. 26. Heraclid. Ponticus vero All. Hom. p. 444. ait Ζεὺς μὲν ἡ διαπαντὸς φύσις, ὁ δὲ ἀὴρ ἐπιπλοΐδιος τοιχεῖον. Ἥρως μὲν ὁ ἀέρος, Ποσειδῶν δὲ ὑγρᾶς φύσεως. ΑΘΗΝΆΣ Ϛ ΤΗΣ ΓΗΣ. De Minerva Virgine agemus ad cap. XIV. hujus libri.

## Ad CAP. III.

9 VELATO E. CAPITE] Vid. G. Cuper. de Gemma Auguſtaea pag. 209.

10 DEAM PARTUS] Juno eadem quae Luna. Haec autem meatum corporis quia diſtendit & laxat, partus dea eſt appellata. Vide Macrob. lib. I. Sat. cap. 15. MUNCK. Adde omnino Plutarch. Quaeſt. Rom. Tom. II. p. 282.

volunt, quod divitiae ſemper [1] praegnaces ſint, & nonnumquam abortiant. Hujus quoque in tutelam [2] pavum ponunt, quod omnis vita [3] potentiae petax in adſpectum ſui ſemper quaerat ornatus. Sicut enim pavus ſtellatum caudae curvamen concavans, [4] anterius faciem ornat, poſterioraque turpiter [5] nudat: * unde & Theophraſtus in Moralibus ait, τὰ ἄλλα σκέψαι, id eſt, Reliqua conſidera: & Salomon, In obitu hominis nuditio operum ejus. Huic etiam [6] Irim, quaſi arcum pacis adjungunt, quod ſicut etiam ille ornatus varios pingens arcuato curvamine momentaliter refugit: ita etiam fortuna quamvis ad praeſens ornata, tamen eſt [7] citius fugitiva.

## IV. *Venus.*

TERTIAM Venerem [8] voluptariae vitae in ſimilitudinem poſuerunt.

1 PRAEGNACES ] *Praegnantes* emendabat in margine libri ſui Tollius. Ego nihil mutaverim. Talia ſunt *Petax* hoc ipſo capite, *limax* cap. 1. *Vigilax* apud Auſon. Ephem. *Olax* apud Capellam Lib. 11. *Emax*, *fugax*, aliaque infinita apud alios. Certè *praegnaces* ἀπὸ τῶν *praegnantes* uſurpavit quoque Gloſſ. cod. Leid. ad cap. 5. cujus ibi verba adduximus. MUNCK.

2 PAVUM ] Puto hoc vocabulum reſtituendum Apicio lib. 11. cap. 1. *Hyſitia de pano locum primum habent.* Lege, *inſicia de pavo.* Auſon. epigr. 69. *Pavoque de pavo conſtitit ante oculos.* Et Epiſt. 20. *Conſtitit ante oculos, regie pave, tuos.* Tertull. de Reſ. Carnis cap. 1. *Ut Euphorbus in Pythagoram, Homerus in pavum recenſeantur.* Et lib. de Anim. cap. 33. *Pavum ſe meminit Homerus Ennio ſomniante.* Ennius ipſe apud Chariſ. Lib. 1. *Memini me fieri pavum.* Reperitur eadem vox in fragmentis Varron. pag. 271. ed. Popm. Ad eundem modo non *capo* tantum, ſed & *capus* dixerunt. Vide Chariſ. lib. 1. MUNCK.

3 POTENTIAE PETAX ] Quae potentiam affectat. Leid. cod. heic habet, *omnis vita potentiae petax aſpectum ſui quaerat ornatus.* MUNCK. Vid. J. Bapt. Pius Syllog. 111. Annotat. Poſterior. cap. 97.

4 ANTERIUS ] Cod. Leid. *alterius.* perperam. Ab *ante* formatum *anterius*, ut à *retro*, *retrius.* Schol. Juvenal. ad Sat. x1. 138. *Pygargus fera eſt ſpecie cervi, quae retriores partes albas habet.* MUNCK.

5 NUDAT ] Mod. MS. *denudat.* Deinde lacunam ita ſupplet: *ita divitiarum gloriaeque appetitus momentaliter ornat, poſtremo tamen nudat.* Idem ſupplementum viſitur quoque in Leid. cod. niſi quod pro *poſtremo* exhibetur *poſtrema.* MUNCK.

6 IRIM QUASI ARCUM PACIS ] Reſpicit Hiſtoriam ſacram Gen. cap. IX. Eſt alioquin Iris dea potius diſcordiae nuncia. Servius ad AEn. v. 606. *Ex parte magnâ ſervatur, ut Mercurius ad concordiam, Iris ad diſcordiam mittatur. Unde & Iris dicta eſt, quaſi ἔρις.* Alia eſt Etymologia apud Euſtath. ad Hom. Iliad. pag. 269. ed. Baſ. MUNCK. Ab εἶρειν λόγον derivat Heraclides Ponticus in Alleg. Hom. pag. 448. Philoſophorum de Iride diſquiſitiones docebunt Theo ad Arati Dioſem. pag. m. 103. & Lact. ad Statii 1. Theb. 310. Vide plura de Iride ad genealogiam Hygini p. 15. Caeterum Juno etiam diſcordiarum dea eſt, quippe fere ſemper inducitur a Poëtis tamquam dira noverca atque injuſta. Hygin. fab. 5. *Semele, quod cum Jove concubuerat, ob id Juno toto generi ejus fuit infeſta.* Calliſto ob iram Junonis in urſam verſa eſt. Hygin. fab. 177. Inprimis etiam Herculi, e Junonis pellice nato, inimica fuit. vide Hygin. fab. 30. & Schol. Lucani lib. 1. vs. 577. Unde πολυμήχανον vocatur a Theocrito Idyll. XXIV. 13. i. e. omnes excogitans artes, quibus Hercules de medio tolleretur. Audi etiam Pauſan. lib. 111. cap. 15. pag. 246. Ἡρακλέα ὁ λόγος ἱδρύσασθαι τὸ ἱερὸν καὶ ἀέλγας θύσαι πρῶτον, ὅτι μαχούμενος οἱ πρὸς Ἱπποκοωντίδας καὶ τοὺς παῖδας, ἐδέησε τῆς Ἥρας ἀπαντήσαι ἱμπαίσιον, ἄσπερ δὴ καὶ τῶν ἄλλων ἐδέξαζεν ἱναντίους οἱ τὴν θεόν. Praeterea Juno *ira magna Deum* vocatur a Virg. v. AEn. 707. & ibi Serv. imo & fulminum Dea, quae invito ſaepe Jove torquet in inimicos. v. G. Cuper.

runt. Venerem dici voluere, aut ſecundum Epicureos bonam rem, aut ſecundum Stoicos vanam rem. Epicurei enim voluptatem laudant, Stoici voluptatem damnant. Iſti libidinem colunt, illi libidinem nolunt. Unde & Ἀφροδίτη dicta eſt [9] ἀφρὸς enim Graece ſpuma dicitur. ſive ergo, quod, ſicut ſpuma, libido momentaliter ſurgat, & in nihilum veniat: ſive quod [10] concitatio ipſa ſeminis ſpumoſa ſit. Denique ferunt poëtae, quod exſectis falce Saturni virilibus, atque in mare projectis, exinde Venus nata ſit. Illud nihilominus oſtendere [11] volens poëtica vanitas, quod Saturnus Graece χρόνος dicitur; χρόνος enim Graece tempus vocatur. [12] Abſciſae ergo vires temporis, id eſt, fructus falce quam maxime, atque in humoribus viſcerum velut [13] in mare projectae, libidinem gignant neceſſe eſt. Saturitatis enim abundantia libidinem creat. Unde & Terentius ait:

[14] *Sine Cerere & Libero friget Venus.*

Hanc

Cuper. Harpocrates pag. 101. & Interpr. ad Val. Flacc. lib. I. vs. 116. Imo eſt & Dea bellica, unde in nummis exprimitur armis tecta, clypeumque manu tenens. vid. Munck. ad Hygin. fab. 274. plura non addo. ſatis enim liquet nugari Fulgentium.

7 CITIUS] Ocyus, dicto citius. Comparativum pro poſitivo, ut in Continent. Virgil. *Mei tribulos pectoris cautius lege*, pro *caute*. Gregor. Dial. III. cap. 37. *Scis ipſe melius, quid conveniat*, pro *bene*. Cap. I. *Citius & ſub omni celeritate*. Cap. 15. *Citius, à quibus fuerat occiſus, invenit*. Vulgatus interpres Joann. cap. XIII. 17. *Quod facis, fac citius*. Lactant. Firm. Lib. III. 19. *Primum bonum eſſe non naſci, ſecundum citius mori*. Senec. Agamemn. vers. 965. *Citius interea mihi Ediſſere* &c. Atque ita & in Apocolocynth. bis terve idem, ubi & plenè *dicto citius* habes, ut *dicto celerius* apud Iſidorum col. 1211. Edit. Godofr. Eodem ſenſu *maturius* uſurpat Cyprianus, cum ſcribit Lib. IV. ep. 19. *Rogemus pacem maturius reddi*. MUNCK.

## Ad CAP. IV.

8 VOLUPTARIAE VITAE] Athenaeus lib. XV. c. X. p. 687. Σοφοκλῆς ὁ ποιητὴς ἐν Κρησὶ τὸ δράμα τὴν μὲν Ἀφροδίτην ἡδονήν τινα ἅπαν δαίμονα παρέχει.

9 ΑΦΡΟΣ] Pervulgata illa etymologia. Servius AEn. v. 801 *Unde & Ἀφροδίτη dicitur* ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ, *id eſt, ſpuma*. Vide ſeqq. in quibus aliam, ſed non paullo meliorem hujus fabulae dat explicationem. Docuit iſtam etymologiam cum Servium, tum alios Heſiod. Θεογ. vers. 195. MUNCK. Euripides aliam Etymologiam profert in Troad. vs. 989.

Τὰ μὲν γὰρ πάντ' ἐστὶν Ἀφροδίτη βεβῶς,
Καὶ τοὔνομ' εἰκῶς ἀφρογενὴς ἔσχει δίκας.

10 CONCITATIO SEMINIS SPUMOSA SIT] Vide Phornut. cap. de Venere, & Schol. Heſiodi ad Theog. vers. 191. MUNCK.

11 VOLENS POETICA VANITAS] Ita & 6. edd. & MS. Leid. Modius: *Volente poëtica vanitate*. Ut lubens fateor, convenire illa melius cum regulis Priſciani, ita, an ſcripſerit ita Fulgentius, ſaepe alias ita σολοικίζων, vehementer dubito. MUNCK. Ad hoc figmentum poëticum adluſit quoque Athenaeus lib. VII. cap. 7. p. 282. de quo praeter Serv. ad II. Georg 406. Schol. Apoll. Rh. III. 50. & Philoſtrat. lib. II. Icon. cap. I. etiam Broukh. ad Tibull. I. II. 39.

12 ABSCISAE ERGO VIRES TEMPORIS, ID EST, FRUCTUS FALCE QUAM MAXIME, ATQUE IN HUMORIBUS VISCERUM, VELUT IN MARE PROJECTAE] Doct. J. Waſſeus ad Salluſt. Cat. 13. ex Vincentio legit *falcesque maxillae in humoribus*. WOPKENS.

13 IN MARE PROJECTAE] MS. Leid. *in mari*, cum edd. vett. Et cap. 2. lib. I. *in mari projecta*. Sic princeps edit. Hyg. Aſtron. II. 17. *Se in mari inſcii projecerunt*. Cap. 40. *In mari projici juſſit*. MUNCK.

14 SINE CERERE ET LIBERO F. V.] Eurip. in Bacchis vs. 772.

Οὐκ ἔστ' ἄνευ σοῦ Κύπρις, οὐδ' ὅστις θεῶν
Οὐδ' ἄνθρωπος ἡδὺς οὐδὲ μὴ χαρᾶς ἔτι.

Hanc etiam [1] nudam pingunt, ſive quod [2] nudos ſibi adfectatores dimittat, ſive quod libidinis crimen numquam celatum ſit, ſive quod numquam niſi nudis conveniat. Huic etiam roſas in tutelam [3] adjiciunt. Roſae enim & rubent & pungunt, [4] ut etiam libido. Rubet verecundiae obprobrio, pungit etiam peccati aculeo. Et ſicut roſa delectat quidem, [5] ſed celeri motu temporis tollitur: ita & libido libet momentaliter, & fugit perenniter. In hujus etiam tutelam [6] columbas ponunt. illa videlicet cauſſa, quod hujus generis aves ſint in coitu fervidae. Huic etiam tres [7] Charites adjiciunt, duas ad nos converſas, unam à nobis averſam, quod omnis gratia ſimplex eat, duplex redeat. [8] Ideo nudae ſunt Charites, quia omnis gratia neſcit

Hinc Bacchus χαριδότης vocatur; de quo titulo Spanh. ad Ariſtophan. Ran. 337. nec tantum Gratiae, ſed Venus, ac Ceres, (unde *vum* in Bacchicis orgiis conſecratur, ὡς μίμημα τῆς τὰ πάντα γεννώσης καὶ τρεφούσης τὸ ὑγρόν. v. Plut. Tom. II. p. 636. qui cur quidam Graeci Baccho Φλοΐᾳ ſacra faciant, docet pag. 683.) Baccho ſunt πάρεδροι, de quibus vid. Arnaldus cap. 19. de Diis Paredris in fine. & in primis Bacchum libidinis auctorem faciunt. vide Schol. Ariſtoph. Acharn. 262, 263, 264. unde Philoſtrat. lib. I. Icon. cap. 15. Ἀλλ' ἴστις γε ὁ Διόνυσος τὸ μόνιμον ἔρωτος γίγνεται. Stoici dicunt apud Plutarch. de Iſide & Oſiride Tom. VI. p. 367. τὸ μὲν γόνιμον πνεῦμα καὶ πρόφιμον Διόνυσον εἶναι.

1 NUDAM PINGUNT] Catalect. Pith. Lib. I. *Nuda Venus picta eſt, nudi pinguntur Amores: Nam quos nuda capit, nudos dimittat oportet.* Corruptè adnodum editi hi verſiculi in Altercatione Epicteti & Hadriani. Artemidorus de Venere Lib. II. p. 78. Edit. Ald. Ἡ δὲ ὅλη γυμνὴ, ἀδίοπος καὶ μόνιος ἀγαθὴ, καὶ ἐργασίας σημαντική. MUNCK.

2 NUDOS SIBI AFFECTATORES DIMITTAT] Ita & MS. Leid. & 5. edd. Salmaſius correxerat, *ſui affectatores*. Quod non diſplicet. Lactant. Arg. III. Met. Ovid. fab. 6. *Imaginem ſui conſpexiſſet*. Lib. I. fab. 3. *Quibus pro qualitate ſui adſcripta ſunt nomina*. Auguſtin. C. D. XVIII. *Magnitudine ſui*. Tertull. de Teſt. Anim. cap. 4. *Sed forſitan de ſenſu certiores poſt exceſſum tui*. Apul. IX. Mileſ. *Abſque noxâ noſtri*. Aſcon. in Praefat. in Verrin. Cic. *De contentione ſui & Caecilii*. Lact. Argum. Lib. XIV. Metam. fab. 17. *In veſtigio ſui à Venere ſaxo durata eſt*. Quintil. Declam. IV. *Vilitas mei* Declam. I. *Nihil quod te ſollicitet converſatione noſtri*. Vir ſummus emendat, *converſatio noſtri* vel *noſtra*. Quid ſi ſcripſit? *Quod ſollicitere converſatione noſtri*. Certè τὴ converſatione vett. edd. repraeſentant omnes. Caeterum infra lib. III. cap. 4. legitur, *Quod ſuos affectatores amor & nudare noverit* &c. MUNCK.

3 ADJICIUNT] MS. Leid. *adiciunt*. Atque ita puto relictum fuiſſe à Fulgentio. Auctor Moreti: *Spargit humi, atque adicit ſervatum gramine bulbum*. Talia ſunt *adicitur* apud Feſtum in MANTISA. *Diſſicere* in PROSAPIA. *Subicitur* in SOLEA. *Diſſicit, obicit* in SUPAT. Ita ſanè habet cod. Leid. non *adjicere, disjicere, objicit*, ut ediderunt. Referenda & huc, quae in Virgil. Codicibus invenit Pierius Valer. ut *obicienda* Caſtig. p. 15. *Reici* p. 16. *Proiciam* p. 107. Confer Voſſ. in de Arte Gramm. p. 227. & quae notamus inferius ad cap. 6. Lib. III. MUNCK.

4 UT ETIAM LIBIDO &c.] Interpungit & emendat ex MSS. ſuis Modius, *& pungunt: ut libido rubet verecundiae opprobrio* &c. Eadem interpunctio in Leid. quoque eſt codice, qui tamen τὸ *etiam* retinet. Nec puto è priori membro eſſe exturbandum. Scribo ergo, *ut etiam libido rubet verecundiae opprobrio, pungit peccati aculeo*. Alludit hanc fabulam Hieronymus in epiſtolis: *Hi ſciunt, ut placet delectatio, & pungit delictum. Hi norunt, quod flos Veneris roſa eſt; quia ſub ejus purpurâ multi latent aculei*. Confer Paſchal. Coron. Lib. III. pag. 6. MUNCK.

5 SED CELERI MOTU &c.] Modius ex ſuis membranis: *Sed celerrimè tranſit: ita & libido libet momentaliter, dolet perenniter*. MUNCK.

6 COLUMBAS] Virgil. AEn. VI. *Tum maximus heros Maternas agnoſcit aves*. Phornutus: Περιστερᾷ δ' ἂν τις ἡδίων χαίρει μάλιστα, τὸ (l. πᾶν) καλεσαν εἶναι τὸ ζῷον, καὶ φιλοφρονικὸν πρὸς τὰ ὅμοια φιλημάτων. Hinc ergo *labris columbari* Maecenas, *Columbatim ſerere baſia* Cn. Martius. Quod imitan-

ſcit ſubtilem ornatum. Hanc etiam in mari natantem pingunt, quod omnis libido rerum patiatur naufragia. Unde & Porphyrius in Epigrammate ait:

*Nudus, egens, Veneris naufragus in pelago.*

9 Concha etiam marina pingitur portari, quod hujus generis animal toto corpore ſimul aperto in coitu miſceatur, ſicut 10 Juba in Phyſiologis refert.

V. *De*

tandum ſibi duxit ille Pſeudogallus: *Da columbatim mitia baſia.* Martial. XI. 104. *Baſia me capiunt blandas imitata columbas.* Quod de libidine dicit, ad id facit vel in primis quod in voce ἀφροδίσιος ſcripſit Etym. auctor. Παρὰ τὸ ἀφρώδως ἰέναι. Διαμάχεται γὰρ καθ' ὅλην συνουσίαν εἰσί. διὸ καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ ἀνάκεινται. Tzetzes in Lycophron. p. 20. Τέτμηται δὲ κάτωθεν ἀφ' οὗ τὸ λαγὸν κελεῖ. Καὶ γὰρ ἡ ἀφροδίσιος μόνη τῶν πλανῶν δι' ὅλης ἴτυος ἐχώρει. Nec alia de cauſa currui triumphali Cupidinis eas adjungit Ovid. I. Am. el. 2. Conſer Horum Hieroglyph. Lib. I. Ob eandem ſalacitatem paſſeres Veneri alii tribuunt. De paſſere Horus Lib. II. *Septies in horâ coit abundanter ſperma emittens. Hinc mares negantur anno diutius durare*, ut ait Plinius lib. X. cap. 36. Etiam lepus ei dicatus, ſed ob faecunditatem. Vide Pierii Valer. Hieroglyph. lib. LIV. p. 395. & Apulej. VI. Mileſ. pag. 113. ed. Pricael. MUNCK. De Columba Veneri ſacra Lact. ad Statii IV. Theb. 226. & Plut. in Iſide & Oſiride Tom. II. p. 379.

7 CHARITES ADJICIUNT ] Catal. lib. IV. de Charitibus: *Jupiter eſt genitor, peperit de ſemine Coeli Harmonia, & Veneris turba miniſtra fuit.* Legendum eſſe *Eunomia* vel *Harmonia* oſtendi ad Hyg. Geneal. Praeter has inter συνώδους Veneris Suadela, Mercurius, Nymphae, Juventas, Jocus. Vide praeter Phornutum Horat. lib. I. od. 2. & 30. MUNCK.

8 IDEO NUDAE] Gregorius Cyprius in Paroemiis: *Αἱ χάριτες γυμναί, ὅτι δεῖ ἀκρίτως διεγεῖσθαι.* Schol. Horat. lib. I. od. 4. *Gratiae tres ſunt, quae nudae pinguntur, quia fides aperta & ſimplex eſſe debet, & non callidâ ſimulatione.* Idem ad illa Horat. I. 30. Solutis Gratiae Zonis.] *Gratiae nudae & incinctae pinguntur, quia amicorum animi ſoluti inter ſe & aperti eſſe debent.* MUNCK. Cum Gregorio Cyprio confer Phornutum de N. D. cap. 15. De Gratiarum numero v. G. Cuperus in Apotheoſi Hom. pag. 27, 28.

9 CONCHA ETIAM &c.] MS. Leid. *Conchum etiam marinam portare dicitur.* Perperam, ut cenſebam à primo. Tibull. lib. III. el. 3. *Et faveas conchâ Cypria veſta tua.* Quibus adde, quae Junius habet Animadv. Lib. V. 7. Sed Albricus, qui Fulgentium noſtrum frequenter admodum compilat, facit, ut damnare nullus audeam ſcripti codicis lectionem. *Pingebatur*, inquit ille, *Venus pulcherrima puella, nuda, & in mari natans, & in manu conchan marinam tenens atque geſtans.* Feſtiviſſimus eſt jocus Plautini Trachalionis Rud. Act. III. ſc. 3. 43. *Te ex conchâ natam autumant. Cave tu harum conchas ſpernas.* Vide ibi Douzam, & Commentatores ad Martial. lib. II. 47. De conchis, quae Veneriae dictae. Ludovicum Nonn. de Re Cib. lib. III. cap. 37. MUNCK. Plura Broukh. ad Tibull. III. III, 34. Varie etiam Veneris ſtatuae exprimuntur. ut in Elide ex ebore & auro ſimulacrum Veneris Coeleſtis, altero pede teſtudinem prementis, alterum ſimulacrum Veneris παιδίου eſt, aeneum, aeneo hirco inſidentis. v. Pauſan. lib. VI. c. 25. p. 515, 516. ubi Kuhnius de horum ſymbolis agit.

10 JUBA ] Hic eſt ille procul dubio, cujus cum ab aliis, tum à Plinio in primis in Naturali Hiſtor. & Conſtant. Geopon. Lib. XV. 2. ſcripta laudantur. Alius eſt ab hoc Juba artigraphus, cujus meminit Servius ad v. AEn. vers. 522. Conſer Voſſ. Hiſtor. Graec. Lib. II. 4. Pertinet huc, quod Hieroglyph. Lib. II. refert Horus: *Hominem junctum mulieri ſignificantes conchas piſces pingunt. Ipſae enim in conchis genitae paulo poſt in ipſis conchis mutuo junguntur.* Nec alio, opinor, reſpexit Gallienus Imperator in Epithal. *Brachia non ederae, non vincant oſcula conchae.* MUNCK.

Ad

## V. *De Hercule, & Omphale.*

PARCITE quaeſo, judices, humanis ardoribus. quid enim puerilis aut muliebris ſenſus in amore efficiat, ex quo in libidinis pugna [1] Herculea deſudat virtus? Mulieris enim inlecebra major eſt mundo: [2] quia quem mundi magnitudo vincere non potuit, libido compreſſit. Invaſit ergo virtutem de crimine femina, quam [3] mereri non potuit de natura. Hercules enim amavit Omphalen, quae eum perſuaſit & coeli [4] delicatos [5] enervare contractus, & laſcivienti pollice fuſi teretem

## Ad CAP. V.

1 HERCULEA VIRTUS] Graecanica locutio eſt. Heſiod. Θεογ. 289. Βίη Ἡρακλείη. Horat. I. od. 3. *Perrupit Acheronta Herculeus labor.* Sic apud Propert. I. El. 13. *Flagrans amor Herculis.* Eleg. 20. *Error Herculis* pro Hercule errante. Priſcian. Perieg. *Demuit quem virtus Herculis ingens.* Virgil. Culice, *Horatia & Telamonia virtus.* Gaudent praecipuè Afri id genus formulis. Tertull. de Anim. cap. 3. *Prout aut Platonis honor, aut Zenonis vigor, aut Ariſtotelis furor perſuaſerunt.* MUNCK. Vid. Serv. ad II. AEn. 601. Schol. Hom. Odyſſ. Λ. 289. Item Graev. in Lect. Heſiod. cap. XIX. Sic ἵππειον ὄνον pro equis Pind. O. Pyth. II. 22. qui hac periphraſi gaudet. ut O. Pyth. XI. 93. Κάστορ᾽ ἵππων. O. Pyth. III. 43. λῆμα Κορωνίδ᾽ pro Coronide. Schol. addit ὡς παρ᾽ Ὁμήρῳ, ἹΕΡΗ᾽ ΑἸΣ ΤΗΛΕΜΆΧΟΙΟ. Olymp. Od. I. 142. Οἰνοπέδαν βίαν. Hom. Iliad. XII. 18. μίνθ᾽ ποταμῶν pro ipſis fluviis poſuit: σφραγῖδ᾽ ἔχει pro τῇ σφραγῖδι Soph. Trachin. 621. & hujuſmodi plura adduci poſſent. Quaedam alia videre potes in Celeb. P. Weſſelingii Obſervat. lib. II. cap. 14. Hujuſmodi poëticas elegantias inprimis ſequioris aevi ſcriptores imitati ſunt. Ut autem *Epicuri ſtupor* Tertulliano, ita Phaedro I. 1. f. 13. *Corvi deceptus ſtupor. virtus* vero hic vires notat ac corporis robur. De qua vocis notione ante alios jam multa congeſſit Salmaſius Exerc. Plin. in Solin. cap. I. p. 5. & 6.

2 QUIA QUEM MUNDI M. V. N. P. L. C. &c.] Tertullian. de Pallio cap. IV. *Turpius adhuc libido virum cultu transfiguravit, quam aliqua materna formido, tametſi adoratur a vobis, qui erubeſcendus eſt, Scytaloſagittipelliger ille, qui totum epitheti ſui ſortem cum muliebri cultu compenſavit: tantum Lydiae clancularie licuit, ut Hercules in Omphale, & Omphale in Hercule proſtitueretur.* &c.

3 MERERI] Ἐπιλοχᾶν, accipere. Infr. cap. 13. *Cumque promeruiſſet, munus in ultionem converſum eſt.* Propert. III. 21. *Effectus promeruere bonos.* Plin. I. ep. 7. *Sequi enim gloria, non appeti debet: nec ſi caſu aliquo non ſequatur, idcirco, quod gloriam non meruerit, minus pulcrum eſt.* Vide ibi Caſaub. & Daum. ad Caton. Diſticha p. 228. Etiam *meritum* hinc pro dono & Chariſmate uſurpant Script. Eccleſ. Fulgent. Ruſp. Epiſt. 2. *Quo futurae vitae meritum comparetur.* Aſſiduus tamen uſus veterum ſcriptorum me docuit frequentiorem eam locutionem deteriori, quam optimo eſſe aevo. MUNCK. *Meritum* pro praeſtito munere poni docet Virgil. I. AEn. 78. *meritis pro talibus.* v. Celeb. P. Burm. ad Phaedri lib. I. fab. 8.

4 DELICATOS CONTRACTUS] *Delegatos.* MICYLL. Gloſſ. *ſubtiles collectiones. Tracta* lana dicitur cum netur. Unde *tracta*, ἰλυόμαλα, μυρίμαλα. *Tractum*, μύρμα in vet. Gloſſ. Vid. Scalig. ad Tib. I. el. 8. Fruſtra *delegatos* pro *delicatos* malebat Micyllus. Delicatus eſt mollis. Propertius III. el. 9. *Ut qui pacato ſtatuiſſet in orbe columnas, Tam durâ traberet mollia penſa manu.* Adde Senec. Hippol. vers. 334. Pedo Eleg. in ob. Maecen. *Torſiſti pollice fuſos, Leniſti morſu mollia fila parum. Percuſſit crebros te propter Lydia nodos, Te propter durâ ſtamina rupta manu.* Quo loco miror virum illuſtrem dicere *percutere* eſſe κατατῆν textorum. Immo *percutere* eſt ibi verberare. Confer Ovid. IX. Met. vers. 74. MUNCK.

5 ENERVARE] Gloſſ. *ſubtiliter trahere.* MUNCK. Lucian. ad hanc adludit fabulam Dialog. Fabuloſ. 5. ubi AEſculapius dicit Herculi οὐτε ἰδάλυσε, ὥσπερ σύ, οὔτε ἔξυσεν ἔριον ἐν Λυδίᾳ, πορφυρίδα ἐνδύσας, καὶ παιόμενον ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης χρυσῷ σανδάλῳ. Tertullian. l. l. ex Salmaſii conjectura. *Vetus jam hydrae, Centaurorum*

retem rotare vertiginem. Hercules enim ἡρακλῆς Graece dicitur: id eſt, [6] ἡρῶων κλέος, quod nos Latine virorum fortium famam dicimus. Unde & Homerus ait, κλέος οἶον ἀκούσαμεν, id eſt, famam ſolam audivimus. Ideo & Alcaei nepos dicitur. ἀλκὴ enim Graece praeſumptio interpretatur. Nam & Alcmenam matrem habet, [7] quaſi Almera, [8] quod Graece falſum dicitur. Nam [9] ex igne igneus, ut ex Jove: & ex praeſumptione, ut ex Alcaeo avo: & ex falſedine ſapientiae, ut ex Alcmena: quid naſcitur, niſi fortitudinis gloria? & tamen à libidine ſuperatur. ὀμφαλὸς enim Graece dicitur umbilicus. Libido enim [10] in umbilico dominatur mulieribus, ſicut [1] lex

*rum que ſanguis in ſagittis pumice ſpiculi excludebatur, inſultante luxuria, ut poſt monſtra confixa coronam forſitan ſuerent.* Sed de hoc ſervitio fabulam derídet Palaephatus de Incredibilib. cap. 45. Praeterea quae hic Luciano, Tertulliano ac Fulgentio de Hercule ab Omphale muliebria opera facere narrantur, adverſantur iis, quae de hac Omphale, refert Athenaeus lib. XII. cap. 3. p. 515, 516. Imo fabula facile inde manare potuit, quod cum Jardani ancilla etiam rem habuerit Hercules, ſi Herodoto fides lib. I. cap. 7. qui hujus mulieris nomen tacet. Idque ex Diodoro Siculo firmat Th. Gale ad Apollodor. lib. II. cap. 7. pag. 8.

6 ΗΡΩΩΝ ΚΛΕΟΣ] Albricus: *Hercules enim Herocleos, id eſt, virorum gloria fortium.* Corrige ex Fulgentio. Aliud nominis hujus etymon dat Macrobius I. Sat. 20. *Hercules enim quid aliud eſt, niſi* Ἥρως, *id eſt, aëris* κλέος, *id eſt, gloria?* Et oraculum illud apud AElian. Ποικ. ἱσ. II. 32. Ἡρακλῆ δὲ σε Φοῖβος ἐπώνυμον ἔξοχα μάζει. Ἥρως γὰρ ἀνθρώποισι φέρει κλέος ἄφθιτον αἰεί. Idem legas apud Tzetzen in Lycophron. vs. 662. Οὐκέτι Παλαίμων κληθήσῃ. Ἡρακλέα δέ σε &c. Hinc ergo intelligis, quid ſibi velit Heſychius, Παλαίμων, ὁ Ἡρακλῆς. Cur autem Παλαίμων ſit dictus, Tzetzes te docebit. Diodoro Lib. IV. Hercules dicitur, ὅτι δι' Ἥρας ἔσχε κλέος, cliſis ſcil. ſerpentibus, quos ei immiſerat illa noverca. Euſtathio ad Iliad. ξ. p. 982. quaſi Ἥρας κλῆσις. Vide ibi fabulam. MUNCK. Plutarch. de Iſide & Oſir. Tom. II. pag. 367. Ἐκεῖνοι (Stoici) τὸ μὲν γόνιμον τοῦ ὕδατος καὶ πρόσιμον Διόνυσον εἶναι λέγουσι, τὸ πλαστικὸν δὲ καὶ ἁρμοστικὸν Ἡρακλέα. Schol. Apoll. Rh. I. 865. Παρὰ δὲ τοῖς φυσικοῖς ὁ Ἡρακλῆς σύστασις καὶ ἀλκὴ λαμβάνεται. Sane Minerva πάρεδρος hinc addita eſt Herculi. Sic in ſolio throni Jovis Olympici ἐκπέφανται Ἀπόλλων σὺν Ἀρτέμιδι, Ἀθηνᾷ τε καὶ Ἡρακλῆς. v. Pauſan. lib. V. cap. XI. p. 403. cujus ope Hercules ad coelum uſque eſſe perductus dicitur a Lactantio ad Statium VIII. Theb. vs. 514. unde in ſolio Apollinis Amyclaei conſpicitur Ἀθηνᾶ ἄγυτα Ἡρακλέα συνοικίσαιλα καὶ τάτα θεοῖς. v. Pauſan. lib. III. cap. XVIII. p. 255. Verrius Flaccus apud Serv. ad VIII. AEn. 203. dicit, *omnes magnarum virium, apud veteres HERCULES* (eſſe) *dictos.* de quibus vide, quae dixi ad Hygin. fab. 192. Eodem modo, quo Cretenſes Epimenidem propter pietatem, rerumque divinarum ſingularem cognitionem plenius *Cureta nevum* dixerunt, teſte Plutarcho in Solone p. 84. & formoſiſſima mulier *nova Venus* dicitur. vid. Munck. ad l. III. cap. 6. Pro quo ἄλκιμον etiam Graeci adhibent, ut *alterum Herculem* (v. Plut. in Theſeo p. 14.) & alios *alterum Alexandrum, alterum Platonem* &c. vocarunt. v. Perizon. ad AElian. V. H. III. 6. Ceterum ab aliis Herculem non *Alcmaeonem* ſed *Alcaeum* prius eſſe dictum e Schol. Pindari Olymp. Od. VI. 115. recte docet Celeb. Perizon. ad AEliani II. 32. ubi cum pleriſque pro Ἡρακλείδην lego Ἀλκαῖον.

7 QUASI ALMERA] Scriverius, *Almyra.* Sane ἀλμυρὸς, non ἀλμιερὸς, *falſus* eſt Graecis. 6. edd. ἀλμοδιτέραν. Peſſimè. Scripſerim, ἀλμυρήν. Nugatur ſuo more Fulgentius. Ἀλκμήνη eſt *robuſta*, non *falſa.* Nec ab ἅλς, ſed ἀλκὴ deduci debet. MUNCK.

8 QUOD GRAECE SALSUM DICITUR] *Quod Latine.* MICYLL. 6. edd. *quod Graecè ſaljugo dicitur.* Sed alterum diſertim exhibet Leid. codex. Nec audiendus Micyllus, dum corrigit, *quod Latinè* &c. Stant contra illum cum quod mox ſequitur, *ὀμφαλὸς enim Graecè umbilicus dicitur*; tum loca complura alia. MUNCK.

9 EX IGNE IGNEUS] Mod. MS. *Ex igne ingenii.* Quod probandum procul dubio. MUNCK.

10 IN UMBILICO DOMINATUR MULIERIBUS] Iſidor,

[1] lex divina dicit: Non eſt praeciſus umbilicus tuus. quaſi diceret, non eſt peccatum tuum amputatum. Nam & matrix illic catenata conſtringitur: unde & [2] epomphalia eodem loco firmandis foetibus obponuntur. Oſtenditur ergo, quod libido quamvis etiam invictam poſſit ſuperare virtutem.

## VI. *De Caco & Hercule.*

Si fumum fures eructuant, quis involantem, dum negat, agnoſcat? Ergo aut caliginem aut fumum objicit, ne agnoſci poſſit: aut in fumum [3] vaneſcit ſubſtantia, quae furtive ſubcedit. Cacus enim Herculis boves [4] furaſſe dicitur, quos cauda [5] in ſpeluncam tractos abſcondit, quem Hercules preſſo gutture interfecit. κακὸν enim Graece [6] malum dicimus. Ergo omnis malitia fumum eructuat, id eſt, aut quod [7] contraria ſit veritati, id eſt luci: aut quod acerba ſit viden-

Iſidor. XI. cap. 1. *Lumbi ob libidinis laſciviam dicti, quia in viris cauſa corporeae voluptatis in ipſis eſt, ſicut in umbilico mulieribus.* MUNCK. Conſule tu, Lector, Phurnutum de N. D. cap. 31. in fin.

1 LEX DIVINA DICIT] Ezech. XV. 4. *Et quando nata es, non eſt praeciſus umbilicus tuus, & aqua non es lota in ſalutem, nec ſale ſalita, nec involuta pannis.* Caeterum *legem divinam* appellat ſacras literas, ut Chryſologus Serm. XI. *Hoc ſcire & neſcire facile praeſtitit lex divina.* MUNCK.

2 EPOMPHALIA] MS. Leid. *epimfalia.* Perperam quidem, ſed melius tamen quam *epinephridia*, quod eſt in 5. edd. Gloſſ. Cod. Leid. *Epimfalia ſunt quaedam emplaſtra, quae apponuntur umbilico mulierum concipere non valentium, unde praegnaces reddantur.* MUNCK. J. Pollux lib. II. cap. 4. §. 169. ſimpliciter hanc vocem ita deſcribit ὀμφαλὸς ὃ τὸ οὐ μέσον, ἀκρομφάλιον. τὸ δ ὑπὲρ αὐτὸ ὑπομφάλιον.

## Ad CAP. VI.

3 VANESCIT] Pro *evaneſcit.* Ambroſ. Hexaëm. Lib. III. 13. *Succus vaneſcit interior.* Victor de Perſec. Vandal. Lib. I. *Illa omnia vaneſcebant.* MUNCK. Haec non eſt tam rara locutio. Ut enim hic *in fumum vaneſcit ſubſtantia*, ita Ovid. Epiſt. I. Heroid. vs. 79. ait.

*Fallar, & hoc crimen tenues vaneſcat in auras.*

4 FURASSE] 6. edd. *furatus eſſe*, quemadmodum Scriverius quoque volebat. Sed pro Commel. ſtat codex Leid. Nec indignum *furo* pro *furor* Fulgentio arbitror. Licinius Ruffinus Collat. Leg. Tit. X. *Si aliquis dabit proximo ſuo argentum vel vas ſervare, & furatum fuerit* &c. Leg. Sal. Tit. XXIX. *Si quis mulieri brachile furaverit.* Plura vide ad Hygin. cap. 100. MUNCK.

5 IN SPELUNCAM] *In ſpelunca* MS. Leid. & mox *abſcondidit.* MUNCK. Livius lib. I. cap. 7. qui totam rem deſcribit: *Paſtor, accola ejus loci, nomine Cacus, ferox viribus, captus pulchritudine boum, quum avertere eam praedam vellet, quia, ſi egeſſo armentum in ſpeluncam compulſſet, ipſa veſtigia quaerentem dominum eo deductura erant, averſos boves eximium quemque pulchritudine caudis in ſpeluncam traxit.*

6 MALUM DICIMUS] Albricus: *Moraliter autem Cacus malus dicitur.* Auguſtin. C. D. lib. XIX. cap. 12. *Malus Graecè* κακὸς *dicitur, quod ille vocabatur.* Servius ad AEn. VIII. 190. *Novimus autem malum à Graecis* κακὸν *dici: quem ita illo tempore Arcades appellabant. Poſtea tranſlato accentu Cacus dictus eſt, ut Helene Helena.* Lege, *ut* ἰατήρ &c. Idem ad Ecl. X. 4. *Sanè Aretbuſa ſecundum Latinitatem in penultimâ habet accentum: ſecundum rationem Graecam in tertiâ à fine. Sic ut Creuſa, & Creuſa.* Leg. & heic, *& Κρέουσα.* Huic Caco etiam ſoror Caca fuit. Lactant. Firm. lib. I. cap. 20. *Colitur & Caca, quae Herculi fecit indicium bonum, divinitatem conſecuta, quia prodidit fratrem.* Plura de Caco auctor Orig. Gent. Rom. p. 7. MUNCK. Plutarchus in Amato-

dentibus, ut fumus oculis: aut quod ſemper occultas obſcuraſque cavillationes objiciat. Ideo & duplex, quod multiformis malitia, non ſimplex ſit. Triplici etiam modo nocet malitia: aut in evidenti, [8] potentior: aut ſubtiliter, falſus amicus: aut occulte, ut [9] inpoſſibilis latro. Ideo etiam ſubtractos boves tranſverſis ducit veſtigiis, quod omnis malignus aliena ut invadat, tranſverſa [defenſionis] [10] utitur via. Ideo & bona Herculis concupiſcit, quia omnis malignitas eſt virtuti contraria. Denique in ſpelunca abſconditur, quod numquam malignitas aperta [11] liberior fronte ſit: ſed virtus & malos interficit, & ſua vindicat.

## VII. *De Antaeo & Hercule.*

ANTAEUS enim [12] in modum libidinis ponitur: unde & ἀντίος Graece contrarium dicimus. Ideo & de terra natus, quod ſola libido

Amatorio T. II. p. 762. eum non κακὸν ſed κάκιον vocat. Τὸν μὲν γὰρ Ἡφαίστου παῖδα Ῥωμαῖοι Κάκιον ἱστοροῦσι κατὰ τὴν φλόγας ἀφιέναι δεινὸν ὄντα καὶ πυρί.

7 CONTRA SIT VERITATI] Lege, *contraria ſit* cum MS. Leid. & 6. edd. & ſtatim *acerba ſit* cum iiſdem. MUNCK.

8 POTENTIOR] Lege, *ut potentior* cum 6. edd. & in ſeqq. *ut falſus amicus* cum iiſdem & MS. Leid. MUNCK.

9 IMPOSSIBILIS LATRO] *Impotens.* MICYLL. H. e. ἀδυνάτου, impotens. *Impoſſibilitas* impotentia. Chryſol. Serm. XXXI. *Ut fieret de impoſſibilitate contemptus.* Ita *poſſibilitas* pro potentia uſurpatur à Capella lib. II. p. 40. IV. p. 96. VII. 242. Uſos eadem voce etiam Marcellinum, Arnobium, & Palladium obſervat ad Voſſ. libros de Vit. Sermon. doctiſſ. Borrichius. Addo illis Servium ad II Georg. 42. *Quare & ſuam verecundè extenuat poſſibilitatem.* Auguſtin. C. D. Lib. XXII. 30. *Non ſuae poſſibilitate naturae.* Fulg. Ruſpenſ. Epiſt. 3. *Virilus humanae poſſibilitatis aſſignat.* Caeterum ut *impoſſibilis*, qui nihil poteſt, ita *inſenſibilis* dicitur Auguſt. Soliloq. cap. 6. & 19. qui nihil ſentit. *Incogitabilis* apud Lactant. lib. I. cap. 8. ἀνοήτου. *Irrationabilis* apud eundem, qui rationis eſt expers, lib. II. cap. 2. Plura vide ad cap. 9. Sed occulta malitia haud ſatis rectè videtur cum latrone impoſſibili conferri. Quamobrem aſſentior propemodum Barthio reponenti *imprævisibilis latro.* MUNCK.

10 UTITUR VIA] Modii MS. *nititur.* Nec aliter Leid. cod. Salluſt. Catil. cap. 11. *Ille vera nititur vid.* Jug. cap. 4. *Ad imperia & honores nituntur.* MUNCK. *Uti* & *niti* in MSS. ſaepius confundi docet Cl. Oudendorp. ad J. Caeſar. lib. IV. B. G. cap. 24. ad III. B. Civ. 45. & ad Hirt. de B. Alex. cap. 58.

11 LIBERIOR FRONTE SIT] 6. edd. *liberiori fronte ſit.* Quod non contemnendum. Albricus exſcripſit Fulgentium: *Qui latet in ſpeluncâ, quia nunquam malitia liberae frontis eſt. Hercules autem, id eſt, virtus malos interficit, & ſua vendicat.* MUNCK.

## Ad CAP. VII.

12 IN MODUM LIBIDINIS] Ita & mox cap. 8. *In modum temporis poſuerunt.* In Contin. Virg. *Tricerberi autem fabulam jam ſuperius expoſuimus in modum jurgii forenſis poſitam.* Albricus diceret *ſub formâ.* Audi illum: *Ponitur autem Antaeus ſub forma libidinis. Nam ἀντίος Graecè contrarium ſonat. Et naſcitur libido de terrâ, quia de carne concepta.* Haec quoque ex Fulgentio hauſit. MUNCK. Cum Thurio gigante dimicavit etiam Hercules. Vid. Pauſan. lib. III. cap. 18. p. 255. cujus pugnae ſi meminiſſet Fulgentius, neſcio quos monſtriferos hic iterum nobis ediſſet explicationum foetus. Ne tamen ejus laudes deteram, Graecae vocis ἀντίου ſignificationem novit. Ut enim *Rhea* Ἀνταία dicitur, nempe διότι ἐναντία πᾶσι τοῖς τέκνοις ἦν, ut cenſet Schol. Apoll. Rh. I. 1141. quamquam alios alius eſſe ſententiae ibidem dicat: ita Ἀνταῖος hic homo,

do de carne concipitur. Denique etiam, tacta terra, validior exsurgebat. Libido enim [1] quanto carni consenserit, tanto surgit iniquior. Denique à virtute gloriae, quasi ab Hercule, superatur. Nam denegato sibi terrae tactu [2] commoritur, altiusque elevatus materna non potuit mutuari suffragia, quo evidentem suae rei fabulam demonstrasset. Omnem enim mentem dum virtus in altum substulerit, & carnalibus eam denegaverit adspectibus, victrix statim exsurgit. Ideo etiam & diu in certamine dicitur desudasse. [3] quia rara est pugna, quae cum concupiscentia vitiisque congreditur, sicut Plato in Moralibus ait: Sapientes viri majorem cum vitiis quam cum inimicis pugnam gerunt. Nam & Diogenes [Cynicus] cum [4] dolore ramicum torqueretur, & vidisset homines ad Amphitheatrum concurrentes, dicebat: Qualis hominum stultitia, currunt spectare feris homines repugnantes, & me praetereunt cum naturali dolore certantem.

## VIII. *Teresias.*

TERESIAS duos serpentes concumbentes vidit; quos cum virga per-

mo, quisquis ille fuerit in Libya, a Graecis dici potuit, quia omnibus hospitibus adversus fuit, quos luctando interficiebat, quomodo & Herculem obprimere conatus fuit, sed frustra. v. Plut. in Theseo pag. m. 5. & quos laudavi ad Hygini fab. 31. Verum si recte nosset fabulam Fulgentius, & sana mente fuisset praeditus, hoc modo explicasset numquam; non enim hac lucta superavit carnis libidinem Hercules, quoniam cum Antaei occisi uxore statim rem habuit, e qua suscepit filium, quem ex hoc casu Palaemonem adpellavit, ut docet Tzetzes ad Lycophron. vs. 662. Praeterea hoc modo omnes Herculis labores explicare stultum est. Fuerunt revera olim hujusmodi latrones, de quibus haec testatur Plutarchus in Theseo pag. 3. Ὁ δὲ κοῦρος οὗτος ἐπίγνου ἀνθρώπους, χειρῶν μὲν ἔργοις, καὶ ποδῶν τάχεσι, καὶ σωμάτων ῥώμαις (ὡς ἔοικεν) ὑπερφυεῖς καὶ ἀκαμάτους, πρὸς δὲν ἢ τῇ φύσει χρωμένους ἀσκητάς, οὐδὲν ὠφέλιμον, ἀλλ' ὕβρει τε χαίροντας ὑπερηφάνῳ, καὶ λαμπρύνοντας τὴν δύναμιν ἐπὶ σπλάγχνοις καὶ πικρίᾳ, καὶ τὸ κρατεῖν, βιάζεσθαί τι καὶ παραβαίνειν τὸ παραπίπτον. αἰσχῦν δὲ καὶ δικαιοσύνην, καὶ τὸ ἴσον καὶ τὸ φιλάνθρωπον, ὡς ἀπλημμέλειαν ἢ ἀδικεῖν, καὶ φόβον ἢ ἀδικεῖσθαι, τοὺς πολλοὺς ἐπαγωγοὺς, οὐδὲν εἰωμένους προσήκειν πρὸς πλέον ἔχειν δυναμένοις. Τούτων Ἡρακλῆς τοὺς μὲν ἐξεκόπτε καὶ ἀπήμων ἐφύλαττε, οἱ δὲ λανθάνοντες ἐπίπονα παρεσκεύαζε πάσχοντες καὶ ἀπόλλυντο, καὶ παρημελεῖτο παντελῶς πρᾴττοντες. Fuerunt etiam hujusmodi belluae. Pausan. a putidis fabulis abhorrens narrat. lib. 1. cap. 27. pag. 66. Πέλαγος δὲ ἄρα τὰ θηρία φοβερώτερα ἦν τοῖς ἀνδράσιν, ὡς ὅτε ὁ Νιμεᾶς λέων, καὶ ὁ Παρασίου, καὶ ὁμόσποροι τῇ Ἐλάδι πολλαχῇ, καὶ ὃς ὤφελέ τι Καλυδῶνα, καὶ Ἐρύμανθον, καὶ τὸ Κερυνείας ὁ Κερμωνιεύς· ὧν τι καὶ ἐλίγοις, τὰ μὲν ἀπίνας τὴν γῆν, τὰ δὲ ὡς ἱερὰ εἶναι θεῶν, τὰ δὲ καὶ ἐς τιμωρίαν ἀνδρῶσιν ἀφῖχθαι. Hos latrones proiterni & haec monstra ab hominibus audacibus domari potuisse quis negaverit sanus? An Fulgentius Polydamantis Niciam patrem habentis res gestas eodem modo explicaret, qui Polydamas λέοντα ὁν τὸ Ὀλύμπου μέγαν καὶ ἄλκιμον θηρίον κατειργάσατο ἀδίκοις ἐπιδυόμενον ὅπλοις, teste Pausania lib. VI. cap. 5. pag. 464. Sub poëtarum fabulis latent verae historiae, sed quas loquendi modis a vulgari sermone longe abeuntibus ita occultant, ut in rectam earum cognitionem penetrare nequeas, nisi istas locutiones habeas penitus perspectas. Vide, quos laudat Is. Casaub. ad Strabon. lib. 1. pag. 35. 42, 43. & notas nostras ad caput ultimum hujus libri. Confundunt etiam res gestas heroum omnes Graeci, quos sequuntur tam solutae, quam ligatae orationis scriptores, & uni saepe tribuunt homini, quod plures diversis temporibus fecerunt, quod vel ex Herculis laboribus patet. Vide, quae dixi ad cap. 5. hujus libri, imo ita augent, ut fidem saepe superent. An enim hic Polydamas, cujus tamen audacia facinora non pro fabulis habenda sunt, istum leonem occiderit inermis, suo loco relinquimus. Revera itaque Herculem i. e. virum quemdam fortissimum

percuſſiſſet, in feminam converſus eſt. Iterum poſt temporis ſeriem eos [5] concumbentes vidit, ſimiliterque percuſſis, iterum eſt in priſtinam naturam converſus. Ideoque dum de amoris qualitate certamen Juno & Jupiter habuiſſent, eum judicem quaeſierunt. Ille dixit, tres uncias habere virum amoris, & novem feminam. Juno irata ei lumen ademit: Jupiter vero ei [6] divinitatem conceſſit. Graecia enim quantum ſtupenda mendacio, tantum eſt admiranda commento. Tereſiam enim in modum temporis poſuerunt, quaſi [7] Θέρος αἰὼν, id eſt aeſtiva perennitas: Θέρος enim dicitur aeſtas. Ergo ex verno tempore, quod maſculinum eſt (quia eodem tempore clauſura ſoliditaſque eſt germinum) dum coëuntia ſibi [8] adfectu animalia viderit, eaque virga, id eſt fervoris aeſtu percuſſerit, in femineum ſexum convertitur, [9] id eſt aeſtatis fervorem. Ideo vero aeſtatem in modum poſuerunt feminae, quod omnia patefacta eodem tempore ſuis emergant folliculis. Et quia concipiendi duo ſunt tempora, veris & autumni, iterum conceptu prohibito, ad priſtinam redit imaginem. Autumnus enim ita omnia maſculino corpore adſtringit, quo conſtrictis arborum venis

mum Thebis & alibi in Graecia, nec non Antaeum in Libya latronem exſtitiſſe, ſed hiſce omnibus a rebus geſtis nomen eſſe inditum ſtatuimus.

1 QUANTO CARNI &c.] Subaudi *magis*. Vulgat. Interpres Exod. I. 11. *Quantoque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur.* Fulgent. Ruſp. Epiſt. 6. *Eo magis imagine ſecularis concupiſcentiae ſuccenduntur, quo ſublimes ſeculi dilectione mundanâ libenter captivos teneri conſpiciunt.* Auguſt. C. D. VII. 3. *Tanto illis rebus praeſtantiora ſunt, quanto & ipſae res ab eis intellectu & ratione vincuntur.* Juſtin. XXXIX. cap. 3. *Quanto Grypus abnuit, tanto ſoror muliebri pertinacia accenditur.* Pſeudocypr. Laud. Martyrii: *Quanto ſe in exprimendâ martyrii dignitate protulerit, tanto ipſo pondere laudis oppreſſa deficiat.* Ovid. VIII. Met. vers. 751. *Nec non & caetera tanto Sylvas ſub hac omnis, quanto jacet herba ſub omni.* Vet. Interpr. Marc. cap. VII. vers. 36. *Quanto autem eis praecipiebat, tanto magis* &c. MUNCK.

2 COMMORITUR] *Moritur* 6. edd. Sed illud cum Commel. habet Leid. cod. Gloſſ. *Simul & ſtatim moritur.* MUNCK.

3 QUIA RARA EST PUGNA, QUAE CUM CONCUPISCENTIA VITIISQUE CONGREDITUR] Non agnoſcunt illa verba MSS. Modiani. Sed agnoſcit Leidenſis. Gloſſator non malè *raram pugnam* pro magna & inſigni accipit. MUNCK. Sic *rarum* pro praecipuo ac ſummo capit Philarg. ad Virg. IV. Georg. 130. *rarum hominem* pro egregio ac bono ſumi docet Serv. ad VII. Ecl. 46. Sic *rariſſima patulis ramis quercus* Ovidio VII. M. 622. eſt admodum inſignis. *rarae puellae* dicuntur, quae forma, qua aliis praeſtant, aut ſaltim quam cum paucis habent communem, caeteriſque dotibus admodum ſunt inſignes. v. Broukh. ad Propert. I. VIII. 42.

4 DOLORE RAMICUM] Gloſſ. Philox. *Ramex*, σπλαγχνικὸν. Unde *enterocelici* Arnob. Lib. VII. Plin. Lib. XX. 4. Conſule Salmaſ. Lib. I. Epiſt. 56. Taubm. ad Plaut. Mercat. I. 2. Alciat. Parerg. lib. IV. cap. 27. Not. Tyr. *Ramex, Ramicoſus.* Lege, *ramex.* MUNCK.

## Ad CAP. VIII.

5 CONCUMBENTES VIDIT &c.] Concinnius foret: *concumbentes ut vidit, ſimiliterque percuſſit.* MUNCK.

6 DIVINITATEM] Artem vaticinandi. *Divinandi poſſibilitatem* appellat Capella Lib. II. pag. 40. MUNCK.

7 ΘΕΡΟΥΣ ΑΙΩΝ] MS. Leid. *Tereſien Teri enim aeſtas dicitur*, Dejerare auſim barbarè ſcripſiſſe Fulgentium, Θέρης αἰών. Θέρη enim &c. MUNCK.

8 AFFECTU] MS. Mod. *ad foetum.* MS. Leid. ſtat à Commelino. Gloſſ. *amore.* MUNCK.

9 ID EST, AESTATIS] *In aeſtatis* unâ voculâ

venis [1] vitalis ſucci [2] commerciales tranſennas [3] uteri ſtringens, foliorum marculentam [4] detundat calvitiem. Denique duobus diis, id eſt duobus elementis, arbiter quaeritur, igni atqui aeri, de genuina amoris ratione certantibus. Denique juſtum [5] proferat judicium. In fructificandis enim germinibus dupla aeri quam igni materia ſubpetit. Aër enim & [6] maritat in glebis, & producit in foliis, & gravidat in folliculis. Sol vero maturare tantum novit in granis. Nam (ut hoc certum ſit) [7] caecatur à Junone, illa videlicet cauſſa, quod hiemis tempus aëri nubilo caligante nigreſcat: Jupiter vero occultis vaporibus [8] conceptionalem factum ei futuri germinis ſubminiſtrat, id eſt quaſi praeſcientiam. Nam ob hanc rem etiam Janus bifrons pingitur, quod & praeterita reſpiciat & futura.

## IX.

auctius MS. Leid. & mox cum 6. edd. *conſtringit* pro *aſtringit*. MUNCK.

1 VITALIS SUCCI] Lactant. de Opif. Dei cap. 7. *Et ſanguis univerſa membra vitalibus ſuccis irrigaret.* Et cap. 11. *Vitales ſuccos membris omnibus diſpertiret.* Dicitur ferme *vitalis ſuccus*, ut *ſemen vitale*. Vet. Inſcript. apud Tectoſagas: *Vitale ſemen conſervare.* Σπέρμα ὑσίας Plutarchus vocat libr. de conſ. valet. Non diſſimiliter *vitalia paſcua* Chryſolog. Serm. VI. *Vitalis ſubſtantia* V. *Vitalis eſca* LVI. quae vitam faciunt & conſervant. MUNCK.

2 COMMERCIALES TRANSENNAS] Gloſſ. *mutuos tranſitus*. MUNCK.

3 UTERI] MS. Leid. *iteris*. Gloſſ. pro *itineris*. 6. edd. *interius*. Quod magis arridet, cum quid uterus ſit in arboribus haud videam. MUNCK.

4 DETUNDAT] Gloſſ. cod. Leid. explicat, *amputet*. Videtur legiſſe *detondeat*. Quod ineptum non eſt. Prop. Lib. III. el. 11. *Nunc violas tondete manu.* Retineo tamen *detundat*; tametſi melius dixiſſet, *decutiat*. Horat. Epod. XI. *Silvis honorem decutit.* Ubi Scholiaſtes: *Pridie Idus Junias, aut circiter, incipit ſol à nobis recedere & ſuus ſuccus arbores deficere, uſque ad pridie idus Decembrias.* MUNCK.

5 PROFERAT JUDICIUM] Lege, *profert* cum 6. edd. & MS. Leid. MUNCK.

6 MARITAT] Gloſſ. *foecundat*. Non convenit heic Fulgentio cum Philoſophis. Melius Lactant. lib. I. cap. 12. *Ut nulli alii elemento magis opus ſit genitalibus, quam calori, cujus fotu concipiuntur, naſcuntur, ſuſtentantur omnia.* MUNCK.

7 CAECATUR A JUNONE] *Caecatur etiam à Junone* MS. Leid. MUNCK.

8 CONCEPTIONALEM FACTUM] B. A. H. & M. *Conceptionem fatim*. L. & H. *Conceptionem ſtatim*. MS. Leid. *Conceptionale fatum*. Optimè παρ' ἡμῖν κεῖται. Sequitur enim, *quaſi praeſcientiam*. Fatum enim quandoque idem quod vaticinium, ut cum *fata Sibyllina* dixit I. Cat. Tullius. MUNCK. Quid? Ergone Fulgentius credidit, *Tireſiam* numquam in rerum natura exſtitiſſe, cujus obitus a Pauſania lib. VII. cap. 3. pag. 527. ſerio deſcribitur. Θειρεσίᾳ δὲ ᾧ Πολυνείκης καὶ Ἀργείων ἱλίτται Θήβας, ἄκοιτί τι αἰχμαλωτίδι, καὶ ἡ Μαντὼ παῖ Ἀπόλλωνι ἐκομίσθησαν ἐς Δελφούς. Τειρεσίαν δὲ καὶ τὴν πορείαν τὸ χειμῶνι ἐπίλαβεῖν ἐν τῇ Ἀλιαρτίᾳ. exſtitere itaque numquam Thebae, nec Pindarus, Epaminondas aliique, qui Thebis nati perhibentur. Fabulae explicatio non ex Tireſiae nomine, ſed e duobus ſerpentibus coëuntibus petenda eſt, & e ſexus mutatione. vide, quae notavi ad Hygini fab. 75. ubi & plures qui de Tireſiae morte ſcripſerunt, auctores citatos invenies.

## Ad CAP. IX.

9 AURI VEL ARGENTI] 6. edd. & MS. Leid. *argenti & auri*. MUNCK.

10 INSENSIBILEM] Ἀναίσθητον, nihil ſentientem. Au-

## IX. *Prometheus.*

NULLA quaerantur ultra terris munimina, dum uſque in coelum pervenerint furta: aut quae ſecuritas erit [9] auri vel argenti, ubi flamma potuit involari? Prometheum ajunt hominem ex luto finxiſſe, quem quidem inanimatum atque [10] inſenſibilem fecerat. Cujus opus Minerva mirata, ſpopondit ei, ut, ſi quid vellet de coeleſtibus donis, ad ſuum opus adjuvandum inquireret. Ille nihil ſe ſcire ait, quae bona in coeleſtibus haberentur: ſed ſi fieri poſſet, ſe uſque ad ſuperos elevaret: atque exinde, ſi quid ſuae figulinae [11] congruum cerneret, melius [12] in re oculatus arbiter praeſumpſiſſet. Illa [13] inter ora ſeptemplicis clypei ſublatum [14] coelo opificem detulit. Dumque videret omnia coeleſtia flammatis animata [15] vegetare vaporibus, clam [16] ferulam Phoebiacis adplicans rotis, ignem furatus eſt: quem [17] pectuſculo hominis adplicans, animatum reddit corpus. Itaque ligatum eum ferunt vulturi jecur perenne praebentem. [18] Et quamvis Nicagoras in [19] Diſthemi-

Auctor Ovid. Vetulae: *Sunt inſenſibiles multum à virtute remotae.* Auguſt. Soliloq. cap. 6. *Ideo caecus eram, ſurdus, & inſenſibilis.* Ambroſ. de iis, qui initiantur cap. 4. *Quaſi inſenſibilia vel culpam poſſint recipere vel gratiam.* Ita apud veterem interpretem Siracidae cap. 1. vers. 36. *incredibilis* dicitur ἄπιστος. Et 11. 32. *Intelligibilis*, qui intelligit, ut *ſenſibilis*, qui ſentit apud Lactant. 11. cap. 2. & VI. cap. 9. Sanè *incredibilis* pro incredulo eſt etiam apud Eccl. cap. XVI. vers. 37. Epiſt. ad Tit. cap. 1. 10. *Inconcupiſcibilis animus* apud Schol. Horat. qui nihil concupiſcit. *Irrationabile elementum*, quod ratione non utitur, apud Gregor. Dial. lib. III. cap. 10. Sed adjectiva illa in BILIS definentia activè ſaepe ſumi multi jam multis declararunt, inter quos & Voſſius eſt in de Vit. Serm. p. 150. Adde quae dixi ſupr. ad cap. 6. MUNCK.

11 CONGRUUM] Conveniens. Utitur eâ voce etiam Ruſpenſ. Epiſcop. Epiſt. 3. *Utriuſque rei congruâ diſcretione penſantes.* MUNCK.

12 IN RE] MS. Leid. *inire.* Micyll. & L. *Si quid ſuae figulinae congruum cerneret, melius iniret, id eſt, propter ſeptem artes liberales, vel ſeptem planetas, qui in aëre currunt, oculatus arbiter praeſumpſiſſet.* Eadem habent B. H. I. & A. niſi quod pro *iniret* exhibent *inire.* Sed tu, mihi crede, lector, illa, *id eſt propter ſeptem artes liberales, vel ſeptem planetas, qui in aere currunt*, gloſſatoris eſſe, qui explicare voluerit, quid ſeptemplex clypeus ſibi velit. Certe marginem codicis Leidenſis inter caeteras gloſſas occupant. Caeterum pro *in re* omnino reponendum cenſeo *inire* h. e. invenire. Excerpta Feſti: *Iniit ponitur interdum pro concubuit: interdum pro invenit, ut iniit rationem: interdum pro introiit, ut Plautus, iniit te unquam Febris.* MUNCK.

13 INTER ORA] Lege, *inter oras.* cum MS. Leid. & 6. edd. MUNCK.

14 COELO DETULIT] Οὐρανὸν ἤνεγκεν. Maro: *It clamor coelo.* MUNCK.

15 VEGETARE] Ita quoque & 6. edd. & MS. Leid. Gloſſ. explicat *vivere.* Vel *vegetari* eſt legendum, vel, quod rectius putem, dicendum *vegetare* abſolutè poſitum pro *vegere*, ut *ſuppeditare* pro *ſuppetere* interdum. Varro apud Nonium: *Viget, veget, ut pote plurimum.* Iſidor. de Nat. Rer. cap. 27. *Quod animal ſit & ſpirat & vegetat* &c. MUNCK.

16 FERULAM PHOEBIACIS APPLICANS ROTIS] Servius ad Ecl. VI. Virg. vers. 42. *Adhibita facula ad rotam ſolis ignem furatus.* Forte *ferula* quis mallet. Sed facula de ferula facta eſſe potuit. Fictum hoc inde, quod ignem in ferula adſervare docuit. Vide Plin. Lib. VII. 56. MUNCK.

17 PECTUSCULO HOMINIS APPLICANS &c.] Schol. Horat. ad Lib. I. od. 3. *Cum ignis è coelo furtim à Prometheo ſurreptus eſſet ad ſuas è terrâ fictas ſtatuas animandas.* MUNCK.

18 ET QUAMVIS] Τὸ &, ut planè heic otioſum, per me licet abeat in malam rem. MUNCK.

19 DISTHEMITEA] Boſchartus emendat *de Prometheo.* Voſſ. Hiſtor. Graec. pag. 520. Διεμ. Προμηθίνης. hoc eſt, *vinctâ Prometheî.* MUNCK.

1 ET

ſihemithea libro, quem ſcripſit, primum illum formaſſe idolum referat; [1] & quod vulturi jecur praebeat, [2] livoris quaſi pingat imaginem. unde & Petronius Arbiter ait:

[3] *Qui vultur jecor* [4] *intimum* [5] *pererrat,*
*Et pectus trahit, intimaſque fibras,*
*Non eſt quem* [6] *lepidi vocant poetae,*
*Sed cordis* [7] *mala livor atque luctus.*

Nam

1 ET QUOD VULTURI] 6. edd. *ex eo quod.* Cod. Leid. *& eo quod.* quod probo. MUNCK.

2 LIVORIS PINGAT IMAGINEM] Euphorbus, ſive Vomanus eſt, epigram. de Livore Catal. Pith. Lib. I. *Eſt ales, Tityique vultur intus, Qui ſemper laserat comeſtque mentem.* MUNCK.

3 CUI VULTUR] *Quī* legendum cenſeo, ut editum inter fragmenta Petronii. Πραγματικῶς & κατ' ἰστορίαν interpretatur Schol. Heſiodi pag. 251. ed. Heinſ. MUNCK.

4 INTIMUM] Ita & MS. Leid. Modius & 6. edd. *ultimum.* Quomodo adducunt quoque Boſchartus Hierozoic. & Braſſicanus ad Petron. Putarem τὸ *intimum* praeferendum, niſi mox ſequeretur *intimaſque fibras.* Ovid. IX. Met. 202. *Pulmonibus errat Ignis edax imis.* Damaſus: *Latuitque ſub imo Pectore.* Catullus Carm. 36. *Ignes interiorem edunt medullam.* Sed ingrata & invenuſta eſt ejuſdem vocis repetitio illa, nec ſapit limatum Petronii judicium. MUNCK.

5 PERERRAT] *Penetrat* Barth. Fruſtra. MUNCK.

6 TEPIDI] Ita cum 6. edd. etiam cod. Leid. Gloſſ. *falſi.* Dixerim potius *nugaces.* Sanè *tepentes naenias* pro frivolis nugis uſurpavit Claud. Mamertus de Stat. Anim. lib. II. cap. 8. Ad eundem modum exiſtimabam aliquando *tepidas nugas* dixiſſe verſiculos ſuos Auſonium, & legebam in carmine ad Pacatum: *Inveni, tepidae ſilete nugae.* Scaliger heic in margine libri ſui emendaverat *trepidi.* Quod non contemnendum. Potuit enim trepidos vocare poëtas, quod quaſi timidi & meticuloſi omnia facere ſoleant φοβερόπτερα. Salmaſius volebat *Tityon*, & Boſchart. Hieroz. Part. II. Lib. II. 27. Atque ita *cui* eſſet retinendum. Quod non putem, cum ſic pendeat ſententia. Videtur hoc voluiſſe: Non eſt is vultur, quem Prometheo viſcera exedere ſingunt nobis poëtae: ſed livor & luctus ſunt, qui hoc faciunt. Si de Tityo accipere mavis, legendum cum Douzâ not. in Tibull. cap. 2. *Non eſt, quem Tityi vocant poëtae.* MUNCK.

7 MALA] Non agnoſcit vocem illam Leid. codex. Barth. Adverſ. lib. XII. cap. I. emendat *lama.* Sed velim ſcire, quomodo ſic conſtet verſus, cum prior ſyllaba in *lama* producatur ab aliis. Vide Horat. Lib. I. epiſt. 13. vers. 10. Pro *luxus* malebat *luctus* Scaliger, ut & Douza Spicileg. in Petron. Nec diſplicet. Lucretium ſecutus eſt Petronius. Servius ad AEn. VI. vers. 596. *Sanè de his omnibus rebus mirè reddit rationem Lucretius, & confirmat in noſtrâ vitâ eſſe omnia, quae finguntur de inferis. Dicit enim Tityon amorem eſſe, hoc eſt, libidinem: quae ſecundum Phyſicos & Medicos in jecore eſt, ſicut riſus in ſplene, iracundia in felle. Unde etiam exeſum à vultare dicitur in poenam renaſci: etenim libidini non ſatis fit, re ſemel peracta, ſed recrudeſcit ſemper. Unde ait Horatius*, Incontinentis aut Tityi jecur. Lege, *nec Tityi* &c. Ita enim habetur lib. III. od. 4. MUNCK.

8 LINDOSECFMIARUM] Laudat & Meurſius eo nomine hunc librum ad veteres Muſicos. Modius & 6. edd. *Epimetheiorum* quaſi inibi actum eſſet de origine & geſtis Epimethei. MS. Leid. *In livido ſententiarum libro.* Gloſſator: *In quo diſputat de livore, id eſt, invidiâ.* MUNCK. Si plura de Ariſtoxeno ſcire velis, adi Plutarchum qui de eo haec refert de Herodoti Malignit. Tom. II. pag. 856. Ἐγγὺς δὲ τούτων εἰσὶν οἱ τῆς ψόγου ἰκμάδας τινὰς παραλείπειν, ὡς ἐπὶ Σακεράδας Ἀρκεσίλεῳ, ἀπαιδόδοτον καὶ ἀμαθῆ καὶ ἀκόλαστον εἶναι, ἐπίπαγκυν, ἀδικίᾳ δὲ καὶ πόσῳ. Item Perizon. ad AEliani VIII. V. H. 13. ac Menag. ad Diogen. Laert. lib. VIII. §. I.

9 ΠΡΟΝΟΙΑΝ ΘΕΟΥ] MS. Leid. Προμηθέως Τέχι. Lego, προμήθειαν θεοῦ. Et ita quoque 6. edd. niſi quod illud θεοῦ omittunt. Phornutus cap. 18. Προμηθέα εἰρῆσθαι τὸν προμήθειαν. Servius ad Eclog. VI. *Prometheus dictus eſt* ἀπὸ τῆς προμηθείας, *id eſt, à providentiâ.* Lactant. II. cap. 10. *Non dico eſſe mentitos, ſed primum omnium Prometheum ſimulacrum hominis formaſſe de pingui & molli luto.* Quae ut ſimpliciſſima, ita veriſſima videri poſſit interpretatio. Nec inſulſè Auguſtin. C. D. lib. XVIII. cap. 18. *Ferunt de luto formaſſe homines, quia optimus ſapientiae doctor fuiſſe perhibetur.* Heraclid. Alleg. Hom. p. 123. Ὁ Προμηθεὺς ἀπ' ὄρους

ρους

Nam & Ariſtoxenus in [8] Lindoſecemiarum libro, quem ſcripſit, ſimilia profert. Nos vero Prometheum, quaſi [9] προνοιαν θεῦ: quod nos Latine [10] Dei praevidentiam dicimus: [11] ex hac praevidentia, & Minerva, quaſi coeleſti ſapientia, hominem factum. Divinum vero ignem, quem voluerunt, animam monſtrant divinitus inſpiratam, quae apud [12] paganos dicitur [13] de coelis tracta. Jecur vero Prometheum vulturi praebentem, quod nos cor dicimus: quia in corde [14] aliquanti Philoſophorum dixerunt ſapientiam. Unde & Juvenalis ait:

--- *Si*

ραῦ ἀφαιρεθέντος τὸ πῦρ λέγει), ἐπειδήπερ τέχνης κοσμικῆς ἡ ἀνθρώπων ἐπινόησις πρὸς ἐκείνην ἀπέβλεπεν. MUNCK. Vide, quae congeſſi ad Hygini fab. 144.

10 Dei praevidentiam] Modius, *providentiam Dei.* In 6. edd. & MS. Leid. *providentiam dicimus*, omiſſo τῆ *Dei.* MUNCK.

11 Ex hac praevidentia] Modius: *Et ex Dei providentiâ & Minervâ quaſi coeleſti ſapientiâ hominem factum; divinum vero ignem animam divinitus inſpiratam, quae apud Paganos* &c. Leid. Cod. à Commelino nihil abit, niſi quod initio habet, *ex Dei providentiâ.* Si deinde ſcribas, *divinum vero ignem quod voluerunt, animam* &c. ſatis & apta & aperta erit ſententia. Zeno apud Cenſorin. cap. 3. genitos homines autumat *ex ſolo adminiculo divini ignis, id eſt, Dei providentiâ.* MUNCK.

12 Paganos] Unde pagani dicti ſint anquiritur ab Alciato Parerg. lib. 1. cap. 13. Herald. ad Arnob. pag. 4. Iſidor. lib. VIII. Orig. cap. 10. Paſſerat. ad Propert. Lib. IV. el. 4. MUNCK.

13 De coelis tracta] Vide Virgil. AEn. VI. 710. Juvenal. Sat. XV. 146. Lactant. lib. III. cap. 6. Servius ad AEn. II. 641. *Anima enim coeli pars eſt, corpus vero umbra inferorum.* Corpus eſſe umbra non poteſt. In Servio Danielis duae iſtae voces *corpus vero* omittuntur. Mihi defectus eſſe locus videtur. Scribo: *corpus vero terrae, umbra inferorum.* Ex tribus componebant hominem, animâ, corpore, & umbra. Vetus inſcriptio apud Gruterum, & in Catal. Pith. Lib. III. *Perpetuas ſine fine domos mors incolit atra, AEternoſque levis poſſidet umbra lares. Vita ſubit coelum, corpus tellure tenetur: Omnia ſic repetunt jura locoſque ſuos.* MUNCK. Serv. ad IV. AEn. 705. *Et dicendo IN VENTOS aut eos ſequitur, qui animam aërem dicunt; hoc eſt, in materiam ſuam redire.* & ad V. AEn. 721. *Aut ſentiendum quod ſupra diximus: quia animae coelum tenent, ſimulacra vero apud inferos ſunt.* Animam ita definit Schol. Euripidis in Hecuba vs. 177. Σημαίνει τὴν μὲν τοῦ ἀνθρώπου λογικὴν ψυχὴν, ἣ τὴν μὲν τοῖς ζώοις τοῖς ἀλόγοις καὶ τοῖς φυτοῖς. Non agam hic de anima in duas partes a Platone Philoſopho diviſa, ſed ad rem facit, quod dicat λογικὴν ψυχὴν habitare in ſumma corporis parte πρὸς δὲ ΤΗΝ ΕΝ ΟΥΡΑΝΩ ΣΥΓΓΕΝΕΙΑΝ ἀπὸ γῆς ἡμᾶς αἴρει, ὡς ὄντας φυτὸν οὐκ ἐπίγειον, ἀλλ' οὐράνιον. v. Heraclid. Pontic. in Allegor. Homeric. p. 433. quam inmortalem primi ſtatuerunt AEgyptii, teſte Herodoto lib. II. cap. 123. Juxta vero Pauſaniam lib. IV. cap. 32. p. 360. Chaldaei & Indorum Magi, quos Platonem eſſe inprimis ſecutum addit, cujus Platonis ut & Pythagorae ſententiam de animae inmortalitate ita narrat Plutarchus de Placitis Philoſophorum lib. IV. cap. 7. Πυθαγόρας, Πλάτων, τὸ μὲν λογικὸν, ἄφθαρτον (καὶ γὰρ τὴν ψυχὴν ὑ θεὸν, μᾶλλ' ΕΡΓΟΝ ΤΟΥ ΑΙΔΙΟΥ ΘΕΟΥ ὑπάρχειν.) Choerilus poëta, & alii dicunt Thaletem Mileſium primum animae inmortalitatem docuiſſe, alii, ut & Cicero, Pherecydem. Vide If. Caſaub. & Menag. ad Diogen. Laert. lib. I. §. 24. Animam e corpore migrantem coelum, unde originem traxerat, repetere ſtatuerunt multi e Veteribus. Quod e Servio ad IV. AEn. 654. docet G. Cuperus in Apoth. Hom. pag. 20. (qui pluribus de homine ex anima, corpore, & umbra compoſito agit.) Cui adde Serv. ad VI. AEn. 127. Quamquam alii aliter de animis mortuorum ſenſerunt. De Thracibus refert P. Mela. lib. II. cap. 2. §. 20. *Quidam feri ſunt, & ad mortem paratiſſimi.-- Id varia opinio perficit: alii redituras putant animas obeuntium: alii, etſi non redeant, non exſtingui tamen, SED AD BEATIORA TRANSIRE: alii emori quidem, ſed id melius eſſe, quam vivere.* Argivi νομίζουσι, ὥσπερ τὰ σώματα τῆ κατωτάτω δίκαιον τὴν γῆν, οὕτω τὰς ψυχὰς τῷ Ἑρμῇ. Vid. Plut. Quaeſt. Graec. Tom. II. pag. 296. qui Pindari, Heracliti, & ſuam de inmortali anima ſententiam docet in Romulo pag. 35, 36. T. I. Alias aliorum ſententias ad hunc Auctorem inluſtrandum nil facientes omitto.

14 Aliquanti] Quidam, aliquot. Victor. Epitom. cap. 62. *Conſpiravere aliquanti in ejus necem.* Servius ad AEn. I. 755. *Donec aliquanta ibi-*

——— *Si laeva parte papillae,*
*Nil ſalit Arcadico juveni.*

Denique vulturem in modum mundi poſuerunt, quod mundus & celeri quadam volucritate verſetur, [1] & cadaverum naſcentium, occidentiumque perennitate depaſcitur. Itaque alitur ac ſuſtentatur divinae providentiae ſapientia, quae nec ipſa finiri novit, nec mundus ceſſare ab ejus alimentis aliquatenus poſſit. Denique [2] Pandoram dicitur formaſſe: Pandora enim Graece omnium munus dicitur, quod anima munus ſit omnium generale.

## X. *Adulterium Veneris.*

JUSTE vel Sol Veneris [3] depalat adulterium, [4] quatenus Luna ſolet ejus celare ſecretum. Venus cum Marte concubuit: quam Sol inveniens, Vulcano prodidit. Ille adamante catenas effecit, ambosque religans diis [5] turpiter jacentes oſtendit. Illa dolens quinque filias Solis amore ſubcendit: id eſt, Paſiphaen, Medeam, Phaedram, Cir-

*dem moriantur.* Et cap. 30. *Ne ſi plures reperirentur, quantis odio eſſet, intelligeret.* h. e. quam multis. Propertius lib. 1. el. 5. *At tibi curarum millia quanta dabit.* Vegetius Lib. II. 3. *Neceſſe eſt aliquantos debilitari, aliquantos deſerere.* Tertull. ad Scap. cap. 5. *Quantis ignibus, quantis gladiis opus erit?* Gregor. Dial. lib. III. *Pene tanti in eâ teſtes, quanti &* &c. Auctor. Orig. Gent. Roman. *Appoſitis cuſtodibus neſcio quantis.* Cat. Pith. Lib. III. *Quantae ſaevirent in ſua fata manus?* Terentianus pag. 87. ed. Briſſ. *Maurus item quantos potui cognoſcere Grajos?* Vet. Interpres Joan. cap. XXI. 11. *Cum tanti eſſent.* hoc eſt, tot eſſent. Ruffin. Interpr. Euſeb. Lib. 1. *Poſt aliquanta iterum dicit.* Victor Epiſc. Lib. 1. *Quod forte voluntariè aliquanti fecerunt.* Plura, ſed alia dabunt Scalig. ad Manil. p. 403. Sciopp. Suſpect. Lectionum lib. 1. cap. 11. Goldaſtus ad Valerianum de Bon. diſcipl. p. 87. Infinita praeterea invenies exempla apud Vett. Grammaticos, ut & Tertullianum, Hieronymum, Caſſianum, Leonem Magnum, alioſque id genus. Frequentior enim ea phraſis deterioribus, quam optimis ſcriptoribus. Hinc *quantitas univerſa*, & *ingens populi quantitas* dicitur à Victore Lib. 1. pro multitudine. MUNCK.

1 ET DEPASCITUR] Debebat ſequi *depaſcatur*, quia praeceſſit *verſetur*. Sed ad eundem modum mox habes *notit nec poſſit*. Et apud Cenſorinum cap. 1. *Non quod abjeceris, ſed quod comperiſti.* Quae Grammaticorum migrant canonas. Vide quae dixi ad Hyg. cap. 148. MUNCK. De vulturibus haec Plutarchus in Quaeſt. Rom. Tom. II. p. 286. Εἰ λέγει ἀληθῶς Ἡσίοδος, ὅτι πάλιν μάλιστα γυψὶν ἐπὶ πήξεως ἀρχῇ φαίνοιτο ἐγκύμων Ἡρακλῆς, ἐγκύμονι δικαίως ἐοικὼς τὴν γῦπα τὴν σαρκοφάγον ἀπάγειν. πρῶτον μὲν ᾗ θᾶττον ἄπλητα ζῶντος, ὑπὸ λιπαίνουσιν ἔμψυχον ὕλην, ὡς αἴτιοι γ' ἱέρακες καὶ τὰ νυκτόβια· χρῆται γ' τοῖς ἄκροις λιπαυνῦσι. ἔπειτα καὶ τούτων τὰ ἡμίφυλα παρίησι. πίτυλῳ γὰρ ὠκὺς ἱέρακι γῦπα γινόμενον, ὡς αὐτὸ καὶ ἱέρακες μάλιστα τὰ συγγενῆ διώκουσι καὶ κόπτουσι, καί τι καὶ Αἰσχύλος.

Ὀρνιθος ἔρις πῶς ἂν ἀγριάδι φαγών;

Ἀνθρώπους δ', ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀβλαβίστατός ἐστιν, ὅτι καρπὸν ἀφαιρεῖται, ὅτι φυτόν, ὅτι ζῶον ἡμερον κακουργῶν.

2 PANDORAM D. F.] De Pandora vide Palaephatum de Incredibilib. cap. 35.

## Ad CAP. X.

3 DEPALAT] H. e. *propalat.* Quo verbo cum aliis nonnullis utitur in vitâ Carnuti AElnothus cap. 9. & Victor Lib. III. de Perſec. Vand. Sed neutrum probae notae. Certè non hoc ſenſu:

Circen, Dircen. Quid ſibi [6] in hoc poëtica adludat garrulitas, inquiramus. Perſtant nunc in noſtra vita de hac fabula certa admodum teſtimonia: nam virtus conrupta libidine, ſole teſte adparet. unde & Ovidius [7] in Metamorphoſeon ait:

[8] *Videt hic deus omnia primus.*

Quae quidem virtus conrupta libidine, turpiter catenata fervoris conſtrictione tenetur. Haec itaque quinque Solis filias, id eſt, quinque humanos ſenſus luci ac veritati deditos, quaſi ſolis foetus, hac conruptela fuſcat. Ob hanc rem etiam hujuſcemodi nomina quinque ipſis Solis filiabus voluerunt. Primam Paſiphaen, ut viſum, quaſi [9] Paſiphanon, quod nos Latine omnibus adparentem dicimus. Viſus enim reliquos [10] quatuor inſpicit ſenſus, quia & eum, qui clamat, videt, & palpanda [11] notat, & deguſtata adſpicit, & odoranda intendit. Secundam Medeam, quaſi auditum, hoc eſt [12] μηδὲν ἰδέαν, quod nos Latine nullam viſionem dicimus. [13] vox enim corpore nuda eſt. Tertiam Circen, tactui ſimilem, id eſt, [14] quaſi diceret [15] χειρῶν χείμη Grae-

ſu *depalare*. *Depalare vineam* eſt palis ordine fixis eam erigere apud interpretem Paſtoris Hermae: quo ſignificatu *palare* venit Columellae & Palladio. Uſum tamen eadem ſignificatione, quà heic uſurpatur à Fulgentio, etiam Conſtantinum Presbyterum inveni apud Voſſ. Vit. Sermon. p. 701. Sed altera uſitatior eſt, & invenitur quoque in Tertull. Apolog. cap. 10. & Vitruv. Lib. IX. 8. Gloſſ. Philox. *Propalare*, ἀναχέειν. Gloſſ. Iſidor. *Depelata*, *manifeſtata*. Leg. *depalata*. In Gloſſ. Philox. ſcribendum exiſtimo, *prolatare*. Ammian. Lib. VI. p. 109. ed. Boxh. *Nihil prolatandum exiſtimans*. MUNCK.

4 QUATENUS] Quoniam. Flor. II. 2. *Quatenus nec mole jungi, nec pontibus poſſet*. Sed hoc tralatitium. MUNCK.

5 TURPITER JACENTES] Reſpexit illud Ovid. IV. Met. 185. *Admiſitque Deos: illi jacuere ligati Turpiter*. MUNCK.

6 IN HOC] Ita & MS. Leid. Sed 6. edd *de hoc*. Perperam. Saniorem hujus fabulae dabit tibi Lucianus in Gallo explicationem. MUNCK. Adde, quos citavi ad Hygini fab. 148.

7 IN METAMORPHOSEON] Subaudi *libris*. Sic lib. III. cap. 7. *Democritus in Phyſiologumenon*. MUNCK.

8 VIDET HIC DEUS O. P.] Unde παναίτης vocatur. v. Stanlei ad Aeſchyli Prometh. Vinct. vs. 91. & G. Cuper. Harpocrat. pag. 114.

9 PASIPHANON] M. & L. Παſιφάω. quomodo & Modius hunc locum producit. Detortum hoc ex πανεφανὴς, quod eſt *omnibus apparens*. MS. Leid heic habet *Paſinphanon*. MUNCK.

10 QUATUOR INSPICIT SENSUS] Iſidorus lib. XI. cap. 1. *Vicinior (viſus) enim eſt cerebro, unde omnia manant: ex quo fit, ut ea, quae ad alios pertinent ſenſus, videri dicamus, veluti cum dicimus: vide quomodo ſonat, vide quomodo ſapit. Sic & caetera*. MUNCK.

11 NOTAT] Gloſſ. *dignoſcit*. Rectè. Petron. *Notavit me miles, ſive ille planus fuit*. h. e. animadvertit. Malè *palpando* & mox *odoranio* exhibent. 6. edd. MUNCK. Cic. IX. ad Fam. 16. *Hic verſus Plauti non eſt, hic eſt, quod tritas aures haberet notandis generibus poëtarum*.

12 ΜΗΔΕ'Ν ΙΔΕ'ΑΝ] Βαρβαρικώτατα & haec, & quae ſequuntur, quo majori cum venia omitto differentias lectionum in editis MS. Leid. junctim exhibet *medenideam*. MUNCK.

13 VOX ENIM CORPORE NUDA EST] Nec 6. edd. nec Mod. membranae iſta habent. at habet codex Leid. nec, ut ſententia ſit perfecta, omitti debent. MUNCK.

14 QUASI DICERET] Aptius foret, *quaſi diceres*; ut mox, *velut ſi dicas*. Sed & ibi *dicat* habet Cod. Leid. contra genium linguae Latinae. MUNCK.

15 ΧΕΙΡΩ'Ν ΚΡΙ'ΝΗ] MS. Leid. *Tertia Cree*

Graece, quod nos Latine manuum judicium dicimus. Quarta Phaedra, quasi odoratus, velut si dicas, [1] φέρων ἡδὺν, quasi adferens suavitatem. [2] Quinta Dirce, saporis index, quasi δεινὴ κείνη, quos nos Latine acre judicans dicimus.

## XI. *De Ulyxi, & Sirenis.*

[3] SIRENES Graece [4] tractatoriae dicuntur. Tribus enim modis inlecebra amoris trahitur, aut cantu, aut visu, aut consuetudine. Amantur enim [5] quaedam speciei venustate, quaedam etiam lenocinante consuetudine. [6] quas Ulyxis socii obturatis auribus transeunt, ipse vero religatus transit. Ulyxes enim Graece, [7] quasi ὅλων ξένος, id est, omnium peregrinus dicitur. Et quia sapientia ab omnibus mundi rebus peregrina est, ideo astutior Ulyxes dictus est. Denique Sire-

*tactui similis, id est, quasi diceret, Cyronere.* Forte scripserat Χειρηκείνη. Quod esset idem, quod Χειρῶν κείνις, sed linguâ Fulgentianâ. Modius adducit Χειρῶν κειτὼ, ut & infra cap. 13. habes. Caeterum vel *id est*; vel *quasi diceret* inducenda. Supervacuum certè alterutrum. MUNCK.

1 ΦΕΡΩΝ ΗΔΥΝ &c.] Modius: *Quartam Phaedram, quasi odoratum, velut si dicas φέρων ἡδὺν, id est, afferentem suavitatem.* Rectè pro *quasi* substituit *id est*. MS. Leid. à Commelino nihil abit, nisi quod junctim praefert *Pheronedon*. Quid putes illud velle, nisi φερηνδὸν? Debuisset scribere, *φέρων ἡδὺν*. ἡδὺν enim est ἡδονὴ Homer. Iliad. Λ. 576. MUNCK.

2 QUINTA DIRCE] Modius: *Quintam Dircen saporis indicem, quasi δεινοκείνην.* Sed à Commelino nec heic discedit MS. Leid. nisi quod praefert *Drimoncrine*. Et heic conjunctim scripserim δριμυκείνη vel certè δριμὺν κείνη. Pro *index* omnino legendum *judex*. Piget diutius his nugis immorari. MUNCK.

## Ad CAP. XI.

3 SIRENES] Scribe *Sirenae* cum Leid. Cod. Sic *dromadae* pro *dromades* apud Cyprian. Sermon. de Stella & Magis. Schol. Juven. ad Sat. IX. 149. *Ut Sirenarum periculum posset evadere.* Et ad Sat. XIV. *Dulciorem esse strepitum flagellorum, quam cantum Sirenarum.* Tertull. Apolog. cap. 7. *Sirenarum ora.* Nec aliter Hieronymus in Epistolis & Praefat. in Librum Josuae; aliique id genus scriptores hanc declinant vocem. Sed de hisce actum copiosè ad Praefat. Lib. I. & in Dissert. de Hygino. MUNCK.

4 TRACTATORIAE] Scrib. *tractoriae* cum Leid. Cod. Errat in Etymologiâ Planciades. Vide Voss. in SIREN. MUNCK.

5 QUAEDAM SPECIEI VENUSTATE] Supplet Modius ex MS. *Amantur enim quaedam illicientis cantus dulcedine, quaedam speciei venustate* &c. MUNCK. Barthius ad Claudian. Epig. XXIV. p. 1037. emendabat . . *venustate, quaedam cantilena, lenocinante etiam consuetudine.* Quae tamen conjectura praeferenda Modii ex MS. lectioni, quam attulit Munckerus, haud quaquam videtur. WOPKENS.

6 QUAS ULYXIS SOCII OBTURATIS AURIBUS TRANSEUNT, IPSE VERO RELIGATUS TRANSIT] Barthii elegantiam istam, nimiam puto, qua ob repetitionis inconcinnitatem verbum *transit* aut tollendum existimat, aut in *audit* convertendum. WOPKENS.

7 QUASI ὍΛΩΝ ΞΈΝΟΣ] Consule, Lector, Meziriac. ad Ovidii Epist. I. Heroid. pag. 20, 21.

8 VOLATILES] Isidorus de Sirenis lib. XI. cap. 2. *Alas autem habuisse & ungulas, quia amor & volat & vulnerat.* Quod meretrices fuisse ait, id voluit etiam Junior Plutarchus. Tzetzes in Lycophron. p. 107. ed. Steph. Ἀμφιγενεῖς τὰς Σειρῆνας δὲ ποιοῦσιν οἱ ἡδυεῖς. Ὁ δὲ πάτερ Πλούταρχος ἱστορεῖ ταύτας φησὶ, καλλιχύτους ἀμυκλαίους τὰς παρθενικάς. Eleganter Demophilus Pyth. Sim. Δεῖ ὥσπερ Σειρῆνας τὰς ἡδονὰς παριλθεῖν τὰ καλὰ ἀδόντα τῷ ἀριστῷ ἰδίᾳ ἀ; παιδείᾳ. MUNCK.

10 GAL-

Sirenas, id eſt delectationum inlecebras & audivit & vidit, id eſt, agnovit, & judicavit, & tamen tranſit nihilominus. Ideo & quia auditae ſunt, mortuae ſunt. In ſenſu enim ſapientis omnis adfectus emoritur. Ideo [8] volatiles, quia amantum mentes celeriter permeant. Inde [9] gallinaceos pedes, quia libidinis adfectus omnia, quae habet, ſpargit. Nam denique & Sirenes dictae ſunt: σύρειν enim Graece trahere dicitur.

## XII. *Scylla.*

SCYLLAM ferunt virginem pulcherrimam, quam Glaucus [10] Antedonis filius amavit, quem Circe Solis filia diligebat: [11] zelataque Scyllam, fontem, in quo lavari ſolita erat, venenis infecit. [12] Ubi illa deſcendens, ab inguine lupis canibuſque marinis inſerta eſt. Scyl-

la

9 GALLINACEOS PEDES] Vide Hyg. cap. 125. Savaron. ad Sidon. p. 545. Spanhem. in de Numm. pag. 224. MUNCK.

## Ad CAP. XII.

10 ANTEDONIS FILIUS] Cl. Tollius in margine libri ſui notaverat, *Copei filius, patriâ autem Antedonius.* Verum eſt ita quoſdam velle. Vide Euſtath. ad Hom. p. 205. edit. Baſ. Sed aliis eſt Polybi filius. Vide annot. noſtras ad Hyg. cap. 199. Habet tamen, qui ſecum ſentiant, Planciades; inter quos Lactantius eſt Argum. lib. XIII. Met. fab. 9. Gloſſae MSS. in I. Georg. Virgil. *Glaucus Antedonis filius. Hic piſcator fuit de Antedoniâ civitate: qui cum piſces per herbam poſuiſſet in littore, illi recepto ſpiritu maria rurſus petiſſent, ſenſit quandam herbam potentiam habere. Glaucus dolens amiſiſſe praedam, id eſt, piſces, praecipitavit ſe in mare, & deus maris factus eſt. Item Glaucus Polipbei vel Polimbae & Terrae filius, herbâ quadam guſtatâ, immortalitatem adeptus eſt, quam piſcibus marceſcentibus impoſuerat, & revixerunt. Haec autem dicitur in inſulis fortunatis naſci.* Pro *Polipbei* legendum *Polybi.* MUNCK. Cum Fulgentio Mnaſean lib. III. Europaeorum facere ad Hygini fab. 199. docui, qui eum ex Anthedone & Alcyone natum docet: ſed & Mnaſeas aeque ac Fulgentius errat; nam Alcyone Atlantis filia ex Neptuno genuit Anthen, ſive Anthum, qui avus paternus fuit Anthedonis, a quo Boeotiae civitas nomen adepta eſt, ut mox docebo. Error igitur natus forſan hinc eſt, quod Anthedonis filius Glaucus a nonnullis fuerit dictus; quos Mnaſeas, Fulgentius ac Lactantius ſecuti ſunt, quia Anthedon quaſi conditor urbis, habitus eſt pater omnium, qui Anthedone nati ſunt, quomodo Romulus pater & genitor populi Romani, parens ac creator urbis dictus eſt, v. Celeb. Duk. ad Flori lib. I. cap. I. §. 10. & Romulidae i. e. Romuli filii, vocantur Romani, & alii populi urbis, in qua nati ſunt, conditoris filii ac poſteri adpellari ſolent. V. quos laudavi ad Hygini fab. 271. Hoc inde etiam patet, quod de Glauco Caryſtio Demyli filio haec teſtatur Pauſanias lib. VI. cap. 10. p. 475. *Εἶναι δέ φασιν ἐξ Ἀνθηδόνος τὸ βοιωτῶν τὸ κατὰ θάλασσαν αὐτῶν γένος ἀπὸ Γλάυκου τοῦ ὑπὸ θαλάσσης δαίμονος.*

11 ZELATAQUE SCYLLAM] G. edd. *Irataque Scyllae.* Modius, *Zelataque Scyllae.* Sed Leid. cod. diſertim *Scyllam*, quod aeque probum. Ζηλώσαι τινὰ pro *invidere* etiam Graeci dicunt. Vide τὸν ὁ. Gen. XXXVII. vers. 11. Pſalm. XXXVI. vers. 1. quo loco Vulgata: *Neque zelaveris facientes iniquitatem.* Immo & *Zelor* deponentaliter uſurpat eadem Vulgata III. Reg. XIX. 10. & Siracid. cap. LI. 24. Quo ſenſu etiam *aemulari aliquem* dixit Eugeſippus in de Diſtantiis locor. Terrae Sanctae. *Jeſum praecipitare voluerunt, aemulantes prudentiam ejus.* Et poſt paulo: *Docebat Judaeos, licet eum aemulantes.* Ut Vet. Interp. Actor. VII. 9. *AEmulantes Joſeph vendiderunt.* Gr. cod. Ζηλώσαντες τὸν Ἰωσήφ. MUNCK.

12 UBI ILLA DESCENDENS] Ἀνὰ ᾗ quo, ve in quem. Sic vulgat. Interpres Geneſ. XIV. 10. *Terga verterunt, ceciderunt ibi*, hoc eſt, in eos

la enim Graece [1] quasi σκυλμὸς dicta est, quod nos Latine [2] confusio dicimus. Et quid confusio nisi libido est? quam libidinem Glaucus amat. γλαυκὸς enim Graece [3] luscitius dicitur, unde & [4] glaucomata dicimus caecitatem. Ergo omnis, qui luxuriam amat, caecus est. Nam & Antedonis filius dictus est. Antedon enim Graece, quasi antidon, quod Latine contraria videns dicimus. ergo lippitudo ex contraria visione nascitur. Scylla enim in modum ponitur meretricis: quia omnis libidinosa canibus lupisque inguina sua necesse est misceat. Juste ergo lupis & canibus mixta, quia nescit sua [5] alienigenis devorationibus saturare secreta. Sed hanc Circe odisse dicitur. Circe, ut ante dictum est, manus dijudicatio, vel operatio nuncupatur, quasi [6] χειρῶν κρίσις. Laborem enim manuum & operationem libidinosa mulier non diligit, sicut Terentius ait: *A labore* [7] *proclive*

puteos bituminis. Οἱ ὀ, σύσσιτον ἐκεῖ. Apulej. Milesi. IX. *Ubi ducis asinum istum?*

1 QUASI ΣΚΥΛΜΟΣ] MS. Leid. *quasi exquinas.* Suspicor suo more, id est, barbarè scripsisse, σκύλμα. Sed falsa est illa Etymol. *Scylla* est ex Graeco σκύλλω, *vexo.* Marc. Euang. v. 35. Τί ἔτι σκύλλεις τὸν διδάσκαλον. MUNCK. Vide, quid de verbo σκύλλομαι notet Cl. Arnaldus lib. I. Lect. Graec. (c. 18. p. 121.) ad Hesych. Haec Munckeri Etymologia convenit cum explicationibus Palaephati, & Scholiastae Apolloniani, licet in diversa abeuntium. Palaephatus cap. 21. ait. Τυῤῥηνίαν πᾶσαι ἦσαν, ἃς ἐλαίζουσι τὰ ἀπέκαρα τῆς Σικελίας, καὶ τὴν Ἰόνιον κόλπον, ἢν δὲ ναῦς πλείους ταχεῖα, τότε ὄνομα Σκύλλα. αὕτη ἡ πλήρης τὰ λειπόμενα τοῦ πλοίου συμπεριβάλλουσα, πολλάκις ἐργάζεται βρῶμα, —— ταύτην τὴν ναῦν Ὀδυσσεύς, σφοδρῶς καὶ λάβρα πνεύματα χρησάμενος, διέφυγε. Schol. Apoll. Rh. IV. 825. Ἀκρωτήριόν ἐστιν ἡ σκύλλα, ἔχον εἰς θάλασσαν, ὁμοίωμα καὶ σχῆμα ἔχον γυναικός. &c. quae ibi legenda. Inprimis vero addit εἶτα ἐξέχουσι θαλάσσιοι κύνες καὶ ἕτερα ἀλλόφορα θηρία ἐοικότα τοῖς ἐκ τῶν ἄντρων. Δοκεῖ δὲ ἡ σκύλλα καὶ λέγεται παρὰ τῆς ποιητικῆς ἔχειν κύνας ἐξέχοντας ἀπὸ τοῦ πλοίων καὶ δ' ἑαυτῆς, καὶ ἁρπάζειν τοὺς δι' αὐτῆς πλέοντας, ἐπεὶ κατωθεν ὑπὸ τοῦ κοίλων μοιρῶν τοῦ πετρῶν, ἐφ' οἷς μάχονται, ὅταν ἀνέμοις ὑπενοῦνται καὶ ὁρῶνται ὡς ἐξέντος ὑπὸ δ' ἑαυτῆς αὐτῆς ἴσασιν καὶ τοῦ πλοίων. Quocum facit Servius ad III. AEn. 420. sive Salustius apud eumdem. *Salustius saxum esse dicit, simile formae celebratae procul visentibus. Canes vero & lupi ob hoc ex ea nati esse finguntur: quia ipsa loca plena sunt monstris marinis: & saxorum asperitas illic imitatur latratus eorum.* Quid Strabo de hoc Homerico commento dicat, vide lib. I. p. 43. 44.

2 CONFUSIO DICIMUS] Praeferam, quod & 6. edd. & MS. Leid. exhibent, *confusionem.* MUNCK.

3 LUSCITIUS] A. B. H. I. M. *Luscitiosus.* L. *Luscioſus.* Sed *Luscitius* cum Commel. Leid. cod Gloſſa: *Lippitudinem patiens, parum videns.* Gloſſae Labbael: *Luscioſus*, νυκτάλωψ. *Luscitus*, μύωψ. Rursus: *Luscitus*, *myopticus*, corrige cum Heinſ. *Luscitius*, *myopticus.* MUNCK. Γλαυκὸς Suidae est λάμπρος, κυάνεος. Munckerus ad Antonin. Liberal. cap. 20. Metam. notat interdum notare *nigrum.* Sed inprimis quod huc facit, Θαλάσσης ἐπίθετον τὸ γλαυκόν, teste Eustathio ad Dionys. Perieg. vs. 1012. id quod pluribus monstrabo ad Albricum Philosoph. cap. 8. Unde hic Glaucus piscator, qui semper in mari versatus tandem sese in mare dedit praecipitem, & inter marinos deos colitur, nomen accepit, a quo Glauco etiam Γλαῦκος pisces dicti est. v. Schol. Apoll. Rh. I. 1310. & Tzetz. ad Lycophron. 754. Vehementer etiam errat Fulgentius, in vocis *Antedonis* etymologia, nam Graece scribitur Ἀνθηδών. Quae urbs Boeotiae nomen habet ἀπὸ τοῦ πασῶν ἀνθηρωτάτην εἶναι, ut dicit Stephanus Byzantinus, cum Eustathio ad Homerum, quem ibi citat Berkelius. In qua media urbe lucus erat, in quo Cabirorum templum erat, id quod e Pausania docet Gutberlethus de Dis Cabiris cap. XIV. p. 93. Sed dices, Fulgentius loquitur de homine, non de urbe. Sed eodem redit; nam haec urbs, juxta eumdem Stephanum, dicitur etiam ab hoc Anthedone nomen habere, qui ab avo paterno *Anthe*, *Anthedon* fuit adpellatus. Qui Anthus Neptuni dicitur filius matremque habuisse fertur Alcyonen Atlantis filiam, teste etiam Pausania lib. II. cap. 30. pag. 182. Sed qui eum *Anthen* vocat, & fratrem Hyperetis, ut & Plutarchus Quaest. Graec.

Tom.

*ve ad libidinem, adcepit conditionem, debinc quaeſtum occipit.* Hanc etiam Ulyxes innocuus tranſit, quia libidinem ſapientia contemnit. [8] unde & uxorem habere dicitur Penelopam caſtiſſimam, quod omnis caſtitas ſapientiae conjungatur.

## XIII. *De Mida rege, & Pactolo fluvio.*

MIDA rex [9] Apollinem petiit, ut, quidquid tetigiſſet, aurum fieret. Cumque [10] promeruiſſet, munus in ultionem converſum eſt, coepitque ſui voti effectu torqueri. Nam quidquid tetigerat, aurum ſtatim efficiebatur. Erat ergo neceſſitas aurea, [11] locupleſque penuria. nam & cibus & potus rigens auri materia, [12] marmorabat. Itaque Apollinem petiit, ut [13] male deſiderata converteret. Reſponſoque

Tom. II. p. 295. qui eum nunc *Antben*, nunc *Antbum* adpellat. Sed Hyperes Anthi frater dicitur eſſe genitus ex Melane Phrixi filio, ac Euryclea a Schol. Pindari O. Pyth. IV. 222. Sed plures certe fuerunt Hyperetes, ut plures *Anthi*, fuit enim & *Anthus* Autonoi & Hippodamiae filius, de quo Antoninus Liberal. cap. VII. Metamorph. Qui *Anthi* ab aetatis flore, ſive forma praeſtanti id nomen fuerint adepti, quod ſaltem ex noſtro Antho patet, qui Adraſto aut Acaſto Pheris fuit a poculis, teſte Plutarcho, & pueros ingenuos forma praeſtantes ſemper ad id munus a veteribus fuiſſe adhibitos notius eſt, quam ut multis probemus. Valeat itaque cum ſua interpretatione Fulgentius.

4 GLAUCOMATA] Glaucoma oculi caligantis vitium. Prudent. Hamart. *Nemo duos ſoles, niſi ſub glaucomate, vidit.* Et poſt paulo: *Et glaucoma aciem quod tegmine velat aquoſo.* MUNCK.

5 ALIENIGENIS] Ita & 6. edd. Sed MS. Leid. *alienis.* MUNCK.

6 ΧΕΙΡΙΝ ΚΡΙΤΗ'] Cod. Leid. *Citonere.* quod videtur fuiſſe *χειροκείνη*, vel *χειρὸν κείνη*, ut ſupr. cap. 10. habes. MUNCK.

7 PROCLIVE] MS. Leid. B. A. H. & M. *proclivem.* An ſcripſerat, *proclivum*? Boet. Conſol. Phil. Lib. I. *Declivumque gerens pondere vultum.* Ita Vet. ed. a. 1486. MUNCK.

8 UNDE ET UXOREM] Male haec omittunt 6. edd. MUNCK.

## Ad CAP. XIII.

9 APOLLINEM PETIIT] A Baccho petiiſſe hoc narrat Hygin. cap. 191. Servius ad AEn. X. 142. *Silenum Midae praeſtitiſſe, ut quicquid tetigiſſet, in aurum verteretur.* MUNCK. Caute dixit Schol. Ariſtophan. Plut. vs. 287. Ἤτησε γὰρ ὥς φασι, ΤΟΥΣ ΘΕΟΥΣ, τι ἂν εἰς χεῖρας λάβῃ, χρυσὸν γίνεσθ.

10 PROMERUISSET] Vide ſupr. cap. 5. MUNCK.

11 LOCUPLES PENURIA] Elegans ἐξύμωρον, ut apud Tzetzen in Heſiod. p. 21. Οὐδὲν τι τούτων τῆ δυχερῶν τῆ ἐκ τῆ δυσυχῆς μακαρείας, ἢ πλουσίας πενιχρᾶς, ἢ γλυκείας πικρᾶς σωτήριον ἂν ἡμῖν βιοτῆς. Et apud Chryſologum Serm. I. *Libera ſervitus, abſoluta cuſtodia, timor laetus, blanda ultio, paupertas dives.* MUNCK.

12 MARMORABAT] Gloſſ. *in modum marmoris durescebat.* Modius ex ſuis membranis: *In auri materiam marmorabat.* Barth. ad Stat. Tom. I. pag. 375. hunc locum ita producit: *Nam & cibos & potus rigens auri materia marmorabat.* quod explicat, *rigore induebat.* Sanè *marmoratas mamillas* ita dici legas apud Plin. Valer. cap. 3. quae in duritiem lapidis abierunt. Aliud eſt *marmorata domus* apud Ruſp. Epiſcop. epiſt. VI. Non diſplicet Barthii conjectura, tametſi à Commel. ſtat cod. Leid. Nec abſurda vulgata lectio, ſi *marmorare* accipias pro in modum marmoris reſplendere, quomodo *gemmare* dicitur, quod ut gemma fulget. Eucheria in Catal. Pith. Lib. IV. *Sericeum tegmen, gemmantia texta Laconum, Pellibus hircinis aequiparanda loquar.* Ita lego, non *teſta Laconum*, ut editum. Eſſet ergo *marmorare* heic, quod Graecis μαρμαίρειν. Ovid. XI. Met 124. *Lamina fulva dapes admoto dente nitebant.* MUNCK.

13 MALE DESIDERATA] MS. Leid. & 6. edd. *mala deſiderata.* Quod forſan non deterius. Ita *ſenectus* à Secundo Philoſopho dicitur *malum optatum* apud Vincent. Bellov. Spec. Hiſt. lib.

que adcepto, [1] tertio caput ſub Pactoli fluminis undas ſubderet. Quo facto, Pactolus deinceps arenas aureas trahere dicitur. Sed evidenter poëtae [2] adluſerunt argutiam, illa videlicet cauſſa, quod omnis adpetitor avaritiae, cum [3] omnia pretio deſtinat, fame moritur: quod & Mida rex erat. Sed conlecta pecuniarum ſuarum ſumma, ut Soſicrates [4] Cigizenus in libris hiſtoriae ſcribit, quod omni cenſu ſuo Mida rex Pactolum fluvium (qui in mare decurrere ſolitus erat) per innumerabiles meatus ad inrigandam provinciam derivavit, ſuaque [5] expenſa avaritia, fluvium fertilem reddidit. Mida enim Graece quaſi [6] μηδὲν εἰδὼν, id eſt, nihil ſciens. Avarus enim tantum ſtultus eſt, ut ſibi prodeſſe non norit.

## XIV. *De Vulcano, & Minerva.*

VULCANUS cum Jovi fulmen efficeret, ab Jove [7] promiſſum adcepit,

lib. x. cap. 71. MUNCK. Non eſt neceſſe, ut *mala* legamus. *Male deſiderata.* i. e. quae deſideraverat, & ab Apolline petiverat ſuo malo, ſive in ſuam, ut jam ipſe experiebatur, perniciem. Sic *animus male debita regna concipit* dixit Statius I. Theb. 313. ubi Lact. *MALE DEBITA dixit, quae eſſet praeliorum incommodis petiturus, aut certe male concipit animo regna ſibi debita, quae ſciebat, Germanum numquam redditurum ſponte.* Inprimis hoc modo *male feriatos Troas* dixit Horatius lib. IV. Od. VI. vs. 14.

1 TERTIO CAPUT] Lege cum MS. Leid. & 6. edd. *ut tertio.* MUNCK.

2 ALLUSERANT ARGUTIAM] Gloſſ. *ſubtilitatem.* MUNCK.

3 OMNIA PRETIO DESTINAT] Gloſſ. *vendit.* Atqui *deſtinare* eſt emere Plauto, ad cujus Epid. act. II. ſc. 2. vers. 62. hunc locum adducit Taubmannus. quo ſenſu *praeſtinare* cum idem Plautus, tum crebro Apulejus uſurpat. *Deſtinare omnia pretio* heic eſt omnia in pretium redigere, ex omnibus corrogare pecuniam. MUNCK.

4 CIGIZENUS] Ita & B. Scribe *Cyzicenus* cum H. I. & A. Vide Voſſ. Hiſtor. Graec. pag. 329. MUNCK.

5 EXPENSA AVARITIA] H. e. iis, quae acquiſiverat per avaritiam, ut rectè Gloſſa. MUNCK.

6 ΜΗΔΕ'Ν ΕΙΔΩ'Ν] Leid. *Medenidon.* Mallem ergo *μηδὲν ἰδών*: vel junctim *μηδενιδών* ut dedit Baptiſta Pius. Εἴδω enim & *ſcio* notat. Sed ſtultum, ut pleraque alia, etiam hoc etymon. Midas dicitur ab hoc rege quilibet dives: ipſe autem à *μίδας*, ut ſignificat jactum talorum fortunatiſſimum, ut nonnulli volunt. MUNCK. Opulentiam Midae ſimul & avaritiam per hanc fabulam deſignari cenſet J. Perizonius ad AElian. III. V. H. 18.

## Ad CAP. XIV.

7 PROMISSUM ACCEPIT] Vide Hygin. cap. 166. & Etymol. in Ἐριχθόϊς. Lactant. lib. I. cap. 17. Plura dixi ad Hyginum. Tzetzes in Lycophron. p. 24. *Ἱστορικῶς* fabulam explicat. Ἀθηνᾷ τινι, inquit, τῇ καὶ Βιλονίᾳ λεγομένῃ, δυναμεῖ ἢ Βεργίᾳ ὑπαρχούσῃ, Ἥφαιστος γάμου μισεῖς χάριν Ἐριχθόνιον, ὃς ἐκπεσόντα Ἀτλαντος. MUNCK.

8 DEFENDISSET] Tollius in margine, *defenderet.* Certè *defenderet* habet etiam Fulgentii compilator Scholiaſtes Germanici. Nihil tamen mutandum. Vide quae dixi ad Prolog. lib. I. MUNCK.

9 ΧΘΩ'Ν, ΧΘΟΝΟ'Σ] Ita quidem 6. edd. Deleo tamen τὸ χθὼν, quod in Leid. codice non comparet. Depravare ſolet vocabula ad ſuum propoſitum. Scripſit procul dubio χθονὸς. MUNCK.

10 ABSCONDIDIT] *Abſcondit* cum heic, tum paulo inferius 5. edd. & MS. Leid. MUNCK.

11 DRACONEQUE CUSTODE ADPOSITO] Phidias Minervae ſimulacro adpoſuit Draconem, teſte Plutarcho in Iſide & Oſir. Tom. II. p. 381.

Ως

cepit, ut quidquid vellet praesumeret. Ille Minervam in conjugium petivit Jupiter imperavit, ut Minerva armis virginitatem [8] defendisset. Dumque cubiculum introirent, certando Vulcanus semen in pavimentum ejecit, unde natus est Erichthonius. Ἔρις enim Graece certamen dicitur, [9] χθὼν χθονὸς vero terra nuncupatur: quem Minerva in cistam [10] abscondidit, [11] draconeque custode adposito, duabus sororibus Aglauro & [12] Pandorae commendavit, qui primus currum reperit Vulcanum dici voluerunt, quasi furiae ignem: unde & Vulcanus dicitur, veluti voluntatis calor, [13 quasi βυλίκαπνος.] Denique Jovi fulgura facit, id est, furorem concitat. Ideo vero eum Minervae conjungi voluerunt, quod furor etiam sapientibus subrepat. Illa vero armis virginitatem defendit: hoc est, omnis sapientia integritatem suorum morum contra furiam virtute animi vindicat. unde quidem Erichthonius nascitur: Ἔρις enim Graece certamen dicitur, [14] χθὼν vero non solum terra, [15] quantum etiam invidia dici potest. unde & [16] Thales Mile-

Ὡς τὰς μὲν παρθένους φυλακῆς δεομένας. hoc animal Minervae sacrum fuisse putet ex Demosthenis verbis apud Plutarch. Tom. I. pag. 858. Ὦ δεισιδαίμων πολίτης, τί δὴ περὶ τοῦς χαλκοῦς καὶ λιθίνους χάρακας δηρεῖς; γλαυκὶ, καὶ δράκοντι, καὶ δήμῳ. cur vero sacrum sit Palladi, docet Phurnutus de N. D. cap. XX. Οἱ δ δράκοντες καὶ ἡ γλαὺξ ἀφ' τὸ ἐμφρεῖς τ' ἀμαύρωσιν ἀκλείπτως ταύτη τῇ γλαυκώπιδι ἔχειν. σωφρόνων δ' ὁ δράκων δόξειε, καὶ φυλακήν τι ἴσχειν καὶ ἀγρυπνίαν, καὶ ἀθηνᾷ οἰκεῖος εἶναι δοκεῖ.

12 PANDORAE] Omnes alii *Pandroson* vocant. etiam Schol. Germ. qui hanc fabulam ex Fulgentio in suos commentarios transcripsit pag. 103 ed. Micylli *Qui Vulcanus cum Jovi fulmen efficeret, ab Jove promissum coepit (leg. accepit) ut quicquid vellet praesumeret Ille Minervam in conjugem petivit. Jupiter Minervae imperavit, ut virginitatem defenderet. Dumque cubiculum introirent, certando Vulcanus semen in pavimentum jecit* &c. Corrig. *ejecit* ex Fulgentio. MUNCK.

13 QUASI ΒΟΥΛΙΚΑΠΝΟΣ] Duas istas voces non habet Leid. codex. Sed habent 6. edd. Varro L. L. IV. *Ab ignis valore vique ac violentia Vulcanus dictus.* Isidor. lib. VIII. cap. 11. *Dictus Vulcanus, quasi volans candor, quod per aërem volet. Ignis enim de nubibus nascitur.* Ut pleraque alia, ita & hoc ex Homero habent omnis Mythologiae parente. Vide Schol. Hesiodi pag. 246. ed. Heins. MUNCK. V. Heraclid. Pontic. Alleg. H. p. 445. & seqq. Hinc pro igne fumi solet a Poëtis. v Cerda ad Virg. v. Aën. 662. Vulcani nomen Graecum ex Orientis lingua derivat S. Bochartus in Geogr. Sacr. I. 1. c. 12. p. 399. & *patrem ignis* notare docet. Consule G. Cuperum in Harpocrate pag. 105, 106. Ignis auctorem adpellarunt etiam Graeci v. Schol. AEschyli Prom. V. v. 7. Ego *Vulcanum* fuisse illum Philosophum primum puto, quem AEgyptii fuisse Nili filium & AEgypti custodem ajunt teste Cicerone III. de N. D. 22. de quo haec Diogenes Laertius prooem. §. 1. & 2. Αἰγύπτιοι μὲν γὰρ Νείλου φασὶν υἱὸν παῖδα Ἥφαιστον, ὃν ἄρξαι φιλοσοφίας, ὃς τὰς ὑπογείους οἰκήσεις εὗρε καὶ σκοτεινούς. ἀπὸ δ τούτου εἰς Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα ἐτῶν εἶναι μυριάδας τέσσαρας καὶ ἑκατὸν ἐπτὰ καὶ ὀγδοήκοντα ἐξηκοντατρία ἔτη. ἐν οἷς γὰλαι μὲν ἡλιόψεις γεγόνασι πεντακοσίας ἑβδομηκοντατρεῖς, σελήνης δὲ ἐκλείψεις πεντακοσίας δύο. Qui Philosophus invenerit naturales fulguris ac fulminis causas, & ignis originem, unde hic Philosophus primo ab AEgyptiis deinde a Graecis pro deo coli coeptus fingitur ignium esse deus. Plura addere supersedeo.

14 ΧΘΩ'Ν VERO] MS. Leid. *Tonos.* Scrib. χθόνος. MUNCK.

15 QUANTUM ETIAM] Cl. Tollius, *verum etiam.* Nihil mutem, quamvis phrasis illa non tam Latina sit, quam Fulgentiana. MUNCK.

16 THALES MILESIUS] Scripsisse nonnulla illum vult etiam Augustinus C. D. lib. XVIII. cap. 25. *Thales vero physicus fuit, & suorum dogmatum libros reliquit.* Sed Lobon Argivus apud Laertium I. 34. ducentis versibus vult contenta fuisse, quae scripserit. MUNCK. Olim carminibus orationes ac sententias suas dicebant Philosophi antiquissimi, in quibus Tha-

Milesius ait: [1] ὦ χθὼν δόξης κοσμικῆς φέρησις. id est, invidia mundanae gloriae consumptio. Et quidnam aliud [2] subripiens furor sapientiae generare poterat, nisi certamen invidiae? Quod quidem sapientia, id est, Minerva, abscondidit in cista, id est in corde celat. omnis enim sapiens, furorem suum in corde celat. Ergo Minerva draconem custodem adponit, id est perniciem: quem quidem duabus commendat virginibus, id est Aglauro & Pandorae. Pandora enim universale dicitur munus. [3] Aglauro vero, quasi ἀχόληθον, id est tristitiae oblivio. Sapiens enim dolorem suum aut benignitati commendat, quae omnium munus est: aut oblivioni, [4] sicut de Caesare dictum est: *Qui oblivisci nihil amplius soles, quam injurias.* Denique cum Erichthonius adolescceret, quid invenisse dicitur? [5] Nihilominus currum, ubi semper certamen est. Unde Virgilius:

[6] *Pri-*

les Poëta & Philosophus. Plut. De Pyth. Orac. Tom. II. p. 402. Πρότερον μὲν οἱ ποιήμασιν ἐχρῶντο οἱ φιλόσοφοι τὰ δόγματα καὶ τὰς λέξεις, ὥσπερ Ὀρφεῖ, καὶ Ἡσιόδῳ, καὶ Παρμενίδῃ, καὶ Ἐπιχάρμῳ, καὶ Ἐμπεδοκλεῖ, καὶ Θαλῆ.

1 Ὦ ΧΘΩ'Ν] MS. Leid. *Ochonos.* Scriverius in margine correxerat ὁ φθόνῳ. Et ita flagitat interpretatio, quam addit. Sed nomen Erichthonii si respicias, & τὸ *Ochonos* MS. putes reliquisse ὁ χθόνῳ. AEquè ridiculus ergo heic Planciades, ac iste, *qui*, ut jocatur Auson. epigr. 123. *Custon costonque putat communis odoris, Et nardum & sardas esse sapore pari.* Quid enim? χθόνῳ idem est, quod φθόνῳ? Sed in Vaticanae Bibliothecae vetere libro legisse se testatur Schottus Observat. lib. I. cap. 7. Ὦ φθόνε, δόξης κοσμικῆς φθάρσις. MUNCK.

2 SURRIPIENS FUROR] Ita quidem & 6. edd. & MS. Leid. Puto tamen scribendum *surrepens.* Gloss. cod. Leid. *Subintrans.* quae certe explicatio est τοῦ *surrepens*, non *surripiens.* Confirmat eam conjecturam, quod praecessit, *Quod furor etiam sapientibus subrepat.* Hinc *surreptio* dolosa circumventio. Chrysol. Serm. XLIV. *Inimici est ista surreptio. Decipere parat* &c. MUNCK.

3 AGLAURO] Debebat scripsisse *Aglauros.* Graecis enim Ἄγλαυρος est. MUNCK.

4 SICUT DE CAESARE] Gloss. *Julio.* rectè. Ciceronis enim est dictum de Julio in oratione pro Ligario cap. 12. *Sed parum est me hoc meminisse: spero etiam te, qui oblivisci nihil soles, nisi injurias.* Adde Plin. lib. VII. cap. 25. MUNCK.

5 NIHILOMINUS] Gloss. *certè. adverbium affirmandi.* Et hoc rectè. Vide Indicem. MUNCK.

6 PRIMUS ERICHTHONIUS] Georg. III. 113. Vide ibi Servium, & AElian. Var. Histor. III. 38. MUNCK.

7 JUNCTA] Modius ex suis, *jugata.* Sed alterum & 6. edd. & MS. Leid. exhibent. MUNCK. Fulgent. lib. II. cap. 2. *Minerva denique & Ἀθήνη Graece dicitur* quasi ἀθάνατος παρθένος: *id est* immortalis virgo, quia sapientia *nec mori poterit, nec corrumpi.* Hinc *Minerva Sancta* vocatur, i. e. casta, & παρθένος nomine colitur. v. Pausan. lib. V. cap. 11. pag. 403. in fine. Spanh. ad Callim. H. Dian. 264. & ad H. Pall. 53. & Μισόγυμφος i. e. ὁ τιμῶσα παρθενίαν, τὰς γυμφολήπτους μισεῖ. v. Tzetz. ad Lycophron. vs. 356. Apud Eleos tamen templo colitur *Minerva mater.* Sed causam docet Pausan. lib. V. cap. 3. pag. 379. Τῶν δὲ Ἠλείων αἱ γυναῖκες, ὅτι τὸ εἰλικία σφίσιν ἁρμαρθὲν τὴν χώραν, εὐξαμέναις τῇ Ἀθηνᾷ λύσεσθαι κύησιν παρθενίαν, ἐπεύδαι μιχθῶσι τοῖς ἀνδράσι. καὶ ἔτι ἐς ἐμὲ οὐκ σφίσιν ἐτελέσθη, καὶ ΑΘΗΝΑΣ ἱερὸν ἐπίκλησιν ΜΗΤΡΟΣ ἱδρύσαντο. Nec mirum; nam apud Euripidem in Jone vs. 453. legimus Σὲ τὸν αὐδῶν Λοξίου Εἰλειθυίας ἱμὰς Ἀθάναι Ἰκτινόν, Πεμφθεῖ Τιτᾶνι Λοχεύσασαν κατ' ἀκρωρίτας Κορυφὰς Διός.

## Ad CAP. XV.

8 DIONYSIUS] Perperam *Dionysium* appellat, qui est *Dionysus*, vel Διόνυσος Graecis, quasi διάνοσις, παρὰ τὸ Δηρύειν ἔκαστα, ut ait Artemidorus lib. II. p. 77. ed. Ald. Eundem errorem errat Capella lib. II. Schol. Horat. I. od. 19. & II. od. 19. Isidor. Orig. XV. 1. Adde his quae Vossius habet in de Vit. Sermon. lib. I. cap. 9. MUNCK. De vocis Etymologia egi ad Hygini fab. 167. sed maxi-

6 *Primus Erichthonius currus, & quatuor ausus*
*Jungere equos.*

Inſpicite, quantum valeat cum ſapientia 7 juncta caſtitas, cui flammarum non praevaluit deus.

## XV. 8 *Dionyſius.*

JUPITER cum Semele concubuit, de qua natus eſt Liber pater: ad quam 9 cum fulmine veniens, 10 crepuit. Unde pater puerum tollens, 11 in femore ſuo miſit, 12 Maroni poſtea nutriendum dedit. Hic Indiam debellavit, & inter deos deputatus eſt. Itaque cum Semele quatuor ſorores adpellatae ſunt, Ino, Autonoë, Semele & Agave.

maxime mihi adridet, imo veriſſima videntur, quae profert Mauſſacus in Diſſert. Crit. poſt Harpocration. pag. 391. cujus verba adſcribere operae pretium eſt: Δεῖνον *Indi regem vocant autore Juba, unde Dionyſus pater* Δείνυσος, *dictus, quod Nyſſae rex fuerit. Sic vocatur ab Anacreonte,* πολλὰ δ' ἰείβεσκεν Δείνυσον, *i. verſo in ι. fit* Διόνυσος: *quomodo pronuntiant Samii, & contractione* Δεῖνυσος, *quomodo Indi: haec vera nominis etymologia.*

9 CUM FULMINE VENIENS] H. e. cum veniſſet. Soloeca eſt oratio, ut lib. III. cap. 8. *Quam arborem pater gladio percutiens, Adon exinde natus eſt.* Vide ibi notas noſtras. MUNCK.

10 CREPUIT] Scil. Semele. ἰλάκησι, ut loquitur Lucas Actor. cap. I. vers. 18. Vetus interpres: *creptuit medius*, hoc eſt, ruptus eſt. Noſter infra cap. 8. lib. III. *Solis ardoribus crepant.* MUNCK.

11 IN FEMORE SUO MISIT] Lego, *inſuit.* Unde μηροραφὴς & εἰραφίτης Nonno dicitur Dionyſ. Θ. aliiſque, Bacchus. Vide Euſtath. ad Dionyſ. p. 182. & 287. Edit. Bertrand. Schol. Pindar. ad Olymp. 2. Διὸς ἐῤῥαψῳδήσω τῷ μηρῷ τὸν Διόνυσον. Schol. Hom. Iliad. ξ. 323. Ἐνῤῥάψει τῷ μηρῷ &c. quae ex Apollod. lib. III. deſcripſit. Confer Etym. in Ἔριφα. Lactant. Arg. lib. III. Met. fab. 3. *Liberumque conceptum utero gravidae incendio eripit, ac femori ſuo inſuit.* Ovidius ipſe: *Patrioque tener (ſi credere dignum eſt) Inſuitur femori, maternaque tempora complet.* Plin. lib. VI. cap. 21. *Nec non & Nyſam urbem plerique Indiae adſcribunt, montemque Merum, Libero patri ſacrum: unde origo fabulae Jovis femine editum.* Adde Curt. lib. VIII. cap. 10. MUNCK. Euripid. Bacch. vs. 286.

Καὶ καδγιλᾷς τι, ὡς ἐπῤῥάφη Διὸς
Μηρῷ, διδάξω σ' ὡς καλῶς ἔχει τόδε.
Ἐπεί τι ἥρπασ' ἐκ πυρὸς κεραυνίου
Ζεύς, εἰς Ὄλυμπον βριφθ' ὑπ' ἀγγελῶν πάρος.

(In throno Apollinis Amyclaei ΔΙΟΝΥΣΟΝ ἔχει Ἡσιόδου, καὶ Ἡρακλέα, τὸ μὲν ΠΑΙΔΑ ΕΣ ΟΥΡΑΝΟΝ ΙΟΝΤΑ ΕΤΙ ἔφη ΕΡΜΗΣ φέρων, Ἄδωνιν δὲ ἄγουσα Ἡρακλέα συναιχμάσουσα λέγει τάδε θεός. Et in ipſa Sparta conſpicitur inde Ἑρμῆς ἀγόμενος Διόνυσον φέρων παῖδα. Vide Pauſan. lib. III. cap. 11. pag. 234. & cap. 18. pag. 255.)

Ἦρα τι ἄλλ' ἐκβαλεῖν ἀπ' ὀφθαλμῶν.
Ζεὺς δ' ἀντιμαχόμενος, εἴτε δὴ θεὸς,
Ῥᾳδίας μέρος τι δ' ἐκ χθονὸς ἐγκυκλήσας
Αἰθέρ', ἔθηκε τὸν δ' ὑμέναν σκιδνὰς
Διόνυσον Ἥρας ἠπείλει. χρόνῳ δὲ τιν
Βροτοὶ τραφῆναι φασιν ἐκ μηροῦ Διὸς
Ὄνομα μεταθέντες, ὅτι θεᾷ θεὸς
Ἥρᾳ τοτ' ἁμάρτοι, συνθέντες λόγον.

De hac Graecorum fabula conſulendus etiam Herodotus lib. II. cap. 146. Braſiatae contra apud Pauſan. lib. III. cap. 24. pag. 271, 272. haec memorant, ὡς Σεμέλη τέκοι τὸ παιδίον ἐκ Διός, καὶ ὑπὸ δὲ Κάδμου φορεθῆναι ἐς λάρνακα αὐτὴν καὶ Διόνυσον ἐμβληθέντα, καὶ τὴν λάρνακα ὑπὸ δὲ κλύδωνος ἐκπεσεῖν φασιν ἐς τὴν σφετέραν. Καὶ Σεμέλην μὲν (ἐν ᾗ αὐτὴν ἔφασαν ἴτι ζώειν) ἐπιφανῆς θάψαι, Διόνυσον δὲ ἀναθρέψαι λέγουσιν.

12 MARONI] Apud Hyginum cap. 167. Nyſo dat nutriendum. Inter ſocios expeditionum ejus fuit quidam Maro. Euſtath. ad Hom. Odyſſ. I. pag. 347. ed. Baſ. Ἐν δὲ τοῖς δ' Διονυσιακοῖς φέρεται καὶ ὅτι Μάρων ὁ τοῦ μὲν Διονύσου συμπλεύσας

gave. Quid ſibi haec fabula myſtice ſentiat, exquiramus. Quatuor ſunt ebrietatis genera, id eſt prima vinolentia, ſecunda rerum oblivio, tertia libido, quarta inſania. Unde & haec quatuor nomina Bacchae adceperunt. Bacchae dictae ſunt, quaſi [1] vino vacantes. prima Ino, [2] οἶνος Graece vinum dicimus. ſecunda Autonoe, [3] quaſi ΑΝΤΗΝΟΥΝΟΗ, id eſt ſeipſam non cognoſcens. tertia Semele, quaſi [4] σωμάλυσα, quod nos Latine corpus ſolutum dicimus: unde & ipſa genuiſſe Liberum patrem dicitur, id eſt de libidine nata ebrietas. quarta Agave, quae ideo inſaniae comparatur, quod caput filii [5] violenta abſciderit. [6] Liber ergo pater dictus eſt, quod vini paſſio liberas mentes faciat. Indos vero vicifſe, quod haec gens [7] valde ſit vino dedita, duobus ſcilicet modis: ſive quod fervor ſolis eos faciat

μάλων &c. Is procul dubio fuit Sileni filius. Nonnus enim Dionyſ. Lib. XIV. tres ejus filios fuiſſe ait, Lenaeum, Aſtraeum & Maronem. Theophilo Lib. II. ad Autolyc. pag. 86. eſt Ariadnes & Bacchi filius. MUNCK. Ino a Braſiatis dicitur Bacchum nutriiſſe. v. Pauſan. lib. III. cap. 24. p. 272. De aliis Bacchi nutricibus vide ad Hygini II. Aſtr. P. 21.

1 VINO VACANTES] MS. Leid. *bacchantes*. Quomodo & in margine libri ſui emendaverat Scriverius. Sed perperam, me judice. B pro V poſitum eſt, & addita aſpiratio, ubi non deſiderabatur; quod peccatum quam frequenter admittant librarii, nemo ignorat, niſi qui nunquam ſcriptos libros tractavit. MUNCK.

2 ΟΙΝΟΣ GRAECE] MS. Leid. *Inos enim Graecè vinum dicimus*. Sed edd. 6. οἶνος *Graecè, Latinè vinum dicimus*. Scripſiſſe ita Fulgentium praeſtare nolim. Sed OI ut I pronuntiatum fuiſſe ejus aevo nullus dubito. MUNCK. Tamquam vini pater, ſive repertor Διόνυσος ipſe Bacchus colitur. v. Tzetz ad Lycophron. vs. 1247. Lacones vere incipiente dies feſtos in monte Laryſio Baccho celebrant, ὡς βότρυν ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀνευρίσκοντι ἥρῳον. Pauſan. lib. III. cap. 22. p. 266.

3 QUASI ΑΝΤΗΝΟΥΝΟΗ] 6. edd. quaſi αὐτόνοη. Tranſponendus erat accentus, & ſcribendum αὐτόνοη. Schol. Heſiodi in Θεογ. pag. 252. ed. Heinſ. αὐτόνοη, ὁ αὐτόμαλος νῦς. Nihil muto. MUNCK.

4 ΣΩΜΑΛΥΟΝ] Schol. Pind. ad Pyth. od. 3: Σεμέλη καλεῖ τὸ μυθικὸν ἡ τὰς μέλη τοῦ σώματος ὑπὸ τοῦ βοῶν ἀφαιρεθέντας. Καλῶς ἡ τὸ φυσικόν, ὅτι σεσὶ τὰς μέλη τοῦ οἰνοῤῥύτου αὐτοῦ ὁ Διόνυσος. Pertinet huc illud ex Anthol. Ἀνσιμολὴς Βάκχος &c. & ex Catalect. Pithoei Lib. III. *Balnea, vina, Venus corrumpunt corpora noſtra* &c. MUNCK.

5 VIOLENTA ABSCIDERIT] Modius ex ſuis, *vinolenta* MS. Leid. & 6 edd. *violenter abſcidit*. Gyraldus: *Speraſſe ſe vitulum occidere, & in loco vituli filium ſuum interfecit*. Fabulam vide apud Ovid. III. Met. Servium ad AEn. IV. 469. Hyg. fab. 184 Perſius Sat. I. vers. 100. *Et ſupinum vitulo caput ablatura ſuperbo Baſſaris*. MUNCK.

6 LIBER PATER DICTUS EST]. Aliud etymon ſuppeditat Auguſt. C. D lib. VI. cap. 4. & VII. 2. Iſidor. lib. VIII. 11. *Liberum à liberamento appellatum volunt, quod quaſi mares in coëtu do per ejus beneficium emiſſis ſeminibus liberet, quod idem Liber muliebri & delicato corpore pingitur*. Hauſit ex Auguſtino illa Iſidorus. Caeterum cum quinque memorentur fuiſſe Liberi, hic Semelae filius ordine quartus fuit ſecundum Ciceronem lib. II. de Nat. Deor. & Ampel. cap. 9. Ampelium in tranſitu emendabo. *Liberi*, inquit, *quinque. Primus ex Jove & Proſerpina. Hic agricolis & inventor vini. Secundus Liber ex Merone & Flora*. Suſpicor ſcribendum *Melone*. Ex Nilo enim natus dicitur Ciceroni. Nilus autem Melo olim dictus. Iſidorus lib. XIII. cap. 21: *Nam antea Nilus Latinè Melo dicebatur*. Μέλας eſt Euſtathio in Periegeten pag. 24. & Plutarcho in libello de Flum. p. 51. ed. Mauſſ. ubi Bacchum Indiae domitorem Jovis & Arges facit filium. *Tertius* (ita pergit Ampelius) *de Cabiro, qui regnavit in Aſia*. Cicero, *de Caprio. Quartus ex Saturno & Semelâ*. Cicero matrem ejus Lunam facit. Sed Luna eadem, quae Semele. Quod autem patrem fuiſſe Saturnum vult Ampelius, in eo quem ſequatur auctorem haud dum comperi. *Quintus Nyſi & Heſionae filius*. Lege ex Cicerone *Thyonae*. MUNCK. Varii, ut Cicero III. de N. D. 23. docet, & ad Hyginum vidimus,

eiat potatores, ſive quod ibi ſit [8] Seraptenum vinum, vel [9] Meroitanum: cujus vini tanta virtus eſt, [10] quo vix licet ebrioſus ſextarium toto menſe bibat. Unde & Lucanus ait:

*Indomitum Meroe cogens ſpumare falernum.*

Aqua enim [11] omnino domari non poteſt. Maroni etiam Dionyſius nutriendus datur, quaſi Meroni. Mero enim omnis nutritur vinolentia. Hic etiam tigribus ſedere dicitur, quod omnis vinolentia [12] feritati ſemper inſiſtat. Sive etiam, quod vino efferatae mentes mulceantur. unde & [13] Lyaeus dicitur, quaſi lenitatem praeſtans. Juvenis vero ideo pingitur Dionyſius, quia numquam ebrietas matura eſt.

mus, fuere Bacchi, ſed noſter eos confundit. Nam Indos non debellavit Bacchus Semeles filius, nec is, quem Jovis & Proſerpinae filium colunt Attici, (conſule Schol. Ariſtophan. Ranvs. 326.) ſed alius quis, cujus origo latet, juxta Arrianum apud Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 1153. Ab AEgyptiis Bacchus filius Iſidis memoratur, de quo Plut. de Iſide & Oſir. Tom. II. pag. 365.

7 VALDE] *Validè* MS. Leid. Catal. Pith. lib. I. *Bellus homo, & validè capitalia crimina ludis.* Vet. Interpr. Job. cap. XXX. 22 *Eliſiſti me validè.* MUNCK.

8 SERAPTENUM] MS. Leid. *Falernum.* Perperam omnino. Legere malim, *Sareptenum* Corippus lib. III. pag. 43. *Dulcia Bacchi Munera, quae Sarepta ferax, quae Gaza crearat.* Sidon. carm. 17. *Quaeque Sarepteno palmite miſſa bibas.* Meminit Σαριφθίνου οἴνου etiam Alexander Trallianus. Luc. cap. IV. vers. 26. Εἰς Σαρεπτὰ τῆς Σιδωνίας. MUNCK.

9 MEROITANUM] Corippus de vinis in convivio Imperiali: *Quae Meroë, quae Memphis habet, quae candida Cyrus.* Lucan. X. 160. *Gemmaeque capaces Excepere merum, ſed non Mareotidos uvae, Nobile ſed paucis ſenium cur contulit annis Indomitum Meroe cogens ſpumare Falernum.* Imitatur poſtremo verſu Perſium Sat. III. vers. 3. Caeterum quod hoic notavit, *al. Mireſticum* Locherus, in eo errat. Diverſum à Meroitano vinum Mareoticum. Schol Horat. od. 37. lib. I. *Mareotis in AEgypto Nilus eſt, juxta quam vinum optimum naſcitur. Unde & nomen accepit, ut, junt & Mareotides albae* Heſiſtichium Maronis eſt II. Georg. vers. 91 MUNCK. Hoc epitheton ſaepe confunditur cum *Mareotico* v. Grot. & Oudendorp ad Lucan. X. 117.

10 QUO VIX LICET EBRIOSUS] MS. Leid. B. A. L. M. & H. *quo vix quilibet ebrioſus.* I. *quod vix* &c. Barthius ad Stat. Tom. II. p. 308. jubet legi: *quod vix licet ebrioſus* &c. Reſcripſerim, *Quo vix quamlibet ebrioſus.* H. e. ebrioſiſſimus. Priap. c. 25. *Fures caedere quamlibet valentes*, hoc eſt, valentiſſimos Non attendit Barthius τὸ *quo* pro *ut* uſurpari identidem à Fulgentio. MUNCK.

12 OMNINO] MS. Leid. *Omnimodo.* Quod vocabulum & Quintiliano reſtituit in Crepundiis Gebhardus lib I cap. 7. Conſer quae dixi ad cap. II. lib. I MUNCK.

11 FERITATI INSISTAT] Vide notas ad Prolog. lib. I. Mox pro *quod vino, quia vino* MS. Leid. MUNCK. Eurip. Bacch. 302.

Ἄρειός τι μεῖζον μᾶλλον ἔχει τινά,
Σπαρτῶν δ' ἐν ἔπλοις ὅπλα, καὶ πρὸ τάξιος,
Φοβεῖ δ' ἀκόντων ἀρὶ λεύσσων ὄψεις,
Μανία δ' ἡ τῶν· ἐσὶ Διονύσου πάρα.

Homerus Iliad. Z. 132. Bacchum vocat μαρὸν ἄνδρα· quod epitheton explicant Schol. Heraclides Ponticus in Allegor. Homericis pag. 455. & Athenaeus lib. XIV. cap. I. p. 613. Et Bacchum iratum eadem de cauſſa comparant cum tauro, leone, & pardali, ut ad Albricum Philoſophum cap. 19 docebo. Contra etiam habetur εἰρήνης καὶ ἡσυχίας αἴτιος. v. Schol. Ariſtoph. Ran. vs. 983. Sed varie depingi Bacchum ibidem diſces.

13 LYAEUS] Iſidor. lib. VIII. cap. II. *Lyaeus* λύειν *& λύσιν, quod multo vino membra ſolvantur.* lib. XX. cap. 3. *Hoc alii, quod nos cura ſolviat. Lyaeum appellant.* MUNCK. Ita Plutarchus. lib. V. Symposiac. Quaeſt. 6. pag. 680. Οὗτος γοῦν ὁ ἀρχὴν συνεισφορήσας τοῦ δεῖπνου καὶ παραλαμβάνων ὁ ΛΥΑΙΟΣ θεὸς καὶ χορηγὸς εἰς τάξιν ἥκει τοῦ φιλοπότου καὶ φιλοπαίγμονος καθίστησι. Caeterum de Bac-

eſt. Ideo etiam nudus, ſeu quod omnis ebrioſus [1] intervertendo nudus remaneat, aut mentis ſuae ſecreta [2] ebrioſus nudet.

## XVI. *De Cygno, & Leda.*

QUAMVIS in omnibus libidinis amor ſit turpior, numquam tamen deterior erit, quam cum ſe honorato miſcuerit. Libido enim honeſtatis noverca, dum quid expediat neſcit, ſemper eſt majeſtati contraria. [3] Qualis enim divinitas, [4] qui quaerit, quod eſſe velit, ne quod fuerat eſſet. Jupiter enim in cygnum converſus, cum Leda concubuit, quae peperit ovum, unde nati ſunt tres, Caſtor, Pollux, & Helena. Sed haec fabula myſtici ſaporem cerebri conſipit. Jupiter enim in modum potentiae ponitur. Leda vero dicta eſt, quaſi [5] λοιδή, quod nos Latine aut injuriam, aut convicium dicimus. ergo omnis

cho Pauſanias lib. III. cap. 19. p. 258. de Amyclaeis Θεῶν δ' σέβουσιν οἱ ταύτῃ τότε Ἀμυκλαῖοι καὶ Διόνυσον, ἐρέσθαι μοι δοκεῖ ΤΙΛΑΝ ἱκετεύοντες. ΤΙΛΑ δὲ καλοῦσιν οἱ Δωριεῖς τὰ πλεῖστα. ἀνέρριπται δ' οὖν ἐπαίρει τι καὶ ἀναπτύσσει γιγνόμενον, εἴδός τι ἔχον, ἢ ἔρεισις πλεῖστα. Plut. Quaeſt. Rom. Tom. II. pag. 288, 289. Διὰ τί τὸν Διόνυσον ΛΙΒΕΡΟΥΜ ΠΑΤΡΕΜ καλοῦσι; πότερον ὡς ἐλευθερίας πατέρα τοῖς πίνουσι χαρίζεται. γίνονται δὲ οἱ πολλοὶ θεραπεῖς καὶ παῤῥησίας ὑπερπιμπλᾶσι τοὺς μεθύοντας. Adde Tzetz. ad Lycophron. 212. p. 30. Hinc a Graecis Λύσιος, & Ἐλευθέριος vocatur, (quod ultimum epitheton non confundendum eſt cum Epitheto, quo Jupiter cultus fuit, neque cum Baccho, qui Ἐλευθερεύς ab urbe Boeotiae dicitur, de quibus epithetis egi ad Hygini fab. 225.) Plutarch. lib. VII. Symposiac. Quaeſt. 10. Tom. II. pag. 716. Τὸν αὐτὸν δὲ οἱ παλαιοὶ τὸν Διόνυσον ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΝ καὶ ΛΥΣΙΟΝ ἐκάλουν, καὶ ΜΑΝΤΙΚΗΣ ΠΟΛΛΗΣ ἴσχειν ἡγοῦντο μοῖραν, ὅθεν καὶ τὸ ΒΑΚΧΕΥΣΙΜΟΝ, καὶ ΜΑΝΙΩΔΕΣ, ὥσπερ Εὐριπίδης εἶπεν, ἀπ' ὀρῶν ὅτι τὸ ΔΟΥΛΟΠΡΕΠΕΣ καὶ ΠΕΡΙΦΕΕΣ καὶ ΑΠΙΣΤΟΝ ΕΞΑΙΡΩΝ, καὶ ΑΠΟΛΥΩΝ ΤΗΣ ΨΥΧΗΣ, ΑΛΗΘΕΙΑΣ καὶ ΠΑΡΡΗΣΙΑΣ χρῶνται πρὸς ἀλλήλους δηλοῦσιν. Locus ille Euripidis eſt in Bacchis vs. 298.

> Μάντις δ' ὁ δαίμων ἔνδον, ὃς δὴ Βακχίοισιν
> Καὶ τὸ μαινάσιν, μανίαν πολλὴν ἔχει.
> Ὅταν γὰρ ὁ θεὸς εἰς τὸ σῶμ' ἔλθῃ πολύς,
> Λέγειν τὸ μέλλον τοὺς μεμηνότας ποιεῖ.

Idem Plut. de EI apud Delphos pag. 388. Πρὸς τὸν Διόνυσον, ὃν τὸν Δελφῶν μόνοι τῶν ἄλλων ἡ τῆς Ἀπόλλωνος μίτρα τιμᾷ. Confer & pag. 389. & Schol. Ariſtoph. Nub. 605. nec non Plut. de Iſide & Oſiride pag. 365. item Serv. ad VI. AEn. 78. qui eumdem eſſe, Apollinem, Liberum patrem, & Solem inter alia docet. H. Junius lib. II. Animadv. cap. 3. Libero patri ſacros fuiſſe tripodas ob veritatem in ebrietate poſitam, juxta illud οἶνος καὶ ἀλήθεια. Quam obſervationem Junius debet Athenaeo lib. II. cap. 2. pag. 37. Οἶνος καὶ ἀλήθεια, λέγεται. καὶ ΑΝΔΡΟΣ Δ' ΟΙΝΟΣ ΕΔΕΙΞΕ ΝΟΟΝ. Καὶ τὸ πιστέρειον τὸν Διόνυσον φασίν. Καὶ γὰρ ΕΚ ΤΡΙΠΟΔΟΣ ΛΕΓΕΙΝ φασὶ τοὺς ἐλευθέριους. Hinc antiquiſſimi Graeci Bacchum etiam ὄβριμον coluere. vid. Plut. lib. VII. Sympoſ. Quaeſt. 9. pag. 714. In Thracia etiam Bacchi oraculum fuiſſe dicitur. v. Schol. Eurip. Hecub. vs. 1267. Haec ſufficiunt, credo, ad Fulgentium inluſtrandum, quibus, ſi tanti videntur, addas, quae profert Cl. Arnaldus de Dis Paredris cap. 19.

1 INTERVERTENDO] Gloſſ. *diſſipando*. An ſcripſit, *rem evertendo*? Virgil. AEn. II. vers. 1. *Poſtquam res Aſiae Priamique evertere gentem* &c. Sed nihil affirmo. Videtur voluiſſe imitari Tacitum II. Hiſtor. cap. 95. *Novies millies ſeſtertium pauciſſimis menſibus intervertiſſe creditur.* MUNCK.

2 EBRIOSUS NUDET] Mallem *ebriatus*. Laberius: *Homo ebriatus ſanari ſomno ſolet.* Noſter cap. 8. lib. III. *Cum quo ebriato concubuit.* MUNCK.

Ad

mnis potentia injuriae mixta, ſpeciem ſuae generoſitatis mutat. Ideo vero in cygnum converſus dicitur, quod ferant phyſiologi, quam maxime [6] Meliſſus Euboicus, qui omnium phyſiologorum ſententias diſputavit, hujus generis avem ita conviciis eſſe plenam, ut ipſa ave clamante, reliquae aves taceant, quae praeſto fuerint: unde & olor dictus eſt, quaſi ab ὀλιγωρίᾳ tractum, quod nos Latine injuriam dicimus. ergo quotienſcumque nobilitas in injuriam vergit, conviciis miſceatur neceſſe eſt. Sed quid ex hac re concipitur, videamus. Nihilominus ovum, quia ſicut in ovo omnis ſordities, quae purgari poteſt [7] in igne, continetur intrinſecus: ita etiam in effectu injuriae omnis eſt immunditia. ſed ex hoc ovo generantur tres, Caſtor, Pollux, & Helena. [8] Nihilominus ſeminarium ſcandali & diſcordiae, ſicut ante diximus:

[1] *Et*

## Ad CAP. XVI.

3 QUALIS ENIM DIVINITAS, QUI] Modius: *divinitas, quae.* Ego praeferam lect. Leid. cod. & 6. edd. *divinitas ejus, qui.* MUNCK.

4 QUI QUAERIT, QUOD ESSE VELIT] 6. edd. *Qui ſit quod eſſe velit.* MS. Leid. *Qui quod ſit, quod eſſe velit.* Forte pro caetera κακοζηλίᾳ ſuâ *quaeſit* ſcripſit pro *quaerit.* quomodo non uno loco hoc verbum exaratum eſt apud Claud. Mamertum in de Statu Animae. Supra Prolog. Lib. I. *Dum quaereret Jupiter, quid magis eſſe velit, quam fuerat.* Vide ibi notas noſtras. MUNCK.

5 ΛΟΙΔΗ'] Hortenſius ad I. AEn. Virgil. Λοίδα ex hoc loco adducit. *Fulgentius*, inquit, *Mythologicón ſecundo ita interpretatur allegoriam, ut Jupiter aciem imperii ſignet, & Leda quaſi* Λοίδα, τοῦτέστι Λοιδωρία, *injuriam.* MUNCK. Aliam vocis etymologiam videbis in notis ad Hygini fab. 77.

6 MELISSUS EUBOICUS] Meminit hujus Suidas in voce Γοητεία, ut ad Palaeph. notavit Cl. Tollius. De conviciis & loquacitate cycnorum Virgil. AEn. XI. vers. 457. *Dant ſonitum rauci per ſtagna loquacia cycni.* Alii tamen ſuavem cantum illis adſcribunt. Horus Apollo lib. II. Hierogl. *Muſicum ſenem cum volunt ſignificare, cycnum pingunt. Hic enim ſeneſcens canit quam ſuaviſſime.* Artemidorus Oneir. lib. II. cap. 20. Κύκνος ᾠδὴν σημαίνει μουσικὴν, καὶ αὐτὸν μουσικόν. Adde quae habet Pierius lib. XXIII. p. 165. ed. Baſ. MUNCK. Ita hanc fabulam explicat Tzetzes ad Lycophron. vs. 87. Δίκης οἱ παλαιοὶ πάντας ἐκάλουν τοὺς βασιλεῖς. Τὶς γὰρ βασιλεὺς τῇ Λήδῃ ἐμίγη μοιχικῶς πρὸ τοῦ Εὐρώταν ποταμὸν, ἥτις ἐξ αὐτοῦ ἔκγονον ᾠοτόκησε, μιᾷ γαστρὶ τρεῖς παῖδας γενομένας, Κάστορα, Πολυδεύκην καὶ Ἑλένην. ἀφ' ὧν παρεικάζει τὴν γαστέρα αὐτῆς, καὶ ὅτι ἐν ἐξ αὐτῆς τύνδαρεως ἐγεννήθη, ὁ δίδυμα καὶ φυλακτήριον αὐτῆς ἐποίησαν. Apud Spartanos in templo Hilairae & Phoebes ἀπόρρητα ὠὰ ἐν ὀρόφῳ κατειλημμένα ταινίαις, εἶναι δὲ φασιν ὠὰ ἐκεῖνα, ὁ τιτὰν Λήδαν ἔχει λόγος. v. Pauſan. lib. III. cap. 16. p. p. 247. ſecundum poëtarum fabulas. Alii ſtatuunt fabulam Helenae ex ovo prognatae inde ortam, quod Helena, non ex Leda ex eodem partu cum Tyndaridis edita, ſed ex Nemeſi genita, & a Leda educata matre Tyndaridarum in cubiculo laqueato, quod a Graecis olim dicebatur ὠόν, vel ὠΐον. v. Perizon. ad AElian. l. IV. V. H. cap. 5. Pergit jam Tzetzes. Εἰς κύκνον ἢ λίγειαν τὸν Δία μεταβαλεῖν, ὅτι ὁ βασιλικὸς ἐμίγη αὐτῇ, ἀλλ' ἐν παρύδροις τόποις, καθάπερ οἱ κύκνοι. Recte hic notat Munckerus, alios ſuavem oloribus cantum adſcribere, de quo pluribus egit Spanhemius ad Callim. H. Apoll. 5.

7 IN IGNE] MS. Leid. *In genere.* Gloſſ. hoc eſt, *in pullis.* MUNCK.

8 NIHILOMINUS] Modius: *Helena ponitur quaſi ſeminarium.* Sed pro vulgatâ lectione ſtat Leid. codex. *Nibilominus* apud Fulgentium idem eſt quod *puta, videlicet* &c. MUNCK.

1 ET

[1] *Et geminum luctum* [2] *concussit adultera mundo.*

Castorem vero & Pollucem, [3] quasi in modum perditionis ponunt; unde & in mari [4] Castorum signa dixerunt, quae periculum creant. Nam ob hanc rem etiam ambos alternatim relurgere atque occidere dicunt, quod superbia nonnumquam vivat, [5] nonnumquam occidat. Unde & ὑβρηφανία Graece superbia dicitur. sed ὑβρηφανία proprie superadparitio nuncupatur, [6] quod in istis duobus ignis, quae eorum fratrum vocabulo nuncupaverunt, unus superadpareat, alter vero vergat: sicut lucifer, [7] & antifer. nam Graece Pollux ἀπὸ τοῦ ἀπόλλειν, id est à perdendo; & Castor quasi κακὸν ὕστερον, id est, malum extremum.

XVII.

1 ET GEMINUM &c.] Modius: *Quae geminum luctu concussit adultera mundum.* Quod amplector. Geminus mundus est Asia & Europa. De Helena Seneca Agamem. vers. 274. *Quae Europam & Asiam paribus afflixit malis.* Corippus. Lib. I. *Omnia vectantes gemini commercia mundi.* Propert. lib. II. el. 2. *Olim mirabar, quod tanti ad Pergama belli Europae atque Asiae causa puella fuit.* Schol. Pind. ad Nem. od. 4. Εἰς ἓνα διήκοῦσι τὸ παλαιὸν μέρη ἡ οἰκουμένη, Εὐρώπῃ καὶ Ἀσίᾳ. Adde AEthic. Cosmogr. Praefat. & quae ibi annotavit Simlerus. Mundus pro parte mundi, ut apud Propert. II. el. 3. *Externo quaerere in orbe fugam.* Ovid. X. Met. 305. *Nostro gratulor orbi.* Secutus ergo eos poëta ille, unde versiculum istum adducit Fulgentius, qui orbem terrarum in Asiam & Europam dividebant. *In divisione orbis terrae*, ait Sallustius Jugurth. cap. 17. *plerique in parte tertiâ Africam posuere: pauci, tantummodo Asiam & Europam esse; sed Africam in Europâ.* MUNCK. Consulendus Broukhusius ad Tibull. IV. 1, 176.

*Solus UTROQUE idem diceris magnus in ORBE.*

Ratio mihi videtur esse, quia juxta Eustath. ad Dionys. Perieg. vs. 1. Εἰς δύο κόσμος τέμνεται ἡ οἰκουμένη, (ὡς καὶ τοῖς ἰαμβεῖα τινὰ ἐρεῖ ὁ Διονύσιος) ὧν ὁ εἷς μέν, ὁ λεγόμενος τῆς Ἀσίας, ὡς ϛ, ὁ δὲ τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Λιβύης ἀπαρίζουσιν. Recte vero *plerique in parte tertia Africam posuere* dicit Sallustius; nam Herodotus jam. Dionysius & alii orbem in tres partes diviserunt, & inprimis in tertia parte conlocatur Africa, unde & Strabo, Geographus Amasseus incipit ab Europa, & desinit in Africam. v. Eust. ad vs. 7. Schol. Apoll. Rh. IV. 1569. plerosque secutus ita scribit πᾶσα ἡ οἰκουμένη εἰς ἴσους τρεῖς διῄρηται, Ἀσίαν, Εὐρώπην, Λιβύην.

1 CONCUSSIT] Turbavit. Lucanus: *Certatum totis concussi viribus orbis In commune nefas.* Pseudo Cyprianus in Laude martyrii: *Partimque orbe concusso natura deficiens ultimi exitus monimenta testatur.* Sallust. Orat. I. ad Caes. de Rep. Ord. *Orbis terrarum bello concussus.* Curt. IV. I. *Strepitus armorum, qui totam Asiam concusserat.* Flor. II. 15. *Quam urbem concusserat avus.* Vellej. Lib. II. cap. 78. *Quas* (provincias) *Labienus magnis momentis concusserat.* Similia sunt, *concutere rempublicam, concutere Romam* apud laudatum modo Lucanum. Merito ergo de Helenâ Maro AEn. II. 573. *Trojae & patriae communis Erinnys.* MUNCK.

2 QUASI IN MODUM] Τὸ *quasi* cum non agnoscat MS. Leid. cancellandum censeo. Obtrusum Fulgentio à male feriatâ manu, quae explicare voluerit, quid esset *in modum.* MUNCK.

3 CASTORUM SIGNA, QUAE PERICULUM CREANT] Artemidor. lib. II. p. 76. Ed. τοῖς πλωΐζουσιν σημεῖά εἰσι σωτήρια. Horat. Lib. I. od. 12. contrarium affirmare videtur. Nimirum gemina cum Venere, salutaria sunt, & prosperi cursus praenuncia. Solitaria autem gravia, & mergunt navigia. Vide Plin. lib. II. cap. 37. *Helenae sidus* appellant, cum est solitarium. Confer Etymol. in Διόσκοροι. MUNCK. Adde, quae dixi ad Hygini lib. II. Astron. P. cap. 22. & Plutarch. in Numa pag. 69. Ἔτι δὲ τῶν δύο ἀστέρων ἀπεχόντων,

## XVII. *Ixion.*

QUI plus quaerit esse quam licet, minus erit quam est. Ixion igitur conjugium Junonis [8] adfectans: illa nubem ornavit in speciem suam, cum qua Ixion coiens, centauros genuit. Sicut nihil Latina gratiosius veritate, ita nihil Graeca falsitate ornatius. [9] Denique Ixionem dici voluerunt, quasi axionem. ἀξίωμα enim Graece dignitas dicitur. Dea vero regnorum Juno est, ut pridem diximus. ergo dignitas regnum adfectans nubem meretur, id est similitudinem regni. Regnum enim illud est, quod perenniter duraturum est. At vero cui temporis fugitiva vis [10] invidit, pinnatisque celerrima raptibus momentaneae felicitatis figuras potius quam veritatem ostendens, ventositatis inanem speciem praesumit. Denique [11] Beatinius augur dicere solitus erat,

χίσιος, καθ' ὃ καὶ τοὺς Διοσκούρους ΑΝΑΚΑΣ Ἀθηναῖοι ὠνομάκασιν.

4 NONNUNQUAM OCCIDAT] MS. Leid. & *nonnunquam* &c. MUNCK.

5 QUOD IN ISTIS] *Quod sicut in istis* MS. Leid. & Modius. MUNCK.

6 ET ANTIFER] Post haec verba interserit Modius: *Ita duo superbi inter se certantes.* Pro *antifer* Tollius *noctifer*, Scriverius *Argifer* in margine librorum suorum correxerant. Ego quid hoc dicam nescio. Hoc scio, fuisse qui Dioscuros retulerint ad duo hemisphaeria, & duos circulos tropicos, ut annotavit Eustath. ad Hom. Iliad. p. 311. ed. Bas. Arridet tamen non malè Tollii conjectura. Noctifer enim lucifero opponitur. Catull. carm. 63. *Nimirum aetherios ostendit noctifer ignes.* Caeterum quod ex Castore & Polluce stellas fecissent, consequens erat, ut & hoc adderent figmento, ὅτι ὁ Ζεὺς ἀστέρα ἐποιήσεν τὸν μικρὸν Λυδὸν Κάστορα καὶ Πολυδεύκη χρυσῷ. Vide Tzetzen ad Lycophr. p. 20. ed. Steph. ubi aliter hanc fabulam interpretatur. MUNCK. Delirat hic iterum Fulgent. Graece Pollux dicitur Πολυδεύκης. Componitur vero ex πολὺ & δεῦκος. δεῦκος vero notat id, quod dulce est ac suave, unde adj. ἀδύκης, quod notat amarum, acerbum, grave ac insperatum, improvisum. Apoll. Rh. I. 1339. - - Ἀπ' ἄ θην τοι ἀδύκεα μῆνις ἄεξεν. & vers. 1037. Ἀδυκέϊ ἰωῇ θην ἄτας. ubi Scholiastes jam docebit, cur *Pollux* Graece Πολυδεύκης fuerit adpellatus. Dicit enim Ἀδυκέϊ.] ἀ σφοδρῶς, ἀπροσδοκήτως, πικρῶς. (δεῦκος γὰρ τὸ γλυκύ. ἴδιον ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ. καὶ γὰρ ζῶν, ΕΥΕΡΓΕΤΙΚΩΤΑΤΟΣ, καὶ ἀποθανὼν, ἅμα τῷ ἀδελφῷ λιμπάζει τοὺς ναύς) ἢ ἀφανῶς, ἢ ἀσυ-

σχέτως, παρὰ τὸ δύκειν. Lib. II. 267.

Αἱ δ' ἄφαρ, ἰὼν' ἄπιμεν ἀδύκεϊ, ἢ τιμῇ καὶ σθ.

Schol. Ἀδύκεϊ ἀσυμβλήτως, ἢ πικρῶς. δεῦκος γὰρ τὸ γλυκύ. Praeterea ἀπίμεν, si Fulgentius scripserit, inusitato, ne quid gravius dicam, hic iterum verbo usus est. *perdo* enim Graece non sonat ἀπίμαι, sed ἀπόλλυμαι, sive ἀπόλλυμαι, unde inf. ἀπολλύμην, sive ἀπολόμην. Pro quo usitatior est aoristus primus ἀπώλεσα, & aoristus secundus ἀπωλόμην.

## Ad CAP. XVII.

8 AFFECTANS] Ita & MS. Leid. & 6. edd. Solocca est oratio. Vide not. ad cap. 8. lib. III. MUNCK.

9 DENIQUE] Flor. I. 16. *Denique bis floribus vernat.* Vide ibi Freinshem. Salmas. ad Solin. pag. 382. Schultingium ad Declam. Calpurn. XI. Justin. XXV. 2. Curt. Lib. VII. 1. MUNCK.

10 INVIDIT] *Invidet* MS. Leid. & 6. edd. Sed hoc leve est. Caeterum illud *ostendens*, quod statim sequitur, soloecam reddit orationem, nisi ad illa *vis fugitiva* referas. Momentaneam illam regni felicitatem efficaciter expressit Apulejus in de Deo Socratis: *Usque ad regni mutabilem fuggestum & pendulum tribunal evectus est.* MUNCK.

11 BEATINIUS] Scriverius, *Vatinius.* Quomodo & Schottus conjecerat Observat. lib. I. cap. 7. quod in MS. inveniisset *Batinius.* MUNCK.

erat, diverſarum urbium honores [1] ſomnialiter peragi [2] urbicario mimologo: & quamvis utraque nihil agere dixerit, tamen hoc Romae praeſtare [3] viſus eſt, quod ex parte quidem veros honores, ſed riſorios & citius fugitivos. Credo enim quod [4] Theophili philoſophi ſententiam legerat, dicentis, μίμος ὁ βίος: id eſt, mimus vita. Nunc ergo fabulam repetamus. [5] Dromocrides in Theogonia [6] ſcribit Ixionem in Graecia primum regni gloriam adfectaſſe, qui ſibi centum equites primus omnium conquiſivit. Unde & Centauri dicti ſunt, quaſi centum armati. Denique Centhippi dici debuere, [7] ex quo equis mixti pinguntur; ſed ideo centum armati: qui quidem Ixion parvo tempore celere regnum adeptus, dehinc regno expulſus eſt. Unde & eum ad rotam damnatum dicunt, quod omnis rotae vertigo, quae ſuperiora habet, modo dejiciat. Ergo oſtendere hic voluerunt, quod omnes, qui per arma atque violentiam regnum adfectant, ſubito erectiones, ſubito [8] eliſiones ſubſtineant, ſicut rota, quae ſtabile non habet aliquando cacumen.

## XVIII.

1 SOMNIALITER] *Similiter* corrigit in margine Micyllus, quomodo & Schottus conjiciebat Obſerv. loco modo laudato, & Turnebus adducit lib. III. cap. 17. Adverſ. MUNCK.

2 URBICARIO MIMOLOGO] Ita repoſui pro *mimologae*, ex MS. Leid. & 6. edd. Agnoſcunt eandem vocem Notae Tyronis pag. 172. & Schol. Juvenal. ad Sat. VI. pag. 275. cui & ad VIII. Sat. vers. 191. eam puto reſtituendam, ubi illa *Planipedes audit Fabios* explicat *nobiles neaniſcologos*. Lego *mimologos*. *Mimologus*, μιμολόγος, ut ὑμνολόγος dicitur rex David à Theophylacto in Luc. cap. 2. *Mimicum ſcurram* vocat Vopiſc. Aurel. cap. 42. Vide ibi Salmaſ. Eſt autem *urbicarius* idem quod *urbanus* vel *urbicus*. quo ſenſu *urbicarium mare* dixit idem interpres ad Sat. V. vers. 93. & *urbicus poëta* Martial. lib. I. epigr. 42. MUNCK.

3 VISUS EST] Schottus: *Video aut vocem defeciſſe, aut* viſus eſt *beic redundare*. Sanè latet aliquid, tametſi nihil variat MS. Leid. MUNCK.

4 THEOPHILI] Ita quidem 6. edd. Sed MS. Leid. *Cleobuli*, quod eſſet *Cleobuli*. quomodo in libro ſcripto & à ſe inventum teſtatur Schottus. MUNCK.

5 DROMOCRIDES] Ita & 6. edd. MS. Leid. *Drimocrides*. Cl. Tollius ad Palaeph. p. 142. ex anonymo Mythologo Voſſii corrigit *Demecritus*. MUNCK.

6 SCRIBIT] *Scripſit* 6. edd. & MS. Leid. ut & ſtatim *adquiſivit* pro *conquiſivit*. Baptiſta Pius emendat *adſcivit*. MUNCK. Vid. J. Baptiſtae Pii III. Syllog. Annotat. Poſterior. cap. 97. De Ixione haec Plutarchus de Aud. Poët. T. II. p. 19. Ὥσπερ ὁ Εὐριπίδης εἰπεῖν λέγεται φεύγειν τὰς τοῦ Ἰξίονος λειδορίτιδας, ὡς ἀντιβῶ καὶ μισεῖν· Οὐμοῖβοι φεύγειν αὐτὸν ἐκ τῶν ἐκεῖθεν ἐξηγοῦνται, ἢ τὴν τροχὸν ἀποσκώπτουσι.

7 EX QUO EQUIS MIXTI PINGUNTUR] Pauſan. lib. V. cap. 19. p. 426. Κένταυρον δὲ τέτρας πάντας ἱππόποδας, τὰς δὲ ὑπερθεῖν αὐτῶν ἔχειν ἀνθρώπους ἴσμεν. v. Cl. Arnaldus l. II. L. Gr. cap. 12. Unde Centauri dicti ſint, totamque de iiſdem & Ixione fabulam explicat Palaephatus cap. I.

8 ELISIONES] Illuſtravimus eam phraſin ad Hyg. cap. 38. & infr. in not. ad Contin. Virgil. MUNCK.

## Ad CAP. XVIII.

9 IN LACU INFERNO] MS. Leid. *in lacum infernum*. 6. edd. *in lacum inferni*. Niti bonâ auctoritate eam conſtructionem oſtendimus ad Hyg. cap. 41. Utitur eadem in hac fabulâ Hygin. cap. 82. *Ob id dicitur ad inferos in aquam medii fine corporis ſtare*. Vide quae ad eum locum annotavi, ſi operae eſt. MUNCK.

10 C▸

## XVIII. *Tantalus.*

TANTALUM dicunt [9] in lacu inferno depoſitum, cui fallax aqua guloſis labia titillamentis adtingit: poma quoque fugitivis [10] cinereſcentia tactibus deſuper facietenus adparent pendula. [11] Ergo huic locuples viſus & pauper effectus: ita ſe illi unda fallax praebet, ut ſitiat: ita ſe poma ingerunt, ut eſuriat. Sed hanc fabulam [12] Petronius breviter exponit, dicens:

*Nec bibit inter aquas, nec poma patentia carpit*
*Tantalus infelix, quem ſua vota premunt.*
*Divitis haec magni facies erit, omnia late*
*Qui tenet, & ſicco concoquit ore famem.*

## XIX. *De Proſerpina & Endymione.*

[13] LUNAM ideo ipſam voluerunt etiam apud inferos Proſerpinam, ſeu

10 CINERESCENTIA TACTIBUS] Quaſi poma Sodomorum fuiſſent, de quibus Tertull. Sodom. *Nam protinus indice tactum Solvitur in cinerem, fit vana favillaque pomum.* MUNCK. Vir doctus conjicit *revertentia*, quaſi, quae captante Tantalo continuo fugiant ac revertantur, unde *poma fugacia captare* dicitur Ovidio II. Amor. El. 2. vs. 43. qui haec poma ideo *fruſtra captata* vocat II. Art. Amat. vs. 605. Rem ita deſcribit Homerus Odyſſ. A. vs. 590.

Τῶν ὀπίσ' ἰθύνει ὁ γέρων ἐπὶ χερσὶ μάσασθαι,
Τὰς δ' ἄνεμος ῥίπτασκε ποτὶ νέφεα σκιόεντα.

Unde patet, non haec poma tacta in cinerem eſſe reſoluta, ſed a vento in altum ſublata, quum Tantalus capere vellet.

11 ERGO HUIC] Corrigit Barthius in Comment. Statianis: *Ergo hic locuples viſu, & pauper effectu eſt.* Non probo. Prolog. Lib. I. *Ut locupletes tactus rigens auri materia ſequeretur.* Et lib. II. cap. 13. *Erat ergo neceſſitas aurea, & locuples penuria.* MUNCK.

12 PETRONIUS BREVITER] Scriverius correxerat in margine, *Petronius Arbiter.* Haut paulo aliter eduntur hi verſiculi in Fragmentis Petronianis. In MS. Leid. pro *patientia* legitur *prudentia.* Puto legendum, *Non bibit inter aquas, poma aut fugientia carpit*, vel *nec poma fugacia carpit.* Ovid. II. Amor. Eleg. 2. *Quaerit aquas in aquis, & poma fugacia captat.* Epiſtol. Heroid. XVII. 181. *Velle quid eſt aliud fugientia prendere poma.* Apulejus in de Deo Socratis: *Tantali vice, in ſuis divitiis inops, egens, pauper, non quidem fluentem illum fugitivum captat, & fallacis undae ſitim* &c. Conſer Horat. lib. I. Sat. I. à quo iſtam fabulae hujus accepiſſe explicationem videri poſſunt Petronius & Apulejus. MUNCK. Diverſis modis hanc fabulam explicant Tzetzes ad Lycophron. vs. 152. & nonnulli apud Schol. Pindari Olymp. Od. A. vs. 97. Ἔνιοι δ' ἀκούσαι τὸ πίσσος, ἀπὸ δ' ἁλός. τὸ γὰρ Τάνταλον, φυσιολόγον γενόμενον, καὶ μύθους ἀποφηναῖσθαι τὸν ἥλιον, ἀπὸ τούτου δ' ἄνω ἀναχθεῖν.

## Ad CAP. XIX.

13 LUNAM IDEO IPSAM VOLUERUNT ETIAM] 6. edd. nihil variant. MS. Leid. *ideo voluerunt etiam.* Sed lectionem vulgatam rectè habere exiſtimo. Feſtus Pauli: *Balaenam belluam ipſam dicunt eſſe piſtricem, ipſam eſſe cetum.* Servius ad AEn. VIII. vers. 4. *Et dicunt Theologi ipſam eſſe matrem Deum, quae terra dicitur.* Schol. Stat. Theb. I. 34. *Nam ipſa eſt Aonia, quae & Boeotia.* Prudent. Apotheoſ. vers. 171. *Filius ille hominis, ſed filius ipſe tonantis.* Ita malim ex Vett. edd.

ſeu quod nocte luceat, [1] ſeu quod humilior currat, [2] & terris praeſit, illo videlicet pacto, quod [3] detrimenta ejus & augmenta non ſolum terra, ſed & lapides, [4] vel cerebra animantium, & (quod magis incredibile ſit) etiam [5] laetamina ſentiant, quae in Lunae [6] crementis ejecta vermiculos [7] parturiunt. Hortis ipſam etiam Dianam [8] nemoribuſque praeeſſe volunt ſimili modo, quod arborum & fruticum ſucco [9] augmenta inculcet. Denique [10] crementis Lunae abſciſa

quam *ille tonantis. Ipſe* eſt *idem.* Vetus interpres Luc. cap. II. vers. 38. *Et haec ipſâ horâ ſupervéniens confitebatur Domino.* Gr. αὐτῇ τῇ ὥρᾳ. & XII. 12. *Docebit vos in ipſâ horâ.* Victor de Perſec. Vand. cap. I. *Quod ipſo geſtum eſt tempore.* Locutus ſic quoque Salluſtius apud Serv. V. AEn. 373. *Ipſa eſt enim & major Phrygia.* Ad eundem modum τὸ αὐτὸς uſurpant οἱ ο'. Gen. XXXVI. 8. Ἠσαῦ αὐτὸς ἐστὶν Ἐδώμ. Schol. Horat. lib. III. od. 22. *Ipſa quoque lucifera, quod partubus lucem ferat, unde Lucina à parturientibus invocatur, quod ideo ei datum eſt, quod prior à Latonâ matre edita in fratris Apollinis partu eam juverit, & parturienti praeſtiterit ei obſtetricis officium.* Iſidor. VII. cap. II. *Ipſam & Lucinam aſſeverant, eo quod luceat* &c. Schol. Germanici, qui, ut aliis in locis, ita & heic Fulgentium exſcripſit: *Lunam*, inquit, *voluerunt etiam apud inferos Proſerpinam* &c. quae te apud ipſum, quam heic legere malim. Totum certè hoc caput in commentaria ſua tranſtulit. Gloſſ. MS. in I. Georg. Virg. *Stoici autem dicunt non eſſe, niſi Deum* (leg. *unum Deum*) *& unam poteſtatem, quae pro ratione officiorum noſtrorum variis nominibus appellatur. Unde eundem Liberum, eundem Apollinem appellant. Item Lunam eandem Proſerpinam dicunt. Secundum quos pro Sole Liberum, pro Lunâ Cererem invocabant.* Lunam non aliam eſſe à Cerere etiam Auguſtinus tradit C. D. VII. 3. *Confert hoc idem Libera, quae Ceres ſeu Venus eſt feeminis.* Conferendi Euſtath. ad Iliad. Hom. pag. 439. Ed. Baſ. Servius ad AEn. IV. 511. & Senec. Hippol. vers. 406. & ſeqq. Adde his, quae dixi ad cap. 9. lib. I. MUNCK. Melius Serv. ad I. Georgic. 39. *Proſerpina IPSA eſt, quae & Luna, quae toto anno ſex menſibus creſcit, ſex deficit: ſcilicet per ſingulos menſes quindenis diebus: ut creſcens apud ſuperos, deficiens apud inferos eſſe videatur.* Lunam ſive Dianam pro Cerere cultam docet Spanh. ad Callim. II. Dian. 130.

1 SIVE QUOD HUMILIOR] *Seu* MS. Leid. & nonnullae edd. MUNCK.

2 ET TERRIS PRAESIT] Poſt haec verba interſcrit Schol. German. *Unde & bigam betum habere dicitur.* MUNCK.

3 DETRIMENTA] *Decrementa* mallet Locherus. Auguſtin. C. D. lib. V. cap. 6. *Et lunaribus incrementis atque decrementis augeri & minui quaedam genera rerum, ſicut echinos, & conchas* &c. Qua de re videndus Plin. lib. II. cap. 99. Gellius VII. 20. Sed ante omnes Apulejus initio Mileſ. XI. Adde his oculos felium & inteſtina murium, de quibus Proclus ad Heſiodi Ἡμέρας. MUNCK.

4 VEL CEREBRA] Nota *vel* pro & poſitum. Vide Barth. in Gloſſario Mamerti. Noſter infra lib. III. cap. 10. *Per metra & rythmos vel modulos ſequeretur.* MUNCK.

5 LAETAMINA] Gloſſ. MSS. in Georg. Virg. *Fimus, qui in agros jacitur, vulgo laetamen vocant.* Iſidor. lib. XVII. 2. *Et dictus fimus, quod fiat imus, id eſt, ſtercus, quod vulgo laetamen vocatur, eo quod ſuo nutrimento laeta faciat germina.* Hinc *laetare* idem quod ſtercorare. Vide Pallad. Lib. I. Tit. 6. MUNCK.

6 CREMENTIS] Schol. *Incrementis.* Perperam mutavit heic, quod tamen paulo inferius retinuit: *Crementis Lunae abſciſa.* Infr. Virgil. Contin. *Boni crementa.* Auctor Tract. de Sinâ & Sion, *Quales poſt crementum aetatis ſuae futuri eſſent.* Gloſſ. Philox. *Crementa*, αὐξήσεις. Tertull. de Anim. cap. 51. *Crementa unguium.* Cap. 15. *Crementa, decrementa.* Addenda haec illis, quae Voſſius & Borrichius obſervarunt. MUNCK.

7 PARTURIANT HORTIS] 6. edd. *Vermiculos parturiunt. Ortis ipſam etiam Dianam nemoribus.* Schol. German. *Vermiculos parturiant: ipſam Dianam dictam memoribus volunt.* Sed Sanct. edit. ejuſdem, *ortam nemoribus volunt.* Cod. Leid. *Vermiculis parturiunt ortis. Ipſam etiam Dianam nemoribus volunt.* Gloſſator ſuperſcripſerat, *ſcil. praeeſſe.* Exiſtimo ſcripſiſſe Planciad. *Vermiculos parturiunt hortis. Ipſam etiam Dianam in nemoribus volunt. Ortis* pro *hortis* obvium eſt in MSS. libris. Petron. Fragm. Tragur. *Eodem die incendium factum eſt in ortis Pompejanis, ortum ex aedibus*

abſciſa ligna furfuraceis tinearum terebraminibus [11] fiſtuleſcunt. Nemoribus quoque adeſſe dicitur, quod omnis venatio [12] plus] nocte paſcatur, dieque dormiat. Endymionem vero [13] paſtorem amaſſe dicitur, duplo ſcilicet modo: ſeu quod primus hominum Endymion [14] curſum Lunae invenerit, unde & xxx. annos dormiſſe dicitur, [15] qui nihil aliud in vita ſua, niſi huic repertioni ſtuduit, ſicut [16] Mnaſeas in primo libro de Europa ſcribens tradidit.

[1] Sive

*dibus Naſtae villici.* Pro *Naſte* malè ediderunt *nocte.* Lege *Naſtae.* Nomen villici eſt, ut ſervi apud Martial. IX. 85. *Et dicis modo liberum eſſe juſſi Naſtam; (ſervulus eſt mihi paternus.)* Pro *eſt mihi* mallet Nob. Heinſ. *is mihi.* Graecum eſt nomen Naſtes, & ſumptum videri poſſit ex Hom. Iliad. B. ubi Amphimachi frater ita appellatur, cujus & Auſonius meminit Epit. Heroum XVII. Cauſam, cur creſcente lunâ vermiculos parturiant lactamina, exiſtimem eſſe humiditatem. Protoſpatharius ἐξηγ. in Heſiod. Ἡμιρ. Ἀρχέτης σελήνης αἴτια σήψεως. Hinc ergo Plinius lib. XVIII. cap. 32. *Omnia quae caeduntur, carpuntur, conduntur, innocentius decreſcente Lunâ, quam creſcente fiunt. Stercus, niſi decreſcente Lunâ, ne tangito.* Conſer Pallad. lib. I. Tit. 34. cujus tamen praeceptum eſt lib. III. Tit. I. *Sparſo laetamine ſaturetur, quod ejiciendum eſt Lunâ creſcente.* MUNCK.

8 NEMORIBUSQUE] V. Spanh. ad Callim. H. Dian. 38.

9 AUGMENTA INCULCET] Ita & MS. Leid. & 6. edd. Schol. Germanici, *inducat.* Nihil mutem. Prolog. lib. I. *Semina puerigena virginibus inculcantem.* Quaenam praeterea augeat Luna, leges apud Plin. lib. II. cap. 41. MUNCK.

10 CREMENTIS LUNAE ABSCISA] Proclus in Heſiod. Ἔργ. B. p. 101. Εἰς ὃ τινας βλάπτουσας, καὶ φθινούσης τέμνειν σελήνης, ἀλλὰ μὴ παυσελήνῳ, μὴ δ' αὐξομένης. ἡ μὲν γὰρ φαῦλος ἐπίδοσις ὑγρότητα ποιεῖ τοῖς ξύλοις, καὶ εὐπίφορα τερηδόνα τῷ σήψει. MUNCK.

11 FISTULESCUNT] Schol. *fiſtulaſcunt.* Sed alterum eſt in 6. edd. & MS. Leid. Gloſſ. exponit, *perforantur.* MUNCK.

12 (PLUS) NOCTE] Τὸ *plus*, quod uncis incluſit Commelinus cum 6. edd. etiam MS. Leid. agnoſcit. Schol. heic corruptus eſt: *Quod omnis venatio plus nocte, quam die dormiat.* Corrige ex Fulg. Schol. Theocriti ad Eid. Δ. φασὶ γὰρ ὡς ὁ Ἐνδυμίωνος ἐρῶσα ἡ Σελήνη, μὴ καθὰ τὸ ὕπνῳ τὸ Λάτμιον τῆς Καρίας ἰμείρῃ. Καὶ ἀλληγορῶσιν ὡς φιλεκυνηγῶν ἂν τῇ σελήνῃ συνεῖρε, ἡμέρας δὲ ὑπνοττεν. MUNCK.

13 PASTOREM AMASSE] Schol. Juv. ad Sat. X. vers. 318. *Endymion paſtor, quem Luna adamavit.* Fabula eſt apud Hygin. cap. 271. Serv. Georg. III. 391. Capellam lib. IX. MUNCK. Recte Endymionis fabulam explicat hoc modo Fulgentius. dicitur enim, ut jam monui ad Hygin. fab. 271. juxta Schol. Apoll. Rh. IV. 264. a quibuſdam Διρκίνῃ τὰς Πλειάδας καὶ τὰς Ἀελπόδας τῆς σελήνης. Praeterea Aſtronomum ſive Mathematicum fuiſſe patet ex uxore ejus Aſterodia dicta, quamquam de ejus uxoribus non conveniat inter priſcos. v. Pauſan. lib. V. cap. I. p. 375. quae Aſterodia Oceani & Tethyos filia ab aliis dicitur nupſiſſe AEetae Solis filio, v. Schol. Apoll. Rh. III. 242.

14 CURSUM LUNAE INVENERIT] Plin. lib. II. cap. 9. *In hoc ſidere cognoſcendo ſingula deprehendit hominum primus Endymion: & ob id amore ejus captus famâ traditur.* MUNCK. Eodem fere modo fabulam de Titane Solis fratre explicat Pauſanias lib. II. cap. II. p. 136. Audi & Plutarchum de hujuſmodi fabulis diſputantem in Numa pag. 62. Ὁ δὲ Νομᾶς ἐκλιπεῖν τὰς ἐν ἄστει ἀφηγεβάς, ἀγρεύλειν τὰ πολλὰ καὶ πλανᾶσθαι μόνον ἠέλιν, ἐν ἄλσεσι θεῶν καὶ λειμῶσιν ἱεροῖς, καὶ τόποις ἐρήμοις παιδεύοντα τὴν δίαιταν, ὅθεν οὐχ ἥκιστα τὴν ἀρχὴν ὁ περὶ τὸ θεῖον ἔλαβε λόγον, ὡς ἄρα Νομᾶς ἐκεῖνος ἐκ παιδαγωγίας τινὶ ψυχῆς καὶ πλάσης τὸ μετ' ἀνθρώπων ἀπολέλοιπε βίον, ἀλλὰ συμπαίρας γεγονὼς ὁμιλίας, καὶ γάμων θείων ἐξιωμένος, Ἡγεμόνα δαίμονα συνὼν ἑρώσῃ καὶ συνδιαιτώμενον, ἐδέησεν οὐδὲν καὶ τὰ θεῖα πεπυσμένον γένοιτο. ὅτι μὲν οὖν ταῦτα πολλοῖς τῶν πάνυ παλαιῶν μύθων ἔοικεν, οἱ Φρύγες τε περὶ Ἄττην, καὶ Βιθυνοὶ περὶ Ἡρόδοτον, καὶ ΠΕΡΙ ΕΝΔΥΜΙΩΝΟΣ Ἀρκάδες, ἄλλοι τε πολλοί, ὑδαμόθεν δὴ τῶν καὶ διαφίλων γενέσθαι δοκούντων, παρελαβόντες ἠγάπησαν, ὡς ἄδηλον ἦν, &c.

15 QUI NIHIL] Lege cum Schol. German. & MS. Leid. *Quia nihil.* MUNCK.

16 MNASEAS] Vide Celeb. P. Burm. Fr. fil. ad H. Valeſii lib. V. cap. 17. Emendat.

[1] Sive paſtorem Endymionem amaſſe fertur, quod nocturni roris humor, [2] quem aporria ſiderum atque ipſius Lunae animandis herbarum ſuccis inſudat, paſtoralibus profit ſucceſſibus.

1 SIVE PASTOREM &c.] Verba illa, *paſtorem Endymionem amaſſe fertur*, ut gloſſema, expungenda cenſeo. MUNCK.

2 QUEM APORRIA &c.] Scribe: *quem ἀπορίαις ſiderum atque ipſius Lunae animandis herbarum ſuccis inſudat, paſtoralibus profit ſucceſſibus.* Supra Prolog. Lib. 1. *Humor algens, quem ſerenis Aſtra ſudant noctibus.* Ob hanc ergo aporroeam *roriflua Luna* dicitur in fragmento Aſtronomico, quod Fulgentio adſcribitur in Pithoei Catalectis. MUNCK.

FA-

# FABII PLANCIADIS FULGENTII,

## Viri Clariſſimi,

# MYTHOLOGIARUM

## LIBER TERTIUS.

[1] INSCIENTIAE formidoloſa [2] ſuſpectio ſemper excuſandi quaerit ſubfragia: quo quidquid ignorantia [3] incurſionum mater peccaverit, id veniae abſolvat petitio, quae [4] culpas veſtire conſuevit. Sed quia numquam [5] de ſe male aeſtimat ſermo, qui ad amantem judicem mittitur, idcirco meae ſimplicitatis negotium tuo, Domine, puriſſimo commili judicio, [6] fretus, quidquid abſurde digeſtum eſt, [7] non ut invidus detrahis, ſed ut doctiſſimus corrigis.

I. *Bel-*

### Ad Prolog. Lib. III.

1 INSCIENTIAE] Apulejus Dialogo Hermetis: *Perſeverante inſcitiâ atque inſcientiâ.* Leo Epiſt. Decret. 4. *Licet vix ferenda ſit in ſacerdotibus excuſatio, quae praetendat inſcientiam.* Minucius Fel. Octavio: *Ut me diſſimulanter gravius argueret inſcientiae.* Nepos Epaminond. cap. 7. *Propter imprudentiam inſcientiamque belli.* MUNCK. Livius XXVI. 2. *temeritate atque inſcientia.* Vide Daviſ. & Oudendorp. ad J. Caeſaris lib. III. B. G. cap. 19.

2 SUSPECTIO] Suſpicio. Paulinus ad Auſonium: *Duceret in ſanctum ſuſpectio falſa parentem.* Alii tamen ibi *ſuſpicio* legunt. Vide Vinetum in Epiſt. Auſon. 24. MUNCK. Vox *ſuſpectio* non eſt rejicienda. v. Cl. Oudendorp. ad J. Caeſar. VI. B. G. 7.

3 INCURSIONUM] Gloſſ. *ſubito advenientium rerum.* Melius dixeris incurſiones heic eſſe παραπλήματα. MUNCK.

4 CULPAS VESTIRE] Gloſſ. *tegere. Palliare* diceret Apulejus, cujus illud eſt: *Nec palliari res tam aperta poteſt.* MUNCK.

5 DE SE MALE AESTIMAT] Ita & B. ſed A. H. & I. *exiſtimat* h. e. loquitur, opinatur. Macrob. Saturn. II. 4. *Male exiſtimare de Catonis pervicacid.* Vide ibi Pontanum. Interpres Hermae cap. 10. *Bene enim hic de te apud me exiſtimavit.* Sed *aeſtimare* ſaepiſcule poni pro *exiſtimare* oſtendimus in diſſertatione de Hygino. Chryſologus Serm. XXXIX. *AEſtimo hoc dixiſſe pulſantem.* MUNCK. Vid. quos laudavi ad C. Nepot. in Dione cap. 7.

6 FRETUS, QUICQUID] Lego cum B. A. H. I. & MS. Leid. *fretus quia quicquid* &c. Mox cum Scriverio & Tollio reſcripſerim *detrahes* & *corriges.* Odoraris, niſi obeſae naris es, ſtylum Veteris Bibliorum interpretis. MUNCK.

7 NON UT INVIDUS] B. A. H. I. & MS. Leid. *Ut non invidus.* Quod ſi cui magis adriſerit, is τὸ *ſed*, quod mox ſequitur, in *ſic* mutabit. MUNCK.

## I. *Bellerophon.*

PROETUS rex uxorem habuit [1] Antiam nomine, quae amavit Bellerophontem. cui dum ob ſtupri cauſſam mandaſſet, ille noluit, quem marito criminata eſt. Ille eum ad Chimaeram interficiendam miſit [2] per ſocerum ſuum. Quam Bellerophon equo Pegaſo reſidens interfecit, qui de Gorgonae ſanguine natus fuerat. Bellerophonta poſuerunt, quaſi βελληφορῆντα, quod nos Latine [3] ſapientiae conſiliatorem dicimus. [4] ſicut Homerus ait:

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βεληφόρον ἄνδρα.

Id eſt, nec decet tota nocte dormire conſiliatorem virum. Nam & Menander ſimiliter in [5] Diſexapaton comoedia ait, [6] ΒΟΥΛΗΦΟΡΟΣ ΗΜΕΤΕΡΑΝ ΔΗΜΕΑ ΠΡΟΚΑΤΕΛΑΒΕΣ ΟΡΑΣΙΝ: id eſt, conſiliarie noſtram Demea praeoccupaviſti viſionem. Nam ut hoc certum ſit, Homerus in fabula ejuſdem Bellerophontis ita ait, ἀγαθὰ φρονέοντα δαίφρονα βελλεροφόντην, id eſt, bona cogitantem [7] ſapientiſſimum conſilium. Spernit libidinem, id eſt Antiam. ἀντίον enim Graece contrarium dicitur: ſicut antichriſtum dicimus, quaſi ἐναντίον τῷ χριστῷ, id eſt, contrarium Chriſto. Vide itaque cujus uxor Antia dicatur, nihilo-

### Ad CAP. I.

1 ANTIAM NOMINE] Apollodorus lib. II. cap. 3. §. 1. Καὶ αὐτῷ γυνὴ Σθενέβοια, ἡ καὶ ΑΝΤΕΙΑ, ἴρωα ἔχει. Tzetzes ad Lycophron. vs. 17. Ἀντεια ὁ, ἡ καὶ Σθενέβοια, γυνὴ Προίτου. Utroque nomine haec mulier fuiſſe inſignis videtur, ita ut alterum nomen, alterum cognomen fuerit.

2 PER SOCERUM SUUM] Ita rectè cum Commel. MS. Leid. 6. edd. heic mirificè corruptae ſunt. Iobatem intelligi vult. Vide Hyg. cap. 57. MUNCK.

3 SAPIENTIAE CONSILIATOREM] Cur non potius? *Sapientem.* MUNCK.

4 SICUT HOMERUS AIT] Addunt 5. edd. *In B. Iliados.* Quae verba procul dubio è gloſſâ in textum irrepſerunt; certè in principe editione, hoc eſt, Baptiſtae Pii, non comparent. MUNCK.

5 DISEXAPATON] Ita cum Commel. exhibet etiam MS. Leid. 6. edd. *diſexapoto.* Turneb. Adverſ. lib. IX. cap. 24. *diſexapatbo.* Quem vide. Scripſerim ego, ἑξαπατῶλι. eo enim nomine Menandri comoedia laudatur à Suida in Ζάκορος. MUNCK.

6 ΒΟΥΛΗΦΟΡΟΣ] 6. edd. Βεληφόρι ἡμῶν ἐξ μᾶ πρόλαβες ὄψιν, *id eſt, conſiliarie noſtram de med praeoccupaſti viſionem.* Sed ut in Commel. heic, ita & in Leid. codice iſta leguntur. *Demea* nomen eſt κύριον, quod cum diviſim legerent *de mea*, mutarunt verba Graeca. MUNCK.

7 SAPIENTISSIMUM CONSILIUM] Legitur verſiculus iſte Graecus Iliad. Z. 162. Deeſt in capite, πεῖθ', quod addunt 6. edd. & vertunt, *Bona cogitantem ſapientiſſimum conſilium.* Illud *cogitantem* conſpicias quoque in cod. Leid. perperam omnino. Etiam τὸ *conſilium* mutarem in *conſiliarium*, niſi mox ad eundem modum Bellerophontem interpretaretur *bonam conſultationem.* Schol. Heſiod. in Θεογ. p. 261. ed. Heinſ. Βελλεροφόντῃ ὁ τὸ εὐπειθῆ καὶ τὸ ϑαυάσιμα, καθὸ τὸ εἰς τὴν ἵππον βάλλειν. Ἄλλως. Βίλλεροφ τὰ καλὰ λέγει. Βιλλεροφόντης ὅτι ὁ σοφὸς ἀνὴρ καὶ τὸ κακόν. MUNCK. Non abhorrent, quae profert Pauſanias lib. II. cap. 4. p. 119. Ἀθηναῖοι γὰρ ϑεῶν μάλιστα συγκατιέγκασθαι τά τε ἄλλα Βελλεροφόντῃ φασὶ,

nihilominus Proeti. Proetos Pamphyla lingua ſordidus dicitur, ſicut Heſiodus [8] in Bucolico carmine ſcribit dicens: [9] PEPRIGROSIS TA FULVE ULACTIS MENES EMORUM, id eſt, ſordidus uvarum bene calcatarum [10] ſanguineo rore. & cujus uxor eſt libido niſi ſordis? At vero Bellerophon, id eſt bona conſultatio, qualem [11] equum ſedet niſi Pegaſum? quaſi [12] pegaſaeon, id eſt fontem aeternum. Sapientia enim bonae conſultationis aeternus fons eſt. Ideo pennatus, quia univerſam mundi naturam celeri cogitationum theoria conluſtrat. Ideo & Muſarum fontem ungula ſua rupiſſe fertur. Sapientia enim dat Muſis fontem. ob hanc rem etiam ſanguine Gorgonae naſcitur. Gorgona enim pro terrore ponitur. Ideo & Minervae pectore fixa eſt, ſicut Homerus [13] in tertio decimo ait:

Τῇ δ' ἐπὶ μὲν Γοργὼ βλοσυρῶπις ἐστεφάνωτο.

Ergo hic duplex adſertio eſt. Aut enim terrore finito ſapientia naſcitur, ſicut de ſanguine, id eſt de morte Gorgonae Pegaſus, quia ſtultitia ſemper eſt timida: aut initium ſapientiae timor eſt, quia & magiſtri timore ſapientia creſcit: & dum quis famam timuerit, ſapiens erit. unde & Chimaeram occidit. Chimaera enim, quaſi χῦμ' ἔρωτος, id eſt fluctuatio amoris. unde & Homerus ait, χῦμα κελαινὸν κορθύεται. Ideo etiam triceps chimaera pingitur, quia amoris tres modi ſunt,

σὺ, ᾗ ὡς ἡ Πήγασός οἱ πεφιδείη, χειρωναμίη τε ᾗ εὐεργέα αὐτὴ πὰρ ἵππου χαλινόν. Palaephatus cap. 29. cum vocat ἄνδρα καλὸν καὶ ἀγαθόν. Tzetzes vero ad Lycophron. vs. 17. Etymon vocis docet hoc modo Βελλεροφόντης ὁ ὁ Κορίνθιος, ὁ καὶ Ἱππότης καλούμενος, ἀνὴρ ὑπάρχων Φρυγίας, ἄκων ἀπὸ λάθρᾳ τινὰ Κορίνθιον βάλλειν.

8 IN BUCOLICO CARMINE] Ita & MS. Leid. Edit. Lugd. *in Bucolico*, omiſſa altera voce. H. B. M. & I. *Bucolico ludicro*. Scriverius in orâ libri ſui: *Citat Fulgentius ex Heſiodi Bucolico, quod nunquam fuit, verſum, qui Graecus non eſt, ſed Barbarus, à quodam Afro vel Vandalo pravè imitatus*. MUNCK.

9 PEPIGROSIS] Graeca verba omiſſa ſunt in 6. edd. MS. Leid. ea ita repraeſentat: *Prites iſſa flueu tactis mene femorum*. Caſaubonus in Suet. lib. 11. Animadv. p. 101. reſtituit: Πρεῖτος ἰῶν ἐβίων βοτρύων ἐρόσω αἱμαβύνῃ. MUNCK.

10 SANGUINEO RORE] Vinum enim ſanguis uvarum. *Baccheus ſanguis* Statio. Αἷμα σταφυλῆς Euſtath. ad Iliad Hom. p. 234. ed. Baſ. Auctor Ovidii Vetulae: *Effundere ſanguinis uvae Mille modos*. Vetus interpres Deuteron. cap. XXXII. 14. *Sanguinem uvae biberent meraciſſimum*. Αἷμα σταφυλῆς πῖς ὁ ibidem, & Sirac. L. 16. Ad eundem modum *olearum cruor* dicitur oleum apud Arnob. lib. 1. pag. 2. ut αἷμα ἐλαίᾳ oleum Nicandro. Caeterum ut heic *ſanguineum rorem* Planciades, ita *ſanguinis rorem* Lucanus. *Bacchi rorem* Sammonicus. *Pluviarum rores* & *vineum rorem* Arnob. p. 12. *aquae rorem* Apul. Mileſ. 1. & *fluctuum rorem* IV. *Tepidum rorem* pro lacrymis Ovid. x. Met. 360. dixere. MUNCK. Conſule Caſaub. ad Suetonii Auguſt. cap. 76.

11 EQUUM SEDET] Vide not. ad Hyg. cap. 61. MUNCK.

12 PEGASAEON] Pegaſus ergo Fulgentio ſignificat πηγὴ αἰῶνος, *fontes ſaeculi*. MUNCK. Aliter Tzetzes ad Lycophron. vs. 17. pag. 4. Πήγασος ὁ ὁ κλῆσις, ὡς λέγε πηγαζόντων ὑδάτων τεχεμένων τὴν Χίμαιραν ἀναιρεῖ, τὴν τριπρόσωπον καὶ πυρίπνοον, ὅπερ ἀλληγορεῖται ῥητορικῶς. Palaephatus c. 29. Ὄνομα δὲ τῷ πλοίῳ Πήγασος, ὡς καὶ τῶν ἵππων τὰ πλοῖα ὄνομα ἔχει.

13 IN TERTIO DECIMO AIT] Lapſus eſt memoriâ Fulgentius. Legitur Iliad. Λ. 36. MUNCK.

ſunt, hoc eſt incipere, perficere, & finire. Dum enim amor noviter venit, ut leo feraliter invadit: unde & Epicharmus comicus ait, [1] δαματὴς ἔρως λεοντείᾳ δυνάμει θαλεθής. id eſt, domitor cupido leontea virtute [2] praeſumptior. Nam & Virgilius in Georgicis tetigit, dicens:

> —— *Catulorum oblita leaena*
> *Saevior erravit campis.*

At vero capra quae in medio pingitur, perfectio libidinis eſt, illa videlicet cauſſa, quod hujus generis animal ſit [3] in libidine valde proclivum. Unde & Virgilius in Bucolicis ait,

> —— *Hoedique petulci.*

Ideo

1 ΔΑΜΑΣΤΗ'Σ ΈΡΩΣ] Vide Cl. Jac. Tollii Ἔρωτ. κοιμώμ. pag. 44. Sed ante omnia Pighium in Hercul. Prodic. pag. 210. de Cupidine aereo leonis exuvio indormiente, quem viſum à ſe memorat in Ducis Mantuani palatio. Mira horum verborum eſt verſio Hertelii in ſententiis Epicharmi: *Amoris mollities, leonis robore domanda eſt.* Heſych. Δαμασής. ἄτυς ὁ ἀσυκρέτης. Leg. ἀσυκρέτης cum Salmaſ. Vulgares Lexicographi non agnoſcunt vocem illam δαμασής. Unde volebam à primo δυνάσης. Anacreon Od. 62. Ὁ δὲ καὶ θεῶν δυνάσης, Ὁ δὲ καὶ βροτῶν δαμάζει. MUNCK.

2 PRAESUMPTIOR] Ita quidem & 6. edd. & MS. Leid. Reſcribendum tamen exiſtimo *praeſumptuoſior* vel *praeſumptioſior*, ut *affectioſe* & *affectioſus* ab *affectio*. De quibus Salmaſ. ad Pallium Tert. Gloſſ. Vett. Αὐθάδεια, *praeſumtio, contumacia, temeritas.* Schol. Horat. ad lib. III. od. 4. *Audax. praeſumptuoſus.* Adde notas ad caput ult. lib. I. MUNCK.

3 IN LIBIDINE PROCLIVUM] A. H. & I. *in libidinem.* Sed alterum cum B. M. & L. agnoſcit MS. Leid. nec Fulgentio indignum eſt. De libidine caprini generis omnia pervulgata ſunt. Vide Serv. ad Ecl. VIII. vers. 8. Horus lib. I. *Penem fecundum ſignificantes hircum pingunt. non autem taurum. Nam hic poſt annum integrum tantum coire incipit. Hircus vero poſt ſeptimum diem ab ortu coit.* MUNCK.

4 POSTREMUS DRACO] Ita quidem cum Leid. cod. habet quoque MS. Modii. Sed ipſe emendat *poſtrema draco*, ut reſpiciat illud, *prima leo, poſtrema draco, media ipſa chimaera.* qui verſiculus apud Hyg. quoque legitur cap. 57. & ab Hieronymo Epiſtol. Sel. II. 13. ed. Caniſ. tanquam pervulgatus adducitur. Eſſe autem Lucretii notavi ad Hyginum. MUNCK. Aliter Palaephatus cap. 29. Chimaerae fabulam explicat. Ἐπὶ τούτοις δὲ ἐστι ἕτερον ὄρος, ᾧ ὄνομα Χίμαιρα, τότε δὲ ἦν, ὡς λέγουσι οἱ ἀσυκρέται, καὶ μὲν τὸν ἀσύκαιον οἰκῶν, λέων ἐμαίνετο, ὄφιθεν δ' ἦν δράκων, οἱ δὲ καὶ ἔσωσι τοὺς τρόπους, καὶ τοὺς ὑλοβόμους. τότε δὴ καὶ Βελλεροφόντης ἐλθὼν τὸ ὄρος ἐσέπεσε, — καὶ τὰ θηρία ἀπώλεσε. Plutarchus de Virt. Mulier. Tom. II. pag. 247, 248. tribus modis fabulam explicari ait. Primo Ἀμισωδαρῶν φ (ὡς φασιν) οἱ Ἰσάραν Λύκιοι καλοῦσιν, ἦκεν ἐκ τῆς περὶ Σίλλιον λοφικίας Λυκίων, λῃστρίδας ἄγων τινᾶς, ὧν ΧΙΜΑΙΡΟΣ ἡγεῖτο, τολμητὰς μὲν ἀνὴρ, ἀμῶν δ' καὶ θηριώδης. ἔπλει δ' ΠΛΟΙΩ ΛΕΟΝΤΑ μὲν ἔχοντα πρόραθεν ἐσέπουσι, ἐκ δ' ὀπίσω ΔΡΑΚΟΝΤΑ, καὶ πολλὰ κακὰ τοὺς Λυκίους ἐποίει, καὶ πλοῦτον τὴν θάλατταν ἅπασι, ἐδῄου τοὺς ἀγροὺς θαλάττης πόλεως οὔσης, τέλος δὲ ἀποκλείσας ὁ Βελλεροφόντης φόνον τοῦ Πηγάσου διώξας, ἐπόκλαν δὲ καὶ τοὺς Ἀμαζόνας, ὕστερος ἐτύγχανε τῶν ὁπλῶν. &c. Secundo οἱ δὲ ὅλως τὴν λεγομένην Χίμαιραν ὄρος ἀετήλιον γιγνεσθαι φασὶ, καὶ πυρὶ ἀναπλάσεις καὶ ἀναπύσεις ἐν τῷ ὄρει χαλεπὰς καὶ πυρώδεις, ὑφ' ὧν ἀνὰ τὸ πεδίον σκεδαννυμένων, μαραίνειν τοὺς καρπούς. τὸν δὲ Βελλεροφόντην συμφρονήσαντα λιμοκτονῆσαι τὸ κτῆνος τὸ λιμόκτονον, καὶ μάλιστα τοὺς ἀναπλάσεις ἀνασπάλλον. &c. Tertio (Nymphis in quarto de Heraclea libro) λέγει, ὅτι σὺν ἄγγελοι ἐν τῇ Ξανθίων χώρᾳ καὶ ζῶα καὶ καρποὺς λυμαινόμενον ἀπέλλει ὁ Βελλεροφόντης, ἀδήμαις ἐτύγχανεν ἀμειβὰς. &c. Tzetzes l. l. vero ita explicat· ἡ Χίμαιρα ἦ ἦν γυνὴ, θυγάτηρ Ἀμισω-

Ideo & satyri cum caprinis cornibus depinguntur, quia numquam noverunt saturari libidine. At vero quod dicitur, [4] *Postremus draco*: illa ratione ponitur, [5] quia post perfectionem vulnus det poenitentiae, venenumque peccati. erit enim hic ordo dicendi, quod primum sit in amore inchoare, secundum perficere, tertium vero poenitere de perfecto vulnere.

## II. [6] *Perdica.*

SEMPER delicata consuetudo laborioso fert praejudicium operi, & molliter educata, [7] dum quod non optas evenerit, poenitentiam creat. Melius est enim [8] labore partiliter securiore doceri, quam ex necessitate veniente repentaliter perterreri. Perdicam ferunt venatorem esse. qui quidem matris amore conreptus, dum utrimque & inmodesta [9] libido ferveret, & verecundia novi facinoris reluctaretur, consumptus,

μισοδάφνη, περὶ τούτου Λυκόφρων πεποιηκώς. αὐτὴ κιλλοῦς ἔφησι δύο, Λεσβῶ καὶ Δρέπανα. ὁ δὲ τὰς τοῦ Λυκόφρονος κιττοὺς κατιχώσας, μιᾷ καὶ τῷ αὐτῷ κόσμῳ τὰς πόρνας. Δῆλος γὰρ τὸν σύμπαντα αὐτοῦ πεπλασμένον ὄχλον τούτοις σκώπτων. Δηλοῖ δὲ τὸ πολιμικὸν καὶ θερμότερον, πυρίπνουν. τούτοις γὰρ Βελλεροφόντης τοὺς μιλτώδων ἐνεβάλλετο τοῖς αὐτοῦ τοξεύμασι, τοὺς χαλκοῦν ἔχοντας. σημαίνει δὲ ὁ Λέων ὑπολείπων, ὃν ὁ ὀπισθεν ὁ ὄφις, καὶ μέσος ὁ τὴν Χίμαιραν, ὡς ἔοικεν ἀδύνατος. Plura ibi sunt videnda.

5 QUIA POST PERFECTIONEM &c.] Modius ex suis MSS. restituit: *Quia post perfectionem libidinis vulnus det poenitentiae venenum peccati. Erit ergo hic ordo, quod primum* &c. Ut huic libidinis symbolum Chimaeram Fulgentius, ita meretricis facit Horat. lib. 1. od. 27. ubi Schol. vetus: *Quemadmodum supra meretricem mari, ita heic Colinaeae comparat, quasi multiformi bellvae, quae leonis, caprae & draconis capitibus emineret; flammis armata, sicut meretrix dolis & incitamentis libidinum.* MUNCK.

## Ad CAP. II.

6 PERDICA] MS. Leid. *Fabula Perdicae.* Scrib. *Perdicae.* Perperam quoque in Lemmate Epigr. 24. apud Claud. *de Polycaste & Perdicca. Perdica* pro *Perdix*, ut *Arcada* pro *Arcas* apud Hyg. cap. 155. *Atlanta* pro *Atlas* apud Noſtr. Prol. Lib. 1. *Tripoda* pro *tripus* lib. 1. cap. 6. Tzetzes in Heſiod. Ἐγγ. Οἰδιπόδαι. Τῷ Οἰδίποδι, λέγε Οἰδίπους ὁ Οἰδίποδος ἢ Οἰδιποῦς, ἢ Οἰδίποδος, ἢ Οἰδιπόδου. *Antipodae* pro *Antipoles* in Scholiis MSS. in 1. Georg. Virg. *Alopidam* in Coena Cypriano adscriptâ: quod frustra in *alopidem* mutat Rigaltius. Rectius *turpitudinem* in *terpedinem*, & *saxatilem* in *saxatilem* mutasset. Probus in Catholicis: *Legi, hic OEdipodes, hujus OEdipodae. Nam si OEdipas declinaverimus, genitivo dis faciet* &c. Pertinet & huc *Pubeda*, quod apud Capellam & in Glossis Isidori legitur pro adolescente. quanquam scribendum esset *Impaeda* ex Gr. βύπαις. Sanè *Iubeda* inveni in Vett. membranis Capellae. Festus in BULIMAM. *Hinc est, quod grandes pueros bupaedas appellant.* Confer not. ad Prol. lib. 1. & cap. 15. quaeque dixi in Dissertatione de Hygino. MUNCK.

7 DUM QUOD &c.] Modius: *Dum sicut optas non evenerit, poenitentiam creat.* MUNCK.

8 LABORE PARTILITER &c.] Modius: *Laborare particulariter, laboreque securiore doceri.* Commelinianam lectionem, quam Leid. codex firmat, non temere rejecerim. Certè *partiliter* rectum puto. Arnob. Lib. VI. *Partiliter nusquam Deus est, sed ubique totus.* Firm. Astronom. lib. II. cap. 18. *Partiliter expositа.* Sic & *partile* pro divisibili posterior aetas posuit. Claud. lib. 1. de Stat. An. cap. 18. *Tunc localem mihi eandem vel partilem persuadebis.* Confer Glossar. Barthii. Gloss. Isid. *Partiliter, divisè, per partes, distributè.* MUNCK.

9 LIBIDO FERVERET] *Libidine ferveret* Modius.

ptus, atque ad extremam [1] tabem deductus esse dicitur. Primus etiam ferram invenit, sicut Virgilius ait:

[2] *Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.*

Sed ut [3] Fenestella in Archaicis scribit, hic primum venator fuit: cui cum ferinae caedis cruenta vastatio, & solitudinum vagabunda errando cursilitas displiceret, [4] plusquam etiam videns [5] contheroletas suos, id est Actaeonem, [6] Adonin, Hippolytum, miserandae necis functos interitu, artis pristinae adfectui mittens repudium, agriculturam [7] adfectatus est. ob quam rem matrem quasi terram omnium genitricem amasse dicitur. Quo labore consumptus etiam ad maciem perveniisse fertur. & quia cunctis venatoribus de pristinae artis obprobrio detrahebat, ferram quasi [8] maleloquium dicitur reperisse. Matrem etiam Polycasten habuit, quasi polycarpen, quod nos Latine multifructam dicimus, id est terram.

III.

dius. MS. Leid. *Dum utrumque, & immodesta libido* &c. MUNCK.

1 TABEM] 6. edd. & MS. Leid. *labem*. Labes est ruina. Maro AEn. II. 97. *Hinc mihi prima mali labes*: Praefero tamen *tabem*, quod inferius ad maciem perveniisse dicatur. MUNCK.

2 NAM PRIMI] Versus hic legitur I. Georg. In Leid. cod. superscripta erat altera lectio, *vel primum*, quam & à se in Mediceo aliisque antiquis exemplaribus inventam testatur Pierius Valerianus. MUNCK.

3 FENESTELLA IN ARCHAICIS] 6. edd. & MS. Leid. *Fenestella Martialis*. Savaro censet illum esse Martialem, cujus lib. IX. ep. 14. mentionem facit Sidonius. Giraldus Part. II. Dial. 18. ex uno nobis duos facit. *Fabulam*, inquit, *hoc loco talem attingit, cujus & Fenestella & Martialis meminit*. MUNCK.

4 PLUSQUAM ETIAM] Ita A. H. I. & MS. Leid. in quo glossa: *plusquam una pars, id est magis*. B. M. & L. *Plusque etiam*. Sed ne sic quidem satis congrua oratio. Esset, si ita scripsisset, *insuperque etiam videret*. Nihil tamen mutare ausim. Vide quae animadvertimus infr. ad cap. 8. MUNCK.

5 CONTHEROLETAS] Vox hybrida est. Graecè dicas, σωθηρολίτης, ut γιγαντολίτης, quo Jovem epitheto ornant Poëtae. Si addiceret antiquus aliquis codex, mallem *Contheroteras*. Θηρατὴς enim venator. Θηρολίτης non putem inveniri. MUNCK.

6 ADONIN] MS. Leid. *Adonem* rectè. *Adon* enim Afris illis Capellae & Arnobio, ne de aliis nunc dicam, idem qui *Adonis*. MUNCK.

7 AFFECTATUS EST] Ita quidem M. L. I. & MS. Leid. Sed B. A. & H. *affectatus est*. Quod esse melius haud asseveraverim. Nam passivam formam habentia saepe activè poni multi multis exemplis pridem ostenderunt, ut notavi ad Hygin. cap. 273. ubi habes *certati sunt*. & cap. 274. *belligeratus est*. Vetus interpres Exod. cap. 16. *Murmurati estis*. MUNCK.

8 MALELOQUIUM] Malim *maliloquium* cum 6. edd. quod & firmat Leid. cod. Sic *falsiloquium*, *multiloquium*, *turpiloquium*, *pareciloquium* apud Apulej. Lib. v. Milesi. *vaniloquium* apud Donat. ad Eun. Act. II. sc. I. vers. 10. & Chrysolog. Serm. XIII. *Spurciloquium* apud Tertull. de Resurrect. Carn. cap. 14. *Inaniloquia* apud Vet. Interpr. poster. Epist. ad Timoth. cap. II. vers. 16. aliaque passim legas. Sed *maleloquium* editum quoque apud Schol. Stat. ad I. Theb. vers. 171. *In dignitate regiâ positos maleloquii veneno perstringere*. Opinor & hoc corruptum. Tertull. de Spectac. *Neque enim oculos ad concupiscentias sumpsimus, neque linguam ad maliloquium, & aures ad receptaculum maliloquii*. Hieron. ad Celantiam: *Credulas animas maliloqua lingua dissociat*. MUNCK.

## Ad CAP. III.

9 CURIOSITAS] Ἡ πολυπραγμοσύνη. Gloss. Labbaei, *Curiosus*, πολυπράγμων. MUNCK.

10 No-

## III. *Actaeon.*

9 CURIOSITAS ſemper periculorum germana, detrimenta ſuis amatoribus 10 novit parturire quam gaudia. Actaeon denique venator Dianam lavantem vidiſſe dicitur: qui in cervum converſus, à canibus ſuis non agnitus, eorumque morſibus devoratus eſt. 11 Anaximenes (12 qui de picturis antiquis diſſeruit) libro ſecundo ait, venationem Actaeonem dilexiſſe: qui cum ad maturam perveniſſet aetatem, conſideratis venationum periculis, id eſt quaſi nudam artis ſuae rationem videns, timidus factus eſt: 13 inde & cor cervi habens. unde & Homerus ait, οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο, id eſt, ebrioſe, 14 oculos canis habens, & cor cervi. Sed dum periculum venandi fugeret, adfectum tamen canum non dimiſit, quos 15 inaniter paſcendo pene omnem 16 ſubſtantiam perdidit; ob hanc rem à canibus ſuis devoratus eſſe dicitur.

IV.

10 NOVIT PARTURIRE QUAM GAUDIA] Subaudi *magis*. Terent. Prol. Eun. *Si quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis quam plurimis.* Familiaris Graecis ea ellipſis. Pſalm. IV. Ἀγαθὸν ποιοῦσιν ἢ κακόν, ἢ ποιοῦσιν ἢ οὔ. Nazianz. Θέλω τύχης σαλευμὸν, ἢ φρενῶν πάθος. Notavimus iſtum Helleniſ. in Fulgentio jam ſuperius ad Prol. lib. I. & cap. I. lib. II. MUNCK.

11 ANAXIMENES] Ita & MS. Leid. Perperam *Anaſimenes* exhibent 6. edd. Anaximenis multiplex, nulla Anaſimenis ſit mentio apud veteres. Alium à philoſopho fuiſſe cenſet Malincrotius Paralipom. pag. 4. Caeterum Anaximenis ratio, ideo in cervum ſingi transfiguratum Actaeonem, quod ingraveſcente aetate timidior factus ſit, nimis frigida videtur Pierio Valeriano Hieroglyph. Lib. VII. Petendum potius ex hiſtoriâ cenſet, quâ cornutum eſſe editum quidam tradiderint Actaeonem. Quâ de re conſul. Plin. lib. XI. cap. 37. Varro per canes intellexit adulatores, cum ſcriberet: *Crede mihi, plures dominos cervi comedere, quam canes. Quod ſi Actaeon occupaſſet, & prius ſuos canes comediſſet, non nugas ſaltatoribus in theatro faceret.* MUNCK. In Fulgentii lib. I. cap. 14. pro *Anaximander Lampſacenus Anaximenes Lampſacenus* legendum eſſe ſtatuunt G. J. Voſſius de Hiſtor. Gr. lib. I. cap. 6. & Menagius ad Diogen. Laert. lib. II. §. 2. Quod ſi verum ſit, facile mihi perſuaderi patior, Fulgentium hic etiam de Lampſaceno Anaximene agere.

12 QUI DE PICTURIS] Quinam praeter hunc Anaximenem de picturis ſcripſerint, docebit te Voſſius libro de Graphice pag. 36. MUNCK.

13 INDE ET COR &c.] 6. edd. *Unde & cor cervi habere dicitur.* Leid. cod. qui in caeteris cum Commel. facit, habet etiam *unde*. Quid ſi ita diſtinguas? *Factus eſt inde, & cor cervi habens.* MUNCK. *Cervum* timiditatis antiquis fuiſſe ſymbolum docuit etiam Lambinus ad Horatii lib. I. od. 15. vs. 29. unde Heraclides Ponticus in Alleg. Hom. pag. 453. Herculis labores allegorice explicans ait δειλίαν γὰρ μὴν ἐφυγάδευσεν ἐκ τῆς βίᾳ τὴν Κερυνίαν ἔλαφον.

14 OCULOS CANIS HABENS] Horus Lib. II. *Eos qui in oculis ſanguinem habent, impudentes vocant: unde Homerus:* Οἰνοβαρὲς &c. Timiditatem lepidè notat Tertull. de coron. Milit. cap. I. *Novi & paſtores eorum in pace leones, in praelio cervos.* MUNCK. Cum canibus inpudentes comparari ſolent. Hinc Schol. Ariſtophanis in Equit. vs. 414. Ἐκυνῆν ὁ Κλέων λέγει κυνοκέφαλον δεινὸν καὶ ἀναίσχυντον. ἐπεὶ δὲ καὶ παρ' Ἡσιόδῳ Γηρυονεύς. Χευσάωρ δ' ἔτικτεν τερικέφαλον Γηρυονῆα. Κύνεον κάρη dixit Apoll. Rh. III. 641. & canes vocat Graecos propter inpudentiam Lycophron. vs. 581. ut explicat Tzetzes.

15 INANITER PASCENDO] *Immaniter* legere nos jubet Pricaeus ad Apul. Apolog. p. 142. Non accedo. Inaniter paſcit canes, quicunque eos paſcit, cum prae timiditate venari non audet. MUNCK.

16 SUBSTANTIAM PERDIDIT] Ita & Palaepha-

## IV. [1] *De Hero, & Leandro.*

AMOR cum periculo ſaepe concordat: & [2] dum ad illud ſolum natat quod diligit, numquam videt, quod expedit. ἔρως enim Graece amor dicitur. Leandron vero dici voluerunt, quaſi λύσιν ἀνδρῶν, id eſt ſolutionem virorum. Solutio enim viri amorem parturit. Sed natat nocte, id eſt in obſcuro tentat pericula. Hero quoque [3] in amoris ſimilitudine fingitur. Lucernam fert. [4] Et quid aliud amor, niſi flammam [5] ferat, & deſideranti periculoſam viam oſtendat? cito tamen exſtinguitur, quia juvenilis amor non diu [6] perdurat. denique nudus natat, illa videlicet cauſſa, quod ſuos [7] adfectatores amor & nudare noverit, & periculis ſicut in mari jactare. Nam exſtincta lucerna, [8] utriuſque mors eſt procurata maritima: hoc in evidenti ſignificans, quod in utroque ſexu vapore aetatis exſtincto, libido commoritur. In mari vero mortui feruntur, velut in humore frigidae ſenectu-

tus cap. 3. hanc fabulam interpretatur. Alii canes de adulatoribus accipiunt, ut modo dicebam. MUNCK.

## Ad CAP. IV.

1 DE HERO] MS. Leid. *Fabula Ero & Leandri. Herus* debebat ſcripſiſſe. Talia ſunt & *Argo* & *Calliſto* gignendi caſu apud Hyg. cap. 14. & 224. ubi complura diximus, quae huc faciunt. MUNCK.

2 DUM AD ILLUD SOLUM NATAT] MS. Mod. *natat*. unde ipſe delet τὸ *ad*. Sed pro lectione Commel. ſtant 6. edd. & MS. Leid. MUNCK.

3 IN AMORIS SIMILITUDINE] Ita & Leid. cod. & 6. edd. Sed Modius ex ſuis membranis emendat: *In amoris ſimilitudinem fingitur lucernam ferens*. 6. edd. *ferre*. Sed ut Commelinus edidit, ita haec & in Leid. cod. cum leguntur, tum diſtinguuntur. MUNCK.

4 ET QUID ALIUD &c.] Leid. cod. *Quid aliud amor, niſi & flammam* &c. MUNCK.

5 FERAT] 6. edd. & Modius *fert*, & mox *oſtendit*. Praefero Commel. lectionem, quam & Leid. codex repraeſentat. MUNCK.

6 PERDURAT] Mod. *durat*. Et mox, *denique Leander nudus* &c. MUNCK.

7 AFFECTORES] B. A. H. M. L. *affectatores*. I. *Affectatores*. Praefero *affectatores*, quod & in Leid. codice vilitur. Supr. 11. 4. *Quod nudos ſibi affectatores dimittat*. Quanquam Salmaſ. ad Hiſtor. Auguſt. pag. 11. 109. 110. 111. *affectionem tyrannidis* pro *affectatione* dici obſervat. MUNCK.

8 UTRIUSQUE] Modius, *utrique*. Lego *utriſque* cum Leid. cod. quod ut ἀρχαϊκώτερον, ita Fulgentii κακοζηλίᾳ convenientius. MUNCK.

9 CALORATAE JUVENTUTIS JUNICULUS] Apul. VI. Met. *Primae juventutis caloratos impetus freno quodam coercendos exiſtimavi*. Vid. ibi Pricaeum. MUNCK.

10 ALGESCIT IN SENIO] Τὸ *in* non habent Modii membranae. At habet Leid. cod. & 6. edd. MUNCK.

## Ad CAP. V.

11 DE BERECYNTHIA ET ATTI] MS. Leid. *Fabula Berecynthiae & Attis*. Secundum Servium ad AEn. IX. 82. *Berecyntiae* ſine aſpiratione eſſet ſcribendum. MUNCK.

12 REPONERET] Gloſſ. *detraberet*. Explica potius, *gratiam referret*. Juvenal. Sat. 1. vers. 1. *Nunquamne reponam Vexatus toties rauci Theſeide Codri?* MUNCK.

13 QUANTUM ETIAM] Ἀλλὰ τί *verum etiam*. Χρῆσις eſt Fulgentiana. Conſule indicem. MUNCK.

14 FINGERENT] Ita cum 6. edd. etiam MS. Leid. Non neſcio ſatis Latinè dici *Graecia fingerent*. Quia tamen praeceſſit *reponeret*, mallem *fingeret*. Reſcribo ergo, *quantum etiam fingeret*

Zelo-

ſenectutis. omnis enim [9] caloratae juventutis igniculus torpidae veternolitatis [10] algeſcit in ſenio.

## V. [11] *De Berecynthia, & Atti.*

DECEPTA Graecia credulitate daemonum potius quam deorum, numquam deterius diis ſuis [12] reponeret, quam ut eorum matrem veternoſam anum, non ſolum puerilem amatu, [13] quantum etiam [14] fingerent & zelotypam. [15] Tantum enim zeli ſubcenſa anus invidioſa flagravit, quae nec ſuis utilitatibus furioſa pepercit, ut unde fructum ſperabat libidinis, illud [16] veterana ſubcideret meretrix. Et quamvis apud muliebres animos libido obtineat regnum, tamen etiam [17] in invicta libidine zelus obtinet dominatum. Berecynthia enim mater deorum Attin puerum formoſiſſimum amaſſe dicitur, quem zelo ſubcenſa caſtrando [18] ſemimaſculum fecit. Quid ſibi ergo in his Graecia ſentire voluerit, edicamus. Berecynthiam dici voluerunt, [1] quaſi

*Zelotypam*, tametſi timidè. Ecce enim & vetus interpres Marc. cap. 9. ita loquitur apud Chryſol. Serm. LI. *Confeſtim omnis populus videns Jeſum ſtupefactus eſt & expaverunt.* MUNCK.

15 TANTUM ENIM ZELI SUCCENSA ] Sic cum Commel. & 6. edd. etiam MS. Leid. Arridet tamen magis *zelo*. *Tantum* eſt *tantopere*, *in tantum*, quomodo Cyprianus, Prudentius, AEthicus, Dictys, Schol. Juvenal. Sat. VI. 295. Vetus interpres Geneſ. cap. XLI. vers. 19. aliique id genus ſcriptores loquuntur ſaepiſſimè, & Graeci εἰς ποσὸν uſurpant. Nec refugit Plinius eam locutionem, cum ſcripſit lib. X. cap. 60. *In tantum emolliuntur.* Et lib. IX. cap. 22. *In tantum mirabili multitudine.* Euagrius in vitâ S. Antonii: *In tantum patiens erat.* Salvianus de Provid. Lib. IV. *In tantum apud plurimos nomen hoc parvi penditur.* Sic *in quantum*, pro *quantum* AEthicus ſub finem Coſmogr. *In quantum vigilantia noſtra inveſtigare potuit. In aliquantum* pro *aliquantum* Dictys Cretenſis cum aliis locis, tum Lib. III. *Tum rex, ubi in aliquantum revolvit ſpiritum.* Reſtituenda eadem Caſſiod. Variar. lib. VIII. epiſt. 10. ubi nunc editum viſitur: *Conflictus virorum fortium mutua tela reppulit, nec ſemper tutus fuit, qui cum numeroſo hoſte contendit: unius forſan ictus ſolerter eliditur: qui multis reſtitit, à parte, quâ non credidit, vulnus excipit: quae tantum ei nunc ſunt gloriosa, quantum tunc habuere periculi.* Pro *reppulit* legendum ex Vet. Cod. cujus excerpta penes me ſunt, *non reſpuit.* Pro *eliditur* praeterea *eluditur.* Adhoc *reſiſtit* pro *reſtitit*, & *in tantum* pro *tantum.* Sequitur mox, *zelo ſuccenſa.* Chryſologus Serm. XII. *Succendit invidia, cupiditas inflammat.* MUNCK.

16 VETERANA SUCCIDERET MERETRIX ] Auguſtin. C. D. lib. VI. cap. 7. *Atys pulcher adoleſcens ab ea dilectus & muliebri zelo abſciſſus.* Lactantius lib. I. cap. 17. *Eundem cum pellice deprehenſum exſectis virilibus, ſemimaſculum reddidit.* Minucius Octavio. *Cybelae Dindyma pudet dicere; quae adulterum ſuum infeliciter placitum, quoniam & ipſa deformis & vetula, ut multorum Deorum mater, exſecuit, ut Deum faceret eunuchum.* Alii ſemet caſtraſſe ipſum Atyn volunt, ut Catullus carm. 64. & Salluſt. de diis cap. 4. Gloſſ. Nom. Βιτζάι, πιπαλαιωμένος. Petron. *Veteranus latro.* MUNCK.

17 IN INVICTA LIBIDINE ] MS. Leid. *etiam victâ libidine.* edd. 6. *etiam invictâ libidine.* Commel. lectio ſatis mihi proba videtur. MUNCK.

18 SEMIMASCULUM ] Semivirum, ut nec converteretur in foeminam, nec vir relinqueretur. Priapum contra pulcrè penſilibus peculiatum venuſtè *nimis maſculum* dixit Auguſtin. C. D. lib. VI. cap. 9. Auctor Ovid. Vetulae: *Eunuchus porro, cum non ſit foemina, non vir, Non animal, non planta, quid eſt? non eſt ſine vitâ. Ergo quid eſſe poteſt? nihil eſſe poteſt niſi monſtrum.* MUNCK. Rem ita de Atti narrat Pauſanias lib. VII. cap. 17. p. 566. Ἐμπεσόντα δὲ τῷ τὰ ἱλυγγίᾳ χρέψαντι πεποιηκέναι ἰσὶν, ὡς οἱ τὸν Καλαμῖν φυγεῖν, καὶ ὡς ἐν τῇ Φρυγίᾳ ὑπὸ τῇ μητρὶ τυχεῖν. ἐπεὶ δὲ

[1] quasi montium dominam. Ideo matrem deorum, quod [2] deos nuncupari prae superbia voluerunt. Ideo in Olympo habitantes, quasi excelsos ac superbos. ideo & daemonas nuncupant secundum Homerum, [3] qui dicit, μετὰ δαίμονας ἄλλους, id est [4] post deos alios. δῆμος enim Graece populus dicitur. is dicitur unus: & quia populos subdere cupiebant, & soli super populos esse, daemones dicti sunt. Ideo & apud Romanos [5] Indigetes, [6] quasi nihil indigentes. Ergo Berecynthiam montibus praeesse dixerunt quali [7] verni cynthos. Cynthos enim

ἄνεμος, μιτρόκηρυν ἐς Λυδίαν, τὴν Ἑρμησιάνακτος λέγει, καὶ Λυδοῖς ἔργα ἐτίλαι μητρός, ἐς τιμὴν ἥκειν παρ' αὐτῇ τιμῆς, ὡς Διὰ αὐτῇ τιμᾶσθαι ἐν ἐπὶ τὰ ἔργα ἐπεπείμψαι τὸν Λυδῶν. σὺ ταῦτα ἄλλοι τι τὸν Λυδῶν καὶ αὐτὸς Ἄττιν ἀπέβαλον ὑπὸ σὺς. καί τι ἐπόθμον τάδις Γαλατῶν θῦσιν οἱ Πεσσινοῦντα ἔχοντας, ὑὸν ἐχ ἁπτόμενος. Νομίζουσί γε μὴν ἐχ οὗτα τὰ ἐς τ' Ἄττιν· ἀλλὰ ἐπιχώριός ἐστι ἄλλος σφίσιν ἐς αὐτὸν λόγος. Διὰ ὑπονομέον ἀφίσιν σπέρμα ἐς γῆν, τὴν ὃ ἀνὰ χρόνον ἀπίσιν δαίμονα διπλᾶ ἔχοντα αἰδοῖα, τὰ μὲν ἀνδρὸς, τὰ δὲ αὐτῷ γυναικός. ἔνομα δὲ Ἀγδίστι αὐτῷ τίθενται. Θεοὶ δὲ Ἀγδίστι ἐνίσαντες, τὰ αἰδοῖα οἱ τὰ ἀνδρὸς ἀποκόπτουσιν. ὡς δὲ ἀπ' αὐτῶν ἀπαρθῆναι ἀμυγδαλὴ ἔχει ὥραίου τὸ καρπὸν, θυγατέρα δὲ Σαγγαρίη ποταμὸς λαβεῖν φασι τὸν καρπόν. ἐσβιβρᾶς δὲ ἐς τὸ κόλπον, καρπὸς μὲν ἐκεῖνος ἦν ἀφανὴς αὐτίκα, αὐτὴ δὲ ἐκύη. τικτούσης δὲ παῖδα ἐκκεῖμθαι. ὡς δὲ αὐξανομένου κάλλος οἱ μιτὴν πλέον ἢ καλὸν εἶδον ἀνδρόπαι, ἐνταῦθα δὲ παῖδος ἔρως ἔσχεν Ἀγδίστιν. ἀνθηβόλια δὲ Ἄττιν ἀφικόμενον ἐς Πεσσινοῦντα οἱ ἐπιχώριοι συνοικησοῦσι τῇ βασιλέως θυγατρί. Ἱμεναῖος δὲ γάμος, καὶ Ἀγδίστις ἐφίσαται, καὶ τὰ αἰδοῖα ἀπέκοψε μανεὶς ὁ Ἄττης. ἀπέκοψε δὲ καὶ ὁ τὴν θυγατέρα αὐτῷ διδούς. Ἀγδίστιν δὲ μετάνοια ἔσχεν, οἷα Ἄττιν ἔρασα. καὶ οἱ παρὰ Διὸς εὔρισθ, μήτε σῆπισθ τι Ἄττυ δὲ σώματος, μήτε τήκεσθ. Plura de eodem cap. 20. p. 573.

1 Quasi montium dominam ] Aliter fabulam interpretatur Sallust. περὶ θεῶν. cap. 4. MUNCK.

2 Deos nuncupari prae superbia voluerunt] 6. edd. *per superbiam*. Sed nec sic Latina est oratio. Suspicor scripsisse, *Deos se nuncupari* &c. MUNCK.

3 Qui dicit ] *Dum dicit* MS. Leid. MUNCK.

4 Post Deos alios ] MS. Leid. B. A. H. & I. *cum Deos alios*. At in margine, *cum diis aliis*. Versus Homeri exstat Iliad. A. 222. Δώμασ' ἰὼ Διὸς μετὰ δαίμονας ἄλλους. h. e. ἐπὶ τοὺς θεοὺς ἄλλους, ut rectè Scholiastes; *ad Deos alios*. Οὗτος ὁ δαίμονας καλεῖ. Parisiensis hoc Fulgentius. Deinde δαίμων à δαίω dicitur, quasi δαήμων, ut docent Graecorum Magistri. Schol. modo laudatus: τοὺς θεούς, ἤτοι δαήμονας. ἵππειος ἡ ἐξ ἴδριος πάντων αὐτοὶ εἰσι. MUNCK. De Daemonibus consule Plut. de Iside & Osir. Tom. II. p. 360, 361. qui de Homero in de Orac. defectu pag. 415. ita differit Ἑρμῆς ὁ δυνάμει πλείονας λόγους καὶ μείζονας ἐπιστήμας οἱ τὸ τῶ δαιμόνων γένος ἐν μέσῳ θεῶν καὶ ἀνθρώπων, καὶ πόρον τινὰ τὴν κοινωνίαν ὑμῶν συνάγων εἰς ταὐτὸ καὶ συνάπτων ἐξυφαίνεται. εἴτε Μάγων τ τις ἐστὶ Ζωροάστρου ὁ λόγος οὗτος ἐστι, εἴτε Θρᾴκιος ἦν Ὀρφεὺς, εἴτ' Αἰγύπτιος, ἢ Φρύγιος, ὡς τετραμετρημένα ταῖς ἑκατέραις τελεταῖς ἀναμεμιγμένα πρὸς τὰ θεῖα καὶ τίνα τ ὀργιαζόμενα καὶ δρωμένα ἱερὰ ἀρρήτοις. ἙΛΛΗΝΩΝ ΔΕ ΤΟΥ ΟΜΗΡΟΣ ΜΕΝ ΦΑΙΝΕΤΑΙ ΚΟΙΝΩΣ ΑΜΦΟΤΕΡΟΙΣ ΧΡΩΜΕΝΟΣ ΤΟΙΣ ΟΝΟΜΑΣΙ, ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΘΕΟΥΣ ΕΣΤΙΝ ΟΤΕ ΔΑΙΜΟΝΑΣ ΠΡΟΣΑΓΟΡΕΥΩΝ. Ἡσίοδος δὲ καθαρῶς καὶ διωρισμένως πρῶτος ἐξείπεν τ λογικὸν τέσσαρα γένη, θεοὺς, εἶτα δαίμονας τοὺς ἀγαθοὺς, εἶτα ἥρωας, εἶτα ἀνθρώπους, τ ἡμέτερον εἰς ἥρωας ἀπενεμθέντων. De Hesiodo v. Graev. L. H. c. 4. Homerum imitati sunt non tantum Tragici, qui δαίμονας in genere pro diis posuere. v. Schol. AEschyli Prom. Vincto. vs. 85. & Spanh. ad Aristophan. Plut. vs. 81. sed & alii poëtae. Apollonius Rhodius de Deorum matre lib. 1. vs. 119. dicit Δαίμονος ἱρείης ἱερὸν βρέτας. & vs. 1141. de eadem Ἀστάφ δαίμονι. Lycophroni vocatur Jupiter Δερόμενος δαίμων vs. 537. Hinc δεισιδαίμων non tantum cum θεοσεβὴς jungitur. (v. Olear. ad Philostrati l. 1. de Apoll. Tyan. c. 2. p. 4.) sed notat etiam quidquid a deo proficiscitur. Schol. Pindari O. Pyth. IV. 66. ad illa verba ΒΩΛΑΚΑ ΔΑΙΜΟΝΙΑΝ, dicit τὸν θεῖον, ἤτοι ὅτι ἐξ αὐτῆς ἀποικίαι καὶ χρησμοὶ Ἀπόλλωνος, ἢ ὅτι θεὸς ὁ Δωρισάμενος. Magi dicebant, juxta Aristotelem in primo de Philosophia libro, δύο εἶναι ἀρχὰς, ἀγαθὸν δαίμονα, καὶ κακὸν δαίμονα. Καὶ τὸ μὲν ὄνομα εἶναι Ζωὸς καὶ Ὡρομάσδης. τὸ δὲ Ἅιδης καὶ Ἀρειμάνιος. Vide Diogenem Laert. I. 8.

5 In-

enim Attica lingua flos nuncupatur: [8] unde hyacinthus dicitur, quasi ἰάκινθος, quod nos Latine solus flos dicimus, quasi omnibus perfectior. Nam & Epicharmus ita ait: [9] παγκάρπιος στέφανος, ὃς δὲ ἀκτᾶν προβαλεῖ ἡ ξυσάλος. id est, florigera corona, atque è litoribus procedit chrysalus. Itaque florem quamvis quilibet amet, tamen [10] abscindit, ut Berecynthia in Attin fecit. [11] Athis enim Graece flos dicitur, [12] ut Sosicles Atticus in libro Theologumenon, quem adpellavit, scribit: Matrem deûm, in modum potentiae voluerunt poni: unde

5 INDIGETES] Vide Festum in *Indiges*. Serv. ad AEn. XII. 794. Turneb. lib. XIX. cap. 29. Glossarium editum à Barthio Adversar. lib. XXVIII. 19. *Indigetes dii, quorum nomina non audebant proferre.* Lactantius *genios* interpretatur daemonas lib. II. 14. *Omnes*, inquit, *ostiatim domos occupant, ac sibi geniorum nomen assumunt. Sic enim Latino sermone daemonas interpretantur.* Plura vide apud Tzetz. ad Hesiod. p. 41. ed. Heins. Cyprian. ad Demetr. *Consentit Plato, & unum Deum, caeteros angelos vel daemonas dicit.* Qua de re videndus Apul. in de Dogm. Plat. pag. 8. ed. Elmenhorst. Confer quae dixi ad Hyg. cap. 139. Gloss. MSS. in Virgil. I. Georg. *Indigetes qui praesunt singulis civitatibus, ut Minerva Athenis, Juno Carthaginensibus. Indigetes propriè sunt dii ex hominibus facti, quasi diis egentes. abusivè omnes generaliter, quasi nullius rei egentes. Alii indigetes propriè interpretantur, quorum proprium nomen usi indigemus, ut dii penates; item Lares, qui dii contra sonantes, quorum singularia nomina nesciuntur.* Confer omnino Athenag. Legat. pro Christian. pag. 25. Schol. Eurip. pag. 19. ed. Steph. MUNCK.

6 QUASI NIHIL INDIGENTES] Hanc sententiam dudum explosit Salmasius Ex. Pl. pag. 51. qui consulendus.

7 VERNI CYNTHOS] Conjunctim 6. edd. *Bernicynthos*. MS. Leid. *Vernicantos*. Sed haec nugacissima sunt. MUNCK.

8 UNDE HYACINTHUS] MS. Leid. *Unde & hiacynthus dicitur, quasi bios cynthos.* Unde faciendum videtur ὁ κύνθος. Ἶος enim veteribus Graecis erat *unus*. Sed nugatur Fulgentius. neque enim ἰάκινθος, sed Ὑάκινθος Graecis dicitur. Deinde quis dixit κύνθος idem esse quod ἄνθος? Lexic. Cyrill. Ὑάκινθος ἄνθος, *vaccinium*. MUNCK. Graece dicitur ὑάκινθος, de quo flore consulendi Eust. ad Dionys. Perieg. vs. 1107. ac cum Pausania lib. I. cap. 35. p. 86. Schol. Theocriti Idyll. x. 28. & post eos Salmasius Ex. Pl. pag. 860.

9 ΠΑΓΚΑΡΠΙΟΣ &c.] MS. Leid. *Cintoides iste si feras probe beeris albos, id est, Floriger & coronatus atque ebrius processit Crisaltus.* Graeca videntur ita fuisse exarata: Κυνθοειδὴς ὃς στεφανοφόρος προσῆλθε χρύσαλος. Pro περὶ ἀκτᾶν, Scriverius substituebat παρ' ἀκτᾶν. Caeterum *Chrysalus*, *Chryses*, *Chrysis*, *Chrysalis* servorum & ancillarum in Comoediis sunt nomina. MUNCK. De hujus loci integritate dubitat G. Cuperus in Monum. Ant. pag. 238.

10 ABSCINDIT] MS. Leid. *abscidit* Apulej. v. Milef. *Nodum cervicis & capitis abscide.* Augustin. C. D. lib. VII. cap. 26. *Alienis manibus potius occidi, quam suis abscidi potuerunt. Abscidere* verbum est posterioris aetatis scriptoribus familliarissimum. Vide Heins. ad Prud. Apotheos. vers. 945. & quae nos notavimus ad cap. 2. lib. I. Nec tamen vetustissimis ignotum fuit, ut ostendit ad Scribon. Largum pag. 164. Rhodius. Servius in hac fabulâ à rege, qui eum stuprare vellet, amputata puero verenda scribit. MUNCK.

11 ATHIS GRAECIS FLOS DICITUR] Immo ἄνθος non Ἄτις dicitur. Interim verum est Porphyrium voluisse Attin florem denotare ἀνθηφορικῶς. Caeterum *Attis* hoc habet MS. Leid. & 4. edd. quomodo & apud Servium ad AEn. IX. vers. 116. Catullum, Ovidium hoc vocabulum exaratur. *Atys* est apud Augustinum, *Atus* apud Varronem. Vet. Inscript. apud Ald. Orthogr. pag. 14. *Archigallus matris Deum magnae Idaeae & Attis* &c. Et in aedibus Petri Donati Cardinalis Caesii, ut testatur Ciofanus ad Ovid. Metam. X. *Qui colitis Cybelen, & qui Phrygia plangitis Attin* &c. Capella lib. II. *Atys pulcher item, curvi & puer almus aratri.* Lege *Attis* ex MS. Leid. Bibl. MUNCK. Ciofanus ad Ovid. X. M. 104. *Attis* scribendum docet. A Pausania vocatur Ἄττης; sed ibi vide Sylburg.

12 UT SOSICLES] MS. Leid. cum 6. edd. *Sofides. d* pro *cl* posuit, opinor, librarius. Ponenda est ante haec verba τελείαν εἶναι. Non enim Attici hominis est dicere Attin Graecè denotare florem. MUNCK.

unde Cybele dicitur quasi κῦδος βέβαιον, id est gloriae firmitas. unde & Homerus ait: ᾧ περ Ζεὺς κῦδος [1] ὀπάζει. Cui Jupiter gloriam donaverat. Ergo [2] ideo turrita pingitur, quod omnis potentiae elatio sit in capite. Ideo & leonum currui praesidens, [3] quia omnis potentia etiam virtuti dominatur. Ideo & multiplici veste, quod omnis potentia ornata sit. [4] Sceptrum etiam fert, quod omnis potentia vicina regno sit. Ob hanc rem etiam mater deûm dicta est. illud nihilominus ostendere volentes, quod sive Indigetes, sive dii, sive daemones apud antiquos à divitiis dicti sunt, ergo potentia divitum mater est. unde & Homerus Agamemnonem considerans ait,

Ὦ μάκαρ Ἀτρεΐδη, μοιρηγενὲς, ὀλβιόδαιμον.

Nec non etiam Euripides [5] consimilans Tantalum Jovi in tragoedia Electrae ait:

Ὁ γὰρ μακάρεσσι, κοὐκ ὀνειδίζω τύχας,
Διὸς πεφυκὼς, ὡς λέγουσι, Τάνταλος, [6] κορυφῆς.

Id

1. ΟΠΑΖΕΙ] Ὀπάζω emendaverat in libro suo Scriverius. Non probo. Septem locis legitur apud Homerum κῦδος ὀπάζει. nusquam ὀπάζει. Sed nec ὄφρα in hemistichio isto invenitur apud eum. Scripsit forte Fulgentius, πῷ τι, vel πῷ δὲ Ζεὺς κῦδος ὀπάζει. quorum alterum Odyss. T. 161. alterum Iliad. P. 566. habetur. MUNCK.

2 IDEO TURRITA] MS. Leid. *Ideo & turrita.* Et paulo inferius, *nec non &.* Aliter haec Cybeles insignia interpretatur Servius ad AEn. III. 113. MUNCK.

3 QUIA OMNIS POT. E. V. D.] Serv. ad X. AEn. 253. *Ideo hoc fingitur, quod omnis feritas maternae subjacet affectioni, & subjugata est.* Alio modo turritam Cybeles coronam, currum & variam vestem explicat Phurnutus de N. D. cap. 6.

4 SCEPTRUM ETIAM FERT] Cum clavi etiam pingitur. Serv. ad X. AEn. 252. *Terram autem ipsam constat matrem Deûm esse. unde & simulacrum ejus cum clavi pingitur: nam terra aperitur verno, hyemali clauditur tempore.*

5 CONSIMILANS] Ita & MS. Leid. *Similare, similacra, assimilare* furcillis à Latio exturbat summus vir Joh. Fred. Gronovius Diatrib. ad Stat. Sylv. lib. 1. cap. 6. Inveniuntur tamen crebro in deterioris notae scriptoribus, ut forsan non tam librariis, quam eorum aevo sint imputanda. Willeramus Paraphr. Cantici Salom. *Haec quoque non agnis, sed consimilabitur haedis.* Et post paulo: *Forma tui colli nitet assimilata monili.* Ne de Apulejo nunc dicam, cujus in Indice consulendus Elmenhorstius, etiam in Ausonio epigr. 67. *adsimilas.* 118. *adsimilata* ediderunt nonnulli. Haud tamen scio quam rectè. Priore enim loco *adsimulas.* posteriore *adsimulata* repraesentat Stoerlana editio. *Similare* est similem esse auctori Tractatus de Sinâ & Sion: *Vides ergo in Hebraicâ veritate non sibi similare.* MUNCK.

6 ΚΟΡΥΦΗΣ] Hoc alterius versus principium est, ut rectè observavit in margine libri sui Scriverius. Κορυφῆς ὑπερτέλλουσα σεμνοφρὶ πίτνει habet Euripides. Michael Psellus in Tantali Anagoge: Σεμνοφρὶ μὲν τῷ ὑπερτέλλοντα πίτνειν, ἅτις ἀδαμαντίνοις ἅπασι καλωδίοις ἀπημπεμπόν, καὶ μικρόν τι τῆς εἰκόνος ὑπερμαίχουσα κεφαλῆς, φοβεῖ τὸ μέλλειν καλύπτειν, ἢ κάτεισι δή. MUNCK.

7 INVIDEO FORTUNAS] Vide de eâ constructâ. Sciopp. Paradox. Litterar. Epist. 4. MUNCK.

8 JOVIS AEQUALIS] Imo *Jovis filius* est Διὸς πεφυκώς. Romanus Tragicus Diomedi laudatus lib. III. *Jove prognatus est, ut perhibent, Tantalus, Ex Tantalo Pelops, ex Pelope autem satus Atreus, qui nostrum porro propagat genus.* MUNCK.

9 AMPUTET ILLUD] *Amputetur* Leid. cod. MUNCK.

Ad

Id eſt, Beatus ille, nec [7] invideo fortunas ejus, [8] Jovis aequalis, ut dicitur, Tantalus. Ergo potentiae gloria ſemper & amore torretur, & livore torquetur: citoque abſcidit quod diligit, dum tamen [9] amputet illud, quod odit. Denique omnis nunc uſque potentia neſcit circa ſuos diuturnum ſervare adfectum: & quod amaverit cito, aut zelando amputat, aut faſtidiendo horreſcit. Ideo & Attin dici voluerunt quaſi ἦθος. ἦθος enim Graece conſuetudo dicitur. Ergo quantuſcumque amor ſit potentibus, ſtabilis eſſe non novit.

## VI. *De Pſyche, & Cupidine.*

APULEIUS in libris Metamorphoſeon hanc fabulam planiſſime deſignavit, dicens eſſe in quadam civitate regem & reginam, habere tres filias, duas natu majores, eſſe temperata ſpecie: juniorem vero tam magnificae eſſe figurae, [10] quae crederetur [11] Venus eſſe terreſtris. Denique duabus majoribus, quae temperata erant ſpecie, [11] connubia venere. illam vero, veluti deam, non quiſquam amare auſus, quam

## Ad CAP. VI.

10 QUAE CREDERETUR] Ita & MS. Leid. & I. *Qui* A. B. H. ut M. L. & Beroaldus in hac fabulâ, quam Apulejo praefixit. Credo ſcripſiſſe *quo crederetur*; non quod ſit alterо Latinius, ſed quia Fulgentio convenientius, qui prope innumeris locis τὸ *quo* pro *ut* uſurpat. MUNCK.

11 VENUS TERRESTRIS] Muſaeus de Herone: Ἄλλη Κύπρις ἄνασσα. Et poſt paulo: νέη διφαρίτις Κύπρις. MUNCK. Adludit ad Deam *Venerem Coeleſtem*, quae ἡ μόνη Ἀθηνᾶς καὶ Ἥρας, ἀλλὰ καὶ Διὸς ἰσοτελὴς σεμνοτύπου juxta Schol. Apoll. Rh. III. 52. qui haec addit Ἡσίοδος δὲ αὐτὴν ἐκ τῶν ἀιδίων καὶ ἀγήρω φησὶ γενέσθαι. De qua Pauſanias lib. I. cap. 19. p. 44. ſcribit Ἐς δὲ τὸ χωρίον, ἃ κάτωθεν ἐνορῶσι, καὶ τὸν Ἀφροδίτης ναόν, ἐκεῖθεν λιγυρμοῖς σφίσιν ἐπὶ λόγῳ. ἐς μὲν δὴ τὸν Ἀφροδίτης, ἃ δὲ καὶ πλησίον ἔστιν. Ταῦτα δὲ σχήματα μὲν τετράγωνα καὶ ναοῖς καὶ τοῖς Ἑρμαῖς, τὸ δὲ ἐπίχρυσον ἐποίησε τὴν Οὐρανίαν Ἀφροδίτην Φειδίου καλουμένου Μοιρεῦ εἶναι σεμνοβούτην. De cujus Veneris antiquiſſimo cultu videndus Herodotus lib. I. cap. 105. & 131. Plura de hac Venere dabunt Meurſius ad Lycophron. vs. 112. & G. Cuperus II. Obſ. I. De phraſi vide, quae dixi ad lib. II. cap. 5.

12 CONNUBIA VENERE] Ἀγαὶ δὲ evenere, quomodo Salmaſius ſcribi heic vult ad Solin. p. 11. Dubito an neceſſaria ſit iſta correctio. Phaedrus lib. II. 11. *Majus ne veniat malum.* Ovid. Eleg. de Nuce: *At poſtquam platanis ſterilem praebentibus umbram Uberior quavis arbore venit honor.* Petronius: *Magna loquor, quidvis nummis praeſentibus opta, Et veniet, clauſum poſſidet arca Jovem.* Corrigit *eveniet* Scriverius. Non accedo. Sed pro *magna* quin legendum ſit *parva* nullus dubito. Salluſt. Jug. cap. 8. *Ultro illi & regnum & gloriam venturum.* Cyprian. lib. IV. epiſt. 4. *Preſſurae iſtius tam turbidam vaſtitatem ſecundum peccata noſtra veniſſe.* Et poſt paulo: *Imo vero nec veniſſent patribus haec mala.* Columbanus Monoſtich. vers. 6. *Impleat ipſe Dei, qui vult ſua vota venire.* Vide ibi annotata à Cl. Daumio. Gregor. Dial. lib. II. cap. 5. *Cuncta, quae illi erant ventura, praenuncinvit.* Hyg. Aſtron. I. cap. 8. *Quod cum veniat in hac definitione* &c. Vetus Interpres Joſuae cap. XXIII. vers. 15. *Sicut ergo implevit opere, quod promiſit, & proſpera cuncta venerunt.* Adde his, quae congeſſi ad Prolog. lib. I. Accedit praeterea huc, quod ſimplex pro compoſito frequenter uſurpet hic ſcriptor. Sic *vaneſcere* pro *evaneſcere* habes lib. II. cap. 6. *Crementa* pro *incrementa* lib. I. cap. 19. Nec abhorruerunt alii ab eâ enallage. *Vaneſcere* pro *evaneſcere* habes quoque apud Lactant. lib. III. cap. I. *Ferre* pro *auferre* apud Virgil. Ecl. IX. Talia ſunt & *vertere à Deo* pro avertere, *funus ferre* pro efferre, *radere nomen* pro eradere, *pilare* pro expilare;

quam venerari pronus, atque hoſtiis [1] ſibimet placare. Contaminata ergo honoris majeſtate Venus, [2] ſubcenſa invidia, Cupidinem petit, ut [3] in contumacem formam ſeveriter vindicaret. Ille ad matris ultionem adventans, viſam puellam adamavit: poena enim in adfectum converſa eſt, [4] & [ut] magnificus jaculator [5] ipſe ſe ſuo telo percuſſit. Itaque Apollinis denunciatione jubetur puella in montis cacumine ſola [6] dimitti, & velut feralibus deducta exſequiis, pennato ſerpenti [7] ſponſo deſtinari. Perfecto jamque [8] choragio puella per montis declivia Zephyri flantis leni vectura delapſa, in quamdam domum auream rapitur, quae [9] pretioſa ſine pretio, ſola conſideratione, laude deficiente, poterat [10] exiſtimari. Ibidem vocibus ſibi tantummodo ſervientibus, ignoto atque [11] manſionario utebatur conjugio. Nocte enim adveniens maritus, [12] Veneris praeliis obſcure peractis, ut [13] inviſe [14] veſpertinus advenerat, ita in [15] crepuſculo incognitus etiam diſcedebat. Habuit ergo [16] vocale ſervitium, [17] ventoſum dominium, noctur-

lare: quae in veteribus obſervavit Caſaub. ad Spartian. p. 75. MUNCK.

1 SIBIMET PLACARE] 6. edd. *Deprecari.* unde *deplacare* facit Modius. Quod nunc moneo etiam diſſertim legi in cod. Leidenſi. MUNCK.

2 SUCCENSA INVIDIA] Cap. 5. *Zelo ſuccenſa.* Vide ibi Notas. MUNCK.

3 IN CONTUMACEM FORMAM VINDICARET] Latiniſſimè dictum. Salluſt. Catil. cap. 9. *Saepius vindicatum eſt in eos.* MUNCK. Ubi v. Cort.

4 ET (UT) MAGNIFICUS JACULATOR] Agnoſcunt τὸ *ut* cum 6. edd. tum MS. Leid. Forte tamen mutandum eſt in *ille.* Apulej. lib. v. *Et praeclarus ille ſagittarius ipſe me telo meo percuſſit.* MUNCK.

5 IPSE SE] *Ipſe ſeſe* MS. Leid. MUNCK.

6 DIMITTI] *Deſiſti*, ut habet Apulejus, apud quem hoc Apollinis legas reſponſum lib. IV. *Montis in excelſi ſcopulo deſiſte puellam, Ornatam mundo funerei thalami. Nec ſperes generum mortali ſtirpe creatum, Sed ſaevum atque ferum, vipereumque malum* &c. MUNCK.

7 SPONSO DESTINARI] *Sponſa* lego cum Leid. cod. MUNCK.

8 CHORAGIO] Gloſſa interlinearis: *puellari vel virginali funere.* Sed in margine: *Choragium dicitur à choro, ubi puellae & infantes ludunt & cantant.* Imo choragium à χορηγία dictum. Propriè ea vox notat apparatum ſcenae, ut docet Feſtus. Sed quin ad alia etiam rectè transferatur, dubitandum non eſt. Cicero IV. Rhet. ad Herenn. *Choragium gloriae* pro apparatu. Quod ſi attendiſſet Fulgentius, non ſcripſiſſet in libello de Priſc. Serm. *Choragium dicitur virginale funus.* Sumſit id vocabulum ab Apulejo. Ita enim ille lib. IV. *Jam feralium nuptiarum miſerrimae virgini choragium inſtituitur.* Et lib. II. *In ipſo momento choragii funebris.* MUNCK.

9 PRETIOSA SINE PRETIO] Gloſſ. *Quam nullus dignè laudare poterat, nec aeſtimare quanti eſſet pretii.* Hauſit & haec ex Apulej. Mileſ. lib. v. *Jam caeterae partes longè lateque diſpoſitae domus ſine pretio pretioſae.* MUNCK.

10 EXISTIMARI] MS. Leid. *aeſtimari.* Quod praefero. MUNCK.

11 MANSIONARIO] Gloſſ. *hoſpitali, non continuo.* MUNCK.

12 VENERIS PRAELIIS] Leid. cod. *Veneriis.* Gloſſ. *libidinoſis.* Alterum eſt in Apulejo: *Primiſque Veneris praeliis velitatus* &c. MUNCK.

13 INVISE] Scriverius & Tollius, *inviſus.* Ita ſanè in hac fabula Apulejus Mileſ. v. *Quidam introceſſit & cantavit inviſus.* Tertull. lib. I. adverſ. Marcion. *Mirandae virtutis opus inviſaque facta.* Vetus interpres Siracidae cap. XLI. vers. 18. & XX. 32. *Sapientia abſcondita & theſaurus inviſus, quae utilitas in utriſque?* Gloſſ. Ἀόρατος, *inviſus.* Chryſologus Homil. XXXVI. *Si ſic rediiſſet inviſa.* Apulej. Apolog. *Qui cum adverſum me eas litteras promeret, invidit profectò cupiditate laedendi, ſi quid mihi ex illis fieret criminoſum, id mihi ſecum eſſe commune.* h. e. non vidit, ut Pricaeus vult, quem vide. MUNCK.

14 VESPERTINUS] H. e. veſperi. Proba eſt locu-

nocturnum commercium, ignotum conjugium. Sed ad hujus mortem deflendam ſorores adveniunt: montiſque conſcenſo cacumine, [18] germanum lugubri voce flagitabant vocabulum. & quamvis ille conjunx luciſuga ſororios ei comminando vetaret adſpectus, tamen conſanguineae charitatis invincibilis ardor maritale [19] obumbravit imperium. Zephyri ergo [20] flabrantis aurae anhelante vectura ad ſemet [21] ſororios perducit adfectus: earumque venenoſis conſiliis de mariti forma quaerenda conſentiens, curioſitatem ſuae [22] ſalutis novercam adripuit: & facillimam credulitatem, quae ſemper deceptionum mater eſt, poſtpolito cautelae ſuffragio, adripuit, denique credens ſororibus, ſe marito ſerpenti conjunctam, velut beſtiam interfectura, novaculam [23] ſub pulvinar abſcondit, lucernamque modio contegit. Cumque altum ſoporem maritus extenderet, illa ferro armata, [24] lucernamque modii cuſtodia eruta, Cupidine cognito, dum inmodeſto amoris torretur adfectu, ſcintillantis olei deſputamento maritum ſubcendit. Fugiens-

locutio. Horat. Epod. XVI. *Nec veſpertinus circumgemit urſus ovile.* Epiſt. 6. Lib. I. *Gnavus mane forum, & veſpertinus pete tectum.* Sat. 4. Lib. II. *Si veſpertinus ſubito te oppreſſerit hoſpes.* MUNCK. Eſt Graecorum imitatio; qui adjectiva etiam tempus ſignificantia pro adverbiis ponunt. Theocrit. Idyll. VII. 123.

——— Ὁ δ' ἑσπέριος ἄλλον ἀλάλκοι
Κακκύδων ταρσοῖσιν ἀνηρίθμοις ἀλιεύς.

Ubi Schol. Ὁ ὃ ἀλάλκοι κακκύζων ἑσπέριος, ἀντὶ τοῦ καθ' ἑσπέραν. Sic χερὶν ἰδὼν [Eurip. Phaeniſſ. 370. & ut hic *veſpertinus*, ita Graeci ἑωσφόρος pro πρὸς ἑωσφόρον. V. Spanh. ad Callim. H. Jov. 87. Perizon. ad AElian. x. V. H. 18. & J. Alberti ad Acta Apoſtol. XXVIII. 13.

15 CREPUSCULO] Pro diluculo poſuit, nec ſine auctoritate meliorum. MUNCK.

16 VOCALE SERVITIUM] Gloſſ. *Verbá illius audiebat, ſed ipſum non videbat.* Apulejus: *Voces ancillas habet, & ventis ipſis imperat.* MUNCK.

17 VENTOSUM DOMINIUM] Gloſſ. interlinearis, *inſtabilem.* In margine autem; *quia vento veniebat.* Unde apparet legiſſe gloſſatorem illum, *dominum.* Sed perperam, ut apparet ex verbis Apulejî modo adductis. MUNCK.

18 GERMANUM VOCABULUM] Codex Leid. *Germanam.* Gloſſ. vult ſubaudiri *per.* Sed *germanum vocabulum* pro *germanae vocabulum*, ut *ſororias aſpectus* pro *ſororum* hoc ipſo capite habes, rectè habet. *Vocabulum* eſt nomen, quo quis appellatur. Apulej. lib. III. Mileſ. *Eodem mecum vocabulo nuncupatur.* Ovid. III. Faſt. 512. *Tu mihi juncta toro, mihi juncta vocabula ſumes.* *Vocamen* eodem ſenſu uſurpat Solin. cap. XI. *Quibus à ſono clariore vocamen datur.* MUNCK.

19 OBUMBRAVIT] *Contemſit mariti imperium.* Gloſſ. MUNCK.

20 FLABRANTIS AURAE] VI. edd. & Beroald. *flagrantis.* Perperam. *Flabrare* pro *flare* poſuit, ut rectè interpretatur gloſſa codicis Leid. *Flabra* venti ſunt Apulejo. Inde *flabrare* formatum, & *flabralis* apud Prudent. Apotheoſ. vers. 845. Ita à *ſtibellum* finxit *conſtabellare* Tertull. in de Spect. cap. 25. Gloſſ. Vet. *Flabello, ſtibizo.* MUNCK.

21 SORORIOS AFFECTUS] H. e. ſorores. *Affectus* eleganter dici illos, quos ſingulari affectu proſequimur, oſtenſum jam aliis. Vide Savaron. ad Sidon. lib. VI. epiſt. 4. Livineium ad Panegyr. VII. cap. 10. Salmaſ. ad Volcat. Caſſium cap. 7. Vetus tumulus in Catal. Pith. Lib. III. *Affectus omnes poſſidet iſte lapis.* MUNCK.

22 SALUTIS NOVERCAM] Hoſtem. Propert. IV. el. 5. *Et volucris nidis eſſe noverca ſuis.* Conſule. Indicem. MUNCK.

23 SUB PULVINAR] Ita & MS. Leid. 6. edd. *ſub pulvinari.* MUNCK.

24 LUCERNAMQUE MODII CUSTODIA ERUTA] Ita & 5. edd. MS. Leid. *Lucernamque modio cuſtodi eruta.* Mod. *lucernaque.* Quod flagitat ſanè ſyntaxis. Forte ſcripſerat, *Lucernaque modio cuſtodi erepta.* Apulej. Mileſ. V. *Caecae tenebrae cuſtodiâ liberatâ lucernâ.* Baptiſta edidit: *Lucernaque modio cuſtodito eruta.* MUNCK.

giensque Cupido, multa ſuper curioſitate puellae increpitans, domo extorrem ac profugam dereliquit. Tandem multis [1] jactatam Veneris perſecutionibus poſtea, Jove petente, in conjugium adcepit. Poteram quidem totius fabulae ordinem hoc libello percurrere, [2] qualiter & ad infernum deſcenderit, & ex Stygiis aquis [3] urnulam delibaverit, & Solis armenta vellere ſpoliaverit, & ſeminum germina confuſa diſcreverit, & de Proſerpinae pulchritudine particulam moritura praeſumpſerit. Sed quia [4] haec ſaturantius Apulejus pene duorum continentia librorum tantam falſitatum congeriem [5] enarraverit, & [6] Ariſtophontes Athenaeus in libris, qui Dyſareſtia nuncupantur, hanc fabulam enormi verborum circuitu diſcere cupientibus prodidit: ob hanc rem ſupervacuum duximus ab aliis digeſta noſtris inſerere libris, ne noſtra opera aut propriis [7] exſularemus officiis, aut alienis [8] addiceremus negotiis. [9] Sed is, qui fabulam legerit, in noſtra haec tranſeat, ſciturus, quid ſibi illorum falſitas ſentire voluerit. Civitatem poſuerunt [10] [quaſi] in modum mundi, in qua regem & reginam

1 JACTATAM ] *Jactata* Modius & 6. edd. nec non Beroaldus, qui praeterea poſt *rò petente* cum B. interſerit *cupidinem*. MS. Leid. ſtat à Commelino. MUNCK.

2 QUALITER ] Utuntur eâ voce non tantum Auguſtinus, Cyprianus, Oroſius, Chryſologus, Gregorius, & id genus alii ſcriptores, ſed & Martialis lib. I. epigr. 104. Imo Ovidius quoque I. Amor. El. VII. vers. 58. Herod. IX. vers. 128. Celſus lib. I. p. 6. MUNCK.

3 URNULAM DELIBAVERIT ] *Urnulam libaverit* Mod. Sex edd. *undam delibaverit*. Perperam. Apulejus: *Sic acceptam cum gaudio plenam urnam Pſyche Veneri citata retulit*. MUNCK.

4 HAEC SATURANTIUS APULEJUS ] Peſſimè ſex edd. *Saturantius & Apulejus*. quaſi *Saturantius* ſcriptoris eſſet nomen. *Saturantius* eſt *uberius, plenius*, ut rectè explicat gloſſa cod. Leid. Ad eundem modum *ſaturantius ſatisfacere* dixit in Virgil. Continent. *Satiatè dicere* Tertullianus, ut obſervavit Salmaſ. ad Solin. p. 416. Inveni & ego apud eundem Libr. de Anim. cap. 46. *Quinione voluminum ſatiatiſſimè exhibebit*. Turbare tamen *rò haec* mihi à primo videbatur, & pro *&* non ſuo loco poſitum, refingebamque, ne ſolocca eſſet oratio, *Quia ſaturantius Apulejus, & pene* &c. Nunc melius imbutus lectione Fulgentii, obſervo per appoſitionem dici *haec tantam falſitatem*. Geminum prorſus & germanum eſt illud in Virgil. Continent. *Saturanter haec*, inquam, *in libro phyſiologo, quem nuper edidimus de medicinalibus cauſis, & de ſeptenario & novenario manere, omnem aritbmeticae artis digeſſimus rationem*. Adde not. ad Prolog. Hygin. Aſtron. MUNCK.

5 ENARRAVERIT ] Ita & 6. edd. & Beroald. Praefero tamen *enarravit*, quod exhibet cod. Leid. cum ſequatur proximo membro *prodidit*. Non ignoro tamen etiam alterum poſſe exemplis defendi. MUNCK.

6 ARISTOPHONTES ] Ita & MS. Leid. Editi partim *Ariſtophantes*, partim *Ariſtophanes*. quomodo & Beroaldus habet. MUNCK.

7 EXULAREMUS ] Gloſſ. *abiceremus*. leg. *abigeremus*. *Exulare* activè ſumſit. Vide not. ad Hyg. cap. 26. Victor Hiſtor. Vandal. Lib. II. *Fratrem vero Theodericum, poſt occiſionem & filii, nudum atque deſtitutum ſimiliter exulavit*. MUNCK.

8 ADDICEREMUS ] Ita & I. ſed A. *addiceremur*. M. L. H. & Beroald. *adjiceremus*. Leid. cod. cum B. *aditeremus*. Quod gloſſator explicat *adjungeremus*. Rectè ille quidem. Nam *adicere, conicere, ſubjicere* ſemper per i ſimplex exhibet ille codex. Sic in Vet. inſcriptione, quam Pithoeus Catal. lib. IV. pag. 122. & Scottus Itinerar. pag. 277. publicarunt, *Centenas adicit numero creſcente coronas*. Corippus Lib. I. *Exequiis adicit ſolito plus dona paternis*. Sen. Hercul. Fur. vers. 434. *Adice* &c. Thyeſt. 727. *Adiciteque fratri*. Plura dixi ſuperius cap. 4. lib. II. Arridet tamen hoic magis *addiceremus*. MUNCK.

9 SED IS, QUI FABULAM ] MS. Leid. *Sed dum*

ginam velut deum & materiam poſuerunt. quibus tres filias addunt, id eſt carnem, [11] ultronietatem, quam libertatem arbitrii dicimus, & animam: ψυχὴ enim Graece anima dicitur, quam ideo juniorem voluerunt, quod corpori jam facto poſtea inditam eſſe animam dicebant. Hanc igitur ideo pulchriorem, [12] quod & à libertate ſuperior, & à carne nobilior. huic invidet Venus, quaſi libido. ad quam perdendam [13] Cupidinem mittit. Sed quia cupiditas eſt boni & mali, cupiditas animam diligit, & [ei] [14] velut in conjunctione miſcetur: [15] quam perſuadet, ne ſuam faciem videat, id eſt [16] cupiditatis delectamenta diſcat. unde & Adam, quamvis videat, nudum ſe non videt, donec de concupiſcentiae arbore [17] comedit. [18] Neve ſuis ſororibus, id eſt carni & libertati, de ſuae formae curioſitate perdiſcenda conſentiat: ſed illarum compulſamento percita, lucernam [19] de ſub modio ejecit, id eſt deſiderii flammam in pectore abſconſam depalat, viſamque taliter dulcem amat, ac diligit. quam ideo lucernae ebullitione dicitur incendiſſe, quia omnis cupiditas quantum dili-

*dum Is* &c. Forte ſcripſerat, *ſed tamen is.* MUNCK.

10 (QUASI) IN MODUM] Τὸ *quaſi* à Commel. cancellatum non habet Leid. cod. Agnoſcunt tamen 6. edd. & Modius. MUNCK.

11 ULTRONIETATEM] Τὸ αὐτεξούσιον, αὐτεξούσιον γνώμην, ut appellat Baſil. orat. 11. in Adam. Finxit à *ultronius*, ut *dubietas* à *dubius* Marcellin. lib. XXII. & Haimo Homil. in diem Aſcenſ. *Serietas* à *ſerius* Auſon. Parental. 2. *medietas* à *medius* Macrob. II. Somn. Scip. cap. 1. & Apulej. pag. 47. *Nimietas* à *nimius* Fulg. Ruſpenſ. Epiſt. 1. Gregor. Dial. II. cap. 25. Apulej. pag. 43. ed. Elmenhorſt. Schol. Horat. 1. od. 9. Sed alii *ultroneus* ſcribunt. Pſeudo-Cypr. de Sing. Cleric. *Niſi ultroneum ſe ipſum non videntibus offerat lumen.* In quo libro & *dimidietas* invenias à *dimidius*. MUNCK.

12 QUOD ET A LIBERTATE &c.] Faciunt heic cum Commel. MS. Leid. B. A. H. & I. M. autem & L. *Quod & libertate ſuperior & carne nobilior.* Modius unà voculâ auctius: *Quod ea & libertate* &c. Quam lectionem cenſeo praeferendam. *Nam à carne nobilior* dici non poteſt, niſi qui carnem habet. Sed anima carnem non habet. Cyprianus in de Bon. Pudic. *Generoſus de patre, generoſior de innocentiâ.* MUNCK.

13 CUPIDINEM] *Cupiditatem* Modius. Aliud agebat, cum hoc praeferret, nec attendit τὸ *Venus*, quod praeceſſit. MUNCK.

14 VELUT IN CONJUNCTIONE] Modius & 6. edd. *in conjunctionem.* Sed pro Commel. ſtat Leid. codex. *Conjunctio* heic eſt conjugium. Jungi enim dicuntur, qui matrimonio copulantur. In vetere tumulo, cujus inſcriptionem exhibet Pithoeus Catal. Lib. III. *Me pater ex natâ genuit, mihi jungitur illa.* Ovid. IX. Met. 550. *Sed quae cum tibi ſit junctiſſima, junctior eſſe Expetit, & vinclo tecum propiore ligari.* Forte melius *conjunctionem* heic accipias pro *concubitu.* Schol. Horat. ad lib. 1. od. 23. *Jam matura & viripotens conjunctionique apta.* Eodem ſenſu τὸ *conjugium* venire interdum oſtendimus ad Hyg. Mythol. cap. 14. MUNCK. Sic *jungi nuptiis* dixit Livius lib. IV. cap. 9. *Nobilis ſuperior judicio matris eſſe, quae quam ſplendidiſſimis nuptiis jungi puellam volebat.*

15 QUAM PERSUADET] Modius, *cui perſuadet.* Non eſt neceſſe. Vide notas Cl. Schefferi ad Petron. Fragment. Trag. pag. 208. Goldaſt. ad Doſith. pag. 46. Noſter ſupra lib. II. cap. 5. *Quae eum perſuaſit.* MUNCK.

16 DELECTAMENTA DISCAT] Lege, *non diſcat* cum Leid. cod. MUNCK.

17 COMEDIT] *Comedat* Mod. & MS. Leid. MUNCK.

18 NEVE SUIS SORORIBUS] Modius: *Jubet ergo Cupido, ne Pſyche ſuis ſororibus* &c. MUNCK.

19 DESUB MODIO] Modius, Leid. cod. & Beroald. diviſim, *De ſub modio.* Sed hoc parum refert. Vet. Interpr. Luc. XVII. 24. *Sicut fulgur coruſcans de ſub coelo.* Ambroſ. Hexaëm. lib. 1. cap. 3. ex Jerem. cap. LI. *Peribunt à terrâ & deſub*

diligitur, tantum ardeſcit, & peccatricem ſuae carni configit maculam. Ergo quaſi cupiditate nudata, & [1] potenti fortuna privatur, & periculis jactatur, & regia domo expellitur. Sed nos, quia longum eſt, ut dixi, omnia perſequi, tenorem dedimus ſentiendi. Si quis vero in Apulejo ipſam fabulam legerit, [2] noſtra expoſitionis materia, quae non diximus, ipſe reliqua cognoſcit.

## VII. *De Peleo, & Thetide.*

THETIDEM [3] dici voluerunt aquam; unde & Nympha dicta eſt. Hanc Jupiter, quaſi deus, conjungit Peleo: πηλὸς enim Graece, Latine lutum dicitur. Ergo terram cum aqua commixtam volunt homines genuiſſe: unde & Jovem cum Thetide voluiſſe concumbere dicunt, & prohibitum eſſe, [4] ne majorem ſe genuiſſet, qui eum de regno expelleret. Ignis enim, id eſt Jupiter, ſi cum aqua coeat, aquae virtute exſtinguitur. Ergo in conjunctione aquae & terrae, id eſt Thetidis & Pelei, [5] diſcordia ſola non petitur: [6] illa videlicet cauſſa, quod concordia eſt utrorumque elementorum, ut homo gignatur. Nam & [7] competentia ipſa indicat, quod [8] Peleus ut terra, id

*deſub coelo iſto.* Cyprianus Sermon. de Chriſti Nativ. *David de poſt foetantes accipitur.* Quae verba ſumſit ex Vulgat. vers. Pſal. LXXVII. vers. 76. Interpretes LXX. Ἐξέκλιναν τὸ λοχάσμάν μου ἐπ' ἐμοί. Tantum non ad verbum totum pſalterium Latinum ex verſione τ. ὁ eſt expreſſum. Inſcript. Vet. apud Gruter. pag. 717. *Ab ante oculis.* Flor. lib. II. 3. *Deſub Alpibus, id eſt, deſub ipſis Italiae faucibus.* Gloſſ. Perſ. ad Sat. v. vers. 12. *Deſub dextro veniens ſuper ſiniſtrum ponitur.* Sic *deſuper* apud Cyprian. ex Joan. XIX. *Nullam haberes adverſus me poteſtatem, niſi data tibi eſſet deſuper.* Apulejus Dialogo Hermetis: *Deſuper adveniens.* Vetus interpres Pſalm. XLIX. 5. *Advocavit coelum deſurſum.* Leg. Salicâ Tit. 58. *De infra illam eccleſiam aliquid tulerit.* Cyprianus orat. quam ſub diem paſſionis ſuae dixiſſe fertur: *Tege me ab ante metum domini.* Et in libello de Sing. Cleric. *Si de foris expugnans vix muris expellitur.* Pſalm. XLIV. 15. *Omnis gloria filiae regis ab intus.* Marc. VII. 23. *Omnia haec mala abintus procedunt.* Lucas Euang. cap. XI. apud Chryſol. Serm. 39. *Et ille deintus reſpondeat.* Noſter libello de Priſc. Serm. *Eo quod de intus promunt.* Vide ibi plura, & apud Voſſium de Vit. Serm. p. 801. MUNCK.

1 POTENTI FORTUNA PRIVATUR] Modius: *potenti virtute privatur.* MS. Leid. *Potenti fortunâ nudata.* Putes ſcripſiſſe, *potenti fortunâ nudatur.* Horat. I. Epiſt. 3. *Furtivis nudata coloribus.* MUNCK.

2 NOSTRA EXPOSITIONIS MATERIA] Modius: *noſtrae expoſitionis materiae, quae non diximus, reliqua conſentire cognoſcet.* MUNCK.

## Ad CAP. VII.

3 DICI VOL. AQUAM] Quid Veteres per Tethyn intellexerint Gentilium theologi, docebit Spanh. ad Callim. H. Del. 17. Has nuptias poëtarum audaciſſimum eſſe figmentum jam vidit Philoſtratus, ut ad Hygini fab. 54. docui, ſed Staphylus alio modo fabulam explicat apud Schol. Apoll. Rh. IV. 816. Στάφυλος ὁ τὸν πρῶτον τῶν ἐφ' Ἑλλάδι Θεσσαλίαν ἱσορεῖ, Χείρωνα, σοφὸν ὄντα καὶ ἀστρονομίας ἔμπειρον βαλόμενον τὴν Πηλέως ἐνδόξου ποιῆσαι, μιξαπιμψαῦς, τὸν Ἀκτορος θυγατέρα δὲ Μενιππίδου, καὶ λόγως λέγεσθαι, ὅτι μίξιν γαμετὴν τὴν Θέτιν ὁ Πηλεύς, Διὸς ἐθέλοντος αὐτῷ, οἱ δὲ θεοὶ μιᾶς ἅμβρου καὶ χειμῶνος ἕκαστοι εἰς τὸ χάμον. ταῦτα φησίας, παρατηρεῖ τὸ χρῆσιν, ὡς ἀ ὑδάτων ἴσιμιξιν ἴσως ἐπομβρία, καὶ ἀνδρόμαχα ἰξαίσια. καὶ δίδωσι Πηλεῖ Φιλομήλαν, καὶ ὅτως ἐπικρατῆσαι ἡ φήμη,

id eſt caro; Thetis ut aqua, id eſt humor; Jupiter, qui utraque conjungit, ignis, id eſt anima. Ergo in conceptione hominis ex elementorum [9] jugalitate tres deae ([10] ut ſupra diximus) tres vitae certant. Nam & diſcordia malum aureum jeciſſe dicitur, id eſt cupiditatem: illa videlicet cauſſa, quod in malo aureo eſt quod videas, non eſt quod comedas: ſicut cupiditas novit habere, non novit frui. Omnes etiam deos Jupiter ad nuptias dicitur convocaſſe, illa de cauſſa, quod putarent pagani ſingulas partes in homine deos ſingulos obtinere. ut Jovem caput, Minervam oculos, Junonem brachia, pectus Neptunum, [11] cinctum Martem, renes & inguina Venerem, pedes Mercurium; ſicut [12] Democrites [13] in Phyſiologumenon ſcripſit. Unde & Homerus ait:

Ὄμματα μὲν κεφαλὴν ἴκελ' Διὶ τερπικεραύνῳ,
Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

Id eſt, caput & oculos ſimilis Jovi fulmine delectanti: Marti cingulum, & pectus Neptuno. Nam & Tiberianus in Prometheo ait, deos ſingula ſua homini tribuiſſe. Denique natum Achillem, velut homi-

φήμη, ὅτι τὸν Θέτιν ἔγημεν.

4 NE MAJOREM SE GENUISSET] Vide Lactant. Placid. Argum. Met. lib. XI. cap. 7. Hygin. Aſtron. II. 15. & fab. 54. Lactant. Firm. lib. I. cap. 11. Serv. ad Ecl. VI. 42. MUNCK.

5 DISCORDIA SOLA NON PETITUR] Majuſculâ litera à capite pingi debebat. Eridem enim intelligit. Hyg. cap. 92. *Jovis, cum Thetis Peleo nuberet, ad epulum dicitur omnes deos convocaſſe, exceptâ Eride, id eſt, diſcordiâ.* Vide ibi annotata à nobis. Eandem intellexit divam epigrammatarius lib. IV. Catal. Pith. de malis Matianis: *His contempta deûm genuit diſcordia menſa, Prodidit atque urbem bis Briſeida ſuam.* Pro *menſa* cenſeo reponendum *menſae*. *Diſcordium* idem quod *diſcordia*. Unde plurale *diſcordia*. Calpurnius Ecl. I. vers. 57. *Publica diffudit tacito diſcordia ferro.* MUNCK.

6 ILLA VIDELICET CAUSA] Modius ex ſuis libris emendat: *Diſcordia ſola non petitur, quod concordia utrorumque elementorum homo gignatur.* Barth. ad Stat. Tom. III. 1613. caeteris ſervatis: *Quod concordiâ opus eſt* &c. Leid. codex nihil mutat. MUNCK.

7 COMPETENTIA] Gloſſ. *convenientia.* MUNCK.

8 PELEUS UT TERRA] Modius: *Peleus eſt ut terra.* Et mox *jacit* pro *jeciſſe dicitur.* MUNCK.

9 JUGALITATE] Gloſſ. *conjunctione.* Pſeudo-Cypr. de Sing. Cler. *Ut ipſa conjugalitas ignoretur.* MUNCK.

10 UT SUPRA DIXIMUS] Nempe lib. II. cap. 1. MUNCK.

11 CINCTUM] Gloſſ. *locum vel cingulum eſſe dicebant.* Vide Iſidor. Orig. lib XIX. cap. 33. Gloſſ. Vett. Ζῶμα, *cinctum. Succinctum*, ὑπεζωμα. *Lumbare* appellat Vulg. Interpres Jerem. cap. XIII. & aliis locis. *Cinctorium rerum*, & *cingulum lumborum* Eſai. cap. XI. Heic pro parte corporis accipitur, ut Ζώνη interdum apud Graecos. Vide Etymol. in eâ voce, & Junium de hac ridiculâ gentium opinione diſſertantem Animadverſ. lib. IV. cap. 12. Hinc ergo *cinctus* hominem ſtrenuum notabat Romanis, ut *diſcinctus* imbellem & ignavum. MUNCK.

12 DEMOCRITES] Lege *Democritus.* quomodo & Junius hoc loco olim legit. Notarant idem in margine librorum ſuorum Scriverius & Tollius. Solerius in de Pileo Sect. I. *Democridem* perperam nominat. *Democritus Phyſicus* dicitur à Vitruvio lib. IX. cap. 7. MUNCK.

13 IN PHYSIOLOGUMENON] Subaudi *libris.* Sic lib. II. cap. 10. *Unde & Ovidius in Metamorphoſeon ait.* MUNCK.

hominem perfectum, mater in aquas intinguit Stygias, id est durum contra omnes labores munit. solum ei [1] talum non tinguit, [2] nihilominus illud physicum significare volentes, quod venae, quae in talo sunt, ad renum & femorum, atque virilium rationem pertineant. unde & aliquae venae usque ad pollicem tendunt. [3] quod tractantes & physici, & mulieres ad obtinendos partus, & [4] ischiadicos eodem [5] phlebotomant loco. Nam & [6] emplastromentaticum, [7] quem stisidem Aphricanus [8] iatrosophistes vocavit, pollici & talo inponendum praecepit. Nam & Orpheus illum esse principalem libidinis indicat locum. Nam denique [9] in enterocelicis in iisdem locis cauteria

1 TALUM NON TINGUIT] Vide Hygin. cap. 107. & quos ibi laudamus auctores. *Tinguere* pro *tingere*, ut *unguere* pro *ungere* archaicum est, ut ex Varrone, Celso, Catone, & aliis ostendit Rhodius ad Scribon. Largum p. 125. Sic *urguet praesentia Turni* ex Virgil. adducit Vetus Comment. Juvenal. ad Sat. XIV. vers. 63. Idem ad vers. 280. ejusdem Satyrae, *Ut si ferrum candens in aquâ tinguas*. Schol. Horat. od. 23. lib. III. *Tinguet cervice secures pontificum*. Chrysologus Sermon. VII. *Ungue caput tuum*. Tertull. de Res. carnis cap. 8. *Caro unguitur, ut anima consecretur*. Et de Monog. cap. 7. *Qui in Christo tinguuntur, Christum induerunt*. MUNCK.

2 NIHILOMINUS ILLUD] Modius: *Per hoc nibilominus* &c. MUNCK.

3 QUOD TRACTANTES ET PHYSICI] Gloss. *quam rem exponentes*. Forsan non malè. *Tractare* est docere. Cyprian. lib. IV. epist. 21. *Quod collectam fraternitatem non videat, nec tractantes episcopos audiat*. Praefat. exhortat. ad Martyr. *Ut non tam tractatum meum videar tibi misisse, quam materiam tractantibus praebuisse*. Inde *tractatores* dicti expositores & interpretes in Exposit. Symboli, quam eidem adscribunt nonnulli. Chrysol. Serm. XI. *Sermonis nostri & tractatus repleatur & habeatur intentio*. h. e. expositionis. Sed Schottus Observat. lib. I. cap. 7. legit, *Quod tractantes inde Physici*. Mallem, si quicquam sit mutandum, *Quod tractantes eas physici*. h. e. ob quod tractantes eas venas. Ausonius epigr. 72. *Tractavitque manum victuri, ni tetigisset*. *Tentare venas* Ovid. dicit in Fab. Pygmalionis Met. X. lib. & Sueton. Tib. cap. 72. Esset ergo *tractare* hic ψηλαφᾶν. Gloss. Nomicae: Τραλλίζειν, ψηλαφᾶν. Physicos dici medicos nihil mirum. *Nam morborum curatio & rerum naturae contemplatio sub iisdem auctoribus nata est*, ut loquitur Celsus Praefat. lib. I. Hinc ergo noster Continent. Virgil. *Physiologum librum* appellat, quem de medicinalibus causis ediderat. MUNCK.

4 ISCHIADICOS] Ἰσχιαδικούς Graeci appellant. Aliter *Isebiaci* dicuntur, quomodo *Isebiacos* hoc repraesentant 4. antiquae edd. Vide Gell. lib. IV. cap. 17. Sunt autem ἰσχία τὰ ὑπὸ τὴν ὀσφὺν ἐξ ἑκατέρου τοῦ μηροῦ ὀστᾶ, ἐν οἷς ἴσχιάλαι τὸ λεγόμενον ὀστοῦν, ut ait Schol. Theocrit. ad Eid. VI. Sed MS. Leid. habet *Sciaticos*. Gloss. *Scia enim femur dicitur, unde sciatici, qui ibi infirmantur*. Atque ita omnino credo scripsisse Fulgentium. Nam & Theodorus medicus *sciaticum morbum* dixit pro *Isciadicum*. *Sciaticam* vocat interpres Byngizlae. *Ischiam* Apulej. cap. 23. Sic *sebias* pro *isebias* est apud Capellam, & σίον pro ἰσχίον in Vett. Glossis, observante Vossio in Commentariis de vitiis Sermon. & Salmas. ad Pall. Tertull. p. 133. Ad eundem modum *scara* pro ἰσχάρα dicitur à junioribus medicis. *Strio* pro *bistrio* in Glossis Isidori. *Spania* pro *Hispania* in Chron. Gothorum Isidori, Anonym. Cosmogr. p. 37. ed. Godofr. Plutarch. libell. de Fluv. Stephanum de Iberiâ, & in Epistol. Paul. ad Roman. cap. 15. Tale etiam est *ftera* pro *hysftera*, de quo Reines. ad Fragm. Petron. Tragur. Caeterum *sciasin* vocat morbum Ischiacorum Macer ille nescio quis lib. I. cap. 2. *Sic sciasin curat, sic sumptum menstrua purgat*. cap. 8. *Sciasin quam Graeco nomine dicunt*. Eodem capite & *steram* pro *hysteram* habes: *Dicitur atque sterae causas siccando juvare*. Ut & cap. 3. *Conjuncto sibi sterae si subditur herba*. Unde *stericus* pro *hysstericus* cap. I. *Duritias levat stericas pellitque tumores*. Quae loca pessimè corrupit Cornarius. Certè ignorantia ejusmodi antiquae scripturae corrupit Petronium in Fragm. Trag. pag. 50. ubi editur: *Cum essem adolescentulus cantando paene phthisicus factus sum. Quid saltare? quid diverbia? quid tonstrinum? quando parem habui, nisi unum Appellesem?* Lege, & distingue cum Nob. Heinsio: *Quid*

ria ponenda praecipiunt. Ergo monſtrat quod humana virtus, quamvis ad omnia munita, tamen libidinis ictibus ſubjacet patula: unde & ad Lycomedis regiam [10] datur [ut nutriatur.] quaſi ad luxuriae regnum. Lycomeden enim Graece quaſi [11] γλυκὺ μηδὲν, id eſt dulce nihilum. Omnis enim libido & dulcis eſt & nihil eſt. Denique & amore Polyxenae perit, & [12] pro libidine per talum occiditur. Polyxene enim Graece multorum peregrina dicitur: ſeu quod amor peregrinari faciat mentes ab ingenio ſuo, ſeu quod apud multos libido ut peregrinabunda vagetur.

## VIII.

*Quid ſaltare? quid diverbia? quid toni? biſtrionum quando parem habui, niſi unum Apelletem?* De tonis Muſicis agunt copioſè, qui ex profeſſo veterum hanc artem illuſtrant. Ad cantum, de quo agitur, non magis facit tonſtrinum, quam ad lyram aſinus. Caeterum vocabulis illis, quibus licentioſè ſyllabas detractum ivere nonnulli, accenſeri etiam διδασκαλῶ debet pro διδάσκαλῶ, de quo Meurſius videndus in Gloſſar. p. 114. *Conia* pro *Ciconia*, quo Praeneſtinos uſos ſignificat Plautus Truc. act. III. ſc. 2. *Syria* pro *Aſſyria*, quod paſſim obvium. Etiam indifferenter uſos veteres obſervavi ἀσαφὶς & ταφὶς, τάχυς & ἄσαχυς, ἀσχολῶπαξ & σχολῶπαξ. unde Nemeſianus, ſive alius auctor eſt fragmenti de Aucupio: *Praeda eſt facilis & amoena ſcolopax.* Niſi poëta in ſyllabae modulo peccavit, ſcribendum in Ariſtotele & Heſychio σκολῶπαξ pro σκολόπαξ. Apud illum Hiſtor. Animal. lib. IX. cap. 26. invenio etiam ἀσκολώπας. Corrigit Caſaubonus ὁ σκολώπας vel ὁ σκολόπαξ. Immo ſcribendum ἀσκολῶπαξ. MUNCK.

5 PHLEBOTOMANT] Φλεβοτόμοι, venam incidunt. Vide Voſſ. lib. IV. cap. 16. Vit. Sermon. MUNCK.

6 EMPLASTROMENTATICUM] Correxit pridem Junius Animad. lib. IV. cap. 3. *Emplaſtron entaticon.* Quam hominis illius doctiſſimi conjecturam inſigniter aſſerit Leid. codex, in quo diſertim legitur *emplaſtrum entaticum. Entaticum* eſt quod facit arrigere. Ἐντικὸς enim φαλλικὸν μόριον dicitur. Euſebius Praepar. Euangel. lib. II. pag. 32. ed. Steph. Εἰκόνας φαλλῶν ἐντικωτέρας. Tzetzes in Lycophron. pag. 44. Οἷον ἐντεῖναι τὰ μορία παιδογόνα. Paulus AEginet. pag. 290. lib. VII. Ἐντικὸν. Σαῦμα, αἰδοῖα ὑλαφείᾳ &c. MUNCK.

7 QUEMI STISIDEM] MS. Leid. *quod ſtiſide.* Scripſerim, *Quod ſtiſiden*; ut τὸ *emplaſtrum* neutro genere poſuerit, de quo Gellius lib. XVI. cap. 7. Dictum παρὰ τὸ τύειν, τυλίειν ἐντείνειν τὸ αἰδοῖον. Vide Junium. Ego aliquando volebam Iſidem. quo nomine memineram emplaſtri genus quoddam vocari à Scribonio Compoſ. 206. Sed rectè συνίδω Junius. Heſych. Ἀσαφλᾶν, χαραττόειν τὸ αἰδοῖον, οἱ δὲ τύειν &c. Στυλῶσαι eſt Etymol. magno in eodem verbo. MUNCK.

8 IATROSOPHISTES] Multum variant editi. MS. Leid. *Hiatroſophiſtes.* Unde apparet rectum eſſe *iatroſophiſtes.* Ἰατροσοφιστὴς dictum, ut *iatrotéchnes* apud Ariſtophanem. MUNCK.

9 IN ENTEROCELICIS] MS. Leid. & *enteroceliciis.* Quod praeferam. Intelligit ramicoſos. Gloſſ. Vett. κιλεγκάλη, *ramex.* Martial. X. 56. *Enterocelarum fertur Podalirius Hermes.* Lib. XII. 70. *Atque olei ſtillam daret enterocelicus magiſter.* Alia eſt *hydrocela* apud eundem Lib. XII. 84. MUNCK.

10 DATUR (UT NUTRIATUR.)] Duo poſtrema vocabula non agnoſcit cod. Leid. Praeterea rectius foret *mandare.* Vide not. ad Hygin. cap. 3. & 72. Sed *dare* pro *ablegare* ei donemus, ut *edere* pro relegare & ejicere uſurpavit Hyginus cap. 192. MUNCK.

11 ΓΛΥΚΥ' ΜΗΔΕ'Ν] MS. Leid. *Licomedon enim Graecè quaſi Cliconmedon.* Videtur & hoic more ſuo depravaſſe Graeca vocabula. MUNCK.

12 PRO LIBIDINE] H. e. *propter libidinem.* Schol. Horat. ad Lib. IV. od. 12. *Pro ſtupro Philomelae ad vindictam.* Et ſic ſaepiſſimè infimae aetatis ſcriptores. Vide Eugeſippum pag. 110. ed. Allatii. Gregor. Dialog. lib. II. cap. 19. Iſidor. Orig. XIV. 7. & in libello de Praelat. Lactant. Firm. lib. III. cap. 19. & 27. alioſque. Notavi eandem locut. ad Laët. Argum. Met. Ovid. lib. VI. fab. 5. ubi & exempla quam plura adduxi. MUNCK.

## VIII. [1] *De Myrrha, & Adoni.*

MYRRHA patrem ſuum amaſſe dicitur, cum quo [2] ebriato concubuit. cumque eam pater utero plenam reſciſſet, crimine cognito, eam evaginato coepit perſequi gladio. [3] Illa in arborem myrrham converſa eſt. quam arborem pater [4] gladio percutiens, Adon exinde natus eſt: Quid vero ſibi haec fabula ſentiat, edicamus. Myrrha genus eſt arboris, de qua ſuccus ipſe exſudat: haec patrem amaſſe dicitur. Iſtae enim arbores in India ſunt, quae ſolis caloribus [5] crementantur. Et quia patrem omnium rerum ſolem eſſe dicebant, cujus opitulatu cuncta [6] germinum adoleſcit maturitas; ideo & patrem amaſſe

## Ad CAP. VIII.

1 DE MYRRHA] MS. Leid. *Fabulae Myrrhae & Adonis.* MUNCK. Memoriae lapſu citat Munck. ad Hygini fab. CLXIV. *Minerva* pro *Myrrha.*

2 EBRIATO] Laberius: *Homo ebriatus ſomno ſanari ſolet.* Leo Papa libell. de conflictu virtut. & vit. *In monte autem ſecuritate torpens, ebriatus cum filiabus peccavit.* MUNCK.

3 ILLA IN ARBOREM] Modius: *At illa in arborem.* Sed pro vulgatâ lectione ſtat & Leid. cod. & Hygin. cap. 164. MUNCK.

4 GLADIO PERCUTIENS, ADON EXINDE &c.] Modius: *Quam arborem pater gladio percuſſit, & inde Adonis natus eſt.* Fateor Latinius fore. Sed Commel. lectionem cum 6. edd. & MS. Leid. tum & Hygin. cap. 164. repraeſentant. Hygino perſuaſiſſimum habeo hanc laciniam ex Fulgentio adſutam. De emendatione Modii ne de nihilo dubitare videar, ecce & lib. II. cap. 9. *faciens* dixit pro *cum feciſſet.* cap. 17. *affectans* pro *cum affectaſſet.* Similiter hujus tertii libri cap. 2. *videns* pro *cum videret*, oratione non minus ſoloecâ. Deinde *Adon* uſitatiſſimum eſt infimi aevi ſcriptoribus. Fortunatianus de vitae incertitudine: *Occubat Hippolytus, nec ſuperexſtat Adon.* Capella lib. II. *Bibilus Adon. Ado* eſt Varroni Sat. ἆδι Ἀδώνιδι. *Sic ille puellus Veneris apri dente Ado cecidit cruentus olim.* Ita emendat Carrio lib. II. Antiq. Lect. cap. 15. De Fabula ita Tzetzes in Lycophron. p. 133. Οὕτως μιλαξλυθίσης αὐτῆς εἰς μύρραν, ἐφυσᾶτο δὲ χρόνῳ τικτῇ, ἀμβλιαχθέτο δὲ φλοιῷ, ἀπεκύησε τὸν Ἄδωνιν. MUNCK.

5 CREMENTANTUR] Ita & Leid. codex. Sed *cremantur* alii. Lego *crenantur* h. e. incidun-

tur. *Crena* enim, κρήνη Graecè, eſt inciſura. MUNCK.

6 GERMINUM ADOLESCIT MATURITAS] Gloſſ. *creſcit fructus. Adoleſcens quando ſcribitur per o participium eſt, quando per u nomen eſt.* Nugae. Pro *maturitas* Baptiſta Pius, cujus editio praefert *nativitatis*, Annot. Poſter. Syllog. III. cap. 145. legit *nativitas*, quomodo & A. H. & I. exhibent. MUNCK.

7 CREPANS] Σχιζομένη. Lucas Act. Apoſt. I. vers. 18. Ἐλάκησε μέσος. Vulgatus interpres, *crepuit medius.* Vide ibi Pricaeum. MUNCK.

8 RHAGADES EFFICIT] Gloſſ. *fiſſuras.* Rectè. Quamobrem pro *ſciſſuris biantibus* mox legere malim *fiſſuris.* Nam ῥήγνυμι eſt *findi.* Ovid. X. Met. 512. *Arbor agit rimas: & fiſſa cortice vivum Reddit onus.* Iſidor. lib. IV. cap. 7. *Rhagades dicuntur, eo quod fiſſurae ſint rugis collectae circa orificium.* Scribon. Largus Compoſ. 223: *Lipara rubra facit ad fiſſuras ani diutinas, quas ῥαγάδας dicunt.* Macer lib. I. cap. 19. *Ani fiſſuras, quas appellant rhagadias.* Plin. lib. XXIX. 2. *Medetur & vulvae inflammationibus & rhagadiis. Rimas* & *fiſſa* appellant aliter Celſus & Plinius, ῥήξεις & ῥαγάδας Graeci. Vox *ſciſſura* non tamen aliena eſt à Latio. Reperitur apud Apitium lib. VI. cap. 5. apud Cyprian. Homil. de Reſurrectione Chriſti, Vet. Interp. Eſai. cap. II. vers. 21. MUNCK.

9 SUCCUM DESUDAT] Apulejus Apolog. p. 313. ed. Elmenh. *Vinolentum ſuderem in balneo deſudare.* Pallad. Januar. Tit. 15. *Noxium deſudet humorem.* Ambroſ. Hexaëm. lib. III. 15. *Diſparem quoque balſami guttam odorata orientis ligna ſudare proditur.* Μεθύσκουσι Caſſian. Praefat. de Inſtit. Coenob. *Multa jam opuſcula deſudarunt.* Juſtin. lib. XXXVIII. 3. *Balſamum ſudant.* Perſius Sat. V. *Sudare deuncem.* Iſidor. Orig. XVII. 7. *Nos*

*ſticeam*

amaſſe dicitur: dumque grandioris jam fuerit roboris, ſolis ardoribus [7] crepans, [8] rhagades efficit, per quas [9] ſuccum deſudat, [10] quod myrrha dicitur: & redolentibus lacrymoſa guttulis, fletus ſuaves ſciſſuris hiantibus jaculatur. unde & Adonem genuiſſe fertur. Adon enim Graece ſuavitas dicitur. Et quia haec ſpecies odore ſuavis eſt, Adonem dicitur genuiſſe. Ideo autem eum Venerem amaſſe dicunt, quod [11] hoc genus pigmenti ſit valde fervidum. Unde & Petronius Arbiter ad libidinis concitamentum myrrhinum poculum ſe bibiſſe refert. Nam & [12] Sutrius comoediarum ſcriptor introducit Glyconem meretricem dicentem: [13] Myrrhinum mihi adfers, quo virilibus armis occurſem fortiuſcula.

## IX.

*piceam dicimus, eo quod picem deſudat.* Et poſt paulo: *Hujus fructus oleum deſudat, cortex reſinam, quae maſtix appellatur.* Prudent. Hym. Cath. VIII. *Jam ſtillat ilex arido Sudans amomum ſtipite.* & V. *Illic & gracili balſama ſurculo Deſudata fluunt.* Columell. lib. X. *Nec ſtrenua toxica ſudat.* Plinius de arboribus myrrhae lib. XII. 15. *Sudant autem ſponte prius, quam incidantur, ſtacten dictam, cui nulla praefertur.* Plura dixi ad Prolog. & cap. 15. lib. I. MUNCK.

10 QUOD MYRRHA DICITUR] Debebat ſequi *qui*. An neutro genere repetit, quod maſculino erat dictum? Claud. Mam. de Stat. Anim. lib. I. cap. 26. *Ad iſtam, quod unus Deus ſumus, tu homo factus es, trinitatem.* Et ſic ſaepiſſime ille. Nolter Contin. Virgil. *Non eſt aliquid peſſimum, nec accidentia extrema, quod non pertulerit.* Lactant. lib. II. cap. 11. *Humore illo terrae, quod alimenti gratia miniſtrabat.* Chryſologus Homil. XXVI. *Lapidem ſine manibus abſciſſum, quod eſt Chriſtus.* Feſtus in ANUS. *Vel quod jam ſit ſine ſenſu, quod Graecè νῆς dicitur.* Ita MS. Leid. Vetus interpres Coſmogr. Anonym. à Gedofred. ed. pag. 21. *Carta, quod ipſa faciens* &c. Confer Scal. Ind. Inſcript. Gruter. *Genus pro Genere.* & Gronov. Obſervat. lib. III. cap. 2. ubi multus eſt in hujus locutionis ratione explicandâ. Loquuntur & Graeci ita nonnumquam. Lucianus Somnio: *Καὶ τὴν ψυχὴν, ἐπεὶ σοι κυκλοτερὲς ἦν, κοσμίων.* Pallad. Februar. Tit. 29. *Ὀπὸν κυρηναϊκὸν, quod Graeci ſic appellant.* MUNCK. Melioris aevi ſcriptores ſaepiſſime ita locuti. Conſule celeb. P. Burm. ad Phaedri lib. I. fab. 8. vs. 10. & ad lib. IV. fab. 1. vs. 5

11 HOC GENUS PIGMENTI] Pigmenta ſunt unguenta & odores, recenſenturque inter medicamenta. Auguſtinus, ſive Damianus eſt, Hymn. *Pigmentorum ſpirat odor, Liquor & aromatum.* Plin. lib. XXIX. cap. 1. *Quod venenum eſſe docebimus inter pigmenta.* Vetus interpres Siracidae cap. XXXVIII. 8. *Unguentarius pigmenta faciet ſuavitatis.* Gloſſ. Vett. *Pigmentarius, μυρεψὸς, φαρμακοπώλης, ἢ μυρόπωλις.* Siracid. cap. XLIX. vers. 1. *Ἐσκόπασεν ὡς ἔργον μυρεψοῦ.* Interp. Vet. *Opus pigmentarii.* Firmicus Aſtron. VIII. cap. 25. *Turarios faciet, vel pigmentarios ſeu pharmacopolas.* Schol. Perſ. Sat. I. 43. *Per ſcombros ſignificat falſamentarios, per thus pigmentarios. Drogiſtam* vulgo appellari rectè notavit Rhodius ad Scribon. p 62. Gregor. Dialog. *Cum medicus & pigmentarius ad aperiendum eum, atque condiendum eſſet quaeſitus.* Pigmentarius autem idem qui myropola. Noſter Expoſ. Priſc. Serm. *Myropolae ſunt, qui pigmenta vendunt, ut pigmentarii. Pigmenta medicinalia* appellat Tertull. de Idol. cap. 11. *Odora pigmenta* Macrob. Praef. Saturnal. *Odorata pigmenta* Chryſolog. Serm. XXXI. Hinc *pigmentatus fumus* dicitur odor, quem ſpirant aromata. Willeramus Paraph. Cant. Salom. *Aut pigmentato conſurgens virgula fumo.* Vulgat. Interpr. cap. III. 6. *Pulverem pigmentarium* vocat. In Gr. eſt *κονιορτὸν μυρεψοῦ.* Confer Iſid. Orig. IV. cap. 2. & XVII. 9. Gloſſ. Perſ. ad Sat. I. MUNCK.

12 SUTRIUS] *Furius* in margine Tollius. Sed Sutrii Piſcatoriam laudat etiam in libello de Priſc. Serm. voce *Simpolones.* Vide ibi plura. MUNCK.

13 MYRRHINUM] Vide Hadrian. Junium Animadverſ. lib. V. cap. 19. Plin. lib. XIV. cap. 14. & ibi commentatores. MUNCK. Conſule inprimis Celeb. J. Perizon. ad AElian. XII. V. H. 31.

## IX. *De Apolline, & Marſya.*

MINERVA ex oſſe tibias invenit; [1] de quibus cum in convivio deorum ceciniſſet, ejuſque tumentes buccas dii omnes inriſiſſent, illa ad [2] Tritonam paludem pergens, in aqua faciem ſuam ſpeculata, dum turpia adjudicaſſet [3] buccarum inflamina, tibias jecit. quibus Marſyas repertis, doctior factus, Apollinem concertaturus de cantibus provocavit. [4] Sibi Midam regem judicem deligunt: quem Apollo [5] cur non recte judicaſſet, aſininis auribus [6] depravavit. Ille criminis ſui notam tonſori tantum oſtendit, [7] praecipiens ei, ut ſi [8] crimen [ejus] celaret, eum participem regni efficeret. Ille in terram fodit, & ſecretum domini ſui [9] in defoſſo terrae dixit, [10] & operuit. In eodem loco calamus natus eſt: unde ſibi paſtor tibiam faciens,

## Ad CAP. IX.

1 DE QUIBUS ] Ita &. B. A. H. & I. cum MS. Leid. Redundat illud *de* non ſine auctoritate veterum, ut oſtendimus jam ſuperius. MUNCK.

2 TRITONAM ] Ita rectè MS. Leid. cum Commel. Perperam *Tritonem* 6. edd. *Tritona* pro *Triton*, ut *Sirena* pro *Siren*, *Gorgona* pro *Gorgon*, & infinita alia, de quibus cum alii, tum & nos abunde in praecedentibus. Sed *Triton* amnis eſt, palus *Tritonis* Melae cap. 7. lib. 1. Quod firmat Hieron. Chron. Euſeb. Dionyſius pag. 38. ed. Steph. ubi vide Euſtath. Putes ſcribendum *Tritonidam*. Ad quem modum *Chalcida* pro Chalcis, *Itonida* pro Itonis, *Chlamyda* pro Chalmys, aliaque complura veteres dixerunt. MUNCK. Audi Schol. Euripidis in Alceſt. vs. 346. *Λίμνη τὴ αὐλὼν φασίν, ἐν ᾗ τὸ Λιβύης λειτῶν λεγομένων καλάμων ὁ αὐλὸς γίνεται, ἢ ὅτι τὸ* TPI'TΩNI *πρὸ πολεμοῦ τὸ Λίβυες ὥρισθε.* Forſan *Tritoniacam paludem* legendum quomodo Lact. Narrat. fab. xv. 26. *In Pallene, urbe Tritoniacae paludis, attactu vertuntur homines in volucres.*

3 BUCCARUM INFLAMINA ] Modius: *biamenta buccarum, in flumen tibias jecit.* Sanè *influmina* exhibet quoque cod. Leid. licet à ſecundâ manu, cum M. & I. Sed B. A. H. & I. faciunt cum Commelino. Demſterus ad Roſinum p. 54. ex ſuo MS. ita ut Modius, etiam locum reſtituit, niſi quod pro *jecit* repraeſentat *abjecit*. *Projecit* conjicit in ſuis ad me literis doctiſſimus ille Senator Guil. Goeſius. Ego lectionem Commelinianam non deteriorem putem quavis aliâ, modo legas *abjecit* vel *projecit* ἀπὸ τῦ *jecit*. quanquam nec hoc abſurdum. Ita *ſorbere* pro *abſorbere* legas apud Ovid. lib. IX. Met. 172. *Mandare* pro *amandare* apud Hyg. cap. 184. Conſer quae dicta ſunt nobis ſuperius cap. 6. Adhaec non ſatis rectè *biare* dicuntur buccae, quae inflantur. Hiatus eſt *χάσμα*. Unde *χάσμα ἐδέντων* h. e. rictus, leoni tribuit Anacreon, de quo Manilius lib. IV. *Scandet malis biſcentibus orbem.* Caſſian. de Inſtit. Monach. lib. II. cap. 10. *Non oſcitatio ſomnolenta diſſutis malis & hiantibus trahitur. Inflamina buccarum* adſtruunt illa, quae praeceſſerunt, *tumentes buccas*, & quae habes inferius, *inflatas vero buccas ideo riſiſſe dicuntur*, &, *injuſtè ſufflantem.* nec non apud Hyg. cap. 165. *Quod buccas inflaret.* Quibus & illud accedit, quod minus benè flumen vocet Tritonam, modo à ſe paludem appellatam, quanquam praeter Melam & Dionyſium etiam Etymol. in *Τεμπρίσια* fluvium faciat, ut & Feſtus in *Tritonia* vel *Tritogenia*, ut habet cod. Leid. & Solin. cap. 40. aliique. Pauſanias in Corinthiacis poſt caſum Marſyae in amnem ejuſdem nominis narrat abjectas eas tibias, & ab eodem in Maeandrum devectas, qui deinde detulerit in Aſopum. Unde de tibiâ Propertius lib. II. el. 23. *Quae non jure vado Maeandri jacta nataſti, Turpia cum faceret Palladis ora tumor.* Vides & heic *jactam* dici pro *abjectam*. Sic & *ῥίπτειν* pro *ἀπορίπτειν* Graeci. Tzetzes in Lycophron. *Εἰ ὃ ἐκ ἐξυδρεύσει, τότε τάχα ῥίψασα ὡς ἀπορρίψας.* MUNCK.

4 SIBI MIDAM ] *Utrique ſibi Midam* &c. Modius. Sed Hyginus cap. 165. Muſas ſumtas ab illis

ciens, quae cum percutiebatur, dicebat, Mida rex aures aſininas habet; nihilominus quod ex terra conceperat. Unde & Petronius Arbiter ait:

*Sic commiſſa* [11] *verens avidus reſerare miniſter,*
*Fodit humum, regiſque latentes prodidit aures.*
*Concepit nam terra ſonum; calamique loquentes,*
[12] *Invenere Midam, qualem* [13] *conceperat index.*

Nunc ergo hujus myſticae fabulae [14] interius cerebrum inquiramus. A muſicis haec reperta eſt fabula, ut Orpheus in Theogonia ſcribit. Muſici enim duos artis ſuae poſuerunt ordines, tertium vero quaſi ex neceſſitate adjicientes, ut Hermes [15] Triſmegiſtus ait, id eſt, ἢ ᾀδομένων, ἢ ψαλλομένων, ἢ αὐλουμένων. hoc eſt, aut cantantium, aut [1] citha-

illis judices narrat. Praeterea, non in hoc certamine, ſed in altero illo, quod cum Pane habuit Apollo, aſininis auribus depravatus fuit Midas. Vide Hygin. cap. 191. & quae ibi annotavi. MUNCK.

5 CUR NON RECTE] Modius, *quod non.* Ampliſſimus vir Guil. Goeſius propius ad veterem ſcripturam, *cum non.* Atque ita quoque exhibent 6. edd. ante Commel. Sed Commelinianam lectionem adſtruit MS. Leid. *Cur* pro *quia* poſuit non ſine exemplo aliorum. Vide Heraldum ad Arnobium. MUNCK.

6 DEPRAVAVIT] Gloſſ. *deboneſtavit.* MUNCK.

7 PRAECIPIENS EI] Modius, *promittens ei.* Sed mira videtur ſyntaxis, *promittens, ut efficeret.* Utitur tamen eâdem Hyginus cap. 63. *Huic fuit fatum, ut quod peperiſſet Acriſium tolleret.* Confer, quae notavi ad cap. 139. MUNCK.

8 CRIMEN EJUS] Τὸ *ejus* non agnoſcit Leid. cod. & mox habet, *in terrâ fodit.* MUNCK.

9 IN DEFOSSO.] Gloſſ. *in concavitate.* MUNCK.

10 ET OPERUIT] Modius, *& terrâ operuit.* Et in ſeqq. *fecit* pro *faciens.* Sed vide not. ad cap. 8. MUNCK.

11 VERENS] Lact. Argum. lib. XI. Met. fab. 5. *Midas quidem deformitatem ſuam celare volebat: ſed eam vidit famulus tonſor; qui cum eam nec eloqui auderet, nec reticere poſſet, humum effodit* &c. Naſo: *Viderat hoc famulus, qui cum nec prodere viſum Dedecus auderet, cupiens efferre ſub auras* &c. Hinc patere cuivis facile exiſtimo, rectius eſſe *verens*, quam, quod Modius & alii dederunt, *ferens.* Sarisber. Polycrat. lib. III. cap. 12. *Si terrae ſecretum ſuum infodiat, vel arundo ſuccreſcens hoc producet in publicum, & levi flatu in auras proferet, quoniam auriculas aſini Midas habet.* MUNCK.

12 INVENERE] *Incinuere* Salmaſius & Palmerius, in Fulgentii ille, hic in Petronii margine, emendaverant. Et rectè quidem. *Incinere* elegans verbum eſt. Propert. lib. II. el. 18. *Seu varios incinit ore modos.* Auſon. Epiſt. 23. *Depreſſis ſcrobibus vitium regale miniſter Credidit, idque diu texit fidiſſima tellus: Inſpirata dehinc vento cantavit arundo.* Fabula unde orta ſit narrat Conon apud Phot. cap. 1. MUNCK.

13 CONCEPERAT] Ita & MS. Leid. In Petronianis fragmentis ediderunt *narraverat*, rectius utique & ſententiae convenientius, niſi ſcripſit, *conſpexerat.* MUNCK.

14 INTERIUS CEREBRUM] MS. Leid. *Interiorem cerebrum.* Gloſſ. *ſenſum.* Ergo rectus forte ei caſus *cerebrus*, ut *cymbius* apud Corippum, *lorus*, *balneus*, *coelus*, *candelabrus*, apud Petronium & alios. Adhaec *fagus*, *pandurius*, *graſſus*, *metallus*, quae Voſſius in de Vit. Sermon. obſervavit pag. 393. MUNCK.

15 TRISMEGISTUS] Auguſt. C. D. lib. VIII. cap. 23. *Hermes AEgyptius, quem Triſmegiſtum vocant.* Ammianus lib. XXI. p. 360. ed. Boxh. *Hermeſque Termaximus, & Tyanaeus Apollonius* &c. Cur Triſmegiſtus ſit dictus, vide apud Suidam. Iſidor. Orig. lib. VIII. 11. *Hermes Graecè dicitur* ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, *Latinè interpres, qui ob virtutem multarumque artium ſcientiam Triſmegiſtus, termaximus, nominatus eſt.* MUNCK.

1 CITHA-

[1] citharizantium, aut [2] tibizantium. Prima ergo viva vox eſt, quae ſibi in omnibus muſicis neceſſitatibus celerrima ſubvenit. Poteſt etiam [3] lemmata rubrigere, parallelos concordare, & [4] diſtonias mollire, & phthongos jugare, & ornare chromata. Sequitur ſecunda cithara. quamvis enim de his rebus, quas muſici [5] diſaſexis dicunt, ſicut Mariandes ſcribit, multa de his faciat, tamen aliqua non inplet, quae viva vox poteſt. Limmata enim facta non erigit, [6] qui liſmata in ſe catenata non inplet. At vero tibia artis muſicae partem extremam poterit adinplere. Cithara enim ſymphoniarum gradus habet quinque, ſecundum quod Pythagoras ait, dum numerorum [7] rythmicos modulos ad ſymphoniarum adduxiſſet concordiam. Prima enim ſymphonia diapaſon, quod eſt in arithmeticis diplaſion, quod nos in Latinis [8] unum ad duos dicimus. ſecunda ſymphonia diapente, quod eſt in arithmeticis [9] hemiolius, quod nos Latine [10] duos ad tres nuncupamus. tertia ſymphonia diateſſaron, quod eſt in arithmeticis epitritos, id eſt [11] tres ad quatuor. quarta ſymphonia dicitur tonus, quod apud arithmeticos epogdous nuncupatur, apud nos [12] quinque ad quatuor. [13] Et quoniam ultra arithmeticus ordo progredi non patitur, propter novenarium limitem, quia decimus alterius ordinis primus

1 CITHARIZANTIUM ] Nepos Epam. cap. 2. *Citharizare & canere ad chordas.* MUNCK.

2 TIBIZANTIUM ] Ita quidem etiam Leid. cod. Sed 6. edd. *tibicinantium.* Quod eſſe putem rectius. Ut *fidicino* à *fidicen*, ita *tibicino* à *tibicen.* Capella lib. IX. *Megaris ad ictum tuljus, cujus vis fidicinat.* Gloſſ. Vett. *Αὐλητὴς, flator, tibicinator.* Sic *tubicinare* pro tubâ canere legitur in Gemmae vocabulario. Alio longè ſenſu *tibicinari* uſurpavit Tertull. de Anima cap. 38. nempe pro fulciri tibicinibus. MUNCK.

3 LEMMATA SUBRIGERE ] MS. Leid. *limmata.* Gloſſ. *Limmata & hemitonia idem ſunt, hoc eſt, dimidius ſonus.* Gloſſ. Capellae: *Limmata, hemitonia.* Macrob. II. Som. Scip. cap. 1. *Plato ſemitonium limma vocitavit.* MUNCK.

4 DISTONIAS MOLLIRE ] Scriverius in margine, *dittonias.* MS. Leid. *diaſtonias.* Ἴσως *Diatonias.* Diatonicum enim genus aliquanto durius, ut tradit Boet. lib. I. Muſ. cap. 21. Conſulendi de vocabulis his Muſicis Capella lib. IX. Plutarchus in libro de Muſica, Macrob. lib. II. Somn. Scip. quoſque edidit ſcriptores hujus artis Meurſius. MUNCK.

5 DISAFEXIS ] Ita & MS. Leid. A. II. & I. *diſexaphesis.* B. M. & L. *diſexaphenis.* Gloſſ. Leid. cod. *Integritas tonorum, ubi omnes ſimul conveniunt.* Forte, *diaſaphesis.* MUNCK.

6 QUI LISMATA ] MS. Leid. *Liſmata enim facta non erigit, qui liſmata* &c. Et paullo ante, *ornare quiliſmata* pro *ornare chromata.* Locherus corrigit, *ſcbiſmata*, alii *diaſcbiſmata.* Ego legerim, *qui limmata.* Limmata enim intervalla & διέσεις. Vide Cenſorin. cap. 10. MUNCK.

7 RYTHMICOS MODULOS ] Corrige cum Modio & MS. Leid. *aritbmeticos modulos.* Confirmant eam emendationem, quae ſub finem capitis 10. leguntur. MUNCK.

8 UNUM ET AD DUOS ] Ita & MS. Leid. Modius, *ad duo.* MUNCK.

9 HEMIOLIUS ] H. e. *Seſquialiter.* Gloſſ. Philox. *Seſqualtalia*, ἡμιόλια. Lege, *ſeſqualtera* cum Vulcano. Vel potius, *ſequialtera.* MUNCK.

10 DUOS AD TRES ] Ita & Leid. cod. Modius, *duo ad tria.* Sed maſculina terminatione utitur in hac re etiam Capella lib. II. pag. 26. Verba ejus adſcribam, ut in tranſitu emendem: *An aliud illa ſenis dei ratio, quae matbeſin tetraden non tacuit, confitetur, niſi perfectae rationis numerum? Quippe intra unum, ſecundum, triademque ipſum bis binum tenet.* Lege ex Leid. codice cum editis à me collato, *intra ſe monadem, dyadem, triadem ipſum bis binum tenet.* Pergit Capel-

mus gradus eſt: contigit ergo, ut habeat quintam ſymphoniam, quae harmonia nuncupatur, id eſt octo ad novem. Nullum enim ultra numerum conjunctiorem invenies. Habet igitur muſica partes ſeptem, id eſt genera, diaſtemata, ſyſtemata, phthongos, tonos, metabolas, & melopoeias. unde & Virgilius in ſexto ait:

*Nec non Threicius longa cum veſte ſacerdos,*
*Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.*

In arithmeticis enim, quibus plenitudo formulae eſt, ut etiam in geometricis tonus. Vox vero habet gradus ſymphoniarum innumeros, quantum natura dotaverit ipſam vocem, ut habeat [14] arſis & theſis, quas nos Latine elationes & dejectiones dicimus. Tibia vero vix unam & dimidiam perficit ſymphoniam. una enim ſymphonia [15] quinque ſymphonias habet. Ergo poſt artem muſicam Minerva reperit tibias, quas omnis doctus in muſicis propter ſonorum deſpuit paupertatem. Inflatas vero buccas [16] ideo riſiſſe dicuntur, quod tibia ventoſe in muſicis ſonet: & idiomatum proprietate amiſſa, [17] ſibilet potius rem, quam enunciet. Ideo illam [18] injuſte ſubſtantem omnis

Capella: *Quibus collocationibus ſymphoniae peraguntur. Nam tres ad quatuor epitritus vocatur arithmetica ratione, ac diateſſaron in Muſicis peribebatur. Item intra eum (eum intra* MS.) *jacent tres ad duos (duo* MS.) *quae hemiolios forma eſt, ſymphoniamque ſecundam, quae diapente dicitur, reddunt. Tertia ſymphonia diapaſon in melicis peribebatur, diapaſoque conficitur, hoc eſt, uno duobus collato.* Macrob. lib. II. Somn. Scip. cap. I. *Hemiolius eſt, cum de duobus numeris major habet totum minorem, & inſuper ejus medietatem, ut ſunt tria ad duo.* Legendum eſſet ergo in Fulgentio non *duos ad tres*, ſed *tres ad duos*. Nihil tamen mutaverim ob ea, quae mox ſequuntur, & Cenſorinus habet cap. 10. *Ubi ponderum diſcrimen eſt ſeſquitertia proportione, quam duo faciunt ad tria collata, quod ἡμιόλιον appellant.* MUNCK.

11 TRES AD QUATUOR] Utitur & heic inverſo ordine Macrobius: *Eſt epitritus cum de duobus numeris major habet totum minorem, & inſuper ejus tertiam partem, ut ſunt quatuor ad tria.* Et Schol. in Hephaeſtion. p. 12. Ἐπίτριτος ἀναλόγως λέγεται ὁ ἀριθμὸς τὸν ἔχων τὸ ἴσον αὐτῷ, καὶ τὸ τρίτον τοῦτο, οἷον ὁ τέτταρα πρὸς τὰ τρία. Sed *tria ad quatuor* etiam Cenſorinus, ut & Capella, *tres ad quatuor*. Quamobrem nihil neceſſe arbitror ut cum Modio reſcribamus *tria ad quatuor*. MUNCK.

12 QUINQUE AD QUATUOR] Imo *novem ad octo*. Macrobius: *Epogdous eſt numerus, qui intra ſe habet minorem, & inſuper octavam ejus partem, ut novem ad octo; quia in novem & octo ſunt, & inſuper octava pars eorum, id eſt, totum. Hic numerus ſonum parit, quem tonon Muſici vocaverunt.* Capella: *Novem vero ad octo ἐπογδόου numeri efficiunt junctionem.* MUNCK.

13 ET QUONIAM ULTRA &c.] Modius, *ultra quem numerum arithmeticus ordo* &c. Leid. cod. à Commel. ſtat. MUNCK.

14 ARSIS ET THESIS] Ἄρσις καὶ θέσις. Capella lib. IX. *Arſis eſt elevatio, theſis depoſitio vocis & remiſſio.* Etiam pes in verſu recipit ἄρσιν & θέσιν, quâ de re vide Diomed. lib. III. & Terent. Maurum pag. 60. ed. Briſſaei. MUNCK

15 QUINQUE SYMPHONIAS HABET] Modius, *quinque voces*. Gloſſ. cod. Leid. *Una ſymphonia complet quinque tonos.* MUNCK.

16 IDEO RISISSE DICUNTUR] Modius, *dii ideo riſiſſe*. Sed τὸ *dii* inter glоſſas interlineares repraeſentat cod. Leidenſis. MUNCK.

17 SIBILET POTIUS] Hinc *ſibilam ſibillatricem* appellat Capella. Gloſſ. Iſid. *Fiſtulor, ſibilo.* MUNCK.

18 INJUSTE SUFFLANTEM] Gloſſ. *ſine lege chordarum.* MUNCK.

mnis quicumque eſt doctior ridet. unde eas & Minerva, id eſt ſapientia, exprobrans projicit: quas Marſyas adſumit. Marſyas enim Graece, quaſi μωρὸς οἰῷ, id eſt [1] ſtultus ſolus, qui in arte muſica tibiam praeponere voluit citharae: unde & cum porcina pingitur cauda. Sed his duobus certantibus, Mida rex [2] reſidet. Mida enim Graece, quaſi μηδὲν ἰδὼν, dicitur: quod nos Latine nihil ſciens dicimus. ideo etiam & [3] aſininis auribus dicitur, quia omnis diſcernendi ignarus nihil differt ab aſino. ob hanc etiam rem & ſervum ejus auriculas referunt prodidiſſe. Ingenium enim noſtrum ſervum habere debemus, ad omnia quae volumus obſequentem, & noſtra ſecreta celantem. [4] Quod autem per cannam prodidit, fiſtulam gutturis loquen-

1 STULTUS SOLUS] Revera ſtultus eſt, qui δαιμαχῶν in animum inducit. Servius Centimetro: *Marſya cede domi tua carmina Phoebi.* Ita edidit Putſchius. Sed membranae Vett. Biblioth. Leid. exhibent, *Marſya caedo dō tua carmina Phoebi flebis.* τὸ *Phoebi* delendum eſt, & legendum: *Marſya cede Deo, tua carmina flebis.* Eſt metrum *dactylicum Steſichorium conſtans pentametro catalecto.* Ita enim ex iiſdem membranis legendum, non *acatalecto*, ut editum. MUNCK.

2 RESIDET] Gloſſ. *quaſi judex.* Forte aliquis mallet *praeſidet.* quod judices judicio etiam praeſidere dicantur. Sanè apud Tertull. legi de Reſurr. carnis cap. 14. *Subſtantiae humanae dijudicandae cenſura divina praeſideat.* Sed *reſidere* idem, quod *ſedere* eſt, verbum in hac re uſitatiſſimum. Phaedrus lib. 1. cap. 11. *Tunc judex inter illos ſedit ſimius.* Ovid. XI. Met. 157. *Monte ſuo ſenior judex conſedit.* XIII. vers. 1. *Conſedere duces.* At orator ſtat. Quintil. Declam. 250. *Tu initium putas actionis, cum judices conſederunt, cum ad dicendum ſurrexerit orator?* Immo & *reſidere* pro *praeſidere* dixerunt. Spartian. Adrian. cap. 12. *Pro agonotheta reſedit.* Vide ibi Caſaub. MUNCK. *Reſidet* hic locum habere nequit. forſan ſcripſit *deſidet* licet haec ſignificatio hujus verbi Latinis ſit incognita, ſed tum erit interpretatio verbi Graeci κάθημαι, quo uſus erit in hac re Graecus ſcriptor, quem deſcripſit Fulgentius: κάθημαι enim proprie notat *deſideo, nihil me moveo.* Ariſtophan. Nub. 269.

Ἔλθετ' ὦπ', ὦ πολυλίμνητε Νεφέλαι, τῷ σ' εἰς ἐπίδειξιν,
Εἴτ' ἐπ' Ὀλύμπου κορυφῆς ἱερᾶς χιονοβλήτους κάθησθε.

Et paullo ante vs. 254. dixerat.

ΣΩ. Κάθιζε πᾶσιν ἐπὶ τὸ ἱερὸν σκιμπόδιον.
ΣΤΡ. Ἰδὲ κάθημαι.

Eurip. Bacch. 259.

Εἰ μή σε γῆρας πολιὸν ἐξιμείοιτο,
Κάθησ' ἂν ἐν Βάκχαισι δίσμισ- μίσους.

Qui in Androm. vs. 669. eleganti metaphora hoc verbo utitur. Εἰ σὺ παῖδα σὸν δὸς τῷ πολίτῃ, εἶτ' ἴσχναις πιαδὶ, ΣΙΓΗ΄ ΚΑ΄ΘΗΣ' ἄν; ἀ δοκᾷ. hinc uni rei inhaerere, vacare. Ariſtophan. Ran. 1134.

Χαλεπὸν δὲ ἴσχυσ' ἁμιῶν, ὅταν ὁ μὲν τείνῃ βιαίως,
Ὁ δ' ἐπαναχρίφθεις δύηται, κἀπιμείδηθαι τορῶς,
Ἀλλὰ ΜΗ΄ Ν ΤΑΥΤΩ΄ ΚΑ΄ΘΗΣΘΟΝ.

Schol. v. Μὴ σὲ τῷ αὐτῷ τόπῳ καὶ λόγῳ καὶ πρόπῳ τῆς ἀτιλογίας παῦσθαι. AElian. XIV. V. H. 43. Ὁ μὲν Πθλιμιάδης, φασὶ - - - ΚΑΘΗΣΤΟ ἐπὶ κύβου, καὶ πεπαίσθαι διετέλει. Hinc inprimis κάθημαι eſt verbum regis ad regendum populum, & declarandam voluntatem in throno ſedentis proprium, quare non ſine cauſſa hoc verbo uſus AEſchylus de Jove rege, quem AEſchyli locum inluſtratum dedit Celeb. P. Burmannus de Jove Fulgeratore cap. XIV. pag. 317. Imo & judicum in tribunali judicantium. Vid. Lamb. Bos ad Acta Apoſtol. XXIII. 3. & Elſner. ad Epiſt. 1. Paulli ad Corinthios cap. 6. vers. 4. Nemini tamen hanc conjecturam obtrudo. De oratoribus ſtantibus, de quibus hic mentionem facit Munckerus, conſulendi Caſaubonus ad Theophraſti Charact. Eth. cap. 12. Meurſius ad Lycophron. vs. 470. & Elſner. ad Acta Apoſt. cap. 5. vs. 34. Eurip. in Oreſte vs. 885.

Ἐκεῖ

quendo ſignificat. Quod vero paſtor audit: [5] paſtores ſunt [illi] qui [6] aliena ſulcando ſubtilius paſcunt.

## X. *Orpheus, & Eurydice.*

[7] ORPHEUS Eurydicen nympham amavit, quam ſono citharae mulcens uxorem duxit. Hanc Ariſtaeus paſtor dum amans ſequitur, illa fugiens in ſerpentem incidit, & mortua eſt. poſt quam maritus ad inferos deſcendit, & legem adcepit, [8] ne eam converſus adſpiceret. Quam converſus adſpiciens, iterum perdidit. Haec igitur fabula artis eſt mulicae delignatio. Orpheus dicitur ὠιδία φωνὴ, id eſt optima

Ἐπεὶ ὃ πλήρης ἐγένετ' Ἀργείων ὄχλος
Κίρνᾳ ἀκοὰς εἶπε.

Pind. O. Iſthm. VI. 81.

Ὡς ἄρα εἶπὼν αὐλὸν
Ἔζιβε.

Fulgentii verba, quae ſequuntur *quia omnis diſcernendi ignarus nihil differt ab aſino*, & Hori Apollinis dicta a Munckero adducta inluſtrat Plutarchus in Sept. Sap. Conviv. Tom. II. pag. 150. Ὁ ὃ Αἴσωπος, Εἴγε (εἶπεν) εἰδέναι, ὦ ξένε, τὰς τῶν αὐλητικῶν, ὡς σοφίζονται τὰ πρόσωπα, χρώμενοι τοῖς ὠσὶ τοῖς ὄνειοις, βέλτιον ἦν ἔχειν λέγοντα. διὸ καὶ Κλεόβουλον ὁ σοφὸς Φρύγιον αὐλὸν πεφορηκότα κινῆσαι κελεύσαντες ἔδει θαυμάζειν ἐκεῖ χρήσιμος. ὅτε θαυμάζειν τὸ ὄνειον, εἰ παχύτατος καὶ ἀμουσότατος ὢν τάχιστα λεπτότατον καὶ μουσικώτατον ἀσίου παρίχεται. Καὶ ὁ Νειλέως, Ἀμέλει τοῦτο (ἔφη) καὶ ἡμῖν τοῖς Ναυκρατίταις ἐγκαλοῦσι Βασιλῆται. Χρώμενοι γὰρ ἤδη τοῖς ὠσὶ τοῖς ὄνειοις εἰς τὸ αὐλεῖν, ἐκείνοις ὃ καὶ σάλπιγγα ἀκούειν ἀξίωσιν, ὡς ὄντα φθογγοφόρον ὄμοιον. ὅτου ὃ ἐν Αἰγυπτίοις ἔστι δόξα λέγειν Τυφῶνα σεσηλακιζόμενον.

3 ASININIS AURIBUS DICITUR] Interſerit Modius aliquid, & legit, *depravari dicitur*. Cur autem hoc fictum fuerit, explicat praeter Cononem etiam Tzetzes ad Lycophron. p. 204. ed. Steph. Cum Fulgentio AEgyptii faciunt, qui hominem imperitum cum denotare vellent, humano trunco caput imponebant aſininum, ut eſt apud Horum lib. II. Lucian. de Calumn. Τὰ ὦτα ἔχων παμμεγέθη, μικρῷ δεῖν τῶν Μίδου σεσεισικότα. Quam variè jam olim fabula illa de Midae auribus aſininis explicata fuerit, diſcere licet ex Schol. Ariſtophanis in Plut. act. II. ſc. I. Μίδας βασιλεὺς ὢν Φρυγίας πλουσιώτατος, ὅτε ὦτα ὄνου ἔσχε. Τοῦτο δὲ παροιμιωδῶς ἐλέγετο ἐπὶ τούτῳ, ὅτου ὄνου ἔστι πολλὰς ἀτοπίας ἔχειν, ἢ ὅτι κώμαι Φρυγίας κατέσχεν, ἅτις ὅτε ὄνου ἐλέγετο. ἢ ἐπεὶ ὀνῶν μᾶλλον ἀκοὴ ἢ ἄλλων ζώων, πλὴν μυός. Καὶ Μίδας ὃ πολλὰς ἀτοπίας ἔσχε. Οἱ δέ φασιν, ὅτι ψῆφος ποτὲ τῷ Διόνυσον ὁ Μίδας, μετέβαλεν εἰς ὄνον. ἢ ὅτι ὄνος ᾧ Διονύσῳ παρῆν ἡδίκησε, διὸ ὀργισθεὶς ὁ θεὸς ὦτα ὄνου αὐτῷ ἐπέθηκεν· οἱ δ', ὅτι ὦτα μεγάλα φύσει εἶχεν &c. MUNCK.

4 QUOD AUTEM PER CANNAM &c.] Supr. lib. I. cap. 14. *Gutturis fiſtula, quae tereti meatum ſpiritalem praebet excurſu.* MUNCK.

5 PASTORES SUNT (ILLI) QUI &c.] Τὸ *illi* uncis à Commel. incluſum agnoſcit codex Leidenſis. nec cancellari neceſſe eſt. MUNCK.

6 ALIENA SULCANDO SUBTILIUS PASCUNT] Gloſſ. *aliena falſa indagando ſe reficiunt.* Pro *ſubtilius* Barthius conjicit, *ſua utilius.* Subtiliter Hercules & forte vere. Quid tamen ſi legas? *aliena ſcrutando ſubtilius paſcuntur*, vel *ſe paſcunt.* MUNCK.

## Ad CAP. X.

7 ORPHEUS EURYDICEN] Principium hujus capitis aſſutum fab. 164. Hygini. Notat heic gloſſator: *Eurydicen, quando per m ſcribitur Latinus accuſativus eſt, cum per n Graecus accuſativus eſt.* Stulta eſt obſervatio; ſed unde diſcas barbarum ſaeculum pravâ pronunciatione ſeductum illa, quae in recto caſu in η apud Graecos deſinunt, ſolitum in Genitivo inflectere per *is*, &, ut ita loquar cum Ulpiano, conſequenter in accuſativo per *em*. MUNCK.

8 NE EAM CONVERSUS &c.] MS. Leid. *ne ſeſe.* An ſcripſit ergo, *ne ſe converſus adſpiceret*, ἀντὶ τοῦ *eam*? Hygin. cap. 60. *Rurſus deorſum poſt ſe revolvitur.* MUNCK.

optima vox. Eurydice vero, profunda dijudicatio. In omnibus igitur artibus ſunt primae artes, [1] & ſunt ſecundae: ut in [2] puerilibus literis prima [3] abecedaria; ſecunda [4] nota. In grammaticis prima lectio, ſecunda [5] articulatio. In rhetoricis prima rhetorica, ſecunda dialectica. In geometricis prima geometria, ſecunda arithmetica. In aſtrologicis prima mathelis, ſecunda aſtronomia. In medicinis prima [6] gnoſtice, [7] ſecunda [vero] dynamice. In aruſpicinis prima aruſpicina, ſecunda paralylis. In mulicis prima muſica, ſecunda apoteleſmatice. De quibus omnibus breviter rationem perſtringam neceſſe eſt. Aliud eſt enim apud grammaticos aliena agnoſcere, aliud ſua efficere. Apud rhetores vero aliud profuſa & libero curſu effrenata loquacitas, aliud conſtricta veritatiſque indagandae curioſa [8] nexilitas. Apud aſtrologos aliud eſt aſtrorum ac ſiderum curſus effectuſque cognoſcere, aliud [9] ſignificata traducere. In medicinis aliud eſt morborum agnoſcere [10] meritum, aliud infirmitatis venientem [11] concurſum mederi. In geometricis aliud formulas lineaſque depingere, aliud numeros formulis coaptare. In aruſpicinis aliud eſt fibrarum particularumque inſpectio, aliud [12] ſecundum Battiadem [13] eventuum inmuta-

1 ET SUNT SECUNDAE] Τὸ & non habet cod. Leid. nec 5. edd. Sunt autem ſecundae artes ipſa adyta & ſanctuaria, ut primae progymnaſmata. MUNCK.

2 PUERILIBUS LITERIS] *Literis elementariis*, ut Capitolinus in Pertinace, vel *primis elementis*, ut Horatius eas vocitat. MUNCK.

3 ABECEDARIA] Fictum vocabulum, ut *alphabetum* apud Hieron. & Plin. lib. 1. MUNCK.

4 NOTA] Gloſſ. *conjunctio literarum*. Lipſius, notante Scriverio, emendat *notaria*. MUNCK.

5 ARTICULATIO] MS. Leid. *artilatio*. *Articulare* eſt clarè & diſtinctè proferre. Paulinus: *Molitaque vocis Articulare ſonum*. Sed confundit Fulgentius cum Grammatica Grammatiſticam. Grammatiſtae eſt non Grammatici docere lectionem & pronunciationem. Vide Wouw. Polymath. cap. 5. MUNCK.

6 GNOSTICE] Explorativa. Macrob. 1. Sat. cap. 20. *Sicut ait Hippocrates oportere medicum dicere de aegro*, Τάδε παρεόντα, καὶ τὰ ἐπιγιγνόμενα, καὶ τὰ μέλλοντα, *id eſt*, *Quae ſint*, *quae fuerint*, *quae mox futura ſequentur*. MUNCK.

7 SECUNDA (VERO) DYNAMICE] Illud (*vero*) non agnoſcit cod. Leid. Gloſſ. *virtus curationis*. All. edd. exhibent *mantice*. MUNCK.

8 NEXILITAS] Gloſſ. *jugalitas*. Intelligit ſyllogiſmaticum breviloquium. MUNCK.

9 SIGNIFICATA TRADUCERE] Gloſſ. *ad ſignificationem trahere*. MUNCK.

10 MERITUM] Gloſſ. *cauſas & qualitates*. MUNCK.

11 CONCURSUM MEDERI] H. e. *impetum*, ut rectè Gloſſ. Sed non rectè *mederi* cum accuſativo junxiſſe videtur Fulgentius. Ita tamen etiam Gellius lib. 1. cap. 3. *Multa cum animo meo ad caſum tam anticipitem medendum conſultanti viſum eſt* &c. Servius ad Georg. 1. 193. *Sanè medicor accuſativum regit, ut medicor illam rem: medeor vero illi rei dicimus. Nam medeor illam rem figuratum eſt*. Plura dixi ad Hyg. Aſtron. II. 4. MUNCK.

12 SECUNDUM BATTIADEM] Battiadem in Paedris laudat libro de Virgil. Contin. Unde Bacidem quidam facere voluerunt: de quo conſulendus Suidas, & Faber ad Lucian. Peregr. p. 74. MUNCK. *Bacidem* legit Jac. Nic. Loenſis lib. IX. Epiphyll. cap. 11. de quo Bacide plura Perizon. ad AElian. XII. V. H. 35.

13 EVENTUUM IMMUTATIO] Gloſſ. *qualiter res mutantur de proſperitate in adverſitatem*. MUNCK.

14 INTERNA ARTIS SECRETA] Modius, *interno artis ſecreto*. MUNCK.

15 INFERIS TRANSMIGRATUR] Ad inferos traducitur. Vide not. ad Hyg. cap. 259. MUNCK.

16 ET QUAE APOTELESMATICA] Cod. Leid. *& quia*. MUNCK.

17 Do-

mutatio. In muſicis vero aliud eſt harmonia phthongorum, ſyſtematum, & diaſtematum: aliud effectus tonorum virtuſque verborum. Vocis ergo pulchritudo, delectans [14] interna artis ſecreta, virtutem etiam myſticam verborum adtingit. Sed haec quantum ab optimis amatur, ſicut ab Ariſtaeo, (ἄριστον enim Graece optimum dicitur) tantum ipſa ars communionem hominum vitat; quae quidem ſerpentis ictu moritur, quaſi adſtutiae interceptu ſecretis velut [15] inferis tranſmigratur. Sed poſt hanc artem exquirendam atque elevandam vox canora deſcendit, [16] & quae apoteleſmatica, phantaſtica omnia praebet, & modulis tantum vi ſecreta latentibus, voluptatum reddit effectus. Dicere enim poſſumus, quod [17] Dorius tonus aut Phrygius, Saturno coiens, feras mulceat; [18] ſi Jovi, aves oblectet. At vero ſi rei expoſitio quaeritur, cur hoc fiat, veſtigandae rationis captus immoritur. [19] Ideo ergo & ne eam reſpiciat, prohibetur: & dum videt, amittit. Nam perfectiſſimus [20] Pythagoras dum modulos numeris coapturet, ſymphoniarumque pondera terminis arithmeticis [21] per melos & rhythmos & modulos ſequeretur, [22] effectus vero rationem reddere non potuit.

XI.

17 DORIUS TONUS] Schol. Pind. ad Olymp. I. 26. Εἰσὶ ϗ ἁρμονίαι πλάγιοι δώριος, φρύγιος, λύδιος. Schol. Horat. ad lib. IV. od. ult. *Tres modos habebant, Ionicum, Lydium & Phrygium.* Sed idem ad epod. 9. ſeptem numerat. Quindecim Alypius cap. I. & ſeqq. Conſer Apulej. Florid. I. MUNCK. V. Olear. ad Philoſtrat. de Apoll. Tyan. I. 30. ubi de pluribus agitur. ſed cur a Scholiaſte Pindari tres modo exprimantur, & a Fulgentio duo, cauſſa haec eſt, quia hi erant primi ac praecipui. Audi Plutarch. de Muſica pag. 1134. Tom. II. Τίνων γὰρ πρῶτον ἔστιν καὶ Πολυμήστορ ϗ Σακάδου, τῶν Δωρίων, ϗ Φρυγίου ϗ Λυδίου, ὃν ἐκάστῳ τῶν εἰρημένων τόνων ἐφάρμοττα ποίσασθαί φασι τὸ Σακάδου, διὸ δεῖξαι ἄδοντ τὸ χορεῖον, δωριστὶ μὲν τὸν πρῶτον, φρυγιστὶ ϗ τὸν δεύτερον, λυδιστὶ ϗ τὸν τρίτον.

18 SI JOVI] Illud *ſi* exturbat Modius. Sed agnoſcit Leid. cod. Nec deleri neceſſe eſt, ſi *coeat* ſubaudias ex praecedentibus. MUNCK.

19 IDEO ERGO] Leid. cod. *ideo vero.* MUNCK.

20 PYTHAGORAS] Prolixè haec narrat Macrobius lib. II. in Somn. Scip. cap. I. Adde Iſidor. Orig. II. cap. 15. Etiam Arithmeticen eius inventum quidam volucre. Vide Meurſium De nar. Pythag. cap. I. MUNCK. V. Menag. ad Diogen. Laërt. VIII. 12.

21 PER MELOS] MS. Leid. *Per mela & rythmos vel modulos.* Τὸ *mela* rectè habet. Capella lib. IX. *Tu vatum mela dulcibus Camoenis, Et ſeis Pindaricam Chelyn referre.* Et poſt paulo: *Viciſſimque dulcia mela geminantur.* Lib. IX. *Bis plenum omniſona cui recinunt mela.* Auſon. Parent. 27. *Cui brevia mela modifica recino.* Etiam *meli* in genitivo ſingulari dixit Servius Certimetro. *Anacreonticum conſtat tetrametro acatalecto, ut eſt hoc: Hic finis eſt, Iambe ſalve vindice doctor meliori.* Ita dedit Putſchius. At legendum ex membranis Bibliothecae Leid. *Hic finis eſt, Iambe ſalve vindicis doctor meli.* Nihil verius. Iambus eſt doctor meli vindicis. Sed is caſus poteſt eſſe à recto *melus*, unde *melum* accuſ. ſing. Paccuvius, & *melos* eodem caſu plur. Accius & Varro dixere. *Melorum* gen. plur. eſt apud Terent. Maur. p 62. *Auctor & ductor melorum, qui duas breves habet.* MUNCK.

22 EFFECTUS VERO] Τὸ *vero* non habet codex Leid. Et rectius ſanè abeſt. MUNCK. De Pythagora haec Plutarchus de Muſica T. II. p. 1144. Πυθαγόρας δ' ὁ σεμνὸς ἀκριβολογίᾳ τὴν κρίσιν τ Μουσικῆς τὴν ἀφ' τ ἀκοῆς, τῷ λογικῷ τὴν τούτων ἀρετὴν ἐφαρμόττειν φησί. Τοιγαροῦν τῷ μὲν ἀκοῇ ἐκ ἐφαπτεται αὐτῶν, τῇ ϗ ἀναλογικῇ ἁρμονίᾳ μόνοις τ' ἐφαπτεται μοχθεῖ δ' ἀφ' ἑαυτῶν ἐκεῖνα τὸν τ μουσικὸν ἐπίγνωσιν. & pag. 1147. Τὸν γὰρ ἔντασιν φασὶν, ϗ τὸν τ ἀρσεως κίνησιν οἱ περὶ Πυθαγόραν ϗ Ἀρχύταν, ϗ Πλάτωνα, ϗ οἱ λοιποὶ τ

## XI. *Phineus.*

PHINEUS enim in modum avaritiae ponitur: & à foenerando Phineus dictus eſt. Ideo caecus, quod omnis avaritia caeca ſit, quae ſua non videt: [1] ideo & Harpyiae cibos rapiunt; quia rapina ei aliquid de ſuo comedere non permittit. At vero quod ejus prandia ſtercoribus foedant, oſtendit foenerantium vitam rapinae ingluvie eſſe ſordidam. Sed has à conſpectu ejus [2] Zetus & Calais fugant. Graece enim ζητῶν καλὸν inquirens bonum [3] dicitur. Ideo volatici, quia omnis inquiſitio boni numquam terrenis rebus miſcetur. Ideo [4] Aquilonis venti filii, quia bona inquiſitio ſpiritalis eſt, non carnalis: ergo veniente bonitate, omnis rapina fugatur.

## XII. *De Alpheo & Arethuſa.*

ALPHEUS fluvius Arethuſam nympham amavit: quam cum ſequeretur, in fontem converſa eſt. Ille [5] in mediis undis ambulans, non inmixtus, in ſinum ejus inmergitur: unde & apud inferos [6] oblivionem animarum trahere dicitur. Alpheus enim Graece quaſi ἀληθείας φῶς, id eſt veritatis lux. Arethuſa vero, quaſi [7] ἀρετίσα, id eſt nobilitas aequitatis. Ergo quid amare poterat veritas, niſi aequitatem? quid lux, niſi nobilitatem? Ideo & in mari ambulans non miſcetur, quia lucida veritas omni malorum morum falſedine circumdata, pollui aliqua commiſtione non novit. Sed tamen in ſinum aequiſſimae poteſtatis omnis lux veritatis dilabitur. Nam & deſcendens in infernum, id eſt in ſecreta conſcientiae, veritatis lux, malarum rerum ſemper oblivionem inportat.

FABI

ἀρχαῖοι φιλοσόφοι ἐκ διὸ Μουσικῆς γένους ἦ, ἢ συνεσάνας ἴφασκον.

## Ad CAP. XI.

1 IDEO ET HARPYIAE] Lege, *ideo ei* cum MS. Leid. & 5. edd. Ἰσοχικῶς fabulam explicat Tzetzes in Lycophron. p. 34. MUNCK.

2 ZETUS] Non probo iſtam confuſionem. Alius enim Ζήθης, alius Ζήτης. Vide not. ad Hyg. cap. 14. MUNCK.

3 DICITUR] MS. Leid. *dicimus*. Quod ſperni non debebat. MUNCK.

4 AQUILONIS VENTI] Hygin. cap. 19. *Zetes & Calais Aquilonis venti & Oritbyiae filii*. Vide ibi notas noſtras. MUNCK.

## Ad CAP. XII.

5 IN MEDIIS UNDIS AMBULANS] Servius ad Eclog. x. 4. *Alii dicunt ad Arethuſam nympham Siciliae Alpheum de Elide venire per maria: ſecundum quos alibi dixit, Alpheum fama eſt huc Elidis amnem Occultas egiſſe vias ſubter mare. Alii dicunt ipſam Arethuſam jam in fontem mutatam Alpheum fugere, & de Elide ad Siciliam venire: quod nunc eſt ſecutus. Sanè dicitur quodam tempore patera aurea in Arethuſa inventa, quam Olympionicae* (leg. *Olympionices* vel mox *miſerant*) *in Alpheum miſerat; & cum Olympiae beſtiae caeduntur, cruor earum * in Alpheum infuſus, in Arethuſam exit.* Tolle aſteriſcum, & confer quae dicit ad III. AEn. 694. Plin. lib. II. cap. 103. Lactant. Argum. Met. lib. v. fab. 10. Ammian. Marcell. lib. XV. p. 40. ed. Lindebrog. MUNCK. Conſule Pauſan. lib. v. cap. 7. pag. 390. lib. VII. cap. 23. pag. 581.

6 OBLIVIONEM ANIMARUM] Quam animae apud inferos potant. Vide Virgil. AEn. VI. 715. MUNCK.

7 ἈΡΕΤΊΣΑ] MS. Leid. *Aretheiſa*. Forte ſcripſerat, ἀριτὴ ἴσα. MUNCK.

# FABI PLANCIADIS FULGENTII

## V. C. LIBER DE EXPOSITIONE VIRGILIANAE CONTINENTIAE.

Iſacius Tzetzes, vir doctiſſimè eruditus, in Commentario ſuo Lycophroniano:

Τὰς ὴ ἀλληγορίας εἰ μήπω τινὰς ἀναγκαίας, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἱστορικῶν ἐατέον, ὅτι οὐδ' ἔστιν ἐπὶ ἀλληγορεῖν ἐνταυθοῖ. Οὕτω γὰρ μυθικῶς πάντα γεγραφε.

Junilius Epiſcopus Africanus Comment. in caput 1. Geneſ.

*Diligenter intuendum, ut ita quiſque ſenſibus allegoricis ſtudium impendat, quatenus apertam hiſtoriae fidem allegorizando non derelinquat.*

# FABII PLANCIADIS FULGENTII,

DE

# ALLEGORIA LIBRORUM VIRGILII

AD

## CHALCIDIUM GRAMMATICUM.

EXPETEBAT quidem, [2] Levitarum ſanctiſſime, noſtri temporis qualitas grande ſilentium, ut non ſolum mens [3] expromtare deſiſtet, quod didicit, [4] quantum etiam oblivionem ſui efficere debuit quia

1 DE ALLEGORIA &c.] Veram inſcriptionem eſſe *de expoſitione Virgilianae continentiae* rectè in orâ libri ſui notaverat Scriverius. Firmant id cum coronis huic libello affixa, tum etiam illa Mythol. lib. III. cap. 6. *Poene duorum librorum continentia:* nec non quae mox ſub initium hujus ſcripti habes, *Virgilianae Continentiae ſecreta phyſica tetigi.* Et, *phyſicè trium vitarum reddidit continentiam.* Immo & iſta, *habes breviter decurſam primi libri continentiam. Continentiam* nempe dixit pro eo, quod continetur. AEthicus Praefat. Coſmogr. *De omni ejus continentiâ perlatum eſt ad ſenatum.* Apulejus Dialogo Hermetis: *De verâ rationis continentia decidiſti.* Anonymus in notulis ad hunc libellum: *Scripti libri hunc habent titulum:* Fabii Planciadis Fulgentii V. C. incipit Virgilianae Continentiae ſecundum philoſophos moralis expoſitio. Non longè abit ἐπιχειρῶ illa alterius ex Vaticanis codicibus: *Fabius Placius de Fulgentio Moralis expoſitio Virgilianae continentiae.* Gloſſ. Labb. *Continentia,* ἀδιοχὴ, συνοχὴ, ἐγκράτεια. Prima explicatio hujus loci eſt. Retinuit Graecam vocem Auſonius, cum Argumenta Iliados & Odyſſeae Homeri *Periochas* appellavit. MUNCK.

2 LEVITARUM SANCTISSIME] I. e. diaconorum. Iſidor. Orig. lib. VII. cap. 12. *Levitae ex nomine auctoris vocati: de Levi enim Levitae exorti ſunt, à quibus in templo Dei myſtici ſacramenti miniſteria explebantur. Hi Graecè Diaconi, Latinè miniſtri dicuntur.* Confer eund. in de Offic. lib. II. cap. 8. Salvian. Praefat. ad Salonium pag. 312. ed. Pith. *Ad Levitas etiam atque presbyteros* h. e. diaconos &c. MUNCK.

3 EXPROMTARE DESISSET] Gloſſ. *expromere deſineret.* Recte. Ut reliqui Afri poene omnes, ita & Fulgentius ἐπιχειρῶ pro imperfecto frequenter uſurpat. Vide quae annotavi ad Prolog. lib. I. MUNCK. Codex Membranac. Voſſ. *expremere deſineret.*

4 QUANTUM ETIAM] Ἀλλὰ δ verum etiam. Conſule Indicem. MUNCK.

quia vivit. Sed quia [1] nova caritas dominatu fulcitur, & in amoris praecepto contemtus numquam admittitur; ob hanc rem Virgilianae continentiae secreta physica tetigi, vitans illa, quae plus periculi possent [2] praerogare, quam laudis. Vae inquam nobis, apud quos & nosse aliquid periculum est, & habere. Ob quam rem & [3] bucolicam georgicamque omisimus, in quibus tam mysticae sunt [4] interstinctae rationes, quo nullius pene artis in iisdem libris interna Virgilii [5] praeterit viscera. Denique in prima Ecloga, secunda, & tertia, physice trium vitarum reddidit continentiam. In quarta vaticinii artem adsumsit. In quinta [6] Pontificalia designavit. In sexta artem musicam cum suis perfectissimis posuit numeris. In parte vero ejusdem eclogae physiologiam secundum Stoicos exposuit. Septima [7] notakinen δύναμιν tetigit. Octava apotelesmaticen Musicorum & magicam designavit: in parte vero extrema tetigit [8] efenuesion, quam etiam in nona ecloga persecutus est. In octava quidem, ubi dicit,

*Adspice conripuit tremulis altaria flammis*
*Sponte sua, dum* [9] *ferre moror, cinis ipse: bonum sit.*
*Nescio quid certe est, & Hylax in limine latrat.*

In

1 NOVA CARITAS &c.] Gloss. *magna*. Sed pro *fulcitur* Leid. cod. habet *fulciatur*. Veriorem puto alteram lectionem, quae vulgatae appicta erat in illo codice, *novo caritatis dominatu*. Atque ita praefert quoque Genev. editio. Refer ergo verba ista ad τὸ *mens*, quod praecessit. MUNCK.

2 PRAEROGARE] Vide, si tanti putes, quae de hac voce annotavi ad Prolog. lib. I. Junilius quoque, ut Afrum decebat, in Praefat. ad Primas. *Sufficit haec una temeritas, quod divino gazophylacio ex paupertate confessa duo haec audeo minuta jactare. Sunt qui talentis onerent, unde egentibus praerogentur.* Lege, *praerogetur*. Intelligi autem vult Planciades *rationes deorum vel fabulas*, ut rectè glossator. MUNCK.

3 BUCOLICAM GEORGICAMQUE] Ita quidem habet etiam Leid. cod. Sed in posteriori voce litera *c* recentiori manu erat addita. Gloss. Philox. *Pullat* (in Georgiâ arbores dicuntur, quoties ramos ex se generant) βλαστάνει, παρεφυάδας βάλλει. Legitur apud Maronem I. Georg. vers. 17. *Pullulat ab radice*, non *pullat*. Vett. membranae bibliothecae Leidensis, quae continent explicationem I. & II. lib. Georg. Virgil. *Male autem quidam Georgiae duos tantum libros asserunt, dicentes Georgiam esse γῆς ἔργον, id est, terrae operam, quam primi continent libri. Tertius & quartus licet Georgiam non habent, tamen ad utilitatem rusticam pertinere dicimus.* Praefero tamen *Georgicam*, cum ita & in Servii prooemio edito legatur. Diomedes lib. III. Ἐξηγηματικὸν *est vel enarrativum, in quo poëta ipse loquitur sine personae ullius interlocutione, ut se habent tres Georgicae, & prima pars quarti.* Etiam in Glossis *Georgicâ* rescripserim potius, quam *Georgicis* cum Cujacio. Ad eundem modum aetas illa inflectebat Chronica Chronicae, Biblia Bibliae, Pascua Pascuae. Pseudo-Cyprianus in de Revel. cap. Joannis Baptistae: *Chronicam Marcelli principio legat.* Vetus interpres Ps. XXII. vers. I. *In loco pascuae ibi me collocavit.* Haimo Homil. p. m. 37. *Ob abundantiam & fertilitatem pascuae.* Confer Voss. in de Vit. Serm. lib. I. cap. 12. Drus. ad Inscriptionem Histor. Sacrae Sulpic. Severi. MUNCK. Voss. cod. *Ob q. r. Bucolicam Georgicam omisit.*

4 INTERSTINCTAE] Gloss. *distinctae*. Talia sunt in Prologo lib. I. *Mysticis interserent rationibus.* Et, *cujus te visceribus interstringi popposceris*, nisi *interstingi* & ibi legendum est. MUNCK. *M. interstinctae sunt r.* Voss. c.

5 PRAE-

In nona vero ecloga, ubi dicit,

[10] *De coelo tactas memini praedicere quercus.*
Iterumque —— *Lupi Moerin videre priores.*

PRIMUS vero Georgicorum eſt omnis aſtrologus, & in parte extrema [11] ephemericus. Secundus phyſiognomicus & medicinalis. Tertius omnem aruſpicinam continet, quam quidem & in ſexto AEn. (245.) tetigit, dum dicit,

*Et ſummas carpens media inter cornua ſetas,*
*Ignibus inponit ſacris libamina prima.*

Quartus vero ad pleniſſimam rationem eſt Muſicus cum ſua apoteleſmatice in fine carminis dicta. Ergo doctrinam mediocritatem temporis excedentem omiſimus, ne, dum quis laudem quaerit nominis, [12] fragmen reperiat capitis. Eſto igitur contentus, mi Domine, leviori faſciculo, quem tibi Heſperidum florulentis decerpſimus hortulis. Aurea enim mala ſi expetis, eſto Euryſtheus [13] alio fortiori, qui, ut Alcides, ſuam pro nihilo reputet vitam. Poteris enim ex his tacite multa

5 PRAETERIT] Lege, *praeterierit*, ut eſt in ed. Genev. *Quo* pro *ut* identidem uſurpat hic ſcriptor. MUNCK.

6 PONTIFICALIA DESIGNAVIT] *Apotheoſin deſcripſit.* Gloſſ. MUNCK.

7 NOTAKINEN] Edit. Genev. *τοξλκὴν.* Scriverius margini illeverat, *Votanicen.* Hoc eſſet, *βοτανικὴν.* MS. Leid. *Hetakicen.* N. L. MUNCK.

8 EFENUESION] Ita & Leid. cod. Gloſſ. *id eſt, prognoſticon, ſigna futura rei.* Scriverius conficiebat, *ἐμαντίστον.* Genev. Edit. exhibet, *ἐφημερικὸν.* MUNCK.

9 FERRE MOROR] Haec abſunt Voſſ. codici. Mox pro *certe* idem habet *certum.* Pro *Hylax* idem *Hylas.* in Excerptis Voſſianis in ipſum Virgilii locum *Neſcio quit certi eſt: & Hylas in l. l.* Mox pro *iterumque* Voſſ. *& iterum.* in verſu Virgilii Ecl. IX. 54. Pro *Moerin* Voſſ. *Moerim*, ut & in Excerpt. Voſſ. eo loci.

10 DE COELO TACTAS] Hic verſiculus non in nonâ, ſed primâ legitur eclogâ vs. 17. In nonâ hunc habes: *Saepe ſiniſtra cavâ praedixit ab ilice cornix.* MUNCK.

11 EPHEMERICUS] Ita & Leid. cod. Malè *ἐφημικὸς* ed. Genev. MUNCK. Pro *extrema* Voſſ. *poſtrema.* Mox in Virgilii verſu idem *ſumma* pro *ſummas.* & in Fulg. *ſuo ap.* pro *ſua ap.*

12 FRAGMEN REPERIAT CAPITIS] Malè *fragilitatem mentis* interpretatur Gloſſator. Significat ſcire aliquid capital fuiſſe id temporis. Vide quae praeceſſerunt, & Prolog. lib. I. Caeterum pro *fragmen* exhibent *fragumen* Leid. cod. & editio Genevenſis. Quod non temerè damnaverim. Ita à *tego* non *tegmen* tantum, ſed *tegimen* & *tegumentum* legas apud Apulejum, Ovidium, & Livium. Gloſſ. Labb. *Fragmen*, *κλάσμα.* Atque ita ea vox uſurpatur à Prudentio, Ovid. XI. Met. 561. Vet. Interpret. Cantic. cap. 4. & aliis. Sed Fulgentius pro fracturâ heic accepit, ut & Auſon. epigram. 35. *Poſt M inciſum eſt: puto ſic IVI non tota videtur: Diſſiluit ſaxi fragmine laeſus apex.* Ita ſcribendum ex edit. Stoer. anni 1598. Fractum ſignificat apicem literae M. MUNCK. In Voſſ. codice, quem ego conſului, ſcribitur *fragimen.* & pro gloſſa *figmentum & fragilitatem mentis.*

13 ALIO FORTIORI] *Ἀρχαϊκῶς* pro *alii.* Feſtus: *Ali rei dixit* Plautus pro eo, quod eſt *aliae rei.* Columbanus in Monoſtichis: *Quod tibi vis fieri, hoc alio praeſtare memento.* Vide ibi Cl. Daumium. Sic in Grut. Inſcript. pag. 756. *Mi ipſo.* p. 940. *nullo*, pro *nulli* & *ipſi.* Auſon. Praefat. Centon.

multa conligere, quae ad inſtrumentum tui proficiant deſiderii. Egò vero, [1] Chryſippi ellebori [2] rancidulo acrore poſtpoſito, cum Muſis aliquid blandius [3] fabulabor.

*Vos Heliconiades, neque enim mihi ſola vocanda eſt*
*Calliope, conferte gradum, date praemia menti.*
*Majus opus moveo: nec enim mihi ſubficit una:*
*Currite Pierides, & juncto robore nobis*
*Parnaſias niveo compellite pectine chordas.*

Haec tam parva precatio credo quod Virgilianis ſatisfecerit Muſis. [4] Cede

*Solae memoriae opus eſt.* Propert. lib. I. el. 20. *Nullae debita curae.* Tibull. lib. IV. el. 6. *Ullae non ille puellae Servire, aut cuiquam dignior illa viro.* Servius Centimetro: *Phrynichium conſtat tetrametro catalecto, ut eſt hoc*: Tibi ſonus fero donum, ſolae quod dant Veneri. Lege ex membran. Cod. Leid. *Tibi veris fero* &c. Plura hoc genus invenies in notis noſtris ad Hyg. Myth. cap. 5. apud Stewech. in Apulej. p. 80. & Voſſium Analog. lib. IV. p. 177. MUNCK.

1 CHRYSIPPI ELLEBORI] Scriverius & Tollius in ſuis libris, *Chryſippei ellebori.* Atque ita video etiam voluiſſe Barthium ad Stat. Tom. III. p. 99. MUNCK. Pro *ego* Voſſ. *ergo. Criſippi* pro *Chryſippi.*

2 ACRORE RANCIDULO] Malit forte aliquis *acore.* Quà voce utitur Tertull. contra Marc. lib. I. cap. 2. Plin. lib. VII. epiſt. 3. Iſidor. Orig. XVII. 7. & XX. 3. Sed *acrore* etiam diſertim Leid. cod. cum gloſſà *acredine.* Verum nec *acror*, nec *acredo* apud antiquos putem inveniri. Invenio tamen in Gloſſis Labb. *Acredo*, πικρία. *Acritas* & *acritudo* ſunt apud Gellium. Eſt autem *rancidum*, quod ταγγὸν Graeci dicunt. Unde ταγγίασις, *rancor* in Gloſſis Labbaei. Utitur eà voce praeter Palladium etiam Auguſtin. Meditat. I. & Hieron. Epiſt. Select. lib. I. 18. 19. & 39. Verum quia *ranceſco* Graecis non eſt ταγγάζω, ſed ταγίζω, in Gloſſis reſcripſerim τάγισις. MUNCK.

3 FABULABOR] *Fabulor* MS. Leid. Benè monet Gloſſator, quae mox ſequuntur verba, *neque enim mihi ſola vocanda eſt Calliope*, includenda eſſe parentheſi. MUNCK.

4 CEDE NUNC MIHI] *Cedo* dixiſſent alii. Notum eſt illud Taciti A. I. 23. *Cedo alteram.* Fors ſit tamen, ut *cette* ἀρχαϊκῶς ſcripſerit. Naevius: *Patrem Lycurgum cette.* MUNCK.

5 BRACTAMENTO] Malim, *bracteamento*, ut derivetur à verbo *bracteare*, unde *bracteata eloquentia* apud Solinum, *bracteatae comae* apud Capellam lib. I. p. 20. *imbracteari auro* apud Marcellin. lib. XIV. & XVII. Eſt autem *bracteamentum* heic *ſubtile figmentum*, ſi gloſſatorem audimus. Adde his, quae de iſtà voce notavit Juretus ad Symmach. lib. I. epiſt. 26. MUNCK.

6 ARCANUM QUODDAM] Malim, *quiddam.* Puto idem vocabulum reſtituendum Petronio pag. 214. edit. Gabb. *Mirabile quidem paupertatis ingenium, ſingularumque rerum quaſdam artes fames edocuit.* Lego, *mirabile quiddam.* Pariter languet illud *quidem* apud eundem p. 186. *Tandem Crotona intravimus; ubi quidem parvo diverſorio refecti, poſtero die amplioris fortunae domum quaerentes, incidimus in turbam haeredipetarum.* Libenter ſcripſerim, *quodam parvo* &c. Seneca Suaſ. I. *Sacrum quidem terris natura circumfudit oceanum.* Et iſtic *ſacrum quiddam* repoſuerim. MUNCK.

7 LATRANTI TRACTU] *Latranti tractatu* habere ſcriptos duos libros monet anonymus in Genev. Edit. Sed *tractu* diſertim Leid. cod. quod pro *expoſitione* eſſe dictum notat Gloſſator; perperam, ut diſcere potes ex Gronov. Obſervat. lib. II. cap. I. ubi *latranti tractu* dixiſſe Fulgentium, pro *latratu* vel *murmure lentato*, rectè docet. Seneca de tonitru Agam. vers. 466. *Tum murmur grave Majora minitans collibus ſummis cadit, Tractuque longo littus ac petrae gemunt. Tractus* inſtantiae opponitur. Plin. lib. V, epiſt. 8. *Haec vel maximè vi, amaritudine, inſtantiâ: illa tractu & ſuavitate, atque etiam dulcedine placet.* Epitaph. Lucan. *Quae tractim ſerpit plus mihi comma placet.* MUNCK.

8 AUSONIDUM] Hoc eſſet, *Auſonidarum.* Ita *poëtae AEolidae* dixit Priſcian. lib. I. Leid. cod. exhibet *Auſonum.* MUNCK.

9 SALSURAM DULCESCAS] Gloſſ. *amaritudinem dulcem reddas.* Dulceſcere ergo activè pro edul-

care

4 Cede mihi nunc perſonam Mantuani vatis, quo fugitivos ejus in lucem deducamus amfractus. Nam ecce ad me etiam ipſe, Aſcraei fontis 5 bractamento ſaturior, advenit; quales vatum imagines eſſe ſolent, dum adſumtis ad opus conficiendum tabulis, ſtupida fronte 6 arcanum quoddam 7 latranti intrinſecus tractu ſubmurmurant. Cui ego, Seponas quaeſo caperatos obtutus, 8 Auſonidum vatum clariſſime, rancidamque altioris 9 ſalliuram ingenii jocondioris quolibet mellis ſapore dulceſcas. Nam non illa in tuis operibus quaerimus, in quibus aut 10 Pythagoras modulos, aut Heraclitus ignes, aut Plato ideas, aut Hermes aſtra, aut 11 Chryſippus numeros, aut 12 endelechias Ariſtoteles 13 inverſat: nec illa, quae aut 14 Dardanus in Dinameris, aut 1 Bat-

care poſuit, ut *inſueſcere* & *aſſueſcere* Horatius: quorum prius legitur lib. I. Sat. IV. 105. *Inſuevit pater optimus hoc me.* Tò *hoc* auferendi caſu poſitum cenſeo. Flor. lib. I. cap. I. *Aſſuetae ſanguine & praedâ volucres.* Imitatus Horatium Prudentius Hymn. Cath. IX. *Mortuos olim ſepultos ut redire inſueſceret.* Caeterum ad eundem modum *innoteſcere* pro *notum reddere* poſuit Auguſtin. Soliloq. cap. 7. *Quantum debeo placere tibi, innoteſce mihi.* Haimo Homil. p. 37. *Qui verum Deum ſolummodo innoteſceret ortum.* Locutus ad eundem modum praeter Nittardum, Redemptum in vitâ Iſidori, Victorem de Perſec. Vand. lib. III. & veterem Bibliorum interpretem, etiam Gregor. Dialog. lib. II. cap. 8. III. cap. 33. *Quieſcere* pro *quietum reddere* Maro, Seneca, & Salluſtius dixere, ut in notis ad Baſil. orationes pag. 91. oſtendit Dauſquejus. Addo illis iſtud Propert. lib. II. el. 25. *Quamvis ille ſuam laſſus requieſcat avenam.* Hieron. Epiſt. Select. lib. I. ep. 4. *Super humilem & trementem verba ſua requieſcit.* Virgil. in Ciri: *Quo rapidos etiam requieſcunt flumina curſus.* MUNCK. Sic apud Corn. Nepot. Fragm. XII. pag. 747. *Ne ille ſinat te ea perſeverare* recte defendit Gronovius, ut docui cap. v. meorum Otiorum, quamquam Rutgerſius lib. v. V. Lect. cap. 12. *eo perſeverare* emendat. Sic *conſiſtere* ac *conſidere* active ſumi docet Cortius ad Salluſtii Jugurth. cap. 49. n. 5. *Migrare* pro *tranſferre* v. Munck. ad Hygini fab. 259. Graecorum imitatione. Sophocl. OEd. Tyr. 481.

Ἔλαμψε δ' ὅδ' ἡφαίστος
Ἀρᾶς φανεῖσα
Φλὸξ Παρνασσοῦ,
Τὸν ἄδελφον ἄνδρα πάντ' ἰχνεύειν.

Ubi Vet. Schol. *ὁ χειμὼν δὲ ὅ Παρνασσὸς ὅ χιονώδης· ὁ φανεὶς ἀρᾶς ἰδίλωσι πάλιν Θηβαῖον ζητεῖν τὸν κρυπτόμενον ἄνδρα, τοῦτο τὸ φανέν.* Βάπτειν cum compoſitis active ſumi docuit Vir doctus in Obſ. Miſc. A. 1738. M. S. O. N. D. pag. 436. Adde quae notavi ad Nepot. Attic. cap. XI.

10 Pythagoras modulos] Ille enſm muſicam inveniſſe fertur. Vide annot. ad Mythol. lib. III. cap. 10. MUNCK.

11 Chrysippus numeros] Videndus Sidonius lib. IV. epiſt. 3. & ibi Savaro. MUNCK.

12 Endelechias] Edit. Genev. *ἐντελιχείας.* Capella lib. II. *Ariſtoteles per coeli quoque culmina endelechiam ſcrupuloſius requirebat.* Utrum per *ει* an per *τ* ſcribi ea vox debeat, multis diſputatum pridem à doctis hominibus. Conſule inter alios, immo ante alios omnes, Bud. lib. I. de Aſſe pag. 6. & ſeqq. Tertullian. de Anim. cap. 31. *Et numeres Pythagorae viderem, & ideas Platonis oſtenderem, & entelechias Ariſtotelis occuparem.* Quid *entelechia* ſit, anquiritur à Scalig. adverſus Cardan. Exercit. 307. & Nemeſio in aureo illo libello de Naturâ hominis cap. 2. pag. 63. MUNCK. Ἐντελίχειαν vocat Diogenes Laert. V. 32. ubi Aldobr. item Plutarch. lib. IV. de Placitis Philoſophorum cap. 2.

13 Inversat] Gloſſ. *exequitur, tractat.* MUNCK.

14 Dardanus in Dinameris] Puto illum intelligi magum, de quo Plin. lib. XXX. cap. I. Apulej. pag. 371. ed. Elmenhorſt. Euſeb. lib. II. Praepar. Euang. Sed quid ſibi vult *in Dinameris?* Gloſſ. explicat, *in naturali poteſtate.* Putes legiſſe, in *Dynamicis*, vel *Dynamice.* Malè omnino. Qui *Paredri*, qui *Dynameri*, qui denique *Catabolici* ſint daemones, egregiè explicat Salmaſius ad Spartian. Adrian. cap. 14. MUNCK.

[1] Battiades in [2] Paredris, aut [3] Campeſter in Catabolicis infernalibuſque cecinerunt: ſed tantum illa quaerimus levia, quae [4] menſualibus ſtipendiis Grammatici [5] diſtrahunt puerilibus auſcultatibus. Tum ille, contracto rugis multiplicibus ſupercilio, Putabam te inquit, homuncule, [6] creperum aliquid deſipere, in cujus cordis vecturam meas oneroſiores expoſuiſſem ſarcinulas: at tu [7] telluris glabro ſolidior, [8] adipatum [9] ructuas quidpiam. Cui ego, Serva iſtaec, quaeſo, tuis Romanis, quibus haec noſſe laudabile competit, & inpune ſubcedit. Nobis vero erit maximum, ſi vel extremas tuas contigerit perſtringere fimbrias. Ad haec ille, [10] Quatinus, inquit, [11] tibi diſcendis [12] non adipata craſſedo ingenii, quam temporis formido [13] periculo reluctat, de noſtro torrentis ingenii inpetu breviorem urnulam praelibabo, quae tibi crapulae [14] plenitudine nauſeam movere non poſſit. Ergo vacuas fac ſedes tuarum aurium, quo mea commigrare poſſint eloquia. Itaque compoſitus in dicendi modum [15] erectis in iotam duobus digitis, ter-

1 BATTIADES] Supr. lib. III. cap. 10. *In aruſpicinis aliud eſt fibrarum particularumque inſpectio, aliud ſecundum Battiadem eventuum immutatio.* Conſule ibi annot. noſtras. MUNCK.

2 PAREDRIS] MS. Leid. *Parredis.* Sed perperam. Tertull. de Anim. cap. 28. *Scimus etiam magos elicere explorandis occultis per catabolicos, & paredros, & pythonicos ſpiritus.* De Paredris etiam Heinſius videndus Ariſtarchi ſui cap. 7. MUNCK.

3 CAMPESTER] Idem eſt, ni fallor, cujus de cometis laudat *πεζογραφίαν* Servius ad AEn. X. vers. 272. MUNCK.

4 MENSUALIBUS STIPENDIIS] *Ἐπιμηνίοις.* Vetus Comment. ad Juvenal. Sat. VII. vers. 120. *Graecè dicit* epimenia. *Nam Latinè menſtrua dicuntur dentium.* Lego, *diſcentium.* Gildas epiſtol. pag. 21. ed. Lond. *Queruntur non affluenter ſibi epimenia contribui.* Menſtrua ſanè apud veteres fuere ſalaria, ut inter alios etiam Euſebius lib. V. cap. ult. nos docet. Caeterum pro *menſalibus* malim heic *menſtrualibus.* Nonius Marcellus cap. XII. 53. *Merces menſtrualis.* A *menſis* derivatur *menſurnus*, de quo Priſcian. ſub finem lib. II. & *menſtruus*; inde jam *menſtrualis.* MUNCK.

5 DISTRAHUNT] Gloſſ. *vendunt.* MUNCK.

6 CREPERUM ALIQUID DESIPERE] Capella lib. I. pag. 2. *Ne tu*, inquam, *deſipis? admodumque perſpicui operis ingreſſum noſcens creperum ſapis?* Quo loco pro *ne tu* Leid. Bibl. membranae exhibent *non tu.* MUNCK.

7 TELLURIS GLABRO SOLIDIOR] Ita & Leid. cod. Gloſſ. *Telluris ſoliditate durior.* Scriverius emendaverat in libro ſuo, *telluris globo.* Swartius Analect. lib. III. cap. 2. *tellutigradario.* Ipſum vide ſis. MUNCK. Gloſſ. in cod. Voſſ. quem ego conſului *aſperitate durior.* & paullo ante *diſtrahunt* explicant per *venundant.*

8 ADIPATUM] Gloſſ. *Tuccetoſum; ab adipe diſtum.* De *tucetis* vide noſtrum in libello de Priſco Sermone. Gloſſ. Labb. *Adipatus*, *ϛιατώδης.* MUNCK. Male *adippatum* Voſſ. Cod. qui mox *hoc* pro *haec.*

9 RUCTUAS] *Ructas* mallet aliquis. Tertullianus in de Teſtim. Anim. cap. 1. *Academiis & porticibus Atticis partam ſapientiam ructas.* Idem tamen in de Reſurrect. cap. 32. *Eructuabunt oſſa.* Permulta ſunt vocabula, quibus ſuperfluè illud *u* inferciunt poſterioris aetatis ſcriptores; cujus generis ſunt *menſtruoſus*, *mentuoſus*, *egeſtuoſus*, aliaque complura, quae nec enumerare attinet, nec mihi, dum haec ſcribo, in mentem veniunt. MUNCK.

10 QUATINUS] Idem quod *quatenus*, pro *quoniam.* Vide Freinshem. ad Flor. lib. II. cap. 2. & quos in Indice in eâ voce laudat. Uſitata ſane illa eo ſignificatu etiam optimis, ſed non item pro *ut*, quemadmodum crebro à Chryſologo uſurpatam eam obſervavi; tanquam Sermon. LXV. *Praecepit ergo, ut Judaei ex ſe cor lapideum tollant, evolvant perfidiae ſaxum, filicem durae incredulitatis excludant, quatenus animae per infidelitatem mortuae de ſepulcbro pectoris profiliren.* Sermon. LIX. *Solutis ſymbolum tota ſimplicitate ſenſus audite, quatenus illud confeſſionis tempore* &

tertium pollicem comprimens, ita verbis exorſus eſt: In omnibus noſtris opuſculis phyſici ordinis argumenta induximus, quo per duodena librorum volumina pleniorem humanae vitae [16] monſtraſſem ſtatum. Denique tale dicendi exordium ſumſimus:

[17] *Arma virumque cano.* in armis virtutem, in viro ſapientiam demonſtrantes. omnis enim perfectio [18] in virtute conſtat corporis & ſapientia ingenii. Ad haec ego: Si me tuae orationis adſerta non fallunt, vates clariſſime, ideo etiam divina lex noſtrum mundi redemtorem Chriſtum virtutem Dei & ſapientiam cecinit: quod perfectum hominis divinitas adſumſiſſe videretur ſtatum. Ad haec ille: Videris ipſe quid [19] te vera majeſtas docuerit: nobis interim quid viſum ſit edicamus. Et quamvis oportuerit ſecundum dialecticam diſciplinam primum perſonam edicere: ſicque perſonae congruentiam enarrare, quo prima poneretur ſubſtantia; deinde adcidens ſubſtantiae, ut primum *virum*, ſic etiam *arma* dicerem. virtus enim in ſubjecto eſt

*& audire peſſitis & reddere.* Serm. x. *Ut in hoc vigiletis omnes, quatenus bis diebus nullus à Dei gratiâ, nullus à generatione divina relinquatur exterris.* Eodem modo uſurparunt iſtam vocem Epiſcopi Galatiae in epiſtol. ad Leonem Auguſtum: *Ut omnium dominum rogaremus, quatenus vobis tantum ſtudium pro eccleſia ejus habentibus ſupernam retributionem conferat.* Et Junil. Comment. in Geneſ. pag. 6. *Diligenter intuendum, ut ita quiſque ſenſibus allegoricis ſtudium impendat, quatenus apertam biſtoriae fidem allegorizando non derelinquat.* Item pag. 13. *Quatenus intimarentur opera ejus, qui eſt lux vera* &c. Martial. Epiſtola ad Toloſan. *Veſtra autem oratione tales opus habent, ut oretis pro eis, quatenus diabolus à cordibus eorum auferatur.* Auctor vitae Clementis: *Preces fundere exhortatur, quatenus viro ejus dominus & auditum reddere dignaretur & viſum.* Uſus particulae illius non ita vulgaris anſam videtur praebuiſſe corrumpendo Frontino in de Aquae Duct p. 223. Ed. Keuch. *Ut curaret quatenus alias aquas poſſet, in urbem perduceret, & ampliores ductus faceret.* Leg. *quatenus alias aquas poſſet in urbem perducere* &c. MUNCK.

11 TIBI DISCENDIS] Legendum ex ed. Genev. *In bis tibi diſcendis.* MUNCK.

12 NON ADIPATA CRASSEDO INGENII] Gloſſator intelligi jubet *magis.* Ego *tam* intelligendum potius dixerim. Vide not. ad Prolog. lib. I. Caeterum pingue & craſſum appellabant, quicquid inſubidum, invenuſtum & plenum ruris eſſet. Horat. I. Sat. 3. vers. 58. *Tarde cognomen pinguis damus.* Idem lib. II. Sat. II. vers. 3. *Ruſticus, abnormis ſapiens, craſſaque Minerva.* Caeterum *craſſitudo* & *craſſities* lecta mihi non ſemel apud veteres, ſed *craſſedo* invenio nuſquam. MUNCK.

13 PERICULO RELUCTAT] Gloſſ. *ex periculo reſiſtit.* Sed Genev. ed. melius, *periculoſa reluctat.* MUNCK.

14 PLENITUDO NAUSEAM] Lege *plenitudine* cum MS. Leid. & Genev. ed. MUNCK.

15 ERECTIS IN IOTAM DIGITIS] Gloſſ. in rectitudinem. Apulej. Mileſ. II. *Inſtar oratorum conformat articulum, duobuſque infimis concluſis digitis, caeteros porrigit, & infeſto pollice clementer ſubrigens, inſit.* Confer quae huc facientia ad Propert. lib. IV. notavit Scaliger. MUNCK. Voſſ. *in icta.*

16 MONSTRASSEM] *Monſtraſſenus* Leid. cod. Suo more ὑπερσωτελικὸν pro imperfecto ponit. MUNCK.

17 ARMA VIRUMQUE CANO] Ab hoc verſu primi AEncidos libri exordium eſſe deſumendum egregie ex hoc Fulgentii loco docuit Vir doctus in Obſ. Miſc. Vol. VI. Tom. III. pag. 524. Mox pro *ne* Voſſ. *ne.*

18 IN VIRTUTE CONSTAT CORPORIS &c.] Reſpexit Salluſt. Catil. cap. I. *Omnis noſtra vis in animo & corpore ſita eſt: animi imperio, corporis ſervitio magis utimur.* Virtutem pro robore corporis uſurpat, ut Phaedrus lib. I. cap. 14. *Virtuti ſemper praevalet ſapientia.* MUNCK.

19 TE VERA MAJ.] Voſſ. c. *De vera maj.* forte pro *Dei vera maj.*

eſt corpore. Sed quia laudis eſt adſumta materia, ante meritum viri, quam ipſum virum, edixímus: quo ſic ad perſonam veniretur jam recognita meriti qualitate. Solet quippe etiam in epiſtolis hoc ipſum communis obſervare loquacitas, quo primum [1] domino meritum, ſic ponatur nominis vocitatio. Sed quo cognoſcas plenius laudis me adſumſiſſe materiam, vide quid in ſequentibus dictum ſit: [2] quod *fato profugus*, & *vi Superum*. [3] Qua vi intenderemus fuiſſe fortunae culpam, non virtutis debilitatem, ut fugeret: [4] & deos eſſe culpabiles, [5] qui pericula ſubſtentare deberent. Illam nihilominus Platonis antiquam firmantes ſententiam, ubi ait:

Νοῦς ἀνθρώπου θεός. ὅτου ἐὰν ἀγαθὸς, [6] θεὸς

Euermenos. id eſt, ſenſus hominis deus eſt. is ſi bonus eſt, Deus eſt pro-

1 DOMINO MERITUM] *Domini meritum* Leid. cod. rectius utique. Per *meritum* intelligi titulos vult. Servius ad AEn. 1. vers. 80. REGINA. Inferioris perſonae reverentia eſt majorem meritis appellare, non nomine. Contra majoris eſt minorem nomine tantum vocare. Donatus ad illa Terent. in Prolog. Andr. Poëta cum primum &c. *Jam meritum poëtae dedit poëtam eum dicendo.* Quae verba cum habeant edd. antiqq. malè omiſſa puto à Lindebrogio. MUNCK. *Quo* ante *cognoſcas* abeſt Voſſiano cod.

2 QUOD FATO] Leid. cod. *Et quo facto.* Lege ex ed. Genev. *Et quod fato.* MUNCK.

3 QUA VI INTENDEREMUS] Magis arridet heic ed. Genev. *quo intenderemus.* MUNCK.

4 ET DEOS ESSE CULPABILES] Lege cum MS. Leid. & Genev. ed. *Deos, quam ſapientiam, eſſe culpabiles.* Nota eſt ellipſis τῆ magis. MUNCK. *Tenderemus* Voſſ.

5 QUI PERICULA SUSTENTARE DEBERENT] Leid. & Ed. Genev. *Ut pericula ſuſtentaret.* MUNCK. Voſſ. *ſuſtaret.* Gloſſ. *frequenter ſuſtineret.*

6 ΘΕΟΣ EUERMENOS] Genev. ed. θεὸς εὐμενής. Atque ita omnino legendum eſt, vel θεὸς ἵλεως εὐμενής. Explicat enim, *Deus eſt propitius.* εὐδαίμονες ſcilicet, quorum daemon bonus, id eſt, animus virtute perfectus eſt. Faciunt huc illa Apuleji in de Deo Socratis: Quodam ſignificatu & animus hominis etiamnum in corpore ſitus δαίμων nuncupatur. *Dine hunc ardorem mentibus addunt Euryale? an ſua cuique Deus ſit dira libido?* Igitur & bona cupido animi bonus Deus eſt. Unde nonnulli arbitrantur, ut jam dictum eſt, εὐδαίμονας dici beatos, quorum daemon bonus, id eſt, animus virtute perfectus eſt. Cicero in Somnio Scipionis: *Nec enim tu is es, quem forma iſta declarat: ſed mens cujuſque is eſt quiſque: non ea figura, quae digito demonſtrari poteſt. Deum igitur te ſcito eſſe* &c. Ex Platonis ſchola hauſta iſta ſunt. Non valdè diſſimiliter Macarius Homil. xxx. Τὸν ἴσον ἄνθρωπον interpretatur τὴν ἀγαπώσαν τὸν τὸν ἑρῶντα θεόν. Melius Tertull. de Reſurrect. Carn. cap. 11. interiorem hominem *non ſubſtantiam eſſe, ſed ſubſtantiae ſaporem* ait. Corpus Platoni habitaculum hominis tantum, non pars. Democrates in Gnomis: Ψυχῆς μὲν τελειότης σωμάτος μοχθηρίαν ἰᾶται, *animae perfectio corporis vitium corrigit.* Lactant. de Opific. Dei cap. 1. *Vas eſt* (corpus) *enim quodammodo fictile, quo animus, id eſt, homo ipſe verus continetur.* Et cap. 19. *Corpuſculum hoc, quo induti ſumus, hominis receptaculum eſt.* Pertinet huc & illud Anaxarchi apud Laertium lib. IX. Πτύσαι τὸν Ἀνάξαρχον θέλοντος, Ἀνάξαρχος ὁ ἀκίνητος. Conferendus Apulejus in Dialogo Hermetis. Theophilus ad Autolyc. lib. II. p. m. 82. Θεὸν εἶναι μόνον φασὶ τὸν ἐκάστου συνείδησιν. MUNCK. Mentem Deam eſſe ſtatuerunt etiam Hermotimus; aut juxta quoſdam Anaxagoras, ejuſque auditor Euripides. Conſule de Mente Dea juxta veterum opinionem egregie diſputantem G. Cuperum II. Obſ. 17. Sed Catonis diſtichum primum, de quo hic vir praeſtantiſſimus agit, alio modo explicandum cenſeo. Dionyſius enim iſte, quem vulgus Catonem vocat, Pythagoreae ſectae adhaeſiſſe videtur, unde ait l. IV. diſt. 14.

*Quum ſis ipſe nocens, moritur cur victima pro te?*
*Placari ne crede Deum, quum caede litatur.*

*Animum* itaque *Deum*, & ideo pura mente colendum ſtatuit Dionyſius, eodem modo, quo Pythagoras, qui de Deo haec ſentit, juxta Plu-

tar-

propitius. Nam & Carneades [7] in libro Teleſiaco ita ait:

[8] Πᾶσα τύχη αἴσθησιν φρονοῦντος κατοικεῖ.

Id eſt: Omnis fortuna in ſenſu habitat ſapientis. Nam idemtidem ideo virtutem primum dici volumus, & ſic ſapientiam: quod quamvis ſapientia virtutem regat, tamen in virtute animae ſapientia floret. Defectus enim virtutis aegritudo eſt ſapientiae: hoc videlicet paeto, quod quidquid ſapientiae conſultatio agendum invenerit, ſi [9] ad ſubrogandum poſſe virtus deficiat, curtata in ſuis adfectibus ſapientiae plenitudo torpeſcit. [10] An non ab armis inciperem? Scivi enim quod viri vocabulum [11] ſignificatio ſexus ſit, non honoris. Quid igitur primum niſi arma, deinde virum ponerem? Multi enim viri ſunt,

tarchum de Numa Pythagoram ſecuto diſputantem Tom. 1. pag. 65. Ἔστι δὲ καὶ τὰς θείας τῶν ἀφιδρυμάτων νομοθετήμασι παραβάσεσιν ἀδιάφορα τῶν Πυθαγόρου δογμάτων. οὔτε γὰρ ὑπαίθριον αἰσθητὸν ἢ παθητὸν, ἀίσχιστον δὲ καὶ ἀκήρατον καὶ νοητὸν ὑπειλήφασιν εἶναι τὸ πρῶτον. ὅτου δὴ διακόλυσιν ἀπέφηναντο καὶ ζωάμορφον εἰκόνα Διὸς Ῥωμαίους νομίζειν. διὸ δὴ καὶ αὐδὶς ὅτι χαλκοῦν, ὅτι πλαστὸν εἰδώλου Διὸς ἀσέπτερον, ἀλλ' ἱκανὸν ἑβδομήκοντα τοῖς πρόβοις ἴσοισι ναὸς μὲν εἰκοδομήμασι διετίλουν, καὶ καλιάδας ἱερὰς ἱσῶντες, ἄγαλμα δὲ οὐδὲν ἐμμορφον ποιήμασι διετίλουν· ὡς οὔτι ὅσιον ἀφομοιοῦν τὰ βελτίονα τοῖς χείροσιν, ἅτε ἰφάντιτος Διὸς δυνάμει ἄκρως ἢ τοιοῦτος. κεμιδῶν δὲ καὶ τὰ τῶν θυσιῶν ἴχνεσι τῶν Πυθαγορικῶν ἁγισείας. κιναίμακτοι γὰρ ἦσαν, οὔτε δὲ ἀλφίτου καὶ σπονδῆς καὶ τῶν διτιλισάτων πεποιημένοι. Deum itaque vocavit animum, quod nihil corporeum in ſe continere credidit Dionyſius iſte, non animum ſive mentem humanam Deum adpellavit. Pythagoras enim, quem ſequitur Dionyſius, mentem ut alibi jam monui ex Plutarch. lib. IV. de Placitis cap. 7. non eſſe Deum, ſed aeterni Dei opificium ſtatuit.

7 In libro Telesiaco] MS. Leid. *In libro teleſia cognita.* Ea quid ſibi velint, nullus video. Caeterum Laertius in vitâ Carneadis nihil illum reliquiſſe ait, niſi epiſtolas ad regem Capadociae Ariarathem: caetera à diſcipulis ejus eſſe compoſita. MUNCK.

8 ΠΑΣΑ ΤΥΧΗ &c.] Sui cuique mores fortunam fingunt. Nonius in de Doctorum Indagine: *Dubio potius quam difficili intellectu vates poſuit Mantuanus: Sed miſera ante diem, ſubitoque accenſâ furore; quam buic ſententiae adverſetur ejus cum opinione ſentiens plurimorum: Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum. Verum ſenſibilitatis ejus non levis ratio eſt, quae prima ſententia philoſophica accipit intellectum, quae ait, Sui cuique mores fortunam fingunt.* Convenit id cum eo, quod eſt apud Salluſt. Orat. 1. ad Caeſ. *Sed res docuit id verum eſſe, quod in carminibus Appius ait, Fabrum eſſe ſuae quemque fortunae.* Unde Juvenalis Sat. X. 365. & XIV. 315. *Nullum numen habes, ſi ſit prudentia: nos te, Nos facimus, Fortuna, Deam.* Αἴσθησις in Carneadis dicto rectius *ſcientia* vel *prudentia*, quam *ſenſus* vertitur. Οἱ ὁ Proverb. Salom. cap. 1. vers. 4. Ἵνα δῷ ἀκάκοις πανουργίαν, παιδὶ δὲ νέῳ αἴσθησίν τε καὶ ἔννοιαν. Vulg. vers. *Ut detur parvulis aſtutia, & adoleſcenti ſcientia & intellectus.* Et cap. 2. vers. 10. Ἐὰν ἡ αἴσθησις τῇ σῇ ψυχῇ καλὴ εἶναι δόξῃ. *Si ſcientia animae tuae placuerit.* MUNCK. Hinc αἰσθάνομαι, de iis, qui rectè judicat de tabulis pictis & imaginibus. vid. Celeb. P. Burm. ad Phaedri lib. II. Epilog. vs. 13. Mox pro *quod* Voſſ. *quia.*

9 Ad subrogandum posse] Gloſſ. *ad ſumminiſtrandum, ad impiendam poſſibilitatem.* Chryſol. Homil. 1. *Licentiam dat ſepulcro, corruptioni poſſe permittit.* Capella lib. 1. *Sic ſemper ab omni Velle capis ſocium.* Et poſt paullo: *Sed nunquam mage velle diſparamus.* Haimo Homil. in Pentec. *Omnem gloriam & poſſe ſuum totum ad laudem Dei patris referebat.* Tertull. de Spect. cap. 14. *Interpoſito noſſe de idololatriâ.* Macrob. Sat. lib. III. cap. 1. *Contra ſuum velle.* MUNCK.

10 An non ab armis] Ed. Genev. *Nam ab armis.* MS. Leid. *Nam ut ab armis.* MUNCK. Ita & Voſſ. qui pro *inciperem*, *incipirem.*

11 Significatio sexus sit] Non ſemper. Vide Euſtath. ad initium Odyſſeae Homericae, & Tzetzen in Heſiod. pag. 9. ed. Heinſ. Immo *vir* non ſexus, ſed excellentiae hoc Virgilio nomen, ut rectè obſervat Donatus. Cur autem arma prius, quam virum, poſuerit, melius te

ſunt, non tamen omnes laudandi. Ergo virtutem primum poſui, [1] pro qua virum laudandum adſumſi: Homerum videlicet ſecutus, qui ait,

Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.

Ante iracundiam viri, quam virum ipſum [2] ſignans. Nam & ipſe [3] ſub figura Minervae virtutem monſtrans dicit,

[4] Ξανθὴς δὲ κόμης ἕλε Πηλείωνα,

Verticem Achilli detentum. Cui ego: Nec in hoc juſta fefellit oratio. Divina enim ſapientia ſupereminentior ſenſibus, tale [5] ſumſit exordium; *Beatus*, inquit, *qui non abiit in conſilio inpiorum.* Denique, ut bonae vitae perfectiſſimus inſtitutor, Propheta provocans ad bene vivendi certamen, prius [6] praemium vaſtitudinis, quam ſudorem certaminis poſuit. Tum ille, Gaudeo, inquit, homuncule, [7] his ſubrogatis ſententiis; quia etſi non nobis de conſultatione bonae vitae veritas obtigit, tamen caeca quadam felicitate etiam ſtultis mentibus ſuas ſcintillas ſparſit. Ergo, ut dicere coeperamus, vir ſubſtantia eſt; ſapientia vero, quae ſubſtantiam regit. ſicut & Salluſtius ait: *Nam noſtra omnis vis in animo & corpore ſita eſt.* Nam ut tuis [8] ſaturantius aliquid adhuc faciamus ſatis ingeniis, triſarius in vita humana gra-

docebit idem ille Donatus, ut & Servius ad vers. 5. MUNCK. Turpiter hic iterum ſeſe dat Fulgentius. Per *virum* iſtum AEnean, virum illum pietate inſignem, intelligi vel puer videt. *Vir* ſaepe ἐξοχῶς ponitur. Sic Ulyſſes apud Sophocl. in Ajace 78. de ſe ait Ἐχθρός γε πᾶσι δὴ τοιοῦδ'. ubi Schol. ἐξοχῶς, ἀντὶ δ' ἐμοὶ πᾶσι τοῖς Ὀδυσσεῦσι. Praeterea omnia loca non recenſebo, quibus viri vocabulum honoris cauſſa exprimitur. Nonne ipſe Virg. III. Georg. 252. dixit *frena virûm* pro *virorum fortium* teſte Servio Graecorum imitatione. Herodot. III. 134. Ἵνα καὶ Πέρσαι ἐκμάθωσι, ὅτι ἐκ' ἀνδρὸς ἄρχονται. Ariſtoph. Acharn. vs. 77.

Οἱ βάρβαροι δ' ἈΝΔΡΑΣ ἡγοῦνταί μόνους,
Τοὺς πλίνθους ἐνεμβάλοις καβαφαγεῖν τι κἀν πιεῖν.

Ubi vid. Schol. ut & ad Thucyd. II. 43, 74. Voſſ. pro his verbis *quid i. p. n. a. d. v. p.* ſcribit tantum *ſi viri nomen ponerem.*

1 PRO QUA] I. e. propter quam. Junilius Comment. in Geneſ. pag. 40. ed. Baſ. *Cum meminerimus humanam indigentiam pro hoc maximè laboribus quotidianis inſiſtere* &c. Salvian. de Gub. Dei lib. I. pag. 8. ed. Pith. *Nequaquam ergo pro bis dolendum, quod non ſunt divites & beati.* Conſer annotat. ad Lactant. Argum. Metam. Ovid. lib. VI. fab. 5. MUNCK.

2 SIGNANS] *Significans* MS. Leid. quanquam alterum idem eſt. Junilius modo laudatus p. 41. *Sanguis dominicae paſſionis, qui ſemel erat pro ſalute mundi effundendus, ſignabatur.* MUNCK.

3 SUB FIGURA MINERVAE VIRTUTEM MONSTRANS] Immo *prudentiam.* Vide Schol. Hom. ad Iliad. A. vers. 195. & quae diximus ad Myth. lib. I. cap. 26. MUNCK.

4 ΞΑΝΘΗΣ ΚΟΜΗΣ &c.] Graeca iſta verba non habet Leid. cod. Et videntur omnino è margine in contextum irrepſiſſe. Pendent enim illa, *verticem Achilli detentum*, à verbo *dicit.* MUNCK. Mox pro *nec* Voſſ. *ne* & deinde *ſap. noſtris ſuperem. ſ.*

5 SUMSIT EXORDIUM] *Principium* Leid. cod. MUNCK.

gradus eſt, Primum habere: deinde regere quod habeas: tertium vero ornare quod regis. Ergo tres gradus iſtos in uno verſu noſtro conſidera poſitos: id eſt, *Arma*, *virum*, *primus*. Arma, id eſt virtus, pertinet ad ſubſtantiam corporalem: Virum, id eſt ſapientia, pertinet ad ſubſtantiam ſenſualem: Primus vero, id eſt princeps, pertinet [9] ad ſubſtantiam ornantem. quo ſit hujuſmodi ordo: habere, regere, ornare. Ergo ſub figuralitate hiſtoriae plenum hominis monſtravimus ſtatum. ut ſit prima natura: ſecunda doctrina: tertia felicitas. Hos ergo gradus vivaciter intuere: quo ſit, ut ſupra diximus, prima virtus animi naturaliter data, quae proficiat: neque enim eruditur, niſi quod erudibile naſcitur. Secunda doctrina, quae naturam ornat, cum proficit: ut eſt aurum. Eſt enim natura in auro productionis & decoris: ſed ad perfectionem malleo proficit excudentis. [10] Ita & ingenio natum eſt provectibile: proficit, quia natum fuit: adcedit felicitas, ut proſit, quod proficit. Ergo & infantibus, quibus haec noſtra materia traditur, iſti ſunt ordines conſequendi: quia omne honeſtum docibile naſcitur. Eruditur, ne naturae [11] vacet commoditas: etiam ornatur, ne donum doctrinae ſit inane. Unde & Plato triſarium vitae humanae ordinem inſtruens ait: *Omne bonum aut naſcitur, aut eruditur, aut cogitur. Naſcitur ex natura; eruditur ex doctrina; cogitur ex ſubtilitate.* Omiſſo ergo [12] antelogii circuitu, coepti operis adgrediamur exordium. Sed ut ſciam, me non [13] Arcadicis expromtare fabulam auribus, primi noſtri continentiam libri narra. Tunc demum haec

MUNCK. Pro *Beatus*, *inquit* Voſſ. *Beatus vir.* & ita ſeptuaginta Interpr. ΜΑΚΑΡΙΟΣ ΑΝΗΡ, ὃς ἐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν.

6 PRAEMIUM VASTITUDINIS] MS. Leid. *Faſtitudinis.* Sed altera ſuperſcripta erat lectio *beatitudinis*: quae procul dubio genuina eſt. Chryſologus de eodem Davidis dicto Serm. XLIV. p. 118. ed. Pariſ. *Prophetа beatitudinem ſic praemiſit, ut provocaret hominem, totam, quam poſt enumerat, criminum vincere feritatem.* MUNCK. Pro *prius* Voſſ. *ante.* Mox *inquam* pro *inquit.*

7 HIS SUBROGATIS] Gloſſ. *ſubminiſtratis.* MUNCK.

8 SATURANTIUS ALIQUID ADHUC FACIAMUS SATIS] Leid. cod. *ſatisfaciamus. Saturantius* autem eſt *abundantius.* Supr. Mythol. lib. III. cap. 6. *Quia haec ſaturantius Apulejus* &c. Vide ibi annotata à nobis. MUNCK. Paullo ante pro *noſtra* Voſſ. *noſtri.* Pro *ſaturantius* idem *ſaturantium.* Paullo poſt *arma*, *virum*, & *primus.*

9 AD SUBSTANTIAM ORNANTEM] Notat Anonymus unum ex ſcriptis habere *cenſualem.* MUNCK. Codex Voſſ. *cenſualem* exhibet. & pro *hujuſmodi ordo* idem *ordo hujuſmodi.* Vide de hoc loco Celeb. P. Burm. in Obſ. Miſc. Vol. VII. Tom. III. pag. 398.

10 ITA ET INGENIO NATUM EST] Ed. Genev. *Ita & in ingenio.* MS. Leid. *Ita ut ingenio.* Lego & diſtinguo: *Ita & ingenium: natum eſt* &c. Vel, *ita & in ingenio: natum eſt* &c. MUNCK.

11 VACET COMMODITAS] I. e. inutilis ſit. Tertull. in de Patientiâ: *Ergo cum conſtet de reſurrectione, vacat dolor mortis, vacat & impatientia doloris.* MUNCK. Paullo inferius Voſſ. *Naſcitur quidem ex natura.*

12 ANTELOGII] Uſus & Plautus eâ voce, ſed ut Siliciſſaret. *Prologium* dixit Paccuvius. Mox pro *narro* repoſui *narra* ex Ed. Gen. MUNCK. Voſſ. *antilogo.* Gloſſ. *contrario.* ſed male.

13 ARCADICIS AURIBUS] MS. Leid. *Arcaicis.* Gloſſ. *aſininis.* Quae eſt explicatio ſ. *Arcadicis.* Juvenal. Sat. VII. 160. *Arcadico juveni.* Schol. *aſino.*

haec tibi, ſi viſum fuerit, referabimus. Cui ego: Si me ſcholarum praeteritarum non fallit memoria, primum Juno AEolum petit, quo naufragium Trojanis inportet. [1] dehinc cum ſeptem navibus evadit. In Libyco litore adcipitur. Matrem videt, nec agnoſcit. à qua nube cava cum Achate contegitur. dehinc [2] picturis animum avocat. Poſt haec, caena exceptus, ſono citharae mulcetur. Habes breviter decurſam primi libri continentiam. Quid de his ſenſeris, audire deſidero. Tum ille: Naufragium poſuimus in modum periculoſae nativitatis: in qua & maternum eſt pariendi diſpendium, vel infantum naſcendi periculum. in qua neceſſitate univerſaliter humanum volvitur genus. Nam ut evidentius haec intelligas, à Junone, quae dea partus eſt, hoc naufragium generatur. Nam & AEolum inmittit. [3] AEolus enim Graece, quaſi AEonolus, id eſt, ſaeculi interitus, dicitur. unde & Homerus ait,

Οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς [4] ἄλγε' ἔθηκεν.

Nam

*aſino.* Capella lib. VI. *Nunc Arcadicum ac Medinum ſapis*, hoc eſt, aſini in morem ſtupes. Lactant. lib. XI. Met. fab. 4. *Aures ejus aſininae ut eſſent ſempiterno effecit, quibus ejus ſtoliditas appareret, nulliusque judicii indicatur.* Vide & ſupr. lib. III. Myth. cap. 9. MUNCK.

1 DEHINC CUM SEPTEM &c.] Debuerat addere, *debinc AEneas cum* &c. MUNCK. Pro *in Libyco litore* Voſſ. *Libyco in l.* cui & *aqua* abſunt.

2 PICTURIS ANIMUM ADVOCAT] Gloſſ. *recreat.* Quae eſt explicatio τοῦ *avocat*: quomodo omnino heic legendum. Reſpexit illa AEn. I. *Animum picturâ paſcit inani.* Eadem mendâ inquinatus eſt Lactant. Firm. lib. II. cap. 3. *Non oportet ſublimes & excelſos animos advocari, atque in terram premi, ſed nihil aliud, quam coeleſtia cogitare.* Lege, *avocari.* Senec. de Provid. cap. 3. *Mero ſe lices ſopiat & aquarum fragoribus avocet.* MUNCK. Voſſ. *advocat.* Male. ſed *avocare* & *advocare* in Miſſ. confundi ſatis liquet ex Eruditorum notis ad Frontin. I. Strat. IV. 65.

3 AEOLUS ENIM GR.] AEoli fabulam explicatam dederunt praeter Tzetzen, quem citavi ad Hygini fab. 125. Servius ac Diodorus Siculus, quos laudat Iſ. Caſaubonus ad Strabon. lib. I. pag. 42.

4 ΑΛΓΕ' ΕΘΗΚΕΝ] In Homero habetur ἔηκεν. MUNCK. Haud male ἔδωκεν. Sic loquitur vers. 96.

Τυπτε' ἄρ' ἄλγε' ἔδωκεν ἰχνυβόλῳ, ἐδ' ἔτι δώσει.

Sed nihil mutandum eſſe nos docet Servius ad X. AEn. vs. 623. *Sane PONERE facere, ſicut Lucilius Homerum ſecutus, qui ait ἄλγε' ἔθηκεν, id eſt, fecit.* Idem docet Apollonii Rhodii locus I. 259.

——— Ὡς καὶ ἐπὶς Ἀλκιμέδῃ μισθὸν τῷ ἄλγεα μυρία θείη.

Ante oculos etiam habuit hunc Homeri locum Dionyſius Perieg. vs. 605.

——— Τοῖς δ' ἀλιτροῖς Εἰ καὶ τῷ γαίῃ κακὰ θήκαθ' μυρία δαίμων.

*Τίθημι* vero in hiſce locis nihil commune habet cum ea verbi notione, qua pro *facere*, *reddere* poni ſolet, ut Eurip. in Rheſo vs. 470.

Ἐπειδὰν ἰχθῦν τὸν δ' ἰλαδίραν πόλιν Θῶμεν.

In Iphig. Aul. 779.

Θέσει χέρας πολυκλάυτους.

Sophocl. OEd. Colon. 1361.

Τὸν αὐτὸς αὐτῷ πατέρα τόνδ' ἀπέλεσας Κἀθῆκας ἄπολιν.

Aut pro *creare* de magiſtratu, ut Eurip. in Iphig. in Aul. vs. 373.

Μηδὲν

Nam vide, quid etiam ipſi AEolo promittatur, Deiopeiae conjugium. demos enim [5] Graece publicum dicitur, [6] iopa vero oculi vel viſio. Ergo [7] naſcentibus in mundo ſaeculare eſt periculum. cui quidem perfectioni publica à dea partus promittitur viſio. Nam & cum ſeptem navibus evadit. quo oſtendatur [8] ſecundum arithmeticam numerum ſeptenum armonicum eſſe partui. cujus formulam, ſi videtur, breviter explanato. Cui ego: Saturanter haec, inquam, in libro [9] Phyſiologo, quem nuper edidimus de medicinalibus cauſſis & de ſeptenario ac de novenario numero, omnem Arithmeticae artis digeſſimus rationem. eritque [10] periſſologiae nota, ſi, quae in uno libro deſcripſimus, etiam aliis inſeramus. Ergo qui iſta diſcere cupit, noſtrum phyſiologicum perlegat librum. Nunc vero quae reſtant, à te exſpecto. Tum ille: Ut dicere coeperam, mox ut terram tangit, matrem videt, nec agnoſcit: plenam [11] deſignans infantiam: [12] quia à partu recentibus matrem videre datur, non tamen ſtatim cognoſcere meritum contribuitur. Dehinc nube circumſeptus ſocios cognoſcit, adloqui

Μηδὲν ἀν χρίνε ἴκελα ϖεσσάτην θείμην χθονὸς,
Μηδ' ἄκλαν ἄρχουζε.

Iph. in Taur. vs. 34.

Ναοῖσι δ' ἐν τοῖς δ' ἱερέαν τίθησί μι.

Aut pro *ſtruere*, *aedificare* Pindaro, ut Olym. Od. IX. 68.

Πύῤῥα Δευκαλίωνος Παρ-
νασσὸν καταβάντε
Δόμον ἵδρυϑ' πρῶτον.

Et cujus locutionis plura exempla adducere non libet, quippe ſatis cognita; ſed notat in Homero, & Auctoribus Homerum imitatis *adficere*, *inferre*, quo ſenſu Eurip. in Helena vs. 685.

Τάδ' εἰς κρίσιν σοι τῇδ' ἔϑηκ' Ἥρᾳ κακῶν.

In Supplic. vs. 1208.

Φόβον γὰρ αὐτοῖς, ἢν ποτ' Ἄλϖσιν πόλιν,
Δικχθεῖσα θήσει, κἀ κακὸν νόσον πάλιν.

Hinc contra in Jone vs. 1172.

Γέλων δ' ἵδρωε συνδέσποις πολύν.

Et in Medea vs. 383.
Θακοῦσα θήσω τοῖς ἐμοῖς ἐχθροῖς γέλων.

Herodot. III. 29. dicit: Ὑμεῖς γε ὦ κάρφητες γέλωτα ἐμοὶ ϑήσεϑε.

5 GRAECE PUBLICUM DICITUR] Δῆμος eſt *populus*, δήμιος *publicus*. MUNCK.

6 IOPA] *Cipia* Ed. Genev. Forte ἄπα. Ὤπα enim *viſum*, & Ὤπας *oculos* dicunt Graeci. Heſych. Ὤπα, ὄψιν, ϖρόσοψιν, ϖρόσωπον, Ὤπες, ὀφθαλμοί. MUNCK.

7 NASCENTIBUS IN MUNDO] *In mundum* Gen. Ed. MUNCK.

8 SEPTENUM ARITH. N. S. A. E. P.] Voſſ. c. *Septenum arithmeticum numerum conjunctum armonicum e. p.* Mox pro *explanato* idem *explanabo*.

9 PHYSIOLOGO] Fort. *Phyſiologico*, quia ſequitur, *noſtrum phyſiologicum perlegat librum*. MUNCK.

10 PERISSOLOGIAE NOTA] I. e. vitio, crimine. Charif. lib. IV. Περισσολογία *eſt multorum verborum adjectio ſupervacua*. MUNCK.

11 DESIGNANS] Gen. ed. *deſignantes*. Nec aliter ſcripſiſſe Fulgentium crediderim. In Praefat. Libell. de Priſc. Serm. *Abſolutum retribui, non phaleratis ſermonum ſtudentes ſpumis*. Conſer quae notavi ad Prolog. lib. I. In codice Leidenſi heic erat hiatus uſque ad illa DREPANOS PORTU. MUNCK. Voſſ. Cod. etiam *deſignantes*. qui pro *contribuitur* ſcribit *cum tribuitur*. & eidem mox abeſt τὸ *cognoſcere*.

12 QUIA A PARTU RECENTIBUS] Lege ex Genev. ed. *quia à partu*. & mox *contribuitur* pro *cum tribuitur*. MUNCK.

qui non poteſt. vide, quam evidens [1] crepundiorum mos, dum adeſt inſpiciendi poteſtas, & deeſt loquendi facultas. Huic quoque Achaten ab initio conjungimus, & poſt naufragium armigerum, & in nube aeque concluſum. Achates enim Graece quaſi [2] achontos, id eſt, triſtitiae conſuetudo. Ab infantia enim aerumnis conjuncta eſt humana natura, ſicut Euripides in Tragoedia [3] Ephigeniae ait:

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν οὐδ' εἰπεῖν ἔπος,
Οὐδὲ πάθος, οὐδὲ συμφορὰ δεύλατος,
Ἣν οὐκ ἂν ἔρεαιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις.

Id eſt, non eſt aliquid peſſimum nec adcidentia extrema, [4] quod non pertulit humana natura. Arma vero triſtitiae non ſunt niſi lacrymae: quibus ſeipſa & vindicat & commendat infantia. Denique vix nobis quinto menſe ridere permittitur, dum lacrymae in ipſa vitae janua profluant. At vero animum pictura inani quod paſcit, certum puerile ſtudium refert. infantia enim videre novit: ſentire vero quid videat neſcit. ſicut in picturis eſt viſibilitas, deeſt ſenſibilitas. Dehinc ad epulas adcipitur, & citharae ſono mulcetur: parvulorum quippe mos nihil aliud quaerere, quam delectari ſono & ſaturari cibo. Denique nomen citharizantis conſidera. [5] Zopas enim Graece [6] quaſi Siopas

1 CREPUNDIORUM] Gloſſ. *pro ipſis pueris.*

2 ACHONTOS] Ed. Gev. ἀχῶν ἴτος. Scribendum eſſet ἴθος. MUNCK. Voſſ. *acentos.*

3 EPHIGENIAE] *Iphigeniae* ſcribere debebat. Sed *Ephigeniae* non indignum Fulgentio. Virgilius lib. v. contr. Eutych. *Sanctus Joannes in Omelia de aſcenſione domini.* Orta vitioſa iſta ſcriptura ex corruptâ pronuntiatione, quâ factum ut contra & *i* ſaepe pro *e* poſuerint, ut oſtendi ad Hygin. Mythol. cap. 223. Etiam *ai* ut *e* pronuntiatum fuiſſe aevo Fulgentii dictum ſupra ad Myth. lib. 1. cap. 9. Inde corruptus locus elegans Simeonis Sethi in libro de Alimentis pag. 6. edit. Gyrald. Ὡς εἴπις εἶπη πῶ φύσιν τιθήνη σὺν μιτραιχμίῳ τι τὸ λαχάνων ἢ κρεῶν ὄσπας, ἢ πόππυ τὸ ἀλλόκοτος ὀκτιμάσου. Lege, σὺν μιταιχμίῳ. Referendum huc quoque κιεῆς, quod pro κιεῆς Graecobarbari uſurparunt. Conſule Meurſii Gloſſar. Sed ut ſaepe alias, ita & heic memoria ei impoſuit. Eſt enim principium Oreſtis, ut rectè animadvertit Anonymus in ed. Genevenſi. MUNCK. Pro *Euripides* Voſſ. *Eripides.* & mox *Eſigeniae.* & mox *id* pro *id eſt* pro *accidentia, acidencia.*

4 QUOD NON PERTULIT] Syntaxis poſtularet *quae*, vel *quam* potius. *Accidentia* enim nominativus ſingularis eſt Fulgentio. Supr. lib. III. cap. 8. *Succum deſudat, quod myrrha dicitur.* Vide ibi annotata. Tertull. de Anim. cap. 11. *Accidentiam ſpiritus paſſus eſt.* Et cap. 52. *Ex accidentiâ adhaeſiſſe.* Digeſt. lib. 1. Tit. 11. *Et ita ex accidentiâ appellatae ſunt leges duodecim tabularum.* Quod malè mutat Cujacius, parum memor ejus, quod dixi modo, etiam nominandi caſu *accidentia* uſurpari. Certè ita & in Gloſſ. Labb. inveni, *Accidentia*, σύμβασις. Notandum praeterea πάθος heic dici *accidentiam.* Ad eundem modum & alii calamitates vocant accidentia. Marcellin. lib. XV. *Contra accidentia vir magnanimus ſtabat immobilis.* Quintil. Declam. v. *Non molliri proſperis facile, non accidentibus frangi.* Et ſic ſaepiſſimè ille ſive Quintilianus, ſive Florus, vel alius eſt auctor iſtarum declamationum. MUNCK. Voſſ. *pertulerit.* Mox *quino* pro *quinto.*

5 ZOPAS] Atqui *Iopas* dicebatur. Quintil. Orator.

Siopas dictus est, id est taciturnitas puerilis. Infantia enim blandiloquis semper nutricum cantibus oblectatur. unde & crinitum eum [7] posuimus, vertici muliebri simillimum. Tunc etiam Cupidinem videt. cupere enim ac desiderare aliquid semper adcidit infantiae. Nam denique ideo & talem versum in secundo libro post citharae sonum posuimus: *temperet à lacrymis.*

In secundo vero libro & tertio [8] avocatur fabulis, quibus puerilis consueta est avocari garrulitas. Nam in fine tertii libri Cyclopas vidit, Achemenide monstrante. ἄχθος enim Graece tristitia dicitur. cyclos autem Graece circulus vocatur. Ergo pueritia, quoniam παῖς puer Graece dicitur, jam timore nutritorum feriata, tristitiam cogitandi nescit, & [9] vaginem puerilem exercet. Ob hanc rem etiam Cyclops unum oculum in fronte habere dicitur, quia nec plenum nec rationalem visum puerilis vagina portat, & omnis aetas puerilis in superbiam erigitur, ut Cyclops. Ideo in capite oculum, quod nihil nisi superbum & videat & sentiat. quem sapientissimus Ulyxes exstinguit, id est, igne ingenii vana gloria caecatur. Ideo eum & Polyphemum diximus, quasi ἀπολλυύτα φήμιν, quod nos Latine perdentem famam dicimus. Ergo juventutis elationem & [10] famae perditionem aetatis caecitas sequitur. Nam ut ordo se evidenti manifestatione dilucidet, tunc patrem sepelit. Adcrescens enim juvenilis aetas

rator. lib. I. cap. 27. *Iopas ille Virgilii nonne canit errantem lunam solisque labores? Io* ut *Za*, quemadmodum *Dia* ut *Za*, pronuntiarunt ergo? Ita videtur. *Zabolus* pro *Diabolus* frequens est apud Cyprian. & Paullinum. Etiam Hilarius Canon. II. in Matth. *Zabolus infidelis, Abrahам fidelis.* Et Gildas epist. pag. 60. *Zabolica illusio.* Sic Ζυλάπιον dicitur cum ab aliis deterioris aevi Graecis, tum & à Simeone Sethi in de Facult. Cib. pag. 11. & 20. quod vulgo *julapium* vocamus. Unde Ἰεζυλάπιον apud eundem pag. 26. Brodaeus Miscell. lib. III. cap. 14. *Nec desunt, qui Zetam pro diaetam, ut ζαδάλλω pro διαβάλλω, efferri testantur.* Casaub. in Animadv. in Suet. lib. v. p. 172. Aeolicum id esse, ex Vett. Grammaticis observat, ut & Vossius Art. Gram. lib. I. Conferendus idem Vossius in de Vitt. Serm. & Etymol. in ZETA & ZASU. Barth. Adversf. lib. XXIX. cap. I. Pignor. de Serv. p. 238. ed. Patav. Alciat. Parerg. lib. v. cap. 14. MUNCK.

6 QUASI STOPAS] Quasi σιωπή, ed. Gen. Nihil muto. Quia dicit eâ voce *puerilem taciturnitatem* signari, videtur omnino *Siopas* scripsisse, & allusisse simul ad τὸ παῖς, *puer.* MUNCK.

Paullo ante *nihil amplius* Voss. pro *nihil aliud*, pro *denique*, idem *nam denique*. hic vero scribit *Iopas*.

7 POSUIMUS] Voss. *possumus*. deinde *tempore* pro *temperet*.

8 AVOCATUR FABULIS] Lege, *avocatur*, & statim *avocari* cum ed. Genev. Vetus Interpres Siracidae cap. XXXII. 26. *Illic avocare, & illic lude.* Lactant. de Opif. Dei cap. 18. *Avocatur simulacris, donec membra sopore irrigata vegetentur.* Cyprian. de Spectac. *Ad advocationem populi facti sunt ludi scenici.* Lege, *avocationem.* Quintil. Declam. p. 112. ed. Hack. *Quos detrahit, quos advocat alia curatio.* Lege, *avocat*, ut rectè exhibent Colon. & Paris. edd. MUNCK. Voss. *advocatur.* & mox *advocare.* Pro *in fine* Voss. *& in fine.* pro ἄχθος *acos.* pro *circulus, circules.* pro παῖς, *pes.*

9 VAGINEM PUERILEM] Anonymus in ed. Genev. monet unum ex MSS. habere *vaginam*: quod praeferam, quanquam praeter Fulgentium nullus, quod sciam, veterum *vaginam* dixit *vagitum. Vagorem* appellat Cato apud Festum. MUNCK. Gloss. *vaginacienem.*

10 AETATIS FAMAE PERDITIONEM CAECITAS &c.]

tas paterni vigoris reſpuit pondera. Denique [1] Drepanos portu ſepelit. Drepanos enim quaſi δεμύπαιδ@. δεμὺς enim Graece acer dicitur, παῖς vero puer vocatur; quod puerilis acerbitas paternam reſpuat diſciplinam. [2] Feriatus ergo animus à paterno judicio in quarto libro & venatum progreditur, & amore torretur: & tempeſtate ac nubilo velut in mentis conturbatione coactus, adulterium perficit. In quo diu commoratus, Mercurio inſtigante, libidinis ſuae male praeſumtum amorem relinquit. [3] Mercurius enim Deus ponitur ingenii. Ergo ingenio inſtigante aetas deſerit amoris confinia: qui quidem amor contemtus emoritur, & in cineres exuſtus emigrat. Dum enim [4] dedecus puerili auctoritate ingenii excellitur, ſepulta in oblivionis cinere favilleſcit. In quinto vero, paternae memoriae contemplatione adtractus, ludis juvenalibus exercetur. & quidnam aliud eſt, niſi ut jam prudentior aetas paternae memoriae exempla ſecuta, liberalibus corpus exerceat cauſſis? Nam [5] vide, quia & pugillationem [6] exercet, id eſt virtutis artem Entellus & Dares peragunt. ἐντέλλειν enim Graece imperare dicimus: [7] δαίρειν caedere. quod & magiſtri in diſciplina faciunt. Tunc etiam & naves ardeſcunt, id eſt inſtrumenta periculoſa, quibus aetas tempeſtivis jactationum curſibus [8] fatigatur, & velut procellis periculorum quotidie quatitur. Igne ingenii [9] ſuperexcellente, haec omnia conſumuntur, & ſcientiae adſtutia coaleſcen-

&c.] Tranſpone verba ex ed. Genev. *Et famae perditionem aetatis caecitas ſequitur.* MUNCK. Pro *accreſcens* Voſſ. *adcreſcens.*

1 DREPANOS PORTU SEPELIT] MS. Leid. *repetivit.* Anonymus ad Genev. ed. notat unum ex MSS. habere *drepanos portus.* Gloſſa codicis Leidenſis vult τὸ *drepanes* eſſe genitivum Graecum; quo nihil ineptius. *Drepanos* rectus caſus eſt, & falcem ſignificat. Unde *haec drepana* & *hoc drepanum* urbs dicta, ut rectè Servius ad AEn. III. vers. 707. Τὸ Δρέπανον etiam Tzetzae eſt ad Lycophr. p. 123. Non nimis audacter reſcriberetur *drepanio portu.* Sed ſequentia arguunt non tam librariorum negligentiam, quam Fulgentii inſcitiam eſſe accuſandam. MUNCK. Voſſ. Gloſſ. addit *ſc. fratrem.* Cui mox τὸ *Graece* abeſt.

2 FERIATUS ANIMUS] H. e. liber, ut paullo ante: *Timore nutritorum feriata.* Capella lib. I. pag. 7. *Neque ulla prorſus erat, quae ab omni immunis incurſu, cunctoque eſſet gurgite feriata.* MUNCK.

3 MERCURIUS DEUS INGENII] Unde *Mercuriales viri* Horatio dicuntur docti lib. II. od. 17. Ubi Schol. *Mercurius Deus facundiae dictus eſt & ſermonis.* Sed magis huc pertinet illud Marcellini lib. XVI. *Occultè Mercurio ſupplicabat, quem mundi velociorem ſenſum eſſe, motum mentium ſuſcitantem, theologicae prodidere doctrinae, atque in tanto rerum defectu exploranter curabat.* MUNCK.

4 DEDECUS PUERILI &c.] Genev. ed. *Dedecus puerile auctoritate ingenii expelligitur.* Leid. cod. *expellitur.* Notat Anonymus unum ex MSS. habere, *de corde puerili.* Lege itaque, *dum enim de corde puerili auctoritate ingenii expellitur, ſepultus in oblivionis cinere favilleſcit.* i. e. in favillas redigitur. MUNCK. Cod. Voſſ. *decor puerili a. i. expellitur.*

5 VIDE QUIA &c.] Ἰδὲ ὅτι. Ad verbum Graeciſmum expreſſit, ut & infra: *Vides ergo, quia & de ſecretis naturae docet.* Auguſtin. Soliloq. cap. 5. *Neſcivi, quia tu es veritas.* Interpres Abdiae Babylon. lib. I. *Ut ſciant & credant, quia unus eſt dominus, qui fecit coelum & terram.* Salvianus de Gubern. Dei lib. II. pag. 45. *Vides abque dubio quia non potes queri, quod non afficiat etiam injuſtos Deus.* Euagrius in vitâ S. Antonii: *Conſiderans quia peſſet.* Sic Cyprian. de Mortal. *Scitote quoniam in proximo eſt regnum Dei.* Serm. de Orat.

leſcente, in favillam oblivionis ſopita [10] commigrant. At vero in ſexto ad templum Apollinis adveniens, ad inferos deſcendit. Apollinem deum ſtudii dicimus: ideo & Muſis additum. Ergo poſtpoſito lubricae aetatis naufragio, & Palinuro amiſſo (Palinurus enim quaſi planonorus, id eſt errabunda viſio. unde & in quarto libro de adſpectu libidinis ita poſuimus —— *totumque pererrat Luminibus tacitis.* nam & in Bucolico: *errabunda bovis veſtigia.*) Ergo omiſſis his rebus, ad templum Apollinis, id eſt ad doctrinam ſtudii, pervenitur: ibique de futurae vitae conſultatur ordinibus, & ad inferos deſcenſus inquiritur; id eſt, dum quis futura conſiderat, tunc ſapientiae obſcura ſecretaque myſteria penetrat. Sed ſepeliat ante Miſenum neceſſe eſt. [11] Miſio enim Graece obruo dicitur; αὖσ vero laus vocatur. Ergo niſi vanae laudis pompam obrueris, numquam ſecreta ſapientiae penetrabis. vanae enim laudis adpetitus, numquam veritatem inquirit: ſed falſa in ſe adulanter ingeſta, velut propria reputat. Denique etiam cum Tritone buccina atque concha certatur. Vides enim, quam fixa proprietas. vanae enim laudis tumor ventoſa voce turgeſcit: quem quidem Triton interimit: [12] quod quaſi τετεμμένον, id eſt contritum, dicimus. Omnis ergo contritio omnem vanam laudem exſtinguit. Ideo Tritonia dea eſt ſapientiae dicta. Omnis enim contritio ſapientem facit. Cui ego: Certior hanc tuam comprobo doctor

Orat. Dom. ex Gal. v. *Sicut praediximus, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt.* Et ex Joann. Epiſt. 1. *Si dixerimus quia peccatum non habemus.* Junilius in Geneſ. *Unde liquido datur intelligi, quia factura utriuſque elementi pariter expleta eſt.* Sed exemplis quid opus eſt? Indentidem ita non vetus tantum Bibliorum interpres, ſed & reliqui ſcriptores eccleſiaſtici loquuntur. MUNCK.

6 EXERCET] *Exercent.* Leid. cod. Lege ergo & diſtingue, *pugillationem exercent, id eſt, virtutis artem Entellus & Dares peragunt.* MUNCK. Voſſ. Cod. *exercent*, cui τὸ *eſt* abeſt.

7 ΔΑΙΡΕΙΝ] Ed. Genev. *δῆριν.* MS. Leid. *darin.* Fort. *δηρεῖν* ſcripſerat. Eſſet aoriſtus ſecundus, ſive à *δήρω*, ſive à *δαίρω.* MUNCK. Voſſ. C. *darin.* unde conjici poſſit, Fulgentium ſcripſiſſe *δηρεῖν.*

8 FATIGATUR] *Agitatur* Leid. cod. *flagitatur* MS. Anon. Sed Commel. lectionem ſatis probam puto. MUNCK. Voſſ. cod. *agitatur.* utrumque recte. Propert. II. XX. 5. *agitatam fluctibus Hellen.* Cic. pro L. Murena cap. 17. *agitationes fluctuum* dixit. plura omitto. Satis elegantem eſſe metaphoram patet, & ab hujusmodi elegantiis captandis Fulgentium interdum haud alienum eſſe conſtat.

9 SUPEREXCELLENTE] *Superexcellere* dictum, ut *supereminere*, quod ſupra habuimus, & *superabundare*, quod eſt cap. 9. lib. 1. Mythol. Salvian. de Guber. Dei lib. II. *Praerogativis meritorum antecedentium supereminens.* Ad Eccleſ. Cthol. lib. 1. *Supereminens dudum primitivae plebis tuae beatitudo.* MUNCK.

10 COMMIGRANT] Poſt hanc vocem inſerenda ſunt illa ex cod. Leid. & Genev. ed. *Sed hoc incendium Beroe efficit, quaſi veritatis ordo.* MUNCK. Ita & meus Cod. Voſſ.

11 MISIO ENIM &c.] Ed. Genev. *μύω.* Scripſit, opinor, *μισίω.* Sed *μισίω* non *obruo*, ſed *odi* ſignificat. MUNCK. Paullo ante τὸ *ſed* abeſt Voſſ.

12 QUOD QUASI TETPIMME'NON &c.] MS. Leid. *Quem quidem Triton interimit, quaſi τετριμμένον, quod nos Latinè contritum dicimus.* MUNCK. Voſſ. Cod. *quaſi trimenon, quod later contrarium dicimus.* MOX *Ideo & Tritonia* haud male. Hic iterum delirat Fulgentius in *Tritonia Dea.* Si adluſiſſet ad Graeci verbi τετρίμμαι ſignificationem, qua notat hominem in quacunque re verſatum

ctor ſententiam. Nam & noſtra ſalutaris divinaque praeceptio, [1] Cor contritum & humiliatum deum non deſpicere praedicat. quae vere certa manifeſtaque eſt ſapientia. Ad haec ille: Ut certius tibi planiuſque liqueſcat quod dictum eſt, [2] Corineum poſuimus ejus corpus igne cremaſſe. χάειν enim Graece gratiam dicimus, ᾠὼν vero ſaeculum nuncupatum. gratia ergo ſaecularis vanae gloriae ſepeliat cineres neceſſe eſt. Sed tamen non ante diſcitur cognitio ſecretorum, niſi quis ramum decerpſerit aureum, id eſt litterarum & doctrinae [3] diſcat ſtudium. aureum enim ramum pro ſcientia poſuimus, memores quia & mater mea [4] ramum ſe ſomniavit genuiſſe: & [5] Apollo cum ramo depingitur. Nam ideo & [6] Ramus dictus eſt ἀπὸ τῆς ῥαψῳδίας, id eſt à ſcriptura, ſicut Dionyſius in Graecis articulationibus memorat. At vero aureum quod diximus, claritatem facundiae deſignare voluimus; memores Platonis ſententiae, cujus hereditatem Diogenes Cynicus invadens, nihil ibi plus aurea lingua invenit; ut Tiberianus in libro de Socrate memorat. Nam & nos in Bucolicis ideo decem mala aurea poſuimus, ſcilicet decem eclogarum politam facundiam. Nam

ac peritum, pro quo Attici utuntur πείθειν cum genitivo: ut Eurip. Cyclop. 518.

Κύκλωψ, ἄκουσον; ὡς ἐγὼ σοῦ Βακχίου
Τύτθ πείθειν οἶμ', ὃν πιεῖν ἥδιστά σοι.

V. Spanh. ad Ariſtophan. Nub. 867. moderatius vanam ejus ferremus explicationem. Mox pro *ego* Voſſ. C. *ergo*.

1 COR CONTRITUM] Pſalm. L. vers. 18. *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.* MUNCK.

2 CORINEUM] Negligit aſpirationem, ut in Prolog. lib. I. *Caron* pro *Charon*; ubi vide ſis quae à nobis annotata ſunt. Virg. AEn. VI. vers. 228. *Oſſaque lecta cado texit Chorineus abeno.* Fuit ille Sacerdos Trojanus, cujus & lib. XII. facit mentionem. Sed Genev. ed. exhibet *Carineum*. Et videtur ita omnino ſcripſiſſe oblivioſus Planciades, cum à τῷ χάειν vocabulum hoc deducat. MUNCK. Pro *nuncupatum* Voſſ. *nuncupamus*. & pro *ante* idem *antea*.

3 DISCAT STUDIUM] *Diſcatur* Leid. cod. MUNCK.

4 RAMUM SE SOMNIAVIT GENUISSE] Phocas in Vitâ Virgilii: *Mater Polla fuit, Magii non infima proles, Quem ſocerum pietas fecit jam clara Maroni. Haec cum maturo premeretur pondere ventris, Ut ſolet in ſomnis animus ventura repingens Anxius, & vigili praeſumere gaudia curâ, Phoebei nemoris ramum fudiſſe putavit.* Quarto verſu alii legunt *refingens*. Sed necdum eſt bonus nexus orationis, niſi *repingere* vel *refingere* ſcribatur, deleto inciſo poſt τὸ *ſolet*. Philargyrius ad Ecl. III. *Fertur mater Virgilii Maja, cum eumdem paritura gravis eſſet, ſomniaſſe lauri fructum variis floribus genuiſſe.* Lege *lauri frondem* cum Lindenbrogio. Hinc ergo Virgilium quidam à virga vocatum voluere. Calvus: *Et vates, cui virga dedit memorabile nomen Laurea.* MUNCK.

5 APOLLO CUM RAMO] Albricus cap. 4. *Juxta autem illum erat viridis laurus picta.* Immo & caput ejus redimitum ramo laureo erat. Vide Tibull. lib. III. 4. Ovid. XI. Met. vers. 166. MUNCK. Laurus Phoebo ſacra. v. Schol. Apoll. Rh. II. 159. cauſſam docet Schol. Homeri Iliad. A. 14. Hinc Laurea corona Poëtarum. v. Cuperi Apotheoſ. Homeric. p. 39, 40.

6 RAMUS DICTUS EST ΄ΑΠΟ΄ ΤΗΣ ΄ΡΑΨΩΔΙ΄ΑΣ] Immo ῥαψῳδία ſecundum Graeculos dicta eſt à ramo ſive ῥάβδῳ. Vide Euſtath. in Iliad. A. pag. 5. & Apulej. II. Florid. Diomedes lib. III. *Rapſodia dicitur ποιήσεως aliqua particula diſcreta atque divulſa, dicta παρὰ τὸ ῥάπτειν, quod verſus in unum volumen velut conſuantur & comprehendantur; vel quod olim partes Homerici carminis in theatralibus circulis cum baculo, id eſt, virga pronuntiabant, cui ab eodem*

Nam & Hercules aurea mala de horto Heſperidum tollit. 7 Quatuor enim Heſperides [dictae ſunt AEgle, Heſperie, Meduſa, Arethuſa,] quas nos Latine ſtudium, intellectus, memoria, facundia dicimus: quod primum ſit ſtudere; ſecundum intelligere; tertium memorari quod intelligis; inde ornare dicendo quod terminas. 8 Hinc ergo ornatum aureum ſtudii virtus rapit. Cui ego: Verum, inquam, dicis Maro doctiſſime. nuper enim me divinae hiſtoriae memoria tetigit, quae ait ex anathemate ſubreptam eſſe linguam auream, & 9 dextralia pura, nihilominus ex gentili facundia fucatum eloquium. 10 Attamen, quae reſtant, eloquere. Tum ille, Ergo, ut antea diximus, ramum aureum, id eſt doctrinam adeptus, inferos ingreditur & ſecreta ſcientiae ſcrutatur. Sed in veſtibulo inferorum luctus, morbos, bella, diſcordiam, ſenectutem atque egeſtatem videt. Quando ergo omnia in animo aut corde viri conſiderantur, niſi percepto doctrinae ſtudio, & altioris ſcientiae penetrata caligine? tunc enim agnoſcitur & ſomnii inanis ventoſa deluſio, & ſenectutis propinquior ad mortem vicinia, & bellum avaritiae ſeminarium, & 1 mor-

*dem Homero dicti ſunt Homeriſtae.* Sed haec abundantius Euſtathius. MUNCK. Varias variorum ſententias περὶ τ῀ ῥαψῳδίας dabit etiam Schol. Pindari O. Nem. II. 1. 2. & ad Iſthm. O. IV. 63. Adde Salmaſ. Ex. Plin. pag. 609, 610. & quem laudat J. Perizonius ad AEliani VIII. V. H. 2. qui ad l. XIII. c. 38. tam ſingulas Iliados partes, quam totam Homeri Iliada a veteribus ῥαψῳδίαν dictam docet.

7 QUATUOR ENIM HESPERIDES &c.] Leid. cod. *Quatuor Heſperides dictae ſunt, id eſt, Eglo, Heſper, Meduſa, Eretuſa.* Ita habet quoque ed. Genev. Sed corruptiſſimè. Rectè à Commelino reſtituta eſſe vocabula iſta animadvertas ex Lactant. ad Stat. II. Theb. vers. 281. *In AEthiopia*, inquit, *ſpecioſiſſimum pomarium Atlanti fuit, in quo naſcebantur mala aurea, quae Heſperides cuſtodiebant, AEgle, Heſperie, Aretuſa.* Plura de illis congeſſimus ad Hygin. Genealogiam. Caeterum quae ex Leid. cod. adduxi modo, non ibi continenter praecedentibus ſubjiciuntur, ſed marginem occupant, adeo ut de gloſſa mihi ſuſpecta ſint. MUNCK. Alii duas Heſperidas ſtatuunt. Palaephatus de Incredibil. cap. XIX. Ἑσπερες ἦν κώμη Μιλήσιος, ἃς ἔχει ὁ τῇ Κυρήνῃ, καὶ εἶχε θυγατέρας δύο, αἱ ἐκαλοῦντο Ἑσπερίδες. Hinc inter Panaeni picturas in Jovis templo apud Eleos Ἑσπερίδες δύο φέρουσι τὰ μῆλα, ὧν ἑκατέρᾳ λέγεται τὸν φύλακα. V. Pauſan. lib. V. cap. 11. p. 402. Theocles vero in Junonis templo apud eoſdem Eleos, ut idem Pauſan. l. V. c. 17. pag. 419. Τὰς Ἑσπερίδας πόθεν ἀνεπμὸν ἐκείνοις. Pro *AEgle* Voſſ. *AEglo*. Pro *memoria facundia* Voſſ. non male *memoria & facundia*.

8 HINC ERGO] *Hic ergo* Leid. cod. MUNCK. Pro *ego* mox Voſſ. *ergo*.

9 DEXTRALIA PURA] Gloſſ. *armillas*. Vide Iſidor. Orig. lib. XIX. cap. 31. Barthol. de Armillis Vett. cap. 1. *Dextrocheria* appellat Schol. Juvenal. ad Sat. IX. vers. 50. de quibus Voſſius in de vitiis Serm. lib. III. cap. 8. Gruter. ad Vopiſc. Aurel. cap. 7. Salmaſ. & Caſaub. ad Capitol. Maxim. cap. 7. Tangit heic hiſtoriam Achanis Joſ. cap. VII. vers. 21. ubi tamen nulla dextralium fit mentio: Εἶδον ἐν σκηνῇ ψιλὸν πολύλιτον, καὶ ἀργυρίου δίδραχμα ἑκατόν, καὶ γλῶσσαν μίαν χρυσῆν πεντήκοντα δίδραχμον. *Regulam auream* appellat iſtam γλῶσσαν Vulgatus Interpres. Nazianzenus εἴκοσι: Χρυσῆς τί γλώσσης ἐστὶν εὐτελίστερον, ψιλὸς, διδράχμου τι τ῀ ἀνατάτου; Siracides cap. XXI. vers. 21. Ὡς κόσμος χρυσῆ φορτίον παιδεία, καὶ ὡς χλιδὼν ἐπὶ βραχίονι δεξιῷ. Vet. Interpr. *Quaſi bracbiale in brachio dextro.* Gloſſ. Iſidor. *Dextralia, bracbialia.* Confer Alard. Gazaeum in Caſſian. pag. 13. MUNCK.

10 ATTAMEN QUAE RESTANT] Leid. cod. & Genev. ed. *attamen ergo quae* &c. MUNCK. Pro *ſcrutatur* Voſſ. *perſcrutatur*. Pro *egeſtatem* idem *agieſtatem*.

[1] morbus indigeſtionis, & fames pigritiae & torporis vernacula. Ergo deſcendit ad inferos: atque illic & poenas malorum, & bonorum retributiones, & amantum conſiderans triſtes errores, oculatus inſpicit teſtis. Denique [2] nauta Charonte deportante tranſit Acherontem. Ideo & hic fluvius velut aeſtus habet ebullientes juvenilium actuum. Ideo coenoſus, quia non habent juvenes digeſta liquidaque conſilia. [3] Acheron enim Graece ſine tempore dicitur. Caron vero quaſi Cronon, id eſt tempus: unde & Polydegmonis filius dicitur. Polydegmon enim multae ſcientiae dicitur. Ergo dum ad tempus multae ſcientiae quis pervenerit, in temporales gurgitis coenoſitates morumque [4] faeculentias tranſit. Deinde Tricerberum mellitis [5] reſopit offulis. Tricerberi autem fabulam jam ſuperius expoſuimus, [6] in modum jurgii forenſiſque litigii poſitam. Unde & Petronius [7] in Euſtion ait: Cerberus forenſis erat cauſidicus. Ergo tunc jurgii calumnia diſcitur, & venalis lingua in alienis exercetur negotiis, dum ſtudii doctrina profecerit, ſicut in advocatis nunc uſque conſpicitur. ſed melle ſapientiae ſcandali dulcoratus [8] reſipiſcat [9] rancor. Deinde in ſecretis conſiderationibus admiſſus virorum fortium contemplatur imagines, id eſt virtutis inſignia monimentaque conſiderat. Ibi etiam

1 MORBUS INDIGESTIONIS] II. e. cruditatis. Theodorus medicus cap. 6. *Dulcia omnia quidem inflationem praeſtant, & indigeſtionem procurant.* Iſidor. Orig. lib. XX. cap. 2. *Crapula eſt immoderata voracitas, quaſi cruda epula, cujus cruditate gravatur cor, & ſtomachus indigeſtus efficitur.* Caeterum poſt illa verba ex Cod. Leid. & Genev. edit. interſerenda ſunt, *& immodeſtiae ſubules & ſcandala ebrietatis germina.* MUNCK. Paullo ante pro *i. a. a. corde* Voſſ. *i. a. a. in corde.* Deinde pro *percepto* idem *percepta*, ut referatur ad τὸ *caligine.* Sed *percepto* retine, dependet enim a ſtudio. Pro *ſomnii inanis* idem *in hortis ſomnii.* Pro *digeſtionis* idem *digecienis.* Mox praefiguntur in eodem codice τῆς *fames pigritiae* τὰ *inmodeſtiae ſuboles & ſcandala ebrietatis germina et.*

2 NAUTA CHARONTE] *Charone* ed. Genev. Lege *Carone* cum Leid. cod. Dictum de eo jam ſupr. ad Prolog. lib. I. MUNCK. Voſſ. *Carone deportata*, pro *caeneſus* idem *& coeneſus.*

3 ACHERON] Ita & Leid. cod. Sed Genev. ed. ἄκαιρον, & χρόνον pro *cronon.* Perperam, opinor. Nam κηρὸς corrupte ut κιρὸς pronuntiavit, & Ch tanquam C; unde Corineus, Caron, & Cronos, pro Chorineus, Charon, Chronos. Servius ad AEn. VI. 106. *Acheron fluvius dicitur inferorum, quaſi ſine gaudio*: id quod & ad vers. 295. inculcat. Nempe & iſte χαίρω ut χίρω pronuntiabat. Planciades ſupra lib. I. cap. 9. *Ceres Graecè gaudium dicitur.* Sanius Euſtath. ad Hom. p. 157. Ὥσπερ δὲ φασιν, λέγει τὴν ἄχαρ καὶ χίρειν κατάρας ἐπὶ κόπῳ ἀχρείων, καὶ κακῷ μισθώσει τὴν ἀχίρων. MUNCK. Schol. Apoll. Rh. II. 352. Ἀχίρων δ' παρὰ τὸ ἄχια πίπτειν. Mox pro *tempore* Voſſ. *temporibus.*

4 FECELENTIAS] *Fecellentias* Leid. cod. Lege, *faeculentias* ex Genev. ed. Gloſſ. Labb. *Faeculentas*, πυγάδας: inde *foeculentia.* MUNCK. *Polydegmon. e. m. ſ. d.* abſunt Voſſ. idem *faecelentias.*

5 RESOPIT] I. e. ſopit, ſoporat, ut habet gloſſa. Compoſitum pro ſimplici, ut *recipere* pro *capere* apud Juſtinum & Florum, *reprobare* pro *probare* apud Salvian. lib. I. de Provid. *reſidere* pro *ſedere* apud interpretem Abdiae, nec non *retrudi* pro *trudi* apud eundem, *redire* pro *venire* apud Spartianum in Hadriano, aliaque apud alios. MUNCK. Pro *autem* Voſſ. *enim.*

6 IN MODUM JURGII FORENSIS] Barth. ad Stat. Tom. II. p. 263. emendat *in nodum*, hoc eſt, aenigma, emblema, ut ipſe exponit. Non accedo. Recte habet *in modum*, hoc eſt, in ſimilitudinem, in imaginem. Sic cum alibi ſaepe in libris Mythologicis, tum lib. II. cap. 7. *Antaeus in modum libidinis ponitur.* Et ſub finem hujus

etiam Deiphobi inſpicit poenam: Deiphobus enim Graece aut quaſi Dimophobus, aut velut Demophobus, id eſt aut [10] terroris timor, aut publicus timor. Ergo qualiſlibet timor ſit, juſte amputatis & manibus & oculis & auribus pingitur: illa videlicet ratione, quod omnis timor [11] nec quod videat ſentit, nec quod audiat ſcit, nec quod gerat ſine manibus novit. Denique & in ſomnis à Menelao occiditur. Graece enim Menelaus quaſi [12] Menelau, id eſt virtus populi: quae quidem virtus omnem timorem ſemper ſomno deditum interficit. Illic etiam & Dido videtur, quaſi amoris atque antiquae libidinis umbra jam vacua. Contemplando enim ſapientiam libido jam [13] contemtu emortua, [14] lacrimabiliter poenitendo ad memoriam revocatur. At vero dein ad locum [illum] venitur, ubi dicimus,

*Porta adverſa ingens ſolidoque adamante columnae:*
*Vis ut nulla virum, non ipſi exſcindere ferro*
*Coelicolae valeant, ſtat ferrea turris ad auras.*

Vide quam evidentem ſuperbiae atque tumoris imaginem deſignavimus. Cui etiam turri ideo adamantinas columnas addidimus: quia [15] hoc genus

hujus libelli, *Rotae in modum temperis ponuntur.* Eodem ſenſu *in ſimilitudinem* dixit Albricus cap. 11. *Juno poſita in ſimilitudinem aëris.* Et Iſidor. Orig. lib. VIII. cap. 11. *Deum ruſticorum, quem in naturae ſimilitudinem formaverunt.* Vide porro Indic. in MODUS. MUNCK. Livius 11. 38. *Ibi in concionis modum oratione exorſus.* Salluſtius Catil. cap. XII. n. 3. *Operae pretium eſt, cum domos atque villas cognoveris in urbium modum exaedificatas, viſere templa Deorum.*

7 IN EUSTION] Barthius loco modo laudato: *In libro* 1. *vel* 11. vel, ſi hoc minus forte placeret, *in Satyrico*, conjecturis veriſimilibus: quarum poſteriorem, quam longè praeferam, inculcat iterum pag. 1120. *Titulum eum*, inquit, *Petronianum in Fulgentio corruptum arbitror ex abbreviatione, & legendum Stico, hoc eſt, Satyrico.* MUNCK. *Que lit. poſ. U. e. P. i. Euſtion ait Cerb. fur.* abſunt Voſſiano. mox pro *jurgii* idem *jurgia.* Pro *Deiphobi* idem *& Deiphebi.* Deinde *Deiphoebus* pro *Deiphobus.*

8 RESIPISCAT] Cod. Leid. *reſipiet.* Superſcripta erat altera lectio, *vel reſipiat.* MUNCK.

9 RANCOR] Gloſſ. *acerbitas.* Quid ſit *rancer* eleganter, ut omnia, docet Caſaub. ad Perſium pag. 82. Praeter Auguſtinum, Hieronymum, alioſque, uſurpat eam vocem etiam Caſſianus p. 199. ed. Gazaei. Plura vide ſupra ad illa, *acerre rancidulo.* MUNCK.

10 TERRORIS TIMOR] Deiphobus ergo quaſi δείμου φόβος dictus, ſi Fulgentio credimus. MUNCK. Pro *amputatis* Voſſ. *amputabis.*

11 NEC QUOD VIDEAT SENTIT &c.] Hunc locum dum expurgare intendit, inquinat Pricaeus ad Apulej. Mileſ. pag. 252. MUNCK.

12 MENELAU] Ita & Leid. cod. Ed. autem Genev. μέλεω λαῦ. Sed corrumpere Graecas voces ſolenne Fulgentio eſt. MUNCK.

13 CONTEMTA EMORTUA] Scribe cum Leid. cod. & ed. Genev. *contemtu.* MUNCK.

14 LACRIMABILITER] *Lacrimaliter* cod. Leid. Quod videtur Fulgentio non indignum. Auctor Ovid. Vetulae: *Seu lacrimalia, ſeu cujuſque foramina ſenſus.* MUNCK. Voſſ. C. *lacrimaliter.* cui mox deeſt τὸ *illum.* Deinde pro *tumoris* idem *timoris.*

15 HOC GENUS LAPIDIS] Immo *adamantinum*, quando pro re duriſſimâ ponitur, λίθῳ ἢ ἀδαμάντῳ dicitur, ubi ea vox ferrum duriſſimum vel chalybem denotat, non gemmam. Vide quae notavimus ad Hygin. cap. 22. Homerus certè, unde iſtam Tartari deſcriptionem hauſit Maro, σιδηρείας πύλας ei tribuit Iliad. Θ. vers. 15. MUNCK. In Virgil. VI. AEn. 552. in Excerpt. Voſſ. legitur *ſolidaeque adamante columnae.* Sed nihil muta. ſic enim III. Georg. 26. *Pugnam*

genus lapidis indomabile eſt, ſicut etiam [1] in Graeco abſolvitur. Superbiam enim nec divinus timor, nec humana virtus, nec famae verecundia revocare poteſt. Ferrea vero turris ad auras elatio erecta & incurvabilis dicitur. Sed elationem quis ſervat niſi Tiſiphone, hoc eſt furibunda vox? At vero quod diximus,

*Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra Saevior:*

Illud nihilominus deſignavimus, quod deterior eſt in ſuperborum corde tumoris inflatio, quam in ore ventoſa jactatio. nam illud quod diximus,

*—— Tartarus ipſe*
*Bis patet in praeceps tantum tenditque ſub umbras,*
*Quantus* [2] *ad aetherium coelum ſuſpectus Olympum;*

Conſidera plenum ſuperbiae meritum. Poena enim ſuperbiae dejectio eſt. quanto enim elatus contemnitur, tanto prae vilitatis dejectione torquetur. Ergo exaltatus quis in ſuperbiam duplum [3] eliditur. Unde & Porphyrius in epigrammate ait,

[4] *Pau-*

*ex auro ſolidoque elephanto.* Hic pro *tumoris* Voſſ. *timoris.*

1 In Graeco absolvitur] Gloſſ. *interpretatur.* Ex ἀ enim στηλαχ, & δαμάω, dictus *adamas.* MUNCK. Pro *famae verecundia r. p.* Voſſ. *fama revocat verecundia.*

2 Ad aetherium coelum suspectus olympum] *Coeli* legitur apud Virgil. AEn. VI. vers. 579. Olympus nempe θεῶν ἕδος eſt, & altior coelo. Tibullus in Panegyrico ad Meſſalam: *Jupiter ipſe levi vectus per inania curru Adfuit, & coelo vicinum liquit Olympum.* Haec docuit nos I. Douza not. in Tibull. lib. IV. c. 7. MUNCK. Conſule Cuper. Apoth. Hom. p. 25. Voſſiano Codici abſunt *tenditque ſ. u. Q. a. aeth. c. ſ.* e.

3 Eliditur] H. e. dejicitur. Fulgent. Ruſpenſis ad Monimum p. 21. ed. Baſ. *Praevenit eliſum, ut ſurgat, ſubſequitur elevatum, ne cadat.* Et epiſt. 3. *Armis, quibus eliditur, ſurgit.* Vetus Interpr. Pſalm. 145. vers. 7. *Dominus erigit eliſos.* Marc. cap. IX. 20. *Eliſus in terram volutabatur ſpumans.* Victor Epiſcop. Lib. IX. de Perſec. Vand. *Infantem infantiam elidebat ad terram.* Et Lib. II. *Illam mirabilem arborem eliſit ad terram.* Tertull. de Cult. Foem. cap. 7. *Quid crinibus veſtris quieſcere non licet, modo ſubſtrictis, modo relaxatis, modo ſuſcitatis, modo eliſis.* Jornandes Geth. cap. 15. *Septem valentiſſimos milites ad terram eliſit.* Chryſol. Serm. XV. *Ut levaret jacentes, eliſos erigeret.* Auguſtin. Confeſſ. Lib. IV. cap. 1. *Salubriter proſtrati & eliſi.* Plura congeſſi ad Hyg. Myth. cap. 38. MUNCK.

4 Pauxillum] Pithoeus Catal. Lib. I. *Pauxillo* edidit. MS. Leid. *auxilium.* Puto ſcriptum fuiſſe Porphyrio *pauxillam*, ut oppoſitio ſit inter parvam frontem, & grande ſupercilium. *Paucus* eſt parvus. In Prologo, qui Junilio praefixus eſt: *Proverbium eſt pauca ſententia verborum.* Hinc *pauxillus* parvulus. Symm. Lib. I. epiſt. 4. *Pauxillum tempus.* Lucillius: *Plumbi pauxillum rudus, linique metaxam.* Salvianus Lib. I. de Gubern. Dei p. 13. *Non tamen niſi pauxillulum vini ſumere ac delibare permiſit.* Turpilius Lemniis: *Propter peccatum pauſillulum indigniſſimè patriâ protelatum eſſe faecitia patris.* Ita edidit Mercerus, qui & *pauſillulum* pro *pauxillulum* annotat poſitum. Sed mihi illud pauſillulum ex pravâ pronuntiatione libriorum ortum, nec Latinum videtur. Ejuſdem farinae cenſeo *praegnas* & *nugas*, pro *praegnax* & *nugax*, quae à Chariſio annotantur Lib. I. Caeterum

4 *Pauxillum Fortuna tibi, res perfida, Quinte,*
*Extulit in frontem grande ſupercilium.*
5 *Nam ne aliud credam, puteum puto te quoque, Quinte:*
*Quanto altus magis es,* 6 *tam mage deſpiceris.*

Denique ibi & gigantas videt, & Ixionem, & Salmoneum, 7 omnis ſuperbiae poena damnatos: nec non & Tantalum. Tantalus enim Graece quaſi Τάλαν θέλων, id eſt viſionem volens. Omnis enim avaritia jejuna fruendi uſu, 8 ſola viſionis imagine paſcitur. Sed his locis judex Radamanthus Gnoſius ponitur. Radamanthum enim quaſi τὰ ῥήματα δαμᾶντα, id eſt verbum domantem dicimus. γνάσσω enim ſentire dicitur. Ergo qui verborum inpetum domare ſcit, hic ſuperbiae & damnator & contemtor eſt. Denique AEneas hoc ſtrepitu terretur. Vir enim pius ſuperbiae voces & malorum poenas 9 effugit & paveſcit. Deinde ramum aureum 10 poſtibus devotis infigit, & ita Elyſium ingreditur. 11 quod clareat facundia perfectione, omiſſo jam labore diſcendi, memoriae, quae in cerebro eſt, ſicut in poſtibus perpetuae infigenda, Elyſium ingreditur campum. Elyſis enim Graece reſolutio dicitur. id eſt, feriatam vitam poſt 12 magiſtrianum timorem. Sicut enim inferni Proſerpina regina, ita ſcientiae regina memo-

terum in Turpilii illo loco omnino *pauxillum* ſcribendum, ne lex verſus migretur: atque ita video repraeſentare etiam Godofredi editionem. MUNCK. *Luſilium* Voſſ. pro *extulit* idem & *tulit*.

5 NAM NE ALIUD &c.] MS. Leid. *Nam ut aliud*. Scriptus liber, quem Anonymus inſpexit, *ut non aliud*. Videtur caſtigandum, *ut ne aliud* &c. MUNCK. *Nam ut aliud* Voſſ. & *pote* pro *te quoque*.

6 TAM MAGE DESPICERIS] Luſus eſt in ambiguitate vocum *altus* & *deſpicere*. *Deſpicere* eſt pro nihilo habere, & deſuper aſpicere. Vide Nonium cap. IV. Hinc illa ſeptuoſa dictio apud Macrob. Lib. I. cap. 6. *Quod dii deſpicerentur*. Gloſſ. Steph. *Deſpexit*, ὑπερῖδεν, καὶ ὑψίθεν ἀπέβλεψεν, καταφρονεῖν. Schol. Horat. ad Lib. III. od. 7. *Deſpicere eſt deorſum ſpicere, ſeu videre, quod facimus, quando aliquem contemnimus*. Hinc *deſpectio* pro contemtu. Vet. Interp. Job. cap. XII. 21. *Effudit deſpectionem ſuper principes*. MUNCK. Voſſ. *Tam magis deſpiceris*. Mox pro & idem *etiam*.

7 OMNIS SUPERBIAE &c.] Mallem *omnes*, niſi & heic βουκόλως voluit Plancides. MUNCK. Pro *damnatos* Voſſ. *damnandos*. Pro Τάλαν θέλων idem *tantalum*.

8 SOLA VISIONIS &c.] *Solae viſionis* Leid. cod. Quod non ſpreverim. Vide Charif. Lib. II. & quae notavi ſupr. ad illa: *Eſto Euryſtheus alio fortiori*. MUNCK. Voſſ. *ſolae*. Mox *dicimus* abeſt eidem, & pro *domare*, *dominari*.

9 EFFUGIT ET PAVESCIT] *Ac paveſcit* Leid. cod. Etiam *aufugit* commodius foret. MUNCK.

10 POSTIBUS DEVOTIS INFIGIT] *Devovit* Leid. cod. Mallem, *devotus*. MUNCK.

11 QUOD CLAREAT FACUNDIA &c.] Leid. cod. *Quo claret dum perfectione*. Scriptus liber ab Anonymo conſultus, *dum perfectionem*. Emendem, *Quo clareat facundiae perfectionem, omiſſo jam labore diſcendi, memoriae, quae in cerebro eſt, ſicut in poſtibus, infigendam*. Quae deinde ſequuntur, *Elyſium ingreditur campum*, è margine in textum irrepſiſſe ſuſpicor, vel locum ita conſtituendum, poſitâ τελείᾳ στιγμῇ ante τὸ *Elyſium*: *Elyſium ingreditur campum, id eſt, feriatam vitam poſt magiſtrianum timorem: Elyſis enim Graecè reſolutio dicitur*. MUNCK. *Quod clareat dum perfectione* Voſſ. c. & mox pro *Elyſium egreditur*. Idem *egeritur*.

12 MAGISTRIANUM TIMOREM] Gloſſ. Nomicae, Μαγιστριανὸς, ὁ καρδιοτρ. Μαγιστριανὸς, quae-

memoria eſt, quae in Elyſiis perſerpens, dominatur perenniter mentibus. Huic ergo doctrinae aureus ramulus dedicatur. De qua memoria Cicero dicere ſolitus erat, [1] Theſaurum ſcientiae. Sed in Elyſiis campis primum [2] Muſaeum videt, [3] qui Muſarum dono excelſior eſt omnibus, qui etiam patrem oſtendit Anchiſen, & Lethaeum fluvium. patrem ſcilicet ad tenendum gravitatis morem: Lethaeum vero, ad obliviſcendam pueritiae levitatem. denique ipſum nomen Anchiſae conſidera. Anchiſes enim quaſi [4] ainoiſcenon, id eſt patriam habitans. unus Deus enim pater, rex omnium, ſolus habitans in excelſis, qui quidem ſcientiae dono monſtrante conſpicitur. [5] Nam & vide, quid filium docet:

*Principio coelum ac terram campoſque liquentes,*
*Lucentemque globum Lunae Titaniaque aſtra.*

Vides ergo quia, ſicut Deum creatorem oportuit, & de ſecretis naturae

μαιεδάτωρ. Gloſſ. Philox. *Agens in rebus*, μαγιστριανός. Sed illa heic non quadrant. *Magiſtrianus timor* eſt, quem magiſter incutit. Adde quae Voſſius habet in de Vitt. Serm. p. 505. MUNCK.

1 THESAURUM SCIENTIAE] An neutro genere uſurpavit? Ita videtur, niſi τὸ *eſſe* ſubaudiendum eſt. Petron. Fragm. Tragur. *Literae theſaurum eſt.* Vide ibi Cl. Schefferum, Barth. Adverſ. Lib. XXX. cap. 6. & quae nos ad Hyg. Myth. cap. 3. annotavimus. Invenias & in notis Tyronis p. 147. *theſaurum.* De memoria non minus eleganter Plutarchus παιδ. ἀγωγ. Part. II. cap. 15. Αὕτη γὰρ ἅπαντα τὰ παιδείας ἐστὶ ταμιεῖον. Tertull. de Anim. cap. 4. *Quam* (memoriam) *& ipſe Plato ſenſuum & intellectuum ſalutem, & Cicero theſaurum omnium ſtudiorum praedicavit.* MUNCK.

2 MUSENUM VIDET] *Muſeum* ed. Genev. Scribendum erat *Muſaeum.* Virgil. AEn. VI. vers. 666. *Quos circumfuſos ſic eſt affata Sibylla: (Muſaeum ante omnes: medium nam plurima turba Hunc habet, atque humeris exſtantem ſuſpicit altis:) Dicite felices animae, tuque optime vates* &c. MUNCK. Voſſ. c. *Miſenum.* ſcribe *Muſaeum.* De Muſaeo Schol. Ariſtoph. Ran. 1065. Τὸν Μουσαῖον παῖδα Σελήνης καὶ Εὐμόλπου Φιλόχορός φησιν. ἔτθ᾽ ὁ παιδαγώγους καὶ τελετὰς καὶ καθαρμοὺς συστήσασθαι· ὁ δὲ Σοφοκλῆς χρυσομόλπον αὐτὸν φησι. φέρεται δὲ καὶ ἐπιγράφιον αὐτοῦ ἔχον.

Εὐμόλπου φίλον υἱὸν ἔχει τὸ Φαληρικὸν ὄδας
Μουσαῖον, φθιμένου σῶμα κατὰ τηῖδε τάφου.

Ἐνίοις δὲ καὶ θεσπιῶν τινῶν παῖδα αὐτὸν λέγεται. Pauſan. Lib. I. cap. 25. p. 61. de ejuſdem morte ac ſepulcro cum hoc epitaphio conferri meretur. Hic Muſaeus dicitur habuiſſe filiam Helenam, quae ante Homerum Trojae excidium cecinit, ut Ptol. Hephaeſtionis apud Photium teſtatur pag. 482. Ἡ μὲν Ὁμήρου Ἑλένη, ἡ δὲ Ἰλιακὸν συγγραψαμένη πόλεμον, Μουσαίου δὲ Ἀθηναίου θυγάτηρ γεγονυῖα, παρ᾽ ἃς καὶ Ὅμηρος λέγεται λαβεῖν ὑποθέσεις, καὶ κλέος τὸ ἄγλωσσον ἀρέσθαι. De Muſaei parentibus atque aetate lis eſt. Plures enim exſtitere. v. Menag. ad Diogen. Laert. I. 3. & Perizon. ad AEliani XIV. V. H. 21. Hic vero *Muſaeum* reſtituendum, quia Virgilii de Muſaeo agentis locum reſpicit Fulgentius, & eodem redit, quinam Virgilianus ille fuerit, ſciamus, nec ne; Non tamen confundendi ſunt cum Muſaeo Grammatico, qui de amoribus Herûs ac Leandri cecinit, ut recte obſervarunt docti.

3 QUI MUSARUM DONO &c.] Leid. cod. *Qui Muſarum dono excelſiorem omnibus.* MS. liber Anonymi, *quaſi Muſarum donum excelſiorem omnibus.* Suſpicabar fuiſſe, *Muſarum dominum* &c. MUNCK.

4 AINOISCENON] Ed. Gen. *ianoiſcenon.* Leid. cod. *amoyſcenon.* Et mox, *patrum habitans.* Facile apparet in *ainoiſcenon* latere ναιῶν. Joan. I. vers.

turae myſteriis docet, [6] & reduces animas iterum ad vitam demonſtrat, & futura oſtendit. Ad haec ego, O vatum [7] Latiaris [8] autenta! itane tuum ingenium clariſſimum tam ſtultae defenſionis fuſcare debuiſti caligine? qui dudum in Bucolicis myſtice perſecutus dixeras,

*Jam redit & virgo, redeunt Saturnia regna;*
*Jam nova progenies coelo demittitur alto.*

Nunc vero dormitanti ingenio [9] Academicum quidpiam ſtertens,

*Sublimes animas iterumque ad tarda reverti Corpora.*

[10] Numquidnam jam oportuerat inter tanta te dulcia poma, mora etiam ponere, tuaeque luculentae ſapientiae funalia [11] caliginare? Ad haec ille ſubridens, Si, inquit, inter tantas Stoicas veritates etiam aliquid

.vers. 14. Ἐκλάκησεν ἐν ἡμῖν. Vet. Interpr. *babtavit in nobis.* Proverb. cap. 11. vers. 21. Οἱ δὲ δίκαιοι κληρονομήσουσι γῆν, *habitabant in terrâ.* De caetero neſcio quid faciam. MUNCK. Voſſ. cod. *aioniſconou.* & mox *patrum abitans.*

5 NAM ET VIDE] Leid. cod. *Nam inde quod.* Lege, *nam vide quid.* MUNCK.

6 ET REDUCES ANIMAS &c.] Leid. cod. & Genev. ed. *Et reduces iterum animas, iterum de vitâ demonſtrans.* Forte, *& reduces animas ire iterum ad vitam demonſtrat.* Sed Commel. lectio non incommoda eſt. MUNCK. *De vita demonſtrans* Voſſ.

7 LATIARIS] Leid. cod. *Latialis.* Non malè. Macrob. p. 282. *Doctrinae Latialis haud inſcium.* Capella Lib. IV. *Latiali promere coepit facultate.* Et iterum: *Varronis mei inter Latiales glorias.* Anonymus in Carmine de Paſſione Domini, *Latialis bonos.* Symmachus tamen Lib. I. ep. 4. *Moneta Latiaris eloquii.* Dupliciter etiam Graeci ſcribunt. Quem enim Δία Λατιάριον appellat Porphyrius ἐπὶ λοιχῆς, is Dioni in Caligula eſt Λατιάλιος. Adde quae Juretus congeſſit ad Symm. Lib. I. epiſt. 9. MUNCK. *O vatum* abſunt Voſſ. qui pro *Latiaris* exhibet *Latialis.* Saepius vero haec commutari jam dudum docuit Celeb. Oudendorp. ad Lucan. I. 198. Mox in Virgilii verſu pro *demittitur* Voſſ. *dimittitur.*

8 AUTENTA] Gloſſ. *Italica auctoritas.* Gloſſ. Philox. *Auctoritas,* αὐθεντία. Gr. Αὐθέντης, *auctor. Autbenta* eſt, cui refragari nemo poteſt. Hinc *autbenticae ſcripturae* Claud. Mamerto, *autbenticae rationes* Ulpiano. Αὐθεντικὰ τῶν νόμων ſunt juris doctores in Gloſſis Nomicis. Invenitur eadem vox in notis Tyronis. Gloſſ. Philox. modo laudatum, *Perpennius,* αὐθέντης. Quid vocabuli ſit *Perpennius*, fateor me ignorare. Curopalatae αὐθέντης eſt *dominus.* MUNCK.

9 ACADEMICUM QUIPPIAM STERTENS] Gloſſ. *Platonicum.* Videatur Plato in Phaedone, Auguſtin. C. D. Lib. XXII. cap. 28. Servius ad AEn. VI. 703. Tertull. de Reſurr. Carn. Chriſt. cap. I. Platonici immortalem animam è contrario inclamant: immo adhuc proximè etiam in corpora remeabilem affirmant, etſi non in eadem, etſi non in humana tantummodo, ut Euphorbus in Pythagoram, Homerus in pavum recenſeantur. MUNCK. Pro *iterumque* Voſſ. *iterum.*

10 NUMQUIDNAM] Praefero lectionem Leid. cod. *nunquid jam.* MUNCK. Voſſ. *Numquid jam.* & pro *mora* idem *nemora.*

11 CALIGINARE] Caligine fuſcare. Novum verbum hoc, nec uſquam alibi mihi lectum. Sed Leid. cod. habet *caligare.* Perperam dicas, cum *caligare* ſit caecutire. Gloſſ. Labb. *Caligo, as,* ἀμβλυώττω. Dixit quidem *caligantes feneſtras* Juvenalis, Sat. VI. 31. Sed μεθυπικῶς. Immo *caligare* ferrei aevi ſcriptoribus eſt caligine obducere. Chryſol. Sermon. XLII. *Sicut terrae nubes caligant coelum.* Et XLIII. *Viſum ſpe-*

 *ctan-*

aliquid Epicureum non deſipuiſſem, paganus non eſſem. [1] Nulli enim omnia vera noſſe contigit niſi vobis, quibus Sol veritatis inluxit. Neque enim hoc pacto in tuis libris conductus narrator adceſſi, ut id, quod ſentire me oportuerat, diſputarem, & non ea potius quae ſenſeram [2] lucidarem. Audi ergo, quae reſtant. In ſeptimo vero Cajeta ſepulta nutrice, id eſt [3] magiſtriani timoris projecta gravedine. unde & Cajeta dicta eſt quaſi [4] coactrix aetatis. Nam & apud antiquos [5] cajatio dicebatur puerilis caedes: Unde & Plautus [6] in Ciſtellaria comoedia ait,

*Quid tu amicam times ne te manuleo cajet?*

Nam evidenter monſtratur quod in modum diſciplinae poſita eſt, dum diximus,

*AEternam moriens famam Cajeta dediſti.*

Diſciplina doctrinae quamvis [7] moriendo deſciſcat, aeternum tamen memoriae ſemen hereditat. Ergo paedagogantis [8] ſuſpectione ſepulta,

*ſtantium caligabant.* LXXIII. *O ſi taetra nubes letbalis pomi ſpeciem caligaſſet.* Scribe ergo *caligare* ex codice illo praeſtantiſſimo. Videntur prave imitari Virgil. AEn. VI. 605. *Mortales bebetat viſus, & bumida circum Caligat.* Sed *caligat* ibi non activè, ſed abſolutè ponitur. Capella Lib. I. pag. 18. *Nam veſtis ejus byalina, ſed peplum fuerat caliginoſum.* Leid. cod. *caligoſam.* Rarum & hoc, niſi vitioſum eſt. MUNCK. Voſſ. *caligare.* pro *deſiputſſem* idem *deſipiſſem.* Pro *contigit*, *contingit.* & pro *illuxit*, *inluxit.*

1 NULLI] Ita & MS. Leid. Sed ſcripti libri ab Anonymo inſpecti *nullo:* quod Fulgentianae κακοζηλίᾳ eſſe convenientius non pauca alia id genus archaica evincunt. MUNCK.

2 LUCIDAREM] Praefat. Lib. de Priſc. Serm. *Rerum manifeſtationibus dantes operam lucidandis.* MUNCK. Voſſ. *ludicarem.*

3 MAGISTRIANI TIMORIS] Lege cum Leid. cod. & Genev. *magiſtriani timoris projecta gravedine.* MUNCK.

4 COACTRIX AETATIS] *Coartrix* legit Scaliger ad Auſonium. Nugatur ſolennia Planciades. Cajeta dicta eſt ἀπὸ τῆς κατίδος. Servius ad AEn. X. vers. 36. *Alii apud Cajetam dicunt exuſta navigia: unde & Cajeta dicta eſt* ἀπὸ τῆς κατίδος. MUNCK.

5 CAJATIO] Forte à *Caja.* Iſidor. Orig. XVIII. 6. *Haec* (clava) *& cateja, quam Horatius cajam dicit.* Sed Scaliger à κατ *cat* deducit. *Cat autem ſive kat*, inquit, *cancelli ſunt in Vett. Gloſſis.* Locum Iſidori Breulius ita legit: *Quam Lucilius calam dicit.* Cum calae fuſtes ſint, veriſimilis cenſenda iſta conjectura. Nam catejae linguâ Theothiſcâ haſtae dicuntur, ut Servius docet ad AEn. VII. vers. 741. MUNCK.

6 IN CISTELLARIA] Non comparet iſte verſiculus in eâ Ciſtellariâ, quam hodie habemus. *Clitellaria* legendum eſſe docet Scaliger, eandemque eſſe hanc fabulam, quae aliter *Aſtraba* dicatur. Atque ita appellat quoque eam Mekerchus in de Pronunt. Ling. Graec. cap. 40. In fragmentis Plautinis ſcribunt, *Quod tuam amicam times, ne te manuleo cajet?* Sed Leid. cod. diſertim cum Commel. *Quid tu amicam*, & *manuleo.* Vide porro Voſſ. Etymol. voce *Manulea.* ubi rectè diſtinguit, *Quid? tuam amicam times, ne te manuleo cajet?* Nec aliter ſcribit Scalig. Auſon. Lect. Lib. II. cap. 22. MUNCK.

7 MORIENDO DESCISCAT] MS. Anonymi & cod. Leid. *ſtudendo deſciſcat.* MUNCK. Voſſ. *ſtudendo.*

8 SUSPECTIONE] Gloſſ. *ſollicitudine.* Immo reverentiâ potius & obſervantiâ. Macrob. Lib. VII.

ta, ad deſideratam olim pervenitur Auſoniam, id eſt ad boni crementa, quo omnis ſapientum voluntas avida alacritate feſtinat. Auſonia enim ἀπὸ τῦ αὐξάνειν dicitur, id eſt cremento; ſive etiam quod uſque in hanc aetatem crementa ſunt corporum. Denique nunc & uxorem petit Laviniam, id eſt laborum viam. ab hac enim aetate [9] unuſquiſquis utilitatum emolumentis laborum adſciſcit ſuffragia. unde & filia Latini dicta eſt [10] nepotis Fauni. Latinus enim dictus eſt à latitando: quod omnis labor diverſis in locis latitet. Unde & Latona dicta eſt Luna, quod nunc [11] ſuperna coeli, nunc inferiora, nunc uniformis latitet. Faunos vero [12] quaſi caunonus, id eſt laborans ſenſus. Nam & [13] Maricam ducit nympham, quaſi mericam, id eſt cogitationem. Unde & Homerus ait,

Σκήθεσσιν λασίοισι ἀφνειὸν μεμαυῖαν.

[14] In octavo Euandri auxilium petit. Euandros enim Graece bonus vir dicitur. Ergo jam perfectio virilis humanae ſocietatis bonitatem inquirit. à quo bonitatis virtutes, id eſt Herculeam gloriam, audit, quemadmodum Cacum occiderit, id eſt malum. Deinde arma Vulcania,

VII. Sat. pag. 221. *Quem ſuſpectio minoris extulerit & ſuis anteposuerit rebus.* Contrarium eſt *deſpectio.* Vetus Interpr. Jobi cap. XII. 21. *Effudit deſpectionem ſuper principes.* Edunt apud Lactant. Firm. Lib. II. cap. 2. *Factorem ipſum nemo ſuſcipit, aut veretur.* Lego, *ſuſpicit.* Caeterum pro *ſuſpicione* ponitur *ſuſpectio* cum ait praefat. Lib. III. *Inſcientiae formidoloſa ſuſpectio.* Sic & apud Ennium Phoen. referente Nonio cap. XI. *Severiter ferre ſuſpectionem falſam futilium eſt.* MUNCK.

9 UNUSQUISQUIS ] Ed. Genev. *Unusquiſque.* Cod. Leid. *Unusquiſvis.* Scripſerim, *unusquivis.* MUNCK. Unde *Auſonia* nomen habeat, conſule quae dixi in Obſ. Miſc. Vol. X. Tom. II. p. 299. Mox pro *in hanc aetatem c. ſunt* Voſſ. *in hac aetate c. ſint.* Pro *unusquiſquis* Voſſ. *unusquisvis.*

10 NEPOTIS FAUNI ] MSS. Anonymi, *Cauni*, & poſt paullo *Caunus* pro *Faunus*: unde valde vereor, ne iterum heic ſolitâ illâ licentiâ ſuâ uſus ſit Fulgentius in vocabulis detorquendis. Quod Faunum dictum ait quaſi *Caunonum*, id certè non parum favet ſuſpicioni noſtrae. At quid ſimile *Faunus* cum τῷ *Caunonus* habet? Caeterum MSS. Anonymi heic habent *nepus Cauni*: unde apparet faciendum *neptis Fauni*: & ad Laviniam referendum. Nam Latinus non nepos, ſed filius erat Fauni. Vide AEn. VII. vers. 45. MUNCK. Voſſ. *nepo faurri.* Pro *a latitando* Voſſ. *quaſi a latitando.*

11 SUPERNA COELI ] Illud *coeli* non habet e litio Genevenſis. Exiſtimem mutandum in *celat.* MUNCK.

12 QUASI CAUNONIUS ] Leid. cod. *id eſt, quaſi* &c. Et ſic etiam Gen. Ed. in quâ praeterea pro *Caunonus* exhibetur καμῶνος τῆς: quomodo & Scriverius in margine libri ſui emendaverat. Forte copulaverat verba & ſcripſerat καμωνίνος. Sed quid καμῶνος ad *Caunus* vel *Faunus*? MUNCK. Pro *Faunos* Voſſ. *Caunos.*

13 MARICAM DUCIT NYMPHAM ] Vide Servium ad AEn. VII. vers. 47. Schol. Horat. ad Lib. III. od. 17. Lactant. Firm. Lib. I. cap. 22. Idem Lactantius ejusdem libri cap. 21. *Solent mortuis conſecratis nomina immutari, credo, ne quis putet, eos homines fuiſſe. Nam & Romulus poſt mortem Quirinus dictus eſt, & Leda Nemeſis; & Circe Marica; & Ino, poſtquam ſe praecipitavit, Leucothea, materque Matuta; & Melicertes filius ejus Palaemon atque Portumnus.* MUNCK. Pro *Maricam* Voſſ. *Mariam.*

14 IN OCTAVO ] Leid. cod. & Genev. *Deinde in octavo.* MUNCK. ita & Voſſ. qui pro *ſocietatis bonitatem* exhibet *bonitatis ſocietatem.* Deinde ab *a quo* uſque ad *i. e. malum* deſunt Eidem.

cania, id eſt igniti ſenſus munimina, adverſus omne malitiae tentamentum induitur. Vulcanus enim quaſi [1] bulencauſon, id eſt ardens conſilium dicitur. Ideo etiam ibi omnes Romanorum depictae ſunt virtutes: [2] quod ſapientiae conſulto munimine omnes aut conveniunt aut praevidentur. Bene enim agere futurae bonitatis ſeminarium eſt. Sive etiam qui bene agit, bona ſibi fiducialiter repromittit. Ergo ſapientia & bona ſeminat, & bona ſperat. In IX. X. & XI. ipſis armis adjutus contra Turnum pugnat. Turnus enim Graece dicitur quaſi [3] turonnus, id eſt furibundus ſenſus. Contra omnem enim furiam ſapientiae atque ingenii arma reluctant. Unde & Homerus ait: [4] Maceſex. [5] Exhinc etiam Mezentium contemtorem deorum interficit. Deus enim omnia bona fieri [6] & imperat & inportat: ſed animus, qui eſt in corpore, deum contemnendo bona non inplet, reluctatque in bonis [7] ſua inleſione. cujus auſus laedentes, quaſi Lauſum filium ejus, vir ſapiens interimit: dehinc ipſum animum vincit. Nam quis amicus Turni eſſe dicitur? nihilominus Meza-

1 BULENCAUSON] Leid. cod. *Bulencalon.* Barbarum vocabulum finxit ex βυλὴ & καίω. Forte tamen ſcripſerat, βυλῆς καῦσ@ vel καύσεως, quod eſſet *conſilii ardor.* Caeterum pro *dicitur* habet *dicimus* idem codex. Sed ita pro *Vulcanus* in praecedentibus ſcribendum eſſet *Vulcanum.* MUNCK. Voſſ. etiam *Bulencalon.* qui pro *dicitur* exhibet *dicimus.*

2 QUOD SAPIENTIAE CONSULTO &c.] Leid. cod. *Quod in ſapientiae conſultus munimine.* Etiam Genev. ed. τὸ *in* agnoſcit, tametſi in caeteris nihil variat. Si placere poteſt Leid. cod. lectio, τὸ *conſultus* explicandum *conſilii*, ut gloſſa habet. Sed mallem *ſapientis conſilii.* MUNCK. *In ſapientiae conſultus* Voſſ. qui pro *qui bene agit* exhibet *is, qui bene agit,* & pro *in IX. X. & XI.* ſcribit *uno vero ibi.* & *pugnet* pro *pugnat.*

3 TURONNUS] Ex duabus vocibus Graecis Θῦρ@ & νῆς fecit unam barbaram *turonnus:* quanquam melius per ſimplex n *turonus* Leid. cod. MUNCK.

4 MACESEX] Placet Scriverii μαχητής. MUNCK. Voſſ. *maces.*

5 EXHINC] *Hinc* cod. Leid. Sed *exhinc*, quo & Sueton. in Tiber. cap. 9. utitur, non diſplicet. Ita *exinde* pro *inde* dixit Juſtinus Lib. XI. cap. 9. MUNCK.

6 ET IMPERAT ET IMPORTAT] Leid. cod. & Edit. Genev. *Et praeſtat & imperat.* Longè melius. MUNCK. Ita quoque Voſſ. qui mox pro *Deum* ſcribit *milium*, & pro *implet*, *complet.*

7 SUA INLESIONE] *Inluſione* Leid. cod. & alter Anonymi. Quae procul dubio manus Fulgentii eſt. Inluſit enim diis Mezentius. MUNCK. Voſſ. *inliſione.*

8 HIC EST INSUPERANS] Genev. ed. *Uceſtin...* &c. Locus procul dubio mutilus eſt; ſed quem ſine ope melioris codicis fruſtra ſanare intendas. MUNCK.

9 TRUTINA AEQUILANCE] Leid. cod. *trutinae aequâ lance.* Ita & Genev. ed. niſi quod vitioſè *trutane* pro *trutinae* repraeſentat. Ambroſ. Hexaëm: Lib. I. cap. 6. *AEquâ lance ſuſpenditur.* Apulej. Dialogo Hermetis: *Pari lance compenderans.* Hilaſius in deſcript. XII. Signorum Coeleſt. *Libraque lance pari.* *Bilanx* enim libra, ut loquitur Capella Lib. II. Verba Capellae ſunt: *Sine bilance libra apparere dignata eſt.* Leid. membranae *blance*, quod exponunt gloſſae, *blandâ.* Illis ſuffragari Gloſſas Stephani annotat Grotius, *Blanx.* Βλαγξ. Sed falſus in eo eſt. Legendum, *Blax*, Βλαξ, hoc eſt, *ſtultus.* Heſychius: Βλῶξ, βλὰξ, χρησόβλως, ἀνόητ@. Conf. Schol. Ariſt. Plut. II. 2. Feſt. in *Blitum*, & Etym. in βλαξ. AEquilancem trutinam perquam eleganter περιφράζει Palladius: *Libra jugo aequali* &c. MUNCK. Voſſ. *Trutinae aequa lance.*

10 JUTURNA PRAECIPITUR] Non vulgaris ea locutio. Sic Victor de Perſec. Vandal. Lib. II. *Prae-*

Mezapus, quaſi μισᾶν ἵππον, quod nos Latine horrens ſermonem dicimus. Unde & Euripides in Tragoedia Ephigeniae ait: [8] Hic eſt inſuperanſ. Ergo in XII. victor Meſſapi tunc demum [9] trutina aequilance, id eſt morum gravitate, ponderatur ac diſponitur. Deinde [10] Juturna bello diſcedere praecipitur; quae [11] currum etiam regebat. Juturna enim in modum perniciei ponitur, quod diuturne permaneat. Ergo furibundae mentis [12] pernicies ſoror ejus eſt: currum vero ejus [13] quaſi regit, & eum [14] de morte protelat. Certe pernicies, quod furorem diu producere novit, ne finiatur. Nam primum aurigam Methyſcum habuit. ([15] methyſcus enim Graece eſt ebrioſus) ut primum furiam animi ebrietas ducat: dehinc pernicies ad protelandum adcedat. Et ideo & ipſa inmortalis dicitur: Turnus vero mortalis dicitur. furor enim animi cito finitur: pernicies vero diuturne perſeverat. ideo & currum ejus circumagit, id eſt in longum tempus protelat. Rotae enim in modum temporis ponuntur. unde & Fortuna rotam ferre dicitur, id eſt temporis volubilitatem.

[1 Va-

*Praecipimur reddere rationem.* Capella Lib. 1. pag. 15. ed. Grot. *Mox Jovis ſcriba praecipitur.* Ita habet MS. Leid. non *ſcribae*, ut ediderunt. Sulpicius Severus Hiſtor. Sacr. Lib. 1. *Aquam producere praeceptus eſt.* Ammianus Marcell. Lib. XXII. p. 377. ed. Boxh. *Tonſor venire praeceptus.* Lib. XVI. pag. 109. *Agere praeceptus in iiſdem locis.* Ad eundem modum *permiſſus* dicitur, cui aliquid permiſſum eſt, apud Cyprian. Tom. II. pag. 232. ed. Gryph. Auguſtin. C. D. Lib. XVIII. 18. Fulgent. Ruſpenſ. epiſt. 2. Am. Marcellin. Lib. XXIII. pag. 485. Abdiae Babyl. Interpret. Lib. III. Salvian. de Gub. Dei Lib. IV. Sext. Ruf. Brev. cap. 12. & 16. MUNCK. Pro *diſcedere* Voſſ. *diſcendere*, pro *deſcendere.*

11 CURRUM ETIAM REGEBAT] Leid. cod. & Genev. ed. *currum etiam fratris regebat.* MUNCK. Ita etiam Voſſ.

12 PERNICIES SOROR EJUS EST] Leid. cod. *Pernicioſior ſoror eſt.* MUNCK. Tὸ *ejus* abeſt Voſſiano.

13 QUASI REGIT] Leidenſis & Anonymi codices: *currum vero ejus quod regit.* Univerſum locum Leid. cod. ita conſtituit: *currum vero ejus quod regit, & eum de morte protelat, cerne pernicies quod furorem* &c. Quam genuinam eſſe lectionem perſuaſiſſimum habeo. MUNCK.

14 DE MORTE PROTELAT] Feſtus, *Protelare, longè propelliere, ex Graeco videlicet, quod eſt* τῆλε, *& ſignificat longè.* Ita *protelare cladem* Mileſ. Lib. VIII. *protelare exitium* Lib. IX. dixit Apulejus. Eſt & idem interdum, quod *differre & prolongare.* Auctor Ovid. Vetul. *Cauſam protelat in annos.* Symmach. Lib. 1. ep. 1. *Protelarem te paululum, ni vererer, ne dilatione exſpectatio nutriatur.* Vetus Interpres Deut. v. 33. *Ut protelentur dies veſtri.* Caſſian. in de Hab. Mon. pag. 18. *Antiphonarum protelatas melodiis.* Junil. Comm. in Geneſ. pag. 13. ed. Baſ. *Decebat namque omnibus modis, ut dies incipiens à luce in mane ſequentis diei eſſet protelatus.* Eodem ſenſu *prolatare* uſurpat Donatus in Terent. Andr. 1. 2. Chryſolog. Serm. v. *Callidi debitoris eſt & inverecundi, ſaepe pacta non ſolvere, & patientiſſimum creditorem longâ & artifici cavillatione protelare.* h. e. differre. Conſer Donat. in Terent. Phorm. 1. 4. Voſſ. Etymol. in *protelum*, & Fr. Jun. not. ad Tertull. de Poenit. cap. 4. MUNCK.

15 METHYSCUS] *Methyſcos* Leid. cod. Mox lege *furiam animi* cum Genev. ed. Salutaris in Diſtich. Sel. *Ira vel invidia mentes & corpora laedit: Quas animi furias dira venena puto. Furia* pro furore non Latinè tantum, ſed & uſitate ſatis dicitur. Vide not. ad Hyg. Myth. cap. 107. Caeterum ex hoc Fulgentii loco apparet in Virgil. eſſe ſcribendum *Methyſcus*, quomodo & MS. Vat. repraeſentat, non *Metiſcus.* MUNCK. *Meſticos* Voſſ. pro *animi ebrietas ducat*, idem *animus ebrietas dicitur.* & pro *circum agit*, *circum ait.*

[' Vale Domine, & mei tribulos pectoris cautius lege.]

VIRGILIANAE CONTINENTIAE SECUNDUM PHILOSOPHOS MORALIS EXPOSITIO, A FABIO PLANCIADE. V. C. EDITA, EXPLICIT.]

1 VALE DOMINE] Genev. ed. *Vale mi domine.* In Leid. cod. haec clauſula non comparet. Habet vero ejus loco aliam, ſed multo corruptiſſimam & à recentiori manu, in quâ hoc monumentum Fulgentii eſſe epiſcopi affirmatur. MUNCK. Abeſt etiam Voſſiano.

# [1] FABII PLANCIADIS FULGENTII, V. C.

## Expoſitio ſermonum antiquorum ad Chalcidium Grammaticum cum teſtimoniis.

*NE de tuorum [2] praeceptorum ſerie, domine, noſtra [3] quidquam curtaſſe inobedientia putaretur, [4] libellum quem de abſtruſis ſermonibus parari juſſiſti, in quantum memoriae entheca ſubrogare potuit, abſolutum retribui, [5] non tam phaleratis ſermonum ſtudentes [6] ſpumis, quam rerum manifeſtationibus dantes operam [7] dilucidandis.*

[8] SANDAPILAM antiqui dici voluerunt feretrum mortuorum, id eſt loculum, non in quo nobilium corpora, ſed in quo plebejorum

1 FABII PLANCIADIS] Leid. codex: *Incipit expoſitio ſermonum antiquorum à Fulgentio Epiſcopo compoſita ad Grammaticum Calcidium.* Edd. Bapt. Pii & Micyll. *Fabii Fulgentii Placiadis vocum antiquarum interpretatio cum teſtimonio ad Calcidium.* Addit his Godofredus, *Timaei Platonis ecphraſten.* Sed de eo vide praefationem noſtram ad lectorem, ubi de Fulgentii aetate. MUNCK. Pro *Fabii* E. *Flavii.*

2 PRAECEPTORUM SERIE] Tò *ſerie* perperam omiſerat Mercerus. Agnoſcit illud Leid. cod. ut & B. ac M. edd. Nec conſtat ſine eo ſententia. MUNCK.

3 QUICQUAM CURTASSE] B. M. G. *Noſtra quicquam evitaſſe.* Scribe cum Leid. cod. *Noſtra quicquam curtaſſe.* Etiam heic malè τὸ *noſtra* omiſſum à Mercero erat. Barthius ex ſuo MS. profert *declinaſſe.* Sed verbum *curtare* amat Fulgentius. Vide Indicem. MUNCK. Voſſ. *Fortaſſe* E. *curaſſe.* Pro *inobedientia* Voſſ. *inobedientiam.* Pro *putaretur* Voſſ. & E. *putaret.*

4 LIBELLUM QUEM] Lege cum B. M. G. & cod. Leid. *Libellum etiam, quem* &c. Et mox cum iiſdem *retribui.* MUNCK. *Libellum etiam ob quem obſtruſis* Voſſ. pro *parari* E. *comperari.* Pro *memoriae* Voſſ. *memoria.* Pro *ſubrogare* idem *ſubrore.*

5 NON TAM PHALERATIS] Et heic lege cum B. M. G. & cod. Leid. *non phaleratis* &c. ejecto *nè tam*; quod intelligendum relinquitur per ellipſin, de quâ diximus nonnulla ad Praefat. lib. I. MUNCK. Voſſ *facile ratis.*

6 SPUMIS] Ita Leid. cod. non *ſomniis.* ut volebat Barthius Adverſ. Lib. XXIV. cap. 3. quanquam ita jam olim ediderunt Baptiſta Pius & Micyllus. MUNCK. Pro *quam* E. *qua.*

7 DILU-

jorum atque damnatorum cadavera portabantur, ſicut Steſimbrotus [1] Thaſius de morte Polycratis Samiorum Regis [2] ſcribſit, dicens: *Poſteaquam de cruce depoſitus, ſandapila etiam deportatus eſt.*

[3] VISPILLONES dicti ſunt bajuli; quamvis Antidamas Heracleopolites viſpillones dixerit [4] cadaverum nudatores; ſicut in hiſtoria Alexandri Macedonis [5] ſcribſit: *Pluſquam trecentos cadaverum viſpillones reperiens* [6] *crucibus adfixit.* Mnaſeas tamen [7] iij. Europae libro ſcribſit,

7 DILUCIDANDIS ] Lege cum Leid. cod. B. M. & G. *lucidandis*. *Lucidare* pro *dilucidare* aliquoties uſurpaſſe Fulgentium docebit te Index libello huic adjectus. MUNCK. Voſſ. *lucidantis*.

8 SANDAPILAM ] Schol. Juvenal. ad Sat. VIII. 175. SANDAPILARUM ] *Lectorum, in quibus gladiatores mortui de amphitheatro ejiciuntur.* Verum Sandapilae lecti non erant, ſed arcae ligneae, σοροὶ Graecis dictae, ut pridem docuit Salmaſius. Forte *loculorum* ſcripſerat. Sueton. Domit. cap. 17. *Cadaver ejus populari ſandapilâ per veſpillones exportatum eſt.* Vide ibi Comment. & Savar. ad Sidon. Lib. II. epiſt. S. Kirchman. Fun. Lib. II. cap. 9. Voſſ. Etymol. in SANDAPILA. Hinc *Sandapilo*, νεκροθάπτης in Gloſſ. Labbaei. MUNCK. Exc. *Sandapila.* Τὸ *mortuorum* abeſt Voſſ. pro *ideſt* E. *idem.* Τὸ *in quo* abſunt Voſſ. pro *portabantur* Voſſ. *portebantur.*

1 THASIUS ] Vett. edd. & cod. Leid. *Staſius*: quomodo & Barthius in Vet. MS. invenit. Sed *Thaſius* rectè habet. Vide Voſſ. Hiſtor. Graec. Lib. IV. cap. 7. cujus verba, ut locum eum inſpexi, ſtatim adverterunt me: *Interpretem Steſimbroti Thaſii (ut in Graecis ſcriptoribus ſolet) teſtem laudat Fulgentius Planciades libro de Priſco Sermone voce* SANDAPILA. Ergo Planciades noſter Graecos ſcriptores ipſos non legit, ſed tantum eorum interpretes. Ei tamen ſententiae repugnare videtur, quod infra ait in PROBLEMA. *Sed ne quid Graecum te turbet exemplum, ego pro hoc tibi Latinum faciam.* MUNCK. Pro *depoſitus* Voſſ. *depoſitis*. Hiſtoriam, quam de Polycrate Samio ſcribit, refert Euſtathius ad Dionyſ. Perieg. vs. 533. Συλεσσῶντα ἀδελφὸς Πολυκράτης, ὁ φαύλως ἐτυραννήσας Σάμου τοῦ Αἰακίδου, ὕστερον ἀνῃρέθη ὑπὸ Περσῶν. Haec debet, quem ſequi ſolet, Herodoto lib. III. cap. 124. 125.

2 SCRIBSIT ] Vett. edd. & cod. Leid. *deſcripſit*. MUNCK.

3 VISPILLONES DICTI SUNT BAJULI ] Vett. edd. *bajulatores*. Leid. cod. *bajules*. Perperam. Sidon. Lib. III. epiſt. 11. *Ut locum auderent tanquam vacantem bajuli raſtris funebribus impiare. Sandapilarios* vocat idem Lib. II. epiſt. 8. Gloſſ. Iſidor. *Veſpillones, foſſarii, qui mortuos ſepeliunt, bajuli.* Caeterum *viſpillo*, ut *biſpillo* in Gloſſ. Steph. corrupta eſt pronuntiatio pro *veſpillo.* Nam & *Veſpas*, à qua voce *veſpillo* derivatur, bajulos eos dixerunt. Vide Feſtum in eâ voce, Colvium ad Apulej. p. 199. nec non Voſſium in Etymol. voce VESPA. Cum haec ſcripſeram, in notis Junii ad Tertull. de Pallio pag. 15. legi *biſpelliones* dictos, quod lugubres veſtes ſuis ſuperinduerent. Niſi fallor egometipſe, falſus eſt multum, unde hauſit illa vir ille doctiſſimus. Qui hoc commentus fuit, forte legerat in Gloſſis, Νεκροθάπται, *Biſpelliones.* Pro *Antidamus* repoſui *Antidamas* ex MS. Leid. MUNCK.

4 CADAVERUM NUDATORES ] Hoc convenire dicas cum eo, quod Joannes Genuenſis in Catholico tradit, *veſpillones* dici, quia *mortuos veſtibus ſpoliat.* MUNCK.

5 SCRIBSIT ] Vett. edd. Leid. cod. *Scripſit*, *dicens.* MUNCK. Eodem modo exhibent noſtri. Sed τὸ *ſcripſit* abeſt Voſſ. qui pro *trecentos trecentum.*

6 CRUCIBUS AFFIXIT ] *Crucibus fixit* Leid. cod. MUNCK. Ita quoque E. Pro *elatum* Voſſ. *delatum*, Leid. *delatus.* Licet hujus ſcriptoris verba non ſint ad artificis ſtateram, ut opinor, expendenda, & ſciam *efferre* proprium eſſe in re funerea verbum, *delatum* hic tamen praefero. enim hic, ut alibi notat, de loco in locum ferre, ut Livio II. 36. *Conſenſu inde haud dubio omnium, qui aderant, in forum ad conſules lectica defertur.* Quamquam ibi Romanorum more praepoſitio *de* motum de ſuperiori in inferiorem locum ſignificare poſſit, quia proceres Romae ſaepe in collibus & locis editioribus habitabant, unde *deſcendere* ſaepe pro in publicum prodire ponitur. Vid. Graev. ad Cic. IV. ad Attic. Ep. 3. Sed priorem ſententiam amplector, quia apud eundem Livium mox ſequitur, *inde in curiam juſſu conſulum delatus*, praeterquam quod ibi agatur de homine plebejo Tib. Atinio, quem

ſcribſit, Apollinem, poſtquam ab Jove ictus atque interfectus eſt, à viſpillonibus ad ſepulturam elatum eſſe.

POLLINCTORES dicti ſunt, qui [8] funera morientium accurant. Plautus [9] in Poenulo: *Quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.* Dicti autem pollinctores, quaſi pollutorum unctores, id eſt cadaverum curatores; unde Apulejus in Hermagora ait: [10] *Pollinctores funere domuitionem paramus.*

MANALES LAPIDES. Labeo, qui diſciplinas Etruſcas [11] Tagetis &c

quem an in tam excelſo habitaverit loco, vehementer dubito.

7 IIJ. EUROPAE LIBRO] Leid. cod. *In Europae libro.* Vett. edd. *In Cecrope libro.* Vide Merceri notas. Fons erroris videtur, quod ſine diphthongo *Europe* exararant librarii, quemadmodum in ſuo MS. invenit Barthius. MUNCK.

8 FUNERA MORIENTIUM ACCURANT] Ἐνταφιασταί nimirum ſunt. Lexicon Cyrill. Ἐνταφιαστής, *pollinctor.* Adde quae Savaro habet ad Sidon. Lib. III. ep. 13. Kirchm. Fun. Lib. I. cap. 9. Leid. cod. & Vett. edd. heic exhibent, *funera morientia.* MUNCK. Leid. & Exc. *morientia accurant.* forte *morientium curant.* Propria locutione, ſatis nota e Terentii Andria I. I. 81. *Cum illis, qui amabant Chryſidem, una aderat frequens: curabat una funus.* Sed Auctor harum elegantiarum, ut videtur, captator, praepoſitionem addiderit ad ornatum, ad quem a majoribus verbo aut nomini adponi ſolebat, ut dicit Serv. ad VI. AEn. 603. Aliter enim vacat hic *ad* in tam ſimplici pollinctorum deſcriptione, quum *accurare* notet *diligenter curare*, ut inter omnes conſtat. Cur tamen priorem amplectar ſententiam, in cauſſa ſunt ſequentia illa *cadaverum curatores.*

9 IN POENULO] Leid. cod. *Menecmi comoedia.* quod eſt *Menechmis*, ut B. M. & G. habent, nec non Barthius in ſuo MS. invenit. Error hic Fulgentii, non librarii eſt. Vide Merceri notas. Vel oblivioſum fuiſſe valde, vel negligenter ſcripſiſſe oportet Planciaden, cum toties perverſe veterum ſcripta citaſſe deprehendatur. Sed eum non unum culpae ejus reum eſſe oſtendimus alibi non uno loco. Nunc caſtigandus mihi Horatii Scholiaſtes. Scribit ille ad verba iſta Lib. III. od. 17. PINGUIA GALLICIS.] *Craſſa & fecunda. Mart. Te Tyrus, me pinguis Gallia nutrit.* Atqui apud Martialem Lib. VI. epigr. 11. legitur, *Te Cadmea Tyros, me pinguis Gallia veſtit.* MUNCK.

10 POLLINCTORES FUNERE &c.] Godofr. *Pollinctor ejus funeri dum unctionem parat.* Atque ita quoque hunc locum ſcribit Voſſius Etymol. in POLLINCTOR, & Colvius ad Apulej. pag. 199. Malim cum B. M. L. & cod. Leid. *Pollincto ejus funere, domuitionem paramus.* Lexic. Cyrill. Ταριχεύω νέκυν, *pollingo.* Gloſſ. Labb. *Pollingo,* ἀλείφω νεκρόν, σαργανόω, εὐωδιάζω, ταριχεύω. Forte, ταριχεύω. Sed *pollinctor* exponitur etiam νεκροφόρος. Non probo confuſionem. Ἐνταφιαστὴς eſt *pollinctor*, non νεκροφόρος. Οἱ ἰ Geneſ. cap. I. vers. 2. Καὶ ἐνετείλατο Ἰωσὴφ τοῖς παισὶν αὐτοῦ τοῖς ἐνταφιασταῖς, ἐνταφιάσαι τὸν πατέρα. Vet. Interpr. *Praecepit ſervis ſuis medicis, ut aromatibus condirent patrem.* Malè ergo Grammaticus neſcio quis apud Barth. Adverſ. Lib. XXIVII. cap. 12. *Pollinctores, qui ſepeliunt mortuos.* Sepelire veſpillonum eſt, lavare, ungere, coronare pollinctorum. Barthius cum in Vet. libro inveniſſet, *Pollinctore ſub fine domitionem paramus*, inde exſculpſit, *Pollincto rite, ſub finem domitionem paramus.* Non premo pollicem. *Funus* heic eſt cadaver. Maro II. AEn. *Patrios foedaſti funere vultus.* Ibi Servius: FUNERE; *cadavere. ab eo, quod praecedit, id quod ſequitur. Funus enim jam ardens cadaver.* MUNCK. Leid. & Exc. *Pollinctor ejus funere domum unctionem paramus. Funus* pro cadavere poni ſaepius docet etiam Propertii locus I. XVII. 8.

*Haeccine parva meum funus arena teget?*

Ubi vide Paſſerat.

11 TAGETIS] Vide Lactant. Argum. Lib. XV. Met. Ovid. & quae de eo ad Minuc. Felicem p. 39. Cl. Ouzelius, & Lindenbrog. ad Cenſor. cap. 4. congeſſere. Meminit ejus rurſus noſter in *Praeſegmina.* Scripſiſſe ipſum quaedam, etſi dubitent nonnulli, planè perſuaſus ſum. Servius ad AEn. VIII. 398. *Sciendum ſecundum aruſpicinae libros & ſacra Acherontia, quae Tages compoſuiſſe dicitur, fata decem annis quadam ratione differri.* At Cicero II. de Div. *Tum illum* (Tagetem) *plura locutum multis audientibus, qui omnia ejus verba exceperint, literiſque mandaverint.* Tagetem inter ſcriptores numerat tamen etiam Scholiaſtes Statii ad IV. Theb. vers. 516.

& [1] Bacidis quindecim voluminibus explanavit, [2] ita ſcribit: *Fibrae jocinoris ſandaracei coloris* [3] *dum fuerint, manales tunc* [4] *verrere opus eſt petras*, hoc eſt, quas antiqui ſolebant in modum cylindrorum per limites trahere pro pluviae inmutanda inopia.

[5] NEFRENDES SUES. Diophantus Lacedaemonius, qui de ſacris Deorum ſcribſit, ait apud Athenas Marti ſolere ſacrificari ſacrum, quod [6] ἑκατομφόνια adpellatur: ſiquis enim centum hoſtes interfeciſſet, Marti de homine ſacrificabat apud inſulam [7] Lemnum, quod [8] ſacrificatum eſt à duobus Ariſtomene Gortynenſi, & Theoclo Elaeo, ſicut [9] Soſicrates ſcribit. Sed poſtquam hoc Athenienſibus diſplicuit, coeperunt [10] efferre porcum caſtratum, quem nefrendum vocabant, [11] quaſi ſine renibus. Et apud Romanos Varro [12] ſcribit Sitium

*Maximis in hoc auctoribus, Pythagorâ, Platone, & ipſo Tagete, convenientibus.* Et Marcellinus Lib. XVII. p. 184. ed. Boxh. *Ut in Tagetis Tuſci libris legitur, Vejovis fulmine mox tangendos adeo bebetari, ut nec tonitru, nec majores aliquos poſſint audire fragores.* Iſidor. Orig. Lib. VIII. cap. 9. *Aruſpicinae autem primus Etruſcis tradidiſſe dicitur quidam Stages.* Scribe, *Aruſpicinae artem*, & *Tages* pro *Stages*. MUNCK.

1 BACIDIS] Leid. cod. *Bacittidis*. Vett. edd. *Bacchetidis*. Sed *Bacidis* benè habere cenſet Godofredus, qui heic notat: *Fuit autem Bacis Fatidicus, qui oracula & luſtratus libros ſcripſit, quos legiſſe ſe teſtatur Pauſanias in Meſſenicis.* In Continent. Virg. & III. Myth. *Battiades* eſt. Vide ibi notas noſtras. MUNCK. *Bacitidis* E. *Bacchidis* Voſſ.

2 ITA SCRIBIT] *Ita ait* Leid. cod. cum edd. Vett. MUNCK. Sic quoque E. & Voſſ. pro *Fibrae* Voſſ. *Tibiae*.

3 DUM FUERINT] *Dum fuant* Vett. edd. *Si fuant* Turneb. Adverſ. Lib. XIX. cap. 24. Sed *fuerint* diſertim praefert Leid. cod. ut & *commutanda* pro *immutanda*. Conſulendus praeterea de hoc loco Scaliger ad Feſt. pag. 84. Ed. Pariſ. MUNCK. *Fuunt* Exc.

4 VERRERE] *Vereri* B. & M. Puto *vertere* eſſe legendum. Nonius in TRULLEUM. *Unde manalis lapis appellatur in Pontificalibus ſacris, qui tunc movetur, cum pluviae exoptantur.* Feſtus: *Cum propter nimiam ſiccitatem in urbem protraberent, inſequebatur pluvia ſtatim.* Lapis ille, qui movetur & protrahitur, *verti* rectè, non *verri* dici videtur. MUNCK. *Vertere* Exc. Non nova eſt horum verborum ſive literarum confuſio. v. Broukh. ad Propert. II. XII. 44. hic *vertere* praefero. Pro *immutanda* codd. *commutanda*.

5 NEFRENDES SUES] B. & M. *Nefrendines vel nefrendes ſues*. Leid. cod. *Quid ſint nefrendi ſues*. Quod puto rectius eſſe. Sequitur enim mox, *nefrendum vocabant*. Alii tamen *nefrendes* ſcribunt. Iſid. Orig. Lib. XX. cap. 15. *Unde & nefrendes dicti adhuc lactentes porculi, quod nondum aliquid frendant, id eſt comminuant dentibus.* Specialius Varro R. R. Lib. II. *Amiſſo nomine lactantis, dicuntur nefrendes, ab eo quod nondum fabam frendere poſſint, id eſt, frangere.* Idem eſt *infrendes*, ſi rectè ſcriptura ſe habet apud Lactant. in Stat. Theb. Lib. V. vers. 663. Sic *inormis* pro *enormis*, *inervis* pro *enervis* dixere poſterioris aetatis ſcriptores; vitioſè procul dubio, cum *innormis* & *innervis* eſſet ſcribendum. Caeterum in Fulgentio *nefrundi ſues* legit Turnebus, cum ſcriberet Adverſ. Lib. XXVI. cap. 10. Porcus caſtratus *nefrundus*, non *nefrens*, dicendus eſt: nam & priſci illi caſtique Latini nefrundines vocabant renes. MUNCK. Τὸ *Marti* abeſt Voſſiano. Pro *ſacrificari* Leid. & Exc. *ſacrificare*. Servius ad VIII. AEn. vs. 230. *Proprie infrendens eſt inter ſe comprimens dentes: nam & frendere ſignificat dentibus frangere: unde & nefrendes infantes: quia nondum habent dentes.* Vide Feſtum.

6 ΕΚΑΤΟΜΦΟ'ΝΙΑ] Cod. Leid. *Decatonpfonebuna*. Hoc eſſet, ἑκατὸν πφονεύματα. Sed alterum rectum eſt. Pauſanias: Ἔθυσι δὲ ὁ Ἀριστομένης καὶ τῷ Διὶ τῷ Ἱππίῳ πλὴν θυσίαν, ἣν ἑκατομφόνια ὀνομάζουσι. MUNCK. V. Pauſan. lib. IV. cap. 19. p. 326. cum P. Leopardo lib. VI. Emendat. cap. 19. qui hanc emendationem jam occupaverat.

7 LEMNUM] Cod. Leid. *Blennon*. Hoc eſſet *Lemnon*, quemadmodum B. & M. praeferunt. MUNCK.

8 SACRIFICATUM EST A DUOBUS &c.] L. M. & B. *Sacrificatum eſt à duobus Cretenſibus, uno Lesro, id eſt, Tumine Cortynienſi, Proculo Locro.* Leid.

tium dentatum centies & vicies pugnaſſe ſingulari certamine, cicatrices [13] habuiſſe è contra quadraginta quinque, poſt tergum nullam; [14] coronas adcepiſſe xxvj. armillas cxl. & iſtum [15] primum feciſſe Marti.

[16] AMBEGNAE OVES. Baebius Macer, qui [17] feſtalia ſacrorum ſcribſit, ait Junoni eas, quae geminos parerent, oves ſacrificare cum duobus agnis altrinſecus religatis, quas oves ambegnas vocari, quaſi ex utraque parte agnos habentes.

[18] SUGGRUNDARIA antiqui dicebant ſepulchra infantium, qui necdum xl. dies impleſſent, [19] quia nec buſta dici poterant; quia oſſa, quae comburerentur, non erant: nec tanta cadaveris inmanitas, [20] qua locus tumeſceret. [21] Unde Rutilius Geminus Aſtyanacte ait: *Melius*

Leid. cod. *à duobus & uno Locro, id eſt, Timne Cortinienſi: Proculo Locro.* Tolle iſta, *& uno Locro*, malè huc ex ſequentibus tranſlata, & videbis ſcripſiſſe, *à duobus, id eſt, Ariſtomene Gortynenſi & Theocle Eleo.* MUNCK. *A duobus Cretenſibus* Exc. & Voſſ. deinde Excerptis abeſt τὸ *hoc.*

9 SOSICRATES] Leid. cod. *Solicrates.* Ad eundem modum cum etiam Lib. II. Myth. cap. 13. ſcribatur idem vocabulum, putes ipſum Fulgentium heic aliquid humani paſſum. MUNCK.

10 EFFERRE] Scribo *offerre* cum Leid. cod. MUNCK. Pro *referendum* Leid. & Exc. *ferendum*, Voſſ. *nefferendum.*

11 QUASI SINE RENIBUS] Leid. cod. cum edd. Vett. *id eſt, quaſi ſine* &c. Godofredus edidit, *quaſi ſine* νεφρῶν, *id eſt, renibus.* Pertinent huc illa Feſti: *Sunt qui nefrendes teſticulos dici putent, quos Lanuvini appellant nebrundines; Graeci* νεφρὸς, *Praeneſtini nefrenes.* Gloſſ. Labb. *Nefrendes,* νεφροί. Leg. νεφροί. MUNCK. Leid. & Exc. *id eſt: quaſi.*

12 SCRIBIT SITIUM DENTATUM] Leid. cod. *Scripſit.* Deinde *Scitium* B. & M. *Sicinium* God. Videndi de hoc vocabulo Salmaſ. ad Solin. Comment. ad Gell. Lib. II. cap. 10. Plin. Lib. VII. cap. 28. MUNCK. Voſſ. & Exc. *ſcripſit.* Pro *Sitium* Voſſ. *Scicium.*

13 HABUISSE E CONTRA] H. e. *adverſas*, ut edidit Godofredus. Verum id etſi Latinius eſt, non tamen ideo magis Fulgentianum. Edd. Vett. *habuiſſe contra.* Sed *è contra* clarè repraeſentat & Leid. cod. Confer not. ad Myth. Lib. I. cap. 14. MUNCK. Voſſ. & Exc. *Habere contra.* Pro *nullam* Voſſ. *nullas.*

14 CORONAS CXL.] Rectè corrigunt CLX. Vide Gellium. MUNCK. Voſſ. *XXX. tres.*

15 PRIMUM SACRUM FECISSE MARTI] Ita & Leid. cod. & edd. quas quidem viderim, omnes. Malè ergo illud *ſacrum* omiſerat Mercerus. MUNCK. *Sacrum* addunt Voſſ. & Exc. Notum tamen eſt illud Virg. III. Georgic. *Cum faciam vitula pro frugibus ipſe venito.* Vide Tennul. ad Frontin. lib. IV. cap. 7. n. 162.

16 AMBEGNAE OVES] M. & L. *Ambiguae. Ambignae* ſcribendum fuiſſet, ut Leid. cod. habet, & editum eſt à Baptiſtâ Pio. Scaliger ad Feſtum p. 48. *Ambegna quoque ovis confeta dici poteſt.* Feſtus: *Ambegni bos & vervex appellabantur, cum ad eorum utraque latera agni in ſacrificium ducebantur.* Varro VI. L. L. *Ambiegna bos apud augures, quam circum aliae boſtiae conſtituuntur.* Turneb. Adverſ. Lib. XXVI. 10. *Quae geminos peperarant, Junoni Lucinae oves ambiguas immolabant. agni enim duo geminos referebant, ovis matrem.* Perperam *ambiguas* legit. MUNCK.

17 FESTALIA SACRORUM] Ita & Leid. cod. Sed B. & M. *faſtalia.* God. *faſtos dies.* Laudatur is Baebius Macer etiam à Servio ad AEn. VI. vers. 556. MUNCK. *Faſtalia* Leid. τὸ *Junoni* abeſt Voſſ. Pro *geminos* codd. mei *geminas.* Pro *ſacrificare* Voſſ. *ſacrificari* & *duabus* pro *duobus.*

18 SUGGRUNDARIA ANTIQUI DICEBANT] Leid. cod. cum B. M. L. *Priori tempore Suggrundaria antiqui dicebant.* MUNCK. Leid. *Suggrandaria* Exc. *priori tempore Suggurdaria*, & pro *ſepulchra, ſepulturas.* Pro *quia* Voſſ. *eo quod*, haud male. Pro *comburerentur* Leid. *comburentur.*

19 QUIA NEC &c.] *Quae nec* Barth. Adverſ. Lib. XI. cap. 21. MUNCK.

20 QUA LOCUS TUMESCERET] Leid. cod. *quae locum tumeſceret.* Quod genuinum eſſe arbitror. Contin. Virgil. *Saljuram dulceſcas* &c. Vide ibi annotata à nobis. Caeterum poſt haec verba Barthius ex ſuo MS. haec interſerit, *unde tumulus.* MUNCK.

21 UNDE RUTILIUS] Leid. cod. *Unde & Rutilius*

*Melius ſuggrundarium* [1] *miſero quaereres quam ſepulchrum.*

SILICERNIOS dici voluerunt ſenes jam incurvos, quaſi jam ſepulchrorum ſuorum ſilices cernentes. Unde [2] Cincius Alimetus [3] Hiſtoria de Gorgia Leont. ſcribit, dicens: *Qui dum jam ſilicernius finem ſui temporis exſpectaret, & ſi morti non potuit, tamen infirmitatibus inſultavit.*

ARVALES FRATRES. Acca [4] Laurentia Romuli nutrix conſueverat pro agris ſemel in anno ſacrificare xij. [5] filiis ſuis ſacrificium praecedentibus: [6] unde quum ex iis unus eſſet mortuus, propter nutricis gratiam Romulus in vicem defuncti ſe ſubcedere pollicetur; unde ritus proceſſit cum xij. jam deinceps ſacrificare, eoſque arvales dici fratres, ſicut Rutilius Geminus in libris Pontificalibus memorat.

INJUGES BOVES. [7] Manilius Chreſtus libro, quem de Deorum hymnis ſcripſit, ait Minervae injuges boves ſacrificari, id eſt, jugum numquam ferentes; illa videlicet cauſſa, quod & virginitas jugum

tilius *Geminus in Aſtyanactis tragoedia ait.* Atque ita etiam B. M. & L. Sic bis habes in Contin. Virgil. *In Ephigeniae Tragoedia.* Infr. Voc. LUTEUM. *In tragoedia Thyeſtis.* MUNCK. Ita & noſtri codd.

1 MISERO QUAERERES ] Leid. cod. *miſer quaeſieris.* B. M. & L. *miſer quaereres.* MUNCK.

2 CINCIUS ALIMETUS ] *Alimentium* alii vocant, vel *Alimentum.* Vide Voſſ. Hiſtor. Graec. lib. IV. cap. 13. Sed in Leid. cod. *Alimetus* eſt, ut & Scaligero ad Feſt. p. 188. cujus haec eſt obſervatio: *Quemadmodum ergaſtulus dictus eſt, qui in ergaſtulo maneret, ita Silicernius, qui dignus erat, ut pro eo Silicernium pararetur.* Caeterum, ſi Aldo fides in Orthogr. p. 6. *Alimentus*, non *Alimetus* Cinciae gentis fuit cognomen; atque ita quoque ſcribitur apud Liv. lib. XXX. MUNCK. Pro *incurvos* Voſſ. *curvos*, qui etiam *Cintius Alimentus*, & *quia* pro *qui*, & pro *morti mori*, ut & Exc. Pro *inſultavit* Leid. *exſultavit.*

3 HISTORIA ] *In biſtoria* cum Vett. edd. Leid. cod. & mox *exultavit.* Sed B. *Si morti non potuit, tamen infirmitatibus exultat.* M. *Si meri non* &c. MUNCK.

4 LAURENTIA] *Laurentina* cod. Leid. MUNCK. Voſſ. *Laurentina.* Pro *conſueverat* Exc. *conſuevit.* Plutarchus Quaeſt. Rom. Tom. II. p. 272. *Ἀκκὰ Λαυρεντία* vocat.

5 FILIIS SUIS ] Micyll. in margine, *fratribus.* MUNCK. Codd. mei *cum XII. filiis.*

6 UNDE CUM UNUS EX IIS &c.] Duas poſtremas voces nec Leid. cod. nec Vett. edd. agnoſcunt. Et certè melius abſunt. Mox lege cum Leid. cod. & Vett. edd. *Unde & ritus* &c. MUNCK. Mox *ſe* abeſt Excerptis. Pro *ſuccedere* iidem *ſubcedere.* Deinde Leid. & Exc. *Unde & ritus.* Pro *ſacrificare* Exc. *ſacrificarent*, Voſſ. *ſacrificari.*

7 MANILIUS CHRESTUS ] Mei codd. *Manilius Creſtus in libro.* Mox *de* abeſt Voſſ. Pro *ſcripſit* Leid. *ſcribit.* & *ſacrificare* pro *ſacrificari.* Pro *prementi ſubjecta* Voſſ. *prementis ſubjuncta.*

8 NEC COELO ADSCRIBERENT] Leid. cod. *Nec coelo dignos adſcriberent.* Edd. Vett. *Coelo nec dignos adſcriberent.* Sed illud *dignos* turbat ſententiam. Nec ſcripti illi, quos inſpexit Briſſon. de Rit. Nupt. p. 67. agnoſcunt. Abfuit quoque à Vet. cod. à Godofredo in lectionum varietatibus laudato. MUNCK. *Dignos* Voſſ. Exc. Mox *nè* Voſſ. *τὸ ſunt* abeſt & pro *Priapus* idem *Priamus.*

9 EPONA ] Ita & Leid. cod. Sed *Hippona* in ſuis MSS. invenit Briſſon. Malè *Hippo* repraeſentant B. M. & L. *Equiona* emendat Barthius Adverſ. XXXVII. cap. 1. Sed adverſâ Criticâ. *Epona* videtur natum ex *Hippona*, omiſſâ adſpiratione, & E in I converſo, quemadmodum *Ephigenia* dicitur in Virgil. Continentiâ pro *Iphigenia.* Accedit huc, quod e literam pro i uſurpaſſe veteres cum Quintilianus auctor eſt Inſtit. Lib. V. cap. 6. tum & marmora antiqua conteſtantur. I contra locum crebro ſibi E occupaſſe, & Graecorum η ut ι pronuntiatum fuiſſe,

gum neſciat maritale, & virtus numquam ſit jugo prementi ſubjecta.

SEMONES dici voluerunt Deos, quos [8] nec coelo adſcriberent ob meriti paupertatem, ſicut ſunt Priapus, [9] Epona, Vertumnus; nec terrenos eos deputare vellent pro gratiae veneratione, ſicut Varro [10] in Myſticorum lib. ait: *Semoneque inferius derelicto, Deum* [11] *depennato attollam orationis* [12] *eloquio.*

BLATERARE, quaſi verba trepidantia metu balbutire dixerunt. Pacuvius [13] Pſeudone Comoedia inducit Sceparnum ſervum ancillae dicentem: *Ni ego te blaterantem aſpicerem,* [14] *his mencium indicaſſem.*

LUSCITIOSOS dici voluerunt [15] interdiu parum videntes, quos Graeci *μύοπας* vocant. [16] Plautus Milite: *Mirum eſt lolio victitare te, tam vili tritico. Quid jam? quia luſcitioſus.* Dicunt enim, quod lolium comedentibus oculi obſcurentur.

* TU-

ſe, exemplis declaravimus permultis ad Hyg. cap. 31. & 223. Liquet idem ex verbis Hieronymi in epiſt. ad Paulinum: *In tres partes ſcinditur, to dogma, tin methodon, tin empeirian.* Et Interpret. Concil. Epheſin. pag. 5. ed. Contii: *De quibus ſacratiſſimus Iſaias meminit* &c. Certè *Epona* non eſſe rejiciendum, diſces ex iis, quae ad Apulej. obſervavit Stewechius p. 35. Nob. Heinſ. ad Prudent. pag. 67. Elmenhorſt. ad Minuc. Fel. p. 72. Turneb. Adverſ. lib. XXVI. cap. 10. Plutarchus in Parallelis: Ἔτιχε κόρῃ ἐμφερὴς, καὶ ὀνόματι Ἔπονα. Ἔτι δὲ θεὸς ἀφίππιος τοιαύτην ἴσχυεν. MUNCK. Mei codd. *Epona.* Quomodo in Inſcriptionibus exaratum invenies. Vide P. Scriverium in Epiſt. ad Joh. Iſ. Pontanum in Obſ. Miſc. Vol. VI. Tom. I. pag. 169. 170. At celeb. Haverkamp. in nummi rariſſimi, quem vulgavit Seguinus, inſcriptione *Hipponam* ſcribi docet ad Tertulliani Apologetic. cap. XVI. n. 22.

10 IN MYSTICORUM LIB. AIT] Leid. cod. *In Myſtagogorum librorum ait.* B. M. & L. *In Myſtagorum libro ait.* God. *Myſtagog. ait.* Poſtrema ſyllaba in *librorum*, quod ſcriptus liber repraeſentat, mutanda forte in numerum, quo innuatur, quotus liber fuerit. Videtur intelligere Varronis libros *Rerum Divinarum.* Τὸ *libro* vel *libris* potuiſſe omitti, docent ſimilia exempla. Infr. in CHORAGIUM: *Sicut Apulejus in Metamorphoſeon ait.* Ἐν τῇ Τ Μεταμορφώσεων. Pro *Myſtagogorum* niſi reponendum eſt *Myſtagogicorum*, rectum cenſeo *Myſticorum.* Infinita ſunt loca Vett. ſcriptorum, in quibus g locum c occupavit. Iſidor. Orig. lib. XIX. cap. 31. *Rigula eſt mitra virginalis capitis.* Scribendum eſſe *ricula* ex Feſto, Varrone, & Nonio palam eſt. Verum dum haec ſcribo, in mentem venit etiam Mythol. lib. II. cap. 4. ſcripſiſſe *Juba in Phyſiologis* pro *Phyſiologicis*, ut forſan nihil ſit mutandum. MUNCK. Mei *Myſtagogorum.*

11 DEPENNATO] Leid. cod. & Vett. *depinnato.* MUNCK. *Depinnato* Voſſ.

12 ELOQUIO] *Alloquio* Briſſon. Sed alterum eſt in Leid. cod. & edd. Vett. MUNCK. Τὸ *orationis* abeſt Exc. item mei codd. *alloquio.*

13 PSEUDONE] Leid. cod. *In Scudone com.* B. & M. *In Pſeudone comoedit.* MUNCK.

14 HIS MENCIUM INDICASSEM] B. M. L. & God. *bis nuncium indicaſſem.* Leid. cod. *His mintium judicaſſem.* Godofred. inter variantes lectiones, *Hiſmuntium.* Non liquet. MUNCK. Exc. *mitius judicaſſem. Mintium judicarem* Voſſ.

15 INTERDIU] *In die* Leid. cod. & pro *luſcitioſos* cum Vett. edd. *luſcitios.* Vide not. ad Myth. lib. II. cap. 12. MUNCK. Omnes mei *Luſcitios.* & *in die* Exc. Pro *Myopas* Voſſ. *Meriopas.*

16 PLAUTUS MILITE] Leid. cod. *Unde & Plautus in Mercatoris comoedid ait: mirum lolio victitare te tam vili tritico, quia luſcitioſus es.* Atque ita etiam Vett. edd. niſi quod pro *es* exhibent *eſt.* *Luſciosi* appellantur à Varrone apud Nonium, qui ad lucernam non vident. MUNCK. Ita & mei.

[1] TUTULI. Varro in Pontificalibus ait tutulos ſacerdotes dici [2] brevium deorum. Numa vero Pompilius & ipſe de Pontificalibus ſcribens, tutulum dici ait pallium, quo ſacerdotes [3] caput tutabant, quum ad ſacrificium adceſſiſſent; ſicut & Virgilius ait: *Et capita ante aras Phrygio [4] velamur amictu.*

ORIAM dicunt [5] navicellam modicam piſcatoriam. [6] Plautus Caciſto: *Malo hunc adligari ad oriam, Ut ſemper piſcetur, etſi ſit tempeſtas maxima.*

[7] PROBLEMA eſt propoſitio in capite libri quaeſtionaliter poſita. [8] Demoſthenes ad Philippum: [9] Sed quidem te Graecum turbet exemplum, ego pro eo Latinum tibi feram; ait enim: [10] *Problematis authenticum tradamus adſtanti, cui noſtra ſubſequens occurſet oratio.* Nam & Tertullianus libro, quem de fato ſcribit, ita ait: [11] *Redde huic fati primum problematis mancipatum.*

PUMILIOR, & GLABRIOR. [12] Apulejus Aſino aureo inducit ſorores Pſyches marito detrahentis dicere: *Patre meo ſeniorem maritum ſor-*

1 TUTULI] De tutulo vide Soler. in de Pileo cap. 2. & 10. Ruben. Anal. Lib. II. cap. 25. Scalig. adverſ. Titium Lib. IV. cap. 12. Salmaſ. ad Pall. Tertull. p. 308. Pignor. de Servis p. 201. Feſtum in TUTULUM. MUNCK. *Tutulus* Exc.

2 BREVIUM DEORUM] Barthius ex ſuo MS. emendat *brevium pilcorum. Brevis* eſt parvus. Ovid. IX. Met. 227. *Scopulus brevis.* Ammian. Marc. Lib. XXII. & XXIII. *Avicula brevis.* Hygin. Aſtron. II. 42. *Haec* (ſtella) *eſt brevis & clara.* Serv. ad AEn. III. vers. 551. *Breve oppidum Calabriae.* Nonius: *Celox eſt navigium breve, dictum à celeritudine.* Serv. ad AEn. II. vers. 180. *Calculus. Lapis brevis terrae admixtus.* Excerpta Feſt. MSS. *Caupulis navicula brevis.* Hinc *brevitas gurguſtioli* pro *parvitate* apud Apul. Met. Lib. I. & *breviare* pro *imminuere* apud Cyprian. Lib. III. ep. 1. *Breviata non eſt in epiſcopo confeſſionis ſuae dignitas.* Et βρέβιον, ἐπιβολή in Gloſſ. Nomicis. MUNCK. Pro *ſcribens* Leid. *ſerviens. aſſerens* Exc.

3 CAPUT TUTABANT] *Tectabant* B. M. & God. Eadem formâ dicta ſunt *lecto* & *ſcripto* apud Horat. Lib. I. Sat. 6. *Ad quartam jaceo: poſt hanc vagor, aut ego lecto, Aut ſcripto.* *Vento* apud Feſtum. *Ventabant*, inquit, *dicebant antiqui: unde praepoſitione adjecta ſit adventabant.* Item *dicto, facto* apud eundem in NARE. *Natare igitur eſt ſaepius nare, ut dictare, factare.* Ita habuit Leid. cod. à nobis inſpectus & cum editis collatus, non *dictitare, factitare*, ut edidérunt. Trimalchio in Fragm. Tragur. *Nihil ſine ratione facto.* Unde *facio* temerè fecerunt. Verum heic *tutabant* rectius puto. Videtur enim velle tutulum à tutando eſſe dictum. MUNCK.

4 VELAMUR] Ita editum quoque apud Virgil. AEn. III. 545. Leid. tamen cod. *velamus.* B. & M. *vallatus.* De ritu iſto conſule Soler. in de Pil. cap. XI. MUNCK. *Velantur* Exc. *Velamus* Voſſ. *ſacrificio* Leid.

5 NAVICELLAM] Ita & Vett. edd. & Leid. cod. Perperam *naviculam* Godofr. quanquam in Nonio eſt: *Oria dicitur navicula piſcatoria.* MUNCK. Voſſ. *naviculam* Leid. *navigiam.*

6 PLAUTUS CACISTO] B. M. L. & Leid. cod. *Unde & Plautus in Caciſto ait.* MUNCK. Ita & Leid. pro *etſi* Voſſ. *utſi.*

7 PROBLEMA &c.] Leid. cod. *Problema dicta eſt in capite libri propoſitio quaeſtionaliter poſita.* MUNCK. *Dicta* addunt Leid. & Voſſ. pro *quaeſtionaliter* Leid. *quoronaliter.*

8 DEMOSTHENES] Leid. cod. cum Vett. edd. *Unde & Demoſthenes pro Philippo ait.* MUNCK.

9 SED QUIDEM &c.] Lege cum Leid. cod. & Vett. edd. *Sed ne quid.* In ſeqq. cum iiſdem *pro hoc & faciam*, ἀντὶ τοῦ *pro eo & feram.* MUNCK. Exc. *ſed ne quidem aegre conturbet.*

10 PROBLEMATIS AUTHENTICUM] B. M. L. & Leid. cod. *Problematis authenticum gradum.* Barth. Adv. Lib. XXIV. 3. ex ſuo chartaceo libro profert *problematis gravidum*, metaphoramque

*ſortita ſum, dein quovis puero pumiliorem, & cucurbita glabriorem.* [13] Pumilios dicunt molles atque enerves: glabrum vero, levem & inberbem.

SUTELA. Sutelam dici volunt adſtutiam, quaſi [14] ſubtilem telam: Unde & Plautus Caſina: [15] *Poſſiſne, necne, clam me ſutelis tuis Praeripere Caſinam uxorem, proinde ut poſtulas?*

FRIGUTTIRE dicitur ſubtiliter adgarrire. [16] Plautus Caſina: [17] *Nam quid friguttis?* [18] Ennius Celeſtide comoedia: *Haec anus admodum Friguttit; nimirum ſauciavit ſe flore Liberi.*

[19] TITIVILLITIUM dici voluerunt fila putrida, quae de telis cadunt. Plautus Caſina: *Non ego iſtud verbum* [20] *emſitem titivillitio:* id eſt, re admodum viliſſima. Nam & M. Cornutus in Satyra ait: *Titivilles Flacce do tibi.*

SCULPONEAS dici volunt caeſtus plumbo ligatos. Unde Naevius Philemporo Comoedia ait: *Sculponeis batuenda ſunt huic latera probe.* Et Plautus Caſina [21] ſimili modo: *Qui quaeſo potius, quam* [1] *ſcul-*

que eſſe ait à praegnantibus. Id ei ut demus, viciſſim peto, ut poſt τὸ *problematis* interponere *authenticum* liceat. MUNCK. Ita quoque codd. quos vidi.

11 REDDE HUIC FATI] *Fratri* Leid. cod. MUNCK. Ita quoque mei.

12 APULEJUS &c.] Leid. cod. *Apulejus in aſino aureo inducit ſorores Pſice mariti detrabentis dicit.* Puto unam voculam à librario praeteritam, & ſcribendum: *Apulejus cum in aſino aureo inducit ſorores Pſyches maritis detrabentes, dicit.* MUNCK.

13 PUMILIOS DICUNT] Leid. cod. *Pumilios enim dicunt.* Sed Vett. edd. melius, *Pumilos enim* &c. Mart. Apophoret. Lemmat. 197. *Mulae pumilae.* Mox pro *enerves* codex idem modo laudatus *innerves.* Ita *infrendes* dixit Statianus Scholiaſtes, qui *nefrendes* ſunt aliis, ut modo obſervatum à nobis. MUNCK. *Pomilios* Voſſ. Leid. *Pumilios enim dicunt.* Pro *enerves* Exc. *innerves.* Pro *Levem* Leid. *Lenem* E. *Lentem.*

14 SUBTILEM TELAM] Leid. cod. *Subtilia tela.* Notaverat in margine libr. Heinſiani vir eruditus: Potius à verbo *ſuo*, & per metaphoram dicta eſt ſutela. *Conſuis dolos*, inquit Plautus. Feſtus, *Sutelae, doloſae aſtutiae à ſimilitudine ſuentium dictae.* Terent. *Inſuere capiti meo.* At hoc non legitur apud Terentium, ſed *ne quid ſuo ſuat capiti* Phorm. Act. III. ſc. 2. vers. 6. Vide ibi Muretum. MUNCK. *Subtilia tela* mei.

15 POSSISNE, NEC NE] Leid. cod. cum Vett. edd. *Poſſis clam me* &c. MUNCK. Ita & Leid.

16 PLAUTUS CASINA] Leid. cod. *Unde & Plautus in Caſina ait.* Ne idem identidem monere neceſſe habeam, ſciat lector perpetuo iſtam formulam adhiberi in illo codice, quando teſtimonium alicujus ſcriptoris adducitur. Certè τὸ *in* nunquam omittitur. MUNCK. Ita & in meis.

17 NAM QUID] Leid. cod. cum Vett. edd. *Quidnam.* MUNCK. Ita & Leid.

18 ENNIUS CELESTIDE COMOEDIA] Godofr. *Ennius Alceſtide*, omiſſo τῆς *comoedia.* Vett. edd. *Et Ennius in Alceſtide comoedia ſic ait.* Atque ita & MS. cod. niſi quod *Celeſtide* exhibet. MUNCK. Exc. & Leid. *Tenninus teleſtide.* Voſſ. *Et Ennius in Celeſtide.*

19 TITIVILLITIUM] *Textivillitium* videri legiſſe Planciaden obſervat Turneb. Adverſ. XVI. cap. 3. MUNCK.

20 EMSITEM] Ita editum etiam apud Feſtum in *Titivillitium.* *Empſitem* Vett. edd. *Emſiſſem* Godofr. *Emitem* Leid. cod. unde forte *emtitem* faciendum. Adde quae hac ſuper re in de Vit. Serm. Lib. I. cap. 23. commentatur Voſſius. MUNCK. Exc. *Emſititivilitio.* Leid. *Emiteutivillitio.* Pro *do tibi* Exc. *dotes.*

21 SIMILI MODO] Leid. cod. *Simili modo ait: Melius Iſculponeas, quibus batuat tibi os.* Atque ita quoque B. M. & L. niſi quod *ſculponeis* & *batuetur* repraeſentant. MUNCK. Abſunt Voſſiano.

1 SCUL-

[1] *ſculponeas, quibus batuatur tibi os, ſenex nequiſſime?*

[2] CATILLARE eſt per alienas domus infrontate gyrare; tractum à catulis; quod per omnes domus circumeant: unde Propertius: *Catillata geris vadimonia publicum proſtibulum.* [3] Et Plautus ſimiliter Caſina: —— *Operam uxoris polliceor foras, quaſi catillatum.*

CAPULAREM [4] nominari volunt ſenem jam morti contiguum; [5] quin & reos capulares dicebant, qui capulo digni forent; unde & Lucilius ait: —— *Pergit capulare cadaver.* [6] Flaccus Tibulus Melaene Comoedia: *Tune amare audes, edentule & capularis ſenex?* Edentulum enim, [7] quaſi ſine dentibus, dici placuit.

PROMOS & CONDOS adpellari voluerunt [8] cellaritas, eo quod [9] deintus promant, & intus condant. [10] Plautus Pſeudolo: *Ego ſum promus*

1 SCULPONEAS ] *Iſculponeas* Leid. cod. & mox *Iſculponeis*. Corruptam puta eſſe pronunciationem. Sic infra in membranis Leid. cod. habes *Iſtega* pro *Stega*. Etiam *Iſcurra*, quod ex Iſidoro, tanquam aliquid novi adducit Lindenbrogius, eadem ex cauſſa depravatum, κατ' ἰμίτηγ κεφῆ. Doceo ex ejuſdem Iſidori Orig. Lib. XVI. cap. 4. *Iſciſtos invenitur in Hiſpanid.* Lege *Sciſtos*. Σχιστὸς enim Graecis ille lapis eſt, quem Pſellus in libello de Lapidum virtutibus inter eos numerat, quorum ſola tenemus nomina. Traxit vitioſam iſtam pronunciationem auctor ex dialecto Africanâ. Merentur exſcribi, quae Franc. Junius notavit ad Tertull. in Valent. cap. 8. Σχολὴ *Graecis*, *Latinis Schola*, *Syris dicitur Iſcola*, *ut legitur cap.* 20. *Exedi magnae quam vocant.* Et alibi; *Afris Iſcola, quemadmodum & Gallis non abſimiliter hoc tempore vocatur eſcole. Sic enim gentes plurimae cauſſa euphoniae vocalem tenuis ſpiritus ſolent praeponere vocibus, quarum principium aſperius videtur ex conſonantium concurſu: Attici α. ut in ἄσαχος & ἄσαφὴς, & conſimilibus: Arabes & Afri ε vel ι pro commoditate, ut pro σὰν dicunt eſtoa in Actis Apoſtolorum, pro ſtadio eſtadium, pro ſtola iſtlam, pro Schola Iſclam, & ſexcenta alia.* Haec Junius. Referenda huc ex Hyg. Aſtron. II. 5. *Hypolipnus* pro *Polybymus*, *Igraecae* pro *Graecae*. Nec non illud ex incomptis illis verſiculis Joannis Scoti Gloſſario Labbaei praefixis, ΦΟΕΒΗ ΚΑΙ ΙΣΤΙΑΒΟΝ. Sculponeas ruſtici calceamenti eſſe genus rectè notavit Caſaubonus ad Perſ. Sat. v. p. 456. Et Gataker. Adverſar. Miſc. Lib. II. cap. 19. qui hoc amplius ſculponeas κεντίζια eſſe Graecorum oſtendit, calceos nempe ligneos ruſticis & vernis familiares; eoſque dictos ita à ſculpendo, quod è ligno dolarentur. Errat ergo Fulgentius. Iſidor. Orig. Lib. XIX. cap. ult. *Perones & Culponeae* (leg. Sculponeae) *ruſtica calceamenta ſunt.* Cato R. R. cap. 59. *Sculponeas bonas alternis annis dare oportet.* Peronis mentio eſt in Prologo Sarisber. *Trita tegant frontem pilea, pero pedem.* Et apud Sidon. *Poplite nudo Peronem pauper nodus ſuſpendit equinum.* Immo & Virgil. AEn. VII. 690. *Crudus tegit altera pero.* Ubi Servius: *Pero autem ruſtici calceamenti fuerat genus.* A ſculponeis *ſculponeati* dicti ruſtici. Varro Sat. Serran. *Adſpicio Triptolemum ſculponeatum bigas ſequi cornutas.* MUNCK. Leid. & Voſſ. *Iſchulponeas.*

2 CATILLARE &c. ] Cod. Leid. *Catillare dicuntur per alienas domos infrontatè gyrare.* Pro *dicuntur* leg. *dicitur*, ut B. M. & I. habent. Sed malè in illis *inſtanter* pro *infrontatè* legitur. Godofredus neutrum habet. MUNCK. Non Propertii, ſed alicujus Veteris Comici eſſe locum putat Broukh. ad Propert. pag. 2. Pro *eſt* Voſſ. *dicunt.*

3 ET PLAUTUS &c. ] Leid. cod. cum Vett. edd. *Et Plautus ſimiliter ait: Quin meam uxorem mittam catillatum.* MUNCK. Ita quoque mei.

4 NOMINARI VOLUNT ] Leid. cum Vett. edd. *dici voluerunt.* MUNCK.

5 QUIN ET ] Leid. cod. cum Vett. edd. *Sed &.* Et mox *fuerunt* pro *forent*. MUNCK. Voſſ. pro *contiguum* exhibet *congruum*. Pro *quin* idem cum Exc. *ſed*. Item pro *forent*, *fuerunt*.

6 FLACCUS TIBULUS &c. ] Leid. cod. *Et Flaccus Tibullus in Melene comoedia ait.* Atque ita quoque Barthius in ſuo invenit MS. M. *Et Flac-*

*promus condus*, *procurator peni.* Penum enim [11] cellariam dicimus.

SUBPETIAS dicimus auxilium. [12] Memos in Tragoedia Herculis: *Ferte ſubpetias optimi comites.*

[13] AUCTIO dicitur venditio, quaſi quod & ementem augeat & vendentem. Plautus Curcul. —— *Auctionem facio paraſiticam.*

[14] NASITERNA eſt aquae urna, id eſt urceus; unde Calpurnius Phroneſi Comoedia: —— *Ubi tu naſiternatus aquam petas.* [15] Plaut. Bacch. —— *Effer naſiternam cum aqua foras.*

ANTISTARE dicimus praecellere. Criſpinus Heraclea: *Divinis virtutibus* [16] *antiſtans Alcides.*

STEGA eſt navis proſcenium, ſive tabulatum, ſuper quod nautae ambulant. [17] Plautus Chryſalo: —— *Forte, ut adſedi in ſtega.*

LEM-

*Flaccus Tibullus in Helenae comoedia ait.* Atque ita quoque B. niſi quod *Helene* pro *Helenae* habet. Godofredus dedit, *Statius Caecilius Melaene* &c. MUNCK. *Flaccus Tibullinus in M. C. ait* Leid. & Exc. Pro *Tune* Voſſ. *Tu me.*

7 QUASI SINE] Leid. cod. *Quaſi jam ſine.* Et mox *voluerunt* cum Vett. edd. pro *placuit.* MUNCK. *Qui jam ſ. d. d. voluerunt.* E.

8 CELLARITAS] *Cellaria* Leid. cod. Unde *cellarios* faciendum videtur, ut habet Godofredus. MUNCK. Pro *appellari* Voſſ. & Exc. *dici.* Pro *cellaritas* E. *cellerarios.*

9 DEINTUS] Vet. Interpr. Luc. cap. XI. vers. 7. *Et ille deintus reſpondens dicat.* Sic *deforis* apud Hieron. ad Ruffin. Epiſt. Sel. Lib. II. 13. *Deforis bonum eſt teſtimonium.* Uſus eadem voce non ſemel Hermae interpres, Veget. de Art. Vet. Vulgat. Interpr. Gen. VII. 16. Leo Epiſt. Decretal. & AElnothus in Vitâ Canuti cum aliis locis, tum cap. 21. ubi & *deintus* habes, ut *à foris* apud Gregor. Turon. Aggenum Urbicum de agrorum limitibus p. 59. & Vet. Interpret. Matth. cap. XXIII. 27. 28. Auctor vitae Clementis: *Trahebant nunc quidem deintus foras, nunc vero deforas intus.* Plura notavi ad cap. 6. Lib. III. Myth. quo referendum & *abinde* in Salutaris Diſtichis: *Stercoribus metis, quod abinde reſultat habebis: Balſama ſi moveas, nectar oderis adeſt.* MUNCK. Pro *condant* Leid. *clamant.*

10 PLAUTUS PSEUDOLO] Leid. cod. *Unde & Plautus in Aſinariâ ait.* Atque ita quoque Vett. edd. MUNCK. Ita & Voſſ.

11 CELLARIAM] Scribe *cellarium* cum Leid. cod. & Vett. edd. Nec aliter in membranis ſuis invenit Barthius. Gloſſ. Labb. *Cellarium & cellaromarium*, ταμεῖον. Rectè corrigunt, *Cellarium*, & *cellar*, *omarium.* MUNCK. Voſſ. *cellarium.*

12 MEMOS] Leid. cod. *Unde & Memmas.* Vett. edd. & Godofred. *Unde & Memor.* MUNCK. Voſſ. etiam *ait:* Pro *ſuppetias* Leid. bis *ſubpetias.*

13 AUCTIO &c.] Leid. cod. cum Vett. edd. *Auctionem dici voluerunt venditionem.* Et mox: *Unde & Plautus in Curculione comoedii ait.* MUNCK.

14 NASITERNA] Leid. cod. *Mnaſiternam dicunt aquae urnam, id eſt, urceum. Unde & Calpurnius in frones comoedia ait. Naſſiterna* in Feſto perperam edunt. *Naſiterna* ſcribendum à naſis ternis, id eſt, anſis. Vide Voſſ. Vit. Serm. Lib. I. cap. 8. Gloſſ. Labb. Ὑδρία, *cadus*, *urna*, *aqualis*, *naſiterna*, *creterra*, *ſitella.* Leg. *cratera.* MUNCK. *Mnaſſitemus* Leid. *Mnaſiternam* Voſſ. Lectionem, quam e Leid. codice profert Munckerus, exhibent etiam mei, praeterquam quod pro *frones* legunt *froneſi.*

15 PLAUTUS BACCH.] Leid. cod. *Et Plautus in Vaccide ait.* Hoc eſt *Bacchide*, ut B. M. & L. habent. MUNCK. Ita & mei.

16 ANTISTANS] Vett. edd. & Godofr. *antiſtas.* Placidus in Gloſſis: *Antiſtant, meliores ſunt.* Catull. carm. 9. *Antiſtans mihi millibus trecentis.* MUNCK. De verbo *Antiſtare* vide ad Nepot. Ariſt. 3.

17 PLAUTUS CHRYSALO] Leid. cod. *Sicut Plautus ait in Chryſalo. Forte ego ut in Iſtega conſe.* Quod videtur fuiſſe *conſedi* vel *conſederam*, ut eſt in Vett. edd. Sed ea verba Chryſali ſervi ſunt in Bacchidibus. Ut ſaepe alias, ita & hoc memoriola vacillavit Fulgentii. MUNCK.

LEMBUS, genus [1] navicellae velociſſimae, [2] quod & dromonis nomine adpellamus. [3] Virgilius Georgic. *Non aliter, quam qui adverſo vix flumine lembum Remigiis ſubigit.*

[4] RAMENTUM dici voluere, quaſi projectitium quoddam purgamentum. Quintus Fabius Lucullus Epico carmine: *Viliſſimum ramentum, proluvioſa peſtis.*

DIOBOLARES dicuntur viliſſimae meretrices, quae [5] ſe parvo ſtipendio proſtant. [6] Pammachius: —— *Diobolare proſtibulum, quam ego actutum ut Dircen partitam reddam.* Pacuvius: *Non ego ita fui, ut nunc ſunt meretrices [7] diobolae, quae ſuam nummi cauſſa parvi pendunt gratiam.*

VERVINA, jaculi genus longum, quod aliquanti [8] verutum nominant. [9] Gavius Baſſus in Satyris: *Vervina confodiende, non te nauci facio.* Nauci enim pro nihilo poſuerunt. [10] Plautus Bacchid. *Si tibi machaera eſt, & nobis vervina eſt domi, qua quidem te faciam, ſi*

Voſſ. pro *ſtega*, *iſtega*. Pro *proſcenium*, *proſtenium*. Pro *ſive* Leid. & Exc. *vei*: denique *ſicut Plautus ait in Chryſalo* Exc. quae exhibent Munckeri conjecturam.

1 NAVICELLAE] *Naviculae* Vett. edd. & God. Sed alterum adſtruunt cum MS. tum quod ſupra in ORIA dixit. Nonius: *Lembus navicula brevis piſcatoria.* Ejuſdem generis eſt *lenunculus*, de quo idem: *Lenunculus navigium piſcatorium.* Reſtituenda eadem vox Valerio Maximo Lib. I. cap. 5. ext. 1. ubi dicuntur Samii Prienenſibus auxilium implorantibus pro claſſe & exercitu miſiſſe *cymbulam*, ut quidem Pigius, quique eum ſecuti ſunt, ediderunt; verum ut antiquae edd. & pleraque habent MSS. *Sibyllam*, vel *Sibyllam lenunculam*, quemadmodum aliquando ad me perſcripſit Doctiſſ. Perizonius. Quod ſi ita eſt, ut eſſe nullus dubito, procul dubio ſcripſerat Valerius, *Sibyllam in lenunculo.* Sibylla exercitui, lenunculus claſſi opponitur. MUNCK. *Naviculae* Voſſ. pro *lembus* Exc. *lembum.*

2 QUOD ET DROMONIS &c.] Leid. cod. *Quos dromones dicimus.* Vett. edd. *Quas dromedas dicimus. Dromadas* eſſet ſcribendum. Sed *quos dromones* rectum videtur. Δρόμων propriè eſt parvus cancer, inſtar ſagittae per aquarum dorſum decurrens, unde & nomen adeptus eſt. MUNCK. *Quas dromones dicimus* mei.

3 VIRGIL. GEORG.] A correctoribus iſta ſunt. Cod. Leid. & Vett. edd. *Sicut Virgilius ait.* MUNCK. Pro *adverſo* Leid. & Voſſ. *averſo*, & pro *remigiis*, *regiminis.*

4 RAMENTUM] Leid. cod. cum Vett. edd. *Ramenta dici voluere.* Et mox, *in Epico carmine ait.* MUNCK. *Ramenta dici voluerunt* Voſſ.

5 SE PARVO STIPENDIO PROSTRANT] Leid. cod. cum Vett. edd. *Sub parvo ſtipendio proſtant.* Sed *ſe proſtrant* habere veteres libros ſuos ait Mercerus. *Proſternunt* debuiſſet ſcribere auctor. Juſtin. Lib. XII. 7. *Propter proſtratam pudicitiam.* Sueton. Jul. 2. *Non ſine rumore proſtratae regi pudicitiae.* MUNCK. De re Vid. G. Cuper. Lib. I. Obſ. cap. 16. Ceterum mei *ſub p. s. proſtant.*

6 PAMMACHIUS] Leid. cod. *Sicut Pammatius ait.* Vett. edd. *Sicut Paminatus ait.* MUNCK. Pro *quam* Leid. Exc. Voſſ. *quem.* Pro *partitam* Voſſ. *paratam.*

7 DIOBOLAE] Ita & Godofred. Sed Vett. edd. *diabolares.* Putes ſcripſiſſe *diobolariae.* Vide infr. in *Myropolae.* MUNCK. *Diovolares* Exc.

8 VERUTUM] Feſtus: *Veruta pila dicuntur, quod velut verua habent praefixa.* Gloſſ. Labb. *Vervina*, ἀκόντιον. Virgil. II. Georg. vers. 168. *Volſcoſque verutos* h. e. verutis pugnantes, ut interpretatur Philargyrius. MUNCK.

9 GAVIUS BASSUS] Leid. cod. *Gavius Vaſſus.* Gell. Lib. III. cap. 9. *Gabius Baſſus.* Malè *Galbius* Vett. edd. Mox lege cum Leid. cod. *quaſi pro nihilo.* MUNCK. Pro *non te* Voſſ. *nomen.* Deinde Leid. Voſſ. & Exc. *nauci quaſi pro nihilo dici voluerunt.*

10 PLAUTUS BACCHID.] Leid. cod. *Nam & Plautus in Vaccide ſic ait: Si macera eſt fori, at mihi Vervina eſt domi, quâ te ego & illos Confi-*

*ficia-*

*ſi me irritaveris, Confoſſiorem ſoricina naenia.*

DIVIDIAS dixerunt triſtitiam. Propertius: [11] *Dividias mentis conficit omnis amor.*

JUSTITIUM dicitur luctus publicus: Unde Fronto oratione pro Nucerinis ait: *Denique juſtitium plebi indicitur.*

[12] CHORAGIUM, virginale funus vocatur. [13] Apul. Metamorph. *Choragio itaque perfecto, omnis domuitionem parant.*

DESIDUO, pro [14] diuturno. [15] Varro Corollario: *Dividiae mihi fuerunt tam deſiduo afuiſſe.*

FLOCCI, quaſi nihili. Plautus: —— *Flocci pendo, quid rerum geras.*

JENTACULUM dicitur guſtatio. Callimachus [16] inteſia: *Jentaculum* [17] *proferre Jovi.*

[18] EDULIUM, ab edendo dicitur praeguſtativa comeſtio. Apulejus Aſino aureo: [19] *Edulibus opipare excepta. Opipare, id eſt lucide, & delicioſe.*

' Tu-

*ficiamus ſoricinâ nenia.* Pro *conficiamus* ſcribe *conficiam*, ut in MS. ſuo invenit Barthius, vel *conficiam mox*; deinde *foris* pro *fori*. Etſi ita, ut Mercerus edidit, apud Plautum habetur, non ideo tamen ſic ſcripſit Fulgentius. MUNCK.

11 DIVIDIAS MENTIS] Hic verſus in Propertianis hodie non comparet: unde non omnia ejus poëtae opera exſtare ſuſpicabatur Scaliger. Sed alii Petronio eum tribuunt; etiam ipſe poſtea Scaliger. Gloſſ. Vett. *Dividia, diſcordia, bellona.* MUNCK. *Mentis* abeſt Exc.

12 CHORAGIUM] Turnebus Adverſ. Lib. XXVI. 10. & Schottus Nod. Cicer. Lib. IV. cap. 10. *coragium* ſcripſiſſe Fulgentium ſuſpicantur, & ἀπὸ κόρης & ἄγω derivaſſe. Quod non admodum diſplicet. Et ſane ad eundem modum ſcripta ſunt in Mythol. & Virgil. Contin. *Caron, Corineus, Terpſicore, Corda*, & alia, nec non *Creſtus* pro *Chreſtus* in hoc libello. Immo *coragium* diſertim heic repraeſentant membranae Leidenſes. Verum dum intentius cogito, videtur inde Fulgentio mihi explicatio ſua orta, quod in deſcriptione apparatus funeris illius imaginarii voce iſtâ utatur Apulejus. Sic *Marillis* exponitur *Roma* in Gloſſis Papiae, quia Vett. Grammatici Eclog. I. Maronis monuerunt per Amaryllida Romam deſignari. *Orcinus* dicitur *morte manumiſſus* in Gloſſ. Iſidori; nempe quod ſervi, qui à moriente domino manumiſſi eſſent, dicti olim fuerint *orcini liberti*. Gloſſ. Nom. Ὀρκῖνοι, ἀπελεύθεροι τεθνεῶτος, ὡς λέγουσι χαριεντίζεσθαι ἀπελλάβας. MUNCK. Serv. ad VI. AEn. 3. *Ancbora, ut ſupra diximus, in Graeco aſperationem non habet; nam ἄγκυρα dicitur: unde & apud majores ſine aſpiratione proferebatur. Contra tbus & orcbus veteres dicebant & Lurcbo, id eſt, vorax: quibus ſequens aetas detraxit aſperationem.* Mei hic *coragium*.

13 APULEJUS METAM.] Leid. cod. cum Vett. edd. *Sicut Apulejus in Metamorphoſeon ait.* Quae ſine dubio genuina eſt lectio. Vide quae notavi ſupr. in Voc. SEMONES. MUNCK. Ita & mei. Dein pro *domuitionem* Voſſ. *dormicionem*.

14 DIUTURNO] *Diuturnè* Leid. cod. Perperam *diurnè* Vett. edd. MUNCK. Voſſ. & Exc. *diuturne*.

15 VARRO COROLLARIO] Leid. cod. *Unde Varro in Corallariâ ait.* Vett. edd. *Correlario.* Barth. MS. *Corvallaria.* Videtur rectum eſſe *Corollaria*; quo nomine fabulam etiam Naevius ſcripſit, non uno loco Soſipatro laudatam. Sed apud Diomed. Lib. I. p. 68. ed. Sot. legitur, *Naevius in Corollario.* At *Corollaria* rectius Putſchius dedit. MUNCK. *Unde & Varro in Vidularia* Voſſ.

16 INTESIA] Leid. cod. *in Zeſa ait.* Vett. edd. *in Caecid.* Forte ſcripſit barbarè *in aetid* pro *in aetiis.* Godofr. in Αἰτίους: quod puto corrupiſſe librarios ex Αἰτίους. MUNCK. *Meſia* E. *Inceſti* Voſſ.

17 PROFERRE] Ita & Vett. edd. Leid. cod. *perferri.* Godofr. *proferto.* MUNCK. Voſſ. *perferre.* Exc. *proferri.*

18 EDULIUM] Leid. cod. *Edulium dicitur ab edendo dictum, id eſt quaſi praeguſtativa comeſtio.* MUNCK.

19 EDULIBUS] *Eduliis* Vett. edd. & Godofr.

[1] TUCETA dicuntur eſcae regiae. Callimorphus Piſaeis: —— *Ambroſio redolent tuceta ſapore.*

FERCULUM, [2] miſſus carnium. Petronius Arbiter: *Poſtquam ferculum adlatum eſt.*

[3] MYROPOLAE ſunt qui unguenta vendunt, ut ſunt pigmentarii: Unde Naevius Diobolaria: *Myropola adfatim mihi unguentum largitus eſt, quo me venuſtarem.* Adfatim dicitur abundanter: venuſtare vero, exhilarare.

CELOCEM dicunt genus navicellae modiciſſimum, [4] quod lembum dicimus. Apulejus libro de Republ. *Qui celocem regere nequit, onerariam petit.*

COELIBATUM dici voluerunt virginitatis abſtinentiam: unde Felix Capella libro de nuptiis Mercurii & Philologiae. [5] *Placuit Minervae pellere coelibatum.*

EXERCITUS [6] pro contemto. Plautus Milite Glorioſo: [7] *Itaque nos, noſtramque familiam habes exercitam.* Et ubi ſupra ait; [8] *Plus videas ſabiis, denique omnes nictant eum.* Nictare enim dicimus [9] cinnum

Quae ſequuntur, *opipare, id eſt* &c. non agnoſcit Leid. cod. Et omnino *lucidè* imperitè pro *ſplendidè* dixit. Schol. Horat. ad Lib. III. od. 9. *Perſarum autem reges delicioſè vivebant & ſplendidè.* MUNCK. Voſſ. ita exhibet *Edulibus Opipare excepta beato. Opipara ſunt convivia opulenta in oppidis praeparata.*

1 TUCETA] *Tucceta* Leid. cod. Quam ſcripturam commendat Plotii cognomentum Tucca. Vide Schol. Perſ. ad Sat. II. vers. 42. & Caſaub. in eundem poëtam Comment. p. 207. Gloſſ. Labb. *Tucca*, κωβίχυμα ζωμοῦ. *Tuccetum*, σωμὶς παχύς. Emend. ζωμὶς. MUNCK.

2 Miſſus CARNIUM] Leid. cod. *Dicitur miſſum carnium.* MUNCK. Ita & Exc. cui abeſt τὸ *allatum.*

3 MYROPOLAE SUNT] Leid. cod. *dicuntur.* De Pigmentariis vide quae congeſſimus ad Myth. Lib. III. cap. 8. MUNCK. *Dicuntur* etiam Exc.

4 QUOD LEMBUM] Ita & Delrius in notis ad Claudianum ſcribi juſſerat. Verum Vett. edd. habent, *quod blammam.* Leid. cod. *quam bamplum.* Quae lectio omnino probanda, ſi verum eſt, quod Barthius ait Adverſ. Lib. XIII. cap. II. in vitis patrum eam vocem inveniri. Cl. Blancardus ad Arrian. pag. 56. ita profert hunc locum Fulgent. *Celocium genus naviculae modiciſſimae, quod lembum dicimus.* Verum ego nec in Vett. edd. nec in MS. Leid. ita locum hunc conceptum inveni. Conſer Voſſ. Etym. in CELOX. MUNCK. *Bamphum* E. *Blambum* Voſſ. pro *petit* Voſſ. *petitur.*

5 PLACUIT MINERVAE] Immo Mercurio placuit. Capella Lib. I. *Rationabili igitur propoſito conſtituit pellere coelibatum.* MUNCK.

6 PRO CONTEMPTO] Leid. cod. *dicitur contemtus.* Atque ita etiam Vett. edd. MUNCK. Ita Exc. Voſſ. *conceptus.*

7 ITAQUE NOS &c.] Leid. cod. cum Barth. MS. *Itane nos.* Fallitur Fulgentius. *Exercitus* non *contemtus*, ſed *vexatus* eſt Plauto. Corrigit Barth. Adverſ. Lib. XIII. cap. II. *Contentus. Hoc eſt*, inquit, *continenter fatigatus.* Sed ipſum adi. MUNCK. Mei *itane nos.*

8 PLUS VIDEAS SABIIS &c.] Leid. cod. *Plus videas valgis, quam ſabiis. Denique omnes nictant eum.* Barth. ex ſuo MS. *Plus videas valgis quam labiis.* Edd. haec mirificè variant. Obliviosus Grammaticus reſpexit locum Milit. Glor. Act. II. ſc. I. vers. 19. *Itaque hic meretrices labiis duſtant eum, Majorem partem videns valgis ſaviis.* Hinc ergo in Gemmâ *valgire* & *valgiare* dicitur idem eſſe ac labia habere extrorſum prominentia. Adi Voſſ. in de Vit. Serm. Lib. IV. cap. 29. MUNCK. *Sabiis, valgis* Exc. Mox pro *enim* Exc. *vero.*

9 CINNUM FACERE] Barth. Adverſ. Lib. XXXVII. cap. I. *Simium facere* emendat, idque idem eſſe ait, quod illudere. At Lib. XIII. cap. II.

num facere. Valgia vero ſunt labellorum obtortiones [10] in ſubatione peractae. Sic Petronius Arbiter: [11] *Obtorto valgiter labello.*

SUMMATES dicuntur viri potentes: SIMPOLONES dicuntur convivae; nam & amicus ſponſi, qui cum eo per convivia ambulat, [12] ſimpulator dicitur. [13] Sutrius in Comoedia Piſcatoria: *Summates viri ſimpolones facti ſunt ganei.* Eſt autem ganeum taberna.

PRAESEGMINA ſunt partes corporis inciſae, ut Tages in [14] haruſpicina ait: *Praeſegminibus amputatis.*

[15] CONGERRONES, qui aliena ad ſe congregant: unde apud Romanos Gerones [16] Brutiani dicti ſunt.

CISTELLA dicitur capſella. Plautus: —— *Ciſtellam* [17] *effer cum crepundiis:* id eſt, cum puerilibus ornamentis.

FABRE perfecte dicitur. Antidamas in Moralibus libris: *Fabre compactum animal hominem quis ferat ſic ire pecuatum? & averruncaſſit igitur tâm* [18] *Aricinas hominum mentes.* Porro averruncare dixit pro eradicare: Aricinas vero teſteas, vel argillaceas; & pecuatum, ſtultum.

[1] ALU-

11. *nilſum facere* in Fulgentio reſcribendum cenſuerat. MUNCK.

10 IN SUBATIONE] Notum quid *ſubare* ſit, ἐργᾶν nempe & καταζέειν. Sed Leid. cod. *In ſupinatione pacti.* Sanè *ſupinatione* etiam M. & L. habent: nec temerè damnaverim. *Reſupinare* certè obſcoenum verbum. Juvenal. Sat. III. 112. *Aviam reſupinat amici.* Ita legit Vet. Schol. non *audam.* MUNCK.

11 OBTORTO] *Abroſo* Vett. edd. MUNCK.

12 SIMPULATOR] Gloſſ. Iſid. *Simpulator, amicus ſponſi, aſſiduus cum eo in convivio. Simpulator, conviva.* Nomen habet à *Simpulum.* Vide Feſtum, & Scalig. ad eundem. Hottom. de Rit. Nupt. cap. 30. Voſſ. Etymol. in voce SIMPULUM. Sed Barthius Adverſ. Lib. XIII. cap. 11. *Symbolator* & *Symbolones* finxit nobis à Symbolis. Scio b. & p. confundi interdum; tanquam βάπτειν qui Graecis eſt, *pubeda* à Capella & Iſidoro in Gloſſ. dicitur, cum *bupaeda* eſſet dicendum. Feſtus in BUBIMAM. *Hinc eſt quod grandes pueros bupaedas appellant, & mariſcam ficum buſycon.* Errare tamen hoc Barthium diſces ex Voſſio. MUNCK. *Simpolatur* Leid. & Voſſ. *Simpolator* Exc. quae addunt poſt *dicitur, Ganeum vero taberna eſt.* & ita Voſſ.

13 SUTRIUS] *Succius* Scaligero ad Feſtum, & Voſſio in Etymol. laudatur: atque ita etiam hoc Vett. edd. habent. Sed *Sutrius* diſertim exhibet cod. Leid. quem alium à Succio eſſe rectè cenſere videtur Rutgerſ. Var. Lect. Lib. IV. cap. 19. *Sutrium* laudavit quoque Myth. Lib. III. cap. 8. Planciades noſter. MUNCK. *Suſtius* Exc.

14 HARUSPICINA] Leid. cod. cum Vett. edd. *baruſpicinis.* MUNCK. *Haruſpicinis* Voſſ. *piſcinis* Exc.

15 CONGERRONES] *Congerones* Vett. edd. MUNCK.

16 BRUTIANI] Conſulendus Scaliger ad Feſtum voc. BRUTIANI. Gellius Lib. X. cap. 3. & ibi Interpretes. Gloſſ. Steph. *Brutiani, οἱ δειλαὶς πράξεις χρωμένοις.* In Feſto hac voce pro *perſeveraverunt* Leid. cod. exhibet *perſeverarant.* MUNCK. *Butriones* Voſſ. ſed Leid. & Exc. *Brutianes.*

17 EFFER] Leid. cod. *mihi effers.* MUNCK. Ita & Voſſ. pro *crepundiis* Exc. *tripudiis.* Paullo ante pro *capſella* Exc. *caput.*

18 ARICINAS] Ita & Leid. cod. *Eretinas* Vett. edd. Puto *Aretinas* ſcribendum, quia mox *teſteas* interpretatur. Atque ita video etiam Godofredum edidiſſe. Virgil. Catal. *Aretine calix, manibus decorate paternis. Ante manus medici quam benè ſanus eras.* Turneb. Adverſ. Lib. XXVI. 10. *Eretinae mentes in Fulgentio ſunt teſteae, argillaceae, ſaxeae. Adfert ex antiquo ſcriptore, Averruncaſſit diva tam eretinas hominum mentes.* Unde illud *divae* pro *igitur*, quod Mercerus exhibet, hauſerit, neſcio. Vetuſtae editiones neu-

[1] ALUCINARI dicitur vana ſomniare; tractum ab alucitis, quos nos καϑαπτας dicimus; ſicut Petronius Arbiter: *Nam* [2] *centum vernalis me alucitae moleſtabant.*

[3] CULLEUS dicitur ſaccus, [4] in quo rei concluſi in mare mittuntur. Plautus Vidularia: —— *Jube hunc inſui in culleo, Atque in altum deportari, ſi vis annonam bonam.*

ELOGIUM eſt hereditas in malo. [5] Cornelius Tacitus lib. facetiarum: *Caeſi itaque morum elogio in filiis derelicto.*

LIXA, mercenarius. Lucanus: *Stat, dum* [6] *lixa juvat.*

SUDUM dicitur ſerenum. Tiberianus: *Aureos* [7] *ſubducit ignes Sudus ora Lucifer.*

[8] Lu-

trum habent. MUNCK. Poſt *mentes* legitur in Exc. *fabre dicitur perficere.*

1 ALUCINARI] Videndus de hoc verbo Gellius Lib. XVI. cap. 12. & Voſſius in Etymol. MUNCK. Exc. *alucinare.* Pro *vana* Voſſ. *varia.*

2 CENTUM VERNALIS] An legendum *centumvirales?* Ut intelligat muſcas, quibus frequenter infeſtantur, qui in centumvirali judicio adſunt tempore aeſtivo. Sambucus legit *centum venales.* Sed *vernales* ſic mallem, hoc eſt, vernae. Locum hunc in Petronii fragmentis ita adduci video: *Nam comptum vernali allucitae moleſtabant.* Barth. Membranae: *Conceptum me vernali alucita moleſtabat.* Cod. Leid. *Centum vernali me alucite moleſtabat.* Verbo *moleſtare* uſus etiam eſt in Fragm. Trag. *Ergo aut tace, aut meliorem noli moleſtare.* MUNCK.

3 CULLEUS] Leid. cod. *Culleum dicitur ſaccum.* Et in lemmate, QUID SIT CULLEUM. Lex. Cyrill. Ἀσκὸς ταυρεῖος, *culleum.* Etiam Varro R. R. Lib. I. cap. 11. neutro genere utitur. MUNCK. Ita & mei.

4 IN QUO REI CONCLUSI] Non omnes profecto, ſed parricidii rei. Unde *culleus parricidii* dictus. Interpres ſuppoſititii illius Abdiae Lib. III. *In culleum parricidii juſſit recludi.* MUNCK. Voſſ. *Hunc juvenem inſui culleo, atque in altum deportare juſſi, annonam bonam piſcibus.*

5 CORNELIUS TACITUS] Barth. Adverſ. Lib. XIII. cap. 11. ex Tacito facit nobis *Catium.* Vide ipſum. MUNCK. *Eulogium* Exc. *Τὸ Cornelius* abeſt Leid. & Exc. Pro *morum elogio* Exc. *motum elogium.*

6 LIXA JUVAT] Leid. cod. *vivat.* Unde *bibat* faciendum, ut Vett. edd. repraeſentant. Atque ita habetur apud Lucan. Lib. IX. vers. 593. MUNCK.

7 SUBDUCIT] Exc. *ſubducet i. ſ. ovat Lucifer.*

8 LUTEUM] Rectius explicaret *croceum.* Nonius: *Luteus color proprie eſt croceus.* Virg. AEn. VII. *Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis.* Schol. Horat. ad Epod. 10. LUTEUS. *Croceus: ſic dicimus auroram luteam.* Gloſſ. Cyrill. κροκοειδὴς, *lutea.* Palladius Catal. Pith. Lib. IV. *Lutea fulgebat roſeis aurora capillis.* Iſidor. Orig. Lib. XIX. cap. 28. *Luteus color rubicundus, quod eſt croceus. Nam crocus lutei coloris eſt, ut: Croceo mutataque vellera luto.* Corrige: *Jam croceo mutabit vellera luto.* Locus eſt Virgil. Ecl. IV. vers. 44. Quia lutea aurora eſt crocea, hinc (Auſonius:) *Aurora oceanum croceo velamine fulgens Liquerat, & bijugis vella rubebat equis.* MUNCK.

9 PACUVIUS THYESTE] Cod. Leid. *Unde & Pacuvius in Tragedia Thyeſtis ait.* Nec aliter, puto, ſcripſerat Planciades. MUNCK. Abſunt Voſſ.

10 OBSERVANS] Iſidorus in Gloſſis MSS. laudante Savarone ad Lib. VI. epiſt. 12. Sidon. *Abſtinet, obſervat. Abſtemius, ſobrius.* MUNCK.

11 AUMATIUM] Ita cum Mercero habet etiam Leid. cod. Sed Vett. edd. *aumarium.* Atque ita legit etiam Vulcanius ad Philoxenum, corruptamque eam vocem autumat ex *armarium.* Grammaticus neſcio quis Barthio laudatus Adverſar. Col. 1693. *Armarium locus, ubi quarumque artium inſtrumenta ponuntur. Armentarium, ubi tantum tela armorum.* Scribe, *armamentarium*, ita enim ὁπλοθήκη Latinis appellatur. Laurenbergius in ſuo Antiquario *aumarium* dicit eſſe *latrinam publicam.* Mirum ni hoc inde ſuſpicatus eſt, quod *locus ſecretus* dicatur à Fulgentio. Gloſſ. Labb. Ἄβαξ, *abacus, armarium.* Turneb. Adverſ. Lib. XXVI. cap. 10. *Suſpicor*, inquit, *automatium ſcribendum, ut locus ſignifice-*

*tur*

[8] LUTEUM dicitur ſplendidum. [9] Pacuvius Thyeſte: *Non illic luteis aurora bigis.*

ABSTEMIUS, [10] obſervans. Rabirius in Satyra: *Abſtemium merulenta fugit Methenia nomen.*

VADATUS, obſtrictus, vel ſub fidejuſſione ambulans; ſicut Feneſtella ait: *Apud quem vadatus amicitiae nodulo tenebatur.*

MANUBIAE ſunt ornamenta regum. Petronius Arbiter: *Tot regum manubiae paenes fugitivum repertae.*

AUMARIUM dicitur locus ſecretus publicus, ſicut in theatris, aut circo. Petronius Arbiter: *In* [11] *aumatium memetipſum conjeci.*

DELENIFICUS, blandiloquus. [12] Lucillius Comicus in Immolaria: *Neſcio quorſum mihi eveniant tua verba, tam delenifica.*

*tur theatri vel circi, ubi erant machinae, quae automata à Graecis vocantur, quae ſponte moveri videntur, & miraculo ſunt.* Non perſuadet. Hieronymus epiſt. ad Paulin. *Cur dicitur Paulus vas electionis? Nempe quia legis & ſcripturarum ſanctarum erat armarium.* Scrinium intelligi vult. Σκεῦος ἐκλογῆς dicitur Paulus; ſed ea verba cur *vas electionis* potius, quam *electum inſtrumentum*, vertant, videre nunquam potui. MUNCK. Voſſ. *Aumacium* Leid. & Exc. *Aumacium.*

12 LUCILIUS COMICUS &c.] Leid. cod. *Unde & Lucretius Comicus in numelariâ ait.* Ita & Vett. edd. Sed Lucretius transformandus in Lucilium videtur, cum *Lucilii comoedia* etiam ab Horatii Scholiaſte laudetur. Contrarium vitium oblatum eſſe Arnobio Lib. v. perſuaſit mihi nuper vir egregiè doctus: nam ubi nunc legatur *vim vomuiſſe Lucili*, ibi *vim vomuiſſe Lucreti* eſſe reſcribendum. Barth. Adverſ. Lib. XXXVII. cap. 1. *Licinius* heic emendat, verum nec MSS. nec Vett. edd. adſentientibus; quanquam non diſplicet, ſi probari non poteſt à celebri illo Auruncae alumno alium fuiſſe Lucilium, qui comoedias ſcriptitaverit. Confer, quae ad Lucilium pag. 99. commentatus eſt Franciſcus Douza. MUNCK. Leid. *Lucretius c. in Numolaria.* Ex. *Nummolaria.*

Digitized by Google

# LACTANTII PLACIDI

## ARGUMENTA METAMORPHOSEON OVIDII.

# Lucianus:

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι διακελσόν ἐστι νόημα·
Ἀλλ' ὃ σὺ θαυμάζεις, τῶθ' ἑτέρῳσι γέλως.

# LACTANTII PLACIDI NARRATIONES FABULARUM,

QUAE IN

P. Ovidii Naſonis Libris xv. Metamorphoſeôn occurrunt.

## *Fabulae Lib.* I.

I. Chaos in ſpecies.
II. Terra in varias perſonas.
III. Mundus in ſaecula quatuor, aureum, argenteum, aereum, & ferreum.
IV. Item annus in tempora quatuor.
V. Gigantum ſanguis in homines.
VI. Lycaon Pelaſgi filius in lupum.
VII. A Deucalione jactati lapides in viros, & à Pyrrha in mulieres.
VIII. Python Serpens in figuras. *
IX. Daphne Penei filia in laurum.
X. Io Inachi filia in vaccam.
XI. Mercurius in paſtorem.
XII. Syringa Nympha in fiſtulam.
XIII. Argus Areſtoris filius in pavonem.
XIV. Io ſupradicta in Iſidem.



* *Ita cum MS. & Veneta in capitum lemmatis. Sed perperam utique. Non enim Python à Naſone, ſed terra narratur verſa in varias animalium figuras, in quibus & Python erat.*

## *Fab.* I.

Chaos, ut Heſiodus [1] indicat volumine, quod deorum originem continet, fuit initio quaedam rerum confuſio, quae poſtea in ſuas ſpecies diſtributa eſt, ita ut leviſſima corporum, aether igneus, & hunc infra aër frigidus, caeteraque ſidera ſublimem partem peterent univerſa; per quae ſolis ſplendor ac Lunae vagaretur; graviſſima autem, humus, liquorque, in ima parte ſubſiderent.

## *Fab.* II.

Separata erat terra [2] à caeteris elementis, ſed homo nondum natus, ipſius terrae futurus ultor ac dominus. Itaque Prometheus Iapeti filius terram imbre mollivit, & ex hac hominem ad Dei ſimilitudinem ac imaginem finxit, cui facies non prona, [3] ut caetera animalia, eſſet in terram, ſed coelum ſpectaret erecta.

## *Fab.* III.

Ex quo Chaos injecta luce diſcuſſum eſt, & diſcretis elementis, [4] fa-

### Ad Lib. I. Fab. I.

1 Indicat volumine] *In volumine* edd. omnes. Sed antiquus ille codex à Nob. Heinſio cum editis collatus non heic tantum, ſed & crebro admodum aliis in locis praepoſitionem omittit. Caeterum in eodem codice annexa huic narrationi iſta viſebantur: *Ex terra cum omnia generata ſint, variarumque rerum mater reperiatur, tum humanum genus, quod cuncta vinceret, Prometheus Iapeti filius, ut idem Heſiodus oſtendit, ex humo finxit, cui Minerva ſpiritum infudit. Saecula etiam dicata Varronis auctoritate vertuntur: quoniam aureum in deterius argenteum, & poſt in aeneum, ac poſtea, quod Orphejum antedictis eſt, in ferreum ceſſit.* Sed illa gloſſatoris alicujus procul dubio ſunt, non Lactantii. Certè in Veneta ſeparata à reliquis viſuntur. Non tam ſtultus eſt hic ſcriptor, ut videri poſſit bis idem narraſſe. Quae iſta lacinia continet, invenies in ſequentibus multo politius relata. MUNCK. Varias veterum philoſophorum ſententias profert Schol. Apoll. Rh. I. 498.

### Ad Fab. II.

2. A caeteris] MS. *à cunctis.* Verum alterum eſt in omnibus editis. MUNCK.

3 Ut caetera animalia] Ita & MS. & Veneta. Raenerius & Micyllus, *ut caeterorum animalium.* Giſelinus, *ut caeteris animalibus.* Fruſtra, opinor. Non enim facies tantum caeterorum animalium, ſed & ipſa prona dicuntur. Notum eſt illud Salluſt. Catil. cap. 1. *Ne vitam ſilentio tranſeant, veluti pecora, quae natura prona, atque ventri obedientia finxit.* Lactant. Libr. de Opific. Dei cap. 8. *Ut quia nulla his immortalitatis exſpectatio eſt, toto corpore in humum projecta, ventri pabuloque ſervirent.* Schol. Horat. in Lib. 1. Epiſt. 4. PORCUM. *In ventrem pronum, corpori inſervientem.* Anthropomorphitae ſunt pagani. Diis ſuis, ut hominibus, rationem & figuram corporis erectam tribuunt. Lactant. modo laudatus de Vero Cultu Lib. VI. cap. 2. *Diis ſuis non coeleſtem ſenſum, ſed humanum potius attribuunt: ideoque illis neceſſaria & grata eſſe credunt, quae nobis* &c. Artemidorus de Somniis Lib.

4 faciem hanc tam claram mundus adcepit; deinceps, quaſi in aetates quaſdam, in ſaecula quatuor diſtributus eſt, hoc eſt, aureum, argenteum, aereum, & ferreum. quibus pro qualitate ſui adſcripta ſunt nomina. Nam aureum ſaeculum dictum eſt, quod 5 Saturno regnante omnium rerum erat plena tranquillitas: non 6 furor ſaeviebat armorum, 7 non avaritia fluctibus commiſerat vitam, & ceſſantibus raſtris, inarata gravidas fruges terra praebebat. Otioſa erat ac ſecura vita mortalibus; ac ſine viciſſitudine temporum continuâ veris gratiâ fruebantur. Deinde ſecundum ſaeculum in argenteum ab aureo colore migravit. Tunc primum & actius ardentior coeli, & graviora frigora incubuere mortalibus. tunc meditata domorum tutiora ſecreta. Antea enim aut in antris habitabant, aut incolebant 8 frutecta ſylvarum. Semina etiam tum primum ſulcis coepere committere: cum jam terra ſolita hominibus negaret alimenta. Tertium ſaeculum ſubceſſit aereum, 9 argento jam durius. Coepere homines inverecundius vivere. Nam cupiditate habendi avaritia cum perfidia exorta eſt. Inde mare pervium factum, dum divitiae requiruntur. Terra quoque cunctis antea communis, limitibus, terminiſque diſcreta eſt: & 10 in venis ejus non ſolum frumenta quaeſita ſunt, ſed metalla inventa crepuerunt. Quartum ſaeculum 11 ferreum à rigore duratum eſt: quod in tantam rabiem furoris erupit, ut omnia 12 ſcelera cupiditatis

ditatis

Lib. II. cap. 48. Φαίνεται δ᾽ οἱ θεοὶ τὸ ἀνθρώπινον εἶδος τε καὶ μορφὴ, ἐπειδὴ πυρώδεσιν αὐτοὺς τοῖς εἴδη ἐμοὶ ἐοικέναι. Rectè Junilius Epiſc. Afric. Comment. in Geneſ. pag. 32. Ed. Baſ. *Non ergo ſecundum corpus, ſed ſecundum intellectum mentis, ad imaginem Dei creatus eſt homo: quamquam & in ipſo corpore quandam proprietatem habeat, quae hoc indicet, quod erecta ſtatura factus eſt: ut hoc ipſo admoneretur, non eſſe ſibi terrena ſectanda; velut pecora, quorum voluptas omnis ex terrâ eſt: unde in alvum cuncta prona atque proſtrata ſunt.* MUNCK. Plut. de Pyth. Orac. Tom. II. pag. 400. Ὁ μὲν δὴ Πλάτων καὶ τὰ ἀνθρώπου, ἐρέσσου ἀνέμασι φυθὸν, ὥσπερ ἐκ ῥίζης ἄνω τὰ κεφαλὴν ἐρείδοντα.

## Ad FAB. III.

4 FACIEM HANC TAM CLARAM] Τὸ *hanc* ignoMS. MUNCK.

5 SATURNO REGNANTE] Ante Saturnum tamen Ophion regnavit. v. Tzetz. ad Lycophron. 1192. & Apoll. Rhod. I. 504.

6 FUROR SAEVIEBAT ARMORUM] Vide, quos laudat Broukh. ad Tibull. I. III. 35.

7 NON AVARITIA FLUCTIBUS] Plutarch. Quaeſt. Rom. Tom. II. p. 275. Διὰ τί πρὸ δ᾽ Κρόνου τοῦ χρόνου τοιούτου τὸ δημοσίων χρημάτων, ἅμα δ᾽ τοῦ φιλανθρώπου τὸ συμβολαίων; πότερον ὅτι δεῖται κατὰ τοῦ λόγου, ὡς οὐκ ΠΛΕΟΝΕΞΙΑΝ ὁ ἀνθρώπου, ΟΥΔΕ᾽ ΑΔΙΚΙΑΝ, ΚΡΟΝΟΥ ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣ, ἀλλὰ ΠΙΣΤΙΝ καὶ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ.

8 FRUTECTA SYLVARUM] Ita & MS. & Veneta. Perperam *tecta* Giſelinus. Perperam etiam *fruteta* Micyllus & Raenerius. Vide, ſi tanti eſt, quae notavimus ad illa Fulgentii Prolog. Lib. I. *Quicquid per virecta Temſe* &c. MUNCK.

9 ARGENTO JAM DURIUS] Sic cum MS. Veneta & Micylliana. Sed Raenerius & Giſelinus, *argento* &c. MUNCK.

10 IN VENIS EJUS] *In venis quidem* MS. MUNCK.

11 FERREUM A RIGORE] Sic cum Venet. & Micyll. diſertim MS. Giſelinus dedit, *ferri nimis rigore.* Raenerius, *ferreum à rigore dictum eſt.* MUNCK.

12 SCELERA CUPIDITATIS EXCELLERET] Haec

ditatis excelleret. Nam ab odioſa vita, & inſanientis avaritiae graſſationibus ad parricidia uſque perventum eſt.

## *Fab.* IV.

Cum, Saturno aurei ſaeculi rectore [1] coeli arce dejecto, teneret Jupiter mundum, [2] ſic ipſe mundus quatuor ac diverſa tempora coarctavit, ut ver, quod fuerat ante unum ſemper [3] ad ſerenam tranquillitatem continuum, [4] in partem anni quartam & anguſtiſſimum coierit tempus: ut huic ſubcederet ardor aeſtatis, & tertio ſequeretur autumni infida temperies, & poſt haec totus annus rigidâ hieme clauderetur: quae quatuor tempora veris exordio qualitatem imitarentur & ordinem ſaeculorum.

## *Fab.* V.

[5] Gigantas nomine inmenſae molis, & ſimiles matri filios parens Terra progenuit: quorum magnitudini par exarſit audacia. Nam exſtructis in excelſum aggerem montibus ſacrilegas manus injecere coeleſtibus. Sed fulminum igne dejecti, inpium genus [6] poenae ſuae cruore generarunt: nam ſanguis eorum permiſtus terrae, homines procreavit haud longe ab origine diſcrepantes.

*Fab.*

eſt MS. lectio, quam adſtruit Veneta. Giſelinus, *excederet*. Raener. *exerceret*. Micyllus, *ſcelere cupiditatis excelleret*. MUNCK.

## Ad FAB. IV.

1 COELI ARCE DEJECTO] Sunt, qui finxerint, in heroas in beatis inſulis degentes imperium Saturno fuiſſe. Vide Graev. Lect. Heſ. cap. 5. quod confirmare quodammodo videtur Plutarchus de Conſolat. ad Apoll. Tom. II. pag. 120. Ἦν δὲ τότε μὲν ὅτε πρῶτον ἀπεφαίνων ἐπὶ ΚΡΟΝΟΥ, καὶ ἀεὶ καὶ νῦν ἔτι ἐστὶ τὸν θεσμὸν τοῦτον ἀπεφαίνων τὸν μὲν δικαίως διαλύοντα τὸν βίον καὶ ὁσίως, ἐπειδὰν τελεύτησῃ, εἰς ΜΑΚΑΡΩΝ ΝΗΣΟΥΣ ἀπιόντα οἰκεῖν εὐ πάσῃ εὐδαιμονίᾳ ἐκτὸς κακῶν.

2 SIC IPSE MUNDUS QUATUOR &c.] Ita & cum MS. Veneta. Editi reliqui variant. Raenerius dedit, *Sic cum in quatuor* &c. Giſelin. *Sicut ipſe Saturnus; mundum in quatuor* &c. Videtur ſcribendum, *Sic ipſe mundum in* &c. MUNCK.

3 AD SERENAM TRANQUILLITATEM CONTINUUM] Ita quoque cum MS. exhibent Veneta & Raeneriana. Nec differt Giſelin. niſi quod *continuam* praefert. At Micyllus, *& ſerenâ tranquillitate continuum*. MUNCK.

4 IN PARTEM ANNI QUARTAM AC ANGUSTISSIMUM COIERIT TEMPUS] Ita cum MS. etiam Venet. Raen. & Micyll. niſi quod pro *coierit* repraeſentant *coegerit*. Giſelinus dedit, *in parte anni quartâ anguſtiſſimum cogeret tempus*. MUNCK.

## Ad FAB. V.

5 GIGANTAS NOMINE IMMENSAE MOLIS, ET SIMILES &c.] Haec eſt lectio MS. & Venetae, pro

## *Fab.* VI.

De Gigantum ſanguine nati quam ſacrilegâ mente verſati ſint, Lycaonis teſtatur exemplum: qui tyrannus Arcadiae, cum advenas & hoſpites trucidaret, etiam Jovem [7] in ſe adcendit iratum. Nam Jupiter humani ſceleris inpatiens, in deos querimonia delata, ſimulata hominis ſpecie, ad Lycaonis regiam venit: cui Lycaon tamquam mortali praeparans mortem, prius humana membra devoranda velut hoſpitali humanitate adpoſuit: quae poſtquam Jupiter ſenſit, non eum penitus interemit, ne ſubplicii amitteret ſenſum; ſed in lupi ſaevi eum formam convertit; qui & mores [8] in rabie, & nomen Lycaonis in adpellatione ſervaret. Non contentus fuit Jupiter caeteros homines unius Lycaonis terrere ſubplicio, niſi in genus omne ſaeviret. Inde denique tantam juſſit aquarum copiam redundare, ut opertis diluvio montibus cuncti homines interirent.

## *Fab.* VII.

Jupiter propter audaciam Lycaonis caeterorumque mortalium, qui ſceleribus ſuis etiam deorum potentiam tentabant, [9] orbem terrarum profuſis imbribus inundavit. Et cum duo pietate caeteros mortales anteceſſiſſent, Deucalion Promethei filius, ac Pyrrha, eadem ſoror atque conjux; [10] & Parnaſſo monte proluviem imbrium effugiſſent; ſorte

pro quâ Giſel. & Raener. *Gigantes immenſae molis homines, & ſimiles* &c. Micyllus, *Gigantes immenſae molis, & ſimiles* &c. MUNCK. Conſule Apollodor. Lib. 1. cap. 6. §. 1.

6 POENAE SUAE CRUORE] Ita & cum MS. Veneta ac Micylliana. Giſelin. *Poenâ ſua & cruore.* Raener. omiſſis temerè duobus vocabulis, *impium genus ſuo cruore* &c. MUNCK.

### Ad FAB. VI.

7 IN SE ACCENDIT IRATUM] *In ſe accepit* Raenerius. MUNCK.

8 IN RABIE] Sic Giſelinus quoque & Micyllus cum MS. Sed Raenerius *in rabiem*, & mox *in appellationem*. MUNCK. Conſule de hac fabula Pauſan. lib. VIII. cap. 2. pag. 600. 601.

### Ad FAB. VII.

9 ORBEM TERRARUM] Ita Giſelinus & Micyllus ediderunt. Sed Veneta & MS. unâ vocula auctius, *itaque orbem terrarum.* Quod non auſim damnare, cum frequenter ita πλεονεκτικῶς particulam iſtam *itaque* repraeſentet idem ille codex; tanquam infr. fab. 10. *Jupiter vero, ne, ſi negaſſet, proderet puellam, itaque tribuit confeſtim.* Confer Lib. 11. fab. 7. Lib. IV. fab. 4. & 19. VI. 7. VIII. 4. XIV. 11. Non diſſimiliter Hyginus Myth. cap. 43. *Theſeus in inſula Dia tempeſtate retentus, cogitans, ſi Ariadnen in patriam portaſſet, ſibi opprobrium futurum, itaque in inſulâ Diâ dormientem reliquit.* Raenerius pro lubitu totum principium hujus fabulae refinxit. MUNCK.

10 ET PARNASSO MONTE] Raener. *Et è Parnaſſo.* Giſelin. *& in Parnaſſo.* Micyll. *eque Parnaſſo.*

ſorte moniti Themidis, eo tempore quae [1] antiſtes terrae fuiſſe traditur, à deis per preces generandae prolis veniam adceperunt: ita ut lapides poſt tergum jacerent, ex quibus homines naſcebantur: & à Deucalione miſſi in viros vertebantur; à Pyrrha autem, in faeminas.

## *Fab.* VIII.

Poſt cataclyſmum factum edidit terra Pythonem ſerpentem, [2] ſpeciem ignotam mortalibus. Hunc Apollo ſagittis interemit. & ne ejus aboleret nomen, inſtituit ludos, [3] & certamina quaedam in his ludis oſtendit. Unde etiam Apollo Pythius eſt adpellatus, ludique Pythii.

## *Fab.* IX.

Daphne Penei fluminis filia, cum omnium virginum, quae in Theſſaliâ eſſent, ſpecioſiſſima haberetur, adeo quidem, ut deos pulchritudine ſua caperet; [4] Apollo, cum eam conſpexiſſet, formâ ejus expalluit.

naſſo. Fruſtra omnes. Amat noſter praepoſitionis iſtius ellipſin. MUNCK.

1 ANTISTES TERRAE] Ita habent editi omnes; quanquam Giſelinus notat τὸ *terrae* abeſſe à codicibus nonnullis. Infr. Lib. IV. fab. 17. *antiſtes Deorum* dicitur. Forte *antiſtes oraculi* ſcripſerat auctor. Nam primo Terra, deinde Themis, tertio Python, quarto Phoebus oraculum tenuit. Vide quae diximus ad Hyg. Myth. cap. 140. MUNCK.

## Ad FAB. VIII.

2 SPECIEM IGNOTAM] *Specie ignota* in margine Raenerius. Atque ita edidit Micyllus. MUNCK.

3 ET CERTAMINA QUAEDAM IN HIS LUDIS OSTENDIT] Raenerius, audaci mehercules exemplo, praeter τὸ *certamina*, verba itta omnia omiſit. At Giſelinus, *& certamina quaedam in bis oſtendit.* Venet. & Micyll. *Ludos & certamina: quae jam in bis ludis oſtendit.* Etiam MS. cod. pro alterâ lectione, *quae jam* &c. Caeterum cauſſam aliam, cur Pythius Apollo dictus ſit, legas apud Ariſtoph. Schol. in Plutum pag. 6. ed. Caldor. Societ. Δείμων τις ὧν ὄτῳ καλεῖσθαι Πύθιον, ἀφ' οὗ ἡ Πυθία παρωνομάζετο. ἢ ἐκ αὐτοῦ] ὁ Ἀπόλλων Πύθιος ἐπωνομάζετο, ἀπὸ τοῦ πῖς πυθεσθαι χρησμὸς δίδοντι &c. Sed veram Etymol. diſces ex Heinſii Ariſtarch. Sacr. p. 18. MUNCK.

## Ad FAB. IX.

4 APOLLO CUM EAM] Ita edd. omnes. Sed MSS. 2. *Apollo enim cum illam.* Forte, *Apollo etiam cum* &c. MUNCK.

5 VIM UT AFFERRET] Sic legitur in MSS. 2. Vindicavimus eandem locutionem huic ſcriptori etiam Lib. II. 8. IX. 10. X. 3. Hygin. Aſtron. II. 20. *Vim ſibi pene allatam.* Cap. 18. *Eum vim ſibi afferre voluiſſe.* Nepos Dion. cap. 10. *Dioni vim allatam.* MUNCK.

6 ET ILLA] *At illa* Micyll. Quod praefero. MUNCK.

7 QUAM SIBI PERMISERAT] Sic rectè cum MS. Venet. & Micylliana. Perperam *promiſerat* Raenerius & Giſelinus. *Permittere* eſt concedere, committere &c. Horat. Lib. IV. od. 4. *Cui rex Deorum regnum in aves vagas Permiſit.* Et Lib. I. Sat. 3. *Si tibi regnum Permittant homines.* Terent. A. Act. I. ſc. 5. *Bona noſtra haec tibi permitto, & tuae mando fidei.* Juſtin. Lib. II. cap. 7. *Adminiſtratio reipublicae annuis magiſtratibus permiſſa.* Nepos Hamilcar. cap. I. *Eam rem*

luit. Quam cum neque pollicitis, neque precibus adire potuiſſet, [5] vim ut adferret, inſtituit. [6] Et illa curſu conſpectum ejus effugere cupiens, patrem invocavit, ut virginitati ſuae, [7] quam ſibi permiſerat, ferret auxilium: [8] cujus ille auditis precibus, filiam deorum auxilio, ut vim effugeret, in laurum convertit.

## *Fab.* X. & XIII.

Io Inachi amnis filia, cum aequales ſuas ſpecie praecederet, ab Jove adamata eſt, qui ammotis precibus, deſiderium explevit: & ne puella [9] Junonis iram incideret, à compreſſore in vaccam eſt transfigurata, cujus fallaciam Juno cum intellexiſſet, [10] petit eam à Jove velut munus ſibi dari, [11] quia ſpecioſior erat caeteris armentis, quae [12] in Peloponneſo eſſent. Jupiter vero, ne, ſi negaſſet, proderet puellam, tribuit confeſtim. Juno autem, ne amplius ejus pellex cum Jove concumberet, Argum Areſtoris filium centum oculos habentem ei praepoſuit. quem Mercurius patris juſſu interemit; & à caſu ejus Argiphontes eſt cognominatus. Juno Argum, [13] quem ob cuſtodiam ille occiderat, in volucrem pavonem transformavit, & receptum in ſuam

*rem arbitrio permiſerunt Hamilcaris.* Salluſt. Jug. cap. 103. *Belli componendi licentiam ipſis permittit.* Senec. de Provid. cap. 6. *Permiſi vobis, metuenda contemnere, cupienda faſtidire.* MUNCK.

8 CUJUS ILLE AUDITIS PRECIBUS, FILIAM &c.] Ita locum hunc conſtituit Giſelinus. Veneta & Micylliana habent, *Quam ille, auditis precibus filiae, deorum ut vim effugeret, in laurum convertit.* Atque ita quoque Raenerius, niſi quod *τὸ filiae* omittit. Quam vocem agnoſcit tamen MS. liber, qui caeteroqui cum Giſelino facit. Infr. Lib. VI. fab. 4. *Auditis itaque precibus ejus, Jupiter agricolas in ſpeciem ranarum transformavit.* Lib. XII. fab. 6. *At ille auditis precibus ejus* &c. MUNCK.

## Ad FAB. X. & XIII.

9 JUNONIS IRAM INCIDERET] Ita cum Giſellino & Venet. & MS. Raenerius & Micyllus, *in Junonis iram* &c. Exiſtimo nihil opus & iſtâ praepoſitione. Chryſol. Serm. LVIII. *Ne incurrant de tali praeſumptione ſententiam.* P. Syrus: *Heu quam poenitenda incurrunt homines vivendo diu!* Victor in de Perſec. Vand. Lib. III. *Quisquis enim aliquid pravitatis invenerit, ſibi imputat quod incurrit.* Salluſt. Jug. cap. 101. *Rediens ab latere Mauros incurrit.* Vet. Interpr. Job. cap. V. 14. *Per diem incurrent tenebras.* Interp. Abdiae Babylon. Lib. I. *Caecitatem continuo malè ſanae mentis incurrit.* Familiaris prae caeteris Tacito illa conſtructio; qua uſum deprehendo etiam Ambroſ. de Tob. cap. 2. *Cadenti de paſſerum nido albugine caecitatem incidit.* Noſter infr. fab. 1. Lib. XIV. *Amorem incidit.* Ubi plura annotamus. MUNCK.

10 PETIT EAM A JOVE VELUT MUNUS SIBI DARI] Sic Raenerius & Giſelinus ediderunt. Veneta, *Petit eam à Jove velut munus ſibi daret vaccam.* MS. *Petit eam à Jove velut munus ſibi daret, vacca quia* &c. Putes ſcripſiſſe, *Petit ea à Jove, velut munus ſibi daret vaccam, quia* &c. Atque ita planè Micyllus, niſi quod auctius unâ voculâ, *ut velut munus* &c. MUNCK.

11 QUIA SPECIOSIOR ERAT] MS. & Veneta, *quia ſpecioſiſſima erat caeteris armentis.* Excidit forte particula *in* vel *prae.* MUNCK.

12 IN PELOPONNESO] MS. *In Pelopenſi regno*, Lege, *Peloponnenſi regno.* Infr. Lib. IV. fab. 13. *Per Taenarum promontorium Peloponnenſe.* MUNCK. Forte in C. Nepote Alcib. cap. 3. legendum quoque *Bello Peloponnenſi.*

13 QUEM OB CUSTODIAM ILLE OCCIDERAT] Haec lectio eſt Venet. Raener. & Micyll. quam & MS. adſtruit, niſi quod *τὸ ille* omittit. Gi-

ſuam tutelam pennis inſignibus, quibus amiſſa lumina indicaret, ornavit.

## *Fab.* XI.

Jupiter mittit Mercurium in habitu paſtoris ad Argum ſupradictum interficiendum.

## *Fab.* XII.

[1] Syringa Nympharum Najadum, quae [2] circa Nonacrinum montem Arcadiae vagabantur, ſpecioſiſſima proditur fuiſſe. quam cum Pan Mercurii filius adamaſſet, [3] & eam perſequens ad amnem [4] Ladonem Arcadiae compuliſſet, ne vi caſtitatem deponere cogeretur, ſororum auxilio [5] in arundines converſa eſt. ex quibus fiſtula compoſita eſt, quae nomine ejus apud Graecos Syringa nuncupatur: cujus cantu Argus in ſomnos compulſus eſt, quo facilius eum Mercurius interficere poſſet.

## *Fab.* XIV.

Io ſupradicta cum furiis exagitata orbem terrarum percucurriſſet, noviſſimè in AEgyptum delata, ac placata Junone à Jove, [6] in priſtinam figuram reverſa, Iſidis Deae nomen adcepit, [7] Linigeraque eſt adpellata.

*Fabu-*

ſelinus dedit, *Quia ob cuſtodiam ejus occiderat.* MUNCK.

### Ad FAB. XII.

1 SYRINGA] Ita non dubitavi reſcribere ex MS. quanquam *Syrinx* repraeſentant edd. omnes. Rationem ultra non quaeret, ſi quis legerit, quae ad Hyginum & Fulgentium non uno loco à nobis annotata ſunt. Confer etiam, quae infra ad Lib. II. 7. IV. 18. VI. 1. dicentur. Servius ad Ecl. II. 31. *Ergo Pan, ſecundum fabulas, amaſſe Syringam nympham dicitur.* MUNCK.

2 CIRCA NONACRINUM MONTEM ARCADIAE] MS. *Circa Nonacrum.* Unde putes faciendum *Nonacrim.* Sed infra invenies rurſus Lib. II. fab. 5. *Circa Nonacrinum montem.* Lib. IV. 11. *Circa montem Nonacrinum moratus. Vertex Nonacrinus* eſt Hygino Myth. cap. 177. Ita *jugum Malcum* ἀπὸ τοῦ *jugum Maleae* apud Flor. Lib. II. cap. 9. *Vertex Cyllenaeus* apud Ovid. Lib. XI. Met. vers. 304. *Peliacus vertex* apud Catull. Carm. LXV. vers. 1. MUNCK. Nihil muta. Dicitur & *Nonacrina* ſc. petra vel rupes. v. Jac. Nic. Loenſis L. III. Epiphyll. cap. 10.

3 ET EAM PERSEQUENS &c.] Sic edidit Giſelinus. MS. *perſequeretur.* Venet. & Raener. hoc amplius, *& eam perſequeretur, cum ad amnem* &c. Lege, *& eam perſequens, cum ad* &c. Repetitum eſt otioſè illud *cum*, ut Lib. II. fab. 4. *Cum Liguriam incoleret, & in ripâ Eridani amnis, quem quidam Padum vocant, cum vidiſſet.* Confer ejuſdem libri fab. 5. & Lib. XI. fab. 1. Reperire eſt illius locutionis exempla complura apud Hyginum: tanquam Mythol. cap. 28. *Hi cum Dianam comprimere voluiſſent, quae cum non poſſet viribus eorum reſiſtere* &c. Vide quae ad eum locum annoto. MUNCK.

4 LADO-

## *Fabulae Lib.* II.

I. Phaethon Solis & Clymenae filius fulmine ictus.
II. Sorores Phaethontis in arbores populos.
III. Lacrymae earum in electrum.
IV. Cycnus Sthenelei filius in avem ſui nominis.
V. Calliſto Lycaonis filia in urſam.
VI. Eadem cum filio Arcade in ſidera.
VII. Corvus candidus in nigrum.
VIII. Coronis in cornicem.
IX. Nyctimene in noctuam.
X. Ocyroe in equam.
XI. Battus in ſaxum.
XII. Aglaurus in lapidem.
XIII. Jupiter in taurum.

### *Fab.* I.

Clymene Oceani & [8] Tethyos filia, cum Phaëthontem ex Sole conceptum genuiſſet, & in adultam perduxiſſet aetatem, monuit, ut patrem cognoſceret. Qui infeliciter progreſſus ad orientem Solem pervenit, agnituſque eſt ab eo per connubii indicia: adcenſusque agitandi currus amore, quem quatuor equi, Pyrois, Eous, AEthon, ac Phlegon per orbem adſueverant trahere, [9] diu expetitum currum adce-

4 LADONEM] *Ladona* Veneta & Raeneriana. *Ladonam* MS. Quod vereor ne fruſtra ſpreverint ſcioli. MUNCK.

5 IN ARUNDINES CONVERSA EST; EX QUIBUS &c.] Venet. & Raener. *In arundinem converſa eſt, ex quâ* &c. Sanè *arundinem* exhibet etiam MS. MUNCK. V. Spanh. ad Call. H. Dian. 243. 245.

## Ad FAB. XIV.

6 IN PRISTINAM FIGURAM REVERSA, ISIDIS] Ita ediderunt Micyll. & Raenerius. Giſelinus, *regreſſa, Iſidis* &c. Veneta, *reverſa eſt.* MS. *regreſſa eſt, Iſidis* &c. Videtur reponendum, *reverſa eſt, & Iſidis* &c. niſi tamen *regredi* pro *reverti* uſurpavit, ut interpres ſuppoſititii Abdiae Lib. I. *Qui à Simone regreſſus eſt.* Lib. III. *Execrantes adoleſcentem, domum regreſſi ſunt.* Et Auctor vitae Apollinaris: *Poſt multum tempus regreſſus ab AEmilia.* Juſtin. Lib. I. cap. 6. *Aſſumtoque comite, Perſepolim regreditur.* Sex. Rufus Breviar. cap. 19. *Regreſſus in Syriam obiit.* MUNCK.

7 LINIGERAQUE EST APPELLATA] Ita repoſui ex MS. Perperam Venet. & Raener. *Vigilansque eſt appellata.* Perperam etiam *Niligenaque* vel *Linigeraque dea eſt appellata* Giſelinus, aliique. MUNCK.

## Ad LIB. II. FAB. II.

8 TETHYOS] Rectè ita edd. omnes. MS. tamen *Thetidis.* Forſan Lactantii ipſius hoc aliqua culpa. Thetin enim interdum cum Tethye confundi ab inferioris aevi ſcriptoribus alibi obſervavimus. MUNCK.

9 DIU EXPETITUM CURRUM] Haec lectio eſt

adcepit; & [1] à praeminiſtris Horis junctum conſcendit. Monitis itaque inſtructus patris, cum per iter ignotum equis obniti nequiſſet, equi ignoto agitatore conterriti mundi pronam partem petierunt. Quamobrem cum cuncta mortalium ardore ſubito [2] proflagrantium incenderentur, [3] à Joveque opem inplorantes peterent, ne orbis terrarum conflagraret; Phaethon fulmine ictus eſt, & è curru praecipitatus: atque ita liberati equi vinculis, agnito itinere, ad ſuam ſtationem reverſi ſunt.

## *Fab.* II. & III.

Sorores Phaethontis Phaethuſa, Lampetie, Phoebe, caſum fratris dum deflent, deorum miſericordia in [4] arbores populos mutatae ſunt. Lacrymae earum, ut Heſiodus & Euripides indicant, in electrum [5] ſunt converſae.

## *Fab.* IV.

Cycnus [6] Sthenelei filius, materno genere Phaethonti proximus, cum Liguriam incoleret, & in ripâ Eridani amnis, quem quidam Padum

MS. quam & Micyllus repraeſentavit. Renaerius, *currum diu petitum.* Sanè τὸ *currum* habet etiam Veneta. Fruſtra ergo Giſelinus, *diu expetitam veniam.* MUNCK.

1 A PRAEMINISTRIS] Sic & Veneta cum Giſelino. Infr. Lib. IX. fab. 5. *Galantis praeminiſtra conſpexit eam.* Servius ad AEn. XI. 543. *Camillos & Camillas appellabant Flaminicarum & Flaminum praeminiſtros.* MUNCK.

2 PROFLAGRANTIUM] Ita & MS. cum Raen. & Giſ. Sed Micyll. & Venet. *proflagrantia.* MUNCK.

3 A JOVEQUE] Haud vulgariter dictum, pro *& à Jove.* Sic hac ipſâ fabulâ *in terramque.* & Lib. XII. fab. 2. *in fineſque* exhibet Raenerii editio. Sed iſtorum neutrum in MS. invenit illuſtr. Heinſius. Naſo ipſe XI. Met. 227. *In ſuaque AEaciden ſuccedere vota nepotem Juſſit.* Nepos Datam. cap. 7. *Sciſmas maximus natu filius deſciit, atque regem tranſiit.* Et in Hamilc. cap. 4. *Mare tranſiit, in Hiſpaniamque venit.* Hygin. Aſtron. IV. cap. 3. *In eoque Aries ut affixus videatur.* MUNCK.

## Ad FAB. II. & III.

4 ARBORES POPULOS] *Arbores populeas* Venet. Micyll. & Raener. Sed alterum rectum puto. Vibius Sequeſter: *Eridanus Galliae Ciſalpinae, qui & Padus, ubi Heliades mutantur in populos arbores.* Adde quae notavi ad Hygin. Mythol. cap. 140. MUNCK.

5 SUNT CONVERSAE] Addit Veneta, *ac fluiſſe dicunt.* Raenerius, *quod ex illis arboribus, in quas mutatae feruntur, fluere dicitur.* Sed iſta ſapiunt ejus interpolationem. Micyllus, *ac fluiſſe dicuntur.* MS. *ac fluxiſſe dicunt.* Sed verba iſta collocat poſt τὰ *mutatae ſunt.* Et rectè quidem. Nam quae ſequuntur, *Lacrymae earum* novum faciunt argumentum. Lego ergo; *mutatae Succina fleviſſe dicuntur. Lacrymae earum* &c. Quibus verbis novum, ut dicebam modo, inchoatur argumentum, quod in MS. collocatum erat ante verſum illum poëtae, *Inde fluunt lacrymae* &c. Emendationem meam adſtruunt non parum illa Servii ad Ecl. VI. 62. *Sorores Phaëthontis ſuccina fleviſſe dicuntur.* Adde not. ad Fulg. Lib. I. cap. 15. MUNCK.

Ad

Padum vocant, [7] cum vidiſſet corpus Phaethontis à ſororibus ejus ablui, pari calamitate eſt concuſſus. Plus enim juſto deflendo propinqui interitum, deorum voluntate in volucrem cycnum abiit, qui perofus coeleſtem ignem, paludes ac flumina, quibus infeneſceret, eſt ſecutus. [8] Phanocles in Cupidinibus auctor.

## *Fab.* V. & VI.

Jupiter cum reliquias torrentis ignis perſequeretur, ut laborantibus opem ferret mortalibus, [9] cum circa Nonacrinum montem Arcadiae, [10] in quo genitus exiſtimatur, vagaretur, in Calliſtus Lycaonis filiae incidit amorem: cui cum preces de explemento deſiderii ſui admoviſſet, fruſtrataſque voces ſuas intellexiſſet, aſtu eam ſubiit. [11] In Dianae namque ſexum [12] ſe rejecit, ac fatigatae ornatus pharetra ſagittiſque, velut Diana, obcurrit; ac veſte pariter poſita, Jovem virgo experta eſt. [13] Neque ideo inmerenti delictum remiſſum eſt. Nam confeſtim pellicatu ejus adcenſa, ne amplius pulchritudine conjugem caperet, in urſam eam transfiguravit. Quae à Jove cum Arcade filio, quem erat enixa, [14] inter ſidera conlocatur. A Graecis autem Helice, à noſtris ſeptemtrio nuncupatur, & à Tethy & Oceano ob Junonis

## Ad FAB. IV.

6 STHENELEI] Veneta, Micyll. & Raener. *Sthenelli.* Quod idem eſt. Vide ſummi viri L. F. Gronovii Obſervat. Lib. IV. cap. 15. MUNCK.

7 CUM VIDISSET] Non rectè *το cum* expulerunt Micyllus & Giſelinus. Vide, quae dixi ad Lib. I. fab. 12. MUNCK.

8 PHANOCLES IN CUPIDINIBUS] Phanocles ἐν Ἔρωσι laudatur etiam à Clemente in Protreptico. MUNCK. Conſule de hoc Phanocle Heinſ. ac Burm. ad Ovid. X. M. 83.

## Ad FAB. V. & VI.

9 CUM CIRCA NONACRINUM &c.] Scripſerat, puto, *& cum circa* &c. MUNCK.

10 IN QUO GENITUS EXISTIMATUR] Non repetam, quae dixi ad Hygini fab. 139. Sed audi Pauſaniam lib. IV. cap. 33. p. 361. ubi agit de fonte Clepſydra, πάλαι μὲν οὖν καλούμενον ἦν Νόννακρις, ὕδωρ δὲ ἐπιφορώτατον ἀποῤῥεῖ, ἐπίκλησιν γοῦν ἔχει Στύξ· καὶ πέτρα παρὰ σφίσι τὸ ὄρος. Μίτιδι δ' οὖν τῇ Μισσηνίᾳ δὲ λέγω. Φασὶ γὰρ καὶ οὗτοι πηγὴν παρὰ σφίσι τὴν Στύγα. Ἥδομαι δὲ οὐκ ἐς Νόννακριν τὴν ἐρημωθεῖσαν. --- Ταύτας δὲ τὰς νύμφας τὸν Δία κλαπῆναι λέγουσι Κυρηναῖοι λόγῳ τῷ ἐς ἕδρας ἥκοντι, σιγᾶν λέγειν λόγον λέγοντες, καὶ τὸ ὄνομα εἶναι τῇ ὕδατι λόγῳ τῷ Κυρηναίων τὴν κλοπήν.

11 IN DIANAE NAMQUE SEXUM] *Speciem* Valeriani codices, ut notat Giſelinus. Quod aptius videtur, & magis convenit cum verbis Naſonis: *Protinus induitur faciem cultumque Dianae.* Infr. de Minervâ Lib. VI. fab. 1. *Reverſa in ſpeciem ſuam* &c. MUNCK.

12 SE REJECIT] Ita cum MS. etiam Veneta & Raeneriana. Sed Giſelinus & Micyllus, *trajecit.* MUNCK.

13 NEQUE IDEO] Ita edd. omnes. MS. tamen, *neque adeo.* Sed alterum rectum putem. Phaedrus Lib. II. cap. 9. *Frondem luculcus adfert, nec ideo videt.* MUNCK.

14 INTER SIDERA COLLOCATUR] Pauſanias hanc fabulam ita explicat Lib. VIII. cap. 3. pag. 603. Ὁ Ζεὺς Ἑρμῆν πέμψαι σῶσαι τὰ παιδία οἱ φοβούμενος, ἐν οἷς τῇ γυναικὶ ἦν ἡ Καλλιστώ. Καλλιστὼ δὲ κύουσα ἐπείσθη ἀνέρι, καλεῖται δὲ ἄρκτος μεγάλη. Deinde addit Ἔχουσι δέ τινες καὶ λόγον τὸ

coronis iram inter caetera ſidera [1] liquore non tingitur, ut auctor Heſiodus indicat. [2] Hinc illud: Sed lucet in aſtris Calliſto, renovatque ſuos ſine fluctibus ignes. Ipſe autem Arcas in coelum tranſlatus, Arctophylax dicitur.

## *Fab.* VII.

Corvus volucris initio naturae candidis pennis plumatus fuit. Sed quia [3] Coronida [4] Coronei filiam indicaverat Apollini in adulterio morari, [5] illa propter acerbiſſimum indicium flagrantis dei ſagittis confixa, niger ex candido factus eſt. Ex hac & Apolline naſcitur Aſclepius; quem pater [6] exciſum utero matris, cum ea rogo eſſet inpoſita, abſtulit. Is ad Chironem à patre in Pelium perlatus montem eſt, ut ab eo incrementum, ſimulque ſcientiam adciperet medendi.

*Fab.*

ὄνομα οἱ ἀστέρες ἐπὶ τιμῇ τῇ Καλλιστοῦς, ἐπεὶ τάφον γε αὐτῆς οὐκ ἐπιφήσουσιν οἱ Ἀρκάδες.

1 LIQUORE NON TINGITUR ] *AEquore* emendaverat in MS. manus ſecunda. MUNCK.

2 HINC ILLUD ] Ita Giſelinus cum Raenerio. Sed MS. & Veneta, *vel alii*. Micyllus neutrum habet. Et forſan lacinia gloſſatoris eſt. MUNCK.

## Ad FAB. VII.

3 CORONIDA ] *Coronidam* Veneta. Nec ſpreverim. Vide ſupr. Lib. I. fab. 12. Etiam infr. fab. 1. Lib. VI. *Aſopidi*, *Deoida*, aliaque id genus, nominandi caſu dicta invenies. MUNCK.

4 CORONEI FILIAM ] Falſum hoc. Coronis illa, quae ab Apolline adamata eſt, non Coronei, ſed Phlegyae erat filia, ut praeter alios referunt etiam Hyginus Myth. cap. 202. & Antoninus Liberalis cap. 20. Coroneo nata fuit altera illa, *quae in cornicem ceſſit*. MUNCK.

5 ILLA PROPTER &c. ] Haec lectio eſt à Giſelino: quam ſanam eſſe praeſtare non auſim. MS. & Veneta, *Itaque propter acerbiſſimum indicium flagrantis Dei ſagittis confixa eſt. Ergo ille niger ex candido factus.* Quo prope accedit Micylliana, *Illaque propter acerbiſſimum indicium flagrantis Dei ſagittis confixa fuit, ex eo ille niger ex candido factus.* Senſum iſta ſanè commodum, nec orationem hiulcam efficiunt. Sed τὸ *itaque* non vulgariter heic denuo poſitum cur mutare non ſuſtineam, diſces ex illis, quae dixi ad Lib. I. fab. 7. Raenerius intolerabili audacia omnem hanc fabulam ita interpolavit, ut non Lactantii, ſed ipſius videatur. MUNCK.

6 EXCISUM UTERO ] Sic Giſelinus. Sed editiones reliquae cum MS. *exciſo utero*. MUNCK. Ita quoque Hyginus; ſed Meſſenii ajunt AEſculapium non ex Coronide, ſed ex Arſinoe Leucippi filia natum eſſe, ut docet Pauſanias Lib. IV. cap. 3. pag. 284. & cap. 31. pag. 358. quocum confer Eumdem Lib. II. cap. 26. pag. 170. 171. ubi varias de AEſculapio fabulas leges.

## Ad FAB. VIII.

7 CUM ENIM ] Ita Giſelinus & Micyllus. Veneta autem & MS. *Cum igitur*. Raenerius, *cum, inquit, Minerva* &c. Peſſimè, & contra orationis nexum, niſi quis cum ipſo non Lactantium, ſed Coronida haec inducat narrantem. MUNCK.

8 NE QUIS OMNINO ID CONSPICERET ] Ita cum MS. Veneta & Raeneriana. Sed Giſel. *omnino id ne inſpicerent*. Micyll. *Ne quis omnino id, quod intus eſſet, inſpiceret*. MUNCK.

9 CUSTODIENS LAXATAM &c. ] Ita Giſelinus dedit. Micyllus, *cum à cuſtodibus laxatam ciſtulam*,

## *Fab.* VIII.

Coronis Coronei filia refert corvo, ne indicium Apollini faceret. [7] Cum enim Minerva Erichthonium Vulcani filium, qui de complexu ſui in terram ceciderat, ſuſtuliſſet, & comitibus ſuis Pandroſo, & Herſae, Aglauroque, Cecropis filiabus ciſtula incluſum cuſtodiendum tradidiſſet, monuiſſetque, [8] ne quis omnino id conſpiceret; Coronis ſupradicta, nobiliſſima virginum, [9] cuſtodiens laxatam ciſtulam & inſpectam, cum draconem reperiſſent, divulgavit; quamobrem dea eam à ſe alienavit. Quae cum ſolitudine in littore oblectaretur, Neptunus [10] procul conſpecta, venere ejus incaluit. cui cum vim [11] adferret, ab eadem dea propter virginitatem tenaciter cuſtodicam in avem cornicem converſa eſt; [12] ita ut templo deae ſubmoveretur.

## *Fab.* IX.

Nyctimene Nyctei filia, virgo Lesbia, nimia libidine effrenata, in patris

*lum, & inſpectum ibi draconem reperiſſet.* Veneta & MS. *Cuſtodibus laxatam ciſtulam & inſpectam, cum draconem reperiſſet.* Unicâ literâ mutatâ ſenſum inde exſculpes commodiſſimum, *cuſtodibus laxatam ciſtulam, & inſpectum cum draconem reperiſſet, divulgavit.* MUNCK.

10 PROCUL. CONSPECTA, VENERE EJUS INCALUIT] Ita & Veneta cum Giſelino. Debebat ſcripſiſſe, *ejus procul conſpectae venere* &c. Vel, ut Micyllus edidit, *procul eâ conſpectâ, venere ejus* &c. MUNCK.

11 VIM AFFERRET] *Inferret* Giſelinus. Nulla cauſa erat, cum alterum illud & MS. & reliquae omnes editiones agnoſcant. Vide ſupr. Lib. I. fab. 9. MUNCK.

12 ITA UT TEMPLO DEAE SUBMOVERETUR] Sic habuit MS. Veneta *admoveretur.* Perperam. Rectius *amoveretur* Micyllus. Raenerius & Giſelinus verba iſta omiſerunt. MUNCK. Parm. & Lugdun. Editt. praefero, quae legunt *a templo deae ſubmoveretur.* Sciunt, qui hiſtoriam Romanam primis delibarunt labris, eſſe verbum proprium Lictorum, Magiſtratibus advenientibus viam facientium, unde Magiſtratus ipſi *ſummoto incedere* dicebantur. v. Gronov. ad Livium Lib. XXV. cap. 3. & ad Lib. XXVIII. cap. 27. Hinc pro arcere, prohibere, ne quis ulterius progrediatur, & dejicere de loco, in quem quis eſcendit, aut ingredi cupit, ut eidem Livio lib. III. cap. 67. in fine. *Scandentem in aggerem Volſcum hoſtem nemo ſubmovit.* Jam ſciendum eſt, moris olim fuiſſe paſcere aves ſacras in templis. Herodot. Lib. I. cap. 159. de Ariſtodico Branchidarum Oraculum conſulente ait τρεῖς ἢ τέσσερας κύκλῳ ἰζάνειν τὰς ΣΤΡΟΥΘΟΥΣ, καὶ ἄλλας ὅσας ἂν γενεσθαι ἐπιθυμέῃ ἐρεῖσαι γένεα εἰ τοῦ τεμένεος. AElianus de Athenienſium ſuperſtitione Lib. V. V. H. cap. 17. Ἀλλὰ καὶ Ἀτάρβην, ὅτι ἐν Ἀσκληπιοῦ τῷ ἱερῷ ΣΤΡΟΥΘΟΝ ἀπέκλεισε παῖδας, οὐκ ἀργὰς τοῦτο Ἀθηναῖοι παρεῖδον, ἀλλ' ἀπέστησαν Ἀτάρβην. Ubi per στρουθὸν Gallum Gallinaceum non neceſſe eſſe ut intelligamus, videtur Herodoti locus docere. Eurip. Jone vs. 1197.

> Καὶ τοῦ δὲ μοίχου πλησίους ἐκατόπλεθρα δόμους
> Κάμψω πελειῶν. Λοξὸς γὰρ εἰς δόμους,
> Ἄσσειε πάμπαν.

Sic anſeres non modo in Junonis, ſed & aliis templis nutriebantur. cum Plutarcho, quem Perizonius ad AEliani locum citat, confer Artemidorum, quem ad partes vocat G. Cuperus in Harpocrate pag. 54. Cornicem vero e templo ſuo Minerva arcebat, quippe ſemper Virgo, cum ἡ κορώνη φυσικῶς θέρμη, ut notat Theon. ad Arati Dioſem. pag. 105. in Venerem, licet caſtam, proclivior videatur, & ſymbolum ſit amoris conjugalis, a quo Minerva ſemper abhorruit. Vide G. Cuperi Monumenta Antiqua pag. 238. 239.

Ad

patris cubile ſe inplicuit, ideoque adverſantibus deis ob admiſſum, ceſſit in noctuam. quod ſcelus ipſa nocturno tempore occultat, & in luce viſa, ab omnibus volucribus petitur [1] obnoxia.

## *Fab.* X.

Ocyroe Chironis & [2] Chariclus filia, contemptis patris artibus, veſania futura praecinuit: infanti Aſclepio praedixit, quod medicina mortuos ad ſuperos [3] reducturus eſſet, [4] quodque eſſet ab avo fulminis ictum experturus. Patrem quoque Chirona [5] ſerpentibus cruciandum, cupidumque mortis ex deo in mortalium numerum venturum. Quae cum eſſet elocuta, [6] in equae ceſſit figuram, ne adverſantibus fatis plura ederet, quam praedicta Apollinis ſinerent.

*Fab.*

## Ad FAB. IX.

1 OBNOXIA] Micyllus, *ut noxia*. Sed cum Giſelino alterum Veneta & Raeneriana tuentur. Salluſt. Cat. cap. 20. *His obnoxii, quibus, ſi reſpublica valeret, formidini eſſemus.* Feſtus: *Obnoxius poenae obligatus ob delictum.* Sed ut ſaepe alias, ita & heic injuriae expoſitum ſignificat. Flor. IV. 4. *Obnoxium & opportunum injuriae juvenem.* Confer quae de hac voce ſcripſit Gellius Lib. VII. 17. MUNCK.

## Ad FAB. X.

2 CHARICLUS] Ita repoſui pro *Charitae*, quod Veneta, Raeneriana, & MS. exhibebant. *Cariſtae* Giſelini mirificiſſimum eſt. Propius accedit *Charicles* Micylli. Pariter peccatum apud Iſidor. Orig. Lib. IX. cap. 2. *Ab Arcade Jovis & Calyſtae filio dicti*, pro *Calliſtus*. Plura hoc genus invenies in notis ad Hyg. Mythol. cap. 224. MUNCK.

3 REDUCTURUS] Hoc à Giſelino eſt. MS. & edd. reliquae, *eductur*us. MUNCK.

4 QUODQUE ESSET AB AVO &c.] Haec Giſelini & Raenerii eſt lectio. MS. & Veneta, *eductur*us *eſſet*, *ab avo fulminis ictum experturum*. Scripſerim, ut Micyllus edidit, *& ab avo fulminis ictum experturus*. MUNCK.

5 SERPENTIBUS CRUCIANDUM] *Sagittis* Veneta, Micyll. & Raener. Sed perperam. Vaticinantis eſt vera obſcuris involvere. Serpentibus tortus fuit Chiron, quia Hydrae Lernaeae ſanguine tinctae erant ſagittae, quarum una pedem ejus vulneravit. MUNCK. Vide Apollodor. lib. II. cap. 5. §. 4.

6 IN EQUAE] *Equi* MS. Hygin. Aſtron. II. 18. *Nonnulli eam vatem dixerunt eſſe: ſed quod deorum conſilia hominibus ſit enunciare ſolita, in equam eſſe converſam.* MUNCK.

## Ad FAB. XI.

7 PHERETIS] *Pberitis* Lugd. exhibet. Sed Colon. & Marg. Giſelin. *regis Phaeretis*, teſte Celeb. Burmanno. Forſan *Pberitis* quia Graece ſonat Φέρητος, & φ in π a deterioris aevi ſcriptoribus mutari ſolet. Vide Munck. ad Fulgent. Expoſ. Serm. Antiquit. pag. 772. 773. Editionis noſtrae.

8 BATTUS NELEI FILIUS] Plures Batti fuere, ſed qui nihil cum hoc Batto Nelei filio commune habent. Quatuor enumerat Schol. Pindari Od. Pyth. IV. vs. 1. Κυρήνης ἦρ πρῶτος ἐβασίλευσε Βάττος ὁ Πολυμνήστε, ὃ κ τὴν λαπιτίαν ἐκ Θήρας εἰς Λιβύην ἀπαγαγὼν κ Κυρήνην ἔκτισας. (v. de eo Spanh. ad Callim. H. Apoll. 65.) Ὃς διάδοχον τ Ἀρχῆς κατέλιπεν υἱὸν Ἀρκεσίλαον. Παρ᾽ ὃ τούτε παρέλαβε τὴν βασιλείαν Βάττος ὁ ἰκτικλείες, δίδαμων. τοῦδε Βάττε ἐκ γίνεται Ἀρκεσίλαος κ οὗτος παῖς παρὰ πατρὸς τὴν δυναστείαν παρέλαβε. Καὶ τέτταρες μὲν Βάττοι, Τέτταρες ὃ Ἀρκεσίλαοι ἐγένοντο. Revera modo tres Battos enumeravit Scholiaſtes, ſed locus ſine dubio mutilus, e Plutarcho de Virtut. Mulier. Tom. II. pag. 260, 261. ſubpleri poteſt, ubi hunc Arceſilaum ex Eryxone etiam filium ſuſcepiſſe ab avo paterno Batti nomen mutuatum diſcimus. De quo Batto

& Ar-

## *Fab.* XI.

Apollo Jovis & Latonae filius cum pecus Admeti [7] Pheretis filii paſceret, fiſtulae cantu ſolitudinem protegens, boves ejus in agros Pyliae regionis progreſſae ſunt: quas Mercurius avertit, & in ſylva obculuit. Quod cum [8] Battus Nelei filius equas paſcens vidiſſet, Mercurius vero ut indicium premeret, ex armentis formoſiſſimam vaccam ei conceſſit. At ille diſcedenti adfirmavit lapidem, proximum quem vidiſſet, celerius, quam ſe, quidquam indicaturum. Deus vero ut mortalis fidem experiretur, paulo poſt mutata figura ad eumdem reverſus eſt, ſimulavitque, ſe amiſſas boves quaerere, & [9] praemium promiſit, ſi demonſtraſſet. At ille, cum ſub quo monte paſcerentur oſten-

& Arceſilao plura ibi ſunt legenda. Sed, ut dixi, hi nihil faciunt ad inluſtrandam hanc fabulam. Hoc nomen etiam ad alios abiit. Plutarchus Lib. VIII. Sympoſiac. Quaeſt. 6. T. II. p. 726. mentionem facit Βάττε παρὰ Καίσαρι γελωτοποιῦ, ita forte dicti, quia joci ejus, ut fit, ſaepius redibant. Scimus enim, quid de verbo βαττολογεῖν adnotent. Unde vero Nolter hic Nelei filius Battus nomen adeperit, neſcio. dictusne ſit Βάττος ἀφ' τὸ βατταρίζειν, ἢ τραυλὸν ἔχειν τὴν φωνὴν, (vide Spanh. l. l. & Tzetz. ad Lycophron. vs. 886.) non definivero. Hoc ſcimus, & pluribus locis adnotavimus, in primis ad Hygini fab. 192. ſaepe nomina inluſtrium virorum aliis minus inluſtribus fuiſſe indita. Id quod jam antiquiſſimis temporibus & ſua aetate factum eſſe adnotat Pauſanias lib. VIII. cap. 15. pag. 631. Et ita hic Battus Cyrenes conditoris nomine inſigniri potuit, quippe potentiſſimi ac pecorum ditiſſimi regis Nelei filius, de quo Neleo haec teſtatur Pauſanias Lib. IV. cap. 36. & Battus etiam apud Libyas *regem* notat, ut Tzetzes & Spanhemius ex aliis docent. Quidquid ſit, ex Ovidii verbis vs. 703. & 704. nominis originem erui nequaquam poſſe, cum eruditionis fama inluſtribus viris, & egregiis Elegantiarum poëticarum ſpectatoribus Heinſio ac Burmanno pro certo ſtatuo.

9 PRAEMIUM PROMISIT] Dediſſe ait Antoninus Liberalis cap. 23. μισθὸν χλαῦναν, quam paullo poſt χλαμύδα appellat. Sed χλαῦναν pro eo ſubſtituit Vir Clariſſimus. Atqui propius accedebat χλανίδα, quod ego volui. Nunc valde dubito, an quicquam ſit mutandum. Χλαῖναι enim χλαμύδας interpretatur Hom. Schol. ad Odyſſ. ξ. 513. cui accedit Apollonianus, χλαμύδα appellans id indumentum ad Lib. I. vers. 763. quod ad vers. 721. dixerat χλανίδα. Nec refragatur Heſychius: Χλαῖνα, inquit, χλαμὺς, ἢ ἱμάτιον χειμερινὸν &c. Χλαμὺς, χλαῖνα. Ita enim recte emendant docti homines. Reſtituenda eadem vox in fragmento pereleganti Hipponactis apud Tzetzen in Lycophronem: vs. 854. Ἐμοὶ γὰρ, inquit, ὅτι χαλαίνην δασέαν ἐν χειμῶνι φέρουσαν εἶγες, οὔτ' ἀσκέουσι τὰς πόδας δασέησιν ἔχουσας, ὡς μή μοι χίμιλλα γίγνηται. Multipliciter corruptum hoc λειψανον. Corrige, & diſtingue, ut Iambos eſſe Scazontes appareat: Ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔδωκας χλαῖναν δέκτην Δασέαν ἐν χειμῶνι φέρουσαν εἶγες, Οὔτ' ἀσκέουσι τὰς πόδας δασέησιν Ἔχουσας, ὡς μή μοι χίμιλλα γίγνηται. Caeterum in hac Batti fabula apud Antoninum dicitur Mercurius egiſſe furtivum armentum διά τε Πελάσγων, καὶ δι' Ἀχαΐας τῆς Φθιώτιδος, καὶ ἀφ' Ἀοκεδῶνος, καὶ Βοιωτίας, καὶ Μυγαλίδος. Vertit Xylander: *Per Pelaſgos, Achajam, Phthiotidem* &c. Quaerit heic vir doctiſſimus, quem ſenſum conficere iſta poſſint, καὶ δι' Ἀχαΐας τῆς Φθιώτιδος. *An Achaja fuerit urbs vel locus Phthiotidis? Malle ſe conjunctionem καὶ inſerere*, ut ſit καὶ δι' Ἀχαΐας, καὶ τῆς Φθιώτιδος. At locus non emendatione indiget, ſed explanatione. Ut duplices fuere Achaei, Phthiotici & Peloponnenſes, ita duplex etiam Achaia, Phthiotidis alia, alia Peloponneſi. Achaeos fuiſſe in Theſſalia, cujus Phthiotis pars, operoſe oſtendit Salmaſ. in de linguâ Helleniſticâ pag. 258. & ſeqq. Achaia Phthiotidis eſt illa, de quâ Apollon. Scholiaſtes ad Argon. Lib. I. vers. 178. Ἀχαιὶς ἡ μέρος τῆς Θεσσαλίας, ἧς ἡ Πεμπέη. MUNCK. V. Spanh. de voce χλαῖνα ad Ariſtophan. Ran. vs. 1507.

oſtendiſſet, Mercurius perfidia ejus offenſus, in lapidem eum mutavit; qui ab eventu index circa [1] Pylum vocatur.

## *Fab.* XII.

Athenis virgines per ſolemne ſacrificium caniſtris Minervae ferunt [2] pigmenta: inter quas à Mercurio eminens ſpecie conſpecta eſt Herſe Cecropis filia. Itaque adgreſſus eſt ſororem ejus Aglauron, precatuſque, ut ſe Herſae ſorori ſuae jungeret. At illa cum pro miniſterio aurum eum popoſciſſet, Minerva graviter offenſa eſt avaritia ejus, [3] ob quam ciſtulam etiam traditam ſororibus ejus cuſtodiendam adverſus ſuum praedictum aperuiſſet: Invidiae noviſſimè imperavit [4] eam ſororis Herſes exacerbare fortunio: diuque excruciatam ſaxo mutavit.

## *Fab.* XIII.

Cum Mercurius juſſu patris in Phoenicen transgreſſus eſſet, ut armenta illius regionis ad littus compelleret, Jupiter in taurum converſus, cum ſe juvencis Agenoris regis inmiſcuiſſet, & in amorem ſui ſpatiantes in arenâ virgines conſiſtere coegiſſet, paullatim [5] ſingulas adludens, noviſſimè Europam Agenoris filiam, cujus amore compulſus averterat figuram, inſidentem ſuo tergo per mare in inſulam Cretam detulit, ibique concubitu ejus fruitus eſt.

*Fabu-*

1 PYLUM] Sic repoſui, cum *Pylium* in MS. Venetâ, & Micylliana invenirem. Perperam etiam *Pylion* Giſelinus. Terminatione Latina uſus eſt, ut fab. 7. Lib. I. ubi *Pelium montem* habes, qui Πήλιον Graecis eſt. Heſych. Πήλιον ὄρος, ἐν Θεσσαλίᾳ ἢ Πήλιον. Diſtinguo & reſcribo: Πήλιον, ὄρος ἐν Θεσσαλίᾳ ἢ πόλις. Vide Stephanum. MUNCK.

## Ad FAB. XII.

2 PIGMENTA] Vide quae de hac voce congeſſi ad Fulgent. Lib. III. cap. 8. MUNCK. De Minervae καταφόρεσις v. Perizon. ad AElian. XI. V. H. 8. & Spanh. ad Callim. H. Cerer. 127.

3 OB QUAM CISTULAM ETIAM &c.] Sic cum Giſelino & Veneta. Nec variat MS. Micyllus tamen, *& quod ciſtula* &c. Raenerius heic ſolitâ ſuâ uſus audaciâ eſt. MUNCK.

4 EAM SORORIS HERSES &c.] Haec Giſelini eſt lectio. Micyllus dedit, *& eam ſororis Herſae ſucceſſibus exacerbavit.* Venet. *& eam ſorori Herſe exacerbavit.* MS. *eam ſorori Herſae exacerbavit.* Putes ſcripſiſſe, *imperavit, eam ſorori Herſae exacerbaret.* Sulpicius Severus Hiſt. Sacr. Lib. I. *Imperavit uxorem quaereret.* Lactantius ipſe infra Lib. VII. fab. 4. *Impulit eas parentem interficerent.* Verum ſententia flagitat, *Imperavit eam ſororis Herſae ſucceſſibus exacerbaret.* MUNCK.

## Ad FAB. XIII.

5 SINGULAS ALLUDENS] Ita cum MS. Veneta quoque & Micylliana. Giſelinus praetulit *ſingulis.* Raenerius *ad ſingulas.* Sed *alludere aliquem* cum ſermonis caſtitas non reſpuat, cauſa non erat, cur vetus lectio ſperneretur. Fulgent. Myth. Lib. II. cap. 13. *Peëtae alluſerunt argutiam.*

## *Fabulae Lib.* III.

I. Dentes draconis in homines.
II. Actaeon in cervum.
III. Juno in anum.
IV. Tereſias in foeminam.
V. Echo *in liquorem.* *
VI. Narciſſus in florem ſui nominis.
VII. Liber pater Semelae & Jovis filius in Acoetem.
VIII. Idem Liber pater in puerum.
IX. Tyrrheni nautae *in naves* & Delphines. **
X. Pentheus Echionis filius dilaceratur.

* In vocem *Veneta. Fort.* in lapidem. *Pro lectione Ed. Ven. ſtat ipſum Echus vocabulum. Auſon. epigr.* XI. Auribus in veſtris habito penetralibus Echo. Et ſi vis ſimilem pingere, pinge ſonum. *Lege*, At ſi *ex Aldina anni* 1517.

** In naves. *Ita cum MS. & Veneta. Sed legendum*, in aves. *Vide annotata à nobis ad fabulam iſtam.*

## *Fab.* I.

Agenor, rapta Europa, fratres ejus ad requirendam ſororem dimiſit, ita ut, niſi eam reperiſſent, ad ſe ne reverterentur, [6] imperaret. Cilix diverſas petit terras, [7] noviſſimeque conſtituit Ciliciam; nec

*tiam.* Regitur accuſativus vi praepoſitionis, quae eſt in verbo, ut fab. 1. Lib. XIV. *Amorem incidit* pro *in amorem.* Tralatè Seneca OEdipode: *Per te pater Neptune, qui fluctu brevi Utrinque noſtro geminus alludis ſolo.* Huic ſimile eſſe volunt illud Minucii in Octavio: *Cum in ipſo aequoris limine plantas tingueremus, quod viciſſim nunc adpulſum noſtris pedibus adluderet fluctus, nunc relabens ac veſtigia retrahens in ſeſe reſorberet.* Proba lectio ajunt interpretes, Wouwerius, Elmenhorſtius, Heraldus. Et à fluctu aequor non alluditur, ſed alliditur pedibus noſtris. Omnino reponendum ex MS. *allideret* vel ex Vett. edd. *illideret.* MUNCK. De verbo *adludere* vide Celeb. P. Burm. ad Phaedr. Lib. III. fab. XIX. vs. 12. & ad Virg. VII. AEn. 117.

### Ad Lib. III. Fab. I.

6 Imperaret] Ita Giſelinus. Sed Veneta, Raeneriana, & MS. *imperat.* Quod ſi cui magis arriſerit, neceſſe eſt, ut pro *ita ut* in praecedentibus ſcribat, *ac ut.* Micyllus verbum illud omiſit. MUNCK.

7 Noviſſimeque conſtituit Ciliciam] Τὴν quae à Venet. Raen. Micyll. & MS. abeſt. Caeterum *conſtituere Phoenicen* & *Ciliciam* dixit, ut *condere Phoenicen*, *condere Achaiam* Hieronymus in Chronico Euſebiano; *condere Gades* Paterculus Lib. I. Vide Salmaſ. ad Tertull. Pall. p. 170. Ad eundem modum *aedificare ſolitudines* dixit Vetus Interpres Job. cap. III. vers. 14. Immo & κτίζειν uſurpant Graeci. Lycophr. pag. 186. ed. Steph. Κλίσι ὁ χώραν ἐν τόποις Βοιωτίοις. Quod tamen Tzetzae placere non potuit. Κλίσι ὁ, inquit, εἰς τὴν χώραν. ἢ γὰρ ἡ χώρα κτίζεται, ἀλλ' ἡ πόλις. Sed ego pluris facio unum Lycophronem, quam trecentos Tzetzas. Joſeph. Antiq. Jud. Lib. I. cap. 7. Ἔκτισε καὶ Φᾶτις τὴν Λιβύην. Euſtath. in Dionyſ. p. 109. Ὁ καὶ Εὐφαίδης κτίσαι ἱστορεῖ Ἀσιάτιδα χώραν. Hinc

nec minus Phoenix à ſuo nomine Phoenicen. Cadmus vero, [1] deſperata ſpe viſendi parentis, Apollinis [2] oraculum ingreditur, ſciſcitans, in quibus partibus orbis conſiſteret. Accepta itaque ſorte, ut vaccam à grege ſecretam, quae lunae ſignum in latere haberet, ageret; & ubi feſſa procubuiſſet, ibi ſtatueret urbem; parens praecepto, in eam terram devenit, quae poſtea à bove Boeotia eſt dicta. Hic cum ad fontem Martis ſocios aquatum miſiſſet, [3] atque ille illuc veniſſet, ut vidit à dracone ſocios conſumptos, ſerpentem interfecit, denteſque ejus, Minervae monitu, humo ſparſit. Ex quibus armatorum multitudo progignitur, quae inter ſe domeſtico bello confligit: ita ut ex eâ quinque relinquerentur, qui Minervae voluntate creandi populi, qui Thebis conſiderent, [4] principes eſſent; quorum nomina haec produntur fuiſſe, Echion, [5] Udaeus, Chthonius; Pelorus, Hyperenor. Hi Cadmo ſocii condendae urbis additi ſunt.

## *Fab.* II.

Diana cum in valle Gargaphiae aeſtivo tempore, [6] fatigata ex aſſidua

κτίσεις dicta ſcripta illa, in quibus de originibus & primis civitatum conditoribus agebatur. Vide Mauſſac. ad Plutarch. de Fluminibus pag. 249. MUNCK. Sine dubio verbum κτίζειν proprie ut Tzetzes ait, de urbe condenda adhibetur, unde δικτίμενοι πτολίεθρον Homer. Odyſſ. Ω. 213. Vide Spanh. ad Callim. H. Apoll. 75. Thucydides ait Lib. I. cap. 7. Τῶν δ πόλεων ὅσαι μὲν ποτὲ ἀνίσθησαν, καὶ ἤδη πλείοσι ἔτεσιν ὕστερον ἐξεσώθησαν μᾶλλον ἴσχυσαι χρημάτων, ἐπ' αὐτοῖς τοῖς αἰγιαλοῖς ΤΕΙΧΕΣΙΝ ΕΚΤΙΖΟΝΤΟ. Sed & de novis colonis in urbem jam conditam deducendis ſumitur. egregie Herodot. Lib. V. cap. 168. Οἰχομένῃ πλέοντες ἐπὶ τὴν Θρηίκιης, καὶ ἐνθαῦτα ΕΚΤΙΣΑΝ πόλιν Ἀβδηρα, τὴν πρότερος τούτων Κλαζομενίῃσι ΤΙμησιθεος ΚΤΙΣΑΣ οὐκ ἀπώνητο. Imo κτίζειν χώρην, τόπον, ἔθνη &c. dici, cum agitur de deductis in inſulam vel regionem coloniis, docet poſt Cuperum III. Obſ. 9. Celeb. P. Weſſeling. II. Obſ. cap. 15. Id quod patet etiam ex corrupto loco Scholiaſtae Apollonii Rhodii IV. Arg. vs. 264. de Arcadibus diſputantis καὶ Ἀείσων ὁ Χῖος ἐν ταῖς θήσεσι. J. Rutgerſius Lib. IV. V. L. cap. 18. recte legit ἐν ταῖς κτίσεσι. Scripſit ille Ariſto Chius de Athenienſium, &, ut ex hoc Scholiaſtae loco videre eſt, de aliorum populorum coloniis. Conſule Voſſium Lib. II. de Hiſtoricis Graecis cap. 4. pag. 180.

1 DESPERATA SPE] Hygin. Aſtron. II. 4. *Deſperatâ ſpe, ſolitudine ac pauperie oppreſſa* &c. Contra apud Plaut. Merc. III. 4. 13. *Spem ſperatam cum obtuliſti hanc mihi.* MUNCK. *Deſperato enim conſulum ſenatusque auxilio* dicit Livius II. 27.

2 ORACULUM] H. e. templum. Hyg. II. Aſtron. 23. *Jovis Dodonaei oraculum.* Vide ibi annotata à nobis. MUNCK.

3 ATQUE ILLE ILLUC VENISSET] Sic edidit Giſelinus. Veneta, *Et cum etiam ipſe illuc viſiſſet.* Micyll. *& poſtea etiam ipſe illuc iviſſet.* Raener. *Cum ipſe quoque illuc iviſſet.* MS. *& ille ibi iviſſet.* Quam lectionem videntur mutaſſe, qui nimium tribuunt regulis grammaticorum. Infr. Lib. XIV. fab. 5. *Ac noviſſimo Ulyſſes remedio Mercurii ibi venit.* Auctor vitae Apollinaris: *Ibi currebant ad eum omnes Chriſtiani.* Gajus Digeſt. Lib. I. Tit. II. *Cum ibi venerimus.* Cyprian. de Revel. capit. Joannis Baptiſt. *Pergens illico, ubi juſſus fuerat.* Gregor. Dialog. Lib. I. *Ubi vis ire?* Vulcatius Avid. Caſſ. cap. 9. *Liberam evagandi, ubi vellent, poteſtatem dedit.* Haimo Homil. pag. 37. *Cum ibi Jacob veniſſet.* Victor Epiſcop. Lib. II. de Perſec. Vand. *Si animali ſedere non poteſt, jungantur boves indomiti, qui cum colligatis funibus trahendo perducant ubi ego praecepi.* Pro *animali* legere poſſis *animal.* Vide annot. ad Hyg. Mythol. cap. 61. Sed alterum benè habet. Naſo Met. Lib. XI. 237. *Frenato delphine ſedens.* Haimo Hiſtor. Eccleſ. cap. 20. *Aſino ſedens ad tribunal ducitur.* MUNCK.

4 PRINCIPES ESSENT] Ita Giſelinus & Vene-

a.

ſidua venatione, ſe ad fontem perlueret, Actaeon Ariſtaei & Autonoes filius eumdem locum petens ad refrigerandum ſe & canes, quos exercuerat, [7] cervos perſequens, in conſpectum Deae incidit. [8] qui ne eloqui poſſet, habitus ejus in cervum converſus eſt, ita ut pro [9] fera à ſuis canibus laceratus ſit.

## *Fab.* III.

Juno ſuſpectam Semelen Cadmi & [10] Harmoniae filiam cum haberet, quod cum Jove concubuiſſet, in anum converſa, ut ſe fallacia ſine invidia cujuſquam ulciſceretur, ad eam venit, perſuadetque ei, ne alio Jovem adparatu recipiat ad cubile, [11] quam quo ſolitus ſit adparere Junoni; quo ut illius auctoritas gravis, proinde ipſius concubitus inſignis eſſet. Quod cum inpetraſſet à cupiente, deus inſtructus tonitribus ac fulminibus, domum Semeles ingreſſus eſt: tecta ejus deceptae optatis flammis adurit, Liberumque conceptum utero gravidae incendio eripit, ac [12] femore inſuit ſuo. Poſtea completis menſi-

ta. Etiam Raen. & Micyllus, niſi quod pro *conſiderent* exhibent *conſideret*. MS. *principeſque eſſent*; quaſi τὸ *populi* nominativus eſſet pluralis. Sed rectius dicas genitivum eſſe ſingularem, tametſi *conſiderent* ſequitur. Nota eſt ſyneſis. Vetus interpres Siracidae cap. LI. 19. *Omnis populus properaverunt*. Luc. cap. XXIII. vers. 1. *Et ſurgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum*. Marc. IX. 15. *Populus ſtupefactus eſt, & expaverunt*. Pſalm. LXXXV. vers. 13. *Synagoga potentium quaeſierunt animam meam*. MUNCK.

5 UDAEUS] Ita rectè Raenerius. Perperam *Udeus* Micylliana. Perperam etiam *Idaeus* Giſelinus & Veneta; in qua, ut & in MS. malè pro *Chthonius* legitur *Chromius*. Vide notas ad Hyg. Mythol. cap. 178. MUNCK.

## Ad FAB. II.

6 FATIGATA EX ASSIDUA VENATIONE] Uſitatius abeſſet illud *ex*. Pariter κλιναρχικῶς Florus Lib. I. 9. *Ex ſummo ſtudio annixus eſt*. Sed non carere veterum exemplo eam phraſin diſces ex Animadv. Herald. in Lib. I. Arnob. Confer quae infra annoto ad illa fab. 6. *Ex aſſiduâ venatione fatigatus*. MUNCK.

7 CERVOS PERSEQUENS] *Feras* Veneta, Micyll. & Raeneriana. Atque ita quoque Hyginus Myth. cap. 181. quem velim conferas. Commendat τὸ *feras* etiam Naſo ipſe: *Lina madent, comites, ferrumque cruore ferarum* &c. MUNCK.

8 QUI NE ELOQUI POSSET] Pro *qui* mallet *quod* Giſelinus. Veneta legit & diſtinguit, *Qui ne eloqui poſſet habitus ejus, in cervum ab eâ converſus eſt*. Micyll. *Qui ne eam rem eloqui poſſet, habitus ejus in cervum ab eâ converſus eſt*. Sed iſta ſapiunt manum interpolatricem. Raener. *Qui ne eloqui poſſet, in cervum converſus eſt*. Quo prope accedit Hyginus; *Qui ne loqui poſſet, in cervam converſus eſt*. Fort. *Quae ne eloqui* &c. MUNCK.

9 PRO FERA] *Pro cervo* Hyginus. MUNCK.

## Ad FAB. III.

10 HARMONIAE] Ita reſcripſi, cum *Armoniae* haberet MS. Vide Hyg. Mythol. cap. 5. Perperam *Hermionae* vel *Hermiones* editi. MUNCK.

11 QUAM QUO SOLITUS SIT] Τὸ *quo* abeſt à Venetâ, Micyll. & MS. MUNCK.

12 FEMORE INSUIT SUO] Ita & Veneta ac Micyll. Raenerius *femori*. Naſo ipſe: *Inſuitur femori, maternaque tempora complet*. Fulgent. Myth. II. 15. *In femore ſuo inſuit*. Vide ibi notas noſtras. MUNCK.

menſibus, Nymphis, quae Nyſam montem Indiae [1] perfrequentarent, clam tradidit nutriendum.

## *Fab.* IV.

Jupiter cum Junone [2] jocoſius, omiſſis omnibus jurgiis, referens in conjunctione majorem capere faeminas, quam viros, voluptatem, Tireſiam judicem adeundum cenſuit, qui utramque naturam maris ac faeminae fuerat expertus. Nam quodam tempore cum ſerpentes concubitu haerentes baculo percuſſiſſet, in mulierem [3] verſus fuerat, ac rurſus [4] proximo vere eadem uſus ratione [5] ac tactu, in virum ceſſerat. Qui cum Jovis ſententiam tutatus eſſet, damnata Juno luſum in iracundiam vertit, ac Tireſiam luminibus orbavit. Pro qua injuria, quod majus eſſet, Jupiter futurorum ei ſcientiam tribuit.

## *Fab.* V.

Liriope Nympha ex amne Cephiſo procreavit Narciſſum, cui Tireſias Eueri filius omnia proſpera [6] reſponſo pollicitus eſt, ſi pulchritudinis ſuae nullam habuiſſet notitiam. Hunc igitur Echo cum diligeret, neque ullam viam potiendi inveniret, curâ & ſollicitudine juvenis,

1 PERFREQUENTARENT] Ita cum MS. etiam Veneta ac Micylliana. *Frequentabant* Raenerius, *perfrequentabant* Giſelinus. Ita *permittere* pro *mittere* Senec. de Conſtant. cap. 3. *Eo loco ponere, quo nulla permittitur injuria.* Ad quem locum videndus Lipſius. MUNCK.

## Ad FAB. IV.

2 JOCOSIUS] *Jocando* Micyllus. MUNCK.

3 VERSUS] *Cum verſus* MS. Lege, *converſus.* MUNCK.

4 PROXIMO VERE] Ita cum MS. Veneta quoque ac Micylliana. Sed Giſelinus *poſt ſeptem annos.* Quod convenit cum narratione poëtae. MUNCK.

5 AC TACTU] *Attactu* Valeriani codices, ut notat Giſelinus. MUNCK.

## Ad FAB. V.

6 RESPONSO POLLICITUS EST] Ita cum MS. Venet. Micyll. & Raener. Malè *τὸ reſponſo* omiſerat Giſelinus. Infr. VI. 3. *Manto Tireſiae filia reſponſo monuiſſet Thebanos.* Naſo ipſe in hac fabulâ: *Irreprehenſa dabat populo reſponſa petenti. Reſpondere, reſponſum* propria in hac re vocabula ſunt. Lactant. de Opif. Dei cap. 18. *Reſponſa vatum noſtrorum ex parte ſomniis conſtiterunt.* Juſtin. Lib. I. cap. 4. *Hoc reſponſo exterritus.* Et cap. 5. *In memoriam ſomnii reſponſique revocatur.* Schol. Horat. III. Od. 19. *Oraculo reſponſum fuit.* Nepos Pauſan. cap. 5. *Inde poſterius dei Delphici reſponſo erutus.* Victor Illuſtr. cap. 22. *Romani ob peſtilentiam reſponſo monente, ad Aeſculapium Epidauro arceſſendum* &c. MUNCK.

7 OB DEFORMITATEM] Aliam fabulam narrat Ptolemaeus Hephaeſtionis apud Photium pag. 490. Ἀχιλλέα γενέσθαι φασὶ τὸ κάλλος ἀμήχανον, ὃν καὶ ἱέσασθαι φασὶ κάλλους νικᾶσαι, καὶ Παιᾶνα κελεῦσαι. καὶ ἀφ' οὗτος Ἀφροδίτην μισήσασαι ἐμβάλλειν Παιᾶνι τὸν Ἴακχον ἔρωτα, καὶ μὴν καὶ καταγάσασθαι καὶ εἰς τὴν ἰδίαν αὐτοῦ, ὅπως ἂν τῆς μορφῆς ἀμέτοχος καὶ ἀνέρως φαίνοιτο, qui ex eodem Ptolemaeo pag. 480. haec profert. φασὶ δὲ Ἥρωα ἐρᾶν τὴν Ἑλένην τὸ κάλλος κλεῖναι, ἀφ' οὗ φανέντος αὐτὴν γενέσθαι.

8 POST OBITUM AUD.] Apud Hermionenſes teſte

venis, quem extremis vocibus perſequebatur fugientem, extabuit, ejuſque reliquiae corporis in lapidem converſae ſunt: quod ei incidit Junonis irâ, quia garrulitate ſuâ eam ſaepe eſſet morata, ne Jupiter in montibus perſequens Nymphas manifeſto deprehendi poſſet. Fertur Echo filia Junonis [7] ob deformitatem montibus recondita, ne quid ejus praeter vocem inſpici poſſet; quae tamen [8] poſt obitum auditur.

## *Fab.* VI.

Narciſſum autem ſupradictum ob nimiam crudelitatem, quam in Echo [9] exhibuerat, Nemeſis ultrix faſtidientium in amorem ſui inpulit, ut [10] non minore flamma, atque illa, ureretur. Qui cum [11] ex adſidua venatione fatigatus [12] ſecundum fontem in opaco procubuiſſet, & hauriens aquam imaginem ſui conſpexiſſet, & diutius ibi remoraretur, noviſſimè extabuit, ita ut vitâ privaretur. Ex cujus reliquiis flos exſtitit, quem Najades Nymphae, flentes caſum fratris Narciſſi, nomine ejus adnotarunt.

*Fab.*

teſte Pauſania Lib. II. cap. 35. pag. 196. Τῆ δὲ χθονίας ἐστὶν ἱερὰ θεὰ καλῶ τὴν ἀξίαν, ΗΧΟΥΣ τοῦτο τὸ ἐπιχώριον καλοῦσι. Φέρεται δὲ ἀνδρὶ τὰ ἀλάγιστα ἐς τρεῖς ἀνηβήσασα πέφυκεν. Lib. V. cap. 21. pag. 434. Καὶ τὸ μὲν δὴ ἐς τοῦ Ἡλείων ἀνάκειται γυμνασίῳ, τὸ δὲ τῆ Ἀλτιδος ἐστὶ τῆ Ποικίλης θεᾶς καλουμένης —— Εἰσὶ δὲ οἱ τὴν θεὸν ταύτην καὶ Ἠχῶ ὀνομάζουσι· βαθύφωνα δὲ ἀνδρὶ ἐπιβάκις τοῦτο τὸ Ἠχῶς ἀφανὲς ἐπὶ τοῖδε, καὶ ἐπὶ πλέον ἔτι ἀποδίδοται.

## Ad FAB. VI.

9 EXHIBUERAT] *Exercuerat* in margine Giſelinus. Nihil muto. Inſr. Lib. IV. fab. 5. *Admiſſi miſericordiam exhibent. Exhibere* eſt oſtendere & praeſtare. Tertull. de Patient. cap. 1. *Uti pudor non exhibendi, quod aliis ſuggeſtum imus, exhibendi fiat magiſterium.* Senec. de Provid. cap. 3. *Magnus es vir: ſed unde ſcio, ſi tibi fortuna non dat facultatem exhibendae virtutis?* Plin. Lib. V. epiſt. 19. *Cui tanto major humanitas exhibenda eſt.* Sed Interpres Abdiae Babyl. Lib. II. *Qui nos ſuſcipiens triduo benignè exhibuit*, pro *tractavit.* MUNCK.

10 NON MINORE FLAMMA, ATQUE ILLA, URERETUR] Giſelino iſta lectio debetur. MS. cum Venet. Raen. & Micyll. *Non minore flamma ille exureretur.* MUNCK.

11 EX ASSIDUA VENATIONE FATIGATUS] Sic & MS. & editi, quos quidem viderim, omnes, non hoc tantum, ſed & ſupr. fab. 2. *Fatigata ex aſſidua venatione.* Et lib. IV. fab. 18. *Fatigato ex aſſiduo curſu.* Quamobrem miror, quem codicem conſuluerit Cl. Schefferus, cum in Diſſertatione de ſtylo & aevo Hygini inde adduceret, *in aſſiduo venationis labore defatigata.* quanquam non ignoro potuiſſe ita ſcribere non vitioſè Lactantium. Petronius: *Donec in curſu fatigatus, & ſudore jam madens, accedo aniculam* &c. Adde quae Scioppius congeſſit Veriſ. Lib. I. cap. 4. Sed in Petronii illo loco rectius putem legi *& curſu fatigatus*, ex Fragm. Tragur. MUNCK. Aliter rem narrat Conon narrat XXIV. apud Photium pag. 435.

12 SECUNDUM FONTEM] Vibius Sequeſter cap. de Fontibus: *Lycope, ubi Narciſſus ſe conſpexit. Liriope* corrigit Similerus. MUNCK.

Ad

## *Fab.* VII.

Pentheus Echionis & Agaves filius in contemptum trahens [1] praedicata Tireſiae auguris, ut in adventu Liberi Thebani hederâ redimiti procederent, ac ſacra ſuſciperent, [2] prohibet ſuos parere monitis; quod negaret ex Semele deum proditum. Confeſtim itaque famulis imperat, ut in conſpectum ſuum Liberum vinctum adtraherent. At ille ut veſanientem eluderet, verſus in Acoeten, ducitur vinctus, & cuſtodiâ clauditur.

## *Fab.* VIII. IX. X.

Acoetes ſupradictus Liberi comes, cujus ſub imagine deus latuerat, eludens Penthea, indicat regi, quia ita exigeret, nomen genuſque artis ſuae; & quanta vis adparuerit in Libero, quo tempore petens Naxum in Tyrrhenos [3] inciderat. Ab his enim propter eximiam pulchritudinem captus pro praeda [4] inpoſitus navigio. qui ut vidit in aliam ſe duci regionem, armamenta navis in feras ac ſerpentes convertit. Quo prodigio exterriti Tyrrheni in pelagus ſe praecipitavere, ac in delphinos [5] & aves ſe mutavere. Poſt haec iterum cuſtodia clauditur: quae cum [6] ſponte dei patuiſſet, ac vincla manibus defluxiſſent, in montem Cithaerona digreditur, ibique Agaven matrem ejus alienatam furore, adjuvantibus ſororibus Ino & Autonoe, inpellit, ut ſacra proterentem ſua interimat manu.

## *Fabulae Lib.* IV.

I. Dercetis Nini regis filia in piſcem.

II.

### Ad FAB. VII.

1 PRAEDICATA TIRESIAE] Venet. Micyll. & Raener. *Praedicta Tireſiae auguris, cum in* &c. MUNCK.

2 PROHIBET SUOS] Auctius cum MS. Veneta & Micyll. *Prohibet ſuos Pentheus* &c. MUNCK.

### Ad FAB. VIII. IX. X.

3 INCIDERAT] Ita cum Giſelino etiam Micyllus. Sed MS. & Veneta, *incideret*. MUNCK.

4 IMPOSITUS NAVIGIO. QUI UT &c.] Haec eſt lectio MS. Veneta & Raeneriana: *Impoſitus navigio eſt. qui ut* &c. Micyll. *Impoſituſque navigio, ut vidit* &c. Quod prae caeteris arridet. MUNCK.

5 ET AVES] Quis veterum, praeter hunc ſcriptorem, hoc dixit? Nemo, opinor. Mirum, ni huic commento anſam praebuere illa Naſonis verba: *In ſpatium reſilire manus breve vidit; & illas Jam non eſſe manus; jam pinnas poſſe vocari.* Immemor pinnas etiam eſſe piſcibus, alas eſſe illic pinnas putavit. Gloſſ. Cyrill. Πτιεόν, *pinna, pluma, ala.* Philox. *Pinna*, πίτυξ, πτιεόν. *Pinnae*, ἰκτάλξεις, πτιεά. Sane *pinna* ſemper non *penna* eſt apud Donatum. Vide Serv.

II. Semiramis Dercetis filia in columbam.
III. Nais in piſcem.
IV. Pyrami & Thisbes cruor in arborem morum.
V. Leucothoë in virgam thuream.
VI. Clytie Nympha conjux in herbam heliotropium.
VII. *Daphnis Idaei filius* in ſaxum. *
VIII. Scython ex viro in foeminam.
IX. Ex imbribus procreati Celmus & Adamas.
X. Crocus & Milax famuli in florem.
XI. Salmacis & Hermaphroditus in unum corpus.
XII. Minyeides Thebanae in veſpertiliones.
XIII. Ino & Melicertes dii maris, Leucothea ac Palaemon.
XIV. Spuma maris in Venerem.
XV. Sidoniae comites Inus in ſaxa & aves.
XVI. Cadmus & Harmonia in dracones.
XVII. Guttae Meduſae in ſerpentes.
XVIII. Atlas Iapeti filius in montem ſui nominis.
XIX. Virgae ſubjectae Gorgonis capiti in curalium.
XX. Meduſae crines in ſerpentes.

* Daphnis Idaei filius. *Immò Mercurii erat filius. Vide Serv. ad Ecl. V. 20. Philargyrius amatum dicit à Nymphâ* Lyca. *Scribo*, Sicula. *Num Diodorus Lib. V. Daphnin facit Siculum. Confer Theocrit. Eid. I. vers. 66. & ibi Scholia. Nec non Parthen. Erotic. cap. 29.*

## *Fab.* I. II. III.

Thebis cum Tireſias Eueri filius diem feſtum ſacrorum Liberi [7] edixiſſet, Alcithoë [8] Minei filia ejuſdem civitatis in eodem permanſit judi-

Serv. ad AEn. XII. 898. Gloſſ. Iſid. *Pinnae pinnae dictae ſunt à pendendo: ſed uſus obtinuit, ut pinnae dicantur.* Nugae grammaticorum, ut & iſta, quae leguntur in fragmento veteri, quod Barthius publicavit Adverſ. Lib. XXXVII. 3. *Pinae murorum, pinnae avium.* Immo *pinnae* ſunt πτερύγια Graecorum, quae tam muris, quam avibus etiam in ipſorum linguâ tribuuntur. Plin. Lib. X. cap. 61. *Volucrum animal parit veſpertilio tantum, cui & membranaceae pinnae uni.* MUNCK. *Pinnae* ac *pennae* ſaepius confuſae in codd. MSS. huic Grammaticorum explicationi anſam praebuerunt. vid. Jac. Nic. Loenſis lib. VII. Epiphyll. cap. I.

6 SPONTE DEI] Ita cum MS. Veneta & Micyll. Al. *deo*. Lucan. IX. 574. *Nil facimus non ſponte dei.* Hoc eſt, voluntate. Sex. Ruſus Brev. cap. 20. *Sponte propriâ deductis exercitibus.* MUNCK.

## Ad LIB. IV. FAB. I. II. III.

7 EDIXISSET] Ita cum MS. etiam Veneta. *Edidiſſet* Raen. & Micyllus. Sed perperam, quanquam explicare nititur Barthius Adverſ. Lib. XXIII. cap. II. MUNCK. Conſule celeb. Burm. h. l.

8 MINEI FILIA] MS. *Minalae*. Veneta *Minae*. Unde *Minyae* procul dubio faciendum. Vide

judicio, quo Pentheus, cum ſororibus: quae [1] lanae potius operandae ſtudio, quam ſacrorum, adeſſe volunt. Itaque rogata, ut inter opus lanificii referret fabulas, quibus oblectarent adſuetum laborem, dubitat, an [2] de Babylonia Derceti dicat, quae in piſcem converſa ſit; an de ejus filia, quae ceſſit in columbam; an de Naide Nympha, quae ſimiliter ceſſit in piſcem: an etiam de eâ arbore, cujus poma albi coloris in ſanguineum ceſſerunt: de qua, quoniam trita non erat, his incipit.

## *Fab.* IV.

Pyramus & Thisbe urbis Babyloniae, quam Semiramis regina muro cinxerat, & aetate & formâ pares, cum in propinquo habitarent, rimâ parietis & conloquii & amoris initia [3] inter ſe pignerati ſunt. Conſtituerunt itaque, [4] ut matutino ad monumentum Nini regis ſub arborem morum convenirent ad amorem. Et eum celerius ſub lucem Thisbe, nacta occaſionem, ad deſtinatum locum veniſſet, conſpectu leaenae exterrita, abjecto amictu, in ſylvam refugit. At fera à recenti praeda, cum ad fontem vicinum tumulo ſitiens decurreret, relictam veſtem cruento ore laceravit. Poſt cujus diſceſſum Pyramus cum ad eumdem locum veniſſet, & amictum ſanguine adſperſum inveniſ-

Heinſ. ad Ovid. Metam. p. 77. Eſt haec fabula apud Antoninum quoque cap. 20. & AElian. ποικ. ἱστ. Lib. III. pag. 42. ubi miror acutiſſimum Fabrum non vidiſſe perperam legi, ἐπὶ τὰς ἐξ ἀρχῆς χθὲς Μινυάδας. Scribendum enim μαινάδας h. e. *Bacchas*. MUNCK.

1 LANAE OPERANDAE] Ita *operari linum* dixit Vet. Interpr. Eſai. cap. XIX. vers. 9. *operari terram* Geneſ. cap. III. 23. & IV. 12. Siracid. cap. XX. 28. Uſitatius eſt *lanam facere*. In tumulo antiquo Catal. Pith. Lib. III. *Domum ſervavit. lanam fecit. dixi, abei.* Et Naſo VI. Met. vers. 30. *Tibi fama petatur Inter mortales faciendae maxima lanae.* Caeterum ut *operari terram* Latini, ita γῆν ἐργάζεσθαι οἱ ὁ apud Moſen. Schol. Heſiod. p. 309. ed. Heinſ. Macar. Homil. 28. & Anton. Liberal. cap. 15. Nec diſſimiliter ἐργάζεσθαι θάλασσαν Artemidor. Lib. II. 42. Sed an etiam ἀμπέλους ἐργάζεσθαι Graeci dixere? Hoc mihi negatum affirmare non dubitat Vir Cl. ad Antoninum. Sed attende quomodo hoc probet. Strabo, inquit, Lib. VII. in Excerptis, ὅτι τὰ παλαιὰ αἱ μάλιστα καὶ μετειλὼ ἐργάζονται. Egregia, ſi diis placet, conſequentia. MUNCK.

2 DE BABYLONIA DERCETI] Τὸ *Derceti* addidi ex Micylliana, quanquam à MS. ut & Veneta ignoratur. Sed tam itultus ſcriptor hic non erat, ut Babyloniam, κύριον eſſe nomen foeminae putaret. MUNCK.

## Ad FAB. IV.

3 INTER SE PIGNERATI SUNT] Sic & Veneta cum MS. Micyll. *pignerati, pacti ſunt.* Sed poſterius à gloſſa eſt. Raenerius, ut ſolet, ſua pro Lactantianis obtrudit lectori, cum ſcribit, *fundamenta jecerunt.* Naſo VIII. Met. *Quod das mihi pigneror omen.* Vide ibi Heinſium. MUNCK.

4 UT MATUTINO] *A matutino* MS. & Veneta. *Matutino tempore* Micyll. Quod gloſſam reſipit. Sanè *matutino* pro *mane* inter adverbia numeratur à Diomede Lib. I. ut *quotidiano, heſterno, ſempiterno* Lib. II. Legas & *à mane* apud eundem, ut ἀπὸ πρωΐ apud Graecos. MUNCK.

5 NE

veniſſet, exiſtimans à ferâ conſumptam, ferro ſe ſub arbore interfecit. Deinde Thisbe depoſito metu, cum ad eumdem ſuiſſet reverſa locum, & comperiſſet, ſe cauſſam mortis adoleſcentis exſtitiſſe, [5] ne diutius dolori ſupereſſet, eodem ferro ſe trajecit: quorum cruore morus arbor, quae [6] foediſſima ſpectaculi fuerat inſpectrix, poma quae gerebat alba [7] in conſcium vertit colorem.

## *Fab.* V.

Sol praelatam Leucothoën ex Eurynome & Orchamo [8] Achaemeniae principe, origine Beli genitam, [9] Clymenae ac Rhodo, Circes matri & Clytiae, quarum pulchritudine [10] ante ſollicitum animum egerat, dilexit. Et cupiens, ut in antedictis, [11] cupiditatem ſedare, in ſpeciem matris puellae Eurynomes converſus, virginem deceptam dolo vitiavit. Cujus adulterio Clytie incenſa, qua nondum ſatiatus erat Sol, parenti puellae indicavit. Quam ille [12] cum terrae defodiſſet, vitiator admiſſi miſericordiam exhibens, diducto ſolo, cui ſubjecta fuerat, pro ea virgam tinctam nectare, quae gratiſſima diis hominibuſque eſſet, extulit: quae thurea adpellatur. Hoc Heſiodus indicat.

*Fab.*

5 Ne diutius ] *Itaque ne diutius* MS. Vide Lib. 1. fab. 7. MUNCK.

6 Foedissima spectaculi] Ita MS. Sed legendum utique *foediſſimi*. MUNCK.

7 In conscium vertit colorem] Sic cum MS. & Veneta. Raen. *in ſanguineum* &c. Micyll. *in conſcium ſanguineum* &c. Sed poſterius procul dubio gloſſatoris eſt. Exiſtimo ſcripſiſſe Lactantium, *in puniceum vertit colorem*. Naſo vers. 127. in hac fabula: *Puniceo tingit pendentia mora cruore*. Vide ibi Nob. Heinſii notas. Supr. fab. 3. *in ſanguineum ceſſerunt* repoſui, pro *in ſanguinem*. MUNCK.

## Ad FAB. V.

8 Achaemeniae principe ] MS. *Achaemenido*. Unde levi mutatione fieri poſſet *Achaemenida*, vel *Achaemenide*, ut Veneta exhibet. Sed praeferam vulgatum. MUNCK.

9 Clymenae ac Rhodo] Ita non dubitavi reſcribere, cum *Arcbodo* exhiberet MS. Certè rectius eſt, quam *Arcadi*, quod Raenerius; vel *Arcbadi*, quod Veneta repraeſentat. Micyllus dedit, *Clymenae Rhodoque, item Circes matri ac Clytiae*. MUNCK. Vid. Celeb. P. Burm. ad Ovid. IV. M. 204.

10 Ante sollicitum animum] Sic cum MS. Veneta quoque & Micylliana. Non potuit hoc concoquere Raenerius. Itaque refinxit, *ejus ſollicitus antea animus fuerat*. At homini pudenti ſuffeciſſet τὸ *egerat* mutare in *geſſerat*. MUNCK. Nil muta. Vide Celeb. P. Burm. ad h. l. & Livium Lib. II. cap. 47. *Romanos terror per tota caſtra trepidos agit*.

11 Cupiditatem sedare ] H. e. amorem. Infr. lib. v. fab. 4. *Ne cupiditates ejus experirentur*. MUNCK.

12 Cum terrae defodisset ] Vide not. ad Hyg. Myth. cap. 15. Ruffin. Praefat. ad Chromat. *Protulit panes Apoſtolicae reconditos petae*. MUNCK.

## *Fab.* VI.

Clytie Nympha ſupradicta, ob injuriam ab amatore deſerta, ita tenuata viſceribus eſt, ut in herbam converteretur, quae primum conſervans amorem dei, heliotropium diceretur, curſumque ſervaret ejuſdem Dei.

## *Fab.* VII. VIII. IX. X. XI.

Poſtquam Leuconoë narrare deſiit, poſcitur Alcithoë; quae narrationem incipiens, [1] ait ſe non dicturam de Daphnide Idaeo paſtore, qui, quod fidem conjugii non praeſtiterit, in ſaxum abiit. Nec de Scythone, qui ex viro in foeminam ceſſerat. Neque etiam caſus relaturam [2] Celmi aut Adamantis, Curetumque, qui ex imbribus ſint procreati; [3] vel aut de Croco aut [4] Milace, qui in florem verſi ſunt. [5] Refert quoque Salmacidem Cariae fontem, cujus liquore contacti in mollitiem verſi defigurentur. Mercurius cum ex Venere, qui duplici figura Hermaphroditus vocatur, genuiſſet, eumque Najades Nymphae in Idâ monte educaviſſent, relictis ſedibus, in Cariam venit. Hic conſpicato fonte [6] opaciſſimi ſoli ac perlucentis aquae, curſum continuit.

### Ad FAB. VII. VIII. &c.

1 AIT SE NON DICTURAM] Quae ante haec verba habentur, cum à MS. abeſſent, ex Micylliana addidi. Sed pro *Leucothoë* ſcribendum *Leuconoë*. Vide Heinſ. ad vers. 168. *Leucippen* appellat Ant. Liberalis cap. 10. MUNCK.

2 CELMI] Sic & Venet. & Micyll. cum MS. Ergo rectus ei caſus *Celmus* fuit. Vide quae dicta ſunt nobis ad Hyg. Mythol. cap. 139. MUNCK.

3 VEL AUT DE CROCO] Ita reſcripſi ex Venet. cum *ſed aut de* &c. praeferret MS. MUNCK.

4 MILACE] Sic in duobus codicibus antiquis, Florentino nempe & Neapolitano, invenit Nob. Heinſ. Sanè μίλαξ pro σμίλαξ uſitatum etiam Graecis. Anton. Liber. cap. 10. Ἐνίμοιδε κισσὸν καὶ μίλακα. Ad eundem planè modum μίλεν vocat arborem tibiam Theophraſtus, quae σμίλαξ eſt Nicandro. Et μαὶς dicitur Athenaeo piſcis ille marinus, qui aliis σμαὶς vocatur, praemiſſo Σ, quomodo dicitur μικὸς & σμικρὸς, μαῤῥόω & σμαῤῥόω, μάραγδος, & σμάραγδος. MUNCK.

5 REFERT QUOQUE] Haec eſt lectio MS. & Venetae. Sed pro *quoque* putes ſcribendum *denique*. Micyllus dedit, *ſed de Salmacide Cariae fonte velle referre* &c. MUNCK.

6 OPACISSIMI SOLI] Sic cum MS. & Veneta. Micyll. *ſolis*. MUNCK.

7 SALMACIS NAJADUM] Ita cum MS. etiam Venet. & Micyll. Sic infr. Lib. XIV. fab. 16. *Pomma Hamadryadum*. Graeciſmus eſt elegans, de quo diximus nonnihil ad Hyg. Myth. cap. 255. Non ceperunt elegantiam locutionis, qui ſupplerunt, *Salmacis una Najadum*. Horat. Lib. III. Od. 3. *Fies nobilium tu quoque fontium*. Intellige *unus*. AElian. Var. Hiſt. Lib. VI. 7. Οἰκίαι εἶναι τῆ ἐλαίᾳ. Ariſtoph. Plut. Act. II. ſc. 3. vers. 11. Εἰ ἡδὺ τῆ φίλῃ. ſc. ἐς. MUNCK.

8 CONSPICATIS VESTIGIIS DILIGERE RUM COEPIT] Ita Giſel. Sed à MS. Raen. & Venet. abeſt τὸ *eum*. Micyllus edidit, *conſpectum illico diligere coepit*. Barth. Adverſ. Lib. XXII. cap. 11. emendat, *conſpicata in veſtigiis*, hoc eſt, inquit, illo ipſo momento. Non accedo. MUNCK.

9 CIRCA MONTEM NONACRINUM MORATUS] Hoc vero falſum eſt. Micyll. *Qui circa fontem*

*pau-*

nuit. Quo diutius eo loco morante, [7] Salmacis Najadum dum flores legit, [8] conſpicatis veſtigiis, diligere eum coepit. Qui paullatim [9] circa montem Nonacrinum moratus, dum blanditiâ liquoris precibusque tenetur Nymphae, in fonte ſe merſit, ac conſeſtim [10] complexu Najadis inhaeſit; nec ante ab ea dimiſſus eſt, quam à diis inpetraſſet, in unam ut [11] cederet ſpeciem. [12] Data itaque venia, Hermaphroditus, poſtquam ſe animadvertit nec virum nec foeminam factum, à parentibus inpetravit, ne infamis ſolus eſſet, ut, quicunque ejus fontis aqua contactus eſſet, perinde, [13] ut ipſe, molleſceret.

## *Fab.* XII.

[14] Minyeides Thebanae ſorores fuiſſe produntur, quarum ſolertiſſimae Alcithoe & Leuconoe, [15] quod Liberi ſacra in contemptum devocaverint, Minervae lanificio addictae, ex inproviſo die numinis vocibus tibiarum & tympanorum ſono exterritae ſunt, quae tamen in conſpectu non viderent. Et, ut animadvertere telas inſtrumentaque ſua, [16] in hederam ac vites repente mutata, [17] & locum adſuetum feris completum, noctemque obfuſam timentibus, in volucres converſae ſunt, [18] quae veſpertiliones vocantur.

*Fab.*

*paullulum moratus.* Ἴσως, *circa fontem eum Caricum* &c. MUNCK.

10 COMPLEXU NAJADIS INHAESIT] Sic quidem cum Raenerio etiam Veneta. Praefero tamen Micyllianum, *complexibus Nais inhaeſit.* MUNCK.

11 CEDERET] *Cederent* Micyll. Quod magis arridet. MUNCK.

12 DATA ITAQUE VENIA] Cum impetraſſet, quod petierat. Nepos Themiſt. cap. 10. *Cupiensque talem virum ſibi conciliari, veniam dedit.* Pauſan. cap. ult. *Si hanc veniam ſibi dedi[illegible]t.* Eumen. cap. 6. *Quam veniam ſi ſibi daret.* Plaut. Rud. II. 2. *Veniam jam dare geſtio.* Hyg. Myth. cap. 45. *Pandion ei veniam dedit.* Ad quem locum plura invenies huc pertinentia, in quibus venia χάρις eſt, non συγγνώμη. Adde, quae Pricaeus ſcripſit ad Apul. Apolog. p. 212. MUNCK.

13 UT IPSE MOLLESCERET] Vibius Sequeſter: *Salmacis Cariae, ex quo qui bibit molleſcit, idem & obſcoenus fit.* MUNCK.

## Ad FAB. XII.

14 MINYEIDES] Ita ſcribendum eſſe pridem docuit Nob. Heinſius. Venet. *Minides.* MS. *Miniides.* Micyll. & Raen. *Mineides.* Perperam omnes. *Minyadas* appellant Anton. Liberal. cap. 10. & AElian. Var. Hiſtor. Lib. III. cap. 42. MUNCK.

15 QUOD LIBERI SACRA] Ita repoſui ex Venet. & Micyll. cum propius accedat ad lectionem MS. *quae*; quam *quoniam*, quod Giſelinus dedit. MUNCK.

16 IN HEDERAM AC VITES REPENTE MUTATA] Anton. Liberalis: Καὶ ἐκ τῆς κιλίκων ἱερᾶς νάκης αὐτὴ κὴ γάλα. Quo de loco conſulendus Mauſſacus in Harpocrat. p. 288. Is enim primus, quomodo explicandus eſſet, oſtendit. MUNCK.

17 ET LOCUM ASSUETUM FERIS REPLETUM] Barth. Adv. Lib. XXIII. cap. 11. *locum aſſuetum natui feris &c.* Ipſum adi, ſi tanti putes. MUNCK.

18 QUAE VESPERTILLIONES VOCANTUR] Antoninus: Αὐτῶν μὲν ἡ μὲν ἰχθύων νυκτερὶς, ἡ ὃ γλαυξ, ἡ ὃ βύζα. Ignotum poſtremum mihi vocabu-

## *Fab.* XIII.

Juno graviter ferens, quod Ino Liberi altrix, ſororibus punitis, cum duobus maneret liberis in vitâ contemptrix numinis ſui, per Taenarum [1] promontorium Peloponnenſe inferorum ſequens iter, ad Erinnyas ultrices inpiorum deſcendit, petiitque ab eis, ut Athamanta cum conjuge Ino, adverſarios numinis ſui, ulciſcerentur. Quarum una imperio parens Deae, relicta regia Ditis, ad ſuperos [2] egreſſa eſt. Ut Athamantis regiam contigit, in ſinum ejus ac conjugis angues & virus, quibus ſenſus eorum alienarentur, injecit. [3] Quam ob inſaniam ille Learchum filium in venatione pro fera interfecit. Ino autem Melicerten ex ſcopulo ſecum in profundum praecipitavit. Qui Veneris precibus [4] pro nepote habitis, à Neptuno pelagi rectore in deorum ceſſere numerum, ita ut Melicertes [5] Palaemon, ipſa Ino Leucothee, inter marinos Deos nuncupentur.

## *Fab.* XIV.

[6] Refert quoque Venerem petiiſſe à Neptuno de Ino & Melicerte, ut in numerum Deorum referat. Significat enim Venus, ſe in undis eſſe creatam, quo facilius moveret Neptunum.

*Fab.*

cabulum, ut & βύσσα cap. 15. Βύας inde faciendum eſſe, quod Vir Cl. vult, non dixerim, cum vox βύας ἀρσενικῶς χρῆσις fit. At foeminae apud illum ſcriptorem mutantur in aves, quarum vocabula itidem ſint foeminini generis. MUNCK.

## Ad FAB. XIII.

1 PROMONTORIUM PELOPONNENSE] Sic reſcripſi, quod MS. haberet *Pelopenenſe*. Vide & quae ſupr. ad Lib. I. fab. 10. annotata ſunt. MUNCK.

2 EGRESSA EST. UT &c.] Sic quidem cum Raenerio etiam Veneta. Sed concinnius Micylliana, *egreſſa*, ut &c. MUNCK.

3 QUAM OB INSANIAM] Pauſan. Lib. I. cap. 44. pag. 108. ait. Τὸν δὲ ἀγισθένεος αὐτῶν Λίαρχον ἀπέκτεινε ὁ πατήρ. Λέγεται μὲν δὴ καὶ μανίᾳ θῆσαι ταῦτα Ἀθάμαντα. Λέγεται δὲ καὶ ὡς ἐς τὸν Ἰνὼ καὶ τοὺς ἐξ αὐτῆς παῖδας χρήσαιτο ἀνεγρτεῖ πῇ θυμῷ, ἢ συμβάσῃ Ὀρχομενίοις λοιμὸν καὶ ἢ δεκάτῃ Φρίξῳ θάπτειν αἰδόμενος, ἢ τὸ θεῖον αἴτιον ἐ γενέσθαι, βαλόντα δὲ ἐπὶ τέτταρσι παισὶν Ἰνὼ μητρυιὰν ἔσαν.

4 PRO NEPOTE] Ita cum MS. omnes, quos quidem viderim, editi ante Raenerium. Malim tamen *pro nepotibus*. Ait enim Venus, *Sed tu miſerere meorum* &c. MUNCK.

5 PALAEMON] Qui & *Portumus* vel *Portumnus* Latinis. AEdes ejus eſt apud Victorem in regione XI. *Matutae*, quo modo Latinis *Leucothee* dicitur, in VIII. Sed vide, quae de his numinibus dicta ſunt ad Hyg. Mythol. cap. 2. MUNCK. Adde Pauſan. Lib. IV. cap. 34. pag. 364. Κορίνθῳ δὲ ἐστὶ πόλις ἐν δεξιᾷ ἢ Παμίσου πρὸς θαλάσσῃ τε καὶ ὑπὸ τῷ ὄρει Τρικαρίᾳ. καθῆται δὲ τὴν ὁδὸν ταύτην ἰόντι ἐπὶ θαλάσσῃ χωλοὶ, καὶ Ἰνοῦς ἱερὸν εἶναι νομίζουσιν. ἐκκαιδεκάτῳ γὰρ σταδίῳ ἀπὸ θαλάσσης φασὶν αὐτὴν θεὸν τε ἤδη νομιζομένην, καὶ Λευκοθέαν καλυμμένην κατὰ Ἰνοῦς.

Ad

## *Fab.* XV.

Comites Inus, quod deſiderio reginae adfectae caſum ejus moerentes defleverant, ob eamdem iram Junonis cum praecipitare ſe deſtinaſſent, ne pari honore à Neptuno excipi poſſent, in ſaxa & aves effecit, ut transfigurarentur.

## *Fab.* XVI.

Cadmus Agenoris filius, poſtquam inſpector fuerat ſuarum calamitatum [7] in exitu neptium, peroſus Thebarum ſedes, cum [8] Harmonia Martis & Veneris filia, cõnjuge ſuà, [9] in Illyricos profugit. Ibi petita venia à Deis, in ſpeciem draconis convertitur, qui initio cauſſa malorum ſuorum fuiſſet. [10] Vota ejus expleta ſunt: in dracones verſi ſunt.

## *Fab.* XVII.

Perſeus Jovis & Danaes filius, miſſus à Polydecte ad Meduſae caput perferendum, quae adſpectu ſuo [11] obvios in ſilicem convertere ſolebat, Minervà adjutrice, [12] evicit propoſitum laborem. Intercepto Phorcydum [13] Graearum lumine, quae invicem cuſtodias Gorgonum age-

### Ad FAB. XIV.

6 REFERT] Ita & MS. & Veneta. Micyll. *refert tum.* Raenerius non tam omiſit hoc argumentum, quam praecedenti inſeruit. Ita enim ille: *Qui Veneris precibus, ſignificantis ſe in undis eſſe creatam, quo facilius moveret Neptunum pelagi rectorem, in deorum maris ceſſere* &c. Verum hoc non eſt emendare Lactantium, ſed interpolare. MUNCK.

### Ad FAB. XVI.

7 IN EXITU NEPTIUM] Ita cum MS. Veneta quoque & Micyll. Fort. *nepotum*; quanquam hiſtoria poſtulat, *filiarum ac nepotum.* MUNCK.

8 HARMONIA] Ita repoſui ex Venet. & Micylliana cum hoc, tum in lemmatis fabularum. Perperam *Armione* MS. & *Hermione* Raenerius. Vide Hyg. Mythol. cap. 5. MUNCK.

9 IN ILLYRICOS] Ita habuit MS. cum Veneta. Sed rectius Micyllus *Illyrios.* Vide Steph. in Ἰλλυρία. MUNCK.

10 VOTA EJUS EXPLETA &c.] Aut inducenda haec, aut refingenda praecedentia: *Ibi petitâ venia à deis, ut in draconis ſpeciem converteretur* &c. *vota ejus expleta ſunt, & in dracones verſi.* Vidit & Raenerius ὡς τὸ κάτω dici; quocirca nec hoc dubitavit illâ ſolitâ ſibi graſſari licentiâ. Mihi ſatis fuit repraeſentare lectionem MS. quam exhibent Veneta quoque & Micylliana. MUNCK.

### Ad FAB. XVII.

11 OBVIOS] Ita repoſui ex Micyll. Infr. fab. 20. *Deformitate obvios in fugam verteret.* Perperam MS. & Venet. *oculos.* MUNCK.

12 EVICIT PROPOSITUM LABOREM] Pro *vicit.* Horat. II. Od. 15. *Platanuſque coelebs evincet ulmos.* Non diſſimiliter *victor propoſiti* dicitur eidem Lib. I. epiſt. 13. qui compos voti factus eſt. MUNCK.

13 GRAEARUM] Nec MS. nec Venet. vel Micyll.

agebant, [1] adſpectum caput Meduſae retulit. E ſanguine autem, qui Perſeo per Africam iter faciente ſtillaverat, genus eſt ſerpentum procreatum. [2] Utero autem Meduſae hujus equus Pegaſus cum pennis exiit.

## *Fab.* XVIII.

Atlas Iapeti & [3] Pleionae filius à Themide, quae initio antiſtes Deorum erat, reſponſum adcepit, ne quem hoſpitio ex progenie Jovis reciperet, ſi vellet hortum, [4] quo poma aurea erant, cuſtoditum habere. Quam ob cauſſam cum Perſeo fatigato ex adſiduo curſu requieſcendi hoſpitium negaviſſet, eumque viribus propelleret, ille elatum caput [5] Gorgonae ei objecit. Quo viſo, in montem pari nomine eſt verſus: cui ultimis Africae locis mundus injectus eſt.

## *Fab.* XIX.

Perſeus per AEthiopiam iter faciens, poſtquam [6] Andromedam propter ſuperbiam matris, quae ſe [7] Nympharum pulchritudini praetulerat, ſaxo adligatam, ac marinae belluae objectam vidit, captus ſpecie ejus exarſit. Pactuſque à Cepheo & Caſſiopia parentibus virginis, ut ſibi matrimonio eam cederent, ſi belluam interemiſſet, [8] voti

cyll. illam vocem agnoſcunt. Verum interim Graecas fuiſſe illas Phorcydas. Heſiodum vide Θεογ. vers. 270. MUNCK.

1 ASPECTUM CAPUT] Sic MS. habuit, ut & Veneta. Raener. *abſciſſum*. Micyll. *objectum*. Sed perperam, ut opinor. MUNCK.

2 UTERO] Haec eſt lectio MS. & Venetae. Micyllus *ab utero*. Sed Nonn. Dionyſ. Lib. XXXI. pag. 515. Ἱππείῳ ἐλάχεσε γονὴ διὰ μητρὸς αὐχήν. Quae adſtruunt conjecturam Barthii *trunco*. Alii aliter de illo equo fabulantur. Vide Feſt. in HIPPIUS. Hygin. Myth. cap. 151. Apollodorus Lib. II. Ἀποτμηθείσης δὲ τῆς κεφαλῆς, ἐκ τοῦ Γοργόνος ἐξέθορε Πήγασος σὺν ἵππος ἦν, ᾧ Χρυσάωρ ὁ Γηρυόνου πατήρ. Τέτυχε δὲ ἐξόντων ἐκ Ποσειδῶνος. Quod ſi menſes ei exacti fuere, cum capite truncaretur, forte ergo ex utero tunc exilierunt. MUNCK.

## Ad FAB. XVIII.

3 PLEIONAE] Ita habebat MS. Veneta & Micyll. *Pleiones*. Quod idem eſt. Sed hoc legere alibi cum non meminiſſet Raenerius, pro eo ſubſtituit, *Clymenes, aut, ut quidam volunt, Aſiae Nymphae filius*. MUNCK.

4 QUO POMA AUREA ERANT] Micyllus & Raenerius, *in quo* &c. Sed MS. & Veneta praepoſitionem ignorant cum heic, tum & infr. *cui ultimis* &c. Amare iſtam ellipſin Lactantium hunc diximus ad Lib. I. fab. 1. MUNCK.

5 GORGONAE] Edd. *Gorgonis*. Sed alterum non dubitavi reponere, cum MS. exhiberet *Gorgone*. E ponere pro AE ſolenne erratum eſt librariorum. Gloſſ. Labb. *Voce*, βῶκις, ἰχθύς. Scripſerim *vocae*. *Box* piſcis is dicitur à Plinio Lib. XXXII. cap. 11. Sed veterem codicem habere *Boca* notavit Dalechamp. Ergo *Vocae* ſcriptum pro *Bocae*. Feſtus Pauli. *Bocas genus piſcis, à boando, id eſt, vocem emittendo appellatur*. Mallem, *Boca*. Aliud eſt φώκη, ζῶον θαλάσσιον, *pecus Protei*, ut venuſtè dicitur Horatio Lib. I. od. 2. MUNCK.

Ad

[8] voti compos factus est. Interfecto igitur monstro, cupiens requiescere, ne caput Gorgonis laederet, virgulas lectas in littore subjecit. [9] Et hae subter induruerunt, ita ut adeptis radicibus, sanguinei coloris in mari ut arbusculae nascerentur, quae nomen haberent curalium.

## *Fab.* XX.

Medusa [10] Gorgo cum propter pulchritudinem à pluribus peteretur, [11] conjugium Neptuni effugere non potuit. Quae quod in templo Minervae cum eo concubuit, propter religionem loci, quam obtriverat, crines ejus in serpentes ab eadem dea sunt mutati, ut quae petita initio à plurimis procis esset, objecta deformitate obvios in fugam verteret. Quos serpentes in aegide portat Pallas, ut hostes terreat.

## *Fabulae Lib.* V.

I. Phineus & socii ejus in saxum.
II. Proetus in lapidem.
III. Polydectes in lapidem.
IV. Musae in aves.

V.

### Ad FAB. XIX.

6 ANDROMEDAM] *Andromedam* MS. cum hoc, tum & fab. 1. Lib. v. MUNCK.

7 NYMPHARUM] Sic & Venet. & Micyll. Addit Raen. *Nereidum.* Hyg. Astron. II. 10. *Ut gloriata sit se formâ Nereidas praestare.* MUNCK.

8 VOTI COMPOS] Haec à Raenerio est lectio. Micyll. & Venet. *Votique compos.* MS. *voti itaque.* Vide quae dicta sunt ad fab. 7. Lib. I. MUNCK.

9 ET HAE SUBTER INDURUERUNT] Sic rectè Micyllus. Perperam MS. & Venet. *& hae superinduruerunt.* Mallem praeterea, *at hae* &c. MUNCK. Haec vero narrat Pausan. Lib. IV. cap. 35. pag. 370. Ξωσὸν ὃ ὕδωρ κόλπος τι ἀπολίνει τὴν χέρσον ἀμφαῖς, Ἐβρέων ἀ γῆ παρίχεται σφῖς ἱππῳ πόλει. Θαλάσσης μὲν ἐγγυτάτω τὸ ὕδωρ ἐστὶ, λέγουσι δὲ ἐς τὸν πηγὸν λίγουσι οἱ ταύτη, Περσέα ἀπολόντα τὸ κῆτος, ἐκ τῶν παίδα σφίσιν ἐκ Κηφέως, ἐνταῦθα τὸ αἷμα ἀπονίψασθαι. Hunc Pausaniae locum neque Salmas. Ex. Pl. p. 402. neque Voss. ad P. Melam I. XI. 75. neque Ovidianos Interpretes, ut Heins. ad vs. 670. Ciofan. ad vs. 688. Regium & Micyll. ad vs. 737. adtigisse miror, dignum tamen, qui ad hanc fabulam illustrandam advocetur, reor.

### Ad FAB. XX.

10 GORGO] Ita MS. & Venet. non *Gorgon.* Et rectè quidem. Tam enim Γοργὼ Graecis, quam Γοργὼν dicitur. MUNCK.

11 CONJUGIUM NEPTUNI] H. e. concubitum. Vide quae annotavi ad Hyg. cap. 14. ubi & *connubium* eodem sensu usurpari observavi. *Concubium* vocat Juvenal. Schol. ad Sat. III. vers. 17. Et Ennius apud Nonium cap. IV. *Quae tibi in concubio verecundè & modicè morem gerit. Conjunctionem* Schol. Horat. ad Lib. I. od. 23. Tempestiva virgo.] *jam matura & viripotens conjunctionique apta.* Fulg. Lib. III. cap. 6. *Et ei velut in conjunctione miscetur.* MUNCK.

V. Pierides in picas.
VI. Cyanè in fontem.
VII. Stelles puer in lacertam.
VIII. Aſcalaphus in bubonem.
IX. Sirenes in aves ex parte.
X. Arethuſa in fontem.
XI. Lynceus rex in lyncem.

## *Fab.* I.

Andromedam Cephei & Caſſiopes filiam, in AEthiopia propoſitam belluae marinae, Perſeus Jovis & Danaes filius, Meduſae Gorgonis caput ferens, paciſcitur conjugem, ſi eam periculo liberaſſet. Cauſſa autem proſtituendae exſtiterat ob Nereidum iram, quarum pulchritudini mater ſe praetulerat. Perfecto igitur à Perſeo pollicito, cum fides à Cepheo promiſſa eſſet praeſtita, & nuptiarum conjugalium epulis regalibus principes intereſſent, [1] Phineus frater, cui Andromeda ante deſponſata fuerat, contumeliam ſibi exiſtimans graviſſimam [2] injunctam, quod advenae conſanguineus poſtpoſitus eſſet, veſcentium animos pugna confudit. Et cum res miſerabilis [3] dimicantium ageretur in regia, ac multi ex utraque parte armis, quae caſus obtuliſſet, cecidiſſent, noviſſimè Perſeus, adverſariorum multitudinem [4] pertimens, imperavit, ut è conſpectu ſui diſcederent, caputque Gorgonis extulit: quo viſo, Phineus cum auxiliantibus diriguit in ſaxum. Nomina autem eorum ſunt Rhoetus, Atys, Lycabas, Phorbas, Amphimedon, [5] Erithus, Polydaemon, Abaris, Lycetus, Elyces, Phlegyas, Clytus, Idas, Clymenus, Protenor, Hypſeus, Lyncides, Emathion, Chromis, Broteas, Ammon, Ampycus, Iapetides, Pettalus, Lycormas, Pelates, Corythus, Abas, Menaleus, Dorylas, Halcyo-

### Ad Lib. V. Fab. I.

1 Phineus frater] Sic MS. Addunt Micyll. & Venet. *Cephei.* Stultè & contra hiſtoriam Raenerius, *Andromedae frater.* Cephei frater fuit, quem *Agenorem* vocat Hyg. Myth. cap. 64. Sed vide quae ibi annotavi. MUNCK.

2 Injunctam] Haec eſt MS. lectio, quam & Veneta, & Micylliana repraeſentant. Non placuit iſta Raenerio; nec ſanè mihi placet. Tu vide, lector, utrum *fieri*, quod pro eo ſubſtituit Raenerius, an *inuſtam*, quod mihi venit in mentem, tibi magis placeat. MUNCK.

3 Dimicantium] *Vi dimicantium* legit Barth. Adverſ. Lib. x. cap. 8. MUNCK.

4 Pertimens] Hoc dedit Micyllus. *Praetimens* MS. & Venet. *Timens* Raenerius. MUNCK.

5 Erithus] Sic rectè Micyllus. Stultè *Aëtorides*, *Eritus* Raenerius, quaſi diverſorum eſſent vocabula. Atqui Erithum vocat Aëtoriden poëta à patre Aëtore. Vide vers. 79. MUNCK.

### Ad Fab. II.

6 Perseus &c.] Hoc argumentum nec MS. nec

cyoneus, Clytius, Clanis, Celadon, Aſtreus, AEthion, Thoactes, Agyrtes, Molpeus, Ethemon. In lapides autem verſi ſunt Theſcelus, Ampyx, Nileus, Eryx, & Aſtyages. Aconteus autem Perſei miles, dum per inprudentiam dimicans proſpicit Gorgonis ſpeciem, proinde in lapidem ceſſit. Noviſſimè Phineus cum ducentis aliis ſociis diriguit in ſaxum.

## *Fab.* II.

[6] Perſeus Atlantis pronepos, votorum compos, cum conjuge Andromeda Argos patriam ſuam adiit, Proetumque, pulſo Acriſio fratre, ipſius Perſei avo, regnantem, oſtenſo Meduſae capite, in lapidem vertit, avoque licet inmerito (ipſum cum Danae matre arcae inpoſitum in mare projecerat) regnum reſtituit.

## *Fab.* III.

Polydectes rex inſulae Seriphi, ad quam Perſeus cum Danae matre incluſus arca pervenerat, cupiens ablegare [7] arbitrum, ut matre illius liberè potiretur, ad Gorgonis Meduſae reſecandum caput eum miſit; quod ille, Minerva volente, ad Polydecten pertulit, [8] inficiantique laborem operis oſtendit, ac prius ille eo diriguit, quam ſe ulciſceretur.

## *Fab.* IV.

Muſae cum Parnaſſum montem petiſſent adverſis tempeſtatibus, invitatae à Pyreneo, qui Daulida Phocidis urbem incolebat, tecta ſubierunt: qui pulchritudine captus virginum, cum regiam claudi imperaſſet

nec Veneta vel Micylliana agnoſcunt. Nec miror. Eſt enim ad verbum deſcriptum ex Regianis commentariis, & pro Lactantiano à Raenerio nobis obtruſum. Sed illud miror à nemine animadverſum id hactenus. Barthii vero etiam miſereri ſubit, ut qui verba Regii, tanquam ſi indubitatè Lactantiana eſſent, ex Hygino illuſtrare inſtituat Adverſ. Lib. x. cap. 5. MUNCK.

## Ad FAB. III.

7 ARBITRUM] Non vidit elegantiam locutionis Raenerius, cum pro arbitro nobis *Perſeum* iret ſuppoſitum. Arbiter eſt teſtis & inſpector. Horat. Epod. 5. *O rebus meis Non infideles arbitrae.* Schol. *Teſtes, conſciae, aut praeſentes, ut Salluſt. arbitris procul amotis.* Locus Salluſt. habetur Cat. cap. 20. Vulgatior ſignificatio eſt, quâ arbiter ponitur pro judice. Unde *arbitrium* pro judicio & ſententiâ. Sext. Rufus Breviar. cap. 13. *Lyciam ſupremi regis Apionis arbitrio ſumus aſſequuti.* Lego, *ſupremo*, Teſtamentum intelligit, quod ſupremum arbitrium. MUNCK.

8 INFICIANTIQUE &c.] Revocavi & heic genuinam lectionem ex MS. & Venetâ, rejectis commentis Raenerii. MUNCK.

raſſet ad vim inferendam, ne cupiditatem ejus experirentur, in volucres converſae ſunt: [1] quas ille dum per ardua montium perſequitur, prolapſus altitudine ſcopulorum praecipitatus eſt, ita ut toto corpore elideretur, vitamque finiret.

## *Fab.* V.

Pieri, qui Macedoniam poſſedit, & Euippes novem filiae inſolentius dum gloriantur, Muſas in certamina provocarunt cantuſque: quarum una carmen exorſa eſt, quod gigantes adverſos deos contenderint. Ex quibus Typhoeus terrigena deformitate terruiſſet deos compulſos in AEgyptum: ubi Jupiter ob metum in arietem verſus eſt, Apollo in corvum, [2] Liber in caprum, Diana in felem, Juno in vaccam, Venus in piſcem. Invicem autem Muſae, cum Cereris laudem ceciniſſent, & qualiter Typhoeus AEtnae monti Siciliae ſubjectus eſſet; Pierides victae, [3] in picas ſunt transfiguratae.

*Fab.*

## Ad FAB. IV.

1 QUAS ILLE DUM &c.] Haec eſt lectio MS. quam & Veneta & Micyllus adſtruunt, ne quid ſe moveat audacia Raenerii. MUNCK.

## Ad FAB. V.

2 IN CAPRUM] Sic Venet. & MS. non *capram*, ut dederat Raenerius. Antoninus Liberalis in hac fabula cap. 28. Τράγῳ ὃ ἁρπάζεται Διόνυσος: pro quo Ovidius v. Met. vers. 329. *Proles Semeleia capro.* Certè τράγος Graecorum à Latinis *caper* modo, modo *hircus* vertitur. Notum eſt foetorem alarum τράγου dici à Graecis. At illum ut *hircum* Horat. epod. 12. alii que appellant, ita *caprum* Catull. carm. 70. & Ovid. III. Art. immo *capram* etiam Horat. Lib. 1. epiſt. 5. vers. 29. *Sed nimis arcta premunt olidae convivia caprae.* Τράγος erat, qui vitem rodendo putationem hominibus monſtravit, ac *hircus* dicitur à Martial. Lib. III. 24. & ab Hygin. Aſtron. II. 4. Verum Mythol. cap. 274. *caper*, ut & apud Ovid. Lib. XV. Metam. fab. 2. Lactant. ad v. Theb. Stat. vers. 159. Certè caper eſt hircus Virgil. Eclog. VII. cum virum eum gregis facit, & Ovidio, cum ait X. Metam. 327. *Quaſque creavit init pecudes caper.* Haec expendant, qui cauſam nullam vident, cur τράγον tranſtulerit *caprum* Xylander apud Antoninum: certè hinc diſcent non ſolum ἔριφον dici caprum. Quid autem propriè ἔριφος ſit, expreſſit his verbis in libro de cibor. facult. pag. 17. Simeon Sethi. Οἱ δὲ τὸν ἐξ αἰγὸς ὑποβαίνοντα, οὐδὲ κυρίως ἔριφον αὐτὸν καλεῖσθαι, ἀλλ' αἶγα. Putavit forte Vir Cl. ignoraſſe Xylandrum verſiculum illum Martial. Lib. III. ep. 24. *Dum jugulas hircum, factus es ipſe caper.* MUNCK.

3 IN PICAS SUNT TRANSFIGURATAE] Apud Antoninum dicuntur factae κολυμβίδες, ἴυγξ, κιγχελὶς, κίσσα, χλωρὶς, ἀκαλανθὶς, ἴσσα, πίσσα, ἡμερυθίς. De Iynge digniſſimus lectu eſt locus apud Tzetzen in Lycophr. pag. 59. ed. Steph. apud quem & pag. 83. legas, Πίσσα ἔριφος ἐστὶ θηλάσσων διάστασις, ᾗ ὄνειδος. At talis non eſt ardea ſtellaris. Verum ergo, quod ad cap. 14. ejuſdem libelli dixi, piponem aliam eſſe ab aſteria. Confer Breulium in Iſidor. p. 842. Cap. 7. omnino legendum, ἀλλ' ὁ ἀετὸς τῆς ἴσσης. Vide locum Plinii à me laudatum, & Ariſtotel. Hiſtor. Animal. Lib. IX. cap. 1. Ἀετὸς ὃ ἴσσης πολέμιος.

## *Fab.* VI.

Venus indignata, quod & Diana & Proſerpina Cereris filia numen ſuum conjugiaque adſpernarentur, Ditem, qui territus viribus Typhonis, moventis AEtnam, cui ſubjectus à diis erat, cum ab inferis emerſiſſet, inpulit in amorem, ut Proſerpinam, [4] circa Percum lacum Hennae flores legentem cum Minerva atque Dianâ, raperet. Qua capta, cum properanter curru fugeret, à Cyane Nympha, quam dilexerat [5] Anapis amnis, intercedente retardatus eſt. At ille incenſus ira propter moram intercedentis, relicto ſceptro inter ſtagna, diſcuſſit undam, praecepſque mari merſus, [6] Cyanen currui obſiſtentem in liquorem ſui nominis vertit, cujus lacus contiguus Arethuſae videtur.

## *Fab.* VII.

Ceres cum orbem terrarum peragraſſet, requirens filiam Proſerpinam, aeſtu torrida ad caſam cujuſdam anus [7] nomine Miſmes devenit; petitque ab ea, ut ſibi aquam [8] ad conluendum jejunium porrigeret. Quae cum [9] polentatam ei potionem dediſſet, & illa [1] avi-

λίμνη. ἡ δὲ ἀπὸ τῆς ἴσης τῷ τῆς πηγῆς. πίνει δὲ ἐκπιόμενος ὁ ἥρως. MUNCK.

### Ad FAB. VI.

4 Circa Percum lacum Hennae] Vide not. Heinſ. ad vers. Naſon. 336. Lib. v. MUNCK.

5 Anapis] Micyll. *Ἀνάπις*. recte. Praeterquam quod ab AEliano II. 32. Ἀνάπος vocatur, quod jam vidit Celeb. P. Burm. ad V. Met. 417. etiam Theocrito Idyll. I. 68. ubi Schol. Ἀνάπος πεποίηκε τὸν Συρακόσιον τῆς Σικελίας. Ἄνασσα δ' ἐπέρασεν, ὡς ἄνδρα πόσιν ἔσω, τὸ βαθυρρεῖ ἔχει ὕδωρ. ἢ παρὰ τὸ τοῖς ποσὶ μὴ ἀβαθῶς εἶναι.

6 Cyanen currui obsistentem] Ita repoſui, cum MS. exhiberet, *Cyanenque currui obſiſtentem*. Niſi mavis cum Venetâ *Cyanen, quae currui obſiſterat*. Micyll. *Cyanenque, quae currui obſiſterat*. MUNCK. Pauſanias Lib. II. cap. 36. pag. 198. ait ἀναχεῖψαι δὲ ἐς τὸν Δίβηθον, τὸν τε Ἕρμωνα ῥεῖθρον, καὶ ἰσὶ τὸ Χείμαρρον πόρρωθεν ἀφίξῃ, πλησίον δὲ αὐτῷ ἀνάβολός ἐστι λίμνη. καὶ τὸ Πλάτανιν ἀρτέμωνα, ὡς λέγεται, κόμην τὴν Δήμητρος, καθεῖναι τοῦτο φασὶν ἐς τὸν ὑπάγιον τεμιζόμενον ὄρχον.

### Ad FAB. VII.

7 Nomine Misмes] *Miſme* Raenerius, qui & illud glotſema heic inſercit, *aut*, *ut alii volunt*, *Meganira*. Sed *Meteneira* ſcribendum eſſet. Vide Heinſ. ad IV. Faſt. vers. 537. *Baubo* eſt Clementi Paraeneſ. pag. 13. MUNCK. Vide Interpr. ad vs. 448.

8 Ad colluendum jejunium] Ita & Veneta cum MS. Forte, *ad ſolvendum jejunium*. Ovid. v. Met. vers. 534. *Quoniam jejunia virgo Solverat*. Raenerius dedit nobis *ad os colluendum*. Hoc habet ex Regianis commentariis. Invenitur & infr. Lib. XIII. fab. 9. *Jejunium polluit*. Sed etiam ibi *ſolvit* reſcripſerim. MUNCK. Cum Celeb. Burmanno juxta Colon. lego *colluendum os parr.* deſumta enim verba ex ipſo Ovidio ſunt.

9 Polentatam potionem] Cyceona. Arnob. Lib. v. *Perducit totum cyceonis lacta liquorem*. Ἀλφίτων κυκεῶνα appellat Euripidis Scholiaſtes ad Oreſt. pag. 209. ed. Steph. ut & Nicandri ad Alexipharm. p. 73. ed. Soter. Hom. Interpres ad Iliad. A. 623. Ἔστι δ' ἑλὼς ἁπλῶς ὁ κυκεών, ἐκ ἀλφίτων εἰδὸς σκοπελοειδές. Eadem verba legas apud Etymol. magni auctorem

[1] avidius biberet, puer quidam ejuſdem caſae Stelles eam procacius eſt proſequutus, praedicans aviditatem ejus in bibendo: cujus dea audacia pueri obſenſa, in malis partem potionis in eum effudit, fecitque, ut in ſtellionem converteretur, qui potionem ſparſam polentâ tergo oſtenderet.

## *Fab.* VIII.

Cum Arethuſa Nympha Siciliae fontis, qui humo preſſus ab Elide fluit, indicaviſſet Cereri à Dite raptam Proſerpinam, & illa ab Jove inpetraſſet, ſi fratris nuptiis contenta non eſſet, eâ lege ab inferis [2] reduceret eam, ſi nihil ibi guſtaſſet. Quam ob cauſſam cum judicium fieret, [3] Aſcalaphus Orphnes & Acherontis filius [4] ad indicium primus deſcendit, docuitque eam mali punici granum guſtaſſe: quamobrem in avem bubonem [5] abominandi ominis converſus eſt. Jupiter autem ex aequo fratri Cererique tribuit, ut partem anni Proſerpina apud virum, partem apud matrem ageret.

## *Fab.* IX.

Sirenes Acheloi & Melpomenes Muſae filiae, cum Proſerpinam raptam

rem in Κυκεών. Adde Heſych. in Κυκεῶ. MUNCK.

1 AVIDIUS BIBERET] Nam ἰξίκις καὶ ἀὶψ ὃ τὸ ποῦ ἀτρῦ, ut eſt apud Antoninum. Quod eſſet *totum Ciceonis liquorem*. Mallem tamen ἀτρύς, hoc eſt, ἅ ἀφιεῖσα εἰς μικρότατα τὸ ἐκπωμάτων, ut ait Theocriti Scholiaſtes ad Eid. Z. vers. 69. Schol. Homer. ad Iliad. X. vers. 29. Οἱ δ ἀτρύς ἐμφερόμενοι &c. Sed ἀτρῦ adverbialiter accipi poteſt. Gregor. Nazianz. εἰχ. Χίλων πεσεῖλθε, ἢ μ' ἴκλιψιν ἀτρύς. Sed in excerpt. Vet. cod. quae penes me ſunt, ἀτρύν. Eſt autem ἀτρύς πιεῖν, idem quod ἀμυδὶ πιεῖν. Vide Fabrum ad Anacreontem p. 154. Etymol. magni auctorem in 'ΑΜΥΣΤΙ'. Ἀμυδὶ, ἀκριβῶς πιεῖν. οἱ δ, ἀτρύς. MUNCK.

## Ad FAB. VIII.

2 REDUCERET EAM] MS. cum Venetâ & Micyll. *Duceret eam, ſi nihil guſtaſſet*. MUNCK.

3 ASCALAPHUS ORPHNES ET ACHERONTIS &c.] Ita repoſui ex conjecturâ Nob. Heinſii, quam margini ille libri ſui illeverat. Habent alioqui MS. Venet. & Micyll. *Aſcalaphus boſpes Acherontis* &c. Sed τὸ *boſpes* cum vitioſum eſſe facile vidiſſet Raenerius, ſatis putavit, ſi deleto eo ſcriberet, *Aſcalaphus Acherontis filius*. Sed conjecturam illuſtris viri cum Naſo firmat vers. 539. tum & Apollodorus Lib. I. pag. 13. aliique. MUNCK.

4 AD INDICIUM] Sic rectè MS. Perperam *judicium* edd. MUNCK.

5 ABOMINANDI OMINIS] Vide Iſidor. Lib. XII. cap. 7. Serv. ad AEn. IV. 462. Senec. Hercul. Fur. vers. 687. Ovid. Lib. V. Met. vers. 550. Plin. Lib. X. cap. 12. *Bubo funebris & maximè abominatur, publicis praecipuè auſpiciis, deſerta incolit, nec tantum deſolata, ſed dira etiam & inacceſſa, noctis monſtrum, nec cantu aliquo vocalis, ſed gemitu*. MUNCK.

## Ad FAB. IX.

6 IMPETRAVERUNT] Veneta *impetraviſſent*. Sed ita ſcribendum eſſet cum Micyll. *& à diis noviſſimè impetraviſſent* &c. MUNCK.

7 AD PETRAM MARTIS] Sic MS. non *maris*, ut editi hactenus. Barth. Adverſ. Lib. X. cap. 8. emen-

ptam requirerent, neque eam ullo modo poſſent invenire, à diis noviſſimè [6] inpetraverunt, ut verſae in volucres non tantum in terrâ, ſed etiam in mari requiſitam conſequi poſſent. Noviſſimè devenerunt [7] ad petram Martis, quae inminebat proxima pelago. Harum ita fuit fatum, quamdiu earum vox audita non eſſet mortalibus, manerent incolumes. Forte Ulyſſes monitu Circes [8] obturatis auribus praetervectus eſt, tum ſe praecipitaverunt.

## *Fab.* X.

Jupiter ut Cererem placaret, ita diviſit annum, ut Proſerpina partim ad virum, partim ad matrem moraretur. Ergo Ceres ab Arethuſa exigit, ut ſibi originem ſuam exponat. Arethuſa Achaidum Nympharum formoſiſſima cum ab Alpheo amne [9] diligeretur, cupereturque perſequentis inpetum effugere, invocavit Dianam, cujus comes & ſtudii aemula fuerat, laboranti ut ferret auxilium. [10] Objecta itaque ea nube, ne [11] in cupientis conſpectum poſſet venire, tellure rupta, [12] in inſulam AEtnae miſit per obſcurum iter, & [13] in fontem cognominis ſui Ortygium verſam ad ſuperos evocavit. [14] cujus liquori Alpheus amnis infunditur.

*Fab.*

emendatum it, *noviſſimè Siculi devenerunt ad petram maris.* Adi ipſum. MUNCK.

8 OBTURATIS AURIBUS ] Ita & Hyg. Myth. cap. 125. & 141. Sed nec MS. nec editi ante Raenerium verba iſta agnoſcunt. MUNCK.

## Ad FAB. X.

9 DILIGERETUR ] *Perſequeretur* Micyll. & Veneta. Sed alterum eſt in MS. Raenerii nulla heic ratio habenda, ut qui ex ingenio ſuo longè aliam huic fabulae faciem dederit. MUNCK.

10 OBJECTA ITAQUE EA NUBE ] Veneta, *objectaque ea numini.* Micyll. *objectaque ea nube.* MS. *objecta itaque ea numini.* MUNCK.

11 IN CONSPECTUM ] Ita & Micyllus. Sed Venet. & MS. *in conſpectu.* Id quod facile auctoritate meliorum tueri ſe poteſt. Phaedrus Lib. v. cap. 2. *Quidnam cinaedus ille in conſpectu meo Audet venire?* Ad quem locum Rittershuſium vide & alios. MUNCK.

12 IN INSULAM AETNAE MISIT ] Ita MS. Veneta, *in inſulam AEtnam admiſit.* Sed Micyllus, *in inſulam Ortygiam.* Scripſerim, *in inſulam Ortygiae.* Naſo: *Advehor Ortygiam: quae me cognomine divae Gratâ meae ſuperas eduxit prima ſub auras.* MUNCK. Pro *AEtnae* legendum *Ortygiae.* Pauſan. Lib. v. cap. VII. p. 390. Λέγεται δὲ καὶ ἄλλα παιδὶ ἐς τὴν Ἀλφειὸν, ὡς ἀπὸ ἵππου θηρεύτης, ἐμπεσόντα δὲ αὐτὸν Ἀρτέμιδος κυνηγετῶν δὲ καὶ ταύτην, καὶ Ἀρτέμιδα μὲν ἐκ ἀμελησαμένην γάμους πεμφθῆναί φασιν ἐς Δῆλον τὸν καλὸν Συέφακόν, καλεομένην δὲ Ὀρτυγίαν, καὶ ἐνταῦθα ἐξ ἀνθρώπων ἐλθεῖν παγάς. Et paullo poſt in fabulae hujus explicatione profert verſus ab Apolline Delphico editos.

> Ὀρτυγίη τις κεῖται ἐν ἱερομεδέι πόντῳ
> Θρινακίης καθύπερθεν, ἵν' Ἀλφειῷ τέμενα βλώζει,
> Μισγόμενον παγαῖς Εὐρωπείης Ἀρεθούσης.

Adde Schol. Pindari O. Nem. I. 1. & in primis ad Θ. Pyth. 11, 12. Φασὶ γάρ τινες τὴν Ἀλφειὸν ἐμπεσοῦσαν τῇ Ἀρτέμιδι Θ., καὶ διώξασαν ἄχρι τῆς Ὀρτυγίας παύσασθαι.

13 IN FONTEM COGNOMINIS SUI ORTYGIUM ] Sic MS. & Veneta. Sed perperam proculdubio. Lege cum Micyll. *in fontem cognominem ſibi Arethuſam.* MUNCK.

14 CUJUS LIQUORI ALPHEUS &c. ] Marcellinus Lib. XV. *Alpheus oriens in Arcadiâ, cupidine*

## *Fab.* XI.

Triptolemus à Cerere fruges dividendas adcepit per terras, currumque draconibus junctum cum feciſſet, noviſſimè delatus eſt in Scythiam, & à Lynco rege exceptus hoſpitio. Cui cum expoſuiſſet qualiter à deâ eſſet honoratus, invidia honoris [1] inſtinctus, dormientem ut interficeret, adgreſſus eſt. Dea nuncii ſui memor, ut, quem [2] divini honoris dignum habuerat, conſervaret, antequam occideretur, hoſpitem [3] in lyncem feram convertit.

## *Fabulae Lib.* VI.


I. Minerva in anum.
II. Arachne in araneam.
III. Niobe in lapidem.
IV. Agreſtes Lyciae in ranas.
V. Marſyas in flumen.
VI. Pelopis humerus in eburneum.
VII. Procne & Philomela in aves.
VIII. Tereus in volucrem epopem.
IX. Zetes & Calais ex parte in aves.


*Fab.*

*ne fontis Aretbuſae captus, ſcindens Ionium mare, ut fabulae ferunt, ad uſque amatae confinia progreditur.* MUNCK.

## Ad FAB. XI.

1 INSTINCTUS ] *Inſtinctus ille* Micyllus, haud paullo concinnius. MUNCK.

2 DIVINI HONORIS DIGNUM ] Graeca conſtructio, quam nonnumquam imitati ſunt Latini. Vide Celeb. V. P. Burm. ad Phaedri Lib. IV. fab. 20. vs. 3. & Weſſeling. Lib. I. Obſ. cap. 18.

3 IN LYNCEM FERAM ] Θὼς Graecis ea fera eſt. Schol. Hom. ad Iliad. N. 103. Ὁ θὼς ζῶον ἅλκιμον καὶ δίκιλβον. ὅτι ὁ παρδάλεως τῇ ὑαίνῃ. MUNCK.

## Ad LIB. VI. FAB. I.

4 HYPAEPIS ] Raener. Heinſ. *Hypaepis urbe parva genita.* Haud male, quia Ovid. vs. 13. hujus libri ait *parvis habitabat Hypaepis.* De hac urbe praeter ſcriptores ab aliis citatos agit Pauſanias Lib. V. cap. 27. pag. 448. Ἔστι δὲ Λυδίοις ἐπίκλησιν Περσικοῖς ἱερὸν, ἔνθα τι Ἱερονικαφορείας καλουμένῃ πόλει, καὶ οἱ Ὑπαίποις οἱ ἐκατέρᾳ ὁ τοῦ ἱεροῦ, οἴκημά τε καὶ οἱ τοῦ οἰκήματος ἔστιν ἐπὶ βωμοῦ τέφρα. Χρόα δὲ ὑ καθ' τέφραν ἐστὶν αὐτὴ τὴν ἄκανθ. ἐπιλέξαι δὲ ἐς τὸ οἴκημα ἀνὴρ μάγος, καὶ ξύλα ἐπιφορήσας ἅπαξ ἐπὶ τὸν βωμὸν, πρῶτα μὲν τιάραν ἐπέθετο ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, δίυτερα δὲ ἐπίκλησιν, ὅτε δὲ θεῶν ἐπάδει βάρβαρα καὶ ἀδόκιμα συνιᾶσι Ἕλλησιν· ἐπᾴδει δὲ ἐπιλιγόμενος ἐκ βιβλίου. ἀτὰρ δὲ καὶ πυρὸς ἀνάγκη πᾶσα ἀφεῖναι τὰ ξύλα, καὶ ἐξαφανῆ φλόγα ἐξ αὐτῶν ἐκλάμψαι.

5 FESTIS DIEBUS ] Sic & Veneta & MS. Perperam Micyll. *iſtis diebus.* Raenerius utramque vocem omiſit. MUNCK.

6 ELOCUTA EST ] Horat. Lib. III. Od. 3. *Gratum elocuta conſiliantibus Junone divis.* Minucius Felix Octavio: *Non eloquimur magna, ſed vivimus.* Ad eundem modum *edicere* pro *dicere* frequenter uſurparunt deterioris aetatis ſcriptores. Vide annotata à nobis ad iſta Fulgentii, *unde idolum tractum ſit, edicamus*: quibus addas licet & illa. Epiſcop. Galat. Epiſtol. ad Leonem: *Epiſcopi, qui ſuâ dignitate depoſiti videbantur, ſic edocuerunt.* Junillus in Praefat. ad Primaſi:

## *Fab.* I.

Arachne Lydia, Idmonis filia, cujus mater genita [4] Hypaepis ſtudio lanificii famam quaeſierat, cum materna induſtria cunctas praeceſſiſſet in opere faciendo [5] feſtis diebus inſolentius gloriabunda, quam mortalem decuit, [6] elocuta eſt. Nam Minervam, à qua docta fuerat, in certamen provocavit. Quae in anum verſa, in hoc ad eam venerat, ut ejus audaciae inpetum [7] odio futurum compeſceret. Quam cum [8] in certaminis propoſito vidiſſet permanentem, reverſa in ſuam ſpeciem, [9] opere propoſito, in certamen deſcendit; & ſingula, quae ſequuntur, inſeruerunt telae: prior Minerva, dehinc Arachne.

### *Quae in Minervae telâ picta.*

Minerva incipit. Itaque telae ſuae intexuit [10] contentionem Athenarum inter ſe Neptunumque habitam; qui lacu falſo in arce edito ſuam poſſeſſionem vindicabat: ipſa oliva arbore à ſe inventa. Item Rhodopen Threiciam & AEmum, qui pari inſania [11] amore conjugii Jovis ac Junonis abuſi erant nominibus, in montes transfiguratos. [12] Item Pygantem caſu ab Junone in gruem verſam. Item Antigo-

maſi: *Quantum noſtra puſillanimitas edíſcere potuit.* Sex. Rufus Praefat. *Res geſtas ſignabo, non eloquar.* Schol. Horat. Lib. III. Od. 19. *Quod Romanis Graecas hiſtorias, nec ad propoſitum pertinentes, potius eloquantur* &c. MUNCK.

7 ODIO FUTURUM] Haec eſt lectio Micyllianae editionis. Venet. & MS. *otio futurum.* Legerim, *exitio futurum.* Raenerius duas iſtas voces omittit. Sed omittere ille frequenter ſolet, vel pro lubitu refingere, quicquid non capit, vel ad ſtomachum ejus non facit. MUNCK.

8 'IN CERTAMINIS PROPOSITO] Veneta & Micylliana, *in certamine*, inductâ voce poſteriori. MS. *in certamine propoſitum.* MUNCK.

9 OPERE PROPOSITO] Colon. *poſito* quod praefert Celeb. P. Burm.

10 CONTENTIONEM ATHENARUM] Micyllus, *contentionem de urbe Athenarum.* MUNCK.

11 AMORE CONJUGII] *Et amore* Veneta & Raenerius. Sed nec Veneta, nec MSS. 2. copulam iſtam agnoſcunt. MUNCK. De monte Haemo varia proferunt. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 428. Ὁ Αἶμος, ὃς καὶ ἐδιτίρως Αἷμον λίγεται ἀπὸ τινος Αἵμου βασιλέως Σκυθῶν. (Quem Aquilonis & Orithyiae filium facit Stephanus Byz.) Θρᾴκιν ἴσιν ὄρος. *AEmum* ſive *Haemum* Martis filium vocat Philoſtratus Heroic. cap. II. §. 15. & ejus famam eſſe celebrem ait. Apollodorus Lib. I. cap. 6. §. 3. de pugna Jovis & Typhonis: ἦκεν εἰς Θρᾴκην, ᾧ μαχόμενος ἔβαλε τὸ Αἷμον, ὅλον ἔσεσθαι ὄρη. Τούτων δ' ἐπ' αὐτῷ γενέσθαι κίρασιν πάλαι ἀθρόαν, πολὺ ἐπὶ τοῦ ὄρους ἐξικνουμένην ἄμφω. Καί φασιν ἐκ τούτου τὸ ὄρος κληθῆναι Αἷμον. Aliam monti originem dat Jac. Nic. Loenſis Lib. XX. Epiphyll. cap. 22. Plutarchum de Fluminibus ſecutus, quem etiam ad partes vocat Micyllus ad Ovid. VI. M. 87.

12 ITEM PYGANTEM CASU &c.] Sic MSS. 2. Veneta: *Pygantes caſu ab Junone in gruem verſa eſt.* Micyll. *Pygmaeae quoque caſum addit, quae ab Junone in gruem verſa eſt.* Raenerius cum MSS. facit, nili quod τὸ *caſu* omittit. Scilicet minus id ei quadrare hele eſſe viſum. Forte *pari caſu* ſcripſerat auctor. Etiam pro *Pygantem* reſcripſerim *Pygmaeam* vel *Pygmaeam matrem.* Certè non *Pygas* Pygmaea illa mater, ſed *OEnoë* fuit dicta, auctore Anton. Liberal. cap. 16. vel *Gerana*, ut vult AElianus in de Animal. Lib. XV. cap. 29. Legas eandem fabulam apud Athenaeum Lib. IX. cap. II. MUNCK.

tigonen Laomedontis filiam, [1] quae cum Jove coisset, [2] ob admissum Juno eam transfiguravit in ciconiam. Item Cinyrae regis Assyriorum praeterea filias ob insolentiam ab eadem dea in graduum templi sui lapidem mutatas; per quae exempla [3] frangi posset de Minervae numine; [4] finemque operis sui explicuit. Is modus est, & facit arbore finem sua.

[5] *Quae in Arachnes telâ picta.*

Arachne autem, ut videretur per opera respondisse [5] contentioni, telae suae intexuit Jovem in taurum versum ob Europae amorem. Eumdem fecit in aquilam conversum, ut comprimeret Asterien. Eumdem in olorem, ut Ledam Thestii filiam comprimeret. Eumdem in Satyrum, ut [6] Nycteida Nyctei filiam comprimeret. Eumdem in Amphitryona, ut Alcmenam Electryonis filiam comprimeret. Eumdem in aurum, ut Danaen Acrisii filiam comprimeret: in ignem, ut Asopidam. Duo sensus isti [7] in uno versu continentur. Eumdem in pastorem, ut Mnemosynen comprimeret: in serpentem, ut Deoidam. Et hi duo sensus in unum versum veniunt. Neptuni etiam cupiditatem

1 QUAE CUM JOVE COISSET &c.] Haec lectio est è codice Florentino, sed ἀνακόλουθον facit orationem, nisi scribas, *quae quum cum Jove*. Neapolitanus codex habuit, *quia cum* &c. Forte, *quam quia cum Jove* &c. Sed τὸ *cum* proximè sequens induxerim cum Micyllo. MUNCK.

2 OB ADMISSUM] Latinissimè dictum est. Sext. Rufus Brev. cap. 19. *Ad satisfactionem tam audacis admissi.* Ovid. II. μεταμορφώσεων vers. 381. *Conjugis admissum violataque jura mariti.* Heroid. Epist. XI. 381. *Admissi memores sed tamen esse mei.* & vers. 110. *Ah miser admisso plectitur ille meo.* Epist. XVI. 45. *Matris in admisso falsâ sub imagine lusae.* Metam. XI. vers. 380. *Sed memor admissi Nereida colligit orbam* &c. Rescript. Dioclet. in Collat. Leg. Mos. *Quod ex admissi discrimine sustinet.* Rescript. Divi Pii: *Sciet me admissum severius exsecuturum.* Paullus Recept. Sent. Lib. I. Tit. 5. *Pro qualitate admissi plectuntur.* Raenerio tamen probare se ista Latinitas non potuit, qui inde fecit *admissum scelus.* Oblitus ergo erat etiam Lib. VIII. fab. 6. legi, *ob admissum praecipitavit in pelagus.* & Lib. XI. fab. 9. *Ne ultra persequeretur admissum.* Intelligi *crimen* debet, quod addit Ovid. Am. II. 7. *Me non admissi criminis esse reum.* Vel *facinus.* Salvian. de Provid. Lib. I. *Post facinus admissum Dei sermone contentus.* MUNCK. Vide me ad Nepot. Epam. cap. 6. J. Caesar. L. IV. B. G. cap. 25. *Ne tantum dedecus admitteretur.* Fabulam docet etiam Servius a Celeb. P. Burmanno editus ad Virgil. II. Georgic. 320. quem jam adduxit ad vs. 93. hujus Ovidianae Fabulae.

3 FRANGI POSSET DE MINERVAE NUMINE] Ita & Veneta ac Raenerius. Nec aliter MSS. 2. Micyllus dedit, *frangi posset, deque Minervae numine certior fieri.* Quae sapiunt interpolationem. MUNCK.

4 FINEMQUE OPERIS SUI &c.] Haec est lectio MSS. 2. & Venetae. nec placet tamen admodum. Concinnius Micylliana, *finemque operi suo arborem suam olivam imposuit.* Forte scripserat, *finemque operis sui explicuit arbore sua.* Reliqua certè à glossatore aliquo videntur addita esse ex illo Nasoniano versu: *Is modus est: operisque suâ facit arbore finem.* MUNCK.

5 CONTENTIONI] Ita reposui ex Micylliana. MS. & Veneta praeferunt *contentionem.* Raenerius pro istâ voce dedit nobis *sequentia.* MUNCK.

6 NYCTEIDA NYCTEI FILIAM] Ita quidem cum MS. etiam & Veneta & Micylliana. Sed per.

tem [8] inſerit, ita ut doceret, eum in juvencum eſſe mutatum, ut AEolii filiam ſtupraret: in amnem Enipeum, ut [9] AEoli uxorem; in arietem, ut Biſaltidam comprimeret. Hi tres ſenſus in tribus verſibus aliter cadere non poſſunt. Eumdem in equum, ut Cererem; [10] in volucrem, ut Gorgonam Meduſam, ex qua equus Pegaſus [11] proditur fuiſſe; in Delphinum, ut Melantho. Hi ſenſus continentur in tribus verſibus. Apollinis praeterea [12] in eadem contentione amoris furta [13] intexuit, indicans eum in accipitrem, interdum in leonem fuiſſe converſum; alias in paſtorem, ut Iſſen Macarei filiam comprimeret. Liberum patrem quoque in uvam verſum, ut Erigonen comprimeret. Saturnum praeterea in equum verſum, ut Phillyram Oceani filiam, ex quâ Chironem Centaurum dicitur procreaſſe.

## *Fab.* II.

Poſtquam Arachne, ordinata tela, contumelioſè à dea [14] percuſſa eſſet, ſuſpendio ſe adfecit. Sed in ultimo caſu, propter ſtudium, quod à deâ adceperat, in araneam verſa eſt, ut opere inutili nullum [15] ſui effectum capere poſſet. Plura vero opera Arachnes poëta retulit

perperam. Antiope fuit dicta Nyctei filia: quam *Nycteida* appellat Naſo, ut ab Antiope Aſopi filia diſtinguat. Vide notas noſtras ad Hyg. Mythol. cap. 7. Propert. Lib. I. Eleg. IV. *Tu licet Antiopae formam Nycteidos* &c. MUNCK.

7 IN UNO VERSU CONTINENTUR] *In unum verſum* MS. & Veneta. Verum quae de ſenſibus inculcantur identidem, qui quot verſibus contineantur, ea exiſtimo omnia à gloſſatore aliquo orta. Certè in Micylliana non comparent. Confer quae dicemus ad fab. 26. Lib. VII. MUNCK.

8 INSERIT] Ita Veneta & Micylliana. MS. *infert*. MUNCK.

9 AEOLI UXOREM] Ita Micyllus. Sed MS. & Venet. *AEoliam*. Raenerius, *Ipbimediam, ex quâ nati Aloidae*. Non amo tam liberales correctores. Suffeciſſet *Ipbimediam*. Vide Hygin. Myth. cap. 28. MUNCK.

10 IN VOLUCREM] *In equum volucrem* Raenerius. Perperam. Vid. Heinſ. notas ad Metam. Ovid. pag. 132. Addo ejus obſervatis Tzetzae locum in Lycophr. p. 30. ubi inter alias cauſas, cur Erinnys dicatur Ceres, hanc affert, ὅτι Ἐφιππεύθη ὑπὸ Ποσειδῶνος, καὶ ἔτεκε τὸν Ἄρειονα ἵππον. MUNCK. De equo Arione Cereris & Neptuni gnato, qui ab Antimacho Terrae filius vocatur, videndi Pauſan. Lib. VIII. cap. 25. p. 650, 651. Lact. ad Statii VI. Theb. 300. & Jac. Nic. Locenſis II. Epiphyll. 6.

11 PRODITUR FUISSE] *Proditur natus* Raenerius. Sed alterum cum MS. adſtruunt Veneta & Micylliana. MUNCK.

12 IN EADEM CONTENTIONE] Etiam heic cum MS. faciunt Veneta & Micylliana. Sed Raenerius, *in eadem tela*. MUNCK.

13 INTEXUIT] *Intexuit reddita* codex Neapolitanus & Veneta. *indicat* pro *indicans* cod. Florentinus. MUNCK.

## Ad FAB. II.

14 PERCUSSA ESSET] Codex. Neap. *compulſa eſſet*, & *poſtque*, pro *poſtquam*. Videtur velle, *poſtque Arachne, ordinatâ telâ, contumelioſè à deâ cum pulſa eſſet*. Veneta, *cum contumelioſè à deâ pulſa eſſet*. MUNCK. Pro *ordinata* Raenerii Heinſius *ordita*, teſte celeb. Burmanno.

15 SUI EFFECTUM] Hoc eſt, *utilitatem*. Marcellin. Lib. XIV. *Abſque ullo egreſſus effectu, deinde tabeſcebat immobilis*. MUNCK.

tulit fuiſſe, quam Minervae; ut hanc ſcientia artis, quae [1] potior eſt, illam labore contendiſſe demonſtraret.

## *Fab.* III.

[2] Niobe Tantali Sipylo Lydiae orta, [3] ob inſolentiam Apollinis ac Dianae numen experta eſt. Nam ex Amphione ſeptem filiis totidemque virginibus editis dum comitata gauderet, & quodam tempore Manto Tireſiae filia [4] reſponſo monuiſſet Thebanos, ut Latonae [5] & liberis ejus per preces thura redderent, ſola exſtitit, quae ſacrificio intereſſe noluerit, praedicans potiorem ſe numine deae ac liberis ejus eſſe. [6] Itaque oratione inſtincta Latona, queſta cum filiis, quod ſuarum injuriarum ultores non exiſterent. Confeſtim itaque Apollo & Diana, tecti nubibus, ut praeceperat genitrix, Thebas venerunt,

1 POTIOR EST] *Potentior eſt* Flor. codex. *Potentiorem* Neapolitanus. MUNCK.

## Ad FAB. III.

2 NIOBE TANTALI] Non dubitavi hoc reponere ex MS. & Venetâ. Elegans Graeciſmus eſt, quem foedis gloſſematis deformarat Raenerius. Etiam infr. Lib. VII. fab. 27. *Cephalus Deionis* & Lib. X. 5. *Hyacinthus Amyclae* reſtituimus huic ſcriptori. Servius ad AEn. X. vers. 167. *Cluſius Tyrrheni, ſive Telemachus Ulyxis.* Conſer, quae ſcripſi ad Hyg. Mythol. cap. 14. & 81. Non diſſimilis & ille Helleniſmus Anacreontis Od. 20. Ἡ Ταντάλου κοὴ ἴση. & Antonini Liberal. cap. 22. Ἡ θύγατηρ τῆς Σιπυλίδος. *Quaedam ex Sperchii filiabus.* Ita enim explicari omnino locus ille debet. MUNCK. Sic Strabo Lib. XVII. pag. 1146. Ὁ Φιλοπάτωρ ὁ τῆς Ἀγριππείνης, ſcil. γαμετῆς. quod rejicere non debuerat Palmerius. Adde quae ad Hygini fab 81. notavi. Noſter ad verbum e Graecis quemdam deſcripſit. ſic enim Pauſanias ait Lib. VIII. cap. 36. pag. 601. Οὕτω πόθεν ἄν τις ἢ Λυκάονα θηρίον, ἢ τὴν Ταντάλου Νιόβην λίθον.

3 OB INSOLENTIAM APOLLINIS &c.] Cod. Neap. *Ob inſolentiam par Apollinis* &c. Ἴσως, *Ob inſolentiam parem.* Supr. fab. 1. *Qui pari inſaniâ* &c. MUNCK.

4 RESPONSO MONUISSET] Propriè de vatibus dicitur *reſpondere.* Vide ſupr. fab. 5. Lib. III. Julius Obſequens cap. 87. *Vates protenderunt Graeciae fore exitium.* Legerim, *reſponderunt.* In eodem capite corrupta & iſta, *Romae in agro Cortaſi lacte pluit.* Reſcribo, *in Graecoſtaſi.* Graecoſtaſis locus Romae fuit, cujus idem ſcriptor facit cap. 83. & 31. mentionem. Quamobrem mendam tam obviam miror non vidiſſe Cl. Schefferum. Depravata & illa: *Terracinae ſereno navis velum fulmine exanimatum, in aquas dejectum.* Lege, *navalem fulmen exanimavit in aquas dejectum.* Sic habes cap. 80. *Navales pleroſque exanimavit.* MUNCK.

5 ET LIBERIS] *Filiis* MS. Denominatio facta ergo à potiori. MUNCK.

6 ITAQUE ORATIONE] Vel *quâ oratione* ſcribendum, vel legendum cum Micyllo, *itaque oratione hac.* MUNCK.

7 ISMENUS] *Iſmenos* MSS. 2. & mox *Tantalos* alter. MUNCK.

8 ALPHENOR] *Archenor* Flor. codex. & Veneta. Vide annotata à nobis ad Hygin. Myth. cap. XI. MUNCK.

9 DECESSIT] *Diriguit* MS. cum Venetâ ac Micylliana. Sed quid τῇ *vitâ*, quod poſt *affecit* exhibet cum MS. Venet. tum faciendum? Omittit illud Micyllus. Forte, *Vitâ noviſſimè Niobe flens diriguit.* MUNCK.

## Ad FAB. IV.

10 LATONA COEI FILIA] Vide, quae dixi ad Praefat. Hygin. pag. 10. Quibus adde Pauſan. Lib. IV. cap. 33. p. 363.

11 NULLA EAM ERRANTEM R. R.] Omnes regiones, quae Latonam gravidam recipere detrectarunt, gravibus ſuppliciis ab Apolline poſtea ac Diana fuiſſe adfectas ajunt. Vide Pauſan. Lib. VIII. cap. 53. pag. 706.

12 In

nerunt, ac Niobes filios, cum in campo equis exercerentur, sagittis necaverunt. Quorum nomina haec sunt, [7] Ismenus, Sipylus, Phaedimus, Tantalus, [8] Alphenor, Damasichton, Ilioneus. Pater Amphion post necem filiorum ferro se interfecit. Nec minor violentia desiit esse Niobes: quod Diana indignè tulit. Nam virgines pari calamitate adfecit. Vita novissimè Niobe flens [9] decessit, turbineque ventorum in patriam Sipylum delata est, cessitque in silicem voluntate Apollinis & Dianae.

## *Fab.* IV.

[10] Latona Coei filia, cum Junonis ira ob adulterium ex Jove conceptos Apollinem & Dianam parere non posset, & [11] nulla eam errantem regio reciperet, novissimè venit [12] in Lyciam, & cum ex ardore

12 IN LYCIAM VENIT] Antoninus Liberalis, qui paullo aliter hanc fabulam narrat, cap. 35. Λητὼ ἐπεὶ ἔτικτε Ἀπόλλωνα καὶ Ἄρτεμιν ἐν Ἀσιείᾳ τῇ ἠπείρῳ, ἀφίκετο εἰς Λυκίαν &c. Lyciam tum appellatam vult eam regionem à lupis, qui deae se viae duces praebuissent. Λύκοι γὰρ, inquit, συναυλοῦσαι καὶ σύμμαχοι ὑφηγήσαντο τὴν ὁδόν. Iterum monendum mihi τὸ σαίνειν latius patere, quam quidam rentur. Leonibus etiam illud tribuit Tzetzes ad Lycophr. pag. 131. ed. Steph. Εἶδον ἔξωθεν τὴν αὐλὴν τῆς κίρκης λύκας καὶ λέοντας ἡμέρους, σαίνοντας αὐτὰς ταῖς οὐραῖς. Hieronymus in vitâ Pauli Eremitae: *Et illi* (leones) *directo cursu ad cadaver beati senis substiterunt, adulantibusque caudis circa ejus pedes accubuere.* Nimirum σαίνειν proprie est cauda adulari: quaecunque ergo animalia facere hoc consuevere, σαίνειν dicuntur. Apollon. I. Argon. vers. 1144.

Θῆρες δ' εἰλυόεντι καθ' ὑλήεντα λιπόντες,
Οὐρῇσιν σαίνοντες ἐπήλυδας.

Caeterum quod Lyciam Τερμιλίδα dictam ibidem affirmat Liberalis, id contactum vitio est. Legendum omnino Τερμιλίδα. Incolas Τερμιλῆς & Τερμίλας appellatos dicit Stephanus. Perperam ergo Τερμίλας vocatos ait Eustathius ad Dionys. pag. 113. ed. Steph. Corrige ex Stephano. MUNCK. Proprie tamen verbum σαίνειν de canibus dicitur. Unde Aristophanes in Equitibus vs. 1028.

Φοβοῦ Ἐρυξιδῆν κύνα Κηφισιεῦν ἀνδραποδιστήν,
Ὃς κέρκῳ σαίνει, ὀπίσω δὲ δήκνυῖς.

Schol. ait. Τῇ οὐρᾷ σαίνει, οἷον ὑποτρίχων καὶ κολακεύων. Ἔστιν ὃ παρὰ τὴν παροιμίαν.

Σαίνεις θάκυπτα, καὶ κύων λαΐλαγγος εἶ.

Consule Celeb. Virum J. Alberti ad Gloss. Graec. in S. N. F. L. pag. 147. quamquam de omnibus animalibus cauda adulantibus sumi posse, & a veteribus adhibitum esse per metaphoram a canibus desumtam, haud negem. Sic in tralatitia notione de quacumque re, cujus adspectus nos juvat, usurpatur. ut ab Euripide in Hippol. vs. 862.

Καὶ μὴν τύχαι γε σφιν δόκησις χρησταὶ τάδε·
Τῆς νῦν ἔτ' ὄσης τὸ δ' σὸν σαίνουσί μοι.

Et in Rhesо vs. 55.

Σαίνει μ' ἔπυχος φρυκτωρία.

Licet primo ab hominibus ad res inanimatas transierit, ut apud Pindar. O. Pyth. II. 151.

Σαίνων πολὺ πάντας ἄγαν,
Πάγχυ λίχνᾳ παλίκαι.

De Lycia, quae ex Antonino Liberali profert Munckerus, contraria sunt iis, quae de nominis origine docet Herodotus Lib. I. cap. 173. & Pausanias, qui Herodotum diligentissime, (id quod patet ex Lib. II. c. 30. pag. 181.) perlegit, Lib. I. cap. 19. pag. 44. 45. & L. VII. c. 3. p. 529. ubi pag. 44. pro Λυκίᾳ τῇ Πανδίονος ex Herodoto legendum est Λύκῳ τῷ Πανδίονος. quomodo & ab eodem Pausania vocatur Lib. IV. cap. 2. p. 283. & cap. 20. p. 328. nec non Stephano Byzantino.

dore aeſtus ac longitudine viae ſitim ſedare vellet, ab iis, qui ulvam & juncum ſecundum lacum legerent, prohibita eſt propius adcedere. Quamobrem ira incenſa, digrediens petiit à deis, ut numquam adcolae [1] ſtagno carerent. Auditis itaque precibus ejus, Jupiter agricolas in ſpeciem ranarum transformavit.

## *Fab.* V.

Satyrus nomine Marſyas, dum cum Apolline tibiis contendit (quas Minerva inveniſſe proditur) [2] pro audacia, quod deo cedendum non putaret, ſuſpenſus [3] ac cute nudatus eſt. Quem Nymphae ac Satyri, caeterique ruris incolae fletu proſecuti ſunt, quod ejus cantu carituri eſſent, ita ut ex lacrymis eorum flumen increverit, quod ejus nomine [4] in Phrygia Marſyas à [5] prioribus noſtris nuncupari videtur.

## *Fab.* VI.

Tantalus epulis Jovis cum intereſſet, & cum vellet experiri, an futura proſpiceret, invitato ad epulas, Pelopem [6] nothum ex filiis interemit, viſceraque ejus reliquis dapibus inmiſcuit. Quo pro merito punito, miſericordia deorum, qui convivii participes fuerant, par-

1 STAGNO CARERENT] Vide Barth. Adv. Lib. x. cap. 8. MUNCK.

## Ad FAB. V.

2 PRO AUDACIA] Sic MS. Editi, quos videre mihi contigit, *per audaciam*. Sed *pro audacia* idem eſt, quod *propter audaciam*. Epiphanius Hiſtor. Tripart. Lib. IX. pag. 522. ed. Rhen. *Alios, qui pro pane veniebant, alios, qui illuc pro libidinis turpitudine veniebant*. Schol. Horat. ad Lib. IV. Od. 12. *Pro ſtupro ſororis ad vindictam*. Vet. Interpr. I. Reg. cap. XV. 23. *Pro eo ergo, quod abjeciſti ſermonem domini* &c. Eccleſ. XII. 14. *Pro omni errato adducet Deus in judicium*. Licinius Ruffinus Collat. Leg. Tit. VI. *Pro ignorantiâ juris videntur admiſſa*. Salvian. de Provid. Lib. I. *Nec pro praeſentibus ſupplicamus*. Sex. Rufus Brev. cap. 4. *In Africam pro defenſione Siculorum Romana tranſmiſſa* &c. Cap. 24. *Pro quâ admiratione Perſae ſuperiores eſſe Romanos confeſſi ſunt*. Immo nec claſſici ſcriptores loqui ita dubitarunt. Conſule illos, qui de Particulis linguae Latinae ſcripſerunt. MUNCK.

3 AC CUTE NUDATUS EST] MS. Venet. ac Micyll. *A cute nudatus eſt tergore*. Lege, *à Scythe*, vel, *ac à Scythe nudatus eſt tergore*. Vide quae annotata ſunt nobis ad Hyg. Myth. cap. 165. MUNCK.

4 IN PHRYGIA MARSYAS] Vibius Sequeſter: *Marſias Phrygiae urbis Celene*. Leg. *Celaenarum*, & confer quae ſcripſi ad Hyg. Myth. cap. 165. MUNCK.

5 PRIORIBUS NOSTRIS] H. e. majoribus. Conſule Barth. Adverſ. Lib. x. cap. 8. MUNCK.

## Ad FAB. VI.

6 NOTHUM] Ita reſcripſi ex Venetâ & Micylliana, cum *notum* praeferret MS. Conſule Hyg. Mythol. cap. 83. & quae ibi annotamus. Raenerius flagitioſè haec pervertit. MUNCK. Pelopis parentes varie memorantur ab antiquis. Tantali & Euryanaſſae filius vocatur a Plutarcho, quem citavi ad Hygini fab. 82. Pauſanias Lib. IV. cap. 13. pag. 408. adpellat Plaſtenen Pelopis matrem. Serv. ad VIII. AEn. 130. *Atlas complures habuit filios: ſed de Lino PELOPEM genuit:*

partes viſcerum Pelopis compoſuerunt, & humerus, qui defuerat, [7] de ebore effectus eſt.

## *Fab.* VII.

Tereus Martis filius, cum auxilia multis regibus ferret, Pandioni quoque Athenis regnanti, cum à proximis civitatibus obpugnaretur, non defuit. Quamobrem filiam ſuam Procnen illi [8] in matrimonium dedit. Quae deportata in mariti regnum, cum ex intercapedine ſororem Philomelam deſideraret, petiit à Tereo, ut proficiſceretur Athenas, ſororem ſibi ad ſolenne ſacrificium ut adduceret. Qui ut Athenas pervenit, ſoceri uſus hoſpitio in Philomelae incidit amorem. quam ſecum digreſſus mandato conjugis duxit in Thraciam, [9] & ſtabulis claulit, ut ſine cujuſquam ſubſpicione ad eam ſaepius commearet. Ac ne eloqui commiſſa poſſet, [10] linguam truncavit, & conjugi ementitus eſt: dixit enim ſororem ejus interiiſſe. At Philomela ea, quae lingua prodere non poterat, [11] veſti intexuit notis literarum, quam uni dedit perferendam ſorori. Qua inſpecta illa, cum conjugis libidinem, caſumque germanae comperiſſet, [12] conſtituit ſacra celebrare Libero patri, & more bacchantis ad ſtabula venit, ſororemque raptam in regiam duxit. Filium Ityn interemit, ac dapibus

*genuit: is Atreum: Atreus Agamemnonem & Menelaum.* Ab hoc Pelope nomen habuit is, de quo Pauſan. Lib. II. cap. 16. pag. 147. Ἔτεροι δὲ ἐξ ἀνάγκης Ἀγαμέμνονα. τὸ δὲ Εὐρυμέδοντος ἢ ἰσχύος, ἢ Τηλεδάμας τὸ αὐτὸ καὶ ΠΕΛΟΠΟΣ (τούτους γὰρ τινὲς διδύμους Κασσάνδρας φασί, τοὺς ὕστερον ἐπικατίσφαξε τοῖς γονεῦσιν Αἴγισθος.) Scholiaſtes Pindari Olymp. Od. III. 41. Saturnium vocari dicit ab avia paterna Plutone Saturni filia. Sed qui de ejus matre tacet. Ceterum vox *viſcera* proprie adhibetur a noſtro Lactantio pro *carne*. Serv. ad III. AEn. vs. 622. *Viſcera proprie carnes ſunt.* & ad I. AEn. 215. *Viſcera non tantum inteſtina dicimus, ſed quidquid ſub corio eſt: ut in Albano Latinis viſceratio dabatur, id eſt, caro.*

7 DE EBORE EFFECTUS EST] *Suffectus eſt* Barth. Adverſ. Lib. X. cap. 8. MUNCK.

## Ad FAB. VII.

8 IN MATRIMONIUM DEDIT] *In matrimonio* cod. Neap. ut & mox *regno*, pro *regnum*. MUNCK.

9 ET STABULIS CLAUSIT] Ita MS. cum Venetâ. Micyllus una voce auctius, & *corruptam ſtabulis clauſit*. Raenerius multo liberalius, ut ſolet, *ſtabulis autem ſuis violatam clauſit*. MUNCK.

10 LINGUAM TRUNCAVIT] Ita cum MS. Veneta quoque ac Micyll. Raenerius, *Linguam, ne commiſſa eloqui poſſet, ei truncavit*. Si quid mutandum ſit, legerim, *lingud eam truncavit*. Verum nihil neceſſe eſt. Juſtin. Lib. XI. cap. 14. *Poenam truncatâ corporis parte tulerant*. MUNCK.

11 VESTI INTEXUIT] *Veſte* MS. ut & fab. 10. Lib. V. *Cujus liquore Alpheus amnis infunditur*. E & I perquam facile inter ſe à librariis permutantur. Factum id etiam Catull. carm. 30. *Ut iſta voſtra diſſuta mentula Ducenties comiſſet aut trecenties?* Lege *comeſſet* h. e. comederet. Ita flagitant cum antiquitus editi, tum & ratio ipſa Latinitatis. Neque enim *comiſſare*, ſed *comedere* trecenties rectè dixeris. Martial. Lib. V. 70. *O quanta eſt gula centies comeſſe!* MUNCK.

12 CONSTITUIT SACRA CELEBRARE] MS. *Conſtituit itaque ſacra* &c. Vide ſupr. ad Lib. I. fab. 7. MUNCK.

bus inmiſcuit. Quibus expletus Tereus, filium cum deſideraret Ityn, caput noviſſime in ejus ſinum abjecerunt Itys, dicentes, Intus habes, quem deſideras. Tereus cum intellexiſſet ſcelus ſcelere ultum eſſe, conjugem & ſororem conjugis dum perſequitur, deorum voluntate verſi ſunt in aves; Procne in hirundinem, Philomela in luſciniam, Tereus in epopem, Itys in Phaſianum. Pandion dolore natarum [1] tactus, [2] caruit vita, regnumque ejus filius Erechtheus poſſedit.

## *Fab.* VIII.

Aquilo cum Orithyiam Erechthei filiam diligeret, neque ullis precibus à parentibus puellae inpetrare potuiſſet, ut ſe in adfinitatem reciperent, viribus uſus ſuis, Athenas advenit, & puellam raptam in Thraciam pertulit, ibique gravidam fecit: ex qua geminos [3] Zeten & Calain procreavit: quorum humeris alae volucrum increverunt, per quas parentis imaginem referrent.

*Fabu-*

1 TACTUS ] Sic habuit codex Flor. Sed Raen. *aſtus*. Micyll. *fractus*. id quod magis arridet. Caeterum fabulam hanc aliter narrant Anton. Liberal. cap. XI. Hom. Schol. ad Odyſſ. Γ. 518. & Euſtath. p. 710. ed. Baſ. Pandarei filiam faciunt Aëdona. Erat autem is Pandareus Meropis filius, Μιλήσιος τὸ γένος, ut ad vers. 66. Od. Υ. notat interpres. In Antonino corrupta hactenus partim, partim malè intellecta illa: Καὶ Πολυλέχην μὲν ὀλίγον ὧν ὕστερον ἀρμάτων ἐκπεσοῦσαν, Αἰδόνι δὲ τῇ ἴσον ἐξυφῆναι, καὶ σωθῆναι εἰς ἀλλήλας, ὅπως ἂν τάχιον ἀνυφῇ τὸ ἔργον, τότε διαφαίνεσθαι παρὰ ἕτερα ὑφαίνουσα. *Δίφρου ἅρμαθον ſellam curulem* transferunt interpretes. Perperam omnino. Δίφρος ἅρμαθος eſt idem, qui δίφρος abſolutè dicitur ſaepenumero. Is autem ſimpliciter pro curru ſive ἅρμαθος ponitur interdum, interdum ἅρμαθος opponitur, denotatque *bigam*, ut ita loquar cum Statio. Doceo ex Scholiaſte Ariſtophanis ad Νεφ. Act. I. ſc. I. pag. 123. Σωφρονεῖς δὲ τὸ μὲν πλῆρες ἅρμα, ἀπ' ἐκ δυοῖν ἵππων συνεστὸς, ὁ νῦν δίφρον καλοῦμεν. Schol. Pind. Hippoth. Nem. Ἦν δὲ, inquit, γυμνικὸς ὁ ἅρμα. ἀφὶ δίφρου, ἀνὴρ κίλης. Hinc ergo, ut diverſa, ξυνὸν δίφρου καὶ ἅρματος πεπτωκότα memorantur à Pindaro Pyth. Od. 2. Chariſius apud Schott. Obſerv. Lib. I. cap. 14. *Bigae*, δίφρος. Curulis ſella poſſet verti tamen. Nam proprie δίφρος fuit, ut docet Ariſtophanis Scholiaſtes in Nub. p. 134. τὸ σκάφος, ἐν ᾧ οἱ ἡνίοχοι ἱστάμενοι ἐλαύνουσιν. Haec addenda erant illis, quae pridem ad illum locum obſervavi. Deinde pro ὅπως legendum eſſe ὅτῳ cum τὸ τύπτω, quod ſequitur, evincit, tum ſententia ipſa poſtulat: pacti ſunt, ut ei, qui prius ſuum opus abſolviſſet, alter famulam daret. Sed iſtam conjecturam ut probabiliorem redderem, τὸ ἂν ſuſtuli. Falſum hoc. Nec in mentem fuit, nec verbum eâ de re feci. Et cur tollerem, cum planè venuſtè heic ponatur? Schol. Hom. ad Iliad. B. 196. Ἡνίοχος τοῖν, ὦ, τί ἂν κάμοιεν ἐν τοῖς πομπίοις αὐτῷ γένοιτο. Ὅτῳ pro ὅτου dixit Antoninus. Baſil. Seleuc. pag. 10. ed. Dauſq. Οὐκ ἔχω, ὅτῳ τῶν δίφρου ἀνάθω. Plato Phaedon. cap. 5. Πῶς ὅτῳ ἄξιος τότε ἕτερα πράγματος μίσει. Ariſtophan. Plut. Act. II. ſc. I. vers. 8. Ὅτῳ χάριν pro ὅτου. Sic ὅτῳ pro ὅτου habes cap. 21. Καὶ ὅτῳ ξένων ἐντύχοιμι. Ita enim ſcribendum eſſe monui antehac. Quod cum vidiſſet vir doctus: *Quis adeo*, inquit, *imperitus, qui neſciat articulos praepoſitivos pro interrogativis & infinitis ſumi?* Quaerere ergo de illo libet, cur ipſe tam peritus correctum iverit ἐν τῷ ξένῳ. Gloſſae Maximi in Dionyſium Areopagitam, ὅτῳ, ὅτου. Maximus Tyrius Diſſert. I. pag. 2. ed. Heinſ. Καὶ ὅτῳ ἐκπίοι τὸ φῶς ἀμαυρῷ δοκεῖ. MUNCK. *Tactus* & *fractus* utrumque valet. *Tactus* commotus dicitur de ſubitanea perturbatione. Vide Interpr. ad Phaedri Lib. I. fab.

## *Fabulae Lib.* VII.


I. Dentes draconis in homines.
II. AEſon ex ſene in juvenem.
III. Liberi nutrices in juventam.
IV. Aries in ſpeciem agni.
V. Cerambus in avem.
VI. Draco in ſaxum.
VII. Juvencus in cervi figuram.
VIII. Corythus in ſpeciem monumenti.
IX. Maera in canis figuram.
X. Coae matronae in boves.
XI. Telchines in ſcopulos.
XII. Alcidamantis filia in columbam.
XIII. Cycnus in olorem.
XIV. Hyrie in ſtagnum.
XV. Combe in avem.


## XVI.

ſab. 24. & Lipſienſes in Actis M. April. A. 1727. pag. 165. Ut aliqua de voce δίφρος addam, ſcien-dum eſt, propric notare quamcumque ſedem ſive ſellam. Sic AElianus Lib. IX. V. H. 3. de regio throno Ἐν μέσῃ δὲ τῇ σκηνῇ χρυσᾶς ἵδρυτο δίφρους, ᾗ ἐπ' αὐτοῦ καθήμενος Ἀλιξανδρος ἐχρημάτιζε. & ita recte δίφρος i. e. thronus Jovi datur a Callimacho H. in Jovem vs. 67. ubi vide Spanh. Callimachus eadem hac voce uſus eſt de ſella, in qua ad menſam ſedemus in H. Dian. vs. 135. Deinde non tantum de curru, quem bigae, ſed etiam quadrigae trahunt, uſurpatur, ut de Solis curru, apud Euripid. in Phoeniſſ. vs. 2.

Ὦ τὸν σὸν ἅρμασι δρομαῖον τέμνων ὁδὸν,
Καὶ χρυσοκολλήτοισιν ἰμβάσιν δίφροις
Ἥλιε, θεαῖς ἵπποισιν εἰλίσσων φλόγα.

Unde Sophocles in Ajace vs. 856.

Σὺ δ' ὦ τὸ αἰπὺν ἅρμασιν δίφρηλατῶν
Ἥλιε.

Et vs. 868.
Καὶ τὸ δίφρωτὸν Ἥλιον σεσωπίσται.

De Pelopis curru, quem quadrigae portant, Eurip. in Oreſte vs. 993.

Πίλοψ ἑπτὰ πελάγεσι διδύμοις.

De curribus in genere, quibus utuntur in curuli certamine, Sophocles in Electra vs. 712. κατίσχουσαι δίφρους. Apud Antoninum Liberalem, quo minus per ſellam curulem δίφρος vertatur, quid obſtat? Sane addidit ille auctor ἁρμάτιον, ut omnem tollat ambiguitatem, quomodo Sophocles in Electra vs. 742. dixit Καρὰ σφυρήλατον ἵππειον ἅρμασιν, addens ἵππειον, quia ἅρμα de navi etiam uſurpatur, unde in Trachin. vs. 667. Πολύκωπον ἅρμα πλεύσας.

2 CARUIT VITA] H. e. mortuus eſt. In tumulo apud Pithoeum Catal. Lib. II. *Dulcem nam carui lucem, cum amiſi te ego conjux.* In alio apud Gruterum pag. 770. *Quae fuerat felix ſat, ſi non plena doloris:* · *Quae filios duos caruit* &c. MUNCK.

## Ad FAB. VIII.

3 ZETEN ET CALAM.] Qui juxta Hyginum fab. XIV. *ab Hercule telis occiſi ſunt.* ubi cum Doctiſſimo Swindio, qui priſcum ac genuinum Apollodoro ſplendorem brevi reſtituet, pro *Telis* lego *Teni.* Lectionis veritatem ſatis adſtruunt ibi meae notae.

XVI. Calaureae rex cum conjuge in volucres.
XVII. Menephron in feram.
XVIII. Cephisi nepos in phocam.
XIX. Eumeli filia in volucrem.
XX. Ephyre in serpentem.
XXI. Phineus & Periphas in aves.
XXII. Polypemonis neptis in volucrem.
XXIII. Spuma Cerberi in venenum.
XXIV. Sciron in petram.
XXV. Arne in avem monedulam.
XXVI. Formicae in homines.
XXVII. Cephalus ab aurora inmutatur.
XXVIII. Canis & vulpes in saxum.
XXIX. Procris pro fera occisa.

## *Fab.* I.

Iason AEsonis filius, missus à Pelia Neptuni filio cum proceribus Grajorum Colchos ad pellem auream adportandam, adjutricibus Junone ac Minerva, ut AEetae Solis filii contigit regiam, [1] pulchritudine suâ perculit Medeam adversus parentem, ut sibi potius, quam patri consuleret. Ergo obligatum Iasonem coëgit, ut fidem praestaret conjugii erga se. Nam tauros spirantes ignem, & draconem custodientem templum, & tergus auratum, venenis atque carminibus coëgit

### Ad Lib. VII. Fab. I.

1 Pulcritudine sua perculit Medeam] Eâ de re fabula est non protrita apud Tzetzen in Lycophron. p. 59. *Ταύτην δέ, φασὶ, τὴν ἴυγγα πρώτη Ἀφροδίτη Ἰάσονι δῶρα ἐδίδαξε ταῦτα, ἅπερ Μήδειαν θέλξει, λέγουσα ὅτι κύτη ἡ ἴυγξ γυνὴ ἦν τοῦτο, Θυγάτηρ Πειθοῦς, ἣ Ἥρᾳ καὶ Παιθὼ, φαρμακεύσασα τὸν Δία εἰς τὸν Ἴδης πόθον, ὑφ' Ἥρας ἀπωρύσθη.* Dixerat in praecedentibus, *Ἴυγξ δὲ κυρίως ὄρνιον ἐστὶν ἀεὶ σεῖον τὴν ὀρνῖν, ἀγωγὸν ἱρόν.* *Ἀγωγὸν ἱρόν* esse constanter tradunt veteres omnes. Sed qui eam avem movere semper caudam ajunt, contradicunt Aristoteli, Plinio, & Scholiastae Pindari, ut ostendi ad Antoninum Liberalem. Retro tantum cervicem torquet, reliquo corpore quiescente: unde & *torticollo* ab Italis vulgo appellari ait Victorius Var. Lect. Lib. XXIV. cap. 3. Ab eadem persuasione ortum, quod Chil. XI. 380. scribit Tzetzes: *Ἴυγξ ἡ ὄρνις, ἡ κιχλὶς, ἡ στὴ τὸ ὀρνῖον, Ἥκιρ κὴ σκαπύγιον καλοῦμεν φιλονόμως.* Scrib. *σκοπύγιον* & *κιγκλὶς* pro *κιχλὶς*. Verum avis ista, quam Innuit, ab aliis *κίγκλος*, *κιγκλὶς*, vel *κίγκκλος* vocatur, non *κιγκλὶς*. quod longè aliud est. Falsum tamen & hoc, *κίγκλος* esse *σκοπωγίδα*. MUNCK. De Iynge v. Schol. Pindari O. Nem. IV. vs. 56. Schol. Theocriti Idyll. II. vs. 17. & Olear. ad Philostrati Lib. I. cap. 25. de Apoll. Tyan.

2 Iolcon abiit] Perperam MS. cum Venetâ & Micyll. *Corinthum abiit.* Ait enim Naso: *Victor Iolciacos tetigit cum conjuge portus.* Non ignoro tamen quomodo & alterum possit defendi. Consule Micylli commentarium in hanc fabulam. MUNCK.

Ad

coëgit parere Iaſoni; ut proſciſſo ſolo dentes obſereret ſerpentis, ex quibus ſeges armatorum procreſceret. Inter quos, ut ei praeceptum erat à Medea, jactato ſilice, coëgit eos inter ſe dimicare. Qui mutuo bello conciderunt. His geſtis, Iaſon cum Medea [1] Iolcon abiit.

## *Fab.* II.

Iaſon poſtquam Medeam abductam à parentibus in Graeciam duxit, & promiſſo ſibi conjugio copulavit; multis rebus expertus ingenium ejus, [3] petiit, ut parentem ſuum AEſonem [4] ſenectute eliſum in adoleſcentiam [5] reduceret. At illa nondum amore depoſito, quem ex ejus juventute ceperat, nihil denegando ei, ahenum conſtituit, herbarumque genera, quarum ſcientiam habebat, variis regionibus quaeſita, incoquens, poſtquam animadvertit ſtipitem, quo verſabat herbas, in arborem oleam [6] oneratam baccis eſſe converſum, quae deſpumata aheno in terram deciderant, in herbam laetiſſimam eſſe converſa, [7] maturatum tempus exiſtimans, AEſonem interemptum madentibus herbis inmiſcuit: & ut promiſerat conjugi, ex ſenectute in priſtinum vigorem videtur perduxiſſe.

## *Fab.* III.

Liber pater ut animadvertit AEſonem ſenectutem remediis Medeae expuliſſe, petit, [8] ut proinde ſuis nutricibus ferret auxilium, eaſque in

### Ad FAB. II.

3 PETIIT UT PAR.] In Edit. Colon. legitur *petiit eam, ut par.* teſte Celeb. P. Burmanno ad Ovid. VII. M. 296.

4 SENECTUTE ELISUM] H. e. confectum, fractum. Tertull. ad Scap. cap. 4. *Si autem contenditis ad elidendos nos, jam ergo innocentiam expugnatis.* MUNCK.

5 REDUCERET] *Perduceret* MS. Micyll. & Veneta, quemadmodum in fine, *perduxiſſe videtur.* Fab. tamen III. habet, *Eaſque in adoleſcentiae vigorem reduceret.* MUNCK.

6 ONERATAM BACCIS] Ita malo cum Venet. & Micyll. quam *ornatam*, quod Raenerius dedit. MUNCK.

7 MATURATUM TEMPUS] Sic & Veneta cum MS. Sed Mic. & Veneta *maturum.* Forte, *maturum jam* &c. MUNCK.

### Ad FAB. III.

8 UT PROINDE SUIS &c.] Haec lectio eſt MS. & Venetae. Non placuit tamen Raenerio, ut qui pro eâ reſcripſerit, *ut ſuis quoque.* Offendit, puto, eum τὸ *proinde*, quod idem heic eſt, quod *perinde*, quomodo Micyll. habet. Fruſtra Salluſt. Jug. cap. 4. *Proinde quaſi praetura & conſulatus, atque alia omnia hujuſcemodi per ſe ipſa clara & magnifica ſint.* Columell. Lib. II. cap. 5. *Nunc autem proinde ac ſi temperatae regioni praecepta dabimus.* Adde quae Stewechius habet in de Partic. Ling. Lat. Lib. I. p. 255. Caeterum deceptum heic eſſe Lactantium depravatâ Lectione Ovidiani loci, *capit hoc à Colchide munus*, luculenter demonſtrat Heinſius p. 171. Not. in Met. Ovid. MUNCK.

in adoleſcentiae vigorem reduceret. Cujus auctoritate illa compulſa, eiſdem, remediis, quibus AEſonem, [1] in primitias reduxit, Liberoque aeternum beneficium dedit.

## *Fab.* IV.

Peliades Peliae filiae, [2] herbis inpulſae, poſtquam viderunt arietem gravatum aetate [3] in agni ſpeciem transfiguratum, ambitioſius à Medeâ petere coeperunt, ut Peliae parenti earum reſtitueret, quam temporis proceſſione amiſiſſet, juventutem, cupiens inimicum Iaſonis data occaſione punire, [4] inpulit eas parentem interficerent, & laceratum in ahenum fervens dimitterent. Quod ut factum eſt, currum draconibus junctum conſcendit, & per aera elata, [5] conſpectum inimicorum profugit.

## *Fab.* V. VI. VII. VIII. & IX.

Medeam fugientem docet [6] Othryn montem Theſſaliae petiiſſe, in quem diluvio Deucalionis [7] Cerambus Nympharum auxilio pennis dela-

1 IN PRIMITIAS] H. e. in principium juventutis. Gloſſ. Philox. *Primitium*, τὸ πρῶτον. Contra *initia* pro *primitiis* poni interdum deprehendi. Vetus Interp. 1. Reg. cap. XV. 13. *Et Saul offerebat holocauſtum Domino de ſinitiis praedarum.* Οἱ ἑ. Τὰ πρῶτα τῶν σκύλων &c. MUNCK.

## Ad FAB. IV.

2 HERBIS IMPULSA] Sic MS. & Veneta quoque cum Micyllo. Vitii nonnihil haec contraxiſſe videntur & Raenerius vidiſſe, cum omiſerit. Sic enim ſolet, cum vel non intelligit aliquid, vel quomodo emendandum ſit, non videt. Exiſtimo ſcripſiſſe auctorem, *verbis*, vel *his rebus impulſae*. MUNCK.

3 IN AGNI SPECIEM] Pauſanias Lib. VIII. cap. XI. p. 621. Ἐκ δὲ λίβητος τὸν κριὸν ἐψόμενον ἄρνα ἐξήγαγε ζῷον. Qui totam fabulam narrat, & has Peliadas a Micone pictore vocari *Aſteropeam* & *Antinoen* addit.

4 IMPULIT EAS PARENTEM INTERFICERENT] Ita MS. Sed Veneta & Micyll. unâ voculâ auctius, *impulit eas ut parentem* &c. Vide ſupr. ad Lib. II. fab. 12. MUNCK.

5 CONSPECTUM INIMICORUM PROFUGIT] Sic Lib. IX. fab. 9. *Patriam profugit*. Lib. VIII. 3. *Minoem profugere vellet*. Et, *profugerent regis imperium*. Confer quae annotavi ad Hyg. Myth. cap. 277. MUNCK.

## Ad FAB. V. VI. &c.

6 O. MONTEM THESS.] Schol. Apoll. Rh. II. 517. Ὄθρυς, ὄρος Θεσσαλίας ὑψηλόν. v. Spanh. ad Callim. H. Cerer. vs. 87. Theſſaliam altiſſimos montes habere, & inde e diluvio Peloponneſum, quae maxime depreſſa erat, & humilliſimis adſurgebat montibus, obruente, quoſdam in hac regione fuiſſe ſervatos docet Salmaſius de Ling. Hellen. pag. 299.

7 CERAMBUS] Exiſtimo hunc eſſe Cerambum illum, de quo Anton. Liberal. cap. 22. Nam conjecturae ejus, qui *Terambum* transformat in *Cerambum*, favere mirificè hunc Ovidii locum alias dixi. Ἐρυθρὸς inquit Antoninus ὑλοφάγος κεραμβύξ. φαγίλης ὃ ἐπὶ τῶν ξύλων, καὶ ἔστιν ἀγκυλὸς ὀδόντων τῶν, καὶ σιαγόνας τὰ ζῶντα κινεῖ &c. Quae verba ita verterim: *Factus eſt cerambyx, quod eſt inſectum frondivorum, conſpiciturque in arboribus, curvis dentibus, maxillas ſemper movens* &c. Ξύλα ſunt arbores. Οἱ ἑ Geneſ. cap. III. Ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν &c. Pſalm. I. vers.

delatus ſit, & in montem Parnaſſum, qui eſt altiſſimus. Hinc Pitanen AEoliae urbem relinquentem, vidiſſe draconem in ſaxum eſſe transfiguratum. Deinde Idaeum nemus adiſſe, [8] in quo Liber pater juvencum transfiguratum in cervi figuram ſubtraxit. Nec minus, qua Corythi pater parvo conditus eſt ſepulchro: & quae Maera in canis figuram eſt converſa.

## *Fab.* X. XI. & XII.

Ab his regionibus digreſſam Eurypyli urbem contigiſſe, in qua Coae matronae [9] in cornutas boves transfiguratae ſunt [10] propter effectum, quod Veneri formam ſuam antepoſuerunt. Dehinc [11] Telchinas Ialyſios transgreſſam, quos Jupiter propter odium conjugis ſuae Junonis ſubjecit mari. quorum regione relicta, ad Caeam urbem perveniſſe: in qua Alcidamantem ſcribit ex filia vidiſſe columbam procreatam eſſe.

## *Fab.* XIII. & XIV.

Poſt haec lacum Hyries & Cycni Tempe: in quibus locis cum Phyllius

1. vers. 3. Καὶ ἴσαι ὡς τὸ ξύλον πιφιλάμφοι παρὰ τὰς διιξόδους τ ὑδάτων. Eccleſiaſt. cap. 11. vers. 5. Ἐφύτευσα ἐν κήποις ξύλον πᾶν καρπῶ. Et ſic ſaepe alibi illi interpretes. Etiam Graecorum more Ambroſius Hexaëm. Lib. 1. cap. 4. *ligna fructifera* appellat arbores fructum edentes. *Lignum pomiferum* eſt apud Vet. Interpr. Geneſ. cap. 1. vers. 11. Ubi Junilius Epiſcop. Afric. *Patet ex his verbis Dei, quia verno tempore mundi perfectus eſt ornatus. In hoc enim ſolent herbae virentes apparere in terrâ, & ligna pomis onuſtari.* Ὑλοφάγοι vero *frondivorum*, ut apud Diodorum Sicul. Lib. III. pag. 159. Οἱ δ ὑλοφάγοι μᾶ τίκτων ἢ γυναικῶν ἐπὶ τὰς τομὰς ἐξιόντες, ἀναβαίνουσιν ἐπὶ τὰ δένδρα, ἢ τοὺς ἁπαλοὺς τ ἀκρεμόνων ἀποθρίγουσι. Pro κινεῖν legendum κινεῖ. Sed hoc jam antehac monui, ut & γένυα ibi eſſe γένυας: adeo ut fruſtra apud Apollod. pag. 19. Καθειμένοι βαθεῖαν κόμην ἐκ κεφαλῆς ἢ γενύων, pro γενείων reſcribat Clariſſ. Tanaq. Faber. Heſiod. Aſp. vers. 167. Μιλάνθησαν δ γένυα, *denigrataeque illis erant maxillae.* Diaconus: Τὰ δ γένυα τ δρακόντων, ἤγουν ὁ περὶ τὸ στόμα ἢ τὰς σιαγόνας τόπος μέλας ἦν. MUNCK.

8 IN QUO LIBER PATER JUVENCUM] Ita reposui ex Venetâ, quâ cum & MS. facit, niſi quod perperam *Liberi patris* exhibet. Raenesium haec ex Regianis Commentariis interpolaſſe deprehendet, ſi quis conferre voluerit. MUNCK.

## Ad FAB. X. XI. &c.

9 IN CORNUTAS BOVES] Ita & Veneta & Micyll. MS. non agnoſcit τὸ *boves*. Nec ſanè boum diſertim meminit poëta. Rurſus dicendum etiam huic fabulae aſſutas eſſe lacinias ex Regianis à Raenerio: immo talia, quae pugnent planè cum Lactantianis. Illuſtrare tamen iſta inſtituit Barthius Adverſ. Lib. VIII. cap. 17. ut ſi à Lactantio eſſent profecta. MUNCK.

10 PROPTER EFFECTUM] Sic & MS. cum Venet. Micyllus, *propter affectum*. Forte, *propterea id factum*. MUNCK.

11 TELCHINAS] Qui faſcinatores inſignes erant. Unde Baſilius in Exercit. Grammat. Τελχῖν, ὁ βάσκανος. Et Heſych. Τελχῖνες, βάσκανοι, γόητες, φθονεροί, ἢ παρὰ τὸν τέγγειν, ἢ παρὰ τὸ θέλγειν. MUNCK. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 504. de inſula Rhodo: εἶτα Τελχῖνες, ἀφ᾽ ὧν καὶ ἐν Κρήτῃ Τελχῖνες εἰκάσαντες λέγεται, ΤΟΥΣ ΑΝΔΡΑΣ ΓΟΗΤΑΣ ΚΑΙ ΒΑΣΚΑΝΟΥΣ. Καίτοι τινὲς μάτην δυσφημεῖσθαι τούτους φασί. Βασκαίνειν γὰρ, μᾶλλον ὑπὸ τ αὐστηρίων αὐτοὺς ἀέλπτως ὑπάρξαντας ἐργάζεσθαι χαλκῆ ἢ σιδήρῳ, οἱ ἢ τὴν ἄρκτον τῇ Κρήτῃ ἐδημιούργησαν. Plura de Telchi-

lius quidam gravi amore pueri teneretur, & imperio ejus volucres indomitas, ac leonem [1] manum pati coëgiſſet, taurumque viciſſet, neque ideo labor [2] ejus potiendi merces exſtitiſſet, indignatus, cum ſe ex praecipiti loco odio laboris jaceret, in volucrem olorem converſus eſt. Hyrie autem mater ejus flendo adſidue caſum filii ſui in ſtagnum deorum miſericordiâ delicuit, quod ſui nominis eſſet.

## *Fab.* XV. XVI. XVII. XVIII. & XIX.

Ab his locis digreſſam Pleurona perveniſſe, in quâ urbe Combe, cum [3] Phaſnei filii occiderentur, deorum miſericordiâ effectum eſt, ut in avem transformaretur. [4] Ab his Calauream Latoniam, ubi regem cum conjuge in volucrem verſum. Deinde Cyllenen adiiſſe, ubi [5] Menephron, ne cum matre concumberet, à Jove in ferae ſpeciem transfigura-

chinibus, qui Magi ſive praeſtigiatores fuerunt habiti, dabit Spanh. ad Callim. H. Del. vs. 31.

## Ad FAB. XIII. &c.

1 MANUM PATI] Id eſt manſuetum, nec ferum, ſed facilem ac commodum eſſe. Egregie hanc locutionem inluſtrat Burmannus ad h. l.

2 EJUS POTIENDI MERCES EXSTITISSET] Juſtin. Lib. I. cap. 7. *Brevi poſt tempore caedes Candauli nuptiarum pretium fuit.* Ita omnino legendum cum ſummo viro I. Fred. Gronovio. Non merebatur elegans iſta loquendi ratio, ut à Raenerio obliteraretur. Fabulam hanc luculenter narrat Anton. Liberal. cap. 12. MUNCK.

## Ad FAB. XV. &c.

3 CUM PHASNEI FILII OCCIDERENTUR] Sic Veneta & Micylliana. MS. *faſnei.* Corruptè omnino. Sed cum fabula iſta mihi alibi lecta non ſit, quid exſculpi inde debeat, non video. Niſi cui placeat, *in quâ urbe Combe Ophias, cum à filiis occideretur* &c. Raenerius ex Regianis commentariis, *Ne à filiis (centum enim peperiſſe fertur) occideretur.* Heſych. Κόμβη, Καρικαὶ μάτραι. Vide ibi Palmerium. MUNCK.

4 AB HIS CALAUREAM LATONIAM &c.] Haec deſumſi ex Micylli editione. Veneta, *Ab bis Galauream Latboum regem cum conjuge in volucrem.* Nihilo melius MS. *Ab bis Calauream Letoi regem cum conjuge in volucres.* Raenerius, quemadmodum ſolet, ad Regianos commentarios etiam heic confugit. MUNCK.

5 MENEPHRON] Vide Hyg. Mythol. cap. 253. Non valde diſſimilem huic fabulam habes apud Anton. Liberal. cap. 5. ubi *Neophron* vocatur, cujus ſceleſtis artibus accidit, ut AEgypius cum matre concumberet. MUNCK.

6 EUMELI] Admeti regis filii. Apud Antoninum Liberal. cap. 15. Eumelus eſt Meropis filius, cujus duae filiae Byſſa & Meropis, & filius Agron, in aves transformantur. Habitabat autem Eumelus ille Κῶν τὴν Μεροπίδα νῆσον, ut ait Antoninus. Verum id non probatur τῷ δείνι, qui emendatum it, τὴν Μεροπίδων νῆσον. Fruſtra, ut oſtendi in notis meis ad eundem ſcriptorem; quibus addas licet illud Callimach. Hymn. in Delum vers. 160. Ὠγυγίῃ δ' ἐπέβη Κόων Μεροπίδα νῆσον Ἰκέσθαι. Schol. Homer. ad Iliad. ξ. vers. 255. Καλλιγένειός τε εἰς κῶν τὴν Μεροπίδα, ἐκαλέσθη ἐπώνυμος ἡ νῆσος. Euſtath. in Homer. Iliad. pag. 73. ed. Baſ. Εὕρηται ὁ κῶς οἱ Κῶοι, τινὲς δὲ οἱ τὴ Κῶς τὴν νῆσον ἔποικοι, Μεροπὶς ἰδίως καλούμενοι, οἰκήσαι ἐπικαί, καὶ ἡ τῆσδε αὐτὴ Κῶς Μεροπίς. Apud Anonymum modo laudatum invenio etiam ad Iliad. A. vers. 590. Περιέχει τὴ Κῶ τὴ Μεροπίδ. Poſſet ergo refingi, Κῶν τὴν Μεροπίδα νῆσον. Sed non placet. MUNCK. Vide de variis Eumelis Heinſ. & Burm. ad Ovid. VII. M. 390.

## Ad FAB. XX. &c.

7 ALIQUANDO ETIAM EPHYREN CONTIGISSE VERSAM &c.] Ita cum MS. habuit, tum & Veneta

figuratus eſt. Poſt eorum caſum profectam vidiſſe Cephiſum nepotis ſui exitium deflentem, qui ab Apolline in phocam transfiguratus fuerat. Item domum [6] Eumeli adiſſe, lugentis filiam in volucrem ceſſiſſe.

## *Fab.* XX. XXI. & XXII.

[7] Aliquando etiam Ephyren contigiſſe verſam pennis viperinis, in quâ urbe primum ex fungis edita exiſtimantur corpora. Ibi cum parente Creuſam conſumptam venenis, nec minus natos ab ipſâ interemtos, Iaſone relicto. Inſpectis itaque caſibus miſerorum, veniſſe etiam Athenas, ubi Phineum & [8] Peripham in aves converſos. Item neptem Polypemonis volucrum expleſſe numerum.

*Fab.*

neta habet. Adſtruit praeterea etiam lemma ipſum *Ephyre in ſerpentem* eam lectionem. Inſulſiſſima tamen eſt, & arguit ſupinitatem inſignem auctoris: immo apertè oſtendit non intellexiſſe eum verſum illum Naſonis, *Tandem vi; creis Ephyren Pirenida pennis Contigit.* Geminum huic prorſus & germanum, quod Lib. III. fab. 10. narrat, ex Tyrrhenis nonnullos in aves eſſe mutatos, quod Naſo dicat, *In ſpatium reſilire manus breve vidit, & illas Jam non eſſe manus; jam pinnas poſſe vocari.* MUNCK.

8 PERIPHAM] *Peripbantem* fuiſſet ſcribendum. Fabulam hanc, id quod interpretes fugit, narrat Antoninus Liberalis cap. 6. Ζεὺς ὁ ἰλθὼν εἰς τὰ οἰκία τοῦ Περίφαντος, τῇ καλλονῇ ὁμιλοῦντα τῇ γυναικὶ, πάσας ἀμφοτέρας ταῖς χερσὶν, ἐπείσθη ὄρνιθα αὐτὸν. Τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἀνθοῦσαν καὶ αὐτὴν ὄρνιθα ποιῆσαι σπείρων τῷ Περίφαντι, ἐπωνόμασε φῶνα. hoc eſt, *oſſifragam*; quam & *barbatam* dictam Plinius refert Lib. X. cap. 3. *Oſſifrangus* eſt Iſidoro Lib. XII. 7. Orig. Inter accipitres numerat AElian. Animal. Hiſt. Lib. XII. cap. 4. Ariſtoteles περὶ Θαυμασ. Ἀκουσμ. p. 97. ed. Sylb. Ἐκ δὲ ζεύγους ὁ τὸν αἰετὸν θάτερος τὸν ἀγρίων (ἀγρίων Geſn.) ἀλιαίτου γίνεται παραπλήσιος, ὡς δὲ σύζυγα ζῶσι), καὶ ὁ τὸν ἁλιαίτον φασὶ γίνεσθαι) &c. Φῶνς dicitur à Dioſcoride Lib. II. cap. 58. Φῶνς τὸ ὄρνεον, inquit, ὃ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν ὀσσίφραγον. Sed hanc non meam eſſe, ſed Boſcharti obſervationem ait Vir Clariſſimus, ſiquidem in ſuo Hierozoico ex Dioſcoride hunc locum adducit alicubi Boſchartus. Fateor bilem movere mihi tam jejunam malignitatem. Nemo, opinor, ferat me ita ſcribentem: Φῶνς eſſe Romanorum oſſifragam docet ex Dioſcoride in Lexico ſuo Criſpinus; ergo non Boſcharti haec, ſed Criſpini obſervatio eſt, & hic ab illo compilatus. Quaſi vero τὸ ἀδύνατον ſit eſſet, ut duo idem legerint. Atqui ille tam rigidus aliorum cenſor ipſe duorum locorum emendationes in annotationibus prioribus ad Anton. cap. XXXI. ſibi confidenter vindicat, quas in ſecundis curis, neſcio quâ motus cauſſâ, ſimpliciter vero auctori, hoc eſt, Cluverio acceptas refert. Aut fateatur hoc neceſſe eſt, idem ſibi, quod Cluverio, veniſſe in mentem, aut eas à ſe Cluverio ſubtectas. In Antonini loco modo adducto ſuſpectum mihi eſſe ſcripſeram nuper τὰ οἰκία, & rectius videri οἰκῆα, quo utitur eodem ſenſu idem ſcriptor cap. 5. 10. 12. & 30. Sed omnia illa loca corrupta eſſe affirmare non dubitat Vir Cl. & in illis οἰκία reſcribendum: non pati enim naturam vocis & genium linguae Graecae, ut οἰκῆα dicamus aedes noſtras. At quid linguae Graecae genius patiatur, non aliunde nobis, quam ex veterum monumentis diſcendum, in quibus ſi οἰκῆα ſacpiculè pro domo & ſede domeſticâ poni invenerimus, nemo genio id linguae illius repugnare dixerit. Praeter Theophraſt. cujus eſt illud in de Cauſ. Plant. Lib. IV. cap. 15. ὅτου σίτου εἰς τὰ οἰκῆα τιθῇ, addo nunc ita loqui etiam Parthenium Erot. cap. 27. Καὶ ἐγγαστρίμυθον εἰσιόντα ὕστερον εἰς τὴν οἰκείαν ἐλάσαι, *aedibus expuliſſe.* AElian. Var. Hiſt. Lib. III. cap. 17. Ἀγαγεῖν τὸν ἑκάτον εἰς τὰ οἰκῆα, *domum reducere.* Lucian. in Aſino: Πρὸς τὴν ἑταίρας καλοῦμαι εἰς τὰ οἰκῆα, *domum venimus.* Tzetz. in Lycophron. p. 150. ed. Baſ. Λίσσετο δὲ Λοκρῶν περὶ τῆς Γυρίας πίτυας ἐκκαγῆσαι τοῦ, οἱ Λοκροὶ μόλις σαλπιγκτὴς ἦλθον εἰς τὰ οἰκῆα, *domum venerunt.*

## *Fab.* XXIII.

Ab his noviſſimè excipitur ab AEgeo, [1] nec minus jungit foedus. Inter haec Theſeus AEgei filius, errore & laboribus plenus, excipitur à patre; cui protinus Medea parat venenum, quod aconiton adpellatur. Hercules enim cum ad inferos deſcendiſſet, miſſus ab Euryſtheo, ut canem tricipitem ad ſuperos perduceret, poſtquam eum in regionem Ponticam perduxit, territum animadvertit ex novitate aeris vomitum profudiſſe. Notato itaque loco, ſpumam ejus in venenum eſſe converſam [2] repertum eſt: quod Graeci aconiton nominant, [3] quia naſcitur in cautibus.

## *Fab.* XXIV.

Poſt haec referunt feſtos dies agentes laudes Theſei, quemadmodum taurum Marathonium interemiſſet; ut etiam Procruſten, [4] Cercioniſque necem peregerit, [5] qui trabes obponebat hoſtibus, ita ut victi exanimarentur ab eis: Scironem quoque Neptuni, ſolitum iter facien-

*nerunt.* Adhaec quemadmodum apud Latinos *domus* pro patriâ; ita & apud Graecos τὰ οἰκεῖα ponuntur interdum. Parthenius Erot. cap. 4. Πόλιμον ἐπάξειαν τοῖς οἰκείοις, *bellum patriae inferet.* Et quid mirum οἰκεῖα pro domo accipi, cum συνήθειαν ejus ἰδία eo ſenſu accipi nonnunquam deprehendatur? I. Eſdr. cap. VI. vers. 32. Λαμβάνω ξύλον ἐκ τῶν ἰδίων αὐτοῦ, *ut ſumatur lignum de domo ejus.* Sanè in Eſdr. Canon. cap. VI. vers. 11. pro ἐκ τῶν ἰδίων habetur ἐκ τῶν οἰκίας. Vulgata tranſtulit, *ut ſumatur lignum de ſuis propriis.* Nimirum *ſua* vel *propria* vocant etiam Latini ſedes ſuas domeſticas. Amm. Marcell. Lib. XVI. p. 136. ed. Boxh. *Raptâ ſarcinarum & jumentorum cum calonibus parte maximâ, redit ad ſua.* Lib. XVII. p. 158. *Ut ponte compacto transgreſſus in ſuis requireret barbaros, cum nullum reliquiſſet in noſtris.* Et pag. 163. *Repedavit ad ſua.* Interpres Abdiae Babyl. Lib. III. p. 20. *Abiit unuſquiſque ad propria.* Pag. 34. *Cum revertiſſem ad propria.* Euagrius in vitâ Antonii. *Abiit ad ſua.* Petron. Fragm. Trag. p. 50. ed. Blav. *Oſculatique menſam, rogamus nocturnas, ut ſuis ſe teneant, dum redimus à coena.* h. e. ἐν τοῖς οἰκείοις. Etiam Plin. Lib. I. epiſt. IV. *Si quando in noſtra diverteris.* Οἰκία non eſſe uſitatum πιζοχέφοις, vel inde liquet, quod tanquam rarum quid in Arriano id annotet Euſtathius. At frequenter apud Herodotum occurrit. Non nego; ſed inde fieri id ajo, quod ſcriptor ille Jonicus ſit. Nam Ionum eſt ex maſculinis vel faeminis facere neutra. Colligo ex Schol. Apollon. ad Lib. III. vers. 137. & Schol. Homer. ad Iliad. E. vers. 722. Illius verba ſunt: Κύκλα λίγε τὰς ῥώμβους, κυκλώματα. Ἰωνικῶς ὁ τὰ κύκλα ἀντὶ τοῦ κύκλους, ὡς λύχνα καὶ ἐλέφα. Confer Etymol. magni auctorem p. 585. Ed. Sylburg. MUNCK.

## Ad FAB. XXIII.

1 NEC MINUS &c.] Ita & Veneta & Micylliana. Raenerii nulla heic habenda ratio, cum nova ille cudat, non vetera revocet. MS. *nec mora jungit foedus.* MUNCK.

2 REPERTUM EST] Veneta non agnoſcit iſta verba. Agnoſcit tamen Micyllus. MUNCK.

3 QUIA NASCITUR IN CAUTIBUS] *Cotibus.* Micyll. MS. *Quia à caute nomen accepit.* Naſo: *Quae quia naſcuntur durâ vivacia caute, Agreſtes aconita vocant.* Nimirum ἀκόναι cautes ſive cotes Graecis ſunt. Scholiaſtes Nicandri Alexipharmaci

facientibus tendere insidias: qui postquam à Theseo est interfectus, [6] ejus ossa fluctibus agitata scopulis inhaeserunt: unde Scironides petrae adpellatae ab ejus nomine.

## *Fab.* XXV.

Arne cum [7] insulam Sithona, in quâ genita esset, hosti Athenas obpugnanti, capta pulchritudine auri, vendidisset, ne pro meritis supplicia penderet, in volucrem monedulam est transfigurata, quae adhuc amore splendoris ejus tenetur.

## *Fab.* XXVI.

AEacus Jovis & AEginae filius cum [8] Asopidem insulam conjugis nomine incoleret, & gravi pestulentiâ Junonis irâ populum amisisset, precibus & misericordiâ à Jove inpetravit, ut, vastatâ insulâ, quot formicae in eâ adparuissent, tot versae in hominum facies desideratam multitudinem explerent. Neque inmerito, [9] siquidem ex hujusmodi animalibus creverant, Myrmidones sunt adpellati. Formicae enim

pharmacis: Ἰσρεῦται δὲ τὸ Κέρβειον ἐξ ἅδου ἀνιχθέντα, μὴ δυνάμενον ὑπομεῖναι τὰς αὐγὰς τοῦ ἡλίου, καὶ ἐμέσαι, καὶ ἐκ τοῦ ἐμέτου ταύτην φύσαι τὴν βοτάνην. ὑπερέσχε δ' ἔοικεν. Ἀχέρων δ' ποταμὸς ἐν Ἠπείρῳ τῇ Πανδοσίᾳ. ἔνθα τὸ ἅδου κύτος ὁ Ἡρακλῆς ἐξήγαγε. ᾗ ὁ λύκος ἀκόνιτος λέγεται: MUNCK. Schol. Juvenalis MS. ad Satyr. I. vs. 158. *Aconitum herba est venenifera, dicta ab eo, quod in cautibus & saxosis locis nascatur. Fertur autem haec herba de spuma Cerberi nata, quam, cum ab Hercule traheretur, & in lucem hanc insolitam intraret, egessit.* Hunc Scholiastae locum debeo Obs. Misc. Vol. V. Tom. II. pag. 267. 268. ubi vide, quos laudat vir doctus, item Eust. ad Dionys. Perieg. vs. 787.

## Ad FAB. XXIV.

4 CERCIONIS NECEM PEREGERIT] Τὸ *peregerit* non habet Veneta. At habet Micylliana. Sed τὸ *Procrustem* tum mutare malim in *Procrustae*. MUNCK.

5 QUI TRABES OPPONEBAT HOSTIBUS] Atqui hoc non Cercioni, sed Sinidi tribuitur cum ab aliis, tum à Nasone ipso. Confer Hyg. Myth. cap. 38. MUNCK.

6 EJUS OSSA] Ita Micyllus. Veneta, *ejus fluctibus agitatum scopulis inhaesit.* Videtur voluisse *corpus fluctibus* &c. MUNCK.

## Ad FAB. XXV.

7 INSULAM SITHONA] Ita Raenerius edidit. Micyll. *Sithon.* Venet. *Scython.* Legendum esse *Sipbnon* vult Nob. Heinsius. Vide quae dixi in Praefatione ad Lectorem. MUNCK.

## Ad FAB. XXVI.

8 ASOPIDEM INSULAM CONJUGIS NOMINE] Falsum hoc, tametsi & MS. & antiquitus excusi omnes ita praeferant. Vidit & Raenerius hoc. Itaque substituit: *OEnopiam, quam postea de matris nomine AEginam appellavit.* Illa AEgina erat *Asopis*, hoc est, Asopi filia. Hinc AEacus vers. 616. Lib. VII. Met. *Jupiter ô, dixi, si te non falsa loquuntur Isse sub amplexus Asopidos AEginai.* MUNCK.

9 SIQUIDEM EX &c.] Ita & Veneta cum Micyll. Sed MS. *qui ex* &c. Quod praefero. MUNCK.

enim Graecè myrmices adpellantur. Porro autem ſenſus hos Cephalo ſciſcitanti [1] narrat AEacus.

## *Fab.* XXVII.

[2] Cephalus de donis refert invicem AEaco de Procride conjuge, & cur, aut unde telum gereret. Cum in monte Hymetto Atticae regionis venaretur, ab Aurorâ [3] ob ſpeciem raptus eſt: quem ut comperit Procridis prioris conjugis amore inplicatum à ſe velle diverti, fecit, ut mutata ſpecie remiſſus Cephalus Athenas contenderet, & eam pollicitis muneribuſque tentaret, an pudicitiam puram poſſet ſervare. Pluribus itaque rebus ad uſum foeminarum comparatis, quibus capi poſſet, fallacia mentem elicuit. Quod ut illa comperit, à marito ſe eſſe deceptam, pudore exterrita, ut conſpectum ejus evitare poſſet, altis ſe recondidit ſaltibus. [4] *Cephalus autem amoris inpatientiâ, cum ejus abſentiam ferre non poſſet, precibus inpetravit, ut ad ſe rediret: reverſaque canem ei dedit velociſſimum, & jaculum inevitabile, quod numquam fruſtra jaceretur.*

## *Fab.* XXVIII.

[5] *Thebani, Naiadibus, Nympbiſque futura praedicentibus, Themidis*

1 NARRAT AEACUS] Sic Raenerius. Sed Venet. Mic. & MS. *edocet AEacus.* Quod ſoloecam reddit orationem. Notat Barthius Adverſ. Lib. VIII. 17. *Senſus* eſſe hiſtorias & narrationes. Mihi haec poſtrema periodus de gloſſa ſuſpecta eſt. Confer quae dixi ad Fab. 1. Lib. VI. MUNCK.

## Ad FAB. XXVII.

2 CEPHALUS DE DONIS] Haec eſt lectio MS. ut & Venetae ac Micyllianae. Sed eam cum non intelligeret Raenerius, ſatius duxit ita referibere: *Cephalus refert invicem AEaco de donis à Procride conjuge acceptis.* Lege tu, *Cephalus Deionis.* Scil. filius. Eſt elegans helleniſmus, quem per imperitiam auctori huic ereptam aliquoties reſtituere neceſſe habuimus. Vide quae annotavi ad fab. 3. Lib. VI. MUNCK.

3 OB SPECIEM] Pauſan. Lib. III. cap. 18. p. 256. Κέφαλον δὲ καὶ πάλαι τινὰ ὑπὸ Ἠμέρας τοῦ ἡρπαγμένου.

4 CEPHALUS AUTEM] Haec de ſuo addidit Raenerius. Certè nec in MS. nec in antiquitus excuſis comparent. MUNCK.

## Ad FAB. XXVIII.

5 THEBANI NAIADIBUS] Nec hoc argumentum in MS. vel Vett. Edd. invenitur. Immo καὶ τάδε à Raenerio deſcriptum eſt è Regianis commentariis. MUNCK.

## Ad FAB. XXIX.

6 HIC CUM ASSIDUE] Ita MSS. & Vett. Edd. quae hoc argumentum annectunt fab. XXVI. MUNCK.

7 REFRIGERANTIS CEPHALI] Ἰσως, *refrigerari cupientis Cephali.* MUNCK.

8 FERTUR AUTEM ID TELUM CUM CANE &c.] Sic malui cum Micyll. quam & *telum* cum Venetâ. Caeterum telum illud ut & canem Laelapem acceperat à Minoe Procris, quod ſanaſſet eum morbo laborantem ſanequam monſtroſo. Nam, ut cap. 41. narrat Antoninus Liberalis,

è Mi-

*dis deae obſcura dantis reſponſa templum everterunt. Indignata dea feram inmiſit, quae pecora & agreſtes vexabat. Ad quam obprimendam cum reliqua Graeciae juventute convenit Cephalus cum jaculo & Laelape cane à Procride adcepto. Qui cum miſſus vulpem perſequeretur, eſſetque Cephalus telum conjecturus, utrumque adſpexit in ſaxum commutatum.*

## *Fab.* XXIX.

[6] Hic cum adſiduè Dianae ſtudio feras perſequeretur, & ambigua vox [7] refrigerantis Cephali ad eam eſſet perlata, qui ex nimio aeſtu auram ſaepius invocaret, non inmemor priſtini amoris, dum virgultis ſe recondit, ut ſpecularetur, an eſſet aliqua aura nomine, cujus ille cupiditate inpulſus à ſe alienaretur, Cephalus procul ſpeculatus vehementius moveri virgulta, dum latere feram exiſtimat eo loco reconditam, jaculo emiſſo, conjugem inprudens interfecit. [8] Fertur autem id telum cum cane ab eadem conjuge Procride Cephalo tributum, cujus vim ob iram Aurorae, ſimiliter ut ferae ab eo percuſſae, maximo cum luctu viri experta eſt.

*Fabu-*

ἀ Μίνως ἴφασις καὶ σκορπίους καὶ σκολοπένδρας ἔρισκεν, καὶ ἀπέθνησκον αἱ γυναῖκες, ἴσαις ἰμάσιν. Sic rectè eum locum ordinabat Salmaſius. Sed τὸ ἔρισκεν cum non valde placere mihi, quod nimis Ionicum videretur, nuper ſcripſiſſem, regeſſit Vir Cl. neminem debere offendi eâ voce, cum ipſe complura Ioniſmi veſtigia in hoc deprehenderit ſcriptore. In hunc ei cenſum venit cap. 32. Πολυδώρας pro Πολυδώρους. Sed quis dixit ei Πολυδώρη eſſe Ionicum? Ioniſſat ergo etiam Apollodorus Lib. III. cap. 12. Καὶ γίνεται θυγάτηρ αὐτοῦ Πολυδώρη. Ego Atticum potius dixerim. Etym. magni auctor col. 31. ed. Sylburg. Λέγει τὸ χοιρίον, καὶ Ἀττικῶν, κάπρη. Remanſerint iſta & id genus alia ex Ioniſmo in Atticâ linguâ. Una enim Attica olim & Ionica dialectus, ut inter alios notavit & Euſtathius ad Dionyſ. p. 109. ed. Steph. Pro ἴφασι, quod etiam cap. 32. legitur, & Doricum facit Vir Cl. omnino legendum ἴφασκε. Parthen. Erot. cap. 4. Ἡ δὲ γυνὴ μὴ ἴφασκεν εἰς τὸ πρόσω. AElian. Multifar. Hiſtor. Lib. VI. cap. 4. Οἱ δὲ ἴφασκεν ἀξιοῦν. Laërtius in Ariſtotel. pag. 311. ed. Caſaub. Τοὺς Ἀθηναίους ἴφασκεν ὠμοὺς καὶ ἀγρίους καὶ ἀνόητους. Adde his, quae adduxi ad Anton. pag. 256. Tamen διφάζει interdum Antoninus. Quomodo hoc probas, vir doctiſſime? quia ἴφασαν dicit. Nempe hanc ab ἴφασα vis eſſe tertiam perſonam pluralem. Ergo ego, quem tum contemptim praetextatorum magiſtrum appellas, conjugare te magnum doctorem docebo? S. Ἔφω, ἴφης, ἴφη. D. Ἔφατον, ἰφάτην. P. Ἔφαμεν, ἴφατε, ἴφασαν. Sed in Ioniſmo Liberali aſſerendo felicius rem geris. Cap. 39. χοίων legitur pro χοῶν. Falſum hoc. Γοίων ſcribere voluiſti. Habetur enim ibi, γοίων ἐκ ἰσιφαιῶν, *parentibus obſcuris natum*. Jam declinare neſcis, ut qui ignores, quod vel praetextati mei norunt, tertiam contractorum in genitivo plurali non pati contractionem. At cap. 41. γοίας pro γοέας. Falſum; nec vola, nec veſtigium comparet. Κορῶν, quod Ionicè pro κορέων eſſe dictum vis, utique ibi reperitur, ἐξαλλάξασα τὴν ἐσθῆτα, καὶ τὴν κορὴν τ' κιφαλῆς εἰς ἄνδρα, *Mutato habitu, & tonſo capillo, ut vir videretur*. Sed κορῶν qui Ionicum vult eſſe, pro κορέων, ille profectò cor non habet, & explodi aequè dignus, ac ille, quem Var. Lect. Lib. XII. cap. 17. exagitat Muretus, quod Ariſtophanis iſtum

## *Fabulae Lib.* VIII.


I. Scylla Niſi filia in avem cirin, & Niſus pater ejus in avem haliaeetum.
II. Ariadne in coronam.
III. Perdix in avem ſui nominis.
IV. Meleagrides in aves.
V. Nymphae Naiades in inſulas.
VI. Perimele in inſulam.
VII. Jupiter & Mercurius in hominum ſpecies.
VIII. Caſa Baucidis & Philemonis in templum.
IX. Baucis & Philemon in arborum ſpecies.
X. Proteus in varias figuras.
XI. Meſtra in varias ſpecies.


*Fab.*

verſiculum, *Πάγκα τίλλ᾽ κυρίαν ὑπ᾽ ἀλίαις*, verterit *Barbam velle à puerorum ulnis*. Reſtant ex Ioniſmo tuo cap. 17. *κακῖς κῆρ*. & cap. 32. *Τιτῆας*. Quod ad poſterius attinet, quin pro eo *Τιτᾶνας* ſit reponendum nemo ambiget. Dein *κόρ* pro *κῆρ* flagitare ipſum Liberalem ſibi reſtitui oſtendi in notis ad eum ſcriptorem p. 146. Ab Ionicâ & Doricâ dialecto venis tandem ad AEolicam, & eam etiam vindicas Antonino, quia dixit cap. 41. *σὺγι ἰδιάσεται* &c. Ergo cenſendum AEolicè quoque loqui Platonem, Lucianum, AElianum, Parthenium, aliosque complures, apud quos paſſim reperire eſt optativi aoriſtos primos iſtâ formâ. Audi non me, ſed Etymol. magni auctorem, *Τίσειαν, ἀείρω πρῶτ. ἀόριστ. ἀίραιμι Αἰολικὸν πρῶτ. προσώπ. τ᾽ πληθυντικῶν. Ἐκεῖνοι γὰρ τὸ τύψαιμι τύψειαν λέγουσι. Τὸ δόσειεν, τύψειας. Τὸ πρῶτ., τύψειε. Καὶ πᾶ ῥῆ πρώτ. χρῶνται οἱ Αἰολεῖς. τοῖς δ᾽ λοιποῖς προσώποις ἡ κοινὴ συνήθεια τῇ ληξάσῃ*. Ejuſdem farinae eſt, quod ad cap. 1. notas AEoles dicere *θῆρις*, pro *φῆρις*, cum contrarium verum eſſe liqueat ex Euſtath. ad Hom. Iliad. p. 76. & Odyſſ. 627. ed. Baſ. & Heſych. *φῆρις*, inquit, *οἱ Κύπριοι, Αἰολικῶς. φηρία, θηρία Αἰολεῖς*. Quod ſi ego tantum flagitiorum in meis Antoninianis animadverſionibus admiſiſſem, nemo, opinor, ferre te potuiſſet, ut qui quacunque occaſione, & ſaepenumero injuſtiſſimâ de cauſa adeo inſolenter mihi inſultes, ut ſi prae te non infimi ſubſellii magiſtellus, ſed omnino puer eſſem. Certè in omnibus oſtendis, quam vehementer tibi placeas tuâ Graeci ſermonis notitiâ, immemor prorſus *αὐτὸν* eſſe *τ᾽ σφετεροῦ ἰγκωμίου*. Ignoſce vera dicenti, Vir Clariſſime. Solitus ſum non literas tantum, ſed & mores docere pueros. Eſſe adhuc, quae diſcas, cum haec oſtendunt, quae propemodum omnia in unâ pagellâ peccaſti, tum & complura alia, quae vel alibi jam dicta ſunt, vel porro, ubi occaſio ſe obtulerit, dicentur. Unum heic aut alterum adhuc ſubjungam. Legitur cap. 4. *Ἡκηρώθης ὑπ᾽ αὐτῶ κρατηθῆναι, ὅτι τὰς Γηρυόνα βῶς συνελόντες ἀφειλέτο*. Pro *συνελόντες* in priori editione reſtitui jubebas *συνέλαυν τὰ ἀφειλέτ*. Id quod ridiculum eſt, & digniſſimum, quod exagitaretur. Sed id alieniſſimum à moribus meis eſt, nec unquam à me factum. Diſſimulato errore illo tuo puerili, dixi legendum videri, *συνῆλθον δ᾽ ἀφειλέτ*. Οἱ ὁ. Zachar. cap. 11. vers. 11. *Καὶ τὰ ὦβρ ἰσάρωσαν δ᾽ μὴ εἰσακούειν*. Jobi cap. 1. vers. 16. & aliquot ſeqq. *Σαβεὶς ἐγὼ μόνο ἦλθον δ᾽ ἀπαγγέλαί σοι*. Subauditur *ἵνικα*. quod addit Palaephatus in Praefat. *Τᾶ θαυμάζειν ἵνικα τὰς ἀνθρώπους*. Quod etſi tu vidiſſes, mutato tantum *τὸ συνέλθον* in *συνῆλθον*, legi nihilominus voluiſti, *συνῆλθον τὸ ἀφειλέτ*. Sed quaeſo te, quis Graecorum ad eum modum loqueretur? *συνέρχεται ὁ λαὸς τὸ ἀκούειν*. Scuticam, mehercules, meretur, ut & illud, quod eod. cap. in iſta oratione (*ἔλεγεν*) *αὐδῆς ἐν τῇ πόλῃ παῦσαι πλειόνας ἐμφύλιον πόλεμον*, pro *αὐτὸς* affirmas ſenſum flagitare *αὐτόν*. Vin' tertium proferam? Immo flagitat id feſtivitas ejus. Cum legiſſes cap. 13. *Ἡ τὸ σῶμα καθαιρύσῃ τὸ τ᾽ ἀδελφῆς*. Quaſi *καθαίρω purgo* & *καθαρῶ depono* idem

## *Fab.* I.

Minos Jovis & Europae filius, cum propter filium Androgeum interemptum ab Athenienſibus poenas repeteret, [1] Megara, in qua urbe regnabat Niſus, [2] continuo cum Athenienſibus adceſſit. Quâ expugnatâ, animo conceperat, occiſis hoſtium praeſidiis, [3] victoriam faciliter conſecuturum. Inter quae Scylla Niſi filia murum [4] adſcendit [5] delectandi gratia, propter lapidem vocalem, [6] qui Apollinis citharae poſitus ſonitum adjecerat. Ut animadvertit Minoem urbi adſidentem cultu regali, belliciſque rebus intereſſe, pulchritudine ejus exarſit. Et cum potiendi nullam viam inveniret, ut victorem hoſtem faceret glorioſiorem, crinem purpureum patri dormienti abſcidit, quo fata patriae continebantur. Quem cum, reſeratis portis adcepto hoſte, ad Minoem pertuliſſet, ille inpium facinus averſatus, no-

idem eſſent, annotandum duxiſti ad iſta verba, *Solebant veteres defunctorum cadavera lavare & à ſordibus purgare.* Annotaſſes potius καθαρμὸς propriè dici de illis, qui ſuſpenſi ſunt. Joſuae cap. X. vers. 27. Καθεῖλον αὐτὰς ἀπὸ τῶ ξύλων. Et cap. VIII. 29. Καθείλοσαν τὸ σῶμα αὐτῦ ἀπὸ τῶ ξύλω. Luc. cap. XXII. 53. Καθελὼν αὐτὸ, εἰσετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι. Actor. cap. XIII. 29. Καθελόντες ἀπὸ ξύλω. Ubique verbo Latino *depono* Gr. καθαιρῶ expreſſit Vetus Interpres. Ut & Abdiae Babylon. metaphraſtes Lib. I. *Propriis manibus de cruce depoſuit.* Sed taedet iſtis quiſquiliis diutius immorari. Unum hoc addam tantum, locum priorem ex cap. 4. re accuratius penſitata, non tam emendationem, quam explicationem flagitare mihi viſum. Dicere enim poſſumus σωσιλίττης poſitum eſſe pro σωσιλίττεις ἦσαν, vel σωσῆλθον. Vide Tzetz. ad Heſiod. pag. 20. ed. Heinſ. & Schol. Hom. ad Iliad. Θ. vers. 307. quorum hic Aeolicum, ille Atticum id ſchema facit. Sic εἰ ὁ. Neem. cap. VI. vers. 2. Καὶ αὐτὶ λογιζόμθοι παῖδαί μοι τυγχάνι. hoc eſt λογιζόμθοι ἦσαν. Eſdr. cap. IX. vers. 4. Κἀγὼ καθήμθω ἀρυμάζων ἕως τ θυσίας τ ἑσπέρας. h. e. καθήμθω ἦν. I. Petr. cap. 3. vers. 1. Ὁμοίως αἱ γυναῖκες ὑποτασσόμθαι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσι. hoc eſt, ὑποτασσόμθαι ἦσαν. Poſſis etiam dicere ὅτι ἀφιλεῖς dictum eſſe pro ὅτι ἀφιλεῖν, quemadmodum ὅτι ἀλᾶσθαι αὐτὸν, *cum ipſe erraret*, in Pericle dixit Plutarchus. Quod Atticum eſſe dixi ſupra τὸ Πολυδάμας, in eo me confirmant etiam iſta verba Schol. Ariſtoph. in Plut. Act. III. ſc. 2. Ἀλάγε, μέγα ἡ σιμίδαλις. Ἀττικοὶ ὁ ἀλφὸς ὁ ἀ ἀλάγες, Αἰολεῖς ἀλέγες. ἡ δὲ κοινὴ ἀλφιτῶν ἀλφὸς ὁ ἀ ἀλάγος. MUNCK.

## Ad Lib. VIII. Fab. I.

1 Megara] Ita MS. & Veneta. Sed Mic. & Raen. *Megaram.* Et ſanè ita declinavit etiam Livius hoc vocabulum Lib. XXXI. cap. 22. & 25. ubi tamen *Megara* reponendum cenſet ſummus vir I. Fred. Gronovius. Vide ejus notas. MUNCK. Vide Cl. Burm. h. l.

2 Continuo cum Athenienſibus] Venet. & cod. Neap. *continuo.* Micyll. *continuè.* Sed *continuo* benè habet: verum pro *Athenienſibus* hiſtoria poſcit *Cretenſibus.* MUNCK.

3 Victoriam faciliter conſecuturum] Ita MS. Sed edd. τὸ *faciliter* ignorant, vel *ſe*, pro eo exhibent, ut forſan ſcripſerit auctor, *facile ſe conſecuturum*, niſi mavis, *faciliter conſecuturam.* MUNCK.

4 Aſcendit] *Aſcendens* Micyllſiana. MUNCK.

5 Delectandi gratia] Παιδιᾶς accipe. Juſtin. Lib. XVII. *Athenas quoque eruditi gratiâ miſſus, quanto doctior majoribus, tanto & gratior populo fuit.* Nepos Attic. cap. 9. *Hoſtis Antonius judicatus Italiâ ceſſerat, ſpes reſtituendi nulla erat.* Inſr. Lib. XII. fab. I. *Inter ſacrificandum abductis nubilus. à Dianâ rapta eſt.* MUNCK.

6 Qui Apollinis] Lege, *cui.* Interpres Abdiae Babyl. Lib. I. *Qui cum promiſiſſem, exegit à me ſacramentum perſeverantiae.* Etiam iſtic *cui* repo-

noviſſimè eam navigio recipere noluit. Patre jam [1] in avem piſcatoriam transfigurato, quam Graeci haliaeeton dicunt, ac perſequente filiam, illa quoque in volucrem Cirin transfigurata eſt.

## *Fab.* II.

Minos victor, cum ſtipendium Athenienſibus inpoſuiſſet, & nobilium liberi [2] quotannis ad Labyrinthum à Daedalo factum mitterentur, qui Minotauro objicerentur, quem Paſiphae Solis filia, Minois uxor, ejuſdem Daedali fabri ope juncta tauro, enixa fuerat: tertio ſtipendio Theſeus AEgei & AEthrae filius, in inſulam Cretam devectus, Ariadnae Minois & Paſiphaes filiae, quae pulchritudine ejus exarſerat, amore periculum capitis effugit. Digrediens itaque Athenas cum virgine abducta, ut Diam inſulam contigit, [3] Liberum patrem habuit in malis: deſertam enim à Theſeo ſibi copulavit deus. Utque ſui in eam amoris memoria exſiſteret, coronam nomine ejus in coelum tranſtulit.

## *Fab.* III.

Daedalus Eupalami filius ſupradictus, cum propter commiſſa Minoem,

reponendum. Sed vide tamen, quae annotavi ad Hyg. Mythol. cap. 220. MUNCK.

1 IN AVEM PISCATORIAM] Ita repoſui ex MS. Aquilam *piſcarien* appellat Serv. ad Eclog. VI. Fort. *piſcatoriam*, ut heic. Sed & haec & plura huc facientia dicta jam à nobis ſunt ad Hygini Mythol. cap. 198. ubi hanc fabulam habes. MUNCK.

## Ad FAB. II.

2 QUOTANNIS] Ita quidem & Hyginus Myth. cap. 41. & alii nonnulli voluere. At Naſo vers. 171. VII. Met. nono quoque anno ſolutum vult id tributum ab Athenienſibus. Quam ſententiam & Plutarchus amplectitur in Theſeo, & à plurimis veterum aſſeri ait. MUNCK. Virgilii, Diodori, Hygini & Lactantii auctoritate ductus Amaſaeus verbis Pauſaniae, quae interpretatur Lib. I. cap. 22. p. 67. Μίνως ὁ παυσιν ἐς Ἀθήνας πλεύσας —— ἐς πεῦθον ἐκέκευσεν, ἐς ὃ συνέχωρέθη οἱ παρθένους ἐς Κρήτην ἑπτὰ καὶ παῖδας ἴσους ἄγειν τῷ λιγομβρῷ Μινωταύρῳ, τὸν ἐν Κνωσῷ Λαβύρινθον εἰκῆσαι. insercit verbum *quotannis* ſatis audacter.

3 LIBERUM PATREM &c.] Sic quidem & MS. cum Venetâ. Plenius Micylliana: *Ut Diam inſulam contigit, eam deſeruit. Quae poſt multas lacrymas Liberum patrem habuit in malis adjutorem.* MUNCK.

## Ad FAB. III.

4 ICARIA DICTA EST] *Icaros* eſt aliis. Vide not. ad Hyg. Myth. cap. 40. MUNCK.

5 PERDIX CALAI FILIUS] Ita & MS. & Veneta. *Cali* Micyllus. Rectius omnino. Sed diſcedit heic ab aliis Lactantius, qui puerum, non patrem, appellatum volunt *Talum* vel *Calum*. Vide not. ad Hyg. Myth. cap. 39. MUNCK. Ita Pauſanias Lib. VII. cap. 4. p. 531. Δαιδάλου μὲν ἀδελφῆς παῖδα, ᾧ ἐπικάμψαι τὰ εἴκοσι τοὔνομα, ἐκεῖνος παρὰ Μίνω ἔφυγεν ἐς Κρήτην, ᾧ αὐτοῦ τε ἀγάλματα Μίνω ᾧ τοῦ Μίνω ταῖς θυγατράσιν ἐποίησε, καὶ ὧν Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι ἐδήλωσε, καθαγωνισθεὶς ὁ ἀδικεῖν ὑπὸ τοῦ Μίνω, ᾧ ἐς διαφοράν ἐμοῦ τῷ παιδὶ ἐμβαλεῖν, ἐκδιδάσκει τε ἐν Κρήτῃ, ᾧ

noem, à quo clauſus tenebatur, profugere vellet, pennas ſibi & filio Icaro aptavit, quibus, ut volucres, profugerent regis imperium. Quorum Icarus, quia praeceptis parentis obtemperare nequiverat, in inſulam maris decidit, quae ab ejus nomine [4] Icaria dicta eſt. Daedalus autem in Siciliam ad Cocalum regem, ſepulto filio, profugit. Cujus caſum [5] Perdix Calai filius Athenienſis pro gaudio tulit. Nam cum is à matre propter cognationem fratri datus eſſet in diſciplinam, quia primus ſerrae inventor fuerat, ob invidiam ingenii à Daedalo praecipitatus eſt. Cui in malis Minerva decidenti opem tulit. Ante enim, quam terram contingeret, ab eâ in volucrem eſt verſus, quae à nomine ejus perdix vocatur.

## *Fab.* IV.

OEneus Parthaonis filius, quia in ſacrificio [6] cogendorum fructuum conſulto praeterierat Dianam, [7] aper ab eâ miſſus eſt, qui Calydoniae agros vaſtaret. Perſeverante OEneo in deſpectu deae, Meleager juſſu parentis convocatis principibus Graeciae, [8] aprum venari ingreſſus eſt. Cum quibus [9] Atalante Schoenei filia ex Arcadiâ digreſſa, quae prima aprum vulneravit. Cujus virtutem & ſpeciem miratus Meleager, interempto apro, exſuvias ei conceſſit, quas Plexippus,

ᾗ ἐς Ἴτωνον Εἰκαλῆς πόλιν παρίχει τῆς Σικελοῖς αὐτόθεν πρὸς τὰς Κρήνας, ὅτι ἐξηυρέτην Μίνω μὴ σφᾶσι κρύπτειν τὸν Κόκαλον. ᾗ ἐς πεῖραν ἐλθὼν ὁ Κωκάλου τὸ δυναστήριον ἐπολέμει καὶ τὸν τοῖχον, ὡς ᾗ θάνοι τῷ Μίνῳ βαλόντα τὰς γνάθους, ἐς χάλκειον Δαιδάλου. Adde, quae dixi ad Hygini fab. 44.

## Ad FAB. IV.

6 COGENDORUM] Colon. teſte Cl. Burmanno *colligendorum*. Sed quia *cogere* idem eſt quod *colligere*, nihil mutandum. vide Bentlei. ad Horat. 1. 16. 14. Serv. ad Ecl. VI. 31. ad 11. Ecl. 20. & alibi.

7 APER AB EA MISSUS EST] *Itaque aper* &c. MS. Vide not. ad fab. 7. Lib. 1. & de apro illo Anton. Liberal. cap. 1. ubi inter alia, Ἄρτεμις δὲ, inquit, ἱερὸν τῆς θεοῦ ἔκτεινε, ὅτι μᾶλλον ἱερεύετο. *Sacrum aprum* appellat. Nam *famulus & vindex* erat Dianae, ut Naſo in hac fabula canit, & Stat 11. Theb. vers. 469. Famuli deorum ſacri ſunt. Hinc ergo dentes ejus & tergus in templo Apollinis dedicata à Tegeatis. Vide Lucian. in Dialog. adverſus Indoctum. Sed in apro omnia vaſtante quae ſanctitas ſit, quaerit Vir Cl. Reſpondeat aper ille, quem Teuthras interfecit; Θρέμμα Θεᾶς ſe eſſe dicit apud Plutarchum in libello de Fluviis. Cur ſacer fuit ſerpens ille, qui in Theſſalia non morſu tantum, ſed tactu omnia leto dabat? Ariſtotelis verba de eo ſunt in libro de Mirab. Auſcult. p. 119. Ed. Sylb. Ἐν Θεσσαλίᾳ φασὶ τὸ ἱερὸν καλούμενον ὄφιν πάντας λανθάνειν, ὃ μόνον ἰὸν ἔχον, ἀλλὰ καὶ ἅπτον θίγγ. Ex rapto vivit accipiter, at *ſacer ales* nihilominus à Virgilio dicitur Lib. XI. vers. 721. MUNCK.

8 APRUM VENARI INGRESSUS EST] Ita & Veneta. *Aggreſſus* Micyllus. Sed *ingredi* pro *aggredi* etiam alibi uſurpavit hic ſcriptor. Contra *aggredi viam* pro *ingredi* inveni apud Juſt. Lib. V. cap. 10. & Arnob. p. 197. ed. Leid. MUNCK. Vide Cl. Burm. h. l.

9 ATALANTE SCHOENEI FILIA] Sic repoſui ex MS. & edd. vetuſtis. Quod etſi pugnat cum Naſonis verbis, ſuos tamen habet auctores. Vide quae noto ad Hyg. Myth. cap. 173.

Canem

pus, Toxeus, Agenor, Theſtii filii, virgini ereptas cum interitu rependerunt. At Althaea mater Meleagri, ut fratrum caedem adcepit, ſtipitem fatalem conditum à Parcis, in quo vita Meleagri continebatur, flamma peruſſit. Quo conſumpto, Meleager exſtinctus eſt: cujus interitu ſorores, inter fletum converſae in volucres, è fratris nomine [1] Meleagrides cognominantur.

## *Fab.* V.

Theſeus, apro Calydonio interfecto, cum ſe reciperet Athenas, & torrentibus aquis inpediretur ab Acheloo amne, qui inbribus intumuerat, invitatus eſt, ut ſuis tectis ſubcederet, dum fluminis unda ſubſideret. Cujus ille hoſpitio cum reſediſſet, inter epulationem procul inſulas viſas ab hoſpite adcepit Nymphas fuiſſe [2] Naiades: quae cum deis ſacra redderent, [3] ille ab his praeteritus eſſet, motus offenſâ, in inſulas [4] Echinadas eas convertit.

## *Fab.* VI.

Perimele Hippodamantis filia cum ab Acheloo amne per vim eſſet [5] compreſſa, pater eam [6] ob admiſſum praecipitavit in pelagus. Stuprator [7] expetiit ita, ut beneficio Neptuni mare eam ſemotam ab Echinadibus efficeret inſulam.

*Fab.*

Canem fuiſſe Atalantae huic *Auram*, quam aper iſte Calydonius dilaceraverit, narrat Pollux Lib. v. cap. 5. MUNCK.

1 MELEAGRIDES] Plin. Lib. x. cap. 26. Antonin. Liberal. cap. 2. AElian. Anim. Lib. IV. cap. 42. MUNCK.

## Ad FAB. V.

2 NAIADES] MS. *Naides*. Quod praeferam. *Naias* poëticum eſt. Probus in Catholicis: *Virgilius poëticè Naias Naiadis poſuit, AEgle Naiadum pulcherrima*. MUNCK.

3 ILLE AB HIS PRAETERITUS ESSET] Ita MS. MUNCK. Livius Lib. IV. cap. 7. *Principes plebis ea comitia malebant, quibus non haberetur ratio ſui, quam quibus ut indigni, praeterirentur.* Frontinus praefat. pag. 6. *Qui praeteritum aliquod a nobis repererit exemplum.*

4 ECHINADAS] Conſule de his inſulis Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 431. Herodot. Lib. II. cap. 10. Pauſan. Lib. VIII. cap. 24. pag. 647. Philoſtrat. cap. XIX. §. 16. Heroic. Caſaub. ad Strabon. Lib. I. pag. 103. Denique Cl. Arnaldum cap. 13. Obſerv. in Callim. item Stephanum Byzant. in v. Ἐχῖναι.

## Ad FAB. VI.

5 COMPRESSA] Ita repoſui ex MS. Editi perperam *oppreſſa*. MUNCK.

6 OB ADMISSUM] Latiniſſima locutio, quam jam alibi huic ſcriptori vindicavimus. Plenè loquitur Ammianus Lib. XXII. pag. 406. Ed. Boxh. *Scelus admiſſum deteſtabatur*. MUNCK.

7 EXPETIIT ITA UT &c.] Sic quidem cum MS. tum & Vett. Edd. Non placet tamen. Raenerius dedit, *impetravit beneficio Neptuni, ut mare* &c. MUNCK.

Ad

## *Fab.* VII. VIII. & IX.

Jupiter & Mercurius, in hominum figuras verſi, in regione Phrygiae cum animos incolarum experti à nullo exciperentur hoſpitio, à Philemone & Baucide hoſpitaliſſimè ſunt excepti, & cum [8] maximâ voluptate rebus humilibuſque ad victum & neceſſariis ſimpliciſſimos animos pauperum experti ſunt. Ergo, ut numen ac vim oſtenderent ſuam, ſevocatis ſenibus in excelſiorem collem, caſam eorum in templum converterunt, eoſque ipſos optatos antiſtites ſacrati loci praeſtiterunt, ita ut, cum ſenectute ſoluti eſſent, in arbores converterentur; ut cederet [9] in fruticem Philemon, Baucis in tiliam. Oppidum autem eorum, quod caeteros cives inhoſpitales habuerat, aquarum magnitudine obrutum ſtagnum factum eſt.

## *Fab.* X.

Achelous inter epulas Theſeo, quem receperat hoſpitio, enarrans hos, qui ſe in alienam figuram vertiſſent, [10] emiranti caſus mortalium, etiam qui [11] in plures figuras abierunt refert, [12] ut Protea Neptuni filium, ſolitum modo in juvenem, modo in leonem, interdum in aprum, alias in anguem, & caetera animalia, converti, quibus inſidias poſſet eludere.

## *Fab.* XI.

[13] Meſtra Eriſichthonis filia, Autolyci uxor, cum parentem animadver-

### Ad FAB. VII. &c.

8 MAXIMA VOLUPTATE] *Voluntate* MS. ut & Venet. ac Micylliana. MUNCK.

9 IN FRUTICEM] Ita & MS. & Veneta. Sed perperam. Raenerius dedit, *in quercum*. Forte quia apud Ovidium in hac fabulâ legerat: *Tiliae contermina quercus Collibus eſt Phrygiis*. Propius ad MS. lectionem accedit Micyll. *in ilicem*. Atque id rectum putem. MUNCK.

### Ad FAB. X.

10 EMIRANTI] Ita MS. & Veneta; non *miranti*, ut Raen. & alii ediderunt. Horat. Lib. 1. Od. 5. *Nigris aequora ventis Emirabitur inſolens*. Ita *emori* pro *mori*. Phaedr. Lib. 1. cap. 7. *Cogitque miſeras aridâ ſede emori*. Salluſt. Cat. 20. *Nonne emori per virtutem praeſtat?* Catull. carm. 53. *Quid eſt, Catulle, quid moràris emori?* Ergo nihil neceſſe, ut *mori* in Phaedro pro *emori* reſcribatur. MUNCK. Doctiſſimus Abreſch in Obſ. Miſcell. Vol. VI. Tom. 1. pag. 285. *emirari* exponit per *externis ſignis admirationem ſummam oſtendere*.

11 IN PLURES FIGURAS] Poſtremam vocem nec MS. nec Veneta agnoſcunt. Et ſanè ſalvo ſenſu abeſſe poteſt, nec ineleganter. MUNCK.

12 UT PROTEA] *Et Protea* MS. cum Venet. & Micyll. MUNCK.

### Ad FAB. XI.

13 MESTRA] Ita malui, quam *Meſtre*, quod Veneta & MS. praeferebant. *Μήστρα* enim appellat Tzetzes in Lycophronem, & Palaepha-

vertiſſet; quod in Theſſalia lucum Cereris devaſtaſſet, [1] graviſſimam expertum famis poenam, omnibus rebus ab eo conſumptis, noviſſimè ſe quoque pro ancilla vendidiſſet, à Neptuno, qui ejus virginitatem ademerat, petiit, ut eis ferret opem. At ille, memor ejus concubitus, cum ſpecioſiſſima domino tradita eſſet, ut effugeret ejus ſervitutem, in piſcatorem eam [2] proceſſioris aetatis convertit. Quo eventu in reliquas quoque figuras ſolita eſt mutari, ut pretio ſui parentem poenas pendentem alere poſſet. Cujus exitus fuit talis, [3] ut varios in fame cibos noviſſimè viſceribus ſuis epulari cogeretur.

## *Fabulae Lib.* IX.

I. Achelous in varias figuras.
II. Neſſi cruor in venenum.
III. Lichas in ſcopulum.
IV. Hercules in deum.
V. Galanthis in muſtelam.
VI. Dryope in arborem loton.
VII. Iolaus in adoleſcentem.
VIII. Callirhoes filii in juvenes.
IX. Byblidis lacrymae in fontem.
X. Iphis ex virgine in puerum.

## *Fab.* I.

Deianira OEnei filia, AEtolarum virgo ſpecioſiſſima, cum à multis

tus cap. 24. in codicibus nonnullis MSS. *Hypermeſtram* Anton. Liberalis cap. 17. qui & patrem ejus AEthonem facit. MUNCK.

1 GRAVISSIMAM EXPERTUM FABIS POENAM] Ita MS. Sed Veneta, *graviſſimam experiri fame poenam*. MUNCK.

2 PROCESSIORIS AETATIS] Hanc lectionem cum MS. & Veneta repraeſentat. Sed mallem *provectioris*, vel *progreſſioris*. Vulg. Interpr. Joſuae cap. XXII. vers. 2. *Ego ſenui, & progreſſioris aetatis ſum*. Etiam Graecis χρόνος ὁ γεγηρώς. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἄκμαν τῆς ἡλικίας, ut eſt apud Baſilium in de Exercitatione Grammat. Lucas cap. 11. vers. 36. Αὕτη ἀστεϊσμὸς ἐκ ἡμέρας τοιαύτης. MUNCK.

3 UT VARIOS IN FAME CIBOS &c.] Hanc cum MS. & Veneta lectionem exhibet, ſed corruptam procul dubio. Vidit id quoque Raenerius: verum quomodo emendanda eſſet cum non item videret, iſtam ex Regianis commentariis aſſuit huic argumento clauſulam: *Sed cum ſaepius pretio emptores* &c. Adi ipſum, & Regium ad illa Naſonis, *Eriſichthone nata*. Caeterum *epulari* cum ablativo conſtruit etiam Firmicus in de E. P. R. p. 13. ed. Leid. *Quis diviſit? quis membris ejus epulatus eſt?* MUNCK. Fabulam Meſtrae inluſtrat Tzetzes ad Lycophron. vs. 1393. ubi pro Περίμηδα lege Τελεόδοτον. Vide Celeb. P. Burm. ad Ovid. VIII. M. 751.

## Ad Lib. IX. Fab. I.

4 VINCERETQUE] A Raenerio hae duae voces ſunt. Certè nec à MS. nec à Vett. edd. agnoſcuntur. MUNCK.

5 Ra-

tis peteretur, pater conſtituit ei conjugio daturum, qui luctandi cauſſa veniret, [4] vinceretque. Manentibus itaque è numero petentum duobus, Acheloo flumine & Hercule, quia reliqui ob metum ceſſerant, in certamen proceſſum eſt. Cum ergo Achelous naturalibus modis Herculem eluderet, modo in liquorem, modo in ſpeciem draconis, noviſſimè in tauri figuram converſus, adſtitit. Quem Hercules ut amplexus eſt reluctantem; alterum cornu, quod inplicuerat brachiis, [5] rapuit extortum. Quo dolore ille ac deformitate adverſarii viribus ceſſit. At Nymphae Najades, fluminis filiae, effecerunt, ut id, quod ereptum capiti erat, omnibus copiis autumnalibus [6] replerent, ut apud poſteros maximum haberet fructum, & miratio-nem. Itaque [7] Cornucopia effectum eſt ut diceretur omnibus temporibus.

## *Fab.* II.

Poſt haec victor Hercules cum Deianiram Neſſo Centauro commiſiſſet, ut eam Euenum amnem, qui initio Lycormas erat nominatus, transveheret; & ille ſpecie captus puellae, flexibus errans quaereret locum comprimendi; illâ fidem mariti inplorante, [8] ſagittis eum confixit. Qui cum exſpiraret, veſtem Deianirae cruentavit; indicavitque remedium fore erga conjugem deſerti amoris. qui tamen cruor in veneni ceſſit partem.

## *Fab.* III.

Eodem tempore Hercules cum [9] in inſulam Theſſaliae regnum Euryti

5 RAPUIT EXTORTUM] Malim, *rupit extortum*. MUNCK.

6 REPLERENT, UT] Pro his duabus vocibus mallem unam iſtam *repletum*. MUNCK.

7 CORNUCOPIA] Ita & Veneta cum MS. Mycyll. *Cornucopiae*. Gloſſ. Steph. *Cornucupia*, κέρας Ἀμαλθίας. Lege, *Cornucopia*, κέρας Ἀμαλθείας. Volui etiam antehac *Cornucopiae*. Sed alterum defendit non hic tantum ſcriptor, ſed & Ammianus Lib. XXII. p. 396. ed. Boxh. *Velut mundanam cornucopiam fortuna geſtans propitia, cuncta glorioſa deferebat & proſpera*. MUNCK. Hoc cornu in Fortunae manu poſuit Bupalus ſtatuarius. Pauſan. Lib. IV. cap. 30. p. 355. Σμυρναίοις ἄγαλμα ἐργαζόμενος Τύχης αὐτῶν ἐποίησεν, ἐν δεξιᾷ, πόλιν τε ἔχουσαν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, ᾗ τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ τὸ καλούμενον Ἀμαλθείας κέρας ὑπὸ Ἕλλησιν. Apud AEgiratas eſt in aedicula ſtatua Fortunae, Amaltheae cornu ferentis. Pauſan. Lib. VII. cap. 26. p. 592.

## Ad FAB. II.

8 SAGITTIS EUM] MS. *tum ſagittis*. Venet. *cum ſagittis*. Scribe, *cum ſagittis*. MUNCK.

## Ad FAB. III.

9 IN INSULAM THESSALIAE REGNUM &c.] Ita MS. Venet. *Cum in inſulam Euboeam Theſſaliae regnum* &c. Mycill. *cum in inſulam Euboeam per OEchaliae regnum* &c. Nulla ex illis ſana lectio eſt. OEchalia non inſula fuit, ſed urbs in inſulâ Euboea. Vide Servium ad AEn. VIII. 291. Steph. in Οἰχαλία. Forte ſcripſerat, *cum in inſulae Eu-*

ryti trajeciſſet, & Iolen filiam ejus dilectam traheret in patriam, prior conjux Deianira, ut audit, animum viri eſſe à ſe mutatum, tunicam ſacrificaturo Jovi Lichae famulo dedit ei perferendam; quâ ille honoratus vota religionemque piaret. Eam indutus Hercules, cum ad aram adceſſiſſet, proſecans exta; flamma veſtis incaluit, & Lernaeo veneno contacta haeſit viſceribus. In maximo itaque cruciatu cum à corpore ejus avelli nequiret; Lichan acerbiſſimi muneris reum, projectum à ſe, Euboico mari merſit: quem innoxium culpae Tethys vertit in ſcopulum conchis muricibuſque veſtitum.

## *Fab.* IV.

Hercules in OEta Theſſaliae monte, praeſtructo rogo, ac ſagittis traditis Philoctetae Paeantis filio, qui ejus pyram ſtruxerat, flammis exuſtus eſt: ita ut [1] inmortalium deorum jus à Jove in coelo recipereret, & aliquando placatâ Junone, filiae ejuſdem nomine [2] Hebae jungeretur. Deianira autem, re audita, ipſa ſe interfecit.

## *Fab.* V.

Alcmene cum ex Jove conceptum Herculem propter Junonem parere non poſſet, inplorata ab eâ partubus praeſidens Lucina, quam quidam [3] Ilithyiam interpretantur, ad fores reginae venit. Et cum in

*Boeae OEchaliam regnum Euryti* &c. *OEchalia Euboeae* eleganter per Helleniſmum dicitur ſcriptori huic non inſolitum, ut oſtendi ad fab. 3. Lib. VI. Talia ſunt *Damaſcus Syriae* apud Curt. Lib. III. cap. 8. *Ecbatana Mediae* apud eundem Lib. X. cap. 4. *AEgypti Alexandria* apud Victor. Caeſar. cap. 39. *Gergovia Arvernorum* apud Flor. Lib. III. cap. 10. Σάρισσα τῆ Σιδονίᾳ apud Luc. Euang. cap. IV. vers. 26. MUNCK. Sophocles in Trachin. vs. 74. de Hercule.

Εὐβοΐδα χώραν φασὶν Εὐρύτου πόλιν
Ἐπισκοπῶν αὐδᾷ, ἢ μάλιστ' ἔτι.

Ubi Schol. ἔνιοί φασι τὴν Θετταλίας εἶναι Οἰχαλίαν, ἀλλ' ὃ ἄτοπον συνιστᾷ. Vide Schol. Apollonii Rhodii Lib. I. Arg. vs. 87. quare conjici poteſt, ſcriptoris licet a veritate aberrantis, ipſiſſima fuiſſe verba *in OEchaliam Theſſaliae, regnum Euryti*. Vide Micyll. ad Ovid. IX. M. 136.

## Ad FAB. IV.

1 IMMORTALIUM DEORUM jus] Sic edidit Raenerius. Sed MS. cum Venet. & Micyll. *immortale jus*. Forte, *immortalitatis jus*. MUNCK. Pallas Herculem in coelum invexiſſe dicitur. Unde in Amyclaei Throno conſpicitur Ἀθηνᾶ ἄγουσα Ἡρακλέα συνοικίσασθαι λέτῃ τύτῳ Διΐ. V. Pauſan. Lib. III. cap. 18. p. 255.

2 HEBAE JUNGERETUR] Hinc Propertius Lib. I. El. 13. vs. 23.

*Nec ſic coeleſtem flagrans amor Herculis Heben*
*Senſit ab OEtaeis gaudia prima jugis.*

Ubi vide Broukh. Hoc matrimonium Herculi praedixerat Tireſias Jovis vates apud Pindarum O. Nem. I. vs. 105.

Ἔνεπεν (Τειρεσίας) αὐτὸν μὲν, ὃν εἰρήνα τὸν ἄπαυστα χρόνου χεῖν ἀεὶ
Ἡσυχίαν, καμάτων
Μεγάλων ποινὰν λαχόντ' ἐκ Διός,
Ὀλβίοις ἐν δώμασι δεξάμενον
Θαλίαισιν Ἥβαν ἀκοίτιν,

Καὶ

in terrâ reſidens nexis manibus partum retardaret, Galanthis [4] praeminiſtra conſpexit eam, ſubſpicataque eſt eo geſtu inpedimento eſſe dominae ſuae, quo minus pareret, & providentia dolum ridens, ementita eſt Alcmenam partu ſolutam. At illa inprudens reſolutis manibus, Alcmenam cruciatu liberavit. Cujus aſtutiam graviſſima poena eſt proſecuta: namque eam in muſtelae figuram convertit, ita ut ore, quo mentita eſt, pareret.

## *Fab.* VI. & VII.

Dryope Euryti filia, ſoror Ioles, Andraemonis conjux, quam antea dilexerat Apollo, cum ad lacum ſacratum Nymphis dona ferens veniſſet, & ex arbore loto ramum decerpſiſſet, quo parvum filium nomine [5] Amphiſon, quem ſecum tulerat, oblectaret, in quam Lotos, fugiens Priapum, erat transfigurata; quia ſacrae arboris exſtiterat violatrix, trunco ejus haeſit infixa. Inter quae dum caſum ſororis Iole refert Alcmenae, Iolaus [6] Herculis & Hebes filius in antiquam pueritiam transfuſus videtur. Sic enim Junonis filia roganti conjugi promiſerat.

## *Fab.* VIII.

Callirhoe Acheloi amnis filia Alcmaeonis, qui materno ſanguine adſper-

*Καὶ γάμον διήνυσε παρ' Διὶ Κρονίδῃ,*
*Σεμνὸν αἰώνιον δόμον.*

Qui de Hebe Herculis in coeli uxore agit etiam O. Nem. x. vs. 31. & Od. Iſthm. IV. vs. 102. Pauſan. Lib. I. cap. 19. pag. 44. in Herculis templo Athenis *βωμοὶ δέ εἰσιν Ἡρακλέους τε καὶ Ἥβης, ἣν Διὸς παῖδα ἅπασι συνοικεῖν Ἡρακλεῖ νομίζουσιν*, unde Argis in Junonis templo ara eſt, in qua coelatae ſunt Herculis & Hebes nuptiae, v. Lib. II. cap. 17. pag. 148. Haec fabula notat, famam Herculis numquam eſſe intermorituram. vide, quid de Hebe notet Heraclides Ponticus in Alleg. Homeric. pag. 449.

## Ad FAB. V.

3 ILITHYIAM INTERPRETANTUR ] *Elitbyiam* MS. Horat. Carm. Saec. *Lenis Ilitbyia.* Schol. *Diana à nobis quidem Lucina Dea, à Graecis autem Ilitbyia dicitur: ſic & Homerus eam nominavit, quia parientibus favere putabatur.* Anton. Liberal. in hac fabulâ cap. 29. *Μοῖραι καὶ Εἰλείθυια σφῶν χάριν τὴν Ἥραν κατέσχον ἐν ταῖς ὠδῖσι τῆς Ἀλκμήνης.* MUNCK.

4 PRAEMINISTRA ] Ancilla. Reſtituimus idem vocabulum huic ſcriptori Lib. II. cap. I. ubi vide, quae annotavimus, ſi tanti putes. MUNCK.

## Ad FAB. VI. & VII.

5 AMPHISON ] Repone *Amphiſſon* ex Anton. Liberal. cap. 32. Monuit id jam pridem Nob. Heinſius. Aliter fabulam narrat Tzetz. ad Lycophron. pag. 83. ed. Steph. MUNCK.

6 HERCULIS ET HEBES FILIUS ] Sic cum Venet. & Micyll. etiam MS. Falſum tamen Iolaum fuiſſe Herculis filium. Ἀδελφιδῆς Herculis fuit, fratris nempe ejus Iphicli filius. Vide Palaephatum, Solinum, alios. MUNCK. Vide notas ad fab. 14. Hygin. & fab. 30.

adſperſus in Acarnaniam ſe contulerat, ut expiaretur, conjugium iniit. [1] Ex duabus Alcmaeon filios edidit: qui cum per fallaciam [2] à Phegeo, cujus ante filiam habuerat, eſſet occiſus; [3] petit Callirhoe à Jove liberis ſuis, ut ultores patris eſſent, annos adjiceret. Ergo ut id conſequi poſſent, dei voluntate ex pueritiâ in adoleſcentes factum eſt ut cederent.

## *Fab.* IX.

[4] Miletus ex inſula Cretâ in Aſiam profectus, ibi [5] urbem ſui nominis conſtituit. Huic ex Maeandri filia Byblis & Caunus nati ſunt. Byblis cum fratrem corporali amore potius, quam pio patrioque more diligeret, nec [6] veſaniam cupiditatis compeſceret, atque per literas deteſtandum amorem indicaviſſet, furiali veſaniâ ipſe inſtinctus, patriam profugit. Quem illa dum veſtigiis perſequitur, multas per-

menſa

### Ad FAB. VIII.

1 Ex duabus Alcmaeon filios] Haec lectio eſt à Raenerio. MS. & Venet. non agnoſcunt τὸ *Alcmaeon*. Nec Micyll. quae praefert, *ex eoque duos filios edidit*. Id quod ſatis commodè dictum eſt. MUNCK. Lectionem probo. Pauſan. L. VIII. cap. 24. p. 467. Alcmaeonem ait de Callirrhoe ſuſcepiſſe duos filios Acarnanem & Amphoterum.

2 A Phegeo] A filiis Phegei Temeno & Axione, quorum ſororem Alpheſiboeam repudiarat, occiſum narrat Pauſanias in Arcadicis. Aliter haec ab Apollodoro referuntur Lib. III. Conſer Hygin. Myth. cap. 245. & Paſſerat. ad illa Propert. Lib. I. el. 15. *Alpheſiboea ſuos ulta eſt pro conjuge fratres*. Errat tamen vir doctiſſimus, cum ab Hygino ſcribi annotat Alcmeonem à genero Phegeo eſſe interfectum. MUNCK. Vide Burm. ad Ovid. IX. M. 412. apud Hyginum fab. 245. pro *Phlegeus* legendum quoque *Phegeus*. Sed de patre ejus ac matre nihil certi ſtatui poteſt. De Phegeo Inachi & Nymphae Melies filio, qui urbem Phegas condidit, & filios Spartonem, & Meſſonem ſuſcepit, vide Schol. Eurip. Oreſt. vs. 1248. quae urbs *Phegae* a Pauſania Lib. VIII. cap. 24. p. 646. *Phegia* vocatur; qui cum Stephano Byzantino facit, urbem poſtea Pſophidem eſſe dictam adjiciens.

3 Petit Callirhoe] Poſterior vox nec in Venet. nec in MS. comparet. Micyll. dedit, *petit illo* &c. MUNCK.

### Ad FAB. IX.

4 Miletus] Apollinis ex Acacallide filius. Vide Anton. Liberal. cap. 30. & quos Meurſius laudat Cretae cap. VIII. *Ariam* matrem ejus vocat Etymol. auctor in Μίλητος. Μίλητος, inquit, πόλις, ἧς καὶ Μιλήσιοι, ἀπὸ Μιλήτου τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρίας. Aut hoc falſum, aut errat Schol. Theocriti in Eidyll. VII. vers. 115. Μιλήτου γάρ φασι καὶ Ἀρίας ἰχθύος παῖδες Δαῦνος (leg. Καῦνος) καὶ Βυβλίς &c. Conſer Parthen. Erotic. cap. XI. MUNCK.

5 Urbem sui nominis] Antea Miletus *Anactoria* dicta Pauſan. Lib. VII. cap. 2. pag. 524. Μιλήσιοι δὲ αὐτοὶ τοιάδε τὰ ἀρχαιότατα σφίσιν εἶναι λέγουσιν. ἐκ γῆς μὲν δὴ ἀνάκτορίαν καλουμένης τῆς γῆς, Ἄνακτός τε αὐτόχθονος καὶ Ἀστερίας βασιλεύοντος ἔτι Ἀνακτός. Μιλήτου δὲ κατέχοντος τόλμῃ Κρητῶν, ἔτι γῆ τὸ ἄστυ μετῳκίσθη λοιπὸν ἐπὶ Μιλήτου καὶ ἡ πόλις. ἀφικέσθαι δὲ οἱ Κρῆτας ὁ Μίλητος καὶ ὁ σὺν αὐτῷ στρατὸς, Μίνω τὴν Εὐρώπης φεύγοντες. unde in Schol. Apoll. Rhod. I. 186. pro ἀνακτόειν legendum puto Ἀνακτόειαν. *Anactorium* enim urbs Acarnaniae. De qua Thucydid. I. 29. & interpr. ad Stephanum Byzantinum. Priſcis temporibus non tantum conditores primi urbibus, quas fundabant, nomina inponebant, verum etiam novi coloni urbium aut regionum occupatarum nomina mutabant. Pauſanias Lib. IV. cap. 1. p. 280. Ἀλησίστιος δὲ ἓν τι Ἄργος δῆμον καὶ οἱ Λακεδαίμονος ἀφίκοντο ἐς ταύτην τὴν χώραν, καὶ συμπάσῃ μᾶλλον ἐτίθη τῇ γῇ Μεσσήνη τὸ ὄνομα ἀπὸ Πολυκάονος γυναικός. cap. 2. p. 283.

Καὶ

menſa gentes, noviſſimè in Cariam venit, ibique adſiduo moerore, & fletu fatigata cum concidiſſet, Nympharum Lelegeidum miſericordiâ exſpirantis lacrymae 7 in fontem converſae ſunt, qui dominae nomine eſt inſignis.

## *Fab.* X.

8 Phaeſtos eſt oppidum in inſula Cretâ. Hic Ligdus generoſae ſtirpis, ac praeſtantis fidei, cum petiiſſet à Telethuſa conjuge, ut, ſi puellam pareret, necaret; ſi puerum autem, ſobolem patriae ſervaret; & uterque pro caſu futuro lacrimas dediſſent, mater nequiens 9 adferre manus filiae, Iſidem in malis habuit auxilio: cujus pollicitis illa infantem pro puero, decepto patre filii opinione, nutrivit. Namque cum aetas matura nuptiis increviſſet, nihil ſubſpicans pater, obſtrictus fide conjugis, Ianthen ex Theleſte genitam deſpondit. Qui inter

Καὶ οἱ τὴ χώρᾳ τὸ Καρμάσιον, ἔνθα ἦ Ὀϊχαλίαν καθεῖσαν, ἀπίσημον ἐ Πελάργες ἰσιαῖσιν, χθίσθαι ἦ ὄνομα Οἰχαλίαν τῇ πόλει φασὶν ἀπὸ Ὀ Μιλανίας τὴ γυναικῆ. Cap. 34. p. 365. de urbe Coronea. Τὸ μὲν δὴ ὄνομα τὸ ἀρχαῖον εἶχεν Αἴσηπα. ἔπειτ ἦ ὑπὸ Θηβαίων κατάχθησαν ἐς Πελοπόννησον, Ἐπιμηλίδαι φασὶν ἀπωκίσθαι εἰκεῖνο καλέσαι Κορώνειαν. εἶναι γὰρ αὐτὸν ἐκ Κορωνείας τ Βοιωτῶν. Unde tot Orchomeni, tot Thebae, aliaeque ejuſdem nominis urbes in diverſis regionibus reperiuntur. Sed ad rem. Idem Pauſanias pag. 366. Ἀσιναῖοι ἦ τὸ μὲν ἔχεχῆς Λυκωρείαις ὁμορροι, ἐκεῖ τ Παρνασσὸν ἔχει. ὄνομα ἦ ἦν αὐτοῖς, ὁ δὲ ἐς Πελοπόννησον διαπεράσαι, ἀπὸ Ὀ εἰκισῆ Δρύοπος. Lib. v. cap. 23. p. 437. Χρόνῳ ἦ ὕστερον Κάσανδρος κατάγαγε μὲν Πελλήνην ἐπὶ τὸν εἰκεῖον, ὄνομα ἦ ἐ τὸ ἀρχαῖον τῇ πόλει, ΚΑΣΑΝΔΡΕΙΑ ἦ ἐγνώθη ἀπὸ τῆ εἰκίσαν. Sed ſatis exemplorum.

6 VESANIAM CUPIDITATIS] MS. *Veſania cupiditatem*, MUNCK.

7 IN FONTEM CONVERSAE SUNT, QUI DOMINAE NOMINE EST INSIGNIS] Byblis nempe dictus fons ille, & à multis veterum laudatus. Sed urbis Byblidos in Cariâ qui mentionem faciat, non facile invenias praeter unum Antoninum Liberalem, qui id facere videtur cap. 30. Καὶ ἐφίσιός δίδυμοι παῖδες αὐτῇ Καῦνος καὶ Βύβλις, ἀφ' ὧν πόλεις εἰσὶν ἔτι καὶ νῦν ἐν Καρίᾳ, Καῦνος καὶ Βύβλις. Vertit Xylander: *Natique ei ſunt gemini liberi, Caunus & Biblis, unde etiamnum ſunt Caunus & Biblis Cariae urbes.* Verum hoc ſi voluiſſet Liberalis, ita potius ſcripſiſſet, ἀφ' ὧν πόλεις εἰσὶν ἔτι καὶ νῦν ἐν Καρίᾳ &c. Crede mihi male tranſpoſita eſſe verba Antonini. Ordinem illis ſuum reſtitues, ſi ita ſcripſeris: Καὶ ἐφίσιός δίδυμοι παῖδες αὐτῇ, Καῦνος, ἀφ' ὧν πόλις ἐστὶν ἔτι καὶ νῦν ἐν Καρίᾳ, καὶ Βύβλις. Sic nullam tibi amplius moleſtiam exhibebit urbs Biblis, quae nulla eſt. Byblos notiſſima & antiquiſſima Phoeniciae urbs. Stephanus: Βύβλος πόλις Φοινίκης ἀρχαιοτάτη πασῶν, Κρόνου κτίσμα, ἀπὸ Βύβλης τ Μιλήτου ἐπωνυμίας. Nota Bybleu dici, quae Byblis eſt aliis. Etymol. auctor. Βύβλος πόλις Φοινίκων ἀρχαιοτάτη &c. Ἡσίοδος, Βύβλον τ' ἀγχίαλον καὶ Σιδῶν' ἀντιμόεσσαν. Atqui ille verſus 912. eſt in Dionyſio, niſi quod ibi exhibetur Σιδόνα, quomodo & pag. 21. in commentario ſuo adducit Euſtathius. Puto ergo pro Ἡσίοδος in Etymol. reponendum eſſe Διονύσιος. MUNCK.

## Ad FAB. X.

8 PHAESTOS] De hac urbe v. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 88. & Philoſtrat. cap. VI. de Apoll. Tyan. cap. 10. & pluribus J. Meurſius in Creta Lib. I. cap. 13. qui adnotat, eamdem ſexus mutationem in Galathea accidiſſe non in Iphide ex Antonino Liberali cap. 17. Metam. Plures vero fuere Iphides. De Iphide Stheneli filio & Euryſthei fratre ab AEeta agit Dionyſius Mileſius apud Schol. Apoll. Rhod. IV. Arg. 223. & 228. Iphis Alectoris filius Anaxagorae nepos Argis imperavit, & fato functus reliquit regnum Sthenelo filio fratris Capanei; ut docet Pauſanias Lib. II. cap. 18. pag. 150.

9 AFFERRE MANUS] Ita MS. Edd. *inferre*. Petron. *Attuliſſem mihi damnatus manus.* Nepos Timol.

inter ſe cum gravi amore premerentur, maximè Iphis (hoc enim pater nomine avi eum vocari voluerat) [1] trepidante ergo matre, ne Iphis [2] puella cum infamiâ reperiretur, eadem dea fuit auxilio. Nam ut totis nuptiis jugari poſſent, Iphin in puerum transfiguravit.

## *Fabulae Lib.* X.

I. Anonymus quidam, item Olenus & Lethaea, in lapides.
II. Attis in pinum.
III. Cypariſſus in cupreſſum.
IV. Jupiter in aquilam.
V. Hyacinthus in florem.
VI. Cypri incolae in boves.
VII. Propoetides in lapides.
VIII. Pygmalionis ſtatua eburnea in virginem.
IX. Myrrha in arborem ſui nominis.
X. Ex connubio Myrrhae & Cynarae inceſto Adonis.
XI. Hippomenes & Atalanta in leones.
XII. Adonis cruor in florem purpureum.
XIII. Menthe Nympha in herbam mentham.

## *Fab.* I.

Orpheus, Eurydice interempta, ad inferos deſcendit, & à Dite inpetravit, ut eam reduceret ad ſuperos, lege propoſitâ, ſi ſequentem

Timol. cap. 1. *Ipſe non modo manus non attulit, ſed ne aſpicere quidem fraternum ſanguinem voluit.* Etiam *afferre vim* pro *inferre* reſtituimus huic ſcriptori Lib. 1. 9. & 11. 8. MUNCK.

1 TREPIDANTE ERGO &c.] Sic repoſui ex MS. Edd. exhibent, *& trepidante etiam matre.* MUNCK.

2 PUELLA CUM INFAMIA] Haec à Raenerio ſunt. Venet. & Micyll. *Ne Iphis diu adverſus virum cum infamia reperiretur.* Et ſic etiam MS. niſi quod *dum* pro *diu* praefert. MUNCK.

### Ad LIB. X. FAB. I.

3 ORPHEUS UT LUCEM &c.] MS. *Orphea* & mox, *ſtupuiſſe dicunt.* Nec mirum ſi ſtupuit ille, qui videbat Cerberum. Φοβερὸς enim fuit. Plutarch. in libello de Fluv. p. 53. Ed. Mauſſac. Κέρβερον, ὃν ἔνιοι καλοῦσι Φοβερὸν, ὀλάχιστα. MUNCK.

### Ad FAB. II.

4 MUTATUS EST] Addunt Venet. & Micyll. *Alii ferunt fuiſſe cum filium, alii paſtorem.* Aliam longè de pinu hiſtoriam narrat Conſtantin. Geopon. Lib. XI. cap. 11. MUNCK. Cl. Oudendorp. ad J. Obſequent. de Prodig. cap. 104. legit pro *matris Deûm, matris Deae.* in Colon. tamen rotundis verbis ſcribitur *matris Deorum.* Licet praeſtantiſſimi viri lectionem non rejiciam.

Ad

tem non reſpexiſſet: quod ille praeſtare non potuit. Revocatâ ergo ad inferos, [3] Orpheus ut lucem contigit, ſic dementiâ ſtupuiſſe dicitur, ut qui canem Cerberum videns prae timore in ſaxum verſus eſt. Item ut Olenus & Lethaea, qui in Ida monte in lapidem transfigurati ſunt. Poſtea dolore & fletu finito, ne rurſus conjugale deſiderium experiretur, puerilem venerem inſtituit.

## *Fab.* II.

Ad cantus Orphei deſiderantis conſuetudinem conjugis, cum plurima animalia capta vocis dulcedine conveniſſent, & in his etiam arbores elicitae: inter eas ſtupens cantibus fuit pinus Cybeles, montis, qui in Phrygia eſt, in quam Attis matris deûm antiſtes [4] mutatus eſt.

## *Fab.* III.

[5] Cypariſſus Amyclei filius ex inſula Cea. Hunc Apollo dilexit, & propter cervum [6] patientem manus, quem per inprudentiam ſagitta transfixum interemerat, manus ſuas adferentem ſibi periculo eripuit; & protinus in [7] arborem ſui nominis vertit.

## *Fab.* IV.

Ganymedes [8] Trois filius [9] primâ formâ, cum caeteris Ilienſibus Phry-

### Ad FAB. III.

5 CYPARISSUS AMYCLEI FILIUS] Vitioſum hoc putem. Telephi filium facit Servius ad AEn. III. 680. Etiam de cupreſſu qua narrat Conſtant. Geopon. Lib. XI. cap. 5. multo remotiora ſunt. MUNCK.

6 PATIENTEM MANUS] I. e. manſuetum. Vide Celeb. Burm. ad Noſtrum Lib. VII. fab. 13. & 14. Eſt autem Virgiliana locutio ut Lib. VII. AEn. vs. 790. de cervo, ut h. l.

*Ille manum patiens, menſaeque adſuetus herili.*

7 ARBOREM SUI NOMINIS] Frequens ea phraſis Lactantio, quâ & Servius uſus ad AEn. III. 694. *In fontem ſui nominis verſa.* Habet tamen MS. cum Venet. & Micylliana, *genitivi nominis.* Naſo alicubi: *Genitivaque nomina Cottae.* MUNCK.

### Ad FAB. IV.

8 TROIS FILIUS] Licet variae variorum de Ganymedis patre ſint ſententiae, quas collegi ad Hygini fab. 271. item Daviſius ad Ciceron. Lib. I. Tuſc. Quaeſt. cap. 26. pag. 64. 65. plerique tamen Trois filium faciunt, praeeunte Homero. Vide Pauſan. Lib. V. cap. 24. pag. 440.

9 PRIMA FORMA] H. e. principe pulcritudine, ut rectè Barthius. Sed quod ex Euripide laudat, πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος, & πρῶτον εἶδος interpretatur *palmarem ſpeciem*; in eo memoria illi impoſuit. Stobaeus in Sermone de

Phrygiae praeferretur, & adſiduis venationibus intereſſet, ne infamiam virentis aetatis ſubiret, Jupiter verſus in aquilam ex Idâ monte eum rapuit in coelum, [1] miniſtrumque fecit.

## *Fab.* V.

[2] Hyacinthus Amyclae, dilectus ab Apolline, cum per jocum in certamen diſci veniſſet, altius jactum pondus non prius [3] deſpicere potuit, quam capiti ſenſit injectum. Quo eliſo, poſt obitum ejus cruor in florem ejus nomine inſcriptum ceſſit.

## *Fab.* VI.

Amathus oppidum in inſulâ Cypro, cujus incolae, obtritâ conſuetudine humani generis, ſoliti in arâ Jovis, quae proxima erat deae, advenas inmolare. Quorum crudelitate Venus obſenſâ, ne relinquere ſedes ſuas cogeretur, in boves eos vertit, qui à magnitudine cornuum Ceraſtae apud Salaminios ſunt nominati.

## *Fab.* VII.

Propoetides [4] filiae Amathunteae, adſpernatae Venerem, primae in trivio

Pulcritudine, Athenaeus Deipnoſ. Lib. XIII. ut & Porphyrius, verſiculum illum Euripidis ita proferunt: Πρῶτον μὲν, εἶδος ἄξιος τυραννίδος, hoc eſt, *Primo quidem, ſpecie dignus eſt imperio.* MUNCK. Vide Celeb. P. Burm. ad h. l.

1 MINISTRUMQUE FECIT] Apoll. Rh. III. 115.

——— ——— ——— Τὸν μέν ποτε Ζεὺς
Οὐρανῷ ἐγκατέναξεν ἰφίτιον ἁρπάξαντα,
Καλὸν ἰμερτόν.

Pindarus Olymp. Od. I. 70.

Ποῖ δῆτα Διὸς μεταβᾶσα,
Ἔνθα ἑταίρᾳ χερὶ
Ἥλιδι κῶμον Γανυμήδης
Σὺν ταῦτ' ἐπὶ χρόνῳ.

Hinc apud Eleos conſpiciuntur ἀς ὁ αὐτὸς Διὸς καὶ Γανυμήδης ἀγάλματα, ut docet Pauſanias Lib. V. cap. 24. p. 440. ejuſque imago collocatur etiam inter Proſerpinae, Veneris ac Dianae ſimulacra. ut idem cap. 26. pag. 446.

## Ad FAB. V.

2 HYACINTHUS AMYCLAE] Ita ex MS. repoſui pro *Amyclides*, quod editi repraeſentant. Eſt Graeciſmus elegans, quem & ſuperius non uno loco huic ſcriptori reſtitui. Vide not. ad fab. 3. Lib. VI. MUNCK.

3 DESPICERE POTUIT] Malim, *diſpicere.* MUNCK.

## Ad FAB. VII.

4 FILIAE AMATHUNTEAE] MS. & Venet. *Amathuntae.* Caeteri editi, *Amathunte* vel *Amathuntes. Amathuntis* eſſet ſcribendum. Sed poëta non dicit Amathuntis fuiſſe filias. Legerim *feminae Amathunteae.* MUNCK.

5 PUDORE INDURUERANT] Ita Venet. & Micyll. Raenerius, *quia vero ad pudorem* &c. MS. *quia pudorem durauerant.* Fort. *quia pudorem exſuerant.* MUNCK.

Ad

trivio vulgavere corpora. Ob ejuſdem deae iram, qui [5] pudore indurueranr, in lapidem noviſſimè ſunt transfiguratae.

## *Fab.* VIII.

Pygmalion offenſus inpudentiâ vulgari Propoetidum, ſtatuit coelebs permanere: qui cum ſignum virginale ex ebore feciſſet; captus ſpecie ejus, in vecordem incidit amorem, [6] & totâ mente quaeſivit à deâ, ut ei ſigno, cujus amore exarſiſſet, anima infunderetur. Qui ut egreſſus templo domum pervenit, comperit, [7] voto ſe eſſe donatum conjugii. Itaque [8] laetatus arte ſuâ, [9] Paphum filium genuit, qui in inſulâ Cypro oppidum ſui nominis conſtituit.

## *Fab.* IX.

Myrrha Cinyrae & Cenchreidis filia, iracundiâ Veneris, [10] quod ſibi mater ejus praeferretur, patrem inpio amore dilexit: nec viam potiendi inveniens, cogitur ſuſpendium experiri. Cujus nutrix intra cubile gementis excepit vocem; & ſignis cognitis nefariae mortis, dum diligentius ſcrutatur, cauſſam poſcit. [11] Conſolata ergo puellam, ei pollicetur, ſe effecturam, ut parenti ſine ullâ infamiâ jungatur. [12] Cujus illa orationem in promiſſum tempus differt. At anus die

### Ad FAB. VIII.

6 ET TOTA MENTE] *Et cum tota mente* Vett. edd. cum MS. MUNCK.

7 VOTO SE ESSE DONATUM] Elegantius foret, *damnatum*. Hygin. Aſtron. Lib. II. cap. 24. *Quo voto damnatam crinem in Veneris* &c. Nepos Timol. 5. *Dixit nunc demum ſe voti damnatum eſſe.* Liv. V. 15. *Haud mirum eſſe furere civitatem, quae damnata voti, omnium rerum priorem curam, quam religione ſe exſolvendi, habeat.* Virg. Eclog. V. 80. *Damnabis tu quoque votis.* Confer quae habet Briſſon. in de Formul. Lib. I. MUNCK. Livius Lib. XXVII. cap. 45. *Damnarenturque ipſi votorum.* De verbi *damnare* in hac re notione Lactantius ad Statii III. Th. 562.

8 LAETATUS ARTE SUA] *Artis ſuae* MS. Eſt notus helleniſmus. Ita *laetari malorum* dixit Maro AEn. XI. vers. 280. nec non *laeta malorum* vers. 73. MUNCK.

9 PAPHUM FILIUM GENUIT] Quid ergo ſibi vult Schol. Pind. ad Pyth. Od. II.? Οὗτος ὁ (Κινύρας) ὑὸς Ἀφιδάντος ἦν ἐξ Πάφου. Καὶ εἰσὶ ὁ Εὐμηλίδης, ἐξ Πάφιος τὸ ἄμφω. Aut foemina fuit Paphus, aut ſcribendum, ἐκ Πάφου. MUNCK.

### Ad FAB. IX.

10 QUOD SIBI MATER &c.] Ita Raenerius. MS. τὸ *ſibi* non habet. Venet. & Micyll. *Quod mater ejus praeferretur deae.* MUNCK.

11 CONSOLATA ERGO PUELLAM] Haec à Raenerio lectio eſt. Venet. Micyll. & MS. *Conſulta ergo puella.* Forte, *conſolata puella.* Notum eſt praeterita participia deponentium ſaepiſſimè paſſivè ſumi. Ne dicam jam etiam *conſolo* dixiſſe veteres. Unde Vetus Interpr. Matth. cap. II. *Rachel plorans filios ſuos noluit conſolari.* Leo Papa Libr. de Conſl. Virt. & Vit. cap. XX. ex Matth. cap. 5. *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.* MUNCK.

12 CUJUS ILLA ORATIONEM] Ita cum MS. etiam Venet. & Micyll. Puto tamen ſcribendum, *cujus illa orationem.* MUNCK.

die ſolenni Cereris, quo mater ejus operata à viro ſecubabat, alumnam noctu deducit ad Cinyram, praedicans formâ ejus inpulſam ſibi [1] ſe credidiſſe: qui [2] datâ cupiditate lumen inferri juſſit, ut ſpeciem ejus notam haberet. Cognituſque filiae pater ſtuprator, coactus eſt pudore ferro ſtricto eam inſequi. Quae duplici metu territa in ſylvam profugit: ibique miſericordiâ ejuſdem deae in arborem, quae ejus nomen indicaret, mutata eſt.

## *Fab.* X.

Ex Myrrhae & Cinyrae inceſto concubitu ob iram Veneris conceptus eſt infans. [3] Verſâ enim Myrrhâ [4] in arborem ſui nominis naſcitur, quem Adonem cognominant: quem Venus non minus dilexit, quam puella patrem Cinyram dilexerat, beneficio Cupidinis.

## *Fab.* XI.

Atalante Schoenei filia, cum de conjugio ſciſcitata eſſet, & monita, ut nulli jungeretur, quia omnium virginum perniciſſima erat, petentibus procis legem propoſuit, ejus conjugem futuram, qui ſe curſu pedum

1 SE CREDIDISSE] *Se conecredidiſſe* MS. MUNCK.

2 DATA CUPIDITATE] Notat Barthius *dare cupiditatem* eſſe huic ſcriptori ſatiare, & phraſin eam eſſe percuſſam non triviali monetâ. Immo, me judice, nec Latinâ. Scripſerim *ſedata cupiditate*. Supr. Lib. IV. cap. 5. *Cupiens, ut in antedictis, cupiditatem ſedare.* Feſtus Avienus Deſcript. Orbis Terr. *Myrrha furor quondam Memyreus.* Reſcribe *Cinyreius.* Ad eundem modum *Heros Cinyreius*, & *Juvenis Cinyreius* dicitur Adonis à Naſone Lib. X. Met. vers. 712. & 730. Auſon. Epitaph. Her. 33. *Verum aut Perſephonae Cinereius ibit Adonis* &c. MUNCK.

## Ad FAB. X.

3 VERSA ENIM MYRRHA] Ita vult ſanè Naſo. Aliter Anton. Liberal. cap. 34. Περσεφόνη δὲ ἐξαπίνης ἔτεκε παῖδα. Καὶ τὸ βρέφος μὲν ἐξέβαλεν εἰς τὸ ὄρος, γνωστὸς. Quae verba ita verterim, *ſubito lumine illato, agnita eſt, & partum alvo ejecit.* Feſtus: *Exterraneus quoque dicitur, qui ante tempus natus, vel potius ejectus eſt. Dictus autem exterraneus, quod eum mater exterrita alvo ejecit.* Idem in *Egeria. Egeriae Nymphae ſacrificabant praegnantes, quod eam putabant facile conceptam alvum egerere.* MS. Leid. *alvo.* Lege, *conceptum alvo*, niſi *conceptam alvum* vocavit, quae concepit, ut *ova concepta*, quae pullum conceperunt, ſive in pullum coierunt, apud Petronium; quemadmodum contra *abortivum ovum* dixit Martialis Lib. VI. 93. quod gallinae ſuppoſitum non concepit. Certè activè τὸ *concepta* accipit Scaliger in illis apud Virgil. in Culice: *Femineum conceptа decus.* Caeterum ut ἐκβάλλειν apud Antoninum, & in Scholiis Callim. in Hymn. Dian. vers. 232. ita & λαβάλλειν de partu dicitur apud Schol. Homer. ad Iliad. T. 109. Ἐκβάλλειν *ejicere* Latinorum eſt, ut *abjicere* λαβάλλειν. Valer. Max. Lib. IV. cap. 6. ex. 4. *Partu, quem utero conceptum habebat, ejicere coacta eſt.* Scheckius Praemeſſ. cap. 4. *abigere* legit, quod in MS. invenerit *abjicere.* Sed *abjicere* idem eſſe quòd *abigere* interdum dixerim. Marcell. Lib. XVI. p. 131. ed. Boxh. *Ut quotieſcunque concepiſſet, immaturum abjiceret partum.* At tu *abigeret* reponendum ibi forte cenſebis. Scio uſitatius eſſe. Servius ad Georg. III. 139. *Tunc enim diligentius tractandae ſunt, ne abigant.* Verum *abjicere* pro *abigere* invenias apud Marcellin. etiam Lib. XV. p. 86. *Hunc per ſubſcriptionem abjicere ſede epiſcopali.* Et apud Hyginum Myth. cap. 120. *Abjectis miniſteriis,*

ipſa

pedum anteceſſiſſet, victo autem necem ſtatuit. Quam cum Hippomenes Megarei filius ex progenie Neptuni intenſo amore diligeret, nec [5] morem certaminis expaveſceret, Venerem in malis habuit auxilio. Nam [6] ex Amaſeno agro, qui eſt in inſulâ Cypro, ei tria mala aurea donavit, ut in curſu projiceret virgini: futurum enim, ut cupiditate ejus [7] tardaretur inpetus, ea dum peteret. Cujus monitis Hippomenes conſecutus victoriam, poſtea ingratus adverſus deam cognitus eſt. Itaque inpulſu ejuſdem deae, matris deûm lucum dum transgrediuntur, quem Echion terrae filius ſacraverat, non tenuerunt cupiditatem, quin adverſus religionem in ſacrato concubuere ſolo. Quam ob cauſſam à deâ in leones ſunt converſi: unde [8] deûm matri ex illo leones ſunt ſubjecti.

## *Fab.* XII.

Adonis ſupradictus, monitus à Venere quam vim ferae haberent, [9] non obtemperavit. Igitur is in venatione ab apro interimitur: cujus cruor ejuſdem deae numine in florem purpurei coloris converſus eſt.

*Fabi*

*ipſa coepit.* Nec non Juſtin. Lib. XI. c. 12. *Ex colliſione abjecti partus.* &c. Etiam *projicere* de pariente dixit Lib. III. Interpres Abdiae Babyl. *Crede nunc Jeſum Coriſtum filium Dei, & projice puerperium: Veruntamen mortuus* (leg. mortuum) *egredietur, quod indigne concepiſti. Haec ut mulier credidit, mox egredientibus cunctis de cubiculo, projecit partum mortuum* &c. Nota & *puerperium* dici *foetum*, ut in Vet. epigram. Catal. Pith. Lib. II. *Cauta quidem genitrix, noceant ne vulnera nato, Confirmat Stygio fonte puerperium.* Laertius in Ariſtippo p. 155. ed. Steph. Ἡ δ' αὐτὴ Ἀθηναίων πόλις ἐ δυναμένη μὲ φέρειν, ἅσπερ ἡ Σεμέλη τὸν Διόνυσον, ἐξέβαλε. Interpr. *Non ſecus ac Semele Dionyſium, expulit.* Rectius foret, *ejecit.* Dein male *Dionyſium* vocat Bacchum pro *Dionyſo*: in quo errore & Fulgentius deprehenditur Lib. II. Myth. cap. 15. Ubi videndae annotationes noſtrae. MUNCK.

4 IN ARBOREM SUI NOMINIS] Tzetzes in Lycophronem: Οἱ δὲ εἰς δένδρον αὐτὸν μετέβαλον, τὸ ἀπ' αὐτῆς λιγόμενον μύρραν, ἤτοι σμύρναν Αἰολικῶς. Ita legendus ille locus, quem malè cum interpolat, tum deſcribit homo meus. MUNCK.

## Ad FAB. XI.

5 MOREM CERTAMINIS] H. e. conditionem. Terentianus: *Mos certaminis & modus.* Barthius. MUNCK.

6 EX AMASENO AGRO] Scribe, *Tamaſeo* cum Heinſ. ad Metam. Ovid. p. 278. MUNCK.

7 TARDARETUR IMPETUS, EA DUM] MS. & Vett. edd. *Ut cupiditate ejus tardaretur, dum peteret.* Scribendum eſſet, *cupiditatem eorum.* Catal. Pith. Lib. IV. *Haec peterant celeres pretio tardare puellas.* Sed alteram lectionem adſtruit Hygin. Myth. cap. 185. *Puellae impetum alligavit.* MUNCK.

8 DEUM MATRI] MS. *Deae matri.* Forte, *Idaeae matri.* Vid. not. ad Myth. Hyg. cap. 291. & idem tibi, quod mihi, videbitur. MUNCK.

## Ad FAB. XII.

9 NON OBTEMPERAVIT] MS. & Venet. non agnoſcunt verba illa. Immo nec Micyllus, cujus editio exhibet, *Quam vim ferae haberent, igitur is (dum negligit haec) ab* &c. Sed verba in-

## *Fab.* XIII.

[1] Minthe Nympha in herbam mutata mentham, odio Proſerpinae Cereris filiae, quod cum patre conjuge ſuo concubuiſſet.

## *Fabulae Lib.* XI.

I. Serpens in lapidem.
II. Thraciae mulieres in arbores.
III. Contacta à Midâ & arena Pactoli in aurum.
IV. Midae aurès in aſini aures.
V. Cannae vocales.
VI. Neptunus & Apollo in homines.
VII. Thetis Nympha in varias formas.
VIII. Daedalion in volucrem.
IX. Lupus in ſaxum.
X. Ceyx & Alcyone in aves ſui nominis.
XI. AEſacus in volucrem mergum.

## *Fab.* I.

Orpheus, [2] OEagri fluminis & Calliopes Muſae filius, cum habuiſ-

cluſa parentheſi procul dubio ab emendatore aliquo ſunt. MUNCK.

### Ad FAB. XIII.

1 MINTHE NYMPHA] Cocyti filia. Plinius Lib. XIX. cap. 8. *Menthae nomen ſuavitas odoris apud Graecos mutavit, cum alioqui Mintha vocaretur, unde noſtri nomen declinaverunt.* Lege, *declinaverunt*, ut habent edd. Vett. Nam à μίνθη vel μίνθα Graecorum declinatum Latinum *mentha*. Dicitur & μίνθος. Schol. Ariſtoph. ad Act. II. ſc. 1. Μίνθον οἱ μὲν τὸ ἡδύσμον. οἱ δὲ τὴν ἵυγγα &c. Confer Strabon. Lib. VIII. MUNCK.

### Ad LIB. XI. FAB. I.

2 OEAGRI FLUMINIS] Rex Thraciae fuit. Vide Philargyr. ad Virg. Georg. IV. 523. MUNCK.

3 IN ALTERA] *In alid* MS. MUNCK.

4 PUERILEM AMOREM] Vide Hyg. Aſtron. Lib. II. cap. 7. Sed Conon: Ὅτι ὑ μιλτίδου κάτωθε τ ὀργίων, τάχα μὲν καθ' ἅπας σφάττες. In ſacris ſanè Bacchicis dilaceratus & carptus eſt, ut inter alios etiam Lactantius Firm. Lib. I. cap. 22. nobis narrat. Accedit huc, quod ſacrorum initia docuiſſe Graecos Orpheus referatur. Tatianus Aſſyrius Orat. contra Graec. Πεύσετο μὲν γὰρ ἀκριβῶς ἂν ἄδειν Ὀρφέως ὑμᾶς ἰδίδαξεν, ὁ ὢν αὐτὸς ἂν μυστής. MUNCK. De Orpheo Myſteriorum doctore vide quae dixi in Obſ. Miſc. Vol. X. Tom. I. p. 102. Orpheus Bacchi κάρηβρον eſt apud Eleos. v. Pauſan. Lib. V. cap. 26. p. 446. & Eurip. Hippol. vs. 953. ait. Ὀρφέα τ' ἄναχτ' ἴσχει Βάκχου. Primus enim Myſteriorum doctor & fundator Bacchus, Orpheus emendator fuit. Conſule Diodor. Siculum, Lib. III. p. 199. qui OEagrum Orphei patrem, aeque ac Philargyrius, Thraciae regem vocat, ubi plura ad rem videnda.

5 INSTINCTAE] H. e. furore percitae. *Inſtinctus* eſt afflatus. MUNCK.

6 SE-

buiſſet conjugem nomine Eurydicen, & eam amiſiſſet, & cum ſine ea ab inferis rediſſet, lege adcepta à Plutone, ne talem dolorem [3] in alterâ experiretur, [4] puerilem amorem primus inſtituit. Quam ob cauſſam Threſſae mulieres [5] inſtinctae, in abditis locis ſolitudinem agentem, propter deſiderium conjugis, interfecerunt; [6] ſeparatumque caput ejus à reliquo corpore cum lyrâ in amnem Hebrum praecipitaverunt: per quem in mare delatum, & hinc in inſulam Lesbum, cum hic haeſiſſet in littore, ſerpenſque morſu ſanguinem lamberet, priuſquam [7] vultus ejus adpeteret, ab Apolline Jovis & Latonae filio duratus in lapidem eſt.

## *Fab.* II.

[8] Thraciae matronae, quae caedi interfuerant Orphei, à Libero ulciſcente aemulum ſcientiae ſuae, [9] in arbores varias abierunt.

## *Fab.* III.

Liber Thracia digreſſus cum Tmolum [10] montem Lydiae comitatus Bacchis peteret, Silenus [11] ei aufugit: quem Phryges captum ad Midam regem adduxerunt. Agnitus ab eo, exceptus eſt, & Libero advenienti redditus. [12] Quod ob beneficium [13] optandi deus veniam ei dedit; ſi quid vellet, à ſe peteret. [14] Ille ut quaeque contigiſſet, aurum

6 SEPARATUMQUE EJUS CAPUT] Servium vide ad laudatum modo Maronis locum. Conon. Narrat. 41. & Hygin. Aſtron. II. 7. Plutarch. libr. de Fluv. in Hebro longè aliter haec narrat. MUNCK.

7 VULTUS] Ita MS. non *vultum*, ut edd. Emendatio, inquies, unius literae. Ita eſt, ſed ideo non contemnenda. Litera una omiſſa corrupit etiam verſum Ariſtoph. Plut. act. I. ſc. I. vers. II. Ἰατρὸς ἂν ἦ μαίας, ὃς φασι σοφός. Leg. φασιν. Notum eſt, addi interdum etiam ſequente conſonâ. Ariſtoph. ipſe act. II. ſc. 5. Πλὴν τὸ Ἑκάτης ἵξιον τοῦτο τοιόν. MUNCK.

## Ad FAB. II.

8 THRACIAE MATRONAE] *Ceae* MS. & Venet. MUNCK.

9 IN ARBORES VARIAS] *In varias ſpecies* MS. cum edd. Vett. Hyg. Myth. cap. 136. *Ut ſe in aliam ſpeciem commutaret.* MUNCK.

## Ad FAB. III.

10 MONTEM LYDIAE] Ita repoſui ex MS. pro *Ciliciae*, quod perperam edd. repraeſentant. Vibius Sequeſter: *Tmolus Lydiae, vino inſignis.* Idem cap. de Flum. *Hermus Lyciae.* Leg. *Lydiae.* MUNCK.

11 EI AUFUGIT] Τὸ *ei* deeſt Colon. ſed & facile deleri poteſt, niſi ſubſtituas *eum*. Vide Munck. ad Hygini fab. 258.

12 QUOD OB BENEFICIUM] MS. cum Vett. edd. *Et ob beneficium.* Forte, *id ob* &c. MUNCK.

13 OPTANDI DEUS VENIAM ILLI DEDIT] Poteſtatem vel χάριν. Prudentius Hymn. ad Cereum: *Fit ligni veniâ mel velut Atticum.* Inſr. Lib. XIV. fab. 4. *Optandi veniam tribuit.* Hyginus in hac Fabula Mythol. cap. 191. *Deoptandi dedit poteſtatem.* Salluſt. Jug. cap. 79. *Optionem Carthaginenſium fecerunt.* Victor Illuſtr. cap. 2. *Ei T. Tatius optionem muneris dedit.* MUNCK.

14 ILLE UT QUAEQUE &c.] Sic & Veneta cum

aurum fierent: quod ei inutile fuit. Cui deus petenti, ut reſtitueretur ſibi, fecit. Juſſit enim ad flumen Pactolum perveniret, ibique, [1] ſe lavaret, & ſic rediret in priſtinum ſtatum: unde aqua aurei coloris [2] eſſe coepit.

## *Fab.* IV.

Pan cum Tmolum montem Lydiae frequentans fiſtulâ ſe oblectaret, elatus gloriâ agreſtium Nympharum, Apollinem in certamen devocavit. Judice ergo Tmolo, cujus mons erat, cum victoria Apollini eſſet adjudicata, Midae regi [3] ſupradicto adſidenti ſoli diſplicuit. Quam ob cauſſam Apollo ob eamdem ſtultitiam, quam & ſupra geſſerat in Liberi patris voluntate, [4] iratus, aures ejus aſininae ut eſſent [5] ſempiterno effecit, cujus judicium [6] nulli rei facerent. Qui tamen fertur Midas eſſe matris magnae filius. Sic enim cum Heſiodo conſentit Ovidius.

## *Fab.* V.

[7] Refert quoque deformitatem illius: quam cum veſte celaret, ut famulus vidit, neque eloqui poſſet, [8] quod ejuſdem dei mentem in aures haberet. [9] Qui rurſus obruta arena arundines enatae, agitataeque vento deformitatem Midae indicârunt.

*Fab.*

cum MS. Micyllus dedit, *Ille ut quaeque contigiſſet aurum fierent, petiit.* Forte, *Ille petiit, quaecunque contigiſſet, aurum fierent.* Non ignoro tamen *quaeque* poſſe accipi pro *quaecunque.* Auſon. Ludo: *Pareto legi, quiſque legem ſanxeris.* MUNCK.

1 SE LAVARET] Haec lectio eſt à Raenerio. Venet. & Micyll. cum MS. *ſe ſupponeret.* Sed depravatum iſtud indubiè. Senſus flagitat, *ejuſque fonti ſe ſupponeret*, vel ſimile quid. Ita enim eſt apud Naſonem: *Spumigeroque tuum fonti, qua plurimus exit, Subde caput.* MUNCK.

2 ESSE COEPIT] *Eſſet* MS. cum Venet. Forte, *exſtitit.* MUNCK.

## Ad FAB. IV.

3 SUPRADICTO] Cujus ſupra mentio facta. Lactant. Firm. Inſtit. Lib. VI. cap. 5. *In tertio ſupradicti operis libro oſtendit.* Salvian. de Provid. Lib. I. *Errorem ſupradictorum ſtatim in ipſo opere punivit.* Euagrius in vitâ Antonii: *Cum in unâ memoriâ ſupradictus frater eum clauſiſſet.* Anton. Auguſt. Itiner. *Provinciae ſuprascriptae ſtadia D.* Diviſim Plin. Hiſtor. Natur. Lib. VII. cap. 25. *Praeter ſupra dicta.* MUNCK.

4 IRATUS] *Deus iratus* MS. & Venetz. MUNCK.

5 SEMPITERNO] Solinus cap. 48. *Tenacibus foliis ſempiterno umbrantur.* Petron. Fragm. Trag. *Sempiterno nominabitur.* Cato apud Chariſ. Lib. II. *Ego mihi monumenta ſempiterno poſui, quae cepi.* MUNCK.

6 NULLI REI FACERENT] Haec eſt lectio Venet. ac Micyll. quibus & MS. conſentit, niſi quod *faceret* praefert. Raenerius, ut ſolet, etiam heic ſua ſcripſit. MUNCK.

## Ad FAB. V.

7 REFERT QUOQUE &c.] Repraeſentavi hoc argumentum, ut in MS. invenit Nob. Heinſius,

una

## *Fab.* VI.

[10] Inter Sigeum Rhoeteumque promontoria, quo loco ara Jovis Panomphaei Phrygibus eſt conſecrata, Laomedon Capys filius cum Ilium poneret, Apollo ac Neptunus in homines verſi, operas ſuas [11] aeſtimati ad exſtruendum murum addixerunt. Quibus perfectis, pactum aurum Laomedon negavit; ita tamen ut Neptunus perfidiâ regis obſenſus in agros ejus mare mitteret, omneſque fructus obrueret. Supra quam poenam coëgit eum Heſionem filiam marinae proſtituere belluae. Quâ liberatâ ab Hercule, rurſus in fraude cognitus: equos enim, quos ob ſalutem virginis pactus erat, ei abnegavit: ideoque ille expugnato Ilio, Heſionen abreptam Telamoni, qui ſocius militiae fuerat, copulavit.

## *Fab.* VII.

[12] Proteus cum Thetidi praedixiſſet, ſi vellet jugalis fieri, quod filium parente ſuo fortiorem procrearet, Jupiter incenſus pulchritudine eſt Nymphae. Qui id ſibi ne adcideret, concubitum ejus refugit, & in ſubceſſorem conjugii Peleum nepotem dedit: quem illa refugiens, modo in volucrem, modo in arborem, interdum in tigrim converſa, cum eluderet, [13] Peleus Neptunum oravit, ut opem ſibi ferret: qui

una cum naevis ſuis. Raenerius maluit novum cudere. MUNCK.

8 QUOD EJUSDEM DEI] Ita cum Veneta etiam Micylliana. MS. liber pro *dei* exhibet *dt*, ſuperpoſitâ virgulâ, ut non *dei*, ſed *domini* ſcripſiſſe videatur Lactantius. MUNCK.

9 QUI RURSUS] *Cui rurſus* Micyll. Latet aliquid, quod dies aliquando deteget. MUNCK.

## Ad FAB. VI.

10 INTER SIGEUM RHOETEUMQUE] Serv. ad AEn. 11. 312. *Duo ſunt Trojae promontoria, Rhoeteum & Sigeum: quod dictum eſt propter Herculis taciturnitatem, qui prohibitus hoſpitio Laomedontis ſimulavit abſceſſum, & inde contra Trojam per ſilentium venit, quod eſt σιγή.* Inter quatuor Idae promontoria numerat Nicandri Scholiaſtes pag. 67. Ed. Soter. Κορυφαὶ, inquit, ἤγουν ἐξοχαὶ τῆς Ἴδης τέσσαρες, Φαλάκρα, Λεκτὸν, Γάργαρον, Σίγειον. Tria tantum facit Scholiaſt. ad Iliad. Θ. vers. 48. Τρία δέ εἰσιν ἀκρωτήρια τῆς Ἴδης, Λεκτὸν, Γάργαρον, Φαλάκρη. Lucem haec afferunt verbis Heſychii: Λεκτὸν, ὡς σιωπὴν, ἢ ἀκρωτήριον. MUNCK.

11 AESTIMATI] Ita & Venet. Sed Micyll. *aeſtimato*. Latet & heic aliquid. Forte *aeſtuanti*, quod ſuſcepta creviſſe labore difficili dicat Naſo. MUNCK.

## Ad FAB. VII.

12 PROTEUS CUM &c.] Ita & Venet. cum Micyll. Sed MS. principium hoc paullo aliter exhibet. *Proteus cum Thetidi praeceſſiſſet, ſi voluiſſet jugalis fore, ut filium parente fortiorem procrearet.* Putes ſcripſiſſe, *praedixiſſet, ſi voluiſſet jugalis fieri, fore, ut filium parente* &c. MUNCK.

13 PELEUS NEPTUNUM] Sic & Venet. cum Micyll. Sed MS. *Peleus adorato Neptuno, ut opem in amorem ſibi ferret, Proteo mandavit preces ejus, qui ſe mari emerſerat, ac Peleo mandavit* &c.

qui cum Proteo preces ejus commendaret, ille emergens è mari Peleo mandavit, ut quiescenti Thetidi meridiano calore insidiaretur, eamque vinculis inligatam adgravaret; & quamvis in mille figuras converteretur, ne dimitteret, donec in pristinam rediisset formam. Sicque [1] illa potitus, Achillesque Graecorum fortissimus procreatus est.

## *Fab.* VIII.

Peleus, fratre Phoco interempto, profugus Trachina [2] ad Ceyca Luciferi filium in hospitium venit. Hic adcepit Daedalionis filiam Chionen speciosissimam fuisse: hanc à Mercurio per quietem [3] obpressam: item ab Apolline in anum conversō. Horum altero [4] Autolycum furacissimum, qui ex albis nigra, & ex nigris alba faciebat, procreatum: [5] ex Apolline item Philammona studiosissimum citharae. Hanc etiam gloriantem, quod cum talibus concubuisset deis, Dianae pulchritudini se praetulisse. Confestim itaque illam, ut debuit, procacem ejus linguam sagittâ incidisse, atque ex eo vulnere confestim interemptam. Quâ calamitate Daedalion cum se eodem rogo vellet consumi, neque eum proximi paterentur, ut furiis instinctus montem Parnassum petiisset, & se praecipitasset, antequam radicem montis contingeret, ab Apolline in accipitrem esse conversum.

## *Fab.* IX.

Anctor pastor armentorum, [6] quae Peleus ad Ceyca perduxerat, indicat

Quam lectionem minus improbabis, si ante inspexeris, quae ad Hyg. Myth. cap. 8. annotavi. MUNCK.

1 Illa potitus &c.] Tzetzes in Lycophron. p. 37. Καὶ ὁ Εὐριπίδης ὅτι ἐμνηστεύθη ἡ Θέτις ὑπὸ Πηλέως μιτήλαπτον ἑαυτῷ, ὡς ὁ Πρωτεύς, εἰς ἀμφίσβαιναν εἰδέαν. Ἐκεῖ ὁ καθίσχει αὐτὴν ἐν σπηλαίῳ μεγάλῳ, ἐν ᾗ ἐμίγη αὐτῇ, ἔθεν καὶ σπηλαίου χαλκοῦ Μαγνησίας Θετιδικῆς. Caeterum quaeri heic non injuriâ possit, si dea Thetis, cur insidias sibi strui divinare nequiverit. Quid respondere debeas, docebit te Homeri Scholiastes ad Iliad. N. vers. 521. Ἐζήτησαν ὁ, πῶς θεὰς ὢν Ἄρης ἐκ εἴδεϊ ἔβαλε δι' ὕπνου; Ῥᾴδιον δέ, ὅτι παρὰ τὸ ποιητῇ οἱ θεοὶ, σωματικῶς λαμβανόμενοι, ἀνθρωποειδῶς ἱστῶνται, καὶ ἀδυναμίᾳ μόνον ἀμοίρουσι ἀνθρώπων, πῆς αὐτῆς ἐνίοτε πάσχουσι. MUNCK.

## Ad FAB. VIII.

2 Ad Ceyca] Antoninus cap. 38. ad Eurytionem Iri filium perveniſſe narrat. Facere cum Antonino Lycophronis Scholiaſten, quod annotat Vir Cl. fruſtra quaeſivi. Pag. 37. ed. Steph. legas: Ὁ ὁ Πηλεὺς καθὼς Φερεκύδης καθαίρεται ὑπὸ Εὐρύτου τοῦ Ἅκτορος, ἐν δυνατίᾳ Ἀντιγόνῃ λαμβάνει. Ridiculum eſt, quod ex eodem deſcripſit idem, Pſamathen fuiſſe μίαν Ἐρμίνην. Legendum enim utique ἐκ Ψαμάθης μιᾶς τῶν Νηρηΐδων. Locus exſtat paginâ modo adductâ. Apollonius Lib. I. vers. 71. Antonino conſentit; ubi conſulendus Scholiaſtes, ut & ad vers. 224. Schol. Pind. ad Nem. Od. 4. MUNCK.

3 Oppressam] Lego *compreſſam*. MUNCK.

4 Autolycum] De quo Pauſanias Lib. VIII. cap. 4. Αὐτόλυκον οἰκῶν μὲν ἐν τῇ ὄρει τῇ Πανικῷ, λεγόμενον ὁ Ἑρμοῦ παῖς εἶναι, Δαμαλίνου ὁ ὑπὸ τῇ κληθεῖ λόγῳ.

5 Ex

indicat à lupo; cui obsisti nequiret, custodes interimi. Qui ut intellexit Nereidis irâ id sibi adcidere, quod Phocus eâ aetate AEaco genitus à se interiisset, & id [7] precibus potius, quam ultione, esse sedandum, subpliciter ab eâ petit, ne ultra [8] persequeretur admissum. Quae aliquando [9] Thetidis sororis mota precibus, ne amplius fera armenta petens saeviret, in saxi eam figuram convertit.

## *Fab.* X.

Ceyx Luciferi filius, prodigiis agitatus, Miletum ad oraculum Apollinis, quoniam Delphos Phorbas cum Phlegyis infestabat, contendit, conjugique Halcyonae AEoli filiae tardanti profectionem ob desiderium adfirmat, intra alterum mensem se reversurum: quod ut non posset praestare, naufragio vitam amisit. Cujus adventum cum illa desideraret, non respondentem tempori destinato, & in dies gravissimo luctu adficeretur, misericordiâ Junonis, quam [10] adsiduis precibus fatigabat, per quietem somnus ad indicium faciendum filium ipsius Morphea imitatorem figurarum mittere jussus, cujus frater à diis Icelus, ab hominibus Phobetor adpellatur, & alter, qui in varias figuras abire solitus est, Phantasus. Ille igitur Trachinem ad Halcyonen missus est, quae ex eo conjugem comperit interiisse. [11] Excusso ergo sopore, lumen inferri jussit. Novissimè ad littus decurrit, [12] ubi illum dimiserat. Et ut naufragi examine corpus [13] fluctuare proximo littore perspexit, in figuram volucris AEolis cessit, quae ab ejus nomine vocatur. In eamdem speciem corpus Ceycis est versum. Hae

5 Ex Apolline item] Malim, *autem*. MUNCK.

### Ad FAB. IX.

6 Quae Peleus] Ita rectè Raenerius. Perperam *quem Peleus* Venet. & Micyll. Vide Anton. Liberal. cap. 38. MUNCK.

7 Precibus potius] *Precibus magis* Micyll. Sed MS. cum Venet. *Id precibus quam ultione*. Nota est ellipsis Graecissans. Homerus: Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι. Sed haec talia cum obvia cuivis sunt, tum congesta à plurimis, etiam à nobis non uno loco ad Fulgentium. MUNCK.

8 Persequeretur admissum] Ita reposui ex MS. Perperam editi *prosequeretur*. Vide not. ad Mythol. cap. 58. MUNCK.

9 Thetidis] MS. & Veneta *Tbetis*. Quod quomodo defendi possit, discces ex iis, quae dixi ad Hyg. Myth. cap. 10. MUNCK.

### Ad FAB. X.

10 Assiduis precibus] Ita reposui ex MS. Perperam *suis* vel *ipsius* Edd. MUNCK.

11 Excusso ergo sopore] Leg. *excussa* cum Nob. Heins. Ovid. Fast. *Excutitur somno stultè pia mater*. O locum & A occupavit etiam apud Isidor. Orig. Lib. XX. cap. 16. *Character est ferrum coloratum, quo notae pecudibus inuruntur*. Leg. *caloratum* h. e. calefactum, ignitum. *Calorare* dictum est ut *vaporare*, *saporare*, *soporare* & sexcenta alia. Fulgent. Lib. III. cap. 4. *Caloratae juventutis igniculus*. MUNCK. V. celeb. P. Burm. ad h. l.

12 Ubi illum] *Unde illum* MS. MUNCK.

13 Fluctuare] *Fluctuari* MS. cum Edd. Vett. MUNCK.

Hae volucres hyberno tempore per ſeptem dies [1] in mare nidum ponunt, pulloſque, qui caſus [2] ſuorum majorum deplorent, in littore exponunt.

## *Fab.* XI.

AEſacus natus Priami, ex [3] Alyxothoe [4] Cebreni amnis filia ſub monte Idâ furtim editus, urbanum adparatum [5] cultumque cum ſylvis & labori poſtpoſuiſſet, incidit in conſpectum Heſperies Nymphae: cujus captus pulchritudine, dum fugientem perſequitur, cauſſa interemptus exſtitit. Confuſa enim timore per ignorantiam ſerpentem calce preſſit, cujus morſu ſtricta concidit. Ejus deſiderio AEſacus, ne diutius dolorem ſentiret, è monte in ſubjectum pelagus ſe praecipitavit: qui priuſquam mergeretur, in avem ceſſit. [6] *Haec aequora amat, nomenque mergi tenet, quia amne mergitur illo.*

## *Fabulae Lib.* XII.

I. Serpens in lapidem.
II. Iphigenia in cervam.
III. Cycnus in avem.
IV. Caenis in virum invulnerabilem.
V. Periclymenus in varias figuras.
VI. Apollo in Alexandrum.

*Fab.*

1 IN MARE] Ita & Venet. ac Micyll. cum MS. ἁλικιῶς. Catull. carm. 4. *Quum veniret à mare.* Ovid. Ib. *Et ſummam Libyco de mare carpat aquam.* Horat. Lib. 1. epiſt. 16. vers. 30. *Quum pateris ſapiens emendatuſque vocari, Reſpondeſne tuo, dic ſodes, nomine?* Malè interpretantur verſum poſteriorem. Sententia eſt: *Dic ſodes, eſne revera is, qui diceris? eſne par nomini illi, quo pateris te vocari?* Tè *nomine* dandi caſu accipiendum. Propert. Lib. 1. el. 8. *Nam me non ullae poterunt corrumpere, de te Quin ego, vita, tuo lumine acerba querar.* Vide ibi Scaligerum. Admonuit me locus Horat. alterius, qui legitur in Collat. Leg. Ruffin. Tit. 11. de atroci Injuriâ: *Ut neceſſe habeat aut unam nomine ſuo rem deſtinare* &c. Volebat Pitheeus, *nomine ſuo rem deſignare.* Fruſtra. Non venit ei in mentem etiam *deſtinare* eodem ſignificatu interdum uſurpari. Curt. Lib. IV. cap. 8. *Quum rex urbis futurae muros polenta, ut Macedonum mos eſt, deſtinaſſet.* Vide ibi Freinshemium. MUNCK.

2 SUORUM MAJORUM] *Suorum malorum* MS. MUNCK.

## Ad FAB. XI.

3 ALYXOTHOE] MS. *Alyxiroe.* Unde *Alexirhoë* facit Nob. Heinſius. Adi ejus animadverſiones in Ovid. Met. pag. 306. Aliter Apollodorus Lib. III. cap. XI. *Podarces cognomento Priamus regnum tenuit, ac primum conjugem Meropis filiam nomine Arisbam ſibi conjugavit, ex quâ AEſacum filium creat: cui Aſterope Cebrenis filia nupſit, quam cum mortuam nimio luctu deſleret, in mergum avem mutatus eſt.* Corrigendus ergo Servius ad AEn. IX. vers. 262. *Dicta eſt Arisba à Meropis vel Macarei filia, quam primum Paris in conjugio habuit.* An ſcribendum *Priamus*? Certè corruptè ad AEn. IV. vers. 254. *Iſacus* editum pro *AEſacus.* Verum priorem locum Servii ſanum eſſe diſcas ex Stephano in Ἀλίσβη. Ἔστι, inquit, ἱστέον ὅτι Ἀίσβη, ἀπὸ Ἀλίσβης τῆς Μάκαρος θυγατρὸς

## *Fab.* I. & II.

Agamemnon Atrei & [7] AEropes filius, dux Achivorum, cum in Aulide [8] Jovi ſacra miniſtraret, conſpexit draconem in arbore, quae inpendebat arae, lapſum ad nidum volucris: cujus octo pullis conſumptis ab eodem ſerpente, noviſſimè etiam circumvolante matre aquilâ, ipſe converſus in ſaxum eſt. Quorum prodigio Calchas Theſtoris filius reſpondit, per novem annos [9] in Troadem dimicaturos; decimo autem Ilio potituros. Fertur autem portus Boeotiae hic eſſe, ubi mille naves adverſis tempeſtatibus ſtetiſſent. Morantibus enim Achivis, [10] reſpondetur à Calchante, non ante claſſes poſſe moveri, quam Iphigeniam pater inmolaſſet. Quae cum pro re communi ad aram eſſet adplicata, inter ſacrificandum obductis nubibus à Dianâ rapta eſt, & pro ea ſubpoſita cerva.

## *Fab.* III.

Fama cum per orbem Grajorum adventus ad expugnandum Ilium veniſſet, & in Troade claſſes adparuiſſent, primus in congreſſu bellantium Proteſilaus Iphicli filius ab Hectore eſt interemptus. Dein noviſſimè Cycnum Neptuni filium, qui nullo telo interimi poterat, Achilles, cum diu in certamine victoriae contentio eſſet, & fruſtra in eum tela eminus jaceret, Meneten Lycio prius interempto, ſtricto enſe

Σεγαπῆς. Ἔφορος ὁ Μίεγιος αὐτὰ ὁμολογεῖ, καὶ τρόπῳ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Πριάμου γαμετὴν. Ἡρόδοτος δὲ Ἰάσονα Ἀρίσβην καλεῖ. Vertit interpres, *Herodotus & Iazon Arisben vocat.* Perperam. Ἰάσων eſt *Ionicè loquens.* MUNCK. *Arisben* AEſaci matrem etiam vocat Tzetzes ad Lycophron. vs. 224.

4 CEBRENI AMNIS] Ita & Veneta, *Cebrenidis* Micyll Scribe, *Cebrenis* ex Apollodoro, in quo Κεβρῆνος. Contrario vitio infectus eſt Sext. Ruſus brev. cap. 28 *Ut hoſtis ſollicitudinem demeret.* Leg. *hoſti.* Etiam Nepos, ut videtur in Hannib. cap. 6. *In propinquis urbis montibus moratus eſt.* An non *propinquis urbi*? Sed retrahit nos Salluſt. Jug. cap. 48. *Praeter fluminis propinqua loca.* MUNCK.

5 CULTUMQUE] Ita rectè MS. cum Micyll. Malè Veneta & Raener. *conſultumque.* MUNCK.

6 HAEC AEQUORA &c.] Ita cum Raener. etiam Micyll. ac Veneta. Sed non agroſcit iſta MS. Facile alioqui corrigendum quiſque videat, *Haec aequor amat, nomenque mergi tenet, quia mergitur illo.* Verſus ultimus hujus libri undecimi Metam. eſt: *AEquor amat, nomenque manet, quia mergitur illo.* Vel, ut Nob. Heinſ. editio exhibet, *quia mergitur, illi.* MUNCK.

## Ad LIB. XII. FAB. I. II.

7 AEROPES] Ita rectè Micyll. Malè *Europes* Venet. & Raener. *AEropes* MS. Vide not. ad Hyg. Myth. cap. 86. MUNCK.

8 JOVI SACRA] *Jovis* MS. Vide not. ad Myth. Hyg. cap. 86. ubi habes, *Sacra deae Veneris per aliquot annos non fecerat.* MUNCK.

9 IN TROADEM] Ita rectè cum MS. Venet & Micyll. Perperam *in Troade* Raenerius. Juſtin. Lib. XLIII. 5. *In Hiſpaniam tunc temporis bellum gerentem.* Et Lib. III. cap. 1. *Bello in Graeciam infeliciter geſto.* MUNCK.

10 RESPONDETUR A CALCH.] Pauſanias Lib.

enſe perſequens, praecipitatum ſupra ſaxum eliſo gutture preſſit. Qui priuſquam ſpoliaretur armis ab eo, Neptunus eum parens in volucrem ejuſdem nominis contulit, ne nominis aboleretur perpetuitas.

## *Fab.* IV.

Superato Cycno, inter epulas Achilles caeterique Achivûm admirantur corporis duritiam, quod toties haſta à corpore ejus eſſet repulſa: quae admiratio à Neſtore ſene doctiſſimo ſpecioſiore exemplo infirmatur. Retulit enim ſuâ aetate Caenim Elati filiam fuiſſe, quae propter pulchritudinem à Neptuno compreſſa ſit, datâ veniâ ob injuriam, ut in virum mutata nullo telo interfici poſſet. [1] Hic cum Pirithoi Ixionis filii nuptiis intereſſet, ductâ Hippodamiâ, & Eurytus inter Centauros, vino incitatus, in nuptam novam inpetum feciſſet, caeteri proſiluere Lapithae atque Centauri, nuptias frequentantes; ideoque cum caedes maxima eſſet exorta, plurimique ex utraque parte ob raptum matronarum concidiſſent, eo quod inviolabilis ille reſtaret, ab univerſis, qui ex caede reliqui fuerunt, noviſſimè inpetu facto, congeſtiſque in eum arborum truncis, ſpiritum reddere [2] coactus eſt. Tamen non inmemor Deus Neptunus, à quo ſpecioſum munus adceperat, [3] ſupradictum in volucrem ſui nominis transfiguravit.

## *Fab.* V.

Periclymenus à Neptuno adceptâ poteſtate, ut ſe in varias figuras transverteret, cum adverſus Herculem dimicaſſet, & eum varietate formarum vellet eludere, in aquilam transfiguratus eſt: quam ille

IX. cap. 19. pag. 748. narrat in Aulide, (quam urbem a Scholiaſte Homerico ac Statiano interprete, quos ad Hygini fab. 98. citavi, diſſentiens ab Aulide Ogygi filia nomen eſſe adeptam adfirmavit) eſſe templum Dianae, in cujus ara μειλίττων ἐκ μαντείας ὁ Κάλχαντος Ἰφιγένειαν τὴν Ἑλλήνων θύειν, τὴν θεὸν αὐτὴ ἔλαφον τὸ ἱερεῖον ποιῆσαι. Qui addit φασὶ δὲ ἐξαίφνης αἷμα σφίσιν ἡρεῖν, θύειν μὲν τῇ Ἀρτέμιδι, ὅτι ἔκλεψεν ἔχει, θῆλυ τι ἱερεῖα καὶ ἄρσενα ὁμοίως. καὶ ἀπ' ἐκείνου ἀφομοιοῦσθαι τὸ Αὐλίδι πάλαι τὰ ἱερεῖα τῇ θεῷ δέκα. &c.

## Ad FAB. IV.

1 HIC CUM PIRITHOI IXIONIS] MS. *Huic cum Piritbous Ixionis filius nuptui* &c. MUNCK.

2 COACTUS EST] *Coactum* MS. MUNCK. Ita Pauſanias Lib. v. cap. 10. pag. 400. de templo Jovis Olympii agens: Τὰ δὲ ὀπίσω τοῦ ἀετοῦ ἐστὶν αὐτῷ Λαπίθαι ἐς τὰ Πειρίθου γάμου ἀφῖκται Κενταύρους μάχῃ. καθὸ μὲν δὴ ἕκαστα τὸ μέσον, Πειρίθους ἐστί. παρὰ δὲ αὐτὸν, τῇ μὲν Εὐρυτίων, ἁρπακὼς τὴν γυναῖκα ἐστὶ δὲ Πειρίθου, καὶ ἀμύνων Καινεὺς τοῦ Πειρίθου. τῷ δὲ Θησεὺς ἀμυνόμενος πελέκει τοὺς Κενταύρους. Κένταυρος δὲ ὁ μὲν παρθένου, ὁ δὲ παῖδα ἁρπακὼς ἐστὶν ἑκάτερος.

3 SUPRADICTUM] Forte *Cycnum ſupradictum*. Nam de Cycno, non de Caeneo haec dicuntur. Perperam ergo in lemmatis fabularum Micyllus, *Caeneus in avem*; vel *Coenis in avem*, ut eſt in Veneta. *Supradictum* ſic ſatis Latine dici, de

ille advolantem ſibi, & in altitudinem ſe aëris efferentem, noviſſimè ſagittâ trajectam interemit.

### *Fab.* VI.

Neptunus graviter ferens Cycnum filium ſuum ab Achille occidiſſe, & Hectorem defenſorem operum, quae ipſe poſuiſſet; ab Apolline ſocio laboris petit, quoniam ſibi non daretur, ut cominus cum eo congredi poſſet, ut ultor exſiſteret. At ille, auditis precibus ejus, [4] inmiſtus acie, nullique conſpicuus, arcum Alexandri in Achillem convertit, ut ſagittas in eum dirigere poſſet; talumque ([5] quod fuit in corpore ejus mortale) percuſſit, & interemit.

## *Fabulae Lib.* XIII.

I. Ajacis cruor in florem purpureum.
II. Hecuba in canem.
III. Memnonis cineres in aves.
IV. Anii filiae in columbas.
V. Orionis filiae in coronas.
VI. Ambracius in ſaxum.
VII. Molosſi filii in aves.
VIII. Acis in flumen.
IX. Glaucus in deum marinum.

### *Fab.* I.

Achille ab Alexandro occiſo, arma cum peterentur ab Ajace, quia frater

de quo jam facta ſit mentio, oſtendi ad fab. 4. Lib. XI. At non tam bonae notae *praedictus*, quo cum barbaris etiam utitur Primaſius in Prolog. Comment. in Apocalyps. *Ejus conſilium ſequens utilitatem mox praedictam invenit.* Quod apud Vellejum cum aliis locis compluribus, tum & Lib. I. cap. 4. legitur, *ut praediximus*, id ei obtrusum procul dubio à malâ manu. MUNCK.

## Ad FAB. VI.

4 IMMISTUS ACIE] Pro *aciei* δοχαϊκῆς. Salluſt. apud Probum in Catholicis: *Dubitavit acie pars.* Idem Jugurth. cap. 16. *Uti famae, fide, poſtremo omnibus rebus ſuis commodum regis anteferret.* Ita legere malim, quam *fama, fide*, vel *famae, fidei*. ut edd. haſtenus praetulerunt. Horat. Lib. I. Sat. 3. 95. *Prodiderit commiſſa fide.* Plaut. Aulul. IV. 6. *Fide cenſebam maximam multo fidem eſſe.* Ovid. III. Metam. fab. 5. *Prima fide vociſque ratae tentamina ſumſit.* Et VI. Faſt. *Utque fide pignus dextras utriuſque popoſci.* MUNCK.

5 QUOD FUIT IN CORPORE EJUS MORTALE] Ita rectè Venet. & Micyll. Confirmatque eam lectionem MS. Confer quae ſcripſi ad Fulg. Mythol. cap. 8. Lib. II. MUNCK.

Ad

frater patruelis eſſet, & Ulyſſe, qui ſe conſilio potiorem ac virtute [1] judicaret: placuit principibus, ut utriuſque geſta erga rempublicam in bello perpenderentur, & digniori propoſitum praemium cum cauſſa ab univerſo exercitu tribueretur. Cum itaque in conſpectu omnium Ajax virtutes ſuas, quibus Graecos juviſſet, retuliſſet, & Ulyſſes conſilia ſua, quibus [2] communem rempublicam juviſſet, duces quoque [3] adduxiſſet; noviſſimè ſignum Minervae fatale, quod ille ſubſtuliſſet, oſtendit. Quo Graji moti, cum ante [4] oratione ejuſdem perculſi ſtuperent, ab Ajace arma abjudicata ſunt & Ulyſſi data. Quá ille contumeliâ adcenſus, incubuit enſi; ex cujus cruore flos purpureus ſimilis hyacinthi natus eſt.

## *Fab.* II.

Ulyſſes poſtquam Philoctetae ſagittas, ipſo comitante, in caſtra Grajorum pertulit, quibus Ilium captum eſt, praeda dives Hecuba Priami conjux Ulyſſi [5] ſorte ceſſit; quae noviſſimè acerbitatibus interitum Aſtyanactis & Polyxenae, quae in buſtis Achillis fuerat interempta, moerens, [6] claſſe in Thraciam cum eſſet adpulſa, ex reliquis liberis, [7] qui reſtabant orbae, Polydorum, apud Polymeſtora, qui quondam fuerat educatus, putabat incolumem manere: quae dum ſpatiatur

### Ad Lib. XIII. Fab. I.

1 Judicaret] *Indicaret* MS. & Veneta. MUNCK.

2 Communem rempublicam] Inanis tautologia haec eſt. Libenter deletum vellem τὸ *publicam*. Supr. Lib. xii. fab. 1. *Quae cum pro re communi ad aram eſſet applicata. Commune* appellat Horat. Lib. ii. Od. 15. *Privatus illis cenſus erat brevis, Commune magnum.* Cicero Verr. iii. *Commune Miliadum.* Ubi Aſconius, *Miré, commune, rempublicam.* Etiam Graeci τὸ κοινὸν vocant, vel τὰ κοινά. Ariſtoph. Plut. Act. ii. ſc. 5. Παντάπασιν ἀπὸ τῶ κοινῶ &c. MUNCK.

3 Adduxisset] *Adauxiſſet* MS. MUNCK.

4 Orationem ejusdem] Edd. *oratione.* Sed alterum non dubitavi reponere ex MS. Virgil. AEn. ii. vers. 31. *Pars ſtupet innuptae donùm exitiale Minervae.* MUNCK. Conſule cl. Burm. h. l.

### Ad Fab. II.

5 Sorte cessit] Ita rectè cum MS. Micylliana. Malè *forte* Raen. & Veneta. *Virgil. AEn.* i. vers. 142. *Non illi imperium pelagi, ſaevumque tridentem, Sed mihi ſorte datum.* Vellej. Lib. ii. 18. *Sorte obvenit Sullae Aſiae provincia.* Albricus cap. 2. *Cui coelum & coeli regnum in ſortem ceſſit.* Cedere autem eleganter dicitur quod nobis obtingit. Horat. iii. Od. 20. *Grande certamen, tibi praeda cedat Major, an illi.* Juſtin. xiii. 4. *Summus caſtrorum tribunatus Seleuco Antiochi filio ceſſit.* Lib. xxxviii. 3. *Homines & quaecunque auferri poſſent, Tigrani cederent.* MUNCK.

6 Classe in Thraciam] *Claſſe Thraciae* MS. cum Venet. & Micylliană. Et vereor ne fruſtra illam lectionem mutaverit. Primaſius in cap. i. Apocal. Joan. *A Domitiano Caeſare exilio miſſus, & metallo damnatus.* Adde annotata à nobis ad Hygini Mythol. cap. 15. & 108. MUNCK.

7 Qui restabant] *Reſtabant orbae.* Micyll. & Veneta. Optimè proculdubio. MUNCK.

8 In aridam ejectum] Ita repoſui ex MS. pro *dejectum.* Ter. Andr. i. 3. *Ibi tum hanc ejectam Chryſidis Patrem recepiſſe orbam* &c. Curt. ix. 10. *Belluarum, quas fluctus ejicit, carne veſcuntur.* Quod autem *arida* pro littore vel terrà ponitur, id ſapit phraſin ſacrae ſcripturae. Geneſ. cap. i. vers. 9. *Congregentur aquae, quae ſunt ſub*

tiatur in littore, animadvertit eum exſanguem è fluctibus [8] in aridam ejectum. Polymeſtor autem propter aurum, quod cum infante Polydoro ei traditum fuerat, avaritiâ ductus, eum interfecit. Et ut indicia quoque facinoris celari poſſent, eum [9] in profundum praecipitavit. Quod cum Hecuba ſupradicta Ciſſei filia comperit, per pollicitationem curavit, ut perveniret ad Polymeſtorem, dicens, ſe velle adjicere ſuper quod ante dederat, aurum, quo facilius nati celarentur indicia. Et tyrannus verum eſſe exiſtimans, petenti ſecretum conloquium dedit. Hecuba nacta locum, lumina ei abſtulit: quam Thraces dum perſequuntur ſaxis, [10] verſa eſt in canis figuram.

## *Fab.* III.

Memnon, Tithoni & Aurorae filius, Priamo ferens auxilium, ab Achille occiditur. Mater ergo precibus pro adſiduo officio inducendae lucis ab Jove inpetrat, ut, [11] in cineres ejus aduſto rogo, ſorores in volucres convertantur, Memnonides nomine. Quae memores belli, [12] quotannis ad ſepulcrum ejus conveniunt, & inter ſe dimicantes ſanguine ſuo manibus ejus frequentes parentant. Et ipſa mater ejus matutinis temporibus lacrymas deſiderio filii ſui Memnonis [13] transmutat

*ſub coelo, in locum unum, & appareat arida.* Et vers. 10. *Et vocavit Deus aridam terram.* Exod. cap. IV. vers. 9. *Sume aquam fluminis, & effunde eam ſuper aridam.* Abſolutè τὸ ξηρὸν vocant etiam τὸ ὁ. Caeterum periodus ſequens in MS. ita concepta erat: *Is autem propter aurum, quod cum infante Polydoro traditum fuerat, itaque avaritiâ ductus eum interfecit Polymeſtor.* MUNCK. Audacior quiſpiam hic emendaret *in arenam.* Sed praefero cum cl. Burmanno *in aridum* ut mox *in profundum.*

9 IN PROFUNDUM] *In profundo* MS. Conſule not. ad Fulgent. Lib. I. cap. 2. Hyg. Myth. cap. 92. Aſtron. II. 40. MUNCK.

10 VERSA EST IN CANIS FIGURAM] Vide Hyg. Mythol. cap. III. & quae ibi annoto. De Cynoſſemate porro Polluc. Lib. V. cap. 5. Paullo ſuperius *id tyrannus* aptius fore videtur, quam *& tyrannus.* MUNCK.

## Ad FAB. III.

11 IN CINERES &c.] Ita MS. Sed falſum hoc. Memnonis ſocios in has aves verſos tradit quidem Q. Smyrnaeus Lib. II. Sed qui de ſororibus ejus hoc tradat, fruſtra quaeras. Veneta & Micyll. heic exhibent, *ut favillae ejus aduſto rogo pariterque ſorores in volucres* &c. Quae nata ſunt ex malè intellectis verbis poëtae: *Mox vera volucris Inſonuit pennis, pariter ſonuere ſorores.* MUNCK.

12 QUOTANNIS] Ita & Plinius Lib. X. cap. 26. AElian. V. I. Iſidorus autem Lib. XII. 7. *quinto quoque anno.* Sed ille confundit hiſtorias, & ex AEthiopiâ praeterea AEgyptum facit. Vide tu Plinium. MUNCK.

13 TRANSMUTAT IN ROREM] Servius ad AEn. I. 493. *Quia Tithonus frater Laomedontis raptus ab Aurora filium ſuum Memnonem ex ipſâ progenitum, inlectus dono votis aureae, Priamo ad Trojae miſit auxilium, qui congreſſus cum Achille, ab eo eſt interemptus, cujus mortem mater Aurora hodieque matutino rore flere dicitur.* Pro *votis aureae* lege *vitis aureae.* Meminit ejus vitis etiam Scholiaſtes Juvenalis ad Sat. VI. vers. 652. Hem tibi hominis verba: *Eriphyle uxor Eurypbili, filii Telephi: qui Telephus cum veniſſet ad auxilium Priamo, plagatus eſt ab Achille, & cum non poſſet curari ſortitus eſt ab Achille ſe ſolo poſſe curari. Venit ſupplex: petit ſe curari, promiſſo hoc, ut nunquam jam auxilium ferat Trojanis, nec ipſe, nec*

mutat in rorem : [1] quod tamen monumentum in Phrygiâ conſtituit patruus ejus, ut Heſiodus vult.

## *Fab.* IV.

AEneas cum patre Anchiſe & filio Aſcanio profugus, Delphos venit. Hic ab Anio ſacerdote Apollinis recipitur hoſpitio, quibus indicat [2] quinque ſe filiorum parentem orbum relictum. Andrum enim filium, à quo Andros inſula, reliquiſſe patriam narrat. Huic ut Apollo dederit augurium, ſic Liberum dediſſe virginibus, ut contacta manibus earum in ſegetem, vinum, oleumque verterentur. Eas Agamemnon, ut coeleſti munere [3] exercitum aleret, cum vellet abducere, in inſulam eamdem Andron profugiſſe. Hinc rurſus ne vinculis inligatae raperentur potentiâ regis Agamemnonis, Liberi numen effecit

*de ſuis aliquis. Curatus eſt, receſſit. Poſt mortem hujus filius Euryphilus vir fortis fuit. Hunc ſaepe ad auxilium petit Priamus, ille negavit, monitus ſcilicet à patre ſuo. Ergo cum non poſſet aliter Priamus eum ſollicitare, fecit vitem ex auro, & miſit ad uxorem ejus Eriphylen. Haec accepto munere tanto, marito perſuaſit. Venit in Trojam auxilium ferens. Hunc occidit Pyrrhus filius Achillis.* Eurypylum (ita enim ſcribendum) Telephi filium fuiſſe etiam alii tradidere: ſed Eriphylen illam, cujus tam frequens apud poëtas & mythographos mentio ſit, ejus fuiſſe conjugem, id vero falſum eſt. *Plagari* ab hoc homine pro *vulnerari* vides uſurpari. Mira barbarorum licentia eſt in verbis iſtiuſmodi fingendis. Ejuſdem farinae eſt *humanari*, quod apud interpretem Concilii Epheſini inveni nuper & miratus ſum. *Et humanatus, inquit, eſt & paſſus* &c. Unde *inhumanatio* dicitur ἐνανθρώπησις Epiſcopis Galatiae in Epiſt. ad Leonem Auguſtum. Non minus audax eſt *auguriare* pro οἰωνοσκοπεῖν. Auctor Vit. Apollin. *Numquid iſte eſt, in quo auguriatis?* Caeterum quod ſequitur *ſortitus eſt*, pro *ſortem accepit*, ſuam habet venerem. *Sortem tollere* eo ſenſu dixit Hyginus Mythol. cap. 88. de eo, qui oraculum conſulit, aut ſortem petit. Uſus eadem phraſi Licinius Ruffin. Collat. Leg. Tit. XV. *Non inveniatur in te, qui luſtret filium tuum aut filiam tuam, nec divinitus apud quem ſortes tollat.* Vulg. Interp. *qui ariolos ſciſcitetur* Deut. XVIII. MUNCK.

1 QUOD TAMEN] Ita quidem edd. omnes. Legendum tamen putem *cui tamen* &c. MUNCK.

## Ad FAB. IV.

2 QUINQUE SE FILIORUM] Ita reſcribere non ſum veritus, quanquam *filiarum* habuit MS. ut & Micyll. cum Veneta. Denominatio fit à potiori. Illuſtravimus abunde eam loquendi rationem ad Hyg. Myth. cap. 159. & Fulg. Lib. I. cap. 2. Raenerius cum eam non caperet, ridiculè interpolavit. Firmat noſtram emendationem Naſo ipſe vers. 645. *Natorum vidiſti quinque parentem.* MUNCK.

3 EXERCITUM ALERET] *Alerent* MS. Rectè. Vide Naſon. vers. 659. in hac fabulâ. Corruptus in eâdem Servius ad AEn. III. vers. 80. *Anius autem rex Deli, Apollinis filius, cum trium filiarum eſſet parens, ne unius tantum Dei eſſet totas * auxilio filia numini Liberi patris devovit, qui parem ei gratiam reddens, effecit, ut quidquid una attigiſſet verteretur in fruges, altera in vinum, tertia in oleum* &c. Tolle alteriſcum & reſcribe, *eſſet tutus auxilio, filias numini* &c. Non parum lucis hiſtoriae huic adferunt, quae Tzetzes ſcribit ad Lycophron. pag. 96. Ed. Steph. Σταφύλε δὲ ἐξ Διονύσε δυγάτης γένετο Ῥοιὼ, ἣ ἐμίγη Ἀπόλλωνι, γνὰς δὲ τῦτο ὁ Σταφύλ, βαλὼν εἰς λάρνακα, ὡσὲ τὸν θάλασσαν ἀφῆκεν. ἡ δὲ κατοικιλάσα τῇ Εὐβοίᾳ, καὶ ἐξελθῦσα τὸ λάρνακ παρά τι ἄκρον ἤνοιξε παῖδα, καὶ Ἄνιον καλεῖ, ἀφ᾽ τὸ ἀνοιξῖναι δ᾽ αὐτόν. Τῦτον Ἀπόλλων ἤνεγκεν εἰς Δῆλον. ὃς Δωρίπλω γήμας, ἔσχε τὰς οἰνοτρόπας, Οἰνὼ, Σπερμὼ, Ἐλαΐδα, αἷς ὁ Διόνυσ ἐχαρίσαθ ὅτε βάλοιθ, οἶνον, σπέρμα, ἔλαιον λαμβάνειν &c. Οἰνοτρόποι dicuntur illae filiae Heſychio. Meminit & Stephanus earum: Ἀνίθ, inquit, πόλ μία τ κυκλά-

effecit ob miſericordiam & muneris ſui cauſſam, ut in columbarum ſpeciem transferrentur.

## *Fab.* V.

Diſcedentes ab Anio Anchiſes & AEneas, invicem munera dant & adcipiunt. In quibus crater fuit AEneae datus ab [4] Alcone Lydio coelatus. Anius autem à Theræ Boeotio adceperat: in quo [5] ſculptae erant Thebae & Orionis filiae, quae pro populo Thebano paſſae erant inmolari. [6] Et harum proci cum cineribus aduſti eſſent, duo adoleſcentes inde increverunt; qui & [7] virginum nomine coronae ſunt nominati.

*Fab.*

πλαίδων, ὑπολάβη ἀπὸ Ἄνδρα Εὐρυμάχου, ἢ Ἀνανίου ἀδελφῷ, Οἰνοτρόπων πατρός. Vertit interpres: *Sic vero vocata fuit ab Andro Eurymachi vel Ananii fratre OEnotroperum patre.* Sed Οἰνοτρόπων cum nuſquam inveniret, mutat τὸ Οἰνοτρόπων in Οἰνοτρῶν. Perperam omnino. Lego, ἢ Ἀνίου ἀδελφῷ &c. Verti autem iſta ita debent: *Sic vero vocata fuit ab Andro fratre Eurymachi vel Anii, patris OEnotroparum.* Andron fratrem Anii facit, cum ab Ovidio & Servio filius fuiſſe dicatur: quibuſcum & Conon facit Narrat. XLI. Ἀπόλλωνος καὶ Κρεούσης Ἀνίου γίνεται, παρὰ τοῦτ' Ἄνδρος, ὃς μίαν οἰκήσας τῶν νήσων, τὸ ὄνομα λείπει τῇ νήσῳ. Confer Etymol. in Ἀνίου. MUNCK. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. 525. non definit.

## Ad FAB. V.

4 ALCONE LYDIO] *Lindio* MS. MUNCK.

5 SCULPTAE] *Excultae* MS. Leg. *exſculptae.* MUNCK.

6 ET HARUM PROCI] Ita MS. etiam Venet. cum Micyll. niſi quod hae pro *cineribus* exhibent *muneribus.* Verum haec nata ſunt ex malè intellectis verbis poëtae: *Tum de virgined geminos exire favillâ, Ne genus intereat, juvenes* &c. MUNCK.

7 VIRGINUM NOMINE CORONAE] MS. *Coronidae.* Niſi Naſo haberet, *quos fama Coronas Nominat*, probarem protinus, & dicerem Latinâ uſum terminatione hunc ſcriptorem. Antonin. Liberal. cap. 25. Περσαγορόδωσι δὲ αὐτὰς ἄχει τῷ Αἰολῆς Κορωνίδας παρθένους. Atqui in Aoniâ natas virgines iſtas, & ab Aonibus templo honoratas dixit in praecedentibus. An ergo Ἄνιος pro Αἰολῆς reponendum? Ita Viro Cl. viſum, qui nuperrimè in Antoninum notas ſuas recoxit. Non accedo. Quae conſecratae primitus fuerint ab Aonibus ſive Boeotiis, illas etiamnum ab AEolenſibus Coronidas appellari, nihil habet abſurdi. AEolenſium enim nonnulli ſedem ceperunt poſtmodo in Boeotiâ. Homer. Schol. ad Iliad. Π. vers. 233. Ἐπεὶ Πελασγοὶ κατώκησαν τὴν Δωδώνην, ὑπολαβόντες ἀπὸ Βοιωτίας παρὰ Αἰολέων ἐξ Ἄρνης τῆς Θεσσαλίδος. Ne dicam jam plurimos AEolenſium fuiſſe Boeotios. Etymol. in Αἰολῆς. Ὁρίζης καὶ χρησμὸν συνήθροισε πολλὰς τῶν ὁμωνύμων Αἰολίων, ὡς μὲν τινὲς, ὅτι πλεῖστοι ἦσαν Βοιωτοὶ ὄντες, ὡς δὲ Μυτιλῆς, ἀπὸ τοῦ ἐκ πολλῶν ἰδίων συνεστηκέναι. Sanè ex variis gentibus conflatos eſſe AEolenſes, & inde nomen ſortitos affirmat etiam Tzetzes in Lycophron. pag. 200. Caeterum poſt τὸ πλεῖστοι interſerit Δωριεῖς Sylburgius; quam ejus conjecturam cum alia adſtruunt, tum & illud, quod ait Euſtath. ad Dionyſ. vs. 820. Ἡ Δωρὶς ἐν αὐτῇ τῇ Αἰολίδι ἐστί. Ubi autem Doris, & quae ejus urbes fuerint, inter alios breviter refert Ariſtoph. Schol. ad Plut. Act. II. ſc. 3. cognationem AEolenſium & Boeotiorum hoc quoque vel in primis arguit, quod à Varrone Lib. III. de L. L. *AEoles Boeotii* appellantur, & Strabo Lib. VIII. docet non aliam eſſe Doricam dialectum quam AEolicam antiquam, & non extra Iſthmum ſolum, ſed in Iſthmo etiam poſitas gentes AEolicas fuiſſe, quemadmodum pridem in de Numm. Praeſt. pag. 62. obſervavit illuſtr. Spanhemius. MUNCK.

## *Fab.* VI. & VII.

Petentes insulam Cretam, & hinc Italiam supradicti, ut aliquando errorem positis aedibus finire possent, multis regionibus transitis, Ambraciam adeunt, à diis per certamen petitam: in quam [1] Ambracii imaginem in saxum conspiciunt figuratam. Hinc in Chaoniam, in quâ oraculum Jovis, delati adspiciunt Molossi regis filios: qui ne flammâ consumerentur, inmortalium numine factum est, ut in avium figuras transmutarentur.

## *Fab.* VIII.

Acis Fauni & Symaethidis Nymphae filius Galateam Nerei & Doridis filiam cum diligeret, nec minus ipse ab eâ peteretur; Cyclops, quod copia ejusdem Nereïdis nulla fieret, quia feritas ejus ei invisa esset, incensus furore, spelunca [2] relictâ, palam prosiluit, vagatusque

## Ad FAB. VI. & VII.

1 AMBRACII] Addidit Raenerius *judicis*. Judex ille Cragaleus fuit, de quo Anton. Liberal. cap. 4. ubi hanc fabulam habes. Dictam Ambraciam scriptor ille tradit ab Ambracia Melanei filia. Sed Stephanus, ἀπὸ Ἀμβρακοῦ τοῦ παιδὸς Θιαπρωτοῦ τοῦ Λυκόφρονος. ἢ ἀπὸ Ἀμβρακίας τῆς Λιβύης θυγατρός. Antonini verba sunt: Γενόμενος ὁ παῖδας Εὔρυζι καὶ Ἀμβρακίᾳ, ἀφ' ἧς ἡ πόλις Ἀμβρακία καλεῖται: *Aquâ urbi Ambraciae nomen sit factum.* Sed ἀφ' ἧς malle me ibi cum scripsissem nuper, regestum mihi fuit à Viro Cl. qui veteres Graecos evolvere solitus sit, cum non mutaturum illud ἀφ' ἧς in ἀφ' οὗ. Ergo τὸ ἐπὶ pro ἀπὸ positum docere me intendit hisce exemplis. Dionys. Halicarnass. Lib. I. Ἰβαλία δὲ αὐτὰ χρόνου ὀνομάσθη ἐπ' ἀνδρὸς δυνατοῦ, ὄνομα Ἴβαλος. Et versibus paucis interjectis: ὧν δὴ πρῶτον κληθῆναι Ἰβαλίαν ἐπὶ τοῦ Ἴβαλου. Sed ego respondere illi possim, ἐπὶ in illis locis notare tempus, ut cum apud alios omnes frequenter, tum & Stephanum in Πελοπόννησος. Ἐπὶ μὲν γὰρ Ἄπιος τοῦ Φορωνέως ἐκαλεῖτο Ἀπία. Ἐπὶ δὲ τοῦ Πελασγοῦ Πελασγία. Ἐπὶ δὲ Ἄργου ὁμωνύμως Ἀργεία ἐκαλεῖτο. Ἐπὶ δὲ τῶν Πελοπιδῶν Πελοπόννησος. Quod ad sententiam attinet, rectè interpres nuperus: *Imperante enim Apio Phoronei filio, vocabatur Apia. Sub Pelasgo vero Pelasgia. Sub Argo autem* &c. Sed pro *Apeo* scribendum *Apide*. Apollod. Lib. II. cap. I. Ἄπις δὲ εἰς τυραννίδα τὴν ἑαυτοῦ μεταστήσας ὠνόμασε, καὶ βίαιος ὢν τύραννος, ὀνομάσας ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν Πελοπόννησον Ἀπίαν &c. In errorem induxisse virum videtur genitivus Ἄπιος non ita valde usitatus. Eustath. ad Dionys. p. 59. Τοὺς δὲ Ἀρκάδας ὁ Διονύσιος μὲν Ἀχιδαιοῦχας καλεῖ, οἱ δὲ νεώτεροι Ἀτιδιάς καὶ τὴν γυναῖκα φασί, ἀπό τινος Ἄπιδος, ἢ ἡ χώρα καὶ Ἄπιος, ὡς ὄφις ὄφιος, Ἄμαξις Ἀμάξιος, Ζάμολξις Ζαμόλξιος. Et pag. 124. Οὕτω δὲ καὶ τὸ Ἄπις τὸ κύριον ἐν τοῖς περὶ Ἀρκάδων λόγοις οἱ μὲν Ἄβις καὶ ἄλλιναν, Ἀπιδόν, ὡς Πάριδον. οἱ δὲ καθ' ἡμᾶς ὄφιος κίνησιν αὐτὸ μετενηνέχασι, κλίνοντες Ἄπιος. Etiam Latini in genitivo non *Apidis* tantum, sed & *Apis* dicunt. Justin. Lib. I. cap. 9. *Apis caeterorumque deorum aedes dirui jubet.* Operae pretium feciſſet, si adduxisset illud ejusdem scriptoris ex Lib. IX. pag. 573. Καὶ ὠνομάσθη τὸ φρούριον ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ Κριμίσσῃ. Heic certè ἐπὶ de tempore explicare nequeo. Et annotat ibi Sylburgius: *Ἐπὶ pro ἀπὸ plus tricies habuimus in similibus loquendi generibus.* Hunc locum debeo, ne quid dissimulem, indicio doctissimi Perizonii nostri, ut & alterum istum ex Appiani Syriacis, non adeo longe à fine; ex quo insuper apparet praepositionem ἐπὶ in hac significatione etiam cum dativo conjungi. Loquitur de Seleuco Nicatore Antiochi filio: Πόλεις ὃ αὐτὸς ἐκτίσατο μὲν Ἀντιοχείας ἐπὶ τῷ πατρὶ, καὶ τὴν ἐπὶ τῇ μητρὶ Λαοδικείας, εἰνίας ὃ ἐπωνύμους ἑαυτῷ, τέσσαρας δ' ἐπὶ ταῖς γυναιξὶ, τρεῖς Ἐπαμείας καὶ Σπαθρίτιδος μίαν. Mox iterum: Τὰς ὃ ἄλλας (πόλεις) ἐκ τῶν Ἐλλάδος ἢ Μακεδονίας ἀπέμαξεν ἢ ἐπὶ

que per ſylvas conſpexit Galateam gremio Acidis reſidentem, [3] avulſumque ſcopulum AEtnae in eos [4] ejecit: cujus vi exterrita Galatea, ſubjecto mari merſa eſt. Acis autem, qui effugere inpetum ejus non potuit, obrutus ſaxo eſt. Cujus cruor numine ejuſdem Galateae [5] in flumen ejuſdem nominis ſui, quod eſt in Sicilia, verſus eſt; [6] cujus liquori ſe junxit voluntate.

## *Fab.* IX.

Glaucus Anthedonis filius piſcator, cum ſpecioſos piſces cepiſſet, & eos vellet recentiſſimos in urbem ferre, in opaco loco proximo mari eos, dum requieſceret, ac retia ſiccarentur, ſub recentiſſimam herbam expoſuit. At illi vigore ejus ſuccoque contacti, recuperato ſpiritu, quem amiſerant, merſerunt ſe in profundum. At Glaucus experrectus, exiſtimans vim quamdam divinitatis eſſe in herbâ, ipſe quoque [7] jejunium polluit, alienatuſque mente, ex alto ſe praecipitavit [8] in pelagus, ſed inter deos marinos receptus: qui ut Scyllam Cra-

ἐπὶ ἔργοις ἑαυτῶν τισιν. Ergo nihil mutare debueram. Feci id tamen, quia eam phraſin alibi ab Antonino nuſquam memineram frequentari. Certè tantâ confidentiâ eam conjecturam non obtruſi lectori, quantâ ipſe ſuam cap. VIII. Ἐκ δὴ τούτων καὶ Λοκροὶ πόλιν τὴν Ἰταλίᾳ Σύβαριν ΕΚΑΛΗΣΑΝ pro ἔκλεσαν. *Tota*, inquit, *antiquorum turba non habet exemplum, quo probes, τὸ κλίζειν hoc in loco ſatis ſanum & integrum eſſe.* Ne quis dicat nimis hoc φορτικὸν eſſe, credere omnes debent illum legiſſe Graecos veteres omnes. Sed falſum hoc eſſe convincam illico. Heſychius in Βεκιφαλῶ. Ἀφ' ἣ πόλιν ἐν Ἰνδοῖς κλῖναι λέγεται βεκιφάλειαν. In ea phraſi ſubaudiendum eſſe ὁμοιαζομένῳ, vel ſimile quid, palam eſt ex Appiani verbis. Ad eundem planè modum Latinè Feſtus in ROMA. *A qua, ut Italia ſit potitus, urbem condiderit* &c. Plura vide in notis ad Hyg. Myth. cap. 8. MUNCK.

## Ad FAB. VIII.

2 RELICTA, PALAM] *Relicto patre* MS. MUNCK.

3 AVULSUMQUE] Τὸ *que* nec MS. nec Edd. Vett. agnoſcunt. MUNCK.

4 EJECIT] Mallet quis *conjecit*. Sed probum alterum. Front. Lib. II. Strat. cap. IX. ex. 2. *Caput Haſdrubalis in caſtra Hannibalis ejecit.* Nepos Hannib. cap. 10. *Quod in praeſentiâ veſtimentorum fuit, arripuit: his in ignem ejectis, flammae vim tranſiit.* MUNCK.

5 IN FLUMEN EJUSDEM NOMINIS] Hoc vero fabuloſum eſt, ut debuit. Euſtath. in Dionyſ. pag. 124. Μῦθοι δὲ Τίχιν καλοῦσι τὸ τέχνημα. Οὗτω δὲ καὶ Ἄκις ποταμὸς Σικελικὸς παρὰ Θουκυδίτῃ, διότι, φασὶν, ἀκὶδι τὸ τάχος ἔοικε. De illo Vibius Sequeſter: *Acis ex monte AEtna in mare decurrit: ex cujus ripis Polyphemus ſaxa in Uliſſem egiſſe dicitur.* Leg. *jeciſſe.* MUNCK. Adde Schol. Theocriti Idyll. I. 69.

6 CUJUS LIQUORI] Ita Veneta cum MS. niſi quod in hoc, *cujus liquor.* Raenerius haec omiſit, quod, ut ſuſpicor, non videret, quid ſibi vellent. Proverbium eſt apud Apoſtol. Cent. II. 25. Ἄκις ποταμός. Ἐπὶ τῶν ἄγαν ψυχρῶν. MUNCK.

## Ad FAB. IX.

7 JEJUNIUM POLLUIT] Supr. Lib. V. fab. 7. *Ad colluendum jejunium.* Sed ibi *ſolvendum* reſcribi debere oſtendi. Atque etiam heic *jejunium ſolvit* repoſuerim. Naſonis phraſis eſt Lib. V. vers. 534. *Quoniam jejunia virgo Solverat.* Hoc eſt, comederat aliquid. Etiam heic Glaucus mandere coeperat herbas, in quibus piſces illi δελεάζοντο jacuerant. MUNCK.

8 IN PELAGUS] *In pelago* MS. Et mox *mari merſus eſt*, pro *recondita eſt.* Leg. *merſa eſt.* MUNCK.

Crataeidis filiam eodem mari verſantem conſpexit, pulchritudine ejus adcenſus eſt: quam ne adloqui poſſet, mari recondita eſt.

## *Fabulae Lib.* XIV.

I. Scylla in feram.
II. Eadem in ſaxum.
III. Cercopes in ſimias.
IV. Sibylla in vocem.
V. Socii Ulyſſis in feras.
VI. Iidem in homines.
VII. Picus in avem.
VIII. Socii ejus in feras.
IX. Canens Pici uxor in auras.
X. Diomedis ſocii in aves.
XI. Appulus paſtor in oleaſtrum.
XII. Naves AEneae in Nymphas.
XIII. Alcinoi naves in ſaxum.
XIV. Ardea Turni in avem.
XV. AEneas in deum.
XVI. Vertumnus in anum.
XVII. Anaxarete in lapidem.
XVIII. Romulus in Quirinum.
XIX. Herſilia in Horam.

## *Fab.* I.

Glaucus Anthedonius ſupradictus Scyllam circa Siciliam conſpicatus dum adamaſſet, [1] & quia nollet ſequi adpetentem, venit ad Circen, obſe-

### Ad Lib. XIV. Fab. I.

1 Et quia nollet] Deleam τὸ &, tanquam ex ultimâ proximè praecedentis vocis ſyllabâ ortum. MUNCK.

2 Amorem incidit] Ita MS. Venet. *Amorem indicit.* Micyll. *Amore indicit.* Rectius foret, *amorem indicat.* Sed MS. lectionem damnare non audeo. Supr. Lib. I. fab. 10. *Ne puella Junonis iram incideret.* Vide ibi notas noſtras. Hyg. Aſtron. II. 16. *Pulchritudine Veneris inductum in amorem incidiſſe.* Cap. 20. *Phryxi Athamantis filii corpore inductam in amorem incidiſſe.* Peccatum idem admiſſum à librariis Collat. Leg. Ruffin. Tit. IV. de Adult. *Si maritus uxorem ſuam in adulterio deprehenſam occidit, an in legem de Sicariis indicit, quaero.* Leg. *incidit.* MUNCK.

### Ad FAB. III.

3 Nomine suo Pithecusas vocavit] Vel *ſuo* pro *eorum* poſuit, vel *vocaverunt* legendum. Veneta exhibet, *Pithecuſa nomine ſuo Pithecuſas vocavit.* Pithecuſam eandem eſſe atque Inarimem, ſive Enariam, volunt Servius ad AEn. IX. 715. & Salmaſ. ad Solin. pag. 97. Diverſas faciunt

obſecrans remedia, ut amanti ſubcurreret: quem illa, ipſius non levi cupiditate capta, nequiens à propoſito retardare, [2] amorem incidit, dicens quae eſſet, quae ſibi praeferretur. Inſtructa enim Hecates carminibus venit in locum, in quo Scylla ablui conſueverat, veneniſque inbuit, quibus tenus pube canibus eſt efferata, ut amantibus odio ac timori eſſet. Quod ob factum illa poſtea in Ulyſſem amatum ab eâ exercuit ſaevitiam. Quod Glaucus factum hoc à Circe dolenter tulit.

## *Fab.* II.

Docet eamdem Scyllam transformatam eſſe in ſaxum, ne AEneae naviganti in Italiam nocere poſſet.

## *Fab.* III.

Cercopes propter fraudem ſceluſque, quia boni ſemper inſidiatores fuerunt, peroſi ab Jove, ut, qualem animum habuiſſent, talem & ſpeciem poſt obitum indicarent, in ſimias converſi ſunt. Itaque Inarimen Prochytenque inſulas proximas, quas hi incoluerant, [3] nomine ſuo Pitheculas vocavit.

## *Fab.* IV.

Apollo Jovis & Latonae filius Sibyllam Glauci filiam cum diligeret, pro concubitu optandi veniam tribuit. At illa in longum victura tempus, ſpatians in littore, hauſto [4] pugno arenae, petit tot annorum ſpatium, quot partes ejus dinumerare poſſet. Igitur praeſtatâ fide [5] ad tempus, ſenectute dilapſo corpore, relicta eſt vox, quae

ciunt cum heic Ovidius, quem non rectè cepit Lactantius, tum & Mela Lib. II. cap. 7. nec non Plin. Lib. III. cap. 6. Perperam πιθηκίους νήσους vocat Apoſtolius Cent. XI. 24. ubi explicat quid ſit κερκωπίζειν. Simile adagium, ἀγορᾷ κερκώπων, de quo Zenob. Cent. I. 5. & Diog. I. 3. MUNCK.

## Ad FAB. IV.

4 PUGNO ARENAE] Seneca de Irâ Lib. III. cap. 33. *Quid ſi ne propter fiſcum quidem, ſed pugnum aeris, aut imputatum à ſervo denarium* &c. Inde *Pugillus*. Vet. Interpr. Eccleſiaſt. cap. IV. 6. *Melior eſt pugillus cum requie, quam plena utraque manus cum labore* &c. MUNCK.

5 AD TEMPUS] Forte, *Quod ad tempus*. Hoc eſt, quod ad tempus attinet. Addidi ex MS. & vett. edd. duas illas voces perperam à Raenerio omiſſas. De Sibyllâ jucunda ſunt quae narrat Trimalchio in Petron. Fragmento Traguriano: *Sibyllam quidem Cumis ego ipſe oculis meis vidi in ampolla pendere: & cum illi pueri dicerent, Sibylla τι θέλεις; Reſpondebat illa, ἀποθανεῖν θέλω.* Fugit interpretes ſimile quid de Sibylla narrari ab Ampelio cap. VIII. *Argyro eſt fanum Veneris ſuper mare: ibi eſt lucerna ſuper candelabrum poſita,*

quae Sibyllam indicaret. Deus vero voluiſſet morari eam in eo munere: ſed illa neglexit dei voluntatem.

## *Fab.* V. & VI.

AEneas [1] iter in Italiam tendens ad Laeſtrigonas venit, ubi Macareus Neritius comes Ulyſſis adparuit, [2] congreſſuſque eos eſt comitatus. Itaque cum expoſuiſſet Achaemenides apud Cyclopem quae eſſent paſſi ſocii, ſimiliter & ille, quae à Circe cum comite Eurylocho, qui potione adceptâ in varias figuras commutati ſunt; [3] ac noviſſime Ulyſſes [4] remedio Mercurii ibi venit, & ſocios recuperavit. Ex eo Circe junxit ſe ei in matrimonium; monuitque AEneam, ne littoribus Circes adcederet.

## *Fab.* VII.

[5] Picus ex progenie Saturni, rex Tyrrheniae, quae poſtea Italia dicta eſt, cum in agro Laurenti venaretur, viſus à Circe, propter eximiam pulchritudinem eſt adamatus. Sed cum amore conjugis ſuae devinctus adpetitum deae rejiceret, ab eadem ob contemptum in avem picum mutatus eſt.

*Fab.*

*ta, lucens ad mare ſub divo coelo, quam neque ventus aſpergit* (leg. *diſpergit*,) *nec pluvia extinguit. Sed & Herculis aedes antiqua; ibi columna pendet cavea ferrea rotunda, in quâ concluſa Sibylla dicitur.* De lucerna illâ in fano Veneris quod ait, ejus & Iſidorus meminit Orig. Lib. XVI. cap. 4. *Denique in templo quodam fuiſſe Veneris fanum dicunt, ibique candelabrum, & in eo lucernam ſub divo ſic ardentem* &c. Quod *ſub divo* dicat, inde ſuſpicor τὸ coelo in Ampelio, ut gloſſema, eſſe cancellandum. Certè Latinitas non patitur, ut *divum coelum* dicatur. Pro *ibi columna* repoſuerim, *ibi in columna*, niſi quis ſatius putet confugere ad ellipſin. MUNCK.

## Ad FAB. V. & VI.

1 ITER IN ITALIAM TENDENS] Virgil. AEn. VI. 240. *Tendere iter pennis.* MUNCK.

2 CONGRESSUSQUE EOS EST COMITATUS] MS. *Congreſſuſque eſt comitatum.* MUNCK.

3 AC NOVISSIME] Ita codex MS. Venet. τὸ *ac* non habet. Micyll. *Quedque noviſſimè* &c. Sed nobis ſatius viſum eſt repraeſentare lectionem ſcripti libri, in quo & mox *ibi venit* offendi, non *eo venit*, ut Raenerius dedit. Vide not. ad Lib. III. fab. I. MUNCK.

4 REMEDIO MERCURII] Illud remedium μῶλυ vocabatur, de quo vide quae annotavi ad Hyg. Mythol. cap. 125. Homer. Odyſſ. K. vers. 304. Ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δ᾽ εἴκελον ἄνθος. Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί. Schol. Βοτάνης εἶδος παρὰ τὸ μωλύειν, ὅ ἐστιν ἀφαιρεῖσθαι τὰ φάρμακα. Φασὶ δὲ τὸ ἐλλέβορον τὴν ῥίζαν τῆς τίλεως διαφέρειν τῇ λευκότητι. MUNCK.

## Ad FAB. VII.

5 PICUS &c.] Tranſcripſi ex Micylliana editione. Veneta & MS. non habent hoc argumentum. Quod Raenerius dedit, deſumptum eſt ex Regianis commentariis, immo καὶ τόδε deſcriptum. Nonius capite de Doctorum Indagine: *Picumnus & avis eſt Martî dicata, quam picum*

## *Fab.* VIII.

Socii quoque Pici, requirentes ducem, ne viribus in noxiam saevirent, contacti venenis, in varias species abiere.

## *Fab.* IX.

Uxor quoque Pici [6] canens secundum Tiberim deflens desiderio viri amissi extabuit; ita tamen, ut locus memoriam nominis posteris praeberet. Canens enim nominatus est.

## *Fab.* X.

Nec minus Macareus refert insolentiam sociorum erga Venerem, cum AEneas adversus Rutulos pro Latino dimicantes ab Euandro auxilium petisset: & quemadmodum Turnus Venulo legato à Diomede item auxilium postulasset, qui sub Dauno Iapygiae rege domicilium posuisset, negante eo, eo quod pro AEneâ adversus Venerem stetisset, vulneratamque à se inimicam haberet. Et ut comites ejus contemptu deae cupientes proficisci in bellum, in mari [7] volucrum figurâ decepti, substiterint. Eorum nomina haec sunt, [8] Agmon, Lycus, Idas, Rhetenor, Nycteus; quae volucres albi coloris ut cycni sunt.

*Fab.*

*picum vel picam vocant, & deus, qui sacris Romanis adhibetur. AEmilius Macer in Theogoniae libro primo: Et nunc agrestis inter Picumnus habetur.* Scribe *Ornithogoniae.* Diomedes Lib. I. *Macer AEmilius Ornithogonias secundo.* Adde Plinii Elenchon auctorum Lib. X. Non ignoro, ita in Nonio legendum esse pridem monuisse Godofredum; verum cum emendationis suae nullam ille reddat rationem, mihi, cui eadem in mentem venerat, faciendum id putavi. MUNCK.

## Ad FAB. IX.

6 CANENS SECUNDUM &c.] Ita Raenerius edidit. Sed Veneta, *Canens desiderio viri secundum Tiberim deflens casus amissi extabuit.* Etiam Micyll. *Casum amissi deflens* &c. MUNCK.

## Ad FAB. X.

7 VOLUCRUM FIGURA DECEPTI] Malè haec narrat Lactantius. Historiam vide apud Plin. Lib. X. 44. AElian. Lib. I. cap. I. Tzetz. in Lycophron. p. 100. Servium ad AEn. XI. vers. 271. Augustin. C. D. Lib. XVIII. cap. 16. Schol. Hom. ad Iliad. E. 412. Anton. Liberal. cap. 37. Aristotel. Admirand. Auscult. pag. 878. Ed. Casaub. Isidor. Orig. XII. 7. Quae autem aves istae sint, dubitatur. Ἐρωδιοὶ AElliano sunt. Ἐρωδιὸς ἡ λάρος Tzetzae. Isidoro formâ fulicae similes, magnitudine cycnorum. Unde & ὄρνιθα ὁμοίαν κύκνοις appellat Tzetzes p. 101. Ὄρνιθας μεγάλας τοῖς μεγίστοις dicit Aristoteles, καὶ ῥύγχη ἔχοντας μεγάλα καὶ σκληρά. Videtur sentire Isidorus cum Charisio, cui λάρος est *fulica* Lib. I. MUNCK.

8 AGMON] *Acmon* & mox *Rhexenor* MS. codex. Quae, ut magis Graeca, probanda omnino existimo; nec dubito, quin ea nomina in Nasone ipso ita etiam scribenda sint. Notum est C & G quam inter se & facile & crebro permutentur. Ῥεξήνωρ est ἀνὴρ ῥηξήνωρ, παρὰ τὸ ῥῆξαι, ut docet Schol. Homer. ad Iliad. N. vers. 324. Caeterum ut G locum ℈ C, ita B saepe locum ℈ V.

## *Fab.* XI.

[1] Dauniae regionis [2] locum arboribus obumbratum [3] Pan Mercurii filius tenuit: quem poſtea Nymphae [4] coluerunt. Has paſtor Appulus cum procacibus maledictis terruiſſet, [5] ne amplius linguam in propatulo haberet, numine earum in arborem oleaſtrum extabuit, [6] cujus fructus ſuo amarore linguae paſtoris aſperitatem refert.

## *Fab.* XII.

Turnus adverſus AEneam pro Laviniâ ſponſâ dimicans, cum inmittere ignem claſſibus conaretur; mater deûm, quia ex Idâ monte Phrygiae ſacrato eſſent factae, [7] inpetratis precibus ab Jove, in Nympharum ſpeciem illas convertit, [8] utque dearum marinarum numerum augere poſſent, effecit.

## *Fab.* XIII.

Naves AEneae docet, in ſpeciem Nympharum verſas deorum voluntate, [9] ex recordatione ſuorum Neritiam navem vidiſſe laetas pereuntem naufragio. Item Alcinoi navem Pelaſgos portantem ſaxo dureſcere.

*Fab.*

ſV, & viciſſim, occupavit. Hinc corruptus Aſconius in Argumento Prooemii Actionis in Verrem: *Quia pedeſtre iter ex Sicilia & propter fugitivos, & propter Verris inſidias dubitabat.* Lego, *devitabat.* Certè non Ἄγμων, ſed Ἄκμων nomen Graecum eſt. Acmonem patrem Coeli quidam fecere; unde Ἀκμονίδαι ὁ οὐρανός in Alis Simmiae. Ubi Scholia videnda. MUNCK.

## Ad FAB. XI.

1 DAUNIAE] Ita non ſum veritus reſcribere, cum *Daunae* exhiberet MS. Perperam *Laviniae* Edd. quas videre licuit. MUNCK.

2 LOCUM] Forte *lucum.* Curt. Lib. IX. 1. *Nemus, optatum arboribus.* Et, *ſylvae arboribus umbroſae.* MUNCK.

3 PAN MERCURII FILIUS] Ex Penelope puta. Herodotus Euterpe: *Pani vero Penelopes: ex hac enim & Mercurio natus Pan eſſe dicitur à Graecis.* Quia Mercurii filius Pan, κλεπτοπάτης à Theocrito audit in Syringe: ſed alii ex Penelope & mnelteribus natum dixere, unde & ἀπάτης ἄγαν πολυπάτης ibidem vocatur. Pediaſimus in illud poëmatium: Πανὶ λέγω καὶ τῇ μητέρι τῇ Πανὸς, ἐξ οὗπερ ἄγαν ἀπειρίαν γάμων καὶ μυθώδη τερπνίαν ἀπαρείς. Sed copioſè de genere Panos Natalis Lib. v. cap. 6. ut nihil neceſſe ſit multa à me heic corradi. Corrigam potius Natalem. Ait ille inter alia: *Alii Penelopes & Ulyſſis filium putarunt: alii ex AEthere ſive Nereide natum inquiunt.* *AEther* non eſt Nereis. Scribendum ex *AEthre* vel *AEthrâ.* *AEthra* autem Oceanitidum in numero cenſetur. Vide quae annotavi ad Hygin. noſtri Aſtron. Lib. II. cap. 21. MUNCK.

4 COLUERUNT] MS. & Vett. edd. *occuluerunt.* Sed perperam. MUNCK.

5 NE AMPLIUS] *Itaque ne amplius* MS. & Veneta. Nec putandum aliter ſcriptum fuiſſe à Lactantio. Vide quae dixi ad fab. 7. Lib. I. MUNCK.

6 CUJUS FRUCTUS &c.] Pro his MS. & Vett. edd. *Et ita factus eſt.* MUNCK.

## Ad FAB. XII.

7 IMPETRATIS PRECIBUS] Haec eſt Lectio MS.

&

## *Fab.* XIV.

Turno ab AEneâ interempto, Ardea urbs regnum Turni incendio in cinerem redacta: ex quo volucris emerſa eſt, quae patriae nomine vocaretur [10] à poſteris Ardea.

## *Fab.* XV.

Venus ut animadvertit filium AEneam [11] laboribus exhauſtis ad finem veniſſe aevi, petiit ab Jove patre, ut promiſſis fidem faceret. Cujus ille precibus auditis, efficit, ut in agro Laurenti flumine Numicio ablueret mortalitatem, [12] interque indigetes deos referretur: ita ut à poſteris, ſicut caeteris deis, ſacra ei adminiſtrarentur.

## *Fab.* XVI.

Tiberinus Albanorum rex Tuſco amni Albula merſus interiit, ac nomen fluvio reliquit. Item Aventinus, [13] à quo mons, urbis Albae adcepit imperium. [14] Sub hoc Pomona Hamadryadum Nympharum, hortorum cultrix feliciumque arborum, [15] cujus nomen pomaria obtinent. Hanc cum Vertumnus diligeret, ſolitus in varias figuras mutari, & eâ refugiente concubitum, ſollicitudine adſiduâ ureretur, noviſ-

& Vett. Edd. niſi quod *τὸ illas* nec MS. nec Venet. agnoſcunt. Raenerius dedit, *impetravit precibus ab Jove, ut in Nympharum ſpeciem converſa, dearum marinarum* &c. MUNCK.

8 UTQUE] Ita Micyll. Sed Veneta & MS. non habent *τὸ que*. MUNCK.

### Ad FAB. XIII.

9 EX RECORDATIONE SUORUM] Micyll. *eorum*. Raenerius mirificè hoc argumentum interpolavit. Videtur legendum *laborum ſuorum*. MS. codex certè pro *deorum* in praecedentibus habuit *laborum ſuorum*. MUNCK.

### Ad FAB. XIV.

10 A POSTERIS ARDEA] Serv. ad VII. AEn. 411. memoria lapſus hanc Ovidianam fabulam male interpretatus eſt, quod etiam vidit Salmaſius Exerc. Plin. p. 41. De Ardeae conditoribus Servius l. l. vs. 372. quem deſcripſit Lactantius ad Statii II. Theb. 210. Vide Berkel. ad Stephanum Byzant.

### Ad FAB. XV.

11 LABORIBUS EXHAUSTIS] Mallem, *exhauſtum*. Virgil. AEn. I. *Omnibus exhauſtos jam caſibus, omnium egenos*. MUNCK.

12 INTERQUE INDIGETES DEOS] De illis diis vide quae annotavi ad Fulgent. Lib. III. cap. 5. Virgil. AEn. XII. vers. 794. *Indigetem AEneam ſcis ipſa, & ſcire fateris Deberi coelo*. Vide ibi Servium. MUNCK.

### Ad FAB. XVI.

13 A QUO MONS] Ita cum MS. Veneta. Addunt *dictus* Raenerius & Micyllus. MUNCK.

14 SUB HOC POMONA HAMADRYADUM &c.] Intellige *una*. Graeca eſt ſyntaxis, ut ſupr. fab. II. Lib. IV. *Salmacis Najadum*. Vide quae ibi annoto. MUNCK.

15 CUJUS NOMEN &c.] Sic MS. & Vett. Edd.

noviſſimè in anum verſus eſt, eique multa retulit, quibus faeminae flecti ſolent, ut ſibi jungeretur. Ipſa autem perſeverante in propoſito, noviſſimè refert quoque fuiſſe in Cypro Anaxareten virginem, quae propter ſuperbiam punita fuiſſet à Venere. Verſuſque in ſuam formam. concubuit cum eâ Vertumnus.

## *Fab.* XVII.

In inſulâ Cypro Anaxarete fuit ex progenie Teucri Salaminii, quae formâ caeteras gentes ejuſdem civitatis ſupergreſſa eſt. Sed ut pulchritudo eminens fuit, ita propter adſpernationem virorum abominanda omnibus. Quam cum Iphis ejuſdem civitatis amore diligeret, neque aditum ad eam haberet, dolens, quod in tam gravem ſortem incidiſſet; ad extremum ne diutius doleret, noctu clam ante fores puellae ' ſuſpendio ſe liberavit. Cui cum funus pro dignitate fortunae per publicum maximâ frequentiâ duceretur, & illa patientiſſimè ex ſuperiori parte domus proſpiceret, ob nimiam crudelitatem animique duritiam in veſtigio ſui à Venere ſaxo durata eſt, ita ut apud Salaminios ſpecies ejus Proſpicientis Veneris nomen adceperit. Deinde Vertumnus rediens in ſuam ſpeciem Pomona potitus eſt.

*Fab.*

Raenerius, *unde nomen è pomis obtinet.* Id etſi negari non poteſt, non tamen ideo verum eſt ita ſcripſiſſe Lactantium. Varro L. L. Lib. VI. *Pomona pomorum patrona.* MUNCK.

## Ad FAB. XVII.

1 SUSPENDIO SE LIBERAVIT] Ita cum MS. vett. edd. Raenerius, *ſuſpendio ejus amore ſe liberavit.* Antoninus cap. 39. inediâ vitam finiiſſe juvenem narrat. Ἀρχιφῶν μὲν ἐν καθ' ὑπερῴοις πάτης τῆς ὑπηφίας τῆς θεᾶς τ γάμου ἐκὼν ἐπιθυμήσας καὶ πρὸς ἔνδειαν. Pro ὑπηφίας lege ὑπερηφίας. In praecedentibus pro *caeteras gentes*, multo mallem *caeteras virgines.* MUNCK.

## Ad FAB. XVIII.

2 QUO PROXIMAE &c.] Venet. *Quae proximè Jano* &c. Lege, *Quae proximè Ianum erant geminum.* Flor. I. cap. 2. *Ianumque geminum fidem pacis ac belli. Proximè* dativum caſum regere non poteſt. Julius Obſequens cap. 119. *Cui proximè Pompeio in caſtris ſedenti acciderat ſuper caput acceſſerat.* Lege, *proximè Pompeium.* Eàdem mendâ inquinatum puto gloſſarium Philoxeni, & lego pro *Accepto ſibi fecit*, ἰαυτῷ ἐλογίσατο, *acceptum ſibi* &c. Catull. carm. 37. *Acceptum facere redditumque votum.* Fruſtra eſt Schefferus ſubaudiri jubens praepoſitionem à. Verum ut illic aliena ellipſis illa, ita eadem non obſervata corrupit locum elegantiſſimum Plinii Hiſtor. Natur. Lib. II. cap. 7. *Quiſquis eſt deus (ſi modo eſt alius) & quicunque in parte, totus eſt ſenſus, totus viſus* &c. Notat Dalechampius MSS. habere *ſi mundo eſt alius aliquis.* Unde ipſe conjectat, *ſi à mundo* &c. At nihil opus erat ſtatâ praepoſitione. Vera & Latiniſſima lectio eſt, *ſi mundo eſt alius aliquis* &c. Horat. Lib. I. epiſt. 16. *Neve putes alium ſapiente bonoque beatum.* Quod ſi quis ſtatuere velit *proximè* etiam cum dativo rectè jungi, adducere poſſit illud Veteris Interpr. Concil. Epheſin. pag. 124. ed. Cont. *Proximè nobis participatum eſt carne & ſanguine Deus exiſtens verbum.* Scio ſatis barbarum eſſe illum interpretem. At Latinus egregiè Nepos Hannib. cap. 8. *Propius Tiberi, quam Thermopylis.* Verum ibi ex vett. edd. repoſuerim *Tiberim* & *Thermopylas.* Praepoſit. addit Frontin. Strat. Lib. IV. 7. ex. 40. *Cum propè à virgultis ſylvaque poſita*

## *Fab.* XVIII.

Poſt Amulii ac Numitoris Albanorum regum interitum Romulus urbis à ſe conditae cepit imperium. Qui cum adverſus Titum Tatium pro raptu virginum dimicaret, hoſtis adpropinquavit patriae. Quod ut Venus praeſenſit, portis obſeratis, una patefacta eſt, Tarpeiâ Virgine prodente patriam. Venus pro filii incolumitate à Nymphis, [2] quae proximae Iano erant, geminum petiit auxilium. Datâ ergo veniâ, ſecundum portam, quâ Sabini inrupturi erant, recluſo fonte, ſcaturientes aquae, quae antea latuerant, erumpebant: quae cum frigidae hoſtium introitum non prohiberent, ex frigidis in calidas verſae hoſtem averterunt. Victoriaque potitus Romulus, rebus urbis compoſitis, jura reddens populo, ſicut petierat mater, raptus in coelum eſt; ita ut [3] Quirinus novo nomine vocaretur.

## *Fab.* XIX.

Herſilia conjux Romuli, cum fleret amiſſum conjugem, [4] poſt datam ei à Junone inmortalitatem, Ora Quirini nuncupata eſt: quorum templa à populo Romano in Colle Quirinali conſtituta ſunt.

*Fabu-*

*za eſſent.* MUNCK. Conſule cl. Fr. Oudendorp. ad J. Caeſarem Lib. I. B. G. cap. 54. & ad L. VI. c. 31.

3 QUIRINUS NOVO NOMINE VOCARETUR] Lactant. Firm. Lib. I. cap. 21. *Solent enim mortuis conſecratis nomina immutari; credo ne quis putet eos homines fuiſſe. Nam & Romulus poſt mortem Quirinus dictus eſt; & Ledi Nemeſis; & Circe Marica; & Ino, poſtquam ſe praecipitavit, Leucothea, materque Matuta, & Melicertes filius ejus Palaemon atque Portunnus.* Signat eandem rem, non eloquitur Florus Lib. I. cap. I. *Quirinum in coelo vocari placitum diis.* MUNCK. Scripſit Ptolemaeus Hephaeſtionis περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ διανομίας παρὰ θεοῖς καὶ ἀνθρώποις· καὶ ὅτι Ζεὺς μόνος πολεμεῖ Διὸς υἱὸς· περὶ ἄθλων διανόμων. Vide Photii Bibliothecam pag. 482. qui ex eodem pag. 474. notat ὅτι Νεῖλος ὁ Ἡρακλῆς ἀπὸ γενέσεως φασὶ καλεῖσθαι. ἐπεὶ δ' Ἥρᾳ ἔπεσεν, ἐπιχείμενον αὐτῇ ἀπιλᾶν τὸ Ἀνώνυμον καὶ Πυρίπνοον γίγαντα, ἐκεῖθεν λαβεῖν τὸ ἀπαλαλκεῖν τὴν Ἥραν τὸν πόλεμον μετέβαλεν τὸν κλῆσιν. Nicanor Cyrenaeus hujus argumenti quoque librum videtur conſcripſiſſe, ut ex Athenaeo patet Lib. VII. cap. 12. pag. 296. Νικάνωρ ὁ Κυρηναῖος ἐν Μεθοδομαχίαις τὸν Μελιχίου φησὶ Γλαῦκον μεθοδομαχῆσαι. & Harpocrationis Lexico in voce Ἄκη. ἢ Νικάνωρ ὁ μεθοδομαχιῶν γεγραφὼς καὶ Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἰαμβείοις, τὴν τοῦ Πηλιμαίδα καλεῖσθαι φασὶν εἶναι.

## Ad FAB. XIX.

4 POST DATAM EI &c.] MS. *Poſt data ei à Junone immortalitate.* Et mox *colle Quirini* pro *Quirinali.* Quod non ſpernendum, cum Naſo ipſe habeat, *Duce me lucum pete, colle Quirini Qui viret.* Hiſtorici tamen malunt *collem Quirinalem* dicere. Nepos Attic. cap. 13. *Domum habuit in Colle Quirinali.* Schol. Horat. in Carm. Saec. Diis quibus ſeptem colles] *Id eſt. Roma. Sic Virgil. Scilicet & rerum facta eſt pulcherrima Roma, Septemque una ſibi muro circumdedit arces. Hi autem colles ſunt Aventinus, Palatinus, Eſquilinus, Capitolinus, Viminalis, Caelius.* Locus Virgilii eſt Lib. VI. AEn. vers. 781. Sed ibi ita legitur: *En hujus, nate, auſpiciis illa inclyta Roma Imperium terris, animos aequabit Olympo, Septemque una ſibi muro circumdedit arces.* Ubi Servius: *Bene urbem Romam dicit ſeptem incluſiſſe montes, & medium tenuit. Nam grandis eſt inde dubitatio: & alii dicunt breves ſeptem colliculos à Romulo incluſos, qui tamen aliis nomi-*

*Fabulae Lib.* XV.


I. Calculi nigri in candidum colorem.
II. Animae in varias ſpecies.
III. Euphorbus in Pythagoram.
IV. Elementa in varias ſpecies.
V. Amnis Lycus in regionem mutatus.
VI. Eraſinus amnis in regionem ſimiliter aliam.
VII. Caycus fluvius in regionem aliam ſimiliter.
VIII. Amaſenus fluvius in terrae ſpeciem.
IX. Anigrus flumen dulce in aquae amaritudinem.
X. Hypanis amnis in aquae amaritudinem ſimiliter.
XI. Antiſſa, Pharos, & Tyros inſulae in ſcopulos mutatae.
XII. Leucades inſulae tres in montium ſpecies; & Zancle inſula in ſcopulum.
XIII. Helice & Buris oppida in ſcopulos ſimiliter.
XIV. Area in tumulum mutata.
XV. Fons in Africá Hammonis in glaciem convertitur.
XVI. Fons Athamantis lignum adcendit.
XVII. Flumen Ciconum bibentes in lapidem mutantur.
XVIII. Crathis & Sybaris amnes capillis aureum colorem dant.
XIX. Salmacis fontem qui contingit, in mollitiem vertitur.
XX. Lacum AEthiopiae qui bibit, in inſaniam, aut in ſoporem vertitur.
XXI. Clitorium fontem qui bibit, odium vini capit.
XXII. Lynceſtium amnem qui bibit, in ebrietatem convertitur.
XXIII. Aqua lacus Phenei nocte fit noxia.
XXIV. Symplegades cautes in petras redactae.
XXV. AEtna mons Siciliae in ignem.
XXVI. In Pallene urbe Tritoniacae paludis adtactu vertuntur homines in volucres.
XXVII. Scythides faeminae adtactu veneni in aves mutantur.
XXVIII. Ex vitulis apes naſcuntur.


XXIX.

*nibus appellabantur. Alii volunt bos ipſos, qui nunc ſunt, à Romulo incluſos, id eſt Palatinum, Quirinalem, Aventinum, Coelium, Viminalem, AEſquilinum, & Ianicularem.* Collis Quirinalis unde dictus ſit his verbis in de L. L. Lib. IV. Varro docet: *Collis Quirinalis*, inquit, *ubi Quirini fanum, eſt à Curetibus, qui cum Tatio Curibus venerunt Romam, quod ibi caſtra habuerunt.* De fano

XXIX. Ex equo crabrones.
XXX. Ex cancro ſcorpius.
XXXI. Bombyces in papiliones.
XXXII. Ranae ex limo.
XXXIII. Urſa lambendo fingitur ex fruſto carnis.
XXXIV. Apes initio vermes, poſtea ſpeciem ſuam adcipiunt.
XXXV. Aves ex ovi medio.
XXXVI. Ex medullâ humanâ angues naſcuntur.
XXXVII. Phoenix avis ex ſanie ſuâ renaſcitur.
XXXVIII. Hyaena modo mas, modo faemina.
XXXIX. Chamaeleon in varios colores vertitur.
XL. Lynces Liberi urinam vertunt in lapidem.
XLI. Coralium ex molli durum.
XLII. Gentes variantur in ſpecies.
XLIII. Omnia quae naſcuntur, transmutantur in diſſimiles ſpecies.
XLIV. Egeria in vallem Aricinam ſe contulit.
XLV. Hippolytus in deum Virbium.
XLVI. Egeria in fontem.
XLVII. Gleba in pueri figuram mutata.
XLVIII. Jaculum Romuli in arborem.
XLIX. Cippus factus cornutus.
L. AEſculapius in draconem.
LI. Julius Caeſar in cometen.

## *Fab.* I. *

Mycilus Alemonis filius procreatus Argis, cum quieti ſe dediſſet, Hercules viſus eſt, qui eum moneret, ut patriam relinqueret, & ſecundum AEſarem amnem conſideret. Qui cum facere extimeſceret, quia lex vetaret deſerere patriam, & in aliam civitatem tranſire, rurſus admonitus eſt. Metuens itaque, penates ſuos deſtituit, ideoque in judicium publicum eſt devocatus. Et cum omnem populum adverſus ſe haberet, judicaturis calculi albi, ac nigri dati ſunt; ut atri damnarent, candidi abſolverent. Mycilus itaque pertimeſcens periculum

no Quirini etiam Victor Illuſtr. cap. 2. *AEdes in colle Quirinali Romulo conſtituta.* Urbi additum à Servio Tullio collem iſtum idem narrat cap. 7. MUNCK.

* Sequentia harum fabularum argumenta, quae ex Raeneriana editione deſcripſit; notis inluſtrare dedignatus fuit Munckerus; Celeb. vero Burmannus variantes Lectiones ſubtexuit, ad quas lectorem ablego.

lum capitis, Herculem invocavit, ut laboranti ſibi, quia ejus juſſis obtemperaſſet, ferret auxilium: cujus preces non incaſſum abierunt. Nam cum calculi more patriae in urna effuſi deducti eſſent, omnes adparuerunt in colorem album converſi. Quamobrem ille metu liberatus, per Ionium pelagus navigans, cum in Italiam veniſſet, & AEſarem amnem adtigiſſet, ſicut praeceptum erat, urbem conſtituit, eamque à proximo tumulo, cui Tares Neptuni filius ſubjectus erat, Tarentum nominavit.

*Fab.* II.

Pythagoras Samius tyrannidem fugiens, cum patriam reliquiſſet, in Italiam venit, & quae didicerat de rerum natura mundique, aperit, ad modumque ſeculi aurei docet, ad uſus quoque neceſſarios cuncta praebente terra, nefas eſſe animalibus veſci: quod eſſent in eis forte conſanguineorum animae mortalium: & quod è corporibus in corpora animae transfunderentur. Poſtea docet unde occidendorum animalium uſus primum inoleverit. Nam paullatim conceſſum eſt, ut maleficae ferae dolis interceptae occiderentur; & manſuetarum foetus ſues, quod fruges fatas eruerent; item capri, quod vitem maturam praecerpere adſueviſſent, nec deinde fructus creſceret.

*Fab.* III.

Pythagoram eumdem inducit referentem cuncta rerum temporibus mutari: ſiquidem ipſe annus vertitur in quatuor ſpecies, veris, aeſtatis, autumni, & hiemis: & quae naſcuntur, quoniam in initio prodita teneras inminutaſque ſpecies habeant; deinde creſcendo robuſtae aetatis, noviſſimè ſeneſcentis fieri. Se quoque memoria tenere bello Trojano Euphorbum Panthoidem fuiſſe: & poſtea quam à Menelao ſit occiſus in bello, animam ejus in ſe eſſe transfuſam; clypeumque ejus, dum in aetates ductus ſit, quo uſus eſſet in bello, in templo Junonis Argiviae cognoviſſe.

*Fab.* IV.

Ipſa quoque initia quatuor, ex quibus generantur omnia, transfigurari motibus ſuis: reſolutam enim tellurem in aquas abire, adtenuatam aquam efficere: & aëra rurſus per eumdem ordinem retexi: ſpiſſatum ignem enim in aëra verti, hunc in aquam, hanc in terram

ram abire: caeteraque rerum perinde variari; quae tempus, aut natura adceptas ab initio facies cogit amittere. eadem fluminibus etiam, fontibus ac terrenis locis adcidere.

*Fab.* V.

Amnem Lyciae conſumptum oſtendit alias adparuiſſe, alias non.

*Fab.* VI.

Eraſinus in Arcadia fluere viſus, modo latens, terrae voragine abſumptus, poſtea Argis eſt redditus voluntate Junonis.

*Fab.* VII.

Caycum flumen Myſiae aliis nunc ripis, aliis in initio fluxiſſe fertur.

*Fab.* VIII.

Amaſenum flumen Siciliae intumeſcere, refluere, interdum ſiccari.

*Fab.* IX.

Anigrum flumen jucundiſſimam aquam ſitientibus praeſtitiſſe: poſteaquam Centauri ab Herculeis ſagittis confecti cruorem in eo abluerint, aſpero advenientes fugaſſe odore.

*Fab.* X.

Hippanim Scythiae amnem marini factum liquoris ait, cum fuerit in initio dulciſſimi, ob fontem regionis ejuſdem in eum influentem.

*Fab.* XI.

Antiſſa & Pharos, item Tyros in Phoenicia, inſulae fuerunt, nunc vero continenti conjunctae.

*Fab.* XII.

Item Leucades inſulae tres in ſalo ſunt nunc, à fluctibus olim relictae: item Zancle olim conjuncta Italiae, nunc freto diſcriminatur; propterea id contigit, quod Latonae ſedes eſt ibi negata.

*Fab.* XIII.

Helice, & Bura Achaiae urbes ponto voratae ſunt.

*Fab.* XIV.

Tumulum ſecundum Troezenam urbem ex area factum ait eruptione ſpiritus, qui terrae increverat.

*Fab.* XV.

Fons in Africa Hammonis ſolis ortu obituque caleſcit, poſtmodum in glaciem vertitur.

*Fab.* XVI.

Athamanis, Theſſalie regionis, fonti lignum tenuata luna admotum adcenditur.

*Fab.* XVII.

Flumen quoque apud Ciconas eſt, ex quo qui bibit, in lapidem convertitur.

*Fab.* XVIII.

Crathis amnis, & ei confinis Sybaris, capillos aurei coloris efficiunt.

*Fab.* XIX.

Salmacis fons in Caria contactu ſui liquoris cogit in mollitiem corporis obſcoeni verti: quod beneficio Mercurii & Veneris dicitur eſſe factum.

*Fab.* XX.

Lacus eſt in AEthiopia, qui hauſto liquore ad ſitim ſedandam, aut in inſaniam, aut in ſoporem, vertit.

*Fab.* XXI.

Clitorius fons in Arcadia vinum in odium adducit, quod Melampus

pus Amithaonis filius, Proetidas cum ab insania liberasset, novissime remedia in eum projecisse fertur.

*Fab.* XXII.

Lynceſtius amnis Thraciae hanc vim obtinet, poteſtate mutata, ut aquam ejus bibentes ebrii fiant.

*Fab.* XXIII.

In Arcadia ſecundum Phenon urbem aquae feruntur, quae potae nocte nocent, luce autem innocuae cognoſcuntur.

*Fab.* XXIV.

Ortygia inſula olim mobilis erat. Symplegades quoque cautes in Ponto concurrentes, flatibus ſolitae moveri, nunc fixae fundamentis tenentur loco.

*Fab.* XXV.

AEtna mons Siciliae in ignem verti coepit, cum initio riguerit.

*Fab.* XXVI.

In Pallene, quae ſub Aquilone jacet, homines dicuntur in volucres verti, novies cum in Tritoniacam paludem merſi ſint.

*Fab.* XXVII.

Scythides, in Scythia faeminae, venenis ſparſae, corpora inmutant, ſe in aves transfigurantes.

*Fab.* XXVIII.

Ex vitulis apes naſcuntur: quas Ariſtaeus fertur inveniſſe.

*Fab.* XXIX.

Ex equo putrefacto crabrones naſci potuiſſe primum proditur.

*Fab.* XXX.

Cancrum demptis brachiis ſi terrae ſubjicias, ſcorpius naſcitur.

*Fab.* XXXI.

Bombyces, quae folia filis intexunt, in papiliones vertuntur.

*Fab.* XXXII.

Ranae naſcuntur ex limo ſine pedibus: mox natando pedes increſcunt.

*Fab.* XXXIII.

Urſae carnem pariunt, eamque lambendo in figuram ſui convertunt.

*Fab.* XXXIV.

Apes initio truncae, ut vermes, naſcuntur: poſtea corporis partes, ac pennas adcipere produntur.

*Fab.* XXXV.

Pavones, qui in tutela Junonis habentur: item aquilae Jovis, columbaeque Veneris, & caeterae volucres, ex media parte ovi, qui vitellus vocatur, videntur naſci.

*Fab.* XXXVI.

Ex medulla humana in ſepulcris angues proſeminantur.

*Fab.* XXXVII.

Phoenix in Aſſyriae finibus nido ex odoribus facto, cum eſt ſenectute preſſa, ſupra recumbit, ex cujus ſanie alia renaſcitur: & viribus roborata, nidum in urbem effert Solis: ibique in templo ejus monumentum patris reponit. Fertur enim quinque aetatis ſaecula replere.

*Fab.* XXXVIII.

Hyaena fera ex faemina in marem vertitur.

*Fab.*

*Fab.* XXXIX.

Chamaeleon ventis & aura nutritus, quodcunque contigerit, coloris ejuſdem efficitur.

*Fab.* XL.

Lynces, qui ſunt in Liberi tutela, urinam vertunt in lapidem.

*Fab.* XLI.

Coralium lapis ſub aqua mollis eſt, extra dureſcit.

*Fab.* XLII.

Significat gentes variari in ſpecies deorum voluntate.

*Fab.* XLIII.

Numa Pompilius propter ſcientiam rerum à populo Romano in regnum eſt receptus: cujus praecepta cum ante dictis haec ſunt. Quaecunque naſcuntur, haec creſcendo & ſeneſcendo transmutari in diſſimiles ſpecies: & poſt obitum ſic conſumi, ut aut in terram abeant, quae corpora ſunt; aut in aëra, quae ſpiritu contineri videntur. Porro Helenus Priami filius refert ab AEnea urbis conditae poſitionem.

*Fab.* XLIV.

Egeria poſt mortem mariti Numae in vallem Aricinam ſe contulit lugens.

*Fab.* XLV.

Hippolytus cum propter novercale odium propulſus eſſet patria, & Troezena proficiſceretur, ex inproviſo mari elatus taurus, ſicut parens optaverat, graviſſimum ei objecit timorem: exaſperatis equis tractus interiit. Quem AEſculapius Dianae voluntate, cujus initio comes fuerat, reduxit ad ſuperos. Hinc ab eadem dea evocatus in

nemus Aricinum, mortalitatem exſuit. A converſo itaque nomine deus Virbius eſt adpellatus.

## *Fab.* XLVI.

Egeria Nympha Numae Pompilii conjux, poſt viri interitum cum ſe in nemus Aricinum contuliſſet, ibi queſtu adſiduo deflevit caſum viri, fatigans Dianam ejus regionis incolam adſiduo fletu. Noviſſimè lacrimae ejus ab eadem dea transmutatae ſunt in fontem: qui ex ejus nomine nuncupatur Egeria.

## *Fab.* XLVII.

Cum in Tyrrhenia, quae etiam Thuſcia eſt, quidam arator juſtum opus in dies redderet, preſſo vomere glebam opinione ſua ponderoſiorem excitavit; cujus dum miratione premeretur, animadvertit eam in figuram pueri eſſe transmutatam, qui Etruſcorum lingua Tages poſtea nomine, futurorum ſcientiam invenit.

## *Fab.* XLVIII.

Romulus Martis & Iliae filius, cum venaretur, ex monte Aventino perſequens aprum fugientem, jaculum jecit; quod cum protinus in colle Palatino haeſerit, loco ejus montis ſcala facta; cujus ima pars adeo depreſſa terrae eſt, ut ſit comprenſa radicibus; effectum eſt noviſſimè, ut in arborem cornum converſum ſit.

## *Fab.* XLIX.

Cippus Genutius ab hoſte victor revertens, priuſquam triumphans portam intraret, animadvertit cornua ſibi temporibus enata. quo prodigio exterritus, haruſpices cum conſuluiſſet; reſponſum eſt, eum, ſi in urbem intraret, regnaturum: quod ille averſatus, patribus convocatis indicavit, ac cum perſtitiſſet numquam ſe tyrannum futurum, decretum eſt ei univerſorum conſilio tantum agri, quantum uno die aratro poſſet circumdare: portaque, qua intraturus fuiſſet, in ſigni gratiam factum, ut aeneis cardinibus aptaretur, in qua ad memoriam poſterorum cornutum caput ejus exſculperetur.

*Fab.*

*Fab.* L.

Gravis peſtilentia Romanis cum incidiſſet, & maxima trepidatio urbem teneret, per legatos oraculum Apollinis conſultum eſt. ex quo reſponſum, ut AEſculapium Epidauro arceſſirent: nobiliſſimique legati cum ſimulacrum dei petitum ad Epidaurios iviſſent, ſtupentibus admiratione deus in draconem verſus, per medium Epidaurum lapſus, navem legatorum conſcendit: cum quibus vectus, Romam ut delatus eſt, inſulam Tiberis ingreſſus eſt, ibique ſe virgultis obculuit. qui locus Draconis vocatur.

*Fab.* LI.

Ovidius opere peracto, docet ſe à Chao principium cepiſſe, & ad Caeſarem deduxiſſe: quem, gentibus orbis devictis, Venus poſt ſuorum inſidias in cometen vertit.

# ALBRICI PHILOSOPHI DE DEORUM IMAGINIBUS LIBELLUS.

## I. *Saturno.*

Saturnus [1] primus deorum ſubponebatur: & pingebatur, ut [2] homo ſenex, canus, prolixa barba, curvus, triſtis, [3] & pallidus, [4] tecto

### Ad CAP. I.

1 PRIMUS DEORUM] Pauſan. Lib. v. cap. 7. pag. 391. Λέγουσιν Ἠλεῖοι οἱ τὰ ἀρχαιότατα μνημονεύοντες, Κρόνου τὸν ἐν Ἄρκαδίᾳ χρῆναι βασιλεύσαντα τῶνδε, καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ ποιῆσαι Κρόνῳ ναὸν ὑπὸ τοῦ τότε ἀνθρώπων, οἳ ἀνομάζοντο χρυσοῦν γένος.

2 HOMO SENEX] Unde Artemidorus Onirocrit. Lib. II. cap. 49. Μεσόκιον σημαίνει τὸν Ἑρμῆν, παιδικὸν δὲ τὸν Ἡρακλέα, ἀκμὴν δὲ τὸν Διόα, πρεσβύτην δὲ τὸν Κρόνον. MUNCK. V. G. Cuper. Harpocrat. p. 102. 103. Serv. ad I. Georgic. 236. *Saturnus deus pluviarum eſt, unde etiam ſenex fingitur: nam ſenes ſemper novimus eſſe gelidos.*

3 ET PALLIDUS] Barthius in Commentariis ſuis Statianis *expallidus* emendatum it. Mirabar à primo vocis inſolentiam. Sed comperi poſtea etiam Tertullianum in de Reſurrectione Carnis cap. 57. *expallidum* dicere eum, qui valdè ſit pallidus. *Quod corpus*, inquit, *inlaeſum quum interemptum, quum frigidum, quum expallidum, quum edurum, quum cadaver? Vepallidus* dicitur talis Horatio Lib. I. Sat. 2. vers. 129. *Vepallida lecto Deſiliat mulier.* Ubi Schol. *Vepallida, una pars eſt orationis, ſicut veſana, & ſignificat valde pallida, ſicut apud Perſium, Ut ramale vetus vegrandi ſubere coctum.* Sanè *vegrandi* etiam vett. edd. repraeſentant: quamobrem abeat licet in malam rem τὸ *praegrandi*, quod pro eo ſuppoſitum ivere nobis ſcioli. MUNCK.

4 TECTO CAPITE] Hinc forſan Romani Saturno capite aperto ſacrificant, cujus moris cauſſas varias profert Plutarchus Quaeſt. Rom. Tom. II. p. 266. cur velato capite fingatur Saturnus vidimus in Fulgentio I. lib. I. c. 2. *De pluribus Diis*, qui tecto capite finguntur, egi ad *Fulgent.* I. 21. Quibus adde ipſius Jovis ſtatuam in templo Junonis apud Eleos, de qua Pauſan. Lib. v. cap. 17. p. 418. Τῆς Ἥρας δὲ ἐστιν ἐν τῷ ναῷ Διὸς ἄγαλμα. τόδε (ſive τὸ μὲν, ut Kuhnius legit) Ἥρας καθήμενόν ἐστιν ἐπὶ θρόνου, παρίστασι δὲ γυναῖκα τε ἔχων, καὶ ἐπικείμενον κύνα ἐπὶ τῇ κεφαλῇ.

5 SED DEXTRA] Repone, *Scil. dextrâ.* Cap. 2. *Ex alterâ vero, ſcil. dextrâ* &c. Cap. 19. *Ipſe vero unâ manu tenebat poculum, ſcil. ſiniſtrâ: alterâ vero ſcil. dextrâ* &c. MUNCK.

6 SERPENTIS PORTABAT IMAGINEM &c.] Videatur Horus Apollo cap. 2. & Pierii Hieroglyph. Lib. XIV. MUNCK. Serv. ad v. AEn. 85. *Annus ſecundum AEgyptios ante inventas literas pitto dracone, caudam ſuam mordente, quia in ſe recurrit.*

7 HABEBAT FILIOS] Vide quae annotavi ad Fulgent. Myth. Lib. II. cap. I. Lactant. Lib. XIII. fab. 4. Hyg. Myth. cap. 159. Quod virilia abſciſſa illis addit, miror unde hauſerit. Quod ſi abſciſſa illis virilia fuere, unde Neptuno ergo numeroſa illa ſoboles? Cur Proſerpinam Pluto rapuit? Jupiter non mulierarius tantum, ſed & puerarius fuit? Commentum planè hoc novum, ut & illud Fulgentii Lib. II. cap. 4. ex ſemine Satur-

4 tecto capite, colore glauco; qui una manu, 5 sed dextra, falcem tenebat, & in eadem 6 serpentis portabat imaginem, qui caudam propriam dentibus commordebat. Altera vero, scilicet sinistra, filium parvulum ad os adplicabat, & eum devorare videbatur. Qui juxta se 7 habebat filios, Jovem scilicet, Neptunum, Plutonem, & Junonem. 8 quorum virilia abscissa projiciebat, de quibus Venus puella pulcherrima nascebatur. Juxta autem ipsum Saturnum erat imago Opis uxoris suae, in cujusdam similitudinem matronae depicta: quae aperta manu dextra opem omnibus velle dare praetendebat: panem vero manu sinistra pauperibus porrigebat.

## II. *De Jove.*

Jupiter Saturni filius, cui 9 coelum & coeli regnum in sortem cessit, pingebatur in throno eburneo, in sua majestatis sede sedens: 10 sceptrum regium in manu tenens, scilicet sinistra: ex altera vero, scilicet dextra, fulmina ad inferos mittens, & Gigantes repressos ful-

Saturni ortam Venerem. MUNCK.

8 QUORUM VIRILIA] Alii aliter. Pausanias Lib. VII. cap. 23. pag. 582. Ἐοικὼς ὃ ἄντρα τι ἐς αὐτὸν ἴχνη τὴν θάλασσαν, καὶ ἐπ' αὐτῇ λίγιστα λίγῳ, ἃς Κρόνῳ τὰ θηλείας ἐστανθὲν ἐξενεγκεῖν τὸ ἀρρεν, ἐς ΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ ΟΥΡΑΝΟΝ ἀναμῖξαι. Vide notas ad Fulgent. I. 2.

## Ad CAP. II.

9 COELUM ET COELI REGNUM] Coelo, terrae, & mari praeesse dicitur a poëtis. unde Argis in aede Minervae Jovis simulacrum tribus oculis, e quibus tertius erat in fronte, insigne conspici traditur a Pausania Lib. II. cap. 24. p. 165. 166. & a Spartanis etiam colitur cognomine Πλανίου. v. Pausan. Lib. III. cap. 19. p. 258. Cur in Creta sine auribus depingatur, docet Plutarchus de Isid. & Osirid. T. II. p. 381. Pluribus de Jove egit Diodor. Siculus Lib. V. p. 339.

10 SCEPTRUM] Illud sceptrum è cypariſſo factum fuisse observat Junius Animadv. Lib. I. cap. 20. Notandum hoc interdum etiam aliud à fulmine sceptrum Jovi adscribi, cum alias pro sceptro fulmen ei tribuatur, tanquam apud Phaedrum Lib. IV. cap. 17. *Consedit genitor tum deorum maximus, Quassatque fulmen.* Immo fulmen videtur sceptrum appellari ab Anton. Liberal. cap. 6. Καὶ δίδωσι φυλάσσειν τὸ ἱερὸν σκῆπτρον. Sed rectè correctum puto à Xylandro τὸ ἱερὸν σκῆπτρον, cum nusquam sceptri custos, sed fulminis, nec sceptrigera, sed armigera introducatur aquila, quemadmodum scripsi antehac in Animadversionibus meis in eum scriptorem. Ad ea cum respondere aliquid deberet Vir Cl. rem vertere in jocum bellissimum maluit, quo humilitati sortis nostrae illuderet: *Per sceptrum*, inquit, *hoc non intelligendam esse ferulam ad imperium in pueros pertinentem, sed fulmen, etiam illi norunt, qui nondum aere lavantur.* Sed benè habet, quod magnus ille doctor bonâ quadam fortunâ tandem aliquando nactus & ipse est ejusmodi sceptrum, diu profecto illud multumque desideratum. Caeterum ad imaginem Jovis depingendam non parum & illud facit, quod apud Arnobium est Lib. VI. pag. 209. Ed. Lugd. *Ricinatus Jupiter atque barbatus, dextra fomitem sustinens perdolatum in fulminis morem.* MUNCK. Varie exprimitur Jovis imago a statuariis antiquissimis. Sed primo agamus de Jovis sceptro, quod ab Ovidio eburneum, a Diog. Laertio ac Jamblicho cypariſſinum fuisse dicitur, ut docent G. Cuperus in Apotheosi Homerica pag. 22. & Menagius ad Diogenem Laertium Lib. VIII. §. 10. Sola Elis sufficit ad hanc varietatem monstrandam. Antiquissima Jovis statua fuit prope Gelonis currum, sceptrum tenentis, ab Hyblaeis dedicata. Pausan. Lib. V. cap. 23. pag. 438. Phidias in templo, quod Jovi Olympio exstruxerunt Elei, statuam Jovis hoc modo fecit, teste Pausania Lib. V. cap. 11. pag. 400, 401. Καθέζεται μὲν δὴ ὁ Ζεὺς ἐπὶ θρόνου χρυσοῦ καὶ κεκοσμημένου καὶ λίθοις. & paullo inferius de eodem throno addit

fulmine tenens ſub pedibus, & conculcans. ' Juxta eum vero quaedam aquila, quae volans inter pedes ſuos quemdam pulcherrimum juvenem, ſcilicet Ganymedem, raptum portabat, habentem in manu craterem, ut Jovi poculum propinaret.

III.

dit ὁ δὲ θρόνῳ πεποίληται μὲν χρυσῷ καὶ λίθοις, πολλῷ δὲ καὶ ἐλέφαντι καὶ ἔβένῳ τε καὶ ἐλεφαντίνῃ. ἔστι καὶ ζῶά τε ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένα. &c. Noſter Albricus: *pingebatur in throno eburneo, in ſua majeſtatis ſede ſedens.* Apud Virgilium Jupiter in aureo ſedet throno L. x. AEn. 116.

——— *Solio tum Juppiter aureo*
*Surgit, coelicolae medium quem ad limina ducunt.*

Apud Patrenſes Jovis conſpicitur Olympii ſtatua, etiam in throno ſedentis, Minerva adſtante. v. Pauſan. L. VII. cap. 20. pag. 573. Apud AEgiratas eſt ἱερὸν Διὸς καὶ ἄγαλμα καθήμενον, in quo templo Palladis ſtantis ſimulacrum eſt. cap. 26. p. 592. item apud Arcadas. L. VIII. c. 30. p. 664. Caetera de Jovis in throno ſedentis imagine lectorem docebit Celeb. P. Burmannus in Diſſert. de Jove Fulgeratore cap. XIV. pag. 324. & ſeqq. editionis noviſſimae. Pergit Pauſanias, σίφακος δὲ ἐπίκεινται οἱ τῇ κεφαλῇ μεμιμημένοι ἑλάας κλῶνας. In eadem Elide alia Jovis ſtatua, Ariſtoni, ſive Ariſtonoi, ut vertit Amaſaeus, opus, cujus capiti corona inpoſita eſt e vernis floribus. v. Pauſan. Lib. v. cap. 22. p. 436. Alia iterum Jovis ſtatua cap. 24. p. 439. cujus caput ἐσφαιρωμένον οἷα δὴ ἄνθεσι. Pergit Pauſanias de Jovis Olympii ſimulacro: ἐν μὲν δὴ τῇ δεξιᾷ φέρει Νίκην ἐξ ἐλέφαντος, καὶ ταύτην καὶ χρυσᾶ ταινίαν τινὰ ἔχουσαν καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ στέφανον. (Sic apud Atticos in Piraeeo aeneum eſt Jovis ſimulacrum ſceptrum tenentis & Victoriam. Pauſan. Lib. I. cap. I. p. 3. nempe quod Victoria Stygis filia Jovi favit contra Gigantas. v. Serv. ad VI. AEn. 134.) ΤΗ͂Ι ΔΕ͂ Α'ΡΙΣΤΕΡΑ͂Ι δὲ Διῒ χάλκειόν ἐστι ΣΚΗΠΤΡΟΝ ΜΕΤΑ' ΑΛΛΟΙΣ ΤΟΙ͂Σ ΠΑ͂ΣΙΝ 'ΗΝΘΙΣΜΕ'ΝΟΝ. ὁ δὲ ἔρις, ὁ ἐπὶ τῷ σκήπτρῳ καθήμενος, ἐστὶν ὁ 'ΑΕΤΟ'Σ. Χρυσᾶ δὲ καὶ τὰ ὑποδήματα τοῦ Διός, καὶ ἱμάτιον ἀστράπτει. τοῦ δὲ ἱματίου ζῴδιά τε καὶ τὰ ἄνθη τὰ χρόνια ἐστὶν ἐμπεποικιλμένα. De aureo amiculo Jovis Olympii, quod ei detraxit inpius Dionyſius tyrannus, vide Ciceron. III. de N. D. c. 34. De aquila Jovis, ſceptro inſidente, ejuſque imagine in regum inde ſceptris effingi ſolita, pluribus egit G. Cuperus in Apotheoſi Homerica pag. 24. Pergit jam Albricus *ex altera vero, ſcilicet dextra, fulmina ad inferos mittens.* Sic Aſcarus Thebanus in Elide fecit Jovis, dextra manu fulmen tenentis, ſtatuam. v. Pauſan. Lib. v. cap. 24. pag. 439. & in nummo Antonini Pii ſedet Jupiter dextra fulmen tenens, teſte celeb. P. Burmanno in Diſſ. de Jove Fulger. cap. XIV. pag. 417. Ad aram in Alti apud Eleos eſt ἄγαλμα Διός, μέγιστον μὲν ὅσον ἐξ πήχεως, ΚΕΡΑΥΝΟ'Ν δὲ ἐν 'ΕΚΑΤΕ'ΡΑι ΤΗ͂ι ΧΕΙΡΙ' ἔχει. v. Pauſan. Lib. v. cap. 22. p. 434. Sic Jupiter Ὄρκιος 'ΕΝ 'ΕΚΑΤΕ'ΡΑι κεραυνὸν ἔχει ΧΕΙΡΙ'. (apud eoſdem cap. 24. pag. 441.) qui Lib. VIII. cap. 19. pag. 637. notat Κυναιθαῖς, οἳ καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ τὸ ἄγαλμα ἀπέθεσαν ὃ Διὸς κεραυνὸν ἐν ἑκατέρᾳ ἔχοντα τῇ χειρί. Quomodo Jupiter ab Homero Iliad. Λ. vs. 184. inducitur ἔχων σιγητὸν μιᾷ χερσίν. i. e. *utraque manu fulgur tenens.* Apud eoſdem Eleos eſt alia Jovis ſtatua, de qua Pauſanias Lib. v. c. 22. p. 436. haec teſtatur: Ζεὺς ἐστὶ πρὸς ἀνίσχοντα τετραμμένος τὸν ἥλιον, 'ΑΕΤΟ'Ν ἔχων ὄρνιθα, καὶ ΤΗ͂ι 'ΕΤΕ'ΡΑι ΤΩ͂Ν ΧΕΙΡΩ͂Ν ΚΕΡΑΥΝΟ'Ν. & paullo poſt eadem pag. de alia Jovis ſtatua: 'Ιδίᾳ δὲ ἄνδρες Λεοντῖνοι, καὶ οὐκ ἐπὶ δὲ κοινῷ, Διὸς ἀνέστησαν. μείγιστον μὲν δὴ ἀγάλματος πήχεις εἰσὶν ἑπτά. 'ΕΝ ΔΕ' ΤΑΙ͂Σ ΧΕΡΣΙ'Ν 'ΑΕΤΟ'Σ τέ ἐστιν αὐτοῖ, ΚΑΙ' ΤΟ' ΒΕ'ΛΟΣ δὲ Διός, καθὰ καὶ τοὺς ποιητὰς λέγειν. In eadem Elide expreſſum eſt parvum Jovis ſimulacrum τὸν ἐτέρων δὲ χειρῶν ἀστεροπῆνον. teſte eodem Pauſ. cap. 24. p. 440. Denique Jupiter exprimitur nunc *barbatus*, nunc *imberbis*, ut docebimus ad cap. XIX. Nonnumquam etiam, ut infantulus, cum nutricibus, ut in Arcadiae urbe Megalopoli. v. Pauſan. Lib. VIII. c. 31. p. 664. Πεποίηται δὲ ἐπὶ πρεσβύτῃ καὶ Νύμφαις. Παῖς μὲν Δί'Α φέρουσά ἐστι ΝΗ'ΠΙΟΝ ΠΑΙ'ΔΑ, Ἀνθρακία δὲ, νύμφη δὲ Ἀρκαδικῶν καὶ αὕτη, δᾷδα ἔχουσά ἐστιν. Ἀγνὼ δὲ, τῇ μὲν ὑδρίαν, ἐν δὲ τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ φιάλην. Ἀρχιερεὺς δὲ καὶ Μυρτώσσης εἰσὶν ὑδρίαι τὰ φορήματα, καὶ ὕδωρ ἐπ' αὐτῶν κάτεισιν. & apud Tegeatas cap. 47. pag. 695. ἱερασμένη δὲ ἐπὶ τῷ βωμῷ Ῥέα μὲν καὶ Οἰτύλη νύμφη παῖδα, ἔτι νήπιον Δία ἔχουσιν. ἑκατέρωθεν δέ εἰσι τίτανες ἀετώμοι. Γλάυκη, καὶ Νίδη,

Θυα-

## III. *De Marte.*

Mars tertius deorum dictus est: qui & tertius in ordine planetarum, atque stella ejus; taliterque in sua imagine pingebatur. Erat enim ejus figura tamquam [2] unius hominis furibundi, in curru sedens, [3] armatus lorica, & caeteris armis offensivis [4] & defensivis: qui & galeam habebat in capite, & flagellum in manu portans, adcin-

Θυσία, καὶ Ἀθηνᾷ τῇ ἐν Ἴδῃ καὶ Ἀγρᾷ, καὶ Ἀλκυόνῃ καὶ Φείᾳ. Denique conlocant statuarii supra Jovis caput *Parcas* & *Horas*, caussam docet Pausanias Lib. I. cap. 40. pag. 97. Ὑπὲρ δὲ τὴν κεφαλὴν τοῦ Διὸς, εἰσὶν Ὧραι καὶ Μοῖραι· θεὰ δὲ πᾶσι, τὴν πεπρωμένην μόνοι οἱ πάντες. unde inlustratur Euripides in Peleo apud Stobaeum Ecl. Phys. cap. IX. (quem locum debeo cl. Arnaldo de Dis Paredris cap. V.) Κλῦτε Μοῖραι Διὸς, αἵτε παρὰ θρόνοις Ἀγχόταξαι ἥμεναι. Quod vero Pausanias dicit, Parcas soli Jovi parere, idque omnibus esse notum, in eo vehementer errat; sunt enim, qui Jovem ipsum Parcis parere statuant. Vide modo Lactantium, quem citat Munck. ad Fulgent. Lib. I. cap. 7. & Stanlei ad AEschyli Prom. Vinct. vs. 49. & 518. Sed pro Pausania tamen stat ipsum Jovis *Parcarum ducis* cognomen, quo in Elide colitur. Audi eumdem Pausan. Lib. V. cap. 15. p. 414. Ἰόντι δ' ἐπὶ τὴν ἄφεσιν τοῦ ἵππου ἔστι βωμὸς, ἐπίγραμμα δὲ ἐπ' αὐτῷ ΜΟΙΡΑΓΕΤΑ. θεὰς δὲ ἔστιν ἐπίκλησιν εἶναι Διὸς, ὃς τὰ ἀνθρώπων εἶδεν, ὅσα διδόασιν αἱ Μοῖραι, καὶ ὅσα μὴ πίπτοντα σφίσι. Quo titulo jam in Arcadia cultus fuit juxta eumdem Pausan. Lib. VIII. cap. 37. p. 675. Καὶ τοῦ μὲν ἐστιν ἐξεσμένον Μοῖραι καὶ Ζεὺς ἐπίκλησιν Μοιραγέτης. Delphis Ἔστι δὲ καὶ ἀγάλματα Μοιρῶν δύο; ἀνὰ δὲ αὐτῶν τὸ πέτρος Ζεὺς τε Μοιραγέτης, καὶ Ἀπόλλων σφίσι παρίσκηκε Μοιραγέτης. ut testatur Pausanias Lib. X. cap. 24. p. 858. Pergit Pausanias in Atticis l. l. καὶ τὰς ὥρας τὸ θεῖον τοῦτο νέμουσιν ἐς τὸ δίον. De quibus ita Lib. V. cap. XI. p. 402. Ἐπὶ δὲ τοῖς ἀναβάσιν τοῦ θρόνου πεποίηκεν ὁ Φειδίας ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν τοῦ ἀγάλματος, τοῦτο μὲν Χάριτας, τοῦτο δὲ Ὥρας, τρεῖς ἑκατέρας· εἶναι γὰρ δὴ λογάτερας Διὸς, καὶ ταύτας, ἐν ἔτεσίν ἐστιν εἰρημένα. Ὅμηρος δὲ τὸ Ἰλιάδι ἐποίησε τὰς Ὥρας, καὶ ἐπιτετράφθαι τὸ οὐρανὸν, καθάπερ τινὰς φύλακας βασιλίνης αὐλῆς. Horas Jovis ac Junonis paredros fecit Emilus AEgineta in Junonis templo apud Eleos. v. Pausan. L. v. c. 17. p. 418. Nomina earum Carpo, Thallo, & Pandrosus. v. L. IX. c. 35. p. 780. Alii alia iis nomina tribuunt. v. Graevius Lect. Hesiod. cap. 25. p. 130. Fecerunt, etiam statuarii ei παρέδρους in throno, ad dextram Junonem, ad sinistram Minervam, ut in templo Phocico. v. Pausan. L. X. c. 5. p. 808. quamquam Aristides Minervam ad dextram Jovis conlocat, ut monet Spanh. ad Callim. H. in Pallad. vs. 132.

1 JUXTA EUM ] Plut. de Isíde & Osir. T. II. p. 381.

## Ad CAP. III.

2 UNIUS HOMINIS ] Ἀνδρὸς δ' *Cujusdam.* Sic cap. 8. *Pingebatur à poëtis in similitudinem unius deminae.* Petron. Fragm. Tragur. *Unus servus Agamemnonis interpellavit trepidantes.* Vide ibi Clar. Scheffer. Not. & Sciopp. Animad. LI. in Vossium. MUNCK. Adludit ad Epitheton, quo Mars μαιόμαχος vocatur a Graecis; vid. Heraclid. Pontic. in Allegor. Homeric. pag. 451. & αἱρεθὴς a Sophocle Trachin. vs. 665. Unde Arimaspi vocantur ἀρειμανεῖς a Dionysio Perieg. vs. 31. Hinc etiam Mars Θερσιτὰς, cujus simulacrum e Colchis Lacedaemonem deduxerant Dioscuri, vocatur, ut censet Pausanias Lib. III. cap. 19. pag. 259. Δοκεῖ δέ μοι Θερσιτὰς ὁ δὴ τὴν πρόφασιν ἡ ἐπωνυμία τῷ Ἄρει γίγνεται, ὅτι δὲ ἀνδρὶ χρὴ πολεμίῳ καθεστάναι ἐς μάχην, οὐδὲν ἔτι ἔχειν ἄπιστον· καὶ δὴ καὶ Ὁμήρῳ περὶ Ἀχιλλέως πεποίηται. Λέγει δ' ὡς ἄγαλμα εἶδε.

3 ARMATUS LORICA, ET CAETERIS &c.] Supplet ex MS. Lipsiensi ad Stat. Tom. III. 641. Barth. *Loricâ, igni, facibus, & caeteris* &c. MUNCK. Apud Spartanos Martis simulacrum est ἔχοντος πέδας, ita constitutum, ut vinculis impeditus numquam aufugeret. v. Pausan. Lib. III. cap. 15. p. 245. Vide ibi Kuhnii notas. infra etiam Venerem videbimus compedibus vinctam ad cap. 5.

4 ET DEFENSIVIS ] Barth. ex eodem libro, *defensivis, hoc est, tam in corpore, quam in manibus. Habebat & galeam in capite, & flagellum in manu, & accinctum mucronem.* MUNCK. In Cypseli arca depictus est Mars ὅπλα σείοντα, Ἀφροδίτην ἄγων, ἐπίγραμμα δὲ Ἐνυάλιός ἐστιν αὐτῷ. v. Pausan. Lib. V. cap. 18. p. 423.

cinctuſque mucrone. Currus vero ejus [1] ab equis rabidis trahi videbatur. Ante illum vero [2] lupus ovem portans pingebatur, quia illud ſcilicet animal ab antiquis gentilibus ipſi Marti ſpecialiter conſecratum erat. Iſte enim Mavors eſt, [3] id eſt mares vorans, eo quod bellorum deus à gentibus dictus eſt: & quia Romani fratres geminos, primos urbis fundatores, ſcilicet Romulum & Remum, Martis filios eſſe finxerunt, quorum Romulus Remum interfecit: ideo ſub ejus curru idem Romulus depictus eſt, qui fratrem Remum occidebat.

IV. *De*

1 AB EQUIS RABIDIS] Quorum nomina Dimus & Phobus. Homer. Iliad. Δ. vers. 440. Δεῖμός τ' ἠδὲ Φόβος. Schol. Ἄρεϊ καὶ Ἀφροδίτῃ παῖδες. Καὶ ἅ δέ τινας, ἐχ ἡδὺ, ἀλλ' ἔπεσι. Sed Homer. Iliad. N. vers. 299. Τοῖσι δὲ Φόβος φίλος ἤιε σὺν κορυθαιόλῳ καὶ ἀρηΐφιλος Ἔνυαλιος &c. *Terror & Metus* ſunt Apulejo Lib. x. Met. *Praeliaris deae*, inquit, *comites armigeri Terror & Metus.* Adde quae notavi ad illa Hygini in Geneal. *Ex Venere & Marte, Harmonia & Formido.* MUNCK. Equi Marti ſunt ſacri. Amazones inde equos Marti ſacrificabant. v. Apollon. Rhod. II. Arg. 1180. Ἄρεως Ἱππίου ara eſt in Elide. Pauſan. Lib. v. cap. xv. p. 414. Cur vero in certamine curuli dexter equus victor a Romanis Idibus Decembribus Marti fuerit inmolatus, varias profert cauſſas Plutarchus Quaeſt. Rom. Tom. II. p. 287.

2 LUPUS OVEM PORTANS] Rapax & ſaevum animal lupus: inde & in Martis tutelâ, & bellatores cum lupis comparantur. Homer. Iliad. Δ. vers. 274. Λύκοι ὥς Ἀμφὶς ἐπόρουσαν. Virgil. AEn. II. 355. *Lupi ceu Raptores atra in nebulâ.* Horat. Lib. II. ep. 2. vers. 28. *Poſt hoc vehemens lupus, & ſibi & hoſti iratus pariter.* Etiam menſis Martius pingebatur pelle cinctus lupinâ. Catal. Pith. Lib. IV. *Cinctum pelle lupae promptum eſt cognoſcere menſem; Mars illi nomen, Mars dedit exuvias.* MUNCK. Lycophron vs. 938. ipſum Martem vocat ἐκλύτην λύκον. Eadem de cauſſâ Marti etiam inmolant catulos. Plutarch. Quaeſt. Graec. Tom. II. pag. 290. Ἐν δὲ Λακεδαίμονι τῷ φειδωλοτάτῳ θεῶν Ἐνυαλίῳ σκύλακας ἐτίμησαν. Pauſan. Lib. III. cap. 14. pag. 243. de Laconum ephebaeo agens: ἐνταῦθα ἑκατέρωθεν μοῖρα τῶν ἐφήβων σκύλακα κυνὸς τῷ Ἐνυαλίῳ θύουσι θεῶν τῷ ἀλκιμωτάτῳ κρίνοντες ἱερεῖον καλῶς γυμνάζειν τὸ ἀλκιμώτατον ζῷον τὴν ἡμέραν. κυνὸς δὲ σκύλακας ἡδίστας ἄλλας οἶδα Ἕλλήνων νομιζούσας θύειν, ὅτι μὴ Κολοφωνίους. θύουσι γὰρ καὶ Κολοφώνιοι μείραξιν τῇ Ἐνοδίᾳ σκύλακα. Sed non tantum Colophonii, ſed & alii aliis Diis canem inmolarunt. Plutarch. l. l. Βοιωτῶν ὁ δημοσίᾳ καθαρμὸς ἐπὶ κυνὸς διχοτομηθέντος τὴν μοῖραν ἑλιξιλάβειν, αὐτοὶ δὲ Ῥωμαίοις τοῖς Λυκαίοις (ἃ Λυπερκάλια καλοῦσιν) ἐν τῷ καθαρσίῳ μηνὶ κύνα θύουσιν. Qui in Quaeſt. Rom. pag. 280. haec notat. Διὰ τί κύνα θύουσιν οἱ Λύπερκοι? —— πότερον, ὅτι καθαρμὸς ἐστι τῆς πόλεως, τὰ δημόσια, καὶ τὸν μῆνα φιβρουάριον καλοῦσι, καὶ νῦν Διὰ τὴν ἡμέραν ταύτην φιβρᾶτον, καὶ φιβρᾶσθαι τὸ τὴν σκυτέων ἕδραν καθιερεῖσθαι, ἢ ῥήματος τὸ καθαίρειν σημαίνοντος; τῷ ὃ κυνὶ κάπτειν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, Ἕλληνες ἐχρῶντο, καὶ χρῶνταί γε μέχρι νῦν ἔνιοι, σφαγίῳ σφοῖς τοὺς καθαρμούς. Καὶ ΤΗΙ ΕΚΑΤΗ σκυλάκια μετὰ τὰ ἄλλα καθαρσίων ἀφείρωσι, καὶ ἀειμάτοις σκυλακίοις τὰς ἀγνισμοὺς διοδεύας &c. Deinde ΠΑΝΙ μὲν ἡ θυσία γίνεται, Παιὶ δὲ κύνα προσφιλῆ διὰ τὰ αἰπόλια. Idem pag. 277. *Hecatae* Graecos, in genere, (v. Tzetz. ac Potter. ad Lycophron. vs. 77.) Argivos *Lucinae*, Romanos *Manae Genetae*, canem inmolaſſe docet. Plutarchum pag. 290. *canem* nulli Olympiorum i. e. coeleſtium, Deorum inmolari docentem ex hoc Martis ſacrificio refutare conatur G. Cuperus in Harpocrate pag. 68. 69. Non tamen in divinationibus canum exta conſuluere Graeci vates, praeter Thraſibulum Eleum. v. Pauſan. Lib. VI. cap. 2. p. 455.

3 ID EST MARES VORANS] Ergo Βρῶλωγις Graecorum. Vocem *maris* etiam alii alluſere. Iſidor. Orig. Lib. VIII. cap. 11. *Martem deum belli eſſe dicunt, & Martem appellatum, quia per vires pugnatur, ut ſit Mars quaſi mas.* Varro L. L. IV. *Mars ab eo, quod maribus in bello praeeſt:*

aut

## IV. *De Apolline, ſive Sole.*

Apollo quartus deorum eſt, quia Sol, qui dicitur Apollo, inter planetas quartum orbem tenet in coelo. Iſte pingebatur in ſpecie inpuberis juvenis, nunc facie puerili, nunc juvenili, [4] ſemper inberbis, nunc autem in cana diverſitate adparentis; licet raro tali facie eſſet formatus. [5] Iſte ſuper caput portabat tripodem aureum. [6] In dextra vero manu habebat ſagittas, arcum & pharetram. [7] In ſiniſtra autem citharam tenebat. Sub pedibus ejus depictum erat monſtrum terrificum, cujus corpus erat ſerpentinum, [8] triaque habebat capita, ſcilicet caninum, lupinum, [9] & leoninum. Quamquam inter ſe forent diverſa, in unum tamen corpus coibant, unam ſolam caudam

*aut quod à Sabineis acceptus, ibi Mamers.* Mallem, *ubi Mamers.* Sed pro eo etiam *Mavers* dixere; unde e in o converſo, *Mavors.* At Firmicus in de E. P. R. pag. 22. ed. Leid. *Ex bellorum caſibus Mavors nomen accepit, quaſi magna vertat.* MUNCK.

## Ad CAP. IV.

4 SEMPER IMBERBIS] Unde ridiculè Iſidorus Lib. VIII. 11. *Apollinem dictum puta Phoebum, quaſi ephebum, hoc eſt, adoleſcentem: inde & Sol puer pingitur, eo quod quotidie oriatur, & novâ luce naſcatur.* Horat. IV. Od. 6. *Laevis Agyeu.* Schol. *imberbis.* Conſer Fulgent. Lib. I. cap. 17. Hieropolitani tamen Apollinem barbatum colebant, ut narrat Macrob. Saturn. Lib. I. cap. 17. MUNCK. V. Plut. de EI apud Delphos Tom. II. p. 389. & quae dixi ad Fulgent. I. 17.

5 ISTE SUPER CAPUT PORTABAT TRIPODEM AUREUM] In Elide κεῖται καὶ ἄγαλμα τοῦτον Ἀπόλλωνος ἐπίχρυσον τὴν κεφαλήν. Pauſan. Lib. VI. cap. 19. p. 499.

6 IN DEXTRA VERO MANU H. SAGITTAS, ARC. ET PHAR.] Apud Spartanos ſimulacrum eſt Apollinis Amyclaei, ſedentis in throno ab artifice Bathycle elaborato, ὄρχαμον καὶ ἐν σὺν τέχνῃ πεποιημένον, ὅτι δὴ μὴ στέσασθαι αὐτοῦ καὶ πόδες εἰσὶν ἄκρεοι καὶ χεῖρες. —— ἔχει δὲ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ κράνος, λόγχην δὲ ἐν ταῖς χερσὶ καὶ τόξον. V. Pauſan. Lib. III. cap. 19. pag. 257. Haec arma adpingebantur Apollini, quia ſagittandi arte excellere fingebatur. Vid. Spanh. ad Call. H. Apoll. v. 42. unde Apollinis filii vocantur, non tantum vates, verum etiam ſagittandi ſcientia praeſtantes. Pauſan. Lib. IV. cap. 2. p. 282. Μιλωνίδης, τοξεύειν ἀνὴρ ἀγαθὸς, καὶ ἀφ' οὗ τοῦ Ἀπόλλωνος εἶναι νομιζόμενος.

7 IN SIN. AUT. CITHARAM TEN.] Ad Zaracz Apollinis eſt ἄγαλμα κιθάραν ἔχον. Pauſan. Lib. III. cap. 24. p. 271. v. Spanh. ad Call. H. Apoll. 33. In Trallianorum nummo viſitur dextra geſtans lauream virgam, ſiniſtra citharam. v. ad H. in Del. vs. 94. Megarenſes ſoli Apollinem λόγχην ἔχοντα poſuerunt, poſtea aureum plectrum ei dedicarunt. Vid. Plutarch. de Pyth. Orac. Tom. II. pag. 402. ubi vide quid Scythinus de lyra dicat.

8 TRIAQUE HABEBAT CAPITA &c.] Quod prudentia non praeſentia tantum examinet, verum & lapſa ac futura meditetur, & tanquam è ſpeculâ proſpectet, ut cenſet Pier. Valer. Hierogl. Lib. XVI. Conſer Macrob. Saturn. Lib. I. cap. 20. & Ampliſſ. Cuper. Harpocrat. pag. 22. & ſeqq. MUNCK.

9 ET LEONINUM] Lact. ad Statii I. Theb. 720. *Perſae in ſpelaeis Solem colunt.* — *Eſt autem ipſe Sol Leonis vultu cum Tiara Perſico habitu, & utriſque manibus bovis cornua comprimens.* Hanc deinde addit explicationem ejus figurae. *Sol eſt ineffabilis, quia principale ſignum inculcat, & frenat, Leonem ſcilicet, iccirco & ipſe hoc vultu fingitur: vel quod hic Deus caeteros ſui numinis & potentiae impetu excellat, ut inter ceteras feras Leo: vel quia ſit rapidum animal.* Apud Patrenſes Apollinis ſtatua ex aere facta hoc modo a ſtatuario expreſſa eſt. Ἀπόλλων χαλκῆς γυμνὸς ἑδώπης· ὑπεδήματα δὲ ὑπὸ τοῖς ποσὶν ἔχει αὐτός, καὶ ΕΤΕΡΩ ΠΟΔΙ ΕΠΙ ΚΡΑΝΙΟΥ ΒΕΒΗΚΕ ΒΟΟΣ. Vide Pauſan. Lib. VII. cap. 20. p. 574. cujus rei rationem reddit hanc Pauſanias: Βοῒ δὲ χαίρειν μάλιστα Ἀπόλλωνα Ἀλκᾷ τε δῆλον

dam ſerpentinam habentia. [1] Coronam vero capite geſtabat Apollo duodecim lapidum pretioſorum. Juxta autem illum erat viridis laurus picta, & corvus niger deſuper volitans pingebatur, [2] avis ſcilicet ipſi deo conſecrata. Sub lauro vero novem Muſae choream faciunt: & [3] circa Apollinem cantus melodiam promunt. [4] A longe vero Python ſerpens maximus erat, quem ſagitta una Apollinis per medium [5] tranſigebat; & erat Apollo inter duo juga montis Parnaſſi ſedens, de quo & fons Caſtalius ſcaturiebat.

V. *De*

ἐθέλωσιν ἐν ὕμνῳ τῷ εἰς Ἑρμῆν γεγράφας, ὡς ὁ Ἑρμῆς βοῦς ὑφείλετο τοῦ Ἀπόλλωνος &c.

1 CORONAM CAPITE GESTABAT DUODECIM LAPIDUM &c.] Nugatur Albricus ex coronâ radiatâ, ſive radiis diſtinctâ, ut loquitur Flor. Lib. IV. cap. 2. faciens duodecim lapides pretioſos. Frequentius ſerto laureo caput ejus redimiebant. Tibullus de Apolline Lib. III. el. 4. *Hic juvenis caſtâ redimitus tempora lauro.* Et de eodem Ovid. Lib. XI. Met. vers. 165. *Ille caput flavum lauro Parneſſide vinctus.* MUNCK. Thronus, in quo ſedebat Apollo purpurea velatus veſte, lucebat claris Zmaragdis juxta Ovid. II. M. 24. ſedens autem in throno exprimitur. v. Pauſan. Lib. VIII. c. 32. p. 667.

2 AVIS SCIL. IPSI DEO s.] Gallum gallinaceum quidem etiam in Apollinis manu pinxit antiquitas. Plut. de Pythiae Orac. T. II. pag. 400. Ὥσπερ δὲ ὁ τοῦ ἀλεκτρυόνα ποιήσας ἐπὶ τοῦ χειρὸς τοῦ Ἀπόλλωνος ἐνδιδόντα ὕπνον ὥραν, ἣ καιρὸν ἐπάσης ἀναβλῆς. De corvo Apollini ſacro vid. quae dixi ad Fulgent. I. 12. & Cuperi Harpocratem pag. 70. 71. 72. De lauro Apollini ſacra Periz. ad AElian. L. III. V. H. c. 1.

3 CIRCA APOLLINEM CANTUS MELODIAM PROMUNT] De Apollinis ſimulacro in Delo haec ex Anticle & Iſtro adnotat Plutarchus de Muſica p. 1135. 1136. Καὶ ὁ ἐν Δήλῳ ὃν ἔστιν ἀγάλματος αὐτῷ ἀφίδρυσις ἔχει ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ τόξον, ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ κέρατας, τὸ δὲ Μυσικὴν ἐργάσιν ἐκάστῳ τι ἔχειν. ὁ μὲν γὰρ λύραν κρατεῖ, ὁ δὲ αὐλούς, ὁ δὲ ἐν μέσῳ προκειμένην ἔχει τὴν τόμαλὸν σύριγγα. His conſentit Pauſanias Lib. IX. cap. 35. p. 780. ex Sylburgii partim, partim Kuhnii, & mea emendatione Καὶ Ἀγγιλίων τε καὶ Τιτάνων, καὶ ὅτοι Δικτύνα (ſc. μαθηταί) τὸ Ἀπόλλωνα ἐργαζόμενοι Δηλίοις τρεῖς ἐποίησαν ἐπὶ τῇ χειρὶ αὐτῷ κέρατας.

4 A LONGE VERO &c.] Metaphraſtes Abdiae Babyl. ſi diis placet, Lib. I. *Aſtitit Petrus à longè.* Vet. Interpr. I. Samuel. cap. XXV. vers. 13. *Cum ſtetiſſet in vertice montis de longe.* Pſalm. XXXVII. 12. *Et qui juxta me erant, ſteterunt de longè.* Exod. cap. XX. 21. *Stetitque populus de longè.* Hygin. Mythol. cap. 257. *Conſequitur carnificem, exclamatque à longè.* Ad quem locum plurâ hujus locutionis exempla congeſſimus. MUNCK.

5 TRANSIGEBAT] Ἀνὰ δὲ *tranſibat.* Hygin. Lib. IV. cap. 17. *Duodecim ſigna annis totidem tranſigere exiſtimatur.* Conſule ibi not. noſtras. MUNCK.

## Ad CAP. V.

6 PULCHERRIMA PUELLA] Venus vocatur ἡ καλλίστη τῶν θεῶν AEliano Lib. XII. V. H. cap. 1. p. 657. Ed. Periz. Hujus Deae *ἀμβολογήρας ἄγαλμα* apud Laconas eſt. Vid. Pauſan. Lib. III. cap. 18. pag. 253. cum Kuhnii nota.

7 IN MARI NATANS] Nempe quia è mari orta eſt: unde *marina* dicitur Horatio Lib. IV. Od. II. & III. Od. 26. ubi Scholiaſtes: MARINAE. *mari ortae. ut*, Fas omne eſt Cytherea meis te fidere regnis, Unde genus ducis. (*Verba Neptuni ad Venerem.*) *Atque ideo Aphrodite dicta eſt* λὰς ἐκ ἀφροῦ, *id eſt, ſpuma.* Tolle iſta, quae parentheſi incluſi, cum ab antiquis edd. abſint. Viderit Cruquius, unde ea irrepſerint. Locus, quem adducit commentator, eſt Virgilii AEn. V. vers. 800. ubi Servius conſulendus. MUNCK. Ποικίλα Κύπρις vocatur ab Eurip. Hippol. 415. & διπλοῦν ποικίλα Κύπρις vs. 522. Hinc ex Apollinis reſponſo Theſeus in Cretam navigaturus ſibi adſcivit καθηγεμόνα & συμπρόπομπον Venerem. v. Plutarch. in Theſeo pag. m. 8. Cur vero humido praeſidere dicatur Venus docet J. N. Loenſis Lib. VII. Epiphyll. cap. 16. Statuarii in Taenaro Veneris imaginem ſtantem poſuerunt in templo ad mare exſtructo. Vid. Pauſan. Lib. III. cap. 25. p. 276. In templo Jovis Olympici apud Eleos, nempe in baſi Jovis throni, ex auro elaboratus eſt Ἔρως ὑπὸ θαλάσσης Ἀφροδίτην ἀνιῶσαν ὑποδεχόμενος. τὸν δὲ Ἀφροδίτην στέφουσι Πειθώ. v. Pauſan. Lib. V. cap. II. pag. 403.

8 CON-

## V. *De Venere.*

Venus quintum tenet inter planetas locum: propter quod quinto loco figurabatur. Pingebatur Venus [6] pulcherrima puella, nuda, & [7] in mari natans: & in manu ſua dextra [8] concham marinam tenens atque geſtans; [9] roſiſque candidis & rubris ſertum gerebat in capite ornatum, & [10] columbis circa ſe volando, comitabatur. Vulcano deo ignis, [11] ruſtico turpiſſimo, in conjugium erat conſignata, qui ſtabat ad ejus dextram. Et coram ipſa tres adſtabant juvenculae

8 CONCHAM MARINAM TENENS] Simulacrum Veneris concham portantis ex veteri marmore in de Imaginibus Deorum repraeſentat Cartharius. Alii conchâ vectam dicunt, & eâ ad inſulam Cyprum appuliſſe primitus. De illâ Cypriâ Venere Jul. Firmicus in de E. P. R. p. 15. Ed. Leid. *Audio Cinyram Cyprium templum amicae meretrici donaſſe, ei erat Venus nomen. Initiaſſe etiam Cypriae Veneri plurimos* &c. Pro *ei erat* leg. *cui erat*, vel verba illa, *cui erat Venus nomen*, includenda parentheſi. Praeterea *rò meretrici* gloſſam ejus eſſe ſuſpicor, qui docere nos voluerit amicam denotare meretricem. Paginam certe 35. gloſſa manifeſta inſedit, ubi dicitur, *De AEgypto recedentem populum dei plebem lignea virga protexit.* Tolle *rò populum.* Plebs populum deſignat Eccleſiaſticis ſcriptoribus. Firmicus ipſe pag. 36. *Liberaturus deus ſummus ex AEgyptiorum tyrannide plebem ſuam, arietem nocte juſſit occidi* &c. Et pag. 38. *Hieremias etiam cum praecepta deo jubente plebi daret.* Cyprian. Lib. I. epiſt. 4. *Audiri in precibus poſſint, quas faciunt pro plebis dominica incolumitate.* Concha autem cur Veneri adſcribatur, dictum ad Fulgent. Mythol. Lib. II. cap. 4. Ibidem & e roſis annotata nonnulla, quibus addi hoc poteſt, quod multifariae Hiſtoriae Lib. XII. cap. I. AElianus innuit, morem olim fuiſſe, ut ſimulacra Veneris ſertis roſeis coronarentur: Σὲ δ, inquit, τὴν τῆ Ἀφροδίτης τεφάνοις τῆ ῥοδίνοις, ἔστι δὲ ἅπερ κὰν αὖθις, πίσσυρα ἐπέκεινα τῆ φύμῃ. Virgil. AEn. II. 593. *Roſeoque haec inſuper addidit ore.* Ubi Servius: *Roſeo, pulchro. Quidam reprehendunt non conveniſſe in ruina & exitio civitatis Venerem roſeo ore loqui cum filio, ignorantes hoc epitheton Veneris eſſe perpetuum.* Verè ergo Maximinianus de roſis: *Hunc Venus ante alias ſibi vindicat ipſa colorem, Diligit & florem Cypris ubique ſuum.* MUNCK. Apud Sicyonios Veneris ſimulacrum, ex auro & ebore a Canacho Sicyonio factum, in templo ſedentis, & φορέας ἐπὶ τῆ κεφαλῆ ΠΟΌΛΟΝ, τῶν χειρῶν ἡ ἑτέρα τῆ μὲν ΜΗΚΩΝΑ, τῆ δ ἑτέρᾳ ΜΗΛΟΝ. v. Pauſan. Lib. II. cap. 10. p. 134. De pomo Veneri ſacro Spanh. ad Callim. H. Pall. 44. Apud Lacedaemonios. (Lib. III. cap. 15. Pauſaniae pag. 246.) in templo eſt ξόανον Ἀφροδίτης ἀπλοσμένης (quo titulo etiam culta fuit a Corinthiis. v. Pauſan. Lib. II. cap. 4. in fin.) Sed in eodem Laconico templo juxta Pauſan. Venus κάθηται ΚΑΛΥΠΤΡΑΝ τε ἔχουσα καὶ ΠΕΔΑΣ ΠΕΡΙ ΤΟΙΣ ΠΟΣΙ. Πειθοῦς δὲ οἱ Τυνδάρεων τὰς πίδακας φασὶν, ἀφροσύνῃ τῆς ἐκείνου τὸ ἐς τὰς γυναικῶν βίαιον.

9 ROSISQUE] V. Perizon. ad AElian. XII. V. H. cap. I. p. 656. Ed. Periz. & Schol. Eurip. Med. 840. Schol. Ariſtoph. Acharn. vs. 991. Ζεῦξις ὁ ζωγράφος τὸ τῆ καλῆ τ Ἀφροδίτης τὸ ταῖς Ἀθήναις ἐγκαίψι τ Ἔρωτος ἁπαλώτατον, ἐτερμίνου ῥόδοις. Pauſan. Lib VI. cap. 24. p. 514. de Elide Ἔστι δὲ καὶ ΧΑΡΙΣΙΝ ἱερὸν, ᾧ ξόανα ἐπίχρυσα τὰ ἐς ἐσθῆτα, πρόσωπα δὲ καὶ χεῖρες καὶ πόδες λίθου λάδα, ἔχουσι δὲ ἡ μὲν αὐτῶν ΡΟΔΟΝ, ἡ ΑΣΤΡΑΓΑΛΟΝ δὲ ἡ μέση, ἡ δὲ τρίτη ΚΑΛΑΘΟΝ ἐ μίγνυ ΜΥΡΣΙΝΗΣ· ἔχουσι δὲ αὐτὰς ἐπὶ τοιῷδε οἱ πάλαι τὰς ἐν τῷ ἱερῷ, ΡΟΔΟΝ μὲν ᾗ ΜΥΡΣΙΝΗΝ Ἀφροδίτης τε ἱερὸν εἶναι καὶ εἰκόνα τῆ ἐς κάλλος λόγῳ. ΧΑΡΙΤΑΣ δὲ Ἀφροδίτης μάλιστα εἶναι θεῶν. ΑΣΤΡΑΓΑΛΟΝ τε μισγομένοις καὶ παρθένοις, ὡς ἔχοιεν ἑδρίου πω πρόσωπον ἐν γάμοις, ταύτην εἶναι τ ἀπεργάζεσθαι πειθώ. Τὸν χαρίτων δὲ ἐν δεξιᾷ, ἄγαλμά ἐστι ΕΡΩΤΟΣ· ἵστηκε δὲ ἐπὶ βάθρου ξ αὐτοῦ. Qui locus maxime Albricum inluſtrat.

10 COLUMBIS CIRCA SE VOLANDO] AElian. XII. V. H. cap. I. p. 605. ejuſd. Edit. de Aſpaſia: Πρῶτον μὲν ἐν εἰδώλου χρυσοῦ, ἀρκύστας μυγίδας ἔχον, αὐτῆ κατεσκάσατο· ἐπειτα δὲ τὸ ἄγαλμα τοῦτο Ἀφροδίτης οἶσα καὶ ΠΕΛΕΙΑΔΑ αὐτῆ παρίστησι ΛΙΘΟΚΟΛΛΗΤΟΝ.

11 RUSTICO TURPISSIMO] Ruſtici dicuntur, qui imperiti vivendi, inconditiſque & impolitis moribus ſunt. Ovid. I. Rem. Amor. vers. 350.

Et

culae nudae, quae tres Gratiae dicebantur, ex quibus duarum facies verſus nos adverſae erant, [1] tertia vero dorſum in contrarium vertebat. [2] Hinc & [3] Cupido filius ſuus alatus & caecus adſiſtebat, qui ſagitta & arcu, quos tenebat, [4] Apollinem ſagittabat: propter quod deos [5] contra ſe turbatos timens, ad Martis gremium fugiebat. cui & illa adulterii crimine [6] familiaris reperta eſt.

## VI.

*Et poterit dici petulans, quae ruſtica non eſt, Et poterit dici ruſtica, ſi qua proba.* MUNCK.

1 TERTIA VERO &c.] Illa tertia Thalia erat. Vet. Epigr. Catal. Pith. Lib. IV. *Grata Thalia tamen geminae converſa ſorori, Implicat alternè brachia blanda ſoror.* MUNCK.

2 HINC ET CUPIDO] Corrige, *huic & Cupido* &c. MUNCK. In Elide Veneris ſtatua erat, & παιδίον ἐπίχρυσον κάθηται γυμνὸν ᾧ τ' Ἀφροδίτης. v. Pauſan. L. v. c. 17. p. 419.

3 CUPIDO FILIUS SUUS ALATUS] Pauſan. Lib. VII. cap. 26. pag. 592. Οἶδα δὲ εἴκημα ἐν Λιγείρᾳ Θυεστάμου. ἄγαλμα ἦν ἐν τῇ εἰκήματι Τύχης, τὸ κέρας φέρουσα τὸ Ἀμαλθείας. Παρὰ αὐτὴν ΕΡΩΣ ΠΤΕΡΑ ΕΧΩΝ ἑστώς. ἰθέλει δὲ σημαίνειν, ὅτι ἀνθρώποις καὶ τὰ ἐς ἔρωτα τύχη μᾶλλον, ἢ ὑπὸ κάλλους καταληπτά. Serv. ad I. AEn. 667. haec de Cupidine notat, *Quia turpitudinis eſt ſtulta cupiditas, PUER pingitur ut INTER QUAS CURAM CLYMENE NARRABIT INANEM, ideſt, amorem. Item quia imperfectus eſt in amantibus ſerio, ſicut in puero: ut INCIPIT EFFARI MEDIAQUE IN VOCE RESISTIT. Alatus autem ideo, quia amantibus nec levius aliquid, nec mutabilius invenitur* &c. Deinde addit *ſagittas vero ideo geſtare dicitur, vel quia amorem & libidinem ſequitur punctura poenitentiae, & dolor: vel quia, incertae veloceſque ſunt.* ad IV. AEn. vs. 69. *Cupido puer inducitur, quaſi inſtabilis & infans, quia non poteſt fari, unde & paullo poſt: INCIPIT EFFARI, MEDIAQUE IN VOCE RESISTIT.* De Cupidinis imagine elegantiſſime Propert. II. IX. I.

*Quicumque ille fuit, PUERUM qui pinxit amorem,*
*Nonne putas puras hunc habuiſſe manus.*
*Hic primum vidit ſine ſenſu vivere amantem,*
*Et levibus curis magna perire bona.*
*Idem non fruſtra VENTOSAS addidit ALAS*
*Fecit & humano corde volare Deum.*

Deinde addit.

*Et merito hamatis manus eſt armata ſagittis,*
*Et pharetra ex humero Gnoſia utroque jacet.*

Quas *ventoſas alas* vocat Propertius, Euripides dicit in Hippol. vs. 1270. Σὺν δ' ὁ ποικιλόπτερος ἀμφιβαλὼν ὠκυτάτῳ κλιτῦς. illud Euripideum ποικιλόπτερος inluſtrat Philoſtratus Lib. I. Icon. 6. πλιεῖ ὑακιναῖα, καὶ φοινικᾶ, καὶ χρυσᾶ εἰδώς. Sagittam & arcum ab Albrico dicitur Cupido tenere. apud Epidaurios vero Cupido exprimitur ΒΕΛΗ μὲν καὶ ΤΟΞΟΝ ἀφικνὰς, ΛΥΡΑΝ δὲ ἀντ' αὐτῶν ἀγκύλον φέρει. v. Pauſan. Lib. II. cap. 27. pag. 173. Ipſi Veneri aureus arcus datur ab Euripide in Medea vs. 365. quomodo Cupidinum φαρέτρας χρυσόπασσι, καὶ χρυσᾶ καὶ τὰ ἐναύτας βέλη depinguntur a Philoſtrato l. l. Ceterum *Cupido* hic ab Albrico vocatur Veneris filius, ſed tam de matre quam de patre Cupidinis Veteres contendunt, Lycius enim Olen in antiquiſſimo Lucinae hymno Lucinam Cupidinis matrem fecit. Vide Pauſan. *Lib.* IX. cap. 27. pag. 762. qui deinde addit Ἡσίοδον (D. G. 116.) δὲ ἢ τ' Ἡσιόδου Θεογονίαν ἐκτετικέναι εἰδὼς γεγράφασι, ὡς Χάους ἔτι ὄντος, ἐκ δὲ αὐτοῦ Γῆν τε καὶ Τάρταρον καὶ Ἔρωτα γένεσθαι. Poſt Pauſaniam Heſiodi hunc locum ad partes vocavit Scholiaſtes Apoll. Rh. III. 26. Καὶ Ἡσιόδῳ ἐκ χάους λέγει ἔρωτα. Qui alias aliorum de Cupidinis parentibus opiniones dabit, quas ex hoc Scholiaſte aliiſque ſcriptoribus hauſtas cum lectore communicabunt G. Cuperus II. Obſ. I. & P. Burm. ad Ovid. IV. M. 288. Ratio hujus confuſionis haec eſt, quia plures dicuntur eſſe Cupidines. Tres praeter a G. Cupero citatum enumerat Plut. in Amatorio T. II. pag. 764. Λιγύστιοι δύο μὲν Ἔρωτας παραπλησίους Ἑρμαῖς: τὸν δὲ ΠΑΝΔΗΜΟΝ καὶ τὸν ΟΥΡΑΝΙΟΝ ἴσασι, τρίτον δὲ νομίζουσι ΕΡΩΤΑ τὸν ΗΔΙΟΝ. De pluribus Olear. ad Philoſtrat. l.

4 APOLLINEM SAGITTABAT] Quinam ſcriptores verbo *ſagittare* uſi fuerint, docebunt te Voſſius & Borrichius; ille in de Vitt. Serm. Lib. IV. cap. 23. hic in defenſione Voſſii adverſus Sciopp. pag. 283. Addo illorum obſervatis reperiri id etiam apud Curt. Lib. VII. cap. 5. *Etſi*, inquit, *forſitan ſagittandi tam celebri uſu minus*

## VI. *De Mercurio.*

Mercurius ſextus in ordine planetarum, ſicut & alias ab antiquis gentilibus ſextus deus eſſe dicebatur, cujus imaginem in hunc modum pingere voluerunt. Erat ipſius ſignum [7] homo unus, qui in capite & in talis alas habebat: in manu autem ſua laeva [8] virgam tenebat, quae virtutem habebat ſoporiferam, & quae erat ſerpentibus circumſepta. Et gladium curvum, [9] quem Harpen homo vocabat:

*minus admirabilis videri haec ars poſſit.* Et Dict. Cretenſ. de Bell. Troj. Lib. I. *Atque ita ſagittatis jam praelio boſtibus, evaduns.* Quod ſi *ſagittari aliquis* rectè dici poteſt, non mirum ſi *ſagittare aliquem* non refugit Vetus interpres Bibliorum Pſalm. X. vers. 2. *Ut ſagittent in obſcuro rectos corde.* Ita à *lancea* finxerunt verbum *lanceare* lutei aevi ſcriptores; unde *lanceatus:* de quo Voſſius in de Vitt. Serm. Lib. IV. cap. 12. MUNCK.

5 CONTRA SE TURBATOS] Hoc eſt, concitatos & iratos. Virgil. AEn. VIII. vers. 435. *AEgidaque horrificam, turbatae Palladis arma.* Vide ibi Servium, & Turneb. Adverſ. Lib. XXVI. 29. MUNCK.

6 FAMILIARIS REPERTA] In via Argis Mantineam ferente templum eſt duplici aditu, altero ad ortum, altero ad occaſum poſito; in aditu ad orientem Veneris, ad occaſum Martis ſimulacrum eſt conſtitutum. Pauſan. Lib. II. cap. 25. p. 167. qui addit id Polynicis, & Argivorum, qui Polynici fratrem perſequenti adfuerant, eſſe donum. Apud Laconas ἀπιθεν ὁ τῆ Χαλκιοίκῳ ἐστιν Ἀφροδίτης Ἀρείας. Pauſan. Lib. III. cap. 17. p. 251. Ad Acrocorinthum ναός ἐστιν Ἀφροδίτης. ἀγάλματα ὁ, αὐτή τε ἀπλισμένη, καὶ Ἥλιος, καὶ Ἔρως ἔχων τόξον. Pauſan. Lib. II. cap. 4. in f. Apud Spartanos pervetus quoque templum eſt, & ſimulacrum Ἀφροδίτης ἀπλισμένης. Lib. III. cap. 15. p. 246. nec non in Cytheris Veneris Uraniae vetuſtiſſimum eſt templum, in quo κεῖται ἡ θεὸς eſt ξόανον ἀπλισμένον. cap. 23. pag. 269.

## Ad CAP. VI.

7 HOMO UNUS] *Homo juvenis* correctum erat à Voſſio in libro Heinſiano; nec ſanè improbabiliter, cum facie ſemper juvenili pingatur & fingatur Mercurius. Verum alterum aſſerit illud cap. 3. *Erat enim ejus figura tanquam unius hominis furibundi.* Ubi annotata à nobis conſulenda. Catull. c. 22. *Unus caprimulgus aut foſſor.* Loquuntur & Graeci ita. Οἱ ὁ Geneſ. cap. XXI. vers. 15. Καὶ ἔρριψε τὸ παιδίον ὑποκάτω μιᾶς ἀπὸ τῶν. MUNCK.

8 VIRGAM TENEBAT] Caduceum puta. Sed caduceum à virgâ diſtinguere videtur Apulejus Metam. Lib. X. *Adeſt luculentus puer nudus, niſi quod ephebicâ chlamyda ſiniſtrum tegebat humerum: flavis crinibus uſquequaque conſpicuus: & inter comas ejus aureae pinnulae cognatione ſimili ſociatae prominebant, quem caduceum & virgula Mercurium indicabant.* Heic pauſant interpretes, ubi maximè erat exſultandum. Virga Mercurii caduceum eſt aliis, non virga alia à caduceo. Iſidor. Orig. Lib. VIII. 11. *Virgam tenet, quâ ſerpentes dividit, id eſt venena. Nam bellantes interpretum oratione ſedantur: unde & ſecundum Livium legati pacis caduceatores dicuntur.* Nonius Marcellus cap. XII. *Caduceus, pacis ſignum Varro pronunciat De vitâ Pop. Rom. libro ſecundo. Verbenarius ferebat verbenam, id erat Caduceus pacis ſignum. Nam Mercurii virgam poſſumus exiſtimare.* Unde virgam illam acceperit narrat Schol. Hom. ad Iliad. O. vers. 256. Ἑρμῆς ὁ Διὸς καὶ Μαίας τῆς Ἀτλαντίδος ἔρις λύραν. Καὶ τὰς Ἀπόλλωνος βοῦς κλέψας, δίδωσι τῷ Διῒ ἀφ' ἧς μαντικῆς. Ἀπειλαμένου δ' Ἀπόλλωνος, ἔκλεψεν αὐτοῦ καὶ τὰ ἐπὶ τῶν ὤμων τόξα. Μεσιτεύσας δ' ὁ Διὸς ἔδωκεν αὐτῷ τὴν μαντικὴν ῥάβδον. ἀφ' ἧς ὁ χρυσόῤῥαπις ὁ Ἑρμῆς προσηγορεύθη. MUNCK. Κηρύκειον ἔχων Ἑρμῆς conſpicitur apud Eleos. Pauſan. Lib. V. cap. 27. p. 449. Κηρύκειον vero eſt ξύλον, ἔχον ἑκατέρωθεν δύο ὄφεις περιπεπλεγμένους, καὶ ἀνθεστηκότας ἀλλήλοις κεφαλάς, ὅπερ εἰώθασι φέρειν οἱ κήρυκες μετ' αὐτῶν, καὶ ὃν ἔχει αὐτὸς ἀδικῶν, παρ' οὓς ἀπήρχοντο. Haec & plura legenda ſunt apud Suidam, & Diodorum Siculum Lib. V. pag. 341.

9 QUEM HARPEN HOMO VOCABAT] Corrigit *Homerus vocabat* Rutgerſius Var. Lect. Lib. III. 3. Probo protenus: dein pro *vocabat* repoſuerim inſuper *vocavit.* B. & V. notum eſt, quam crebro inter ſe commutentur. Sed ubi gladius iſte incurvus harpe ab Homero dicitur? Ἅρπης ſemel tantum mentio apud eum ſit, Iliad. videlicet T. vers. 350. verum ibi non gladii, ſed avis eſt vocabulum. Schol. Ἅρπη] εἶδος ὄρνεως.

bat: fiſtulamque [1] de calamo factam Syringe ad os ſuum ponebat, dextra ſonans. [2] galerum quoque ſeu umbellam capite portabat. Coram ipſo autem erat [3] gallus, ſibi peculiariter conſecratus. Ab altera vero parte erat Argus, cujus caput & facies plena erat oculis, qui coram eo jacebat decollatus. Iſte ergo dictus eſt deus mercatorum, & deus furtorum: & ideo ab alio ejus latere depicti erant mercatores cum aliquibus mercibus: & latro, qui ipſi mercatori [4] peram

ram

Τινὲς ἐκτῖναι καλοῦσιν, ἕτεροι δὲ φάλω. λέγεται δὲ καὶ τὸ ἡμίκαυτον. MUNCK. Apud Troezenios Mercurii imago eſt, cui dicavit Hercules clavam ex oleaſtro, ad paludem Saronida invento, ſectam, de qua miranda, ſed non credenda, narrant Troezenii. v. Pauſan. Lib. II. c. 31. p. 185. 186. De *harpe* plurima congeſſit in Lib. V. cap. XV. de Animal. Sacr. S. O. p. 760. 761. S. Bochartus.

1 DE CALAMO FACTAM SYRINGE] Syrinx arundo fiſtularia eſt Gazae in de Plant. Lib. IV. cap. 12. Sed aliis Syrinx eſt fiſtula ipſa. Pollux Lib. IV. cap. 10. Ἡ δὲ καλαύροψ σύριγξ Κλαπὶς καθ' ἑτέρους. Videtur ſcripſiſſe, *de calamo factam ſcil. Syringem*, vel *de calamo factam Syringae. Calamus Syringae* dictum puta, ut *arbor ſici*, *flumen Rheni*, & infinita alia id genus. *Syringa* autem rectè dici pro *Syrinx* oſtendi cum alibi ſaepe, tum & ad Lactant. Argum. Lib. I. fab. 12. MUNCK. Fiſtulae haec fuit Συρίγξ μονοκάλαμος vide quae dixi ad Hygini fab. 274. *Syringe* pro ipſa arundine videtur fuiſſe uſus Albricus more Graecorum, quibus varius hujus vocis etiam eſt uſus, manans ex hujus ſignificationis fonte, ut Apoll. Rhod. IV. 1647. ὅτε δὲ οἱ ἴσχε Τίτυρος Σύριγξ αἱματόεσσα. Schol. Σύριγξ ὁ λίγυς καὶ ὀξὺς φθόγγος. Sophocl. in Ajace. vs. 1429. ἔτι γὰρ θερμαὶ Σύριγγες ἄτᾳ φυτᾶσι μίλαν Μίνως. ubi & vid. Schol. Aliam vocis ſignificationem dabit Euripides in Iphig. in Aul. vs. 230. κἀγὼ Σύριγγας ἀμαστέας. Confer Sophocl. Electr. 723. & Schol. AEſchyli in ſeptem ad Thebas 212. quibus adde Suidam.

2 GALERUM QUOQUE SEU UMBELLAM] *Petaſum* nempe, qui latos habebat margines ad umbram faciendam, eoque peregrinantibus in uſu erat. Nec alia cauſa eſt, cur tribuerint Mercurio deorum nuncio, qui inde *petaſatus* dicitur in veteri inſcriptione apud Pith. Catalect. Lib. III. *Abite hinc peſſimi fures. Quid voſtris voltis cum oculis emiſſitiis? Abite hinc veſtro cum Mercurio Petaſato caduceatoque. Donum hoc Maximus Olibrius Plutoni ſacrum facit.* Arnobius Lib. VI. pag. 197. *Itaque Hammon cum cornibus jam formatur & fingitur arietinis: Saturnus cum abuncá falce. cuſtos ruris ut aliquis, ramorum luxuriantium tonſor: cum petaſo gnatus Maiae, tanquam vias aggredi praeparet, & ſolem, pulveremque declinet* &c. MUNCK. Apud Eleos eſt Ἑρμῆς ὁ Τ ΚΡΙΟΝ φέρων ὑπὸ τῇ μασχάλῃ, καὶ ἱππικῷ μὲν τῇ κιφαλῇ ΚΥΝΗΝ, καὶ ΧΙΤΩΝΑ τε καὶ ΧΛΑΜΥΔΑ ἐπιδεδυκώς. v. Pauſan. Lib. V. cap. 27. pag. 449. Apud Meſſenios etiam Mercurii ſtatua eſt arietem portantis. Lib. IV. cap. 33. p. 362. Nec non in Boeotia apud Tanagraeos. Cauſſam docet Lib. IX. cap. 22. p. 752. ubi κεφαλῇ vocatur. In via Pellenen ferente Ἄγαλμά ἐστιν Ἑρμοῦ καλοῦ τὸν ὦμον. ἐπίκλησιν μὲν Δόλιος, δίκας δὲ ἀνδρώσας ἕνεκα τιμῶσιν τῶν ἐν ἄστει ΤΕΤΡΑΓΩΝΟΝ, ΓΕΝΕΙΑ ΤΕ ΕΧΕΙ, καὶ ἐπὶ τῇ κιφαλῇ πῖλον εἰργασμένον. v. Pauſan. Lib. VII. cap. 27. pag. 594. apud Arcadas Lib. VIII. c. 39. pag. 681. Ἐν δὲ τῷ γυμνασίῳ τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἑρμοῦ, ἀμπεχόμενόν μὲν ἱμάτιον ΙΜΑΤΙΟΝ, καλαύροπα δὲ ἐν ἑκατέρᾳ, ἀντὶ δὲ τοῦ τετράγωνου χῶμα.

3 GALLUS] Cur Mercurio ea avis, cur item Apollini ſit dicata, invenies apud Lucian. Tom. II. pag. 264. ed. Bened. Pierium Valerian. Hieroglyph. Lib. XXIV. & Cuperi Harpocrat. pag. 21. Sacratam etiam Cybelae eandem avem fuiſſe refert inter alios, & procul dubio ex aliis quoque Iſidor. Orig. Lib. VIII. cap. 11. MUNCK. Vide ad Fulgent. Lib. I. cap. 21.

4 PERAM ABSCINDEBAT] H. e. facculum, follem. Gloſſ. Labb. Πήρα, *mantica*, *follis*. Etiam ipſe Mercurius cum facculo pingebatur. Schol. Perſ. ad Sat. V. vers. 112. *Mercurialem*] *Ideo dixit, quia ipſum deum lucri dicunt. Unde & cum facello* (leg. *faccello* vel *facculo*) *pingitur, & à negotiatoribus plurimum colitur.* Vulg. Interpr. Proverb. cap. VII. vers. 29. *Sacculum pecuniae ſecum tulit.* Catull. carm. XIII. *Non tui Catulli Plenus ſacculus eſt aranearum.* Chryſol. Homil. XXV. *Quam cupit pecuniam perdurare, perpetuare ſacculos divitiarum.* Salvianus ad Eccleſ. Cathol. Lib. I. *Graves metallo aureo ſaccos.* Horat. Lib. II. Sat. 3. *Menſam poni jubet, atque Effundi ſaccos nummorum* Suidas: Σακκίδιον, βαλλάντιον, μαρσίππιον, ἐξ οὗ καὶ σακκιδάριος. *Crumina* eſt in Gloſſ. Labb. Θύλακος, *follis*, *crumina*. Θυλάκιον, *cullicullum*, *follis*, *follex*. *Cullicullum* eſt ἰδιωτικῶς à *culleum*, quod neutro genere uſurparunt antiqui.

ram abſcindebat. [5] Eloquentia autem in fiſtula deſignatur, [6] qui de viro in foeminam, & de foemina in maſculum ſe mutabat, cum volebat: & ideo pingebatur cum utroque ſexu. [7] De albis vero nigra, & de nigris alba faciebat, quod oſtenditur per ejus pileum ſemialbum & ſeminigrum. Aliqui vero eum [8] capite canino pingebant: [9] ideoque & lanceam pro virili, & colum pro muliebri ſexu tribuerunt.

VII.

qui. Culleum ergo dicit eſſe θυλάκιον, quia δίμιτον σακκίον eſt, ut ait Ariſtophanis Schol. in Plut. Act. III. ſc. 2. Plautus Aſinar. Act. III. ſc. 3. *Quid nunc? quid eſt? quin tradis huc cruminam preſſatum herum?* h. e. ad preſſatum, ſive ut preſſet. Perſ. Act. II. ſ. 5. *Vomica eſt, preſſare parce.* Fruſtra in priore loco haerent Plautini interpretes, cum oſtenſum pridem à doctis ſit, H facere interdum poſitionem. Schol. Horat. Lib. I. epiſt. 4. *Crumena*] *Sacculo numario.* MUNCK.

5 ELOQUENTIA IN FISTULA DESIGNATUR] Fiſtulâ puta eâ, quâ ille canens in ſoporem collocavit Argum. Eloquentiae nempe habitus deus Mercurius; unde & *facundum* appellitat Horatius Lib. I. Od. 10. *Mercuri facunde, nepos Atlantis, Qui feros cultus hominum recentum Voce formaſti catus, & decorae More palaeſtrae.* Ubi Scholiaſtes: *Notum eſt Mercurium haberi inventorem ſermonis, palaeſtrae, lyrae & furtorum.* Eloquentia autem quia linguâ exercetur, hinc & linguas ſacrificatas ei olim nos docuit Ariſtoph. Scholiaſtes ad Plut. Act. V. ſc. I. Πρὸς ὃ, inquit, τὸ λεγόμενον ἴσασιν, ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι. Οὗ τὰς γλώττας τῷ Ἑρμῇ ἔθυον, ὡς δέ τινες ἱφόρμῳ. MUNCK. Latius haec extendit Scholiaſtes Apoll. Rh. I. 517. Ὅτι ἔθος ἦν — τὰς γλώσσας τῶν ἱερείων ἐπιθύειν τῷ Ἑρμῇ, ᾗ ἐπιπάνδεκτον εἶναι. καὶ ἵνα φυσικῶς. ἐπεὶ γὰρ Ἑρμῆς λόγος εἶναι παραδίδοται, ἔργασον ὃ αὐτῷ ἡ γλῶσσα. &c. Primi Athenienſes poſuiſſe dicuntur ἀκώλυς Ἑρμᾶς i. e. Mercurii ſtatuas ſine manibus pedibuſque, ut docet Pauſanias Lib. I. cap. 24. pag. 56. nempe ad indicandam orationis omnia peragentis, & nullius ope indigentis vim atque efficaciam, ut e Plutarcho ac Feſto docet Elſner. ad Acta Apoſtol. cap. XIV. vs. 12. Juxta Venerem collocarunt etiam Mercurium ſtatuarii Veteres, quia eloquentia plurimum valet ad amorem, ut docent Schol. Crucquii ad Horatii I. O. 30. vs. 8. & Phurnutus de N. D. quem lectori monſtrabit cl. Arnaldus de Diis Paredris cap. XXIII. p. 161. In urbe Pharis Mercurius eſt ἐν μίσῃ τῇ ἀγορᾷ λίθῳ πεποιημένον ἄγαλμα, ἔχον καὶ χθόνια. ἑστηκὼς ὃ ἐπὶ αὐτῇ γῇ. παρίχεται μὲν τὸ τετράγωνον σχῆμα. Pauſan. L. VII. c. 22. p. 579. Notatu digna ſunt, quae paullo inferius ſequuntur Ἑστήκασι ὃ ἐγγύτατα ἓξ ἀγάλματος τετράγωνοι λίθοι τριάκοντα μάλιστα ἀριθμόν, τούτους σιβύσσαι οἱ Φαρεῖς ἱκέσιον θεῶν τῶν ὑπὲρ ὑμᾶς ἐπιλέγοντες. Τὰ ὃ ἔτι παλαίτερα καὶ τοῖς πόρρω Ἕλλησι τιμὰς θεῶν αἱ κατὰ ἀγάλματα εἶχον ἀρχαῖοι λίθοι.

6 QUI DE VIRO &c.] Heic eſt hiatus; vel cancellandum τὸ *qui.* MUNCK.

7 DE ALBIS VERO NIGRA &c.] De Autolyco Mercurii filio Ovid. XI. Met. vers. 314. *Qui facere aſſuerat, patriae non degener artis, Candida de nigris, & de candentibus atra.* Conſer Natal. Lib. V. cap. 5. MUNCK.

8 CAPITE CANINO] Conſtat quidem ſimulacris Mercurii adjici ſolitam canis imaginem: ſed de capite canino quod ait, id non ita pervulgatum eſt. Iſidor. Orig. Lib. VIII. cap. II. *Cur autem cum capite canino fingunt, haec ratio dicitur, quod inter omnia animalia canis ſagaciſſimum genus & perſpicax habeatur.* Tria aliquando ei data capita innuit Lycophron, cum ait pag. III. ed. Steph. de Mercurio, Ναυσικλύστης τριπρόσωπος Φαιδρὸς θεός. Etymol. Auctor: Τριπρόσωπος ὁ Ἑρμῆς λέγεται, ὅτι τρεῖς διδάσκει τὰς ὁδούς, καὶ ἔχει ὑπογεγραφὼς, ποῖ μὲν αὐτὴ φέρει ὁδός, ποῖ ὃ αὖτη. Ἴσως ὃ καὶ ἐκάστῳ ἰδίαν κεφαλὴν εἶχεν. ᾧ ὃ ὁ ἀκριβὴς τριπρόσωπον Ἑρμῆν Πατροκλείδης. MUNCK. Plut. de Iſide & Oſiride Tom. II. p. 355. (Λιγύπλοι) ἃ τὴν κύνα κυρίως Ἑρμῆν λέγουσιν, ἀλλὰ ζῷον τὸ φυλακικὸν, καὶ τὸ ἄγρυπνον, καὶ τὸ φιλόσοφον γνώσει καὶ ἀγνοίᾳ τὸ φίλον καὶ τὸ ἰχνεύειν ἐρίζοντος, ἢ φησιν ὁ Πλάτων, τῷ λογιστάτῳ τῶν θείων κυνικῶτατον. De Mercurio Τριπρόσωπος Tzetz. ad Lycophron. vs. 680. & G. Cuper. in Monument. Ant. p. 206.

9 IDEOQUE ET LANCEAM &c.] Hoc membrum videtur collocandum poſt iſta verba, *Et ideo pingebatur cum utroque ſexu.* MUNCK. Pelaſgi & Athenienſes Mercurii ſtatuas fecerunt cum erectis pudendis. v. Herodot. Lib. II. cap. 51. & Kuhn. ad Pauſan. Lib. VI. cap. 26. p. 510. Cauſſam docebunt, quos laudat. Cuper. in Monum. Ant. p. 195.

## VII. *De Diana.*

. Diana, ' quae & Luna, Proſerpina, Hecate nuncupatur, ultima inter

## Ad CAP. VII.

1 QUAE ET LUNA &c.] Vide Fulgent. Mythol. Lib. 1. cap. 9. & Lib. 11. cap. 19. Quia tam multiplex Dianae numen, hinc τριπρόσωπον Orpheo dicitur, & ſimulacrum ejus tribus inſigne capitibus celebratur, quorum unum equinum, caninum alterum, tertium ſuis agreſtis, vel, ut alii, humanum, ſed facie fuerit admodum ruſticanâ. Certè Maro inde *Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianae* dixit AEn. IV. vers. 511. Ubi Servius: *Nonnulli eandem Lucinam, Dianam, Hecaten appellant, ideo quia uni deae tres adſignant poteſtates, naſcendi, valendi, moriendi; & quidem naſcendi Lucinam deam eſſe dicunt, valendi Dianam, moriendi Hecaten; ob quam triplicem poteſtatem triformem eam triplicemque finxerunt, cujus in triviis templa ideo ſtruxerunt.* Idem Grammaticus ad illa Eclog. IV. vers. 10. *Caſta fave Lucina. Modo Lucinam Dianam accipimus. Sic Horatius:* Sive te Lucinam probas vocari, Seu te penitus Junonem. Dele τὸ *Junonem.* Caetera ſic lege: *Sive tu Lucina probas vocari, Seu Genitalis.* Ita enim habetur apud Horatium in Carmine Saeculari. Iſidor. Orig. Lib. VIII. cap. 11. *Dianam quoque ſororem ejus ſimiliter Lunam & viarum praeſidem ajunt. Unde & virginem volunt, quod via nihil pariat: & ideo ambo ſagittas habere finguntur, quod ipſa duo ſidera de coelo radios uſque ad terras emittunt: Dianam autem vocatam quaſi Duanam, quod Luna die ac nocte appareat. Ipſam & Lucinam aſſeverant, eo quod luceat. Eandem & Triviam, quod tribus fingatur figuris: de qui Virgilius:* Tria virginis ora Dianae: *quia eadem Luna, eadem Diana, & eadem Proſerpina vocatur. Sed cum luna fingitur;* Subluſtri ſplendet amictu. Cum ſuccincta jacit calamos, Latonia virgo eſt: Cum ſubnixa ſedet ſolio, Plutonia conjux. *Latonia autem Diana, eo quod Latonia* (leg. Latonae) *fuerit filia: Cererem, id eſt terram, à creandis frugibus aſſerunt dictam, appellantes eam nominibus pluribus. Dicunt etiam eam & Opem, quod opere melior fiat terra: Proſerpinam, quod ex eâ proſerpant fruges. Veſtam, quod herbis vel variis veſtita ſit rebus, vel à vi ſuâ ſtando.* Verſus illos, *ſubluſtri ſplendet* &c. ex Prudentii Lib. 1. contra Symmach. eſſe depromptos, oſtendi in diſſertatione de Hygino. Quod ait Cererem à creandis frugibus eſſe dictam, id puto à librariis eſſe inquinatum. Emendo, *à gerendis frugibus.* Julius Firmicus: *Terram ipſam Cererem nominant, nomen hoc à ſerendis frugibus mutuatum.* Correxerat in libro Goeſiano *gerendis* Scriverius: quod rectum videtur, cum *Ceres* dicatur quaſi *Geres*, ut eſt apud Ciceronem. Sed pro *mutuatum* reponendum etiam *mutuatam* puto. Verum haec dum ſcribo, video ad illa Virgil. 1. Georg. vers. 7. *Liber & alma Ceres* &c. annotatum eſſe à Probo: *Hoc loco vult intelligi Lunam Cererem à creando dictam, quia maturet fruges;* ut forſan ex Iſidoro Firmicus ſit emendandus, & ei reſtituendum, *nomen hoc à creandis frugibus mutuatam.* Videtur ſua partim hauſiſſe Iſidorus ex Scholiaſte Germani, apud quem iſta invenio pag. 186. Edit. Micyll. *Lunam gentiles Dianam, germanam Solis, quem Apollinem nuncupabant, fuiſſe dixerunt, & ſicut à ſole ſpiritum, ita ſe à lunâ corpus accipere arbitrabantur. Dicebant enim* (leg. etiam) *eam viarum praeſidem & virginem, eo quod in viâ nihil pariat. Idcirco igitur ambo ſagittas habere dicuntur, quod ipſa duo ſidera de coelo radios uſque ad terram emittant: ideo faces, quia luna illuminat, ſol & illuminat & exurit. Ideo bigam luna dicitur habere, ſive propter velocitatem, ſive pro eo, quod nocte & die appareat. Ideo unum equum album & alium nigrum dicitur habere, eo quod hieme & aeſtate plus luceat, quam vere & autumno. Diana autem Luna dicta eſt, quaſi Diane* (leg. Duana) *eo quod die ac nocte apparet. Ipſa & Luna eo quod luceat, & Trivia eo quod tribus fungatur figuris* (leg. fingatur figuris) *de quâ Virgilius ait:* Tria Virginis ora Dianae. *Nam eadem Luna, eadem Diana, eadem Proſerpina vocatur, id eſt, coeleſtis, terreſtris, & infernalis. De qua quidam:* Denique cum luna eſt ſubluſtri ſplendet amictu: Cum ſuccincta jacet calamis &c. Leg. *ſuccincta jacit calamos.* In praecedentibus repone, *quod via nihil parit*, ex Iſidoro, immo Auguſtino C. D. Lib. VII. cap. 16. *Apollinem*, inquit, *quamvis divinatorem & medicum velint, tamen ut in aliquâ parte mundi ſtatuerent, ipſum etiam ſolem eſſe dixerunt: Dianamque germanam ejus ſimiliter lunam & viarum praeſidem. Unde virginem volunt, quod via nihil pariat* &c. Schol. Theocrit. ad Eidyll. II. vers. 12. Τῇ Δήμητρι μιχθεὶς ὁ Ζεὺς, τεκνοῖ Ἑκάτην Περσαίαν ἰσχύι καὶ μεγέθει. διὸ καὶ τὴν γῆν πεμφθεῖσαν ὑπὸ Διὸς πατρὸς πρὸς Περσεφόνης ἀναζήτησιν. Καὶ τὴν Ἄρτεμιν καλοῦσαι, ἢ φύλαξ, ἢ δαδοῦχον, ἢ φωσφόρον, ἢ χθονίαν. In triviis cultam eam ait Schol. Ariſtoph. ad Plut. Act. II. ſc. 5. Περὶ τὸ τῆς αὐτῆς Σελήνης ἢ Ἀρτέμιδος ἢ Ἑκάτης καλεῖσθαι. Schol.

inter planetas eſt, propter quod ultima ponitur in numero fictorum deorum. Ipſa ergo pingebatur in ſpecie unius dominae, coma diſſoluta,

Schol. Horat. Lib. III. Od. 28. LATONAM. *Dianam: eſt enim trinominis, Luna, Diana, Proſerpina.* Sed falſum Latonam eſſe Dianam. MUNCK. De Hecate τριμόρφῳ & τελεσφόρῳ videndus praeter Tzetz. ad Lycophron. vs. 1176. & alios J. G. Voſſ. Lib. II. de Idol. Gent. c. 29. Vir Ampliſſ. G. Cuperus in Monumentis Antiquis pag. 107. cenſet imaginem Hecates triformis exprimi ſtatua, quae tria capita uni corpori habet inpoſita, contra virum doctiſſimum, qui putat veterem quamdam picturam *Hecaten tergeminam* repraeſentare tribus figuris, quarum media reliquis duabus tertiam fere partem major eſt, cujus viri ſententiae videtur quodammodo favere eidem tres focos dans Statius IV. Theb. 457.

*Tres HECATAE, totidemque ſatis Acheronte nefaſto*
*Virginibus jubet eſſe focos.*

Lact. addit: *Quia Triformis eſt, aut quia eadem creditur Deûm mater, Proſerpina, vel Terra, vel Veſta.* Hecate a Servio ad VI. AEn. 118. *trium poteſtatum numen*, & *ipſa* eſſe *Luna, Diana Proſerpina* dicitur. Phurnutus N. D. c. 34. ὑφ' ἑτέρων δ' αὐτὴ ἡ Ἑκάτη, τριμόρφῳ εἰπόντων, διὰ τὸ τρία σχήματα γλυκύτατα λάπτειν τὴν Σελήνην, μηνοειδῆ γλυφόντων, καὶ παιτέλλειν, καὶ τρίτον τι ἄλλην σχῆσιν πλάττειν ἀναλαμβάνοντας, καλὸ πεπλήρωται μὲν αὐτῆ ὁ μηνίσκος, ὃ πεπλήρωται δ' ὁ κύκλος. ἀντοῦθεν δ' ἤδη καὶ ΤΡΙΟΔΙΤΙΣ ἐπικλήθη, καὶ ἅτε τριόδων ἐπόπτης οὐσα διὰ, τὸ τριχῆ μεταβάλλειν ἐδύνατο διὰ τὸ ζῶον. Τριπλασίας cognomine colitur ab Jonibus Aroen, Antheam, & Meſatim incolentibus. Pauſan. Lib. VII. cap. 19. p. 570. Pauſanias Lib. II. cap. 30. pag. 180. Θεῶν ὃ Αἰγινῆται τιμῶσιν Ἑκάτην μάλιστα. —— Ξόανον ὃ ἔργον Μύρωνος, ὁμοιοῦσι δὲ ἐν πρόσωπόν τε καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα. Ἀλκαμένης δὲ (ἐμοὶ δοκεῖν) πρῶτος ἀγάλματα Ἑκάτης τρία ἐποίησε προσεχόμενα ἀλλήλοις, ἃν Ἀθηναῖοι καλοῦσιν ἐπιπυργιδίαν. Quomodo loquitur idem Pauſanias Lib. V. cap. 19. p. 424. de Geryone, qui trimembris eſſe fingitur, ab Hercule occiſo, quae pugna caelata erat in arca Cypſeli καὶ Ἡρακλῆς ὁ τοῦ Γηρυόνην ἀγαν. τρεῖς δὲ ἄνδρες Γηρυόνης εἰσὶν ἀλλήλοις προσεχόμενοι. & hujus dicti ac figmenti rationem reddit Servius ad VI. AEn. 289. *Geryones tres reges ſimillimi fuerunt in Hiſpania, quibus abſtulit Hercules armenta.* Alio modo fabulam explicat Palaephatus cap. 25. & ex eo Apoſtolius, ut jam monuit Munckerus ad Hygini praefat. alio iterum modo Schol. Ariſtoph. Equit. 414. Servii verba ſpuria, & a Gloſſatore aliquo ex Juſtino Lib. XLIV. 4. ejus commentario adlita eſſe cenſet Celeb. P. Burmannus. Licet, ut quod res eſt, fatear, tres illae figurae, quae in illo ectypo conſpiciuntur, quidem ſint τρία ἀγάλματα, ſed non ἀλλήλοις προσεχόμενα. Athenaeo Hecate τριοδῖτις, & τρίγληνος dicitur, ut Lib. VII. cap. 21. pag. 325. Τῇ δὲ Ἑκάτῃ ἀποδίδοται ἡ τρίγλη, ἀφ' ἧς τὴν τ' εὐμορφίας κοινότητα. ΤΡΙΟΔΙΤΗΣ, ΤΡΙΓΛΗΝΟΣ, καὶ ταῖς ΤΡΙΑΚΑΣΙ δὲ αὐτῇ τὰ ΔΕΙΠΝΑ φέρουσι (de his coenis agunt Plut. Quaeſt. Graec. Tom. II. p. 290. Schol. & Spanhem. ad Ariſtophan. in Pluto. vs. 594. Confer Hemſterhuſ. ad Luciani Dialog. Mort. pag. 42. & Voſſ. l. l.) Haec vero dicitur eſſe Hecate, non Perſei ſive Perſae, & Alteriae, ſed Jovis & Pheraeae ex AEolo natae filia, ut docet Tzetzes ad Lycophron. vs. 1178. Ἑκάτη ἐτέρα Φεραία, τ' Αἰόλῳ ἐυγαπεῖς, καὶ τῷ Διὸς τεχθεῖσα, ἐν ΤΡΙΟΔΟΙΣ ἱδρύθη. Βυκόλοι δὲ Φέρῃ Δρύοντις αὐτὴν, ἀνέθεσαν, ὅθεν ἐν ΤΑΙΣ ΤΡΙΟΔΟΙΣ αὐτῇ τὰς θυσίας ἐποίουν. Verum errat Tzetzes. in triviis enim Hecatae ſacrificant, quia eadem eſt, & Hecate, & Diana, & Luna. Vid. Voſſ. l. l. p. 228. Eandem Hecaten, & Lunam eſſe docet Sophocles ἐν Ῥιζοτόμοις apud Schol. Apoll. Rhod. III. 1213. Ἥλιε δέσποτα καὶ πῦρ ἱερὸν τ' ΕΙΝΟΔΙΑΣ ἙΚΑΤΗΣ, ἴγχω τὸ δ' Ὀλύμπῳ πολλὸν φέρει, καὶ γῆς ναίσω ἹΕΡΑΣ ΤΡΙΟΔΟΥΣ σιφλωσαμφὶ δρυσὶ καὶ πλείοσιν ὤμῳ πετεήμασι δρακόντων. Sed de Hecates parentibus lis eſt. Vide ipſum Tzetzen ad vs. 1175. Jac. Nic. Loenſem Lib. VII. Epiphyll. cap. 4. in f. Schol. Apoll. Rhod. III. 1034. Micyll. & Ciofan. ad Ovid. VII. M. 74. ubi & plura de *tergemina Hecate.* ut & J. L. de la Cerda ad Virg. IV. AEn. 511. Hecaten, & Proſerpinam eſſe, praeter Tzetzen ad Lycophron. vs. 1176. docet etiam Plut. de Iſide & Oſiride Tom. II. pag. 368. Ταύτην ἴσχειν δεκὴ παρ' Αἰγυπτίοις τὴν δύναμιν ὁ Ἄνουβις, οἵαν ἡ ἙΚΑΤΗ παρ' Ἕλλησι ΧΘΟΝΙΟΣ ἂν ὁμῶ καὶ ΟΛΥΜΠΙΟΣ. Ubi per Hecaten Ὀλύμπιον *Luna*, per Χθονίαν *Proſerpina* intelligenda eſt, quam & Δήμητρα Χθονίαν vocant Lacones & Hermionenſes. v. Pauſan. Lib. III. cap. 14. pag. 241. Quid ſit Χθονία Hecate, docui in Obſ. Miſc. Vol. X. Tom. II. pag. 309. Imo ut ſolem ad omnes Deos, ita Dianam ad omnes Deas retulerunt veteres. V. Ampliſſ. G. Cuperi Harpocrates pag. 108. Hinc La-

nita, quae [1] arcum tenebat & ſagittam. [2] Cervos quoque cornutos in venatione inſequi videbatur, circa quam, ſive ad ejus latera, erant chori Dryadum, Hamadryadum, Naiadum, & Nereidum: [3] & chori nympharum, ſylvarum, montium, fontium & marium, cum choris

cones Amyclaeo Apollini apud Pauſan. Lib. IV. cap. 14. p. 313. *ἀνέθεσαν λύκοι τε λαφύραι τρίποδας χαλκᾶς. Ἀφροδίτης ἄγαλμά ἐστιν ἑρμαῖον ὑπὸ τῷ τρίποδι τῷ πρώτῳ, Ἀρτέμιδος δὲ ὑπὸ τῷ δευτέρῳ, Κόρης δὲ Δήμητρος ὑπὸ τῷ τρίτῳ.* ita lego h. l. confer Lib. III. cap. 18. p. 254. 255. Quia Diana eadem, quae Luna eſt, colitur a Meſſeniis *φωσφόρος* dicta. v. Pauſan. Lib. IV. cap. 31. p. 358. qui eam & *παιδοτρόφον* adpellarunt. cap. 34. p. 365. ut alii *κυνηγετίδα*. v. Diodor. Siculum L. V. p. 340. qui cauſſam docet. In Aulide Dianae ſimulacra ſunt, alterum exprimit Dianam faces geſtantem, alterum ſagittas jaculantem. Pauſan. Lib. IX. c. 19. p. 748. & L. X. c. 37. p. 892. Hinc ab Arcadibus primum exſtructum eſt templum *Ἀρτέμιδος Ἡγεμόνης, καὶ χαλκοῦν ἄγαλμα ἔχουσα ΔΑΔΑΣ.* v. Pauſan. Lib. VIII. c. 36. p. 675. De qua dea, quae nunc una, nunc duabus inde facibus armata in nummis cernitur, egit Spanh. ad Call. H. Dian. vs. 11. 116. & unde Lucina eadem, quae Diana apud AEgienſes *ἐς ἄκρας ἐκ κεφαλῆς τὰς πεύκας ὑφάσμασι κεκαλυμμένας λευκοῖς — καὶ ταῖς χερσὶ τῇ μὲν ἐς ἑκάτερα τανύει, τῇ δὲ ἀνίσχει δᾷδα.* ſed cujus imaginis aliam reddit rationem Pauſanias L. VII. cap. 23. p. 582. *Εἰλείθυιαν δὲ εἰκάσαι τις ἂν εἶναι δᾷδας, ὅτι γυναιξὶν ἐν ἴσῳ καὶ τοῖς ἐσιν αἱ ὠδῖνες. Ἔχουσι δὲ ἂν λόγον καὶ ἐπὶ τοιοῖδε αἱ δᾷδες. ὅτι Εἰλείθυιά ἐστιν, ἢ ἐς φῶς ἄγουσα τὰς παῖδας.* Tres Dianas enumerat diverſis e parentibus natas Cicero III. de N. D. 23.

1 ARCUM TEN. ET S.] Apud AEgienſes eſt, *ἐν τῷ ἀγορᾷ ἱερὸν Ἀρτέμιδος, τοξεύουσα δὲ εἰκάσαι.* Pauſan. Lib. VII. cap. 25. p. 584. in oppidulo Phelloe, Diana ex aere eſt *βέλος ἐκ φαρέτρας λαμβάνουσα.* cap. 26. p. 593. prope Anticyram poſita eſt Diana a Praxitele *δᾷδας ἔχουσα ἐν τῇ ἑτέρᾳ, καὶ ὑπὲρ τὸν ὦμον φαρέτραν. παρὰ δὲ αὐτὴν κύων ἐν ἀσφαλεῖ* v. Pauſan. L. X. c. 37. p. 892. & Spanh. ad Callim. H. Dian. 8. 9. Videtur etiam fuiſſe habita militaris Dea, unde *ἐγεμάχη* vocatur a Spartanis. v. Pauſan. Lib. III. cap. 14. p. 242. Apud Meſſenios *τὸ δὲ Ἀρτέμιδος ἄγαλμα ἐν χαλκῷ καὶ αὐτὸ καὶ τὰ ὅπλα, παρῆκε τὴν ἀκμήν* juxta Eumdem Lib. IV. cap. 13. pag. 311.

2 CERVOS QUOQUE CORN. IN VEN. INS. VID.] Hinc *ἐλαφηβόλος* dicitur. v. Spanh. ad Call. H. Dian. 17. & *ἐλαφιαία* ab Eleis inprimis, de quo epitheto Pauſan. Lib. VI. c. 22. pag. 511. hinc ſacerdos virgo Laphriae Dianae ad ſacra vehi ſolet curru, quem bigae cervorum trahunt. Pauſan. Lib. VII. c. 18. p. 570. Verum non tantum cervos, ſed & alias feras venari dicitur, unde & *θηρεύτρια* nuncupatur. vide Eumd. Spanh. ad vs. 12. p. 138. & *Ἀγρότερα*. v. Pauſan. Lib. I. cap. 41. pag. 98. & hinc Ambraciotae Dianae *ἀγροτέρᾳ* (de qua Schol. Ariſtoph. Equit. vs. 657. Perizon. ad AEliani V. H. II. 25.) adpoſuerunt *χάλκεον θῆρα*. Cauſſam docet Antoninus Liberalis cap. 4. Metam. per quam *feram* leo ibi intelligitur; alioqui in nummis canis adſiduus Dianae comes, ut docet G. Cuperus in Monum. Antiqu. p. 198. & Spanh. ad Call. H. D. 228. In Cypſeli arca exprimitur Diana, *τῇ μὲν δεξιᾷ κατίσχουσα πάρδαλιν, τῇ δὲ ἑτέρᾳ τῶν χειρῶν λέοντα.* v. Pauſan. Lib. V. c. 19. p. 425. *θηρεύουσα* expreſſa eſt Diana Laphria in urbe Calydone a Menaechmo & Solda, teſte Pauſania Lib. VII. cap. 18. p. 569. Cauſſam hujus imaginis docent animalia viva huic Dianae Laphriae, praeter oblatos pomiferarum arborum fructus, inmolata, quae recenſentur pag. 570. Apud Arcadas exprimitur Diana teſte eodem Lib. VIII. cap. 37. p. 676. Cereris throno adſtans *ἀμφιχορεύουσι δέρμα ἐλάφῳ, καὶ ἐπὶ τῷ ὤμῳ φαρέτρας ἔχουσα. ἐν δὲ ταῖς χερσὶ, τῇ μὲν λαμπάδα ἔχει, τῇ δὲ δρακόντας δύο, παρὰ δὲ τὴν Ἄρτεμιν κυνίσκαι κύνες, οἷα θηρίων εἰσὶν ἐπιτήδειοι.*

3 ET CHORI NYMPHARUM] Niſi ſcripſit, *id eſt chori* &c. Deleri illa debent, ut gloſſemata, quibus explicare ſciolus aliquis voluerit, quae eſſent *Dryades*, *Hamadryades* &c. Sed pro *Dryades* reponendum forſan *Oreades*, quia Nympharum montium meminit gloſſator ille; quae Oreades ſunt: niſi dicendum eſt ex imperitia ſcriptoris ortum, ut Dryades dicantur Nymphae montium. Iſidorus certe errat, cum ſcribit Orig. Lib. VIII. cap. 11. *Nymbarum apud Gentiles varia ſunt vocabula. Nymbas quippe montium Oreades dicunt: ſylvarum, Dryades: fontium, Hamadryades: camporum, Naiades: maris, Nereides.* Rectius Servius ad Eclog. Virg. X. vers. 62. *Jam neque Hamadryades*] *Nymphae, quae cum arboribus & naſcuntur & pereunt, ἀπὸ τοῦ ἅμα καὶ τὸ δρυὸς, qualis fuit illa, quam Erifichthon occidit: qui cum arborem incideret, & vox inde erupit & ſanguis, ſicut docet Ovidius. Dryades vero ſunt, quae inter arbores habitant: Oreades, quae in montibus. Sane ab ovibus Nymphae Peribelides* (leg. perimelides;) *à fluminibus Naiades;*

choris & Satyrorum cornutorum, qui dii dicebantur agrorum. 4 Et navicula poſt cervos cum homine navigante & velificante in mari erat figurata.

## VIII.

*des; à pratis Limoniades; ab alimoniâ infantium Curotrofae nominantur.* Caeterum, ut à ὄϱη Nymphae dictae ſunt Dryades & Hamadryades, ita à μηλὶς *pomus*, *Epimelidas* & *Hamamelidas* dictas voluere nonnulli. Verum Scholiaſtes Homeri à μῆλον *ovis* cum Servio dictas eas cenſet, cum ait ad Iliad. Υ. vers. 8. *Αἱ τὰ ἄλση καθιεϱῶσαι Νύμφαι ἀλσηΐτιδες καλοῦνται. καὶ ὃ ἐπὶ τῶ δένδϱων ἁμαδϱυάδες. καὶ ὃ τὰ ῥέεθϱα τῶ ὕδατος, ναϊάδες καὶ ὑδϱιάδες. Καὶ τίνων μὲν φησὶ κϱηνίδες, καὶ ὃ ἐπιποδαμίδες. καὶ ὃ ἐπὶ τῶν βοσκημάτων, ἐπιμηλίδες. καὶ ὃ ἐπὶ τῶ ὀϱῶν, ὀϱεσιάδες, καὶ ὅσαι τοιοῦτοις ὅμοιοι. ὁμοίως ὃ ἐπὶ τῶ ἰλῶν, ἰλιονόμοι.* Leg. ἰλιονόμοι. Advertit me, quod fluentorum Nymphas *Hydriades* vocat; atque adeo ſuſpicor in loco Iſidori modo laudato pro *fontium*, *Hamadryades*, reponendum eſſe, *fontium*, *Hydriades*. Certè aptius, immo verius foret. De Epimelidibus locus eſt conſpectus apud Antonin. Liberal. cap. 31. *Ὦ κῦϱοι τὸ τοῦτο ἤϱατο πϱὸς Ἐπιμηλίδας Νύμφας, ἰκοῦ. ὦ ἄφϱονες, νεκύμβοι δοῦτε δίκλω. Καὶ οἱ παῖδες ἵκαπις ἐσέκεσαν παϱὰ τὸ ἱϱὸν τῶν νυμφῶν. ἐχϱόωντο δίνδϱα. Καὶ ἴτι τῶν ἀκούεται φασὶ νυκτὸς ἐκ τῆ ὕλης, εἶκ θϱηνεῖται. ὁ ὃ τοῦτο ὁκομαζεται νυμφῶν τι καὶ παίδων.* Defecta eſſe poſtrema verba, & excidiſſe particulam ἀπὸ vel ἐπὶ cenſet Vir Cl. legitque, *ὁκομάζεται ἀπὸ νυμφῶν τε* &c. At nihil opus eſſe iſtâ praepoſitione ut ſcripſi antehac, ita adhuc pertendo. Senſus eſt, *ὁ ὃ τοῦτο ὁκομάζεται νυμφῶν τι καὶ παίδων τοῦτο*. planè ut paullo ante, *τὸ σύμπαν ἴδιον ὄνομα ἦν Ἰακύνθου* ſc. ἴδιον. Geminus in Phaenom. pag. 45. *Οἱ ὃ ἐν ἄκϱᾳ τῇ ἀϱϛιϱῇ χιτῶνι τῇ Περσέως καλοῦσι ἀστέϱα Γοργόνα καλοῦσι*. Scil. ἀστέϱες. Schol. Theocrit. Eidyll. A. vers. 123. Λυκεῖν) *ἐπὶ τῇ Λυκείῳ φησὶ χωϱίῳ, καλουμένῳ Καλλιϱῆϱ, εἰς ὃ ἐλθοῦσαν τὴν Λυκάονος θυγατέϱα Καλλιϱὼ, ἄϱκτον γενέσθαι, ὑπὸ Ἑϱμοῦ πϱοφῆναι* &c. Loquuntur ita & Latini interdum. Nepos Ageſil. cap. 8. *Cum veniſſet in portum, qui Menelai vocatur.* Auctor vitae Apollinaris pag. 134. Ed. Laz. *Ad urbem quae vocatur Ravennatum.* Curt. Lib. III. *Equus eximiae magnitudinis, quem Solis appellabant.* Lactant. ad Stat. pag. 121. Ed. Tiliobr. *Fontem efficit, qui Hippocrenes dicitur.* Sed ibi *Hippocrene* repoſuerim. Lactant. Argum. Ovid. Met. fab. 50. *Inſulam Tiberis ingreſſus eſt, ibique ſe occuluit: qui locus draconis vocatur.* Vet. Interpr. Cant. Salom. *Oculi tui columbarum.* ſc. oculi. Victor. Illuſtr. cap. 7. *Unde illae foſſae Quiritium ſunt dictae.* MUNCK. Apud Epidaurios ναὶ ὃ ἐν τῇ πόλει καὶ Διονύσε, καὶ Ἀϱτέμιδός ἐϛιν ἄλσος. πάσαις δὲ ΘΕΡΟΥΣΗ τὴν Ἀϱτεμιν. Pauſan. Lib. II. cap. 29. p. 177. Apud Phliaſios ἐξέβολές ἐϛιν ἱεϱὸς Δήμητϱος· ἐν ὃ αὐτῷ πάϱ τι καὶ ἄγαλμα Δήμητϱος καὶ τῆ παιδός. τὸ ὃ τῆ Ἀϱτέμιδος (ἔϛι γὰϱ καὶ Ἀϱτέμιδος ἐνταῦθα χαλκοῦν ἄγαλμα) ἐφαπτῶ δϱυὸς ἐϛὶν εἰκών μοι. Ab AEgyptiis Diana dicitur eſſe Bacchi & Iſidis, i. e. Cereris, filia, non vero Latonae, quam Dianae nutricem eſſe ajunt. Herodot. II. 156. qui ideo Cereris filiam Dianam ab AEſchylo vocari putat. Quae loca indicant Dianam & Cererem pro iisdem Deabus olim fuiſſe habitas. Vide G. Cuperi Harpocratem pag. 108. De Nymphis Pauſan. Lib. VIII. cap. 4. pag. 604. Δευκάδας δὲ δὴ καὶ Ἐπιμηλίδας τὰς ἑαυτῶν ἐκάλεσε Ναΐδας, καὶ Ὁμήϱῳ γε ἐν πᾶϛι Ναΐδων νυμφῶν μάλιϛά ἐϛι μῆμος. Vide ibi Kuhnium.

4 ET NAVICULA P. C. C. H. N. E. V. IN MARI ] Schol. Eurip. Hippol. vs. 228. De Diana ἡ ὃ Θαλάϛης φησὶν αὐτὴν διαπλέειν, ὡς καὶ Ἡϛίοδος, ΜΟΙΓΑΝ ἜΧΕΙ ΓΑἸΗΣ ΤΕ ΚΑἸ ἈΤΡΥΓΈΤΟΙΟ ΘΑΛΆΣΣΗΣ. Hinc Schol. Soph. Trachin. vs. 646. ΜΗΛΑΔΑ ΠΑΡΑ ΛΊΜΝΑΝ, τὴν Μαγνηϛίαν, ἔνθα τὴ ἡ Ἀϱτέμιδος παϱαθαλάϛιον ἱεϱὸν, πλησίον Τϱαχῖνος. Dianam pro maris, fluviorum, paludum & fontium Dea fuiſſe cultam, patet ex Apoll. Rh. I. 571.

—— Νηίσσοιϛ, ὑπατίϱιαϛ
Ἀϱτέμιδι, ἣ κώπας ϛοεπὰς ἁλὸς ἀμφιπίνεϛαι,
Ῥυομένῃ τε γαῖαν Ἰωλκίδα.

Schol. Pindari O. Pyth. II. 12. & O. Nem. I. 1. & 3. & ex Artemidoro, quo teſte a piſcatoribus Diana Λιμνάτις colitur. v. Heinſ. ad Ovid. v. Met. 48. quod derivetur a Λίμνη, quae vox tamen non tantum pro palude, ſed etiam pro mari ponitur. v. Schol. Soph. Trachin. vs. 640. & Eurip. Herc. Fur. 410. Ἕβα δὲ Εὔξεινον εἴδωλα λίμνας, pro δὲ εἴδωλα πόντε Εὐξείνε. uti & πεδία de mari ſumitur, & unde decipi potuit Hyginus, qui in Geneal. pag. 7. *Axenum* i. e. pontum Euxinum inter flumina ponit. Vide ibi Munckeri notam. ſed ad rem. In hac ſententia videtur eſſe Schol. Eurip. l. l. qui Διαπεπλαϛμένας λίμνας ab Euripide ideo vocari putat, quia etiam in mari regnare creditur, quamquam cum non fugiat, quod ſit ΛΊΜΝΗ γυμνάσιον ἐν Τϱαχῖνι, (Dia-

## VIII. *De Minerva.*

Minerva dea ſapientiae ex cerebro Jovis nata: quae alio nomine Pallas dicta eſt. Haec enim pingebatur à poëtis in ſimilitudinem [1] unius

(Diana maxime colitur a Troezeniis hymno, qui ἄσιγγος dicitur. v. Schol. Apoll. Rh. I. 972.) de quo latius ad vs. 1133. ſcribit Λίμνη τόπος Τροιζήνος Ἀττικὸς, ἔνθα λίμνη τὶς Ἄρτεμις καλεῖται. (ubi pro Λίμνη τίς una voce lege Λιμνᾶτις.) Pauſan. vero Lib. III. cap. 2. p. 208. Τὸ δ (Ἀρτέμιδος) ἱερὸν τῆδε ἐν μεθορίῳ τῆς τε Λακωνικῆς καὶ τῆς Μεσσηνίας ἐπικοίνῳ ἐν χωρίῳ καλουμένῳ Λίμναις. cap. 7. p. 220. Καὶ τὰς Μεσσηνίων ἐς Τάλικλον τὸν τῆς ἑτέρας βασιλέα εἰκίας, ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Λιμνάτιδος. Sed Heinſ. ad Ovid. l. l. legit Λιμνάτιδος. cap. 14. p. 240. ὀπίσω πρὸς τὴν λίμνην, ἔστιν Ἀρτέμιδος Ἴσωρος ἱερόν. ἐπονομάζουσι δὲ αὐτὴν καὶ Λιμναίαν, ἅτε ἐκ Λίμνης, Βριθυμαρτὶς δὲ τὴν Κρητῶν. Quidquid ſit, ad omnes Deas referri poteſt Diana. V. G. Cuper. in Harpocrate pag. 108. praeſertim ad Iſidem, quae etiam maris Dea, ut docet Epigramma in Iſidem apud Suidam in voce Κιμώς.

Εἰ δ' ὡς σὺ πελάγεσ ἐρύσω Δᾶμιν, Ἄνασσα,
Κ'ἐμὲ πενίης, θύσει χρυσείκρανον ΚΕΜΑΔΑ.

(De voce Κιμὼς vide Schol. Apoll. Rh. IV. Arg. 12.) Idque patet ex homine navigante & velificante. Velificia enim prima invenit Iſis juxta Hygini fab. ultimam. Sed vide G. Cuper. Harpocrate pag. 14. Cetera de Diana Marina & portuum inſpectrice, item fluviali docebit Spanh. ad Callim. H. D. 13. 15. 39. ubi & de hiſce Nymphis Dianae comitibus agitur. Arcades crediderunt Eurynomen, cujus imago repraeſentabat mulierem uſque ad ſumma femora, & inferiori corporis parte piſcem, Dianam fuiſſe, quamquam Pauſanias Lib. VIII. c. 41. p. 684. in alia omnia diſcedat.

## Ad CAP. VIII.

1 UNIUS DOMINAE] In genere omnes dii *domini*, & deae vocabantur *dominae* Eurip. Hippol. 88.

Ἄνακ. Θεὰς γὰρ δεσπότας καλεῖν χρεών.

Schol. ΑΝΑΞ κυρίως σωτήρ. τοὺς δὲ θεοὺς ἅπαντας καὶ σωτῆρας καλοῦμεν, καθαχρηστικῶς δὲ καὶ τὰς δεσπότας ἄνακτας καλοῦμεν, ὡς δηλοῦσι σωτῆρες. &c. vs. 459. Ἐπὶ δεσπόταις θεοῖς. Herodot. Lib. I. cap. 212. Ἥλιον ἐπόμνυμί τε τὸν Μασσαγετέων δεσπότην. Lucian. Dialog. X. Mort. Ὦ δέσποτα, καὶ βασιλεῦ, καὶ ἐμοὶ τῷ ζῶντι. Venus vocatur δέσποινα πολίων. Eurip. Hippol. 522. & ſimpliciter δέσποινα in Med. 633. Item Theocrit. Idyll. XV. vs. 100. Δέσποιναν Ἄρτεμιν vocat. Sophocl. Elect. 628. & Arcades colebant Deam, Δέσποιναν dictam, cujus nomen non indicatur, cui & ara in Elide exſtructa eſt. V. Pauſan. Lib. V. cap. 15. pag. 414. & Lib. VIII. cap. 37. pag. 676. 677. Ceterum Graecos imitati ſunt Latini. v. Broukh. ad Propert. II. IV. 17. Inprimis vero Minerva hoc cognomine etiam fuit ab Atticis inſignita. Ariſtoph. Equit. 760. Τῇ μὲν δεσποίνῃ Ἀθηναίᾳ, τῇ τε πόλεως μειδιάσῃ Εὐχομαι. Eurip. Cyclop. 349. Ὦ Παλλὰς, ὦ δέσποινα διογενὴς θεά. Huic reginae Minervae a ſtatuariis datur thronus, in quo ſedet. Sic apud Erythraeos juxta Pauſan. Lib. VII. cap. 5. pag. 534. eſt Ἀθηνᾶς Πολιάδος ναὸς, καὶ ἄγαλμα ξύλου μεγίστου μέγα, ΚΑΘΗΜΕΝΟΝ ΤΕ ΕΠΙ ΘΡΟΝΟΥ, καὶ ΗΛΑΚΑΤΗΝ τὸ ἑκατέρᾳ τῶν χειρῶν ἔχει, καὶ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς πόλον. Jovi vero adpoſita ſtans exprimitur Pauſan. Lib. VII. cap. 20. p. 573. Ἔστι δὲ τῇ ἀγορᾷ Διὸς ναὸς Ὀλυμπίου, αὐτός τε ἐπὶ θρόνου, καὶ ἐστῶσα παρὰ τὸν θρόνον.

2 GLADIO ADCINCTAE] Eurip. Helena vs. 1332. vocat Minervam ἔγχει κάσπαλον. ubi ἔγχος per gladium verti poſſet, quia non tantum juniores, ſed inprimis Tragici, ἔγχος pro gladio ponere ſolent. v. Schol. Sophocl. Ajac. vs. 667. 919. & ad Antigon. vs. 1250. Verum Schol. Pindari Olymp. Od. VII. 79. vocantis Palladem ἐγχεσίδορμον, per haſta frementem explicat, & ſane βέλεμνος convenit melius haſtae quam gladio. Attamen poſteriores ſcriptores de Palladis haſta locuti δόρυ dixerunt. ut Pauſanias Lib. I. cap. 1. p. 3. ἔχει δὲ ὁ μὲν σκῆπτρον, καὶ νίκην, ἡ δὲ Ἀθηνᾶ δόρυ. & cap. 24. p. 58. Ἐν δὲ τῇ χειρὶ δόρυ ἔχει, καὶ οἱ πρὸς ταῖς ποσὶν ἀσπίς τε κεῖται, καὶ πλησίον δράκων ἐστίν.

3 CUJUS CAPUT VI DECINCTUM ERAT] Barthio, poſtquam varias tentavit emendationes, maxime tandem haec veriſimilis videtur ad Stat. Tom. II. pag. 403. *Cujus caput Gryphis & Sphinge cinctum erat.* Quam firmari conjecturam à Pauſania in Atticis (Cap. 24. p. 57.) cenſet, cum

[1] unius dominae armatae lorica, & [2] gladio adcinctae; [3] cujus caput viri decinctum circum erat, ipſâmque caſſis cum criſta deſuper detegebat. ipſa autem [4] lanceam tenebat in dextra: in ſiniſtra vero [5] ſcutum cryſtallinum habebat, quod caput Gorgonis à cervice ſerpen-

cum ait: *In galeae cono eminet Sphinx; utramque galeae partem gryphes tenent.* Ego ἰσχὺν. Sed *tegebat* omnino legendum pro *detegebat.* MUNCK. Galea Minervae caput tectum erat, ut notum. Hinc in templo Junonis apud Eleos vidit Pauſan. Lib. v. cap. 17. pag. 419. Ἀθηνᾶς ΚΡΑΝΟΣ ἐπικειμένου, καὶ ὄφεσι, καὶ ἀστερίαι ἴσχουσι. & in Olympia prope maiora Smicythi dona, Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἔχουσι ΚΡΑΝΟΣ ἐπικειμένου, καὶ ΑΙΓΙΔΑ ἐπίθημα. v. Pauſan. L. v. c. 26. p. 447. De hoc vero loco nihil certi ſtatui poteſt ſine ope codicum. nam in Elidis arce Minervae ſanum eſt, inque eo Minervae ſimulacrum a Phidia factum, ubi galeae, qua Minervae caput tectum erat, inſidebat gallus gallinaceus. v. Pauſan. Lib. VI. cap. 26. pag. 518. Porro galea datur Palladi, utpote Deae militari, unde prope Elateam Minervae ἐπίκλησιν Κορυφίας ἱερὸν poſitum eſt, quam Deam Elateae incolis adverſus Taxili copias opem tuliſſe perhibent. v. Pauſan. L. x. c. 34. p. 886. qui ibidem ejuſdem Deae ſimulacrum ὡς ἐπλάσαμεν ἐς μάχην eſſe addit p. 887. Quam armipotentem vocat Virgilius II. AEn. 425. a quo XI. 483. adpellatur *Armipotens praeſes belli.* ubi Serv. *Haec autem omnis oratio ad verbum de Homero tranſlata eſt:* Πάντ' Ἀθηνᾶν ἰφθίμους θεὸν ἔμμεν. *Praeſes autem belli: id eſt, qui praeeſt omnibus bellis, cujus nutu ſemper bella tractantur.* Ἐγχεσίβουλον a Pindaro Olymp. Od. VII. 79. i. e. πρὸς τὸ πολέμου βέβιωται. v. Schol. Ἀγριόεσσα, i. e. bellicoſa, ab Heſiodo. v. Graev. L. H. c. 20. Homerus primus ὁ Ἰλιάδι ἐποίησεν Ἀθηνᾶν μὲν καὶ Ἄρεα πολεμοῦντας ἐγκωμίου ἔχειν. v. Pauſan. Lib. IV. cap. 30. pag. 354. quem ceteri poëtae ſecuti ſunt. Omitto Eurip. in Heraclid. vs. 353. & Ariſtophan. in Equit. vs. 578. & alios. Sed in primis ἐπὶ Athenis vocatur. De quo titulo Minervae Schol. Sophocl. Philoctet. vs. 133. Tzetz. ad Lycophron. vs. 355. Cuper. III. Obſ. cap. 13. pag. 316. 317. & in Apotheoſi Homeri p. 172. 173. Cui templum a Megarenſibus exſtructum eſt. v. Pauſan. L. I. cap. 42. pag. 101. Apud Thebanos Minervae ſimulacrum ἐπίκλησιν Σωτείρας eſt. Cauſſam docet idem L. IX. cap. 17. p. 743. Hinc denique Ἀρείας Minervae templum apud Plataeenſes. Vide eumd. Lib. cap. 4. p. 718. qui L. x. cap. 18. p. 840. haec refert: Ἀχαιοὶ δὲ κατίσταντο Ἀθηνᾶς ἄγαλμα πόλιν τὴν ἐν Αἰτωλίᾳ πεφευγότος Θερσάνδρου πολιορκίᾳ.

4 LANCEAM TENEBAT IN DEXTRA] Miror, clavem Minervae non adpingi, quippe quae ſola claves Deorum aedium habere dicitur, haud aliter ac Ἑρμῆς, qui τὸν Ἀφροδίτης φιλότητι θελκτήριον κλῆδα ἔχει vocatur ab Euripide in Hippol. vs. 541. ubi videnda Scholia. De Minerva κλήδουχο egere Spanhemius ad Callim. H. Apoll. 7. & P. Weſſeling. I. Obſ. 3.

5 SCUTUM CRYSTALLINUM] Atqui aegis erat, hoc eſt, ſcutum confectum è pelle caprae Amaltheae, ut eſt apud Schol. Homer. ad Iliad. O. vers. 318. Id geſtatum prius à Jove in bello adverſus Titanes; deinde ab eo Minervae donatum, ſi fabulis credimus. Verum aegis lorica potius, quam ſcutum fuit. Servius ad illa Virgil. AEn. VIII. 435. *AEgidaque horrificam*] *AEgis proprie munimentum pectoris aereum, habens in medio Gorgonis caput: quod munimentum ſi in pectore numinis fuerit, aegis vocatur: Si in pectore hominis, ſicut in antiquis imperatorum ſtatuis videmus, lorica dicitur.* Iſidor. Orig. Lib. VIII. 11. *Eam* (Minervam) *artem & rationem interpretantur, quia ſine ratione nihil poteſt contineri. Quae ratio quia ex ſolo animo naſcitur, animumque putant eſſe in capite & cerebro; ideo eam dicunt de capite Jovis eſſe natam, quia ſenſus ſapientis, qui invenit omnia, in capite eſt. In cujus pectore ideo caput Gorgonis fingitur, quod illic eſt omnis prudentia, quae confundit alios & imperitos ac ſaxeos comprobat: quod & in antiquis imperatorum ſtatuis cernimus in medio pectore loricae,* (fort. loricam) *propter inſinuandam ſapientiam & virtutem.* Cryſtallinum ſcutum infra cap. 20. etiam Perſeo tribuit: ſed id Minerva Perſeo commodaverat. Videtur Albricus in Minervae imagine formandâ ſecutus Capellam Praefat. Lib. VI. *Hinc nam tergeminae rutilant de vertice criſtae, Quod dux ſanguineo praejulque coruſca duello: Vel tibi quod fulget rapiturque triangulus ignis. Hinc tibi dant clypeum, ſapientia quod regat orbem: Vel rationis opem, quod ſpumea praelia poſcant. Haſta etiam vibrans penetrabile monſtrat acumen: Lymbajeum magis eſt, & jcutum circulus ambit. Hinc jam vernicomae frondent tibi munera olivae: Artes cura vigil per te quod diſcat olivo. Glaucam dant volucrem, quod lumine concolor igni es. Tuque ignis flos es, cluis & γλαυκῶπις Ἀθήνη. An mage noctividae tibi*

pentibus monſtroſe continebat. Haec igitur oculos habebat [1] ſplendidos: triplici colore pallium induebat, diſtinctum aureo, purpureo & coeleſti. Juxta ſe habebat olivam viridem pictam: [2] deſuper avem, quae dicitur noctua, volitantem.

## IX. *De Pane.*

[3] Pan ab antiquis diebus fuit deus naturae, & in ſimilitudinem naturae univerſalis fuit ab eis taliter figuratus. Pingebatur homo cornutus cum facie rubicunda: in cujus pectore ſtellarum plurium erat forma. Pellis ejus in parte pingebatur ſtellata: femora autem habebat

*traditur alitis uſus: Quod vigil inſomnes ducat ſollertia curas? Pectore ſaxificam dicunt horrere Meduſam, Quod pavidum ſtupidet ſapiens ſollertia vulgus.* Vides etiam in hac deſcriptione ſcutum ab aegide diſtingui. MUNCK. Variant Mythographi. Conſule quae dixi ad Hygini Lib. II. Aſtron. Poët. cap. 12. quibus adde Schol. Pindari O. Nem. X. vs. 7. (Perſeus) λαβὼν τὴν Μεδούσης τὴν κεφαλὴν, καὶ δόντι τῇ Ἀθηνᾷ, ἣ ὃ δεξιᾷ ἐπίθηκε τῷ ἑαυτῆς σάκει. Hinc teſte Pauſania Lib. I. cap. 24. p. 58. apud Atticos ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς ἐρεῖόν ἐστι τὸ χιτῶνα ποδήρη, καὶ οἱ κατὰ τὸ στέρνον ἡ κεφαλὴ Μεδούσης ἐλεφαντίνη ἐστὶν ἐμπεποιημένη. & teſte eodem Pauſania Lib. V. cap. 12. p. 405. (Ἀντιόχῳ) ὑπὲρ δὲ θώρηκα δὲ Ἀθήνησι ἡ ΑΙΓΙΣ ἡ χρυσῆ καὶ ἐπ' αὐτῆς ἡ Γοργὼ ἡ ἐς τὰς ἀναθήμασιν. Ad inprimis Broukh. ad Propert. II. 11. 60.

1 SPLENDIDOS TRIPLICI COLORE] Mutanda eſt diſtinctio: *oculos habebat ſplendidos. Triplici colore* &c. Vidit & Barthius id Comment. in Stat. pag. 654. Tom. II. Caeterum cum quinque apud Veteres celebrentur Minervae, quaenam ex illis bellatrix iſta fuerit, non convenit inter eos. Saturno editam fuiſſe ait Firmicus in de E. P. R. pag. 20. Ed. Lcid. At Jovis filiam facit Ampelius cap. 9. ubi non unâ mendâ inquinatus eſt. *Tertia* (Minerva) inquit, *Jovis filia, quae ſcilicet rebus ſe exercuit.* Leg. *bellicis rebus. Quarta, Solis filia, quadrigas junxit.* Repone, *quae quadrigas. Quinta Pallantis & Titanidos filia.* Firmicus habet: *Quinta Pallante patre & Tritonide matre orta eſt.* Ita edidit Wouwerius; ſed antiquitus cuſi *Titanide*; quod hautſcio an rectè ille mutaverit. Schol. Stat. p. 22. ed. Tiliobr. *Sic à Titan Titanis dicitur, quemadmodum Phoebus & Phoebe.* MUNCK. Minervam etiam ab oculis commendant poëtae, unde non tantum γλαυκῶπις Ἀθήνη, quod epitheton hic reſpicere credo Albricum, cum *ſplendidos* Minervae dat *oculos*, de quo epitheto v. Schol. Apoll. Rh. I. 1281. verum δῶπις i. e. pulchris oculis ornata dicitur. v. Spanh. ad Callim. H. Pall. vs. 17. Diomedes dicavit Argis templum Ἀθηνᾶς ὀξυδερκοῦς καλουμένης, ὅτι οἱ μαχομένῳ ποτὲ τὸν Ἴλιον τὴν ἀχλὺν ἀφεῖλεν ἡ θεὸς ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν, teſte Pauſania Lib. II. cap. 24. p. 165. Quae Dea oculis ſanandis ac ſervandis etiam praeeſſe dicitur. v. Spanh. ad vs. 98. unde ὀφθαλμίτιδος Minervae templum eſt apud Spartanos (Pauſan. Lib. III. cap. 18. pag. 253.) a Lycurgo ob cauſſam ibi memoratam dicatum. Caeterum Pauſan. Lib. I. cap. XIV. p. 36. adnotans *Athenis* in Vulcani templo Minervae eſſe ſtatuam, addit τὸ δὲ ἄγαλμα ἐμοὶ μὲν ἔδοξε τῆς Ἀθηνᾶς γλαυκὸς ἴσχειν τοὺς ὀφθαλμούς, Λιβύων δὲ μᾶλλον οἵδε δόξαντες. τούτους γάρ ἐστιν οἰκιδίους, Ποσειδῶνος καὶ λίμνης Τριτωνίδος ἐνίκησε εἶναι. (v. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. 267. quem cum aliis citavi ad Hygini Fabulas pag. 12.) καὶ διὰ τοῦτο γλαυκῶπις εἶναι, ἄσπις καὶ τῷ Ποσειδῶνι, ὀφθαλμός. Γλαυκὸν vero Epitheton eſt aquarum. Pauſan. Lib. IV. cap. 35. p. 369. Γλαυκότατον μὲν εἶδα ὕδωρ θαλάσσης τὸ ἐν Θερμοπύλαις.

2 DESUPER AVEM] Apud Meſſenios vero in urbe Coronea χαλκῆν ἐν ἀκροπόλει τῆς Ἀθηνᾶς τὸ ἄγαλμά ἐστιν ἐπαίθρου, κεράσιν ἐν τῇ χειρὶ ἔχουσα. Vid. Pauſan. Lib. IV. cap. 3. p. 364.

## Ad CAP. IX.

3 PAN AB ANTIQUIS DIEBUS &c.] Fort. *Pan ab antiquis gentibus fuit* &c. Sequitur enim *ab eis* &c. MUNCK.

4 DENUDATA CUM HERBIS &c.] Emaculari jubet Barthius ad Stat. Tom. I. p. 220. *Denudatâ cute,*

bat [4] denudata cum herbis & arboribus prodeuntibus ex ea: & in ore ejus [5] fiſtulam ſeptem calamorum tenebat, quam digitis pulſare videbatur. Pedes quoque & crura caprina habebat. Cum Amore vero pingebatur luctam habuiſſe, qui ab ipſo Pane victus erat; ideoque idem Amor juxta eum, quaſi ad terram proſtratus, jacebat.

## X. *De Plutone.*

[6] Pluto Saturni filius, dictus eſt ab antiquis [7] deus inferorum & regnorum, terrarum, & animarum juſte decedentium. Credebant enim antiqui, [8] omnes animas ad inferos deſcendere, ibique cum Plutone

*nate, herbis & arboribus pro ea enatis. Extra & in ore fiſtulam ſeptem calamorum* &c. Exiſtimem haec de Pane ex Servio hauſiſſe Albricum: certe gemina his prorſus ſunt, quae ille ſcribit in Eclog. II. Virgil. vers. 31. *Pan deus eſt ruſticus, in naturae ſimilitudinem formatus. Unde & Pan dictus eſt, id eſt omne: habet enim cornua in radiorum ſolis & cornuum Lunae ſimilitudinem: rubet ejus facies, ad aetheris imitationem: in pectore nebridem habet ſtellatam, ad ſtellarum imaginem. Pars ejus inferior biſpida eſt propter arbores, virgulta, feras. Caprinos pedes habet, ut oſtendat terrae ſoliditatem. Fiſtulam ſeptem calamorum habet, propter harmoniam coeli, in quâ ſeptem ſoni ſunt, ut diximus in AEneide, ſeptem diſcrimina vocum.* Καλαύροπα *habet, id eſt pedum, hoc eſt baculum recurvum, propter annum, qui in ſe recurrit, quia hic totius naturae deus eſt. Poëtis fingitur cum Amore luctatus, & ab eo victus; quia, ut legimus,* Omnia vincit amor. Idem ad AEn. VI. vers. 775. *Caſtrum Inui, id eſt Panos, qui illic colitur. Inus* (*leg. Inuus*) *autem Latinè appellatur, Graecè Pan. Item* ἐφιάλτης *Graecè, Latinè incubo. Idem Faunus, idem Fatuus, Fatuellus. Dicitur Inus ab ineundo paſſim cum omnibus animalibus: unde & incubo dicitur.* Servium exſcripſit Iſidor. Orig. Lib. VIII. cap. II. *Pan dicunt Graeci, Latini Sylvanum, deum ruſticorum, quem in naturae ſimilitudinem formaverunt; unde Pan dictus eſt, id eſt omne* &c. quae apud ipſum videſis. Corruptus eſt idem Iſidorus cum ſub finem capitis ejuſdem ait: *Pileſi, qui Graecè panitae, Latinè incubi appellantur, ſive inivi ab ineundo paſſim cum animalibus: unde & incubi appellantur ab incumbendo, hoc eſt ſtuprando.* Pro *inivi* repone *Inui*, pro *Panitae* autem *Paniſci.* Παυίσκος diminutivum eſt à Πάν. Gloſſ. Labb. Πάν, ὁ δαίμων, *Incubus, Silvanus, Silbanus.* Πάν, θεὸς ὑλαῖος, *Silvanus, Faunus,*

*Incibus.* Leg. *Incubus.* MUNCK.

5 FISTULAM] Pauſan. de urbe Megalopoli Lib. VIII. cap. 31. pag. 664. agens, in qua ſcribit Panis & Apollinis, utpote primorum Arcadiae Deorum ſtatuas eſſe poſitas, haec adnotat Ἐπιγεγραφέαι τι ἐπ' αὐτῇ δύο τι ἀσὶν Ὅμῳ, ὃ ἔχει Πὰν σύριγγα, ᾗ Ἀπόλλων κιθαρίζει.

## Ad CAP. X.

6 PLUTO SATURNI F.] Cur a Poëtis Cereris filius dicatur Pluto ſive Plutus, docet e Themiſtio cl. Arnaldus cap. XIX. de Dis Paredris. Adde Diod. Siculum Lib. V. pag. 323. Cereris filium vocat etiam Athenaeus Lib. XV. cap. 14. p. 694.

7 DEUS INFERORUM ET REGNORUM] Cur regnorum? an quia ſuperior terrae pars, in quâ regna, ſubjecta Plutoni? *Sceptrum quoque in manu geſtat, quod regna ſolis competant terris*, ait Fulgent. Myth. Lib. I. cap. 4. Vide quae ibi annoto. Verum ſatius eſt forſan, ut τὸ & deleamus. MUNCK.

8 OMNES ANIMAS AD INFEROS DESCENDERE] Hinc ἔρχεσθαι εἰς ἅιδαο dicuntur, qui moriuntur. Pallad. Anthol. Lib. II. Sect. XLVII. 30. Τυμβοῦς δ' ὁ τάλας ἔρχεται εἰς ἀΐδαο. Βαπάζιστα εἰς ἄδου δόμους apud Eurip. Alceſt. vers. 25. Δυσὶν δόμοις ἀΐδου ἵσον apud Homer. Iliad. Γ. vers. 323. Κατέρχεσθαι εἰς ᾅδου in Symbolo Apoſtolico, ut anima Chriſti delata innuatur in ſinum Abrahae. Nam beatorum alius, alius damnatorum ᾅδης. Tartarus hic, ille Paradiſus. Sed hac de re cum alii complures multa, tum inter illos nonnulla etiam digniſſima lectu congeſſit Colomeſius *κειμηλ.* Literar. cap. 28. quae tranſſcribere nihil attinet. MUNCK. Plut. Tom. II. p. 171. de ſuperſtit. τοῦ ᾅδου, ὃν ὁ Πλάτων φησὶ

tone [1] in caligine perpetua remanere. Quapropter ipſi Plutoni, id eſt, inferno, vel ipſi virtuti divinae inferna gubernanti talem imaginem depinxerunt, quem & tenebrarum principem eſſe voluerunt. Erat enim imago ejus homo terribilis in ſolio ſulphureo ſedens, [2] ſceptrum regni in manu tenens dextra: ſiniſtra animam conſtringens. cui tricipitem Cerberum ſub pedibus conlocabant, & juxta ſe tres Harpyias habebat. De throno autem ejus ſulphureo quatuor flumina manabant, quae ſcilicet [3] Lethen, Cocytum, Phlegetontem, & Acherontem adpellabant, & Stygem paludem juxta flumina adſignabant. [4] Juxta Plutonem inferorum regina Proſerpina ſedebat cum facie

φασὶ φιλάνθρωπον εἶδος καὶ σοφὸν καὶ πλούσιον, πειθοῦ καὶ λόγῳ κατίχοντα ψυχάς, ἅιδην ὀνομάσθαι. De Iſide & Oſiride pag. 362. Πλάτων τὸν ἅιδην, ὡς αἰδοῦς οὖσιν τοῖς παρ' αὐτῷ χθονίοις καὶ ἀφανοῦς θεὸν ὀνομάσθαι φησὶν, καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἄλλα τε πολλὰ τῶν ὀνομάτων λόγου ἐστὶ, καὶ τὸν ὑποχθόνιον τίθεσι, πρὸς ὃν οἴονται τὰς ψυχὰς ἀπίεχεσθαι μετὰ τὴν τελευτὴν, Ἀμίνθην καλοῦσι, σημαίνοντος καὶ εἰσπράττοντος τὰ λαμβάνοντα, καὶ διδόντα. Quid multis ἅιδης a Graecis ſedes ſive ſepulcrum mortuorum inde vocatur. Vide Soph. Ajac. 645. in Trachin. 286. ἅιδα πάντες εἶσ' εἰκότως. In Antig. vs. 591. ὅταν πύλας ἅιδη τ' ἅιδου εἰσπεμπῶσι βίᾳ. Euripides in Medea vs. 1234. vocat ἅιδου δόμους. Item Soph. in Trach. 4. quibus aedibus dat portam Euripid. in Hippolyto vs. 57. Οὐ γὰρ οἶδ' ἀνοιγομένας πύλας ἅιδου. Schol. ὡς ἐπίσαται, ὅτι ἕτοιμος αὐτῷ ὁ θάνατος. Unde ipſe Αἰδης νεκροδέγμων vocatur. v. Spanh. ad Callim. H. Pallad. vs. 130. Plura addere ſuperſedeo. De beatorum, εἰς μακάρων νήσους, & de inpiorum ſede, in Tartaro, quem vocant τὸ τῆς δίκης τι καὶ τίσεως δεσμωτήριον, praeter alios videndus Plutarchus Tom. II. pag. 120. 121. de Conſolat. ad Apoll.

1 In caligine perpetua] Joſephus in libro adverſus Graecos: Ὁ ἅιδης τόπος ἐστὶ τῇ κάτω ἀκατασκεύας, χωρίον ὑπόγειον, ἐν ᾧ φῶς κόσμου οὐκ ἐπιλάμπει. MUNCK. Eurip. Hecub. vers. 1.

Ἥκω, νεκρῶν κεύθμῶνα καὶ σκότου πύλας
Δισσὰς, ἵν' ἅιδης χωρὶς ἄκραιρι θεῶν.

In Alceſtide vs. 436. vocat οἶκον ἀνάλιον. Hinc Plutoni nigrum pecus inmolatur. v. Serv. ad II. Georgic. 380. & Euripides l. l. Plutonem vocat μελαγχαίταν. & vs. 266. ejuſdem dramatis vs. 360. Ὑπ' ἀρχοῦσι κυκλαυγέσι βλέπων πτέρυγες ἀνάς.

2 Sceptrum regni] Sceptrum Erebi Barth. ad Stat. Tom. I. pag. 309. *Sceptrum trabale* ei tribuit Claudian. R. P. Lib. II. vers. 172. *Nox tulit ille moras, indignatuſque trabali Saxa ferit ſceptro. Sceptra immania* Lib. I. vers. 79. *Ipſe rudi fultus ſolio, nigraque verendus Majeſtate jedet: ſqualent immania foedo Sceptra ſitu.* Vulgatam ſcripturam defendit, quod ſequitur cap. 9. *Sceptrum regium tenens in dextrâ ejus.* Cap. 16. *Tridentem pro ſceptro regio manu tenens.* MUNCK. Clavem tenere harum Tartari aedium, pro poteſtatis inſigni, dicitur Pluto. In menſa, ſuper qua coronae victoribus in ludis Olympicis ponebantur, expreſſi erant inter alios Pluto, Bacchus, Proſerpina, & Nymphae, quarum altera ſphaeram, altera CLAVEM tenebat. v. Pauſan. Lib. V. cap. 20. pag. 427. qui addit ἔχει δὲ καὶ ὁ Πλούτων ΚΛΕΙΝ, καὶ λέγουσιν ἐπ' αὐτῇ τὸν καλούμενον ἅιδην κεκλῆσθαί τι ὑπὸ τοῦ Πλούτωνος, καὶ ὡς ἐπάνοιτο ἅιδις οὐδεὶς ἐξ αὐτοῦ. Per Nymphas vero iſtas apud Pauſaniam intelligi Parcas patet ex illa, quae clavem tenet. Parcae enim κληδοῦχοι vocantur, quia finguntur hominibus vitam & claudere & reſerare. Id quod e Plutarcho docet celeb. P. Weſſeling. Lib. I. Obſ. cap. 3. qui & de Plutone aliisque diis ac Deabus κληδούχοις agit. Praeterea *Nymphae* vocantur Parcae, ἐπεὶ τῶν ΝΥΜΦΩΝ αἱ μὲν εἰσιν ἐφέλιαι, αἱ δ' ἐπίγειοι, αἱ δ' ποτάμιοι, αἱ δὲ λιμναῖαι, αἱ δὲ θαλάσσιαι, καὶ καθόλου δὲ τὸ τῶν νυμφῶν χορὸν εἰς πολλὰ διηρῆσθαι ὡς φησι Μητρόδωρος ὁ Φασηλίτης ἐν Ἀφικτίοις. V. Schol. Apoll. Rh. IV. 1412. Confer Orphei Hymnum in Nymphas, qui de Parcis in alio hymno ca. lt.

—— Αἵ τ' ἐπὶ λίμνης
Οὐρανίας (ἵνα λευκὸν ὕδωρ ἰοχέας ὑπὸ θέρμης
Ῥήγνυται ἐν πυκιναῖς λισσαῖς μυχαῖς, ἀϋτμὴ
ἄσπετος)
Ναίεται, &c.

Pau-

cie fuſca & terribili, quae Plutoni conjugi à ſiniſtris adſidebat. [5] Erant autem Furiae tres horribiles, venenatis ſerpentibus crinitae. quae homines furere faciebant, quae Alecto, Tiſiphone, & Megaera dicebantur. [6] Parcae ſeu fata, ſic dictae [7] per antiphraſin, eo quod nemini parcant, tres erant [8] domicilae ſorores: quarum una tenebat colum, & nebat, altera filum volvebat, tertia illud rumpebat: & iſtae, Clotho, Lacheſis, & Atropos vocabantur. Harpyiae vero aves erant rapaciſſimae, cum facie virginea: quae Aëllo, Ocypete, & Celaeno vocabantur.

## XI.

Pauſanias Lib. VI. cap. 25. p. 516. Plutonem inprimis ab Eleis coli dicit, cui templum poſuerunt, quod ſemel modo quotannis aperiebatur, quia ἀνέῳκτος ἅπαξ ὁ κάλαθρος ἐς ἃς ἔδρας γίνεται.

3 Lethen, Cocytum, Ph. et Ach.] De hiſce videndi Pauſan. Lib. I. cap. 17. pag. 40. Tzetz. ad Lycophron. vs. 699. 700. 705. Serv. ad VI. AEn. 132. Cerda ad vs. 295. Ariſtophan. Ran. 470. & ſeqq. & ſpeciatim de Acheronte Schol. Apoll. Rhod. II. Arg. vs. 354. 355. 731. 736. Tzetzes ad Lycophron. vs. 90. 411. ubi pro Σωκάντης facile legas Σωκάντης e Schol. Apoll. Rh. II. 745. & ipſo Apollonio 748. Celeb. denique P. Burm. ad Ovid. VII. M. 410. Ut autem ἵχειν εἰς ἅιδου dicuntur, qui moriuntur, ita ἄγειν, πορεύειν Ἀχέροντα ἀκτὰν παρ' ὕδατα pro occidere, letho dare, & ſepelire uſurpant Veteres. vid. Pind. O. Pyth. XI. 32. Sophocl. Antig. vs. 827. Πυρᾶν Ἀχέροντος πελάσσειν pro mori Theocrit. Idyll. XVII. 37. pro eo Idyll. XVI. 40. dicit ἑκατὸν δυμὰν ἐς ἄφατον χιλίαν συγὰν Ἀχέροντα. & *ab Acheronte redimere* pro in priſtinum ſalutis ſtatum reſtituere. v. Gebh. ad Nepot. Dion. cap. 10. Pauſanias vero, ut ſaepius alibi oſtendi, a putidis veterum commentis alienus, hoc Plutonis regnum ſubterraneum exſiſtere nequaquam credit Lib. III. cap. 25. pag. 275. Ἐκπίπτειν δ' Ἐκείνοις τοῖς, ὡς Ἡρακλῆς ἀπαγάγοι τοῦτο ἐς ἅιδου τὸν κύνα, οὔτε ὑπὸ γῆν οὐδὲ λίμνῃ ἐς παλαιὰ φαίνεσθαι, οὔτε ἕτοιμον ἐς παντὸς δεῖν ὑπόγαιον εἶναι τινα εἴκασεν, ἐς ἃν ἀφορίζεσθαι τὰς ψυχάς. *Styx* palus, quae hic ſequitur, unde dicta ſit, docet Serv. ad VI. AEn. 134. 154. Pt. Hephaeſtionis Lib. III. apud Photium p. 476. Plura de Styge Jac. Nic. Loentis Lib. III. Epiphyll. c. 10.

4 Juxta Plutonem &c.] Non tantum inferi dii ordine ſedebant in Tartaro, ſed etiam defunctorum animae. Magno in pretio habebant ethnici apud inferos σωφρὼν honorari. Schol. Ariſtoph. Ran. vs. 773. Νίμῳ ἦν ὁ τῆς ἅδης, ὃν βιβλίον ἔχειν τὸ ἑαυτοῦ συντίχιον, ἐγγὺς δ' Πλούτωνος καθίζειν. Vid. cl. Hemſterhuſ. ad Luciani Dialog. Mortuor. pag. 44. 45.

5 Erant autem] Barth. ad Stat. Tom. XII. p. 1302. emendat, *erant ante eum* h. e. ſerviebant, apparebant illi. Fulgent. Lib. I. cap. 6. *Plutoni etiam Furias deſervire dicunt.* Sed praeter hoc firmat & illud conjecturam ejus, quod ſupr. cap. 5. dixit Albricus: *Et coram ipſâ aſtabant juvenculae nudae* &c. Iſidorus Orig. Lib. VIII. cap. 11. *Ajunt & tres furias faeminas crinitas ſerpentibus, propter tres effectus* (leg. affectus) *qui in animis hominum multas perturbationes gignunt, & interdum ita cogunt delinquere, ut nec famae nec periculi ſui reſpectum habere permittant: Ira, quae vindictam cupit: cupiditas quae deſiderat opes: libido, quae appetit voluptates.* MUNCK.

6 Parcae seu fata] Eaſdem eſſe Parcas & fata oſtendimus ad Fulgent. Lib. I. cap. 7. Locis ibi adductis addi & ille Apulei debet Lib. XI. Metam. *Quin depulſis vita procellis ſalutarem portigas dextram, quid Fatorum etiam inextricabiliter retractas licis.* MUNCK.

7 Per antiphrasin] Ita multi veterum docuere. Iſidorus: *Parcas dicunt κατ' ἀντίφρασιν appellatas, quod minimè parcant: quas tres eſſe voluerunt; unam, quae vitam hominis ordiatur, alteram, quae contexat, tertiam, quae rumpat.* MUNCK.

8 Domicilae sorores] *Domnicellae* emendat alicubi Barthius. Scio à *domna* non malè poſſe formari *domnicella*. Sed heic tamen malim *domicellae*, de quo Voſſius in de Vitt. Serm. Lib. III. cap. 10. quanquam corruptum τὸ *domicella* exiſtimo ex *domnicella*. Nempe à *domna*, *domnula*, & inde *domnicula* ac *domnicella*, ſed corruptè *domicella*. Salvian. in Epiſt. pag. 294. Edit. Pith. *Advolvor veſtris, ô parentes cariſſimi, pedibus ego veſtra Palladia, veſtra graecula, veſtra domnula.*

## XI. *De Junone.*

Juno poſita eſt in ſimilitudinem aëris. Antiqui enim ipſam Jovis, id eſt, ignis uxorem & ſororem dixerunt. Iridem [1] & Nymphas eidem adtribuerunt. cujus imago taliter pingebatur. Erat enim foemina in throno ſedens, ſceptrum regium tenens [2] in dextra. ejus caput nubes tenebant opertum ſupra diadema, quod capite geſtabat, cui & Iris ſociata erat, quae ipſam per circuitum cingebat: nunciamque Junonis Iridem [3] populi adpellabant. Ideo juxta ipſam Iridem ancillam paratam ad obſequium dominae figurabant. Pavones autem ante pedes ejus [4] lambebant: [5] qui à dextris & à ſiniſtris dominae ſtabant, aveſque Junonis ſpecialiter vocabantur. Mulier erat filiam pariens,

Quinam ſcriptores voce *domnus*, unde *domna*, uſi ſint, docebit te Barthius Adverſar. Lib. XXIX. cap. 19. Addere nos locis ab eo obſervatis non pauca alia poſſemus, ſi operae eſſet pretium. Nunc tantum moneo pro voce illâ *domnus*, quam vett. edd. & excerpta Vet. cod. quae penes me ſunt, agnoſcunt, in epiſtolis Athalarici, quae apud Caſſiodor. Lib. VIII. Var. nona & decima ſunt, ſuppoſitum perperam *dominus* à Broſſeo. Etiam *domnus* dignitatis vocabulum, & *domna* interdum ὄνομα κύριον; de quibus Spanhem. in de Numm. Praeſtant. pag. 627. MUNCK.

## Ad CAP. XI.

1 ET NYMPHAS EI ADT.] Pauſan. Lib. II. cap. 17. p. 148. in templo Junonis prope Mycenas ejus ſtatuam deſcribens ait, Ἔστιν δὲ οἱ πέριξ Χάριτας ἔχουσι καὶ Ὥρας ἐπειργασμένας, a quibus Horis Juno nutrita eſt juxta Olenem poëtam in carmine de Junone, ut teſtatur Pauſanias Lib. II. cap. 13. p. 140. ſed Pauſanias ipſe cap. 17. ejuſdem libri pag. 147. Argivos dixiſſe ſcribit, Junonem fuiſſe nutritam ab Aſterionis fluvii filiabus tribus, *Euboea*, *Proſymna*, & *Acraea*. & Plut. Lib. III. Sympoſiac. Quaeſt. 9. Tom. II. p. 657. unam *Euboeam* Junonis fuiſſe nutricem priſcos tradidiſſe memorat. Quidquid ſit per Horas haſce intelligendae *Eunomia*, *Dice*, *Irene*, pulchritudinis praeſides, de quibus Graev. Lect. Heſiod. cap. 25. p. 130. Juno haec ab Argivis quotannis virgo fieri dicitur, ſeſe in fonte Canatho lavans. v. Pauſan. Lib. II. cap. 38. p. 201. cur forſan & Gratias ei adponunt, quae ſaepius cum Horis junguntur, ut de throno Amyclaei adnotat Pauſanias Lib. III. cap. 18. p. 255. Ἀνίκεται ἴματιον αὐτῇ, καθεστᾶσι δὲ καὶ ἐπίκωπα, Χάριτές τε δύο, καὶ Ὧραι δύο. Junonis autem imaginem e multis eſſe compoſitam docet Lucianus de Dea Syra, quem citat cl. Arnaldus de Dis Paredris cap. 13. Junonis ſtatuam in templo apud Eleos ita deſcribit Pauſanias Lib. V. cap. 17. p. 418. Τῇ Ἥρᾳ δὲ ἐστι τὸ ἐς τὸν ναὸν Διὸς ἄγαλμα. τὸ δὲ Ἥρας καθίζουσι ἐπὶ θρόνου. παμέγεθες δὲ χρυσοῦ τε ἔχον, καὶ ἐπικείμενον κυνῆν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ. -- Τὰς δὲ ἰδέας τάσδε καθεζομένας ἐπὶ θρόνου Ὥρας ἐποίησεν Ἀργεῖτας Ἐμμενίδου, παρὰ δὲ αὐτὰς Θέμιδος, ἅτι μαντεῖα τῶν Ὡρῶν, ἄγαλμα ἔστακε Δαμυκλείδης τέχνῃ, χρόνῳ μὲν Λακεδαιμονίῳ, μαθητὴς δὲ Δίποινος καὶ Σκύλλιδος. Apud Mantineenſes Lib. VIII. cap. 9. p. 616. Καὶ Ἥρας ἀρχὸς τοῦ Στάτερα ναὸν ἱδρύσατο Πραξιτέλης δὲ τὸ ἄγαλμα, αὐτὴν τε καθεζομένην ἐπὶ θρόνου, καὶ παρεστᾶσαν ἑκάστωθεν Ἀθηνᾶν καὶ Ἥβην παῖδα Ἥρας. Apud Plataeenſes Junonis imago eodem templo a Praxitele ſtans, a Callimacho ſedens, expreſſa eſt. Pauſan. Lib. IX. cap. 2. pag. 715.

2 IN DEXTRA EJUS: CAPUT &c.] Scio *ejus* pro *ſua* ſatis dici Latinè, quamquam Latinitas ab hoc ſcriptore exigi non debet: puto tamen heic inciſum ante τὸ *ejus* collocandum. Etiam in verſu illo Horat. Lib. I. Od. 10. *Mercuri facunde, nepos Atlantis*, rectius videtur comma collocari ante τὸ *facunde*, ut ad τὸ *nepos* referatur. Conſulat quiſque aures ſuas. Verum *infr.* quoque cap. XIV. *In manu ejus dextrâ habebat clavem.* pro *in ſua*. MUNCK. Pauſan. Lib. II. cap. 17. p. 148. de eadem Junone τὸ δὲ ἄγαλμα τῆς Ἥρας ἐπὶ θρόνου κάθηται. deinde καὶ τῇ μὲν χειρὶ τῇ μὲν δεξιᾷ φέρει ῥοιᾶς (v. Olear. ad Philoſtrati

IV.

pariens, quia ipſa Juno partubus praeeſſe dicebatur. quae & [6] Mercurium dicitur lactaſſe.

## XII. *De Cybele.*

Cybele mater deorum, fuit dicta terra: quam & deos genuiſſe dixerunt veteres, & gigantes. cui antiqui philoſophi talem imaginem depinxerunt. Erat enim virgo foemina in curru ſedens: lapidibus pretioſis, & metallorum diverſorum varietate veſtita. [7] Itaque mater deorum exſtitit, & gigantum. Irata enim Terra contra deos, Titanas dicitur parturiſſe. [8] Erantque gigantes pedibus ſerpentinis: de quibus fuit unus [9] Titan, qui etiam Sol dicitur. Sed quia iſte contra deos nihil fecit, ſicut alii fratres, ideo aliis detruſis, hic ſolus

IV. Apoll. Tyan. 28.) τῇ ἢ σκήπτρον. quia regnis Juno praeſſe dicitur. v. Munck. ad Hygin. fab. 92. pergit deinde ΚΟΚΚΥΓΑ ἢ ἐπὶ τῷ σκήπτρῳ κατῶξ φασὶ, λίγοντες τὴν Δία, ὅτε ἤρξε παρθένε τὴν Ἥρας, ἐς τοῦτο τὴν ὄρνιθα ἀλλαγῆναι, τὴν ἢ ἄτε παγγίνον ζηρᾶσα. (De qua fabula Schol. Theocriti Idyll. XV. 64.) Pauſan. Lib. II. cap. 36. p. 196. docet in Theocriti Scholiaſte pro Θερίαξ eſſe legendum Θέριαξ. Juno autem fingitur Jovem ſprevisſe. v. Ptol. Hephaeſt. Lib. VI. apud Photium pag. 487.

3 POPULI APPELLABANT] Ita reſcripſi pro *populis*; niſi tu *populus* mavis. Vetus interpres Siracidae cap. LI. vers. 19. *Omnis populus properaverunt.* Luc. cap. XXVIII. vers. 1. *Et ſurgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum.* MUNCK.

4 LAMBEBANT] Pavones lambere non poſſunt. Credo ſcripſiſſe Albricum *ambulabant.* MUNCK. Pauſan. Lib. II. cap. 17. p. 148. Χρυσῆ ἢ καὶ λίθων λαμπόντων Ἀδριανὸς βασιλεὺς ΤΑΩΝ ἀνέθηκεν· ἀνέθηκε ἢ, ὅτι τὴν ὄρνιθα ἱερὰν τῆς Ἥρας νομίζουσι· κεῖται ἢ καὶ σίφωνι χρυσᾶς καὶ πίπλοι πορφύρας, Νέρωνι ταῦτα ἀνακείμενα.

5 QUI A DEXTRIS] Ita repoſui pro *quia à dextris*; quod turbat ſententiam. Perperam literam A geminaverat librarius. Contra apud Juſtin. Lib. II. cap. 6. quod A ſequeretur, male eandem literam à fine vocis eſſe rejectam ſuſpicor: *Frumenti ſatio apud Eleuſin à Triptolemo reperta eſt.* Puto ſcriptum fuiſſe *Eleuſina*, Ἐλευσῖνα. Sanè Lib. VI. cap. 10. habes, *Emigrare Eleuſina.* Et, *Eleuſina migrare.* MUNCK.

6 MERCURIUM DICITUR LACTASSE] Vide Hygin. Aſtron. Lib. II. cap. 43. & quae ibi annotavi: nec non Ampliſſ. Cuper. in Harpocrate ſuo pag. 8. MUNCK.

## Ad CAP. XII.

7 ITAQUE MATER DEORUM] Ἴσις *eaque mater deorum.* Si mater deorum, cur virgo dicitur? Cauſam dicat Iſidorus: *Eandem Veſtam & ignem eſſe perhibent, quia terram ignem habere non dubium eſt, ut ex AEtna Vulcanoque* (leg. *Veſuvioque*) *datur intelligi. Et ideo virginem putant, quia ignis inviolabile ſit elementum, nihilque naſci poſſit ex eo; quippe qui omnia, quae arripuerit, abſumat. Ovidius in Faſtis: Nec tu aliud Veſtam, quam vivam intellige flammam; Nataque de flammâ corpora nuda* (leg. *nulla*) *vides.* MUNCK. Plut. de Oracul. def. pag. 420. Tom. II. Καὶ τὴν Ῥέαν Αἰγύπτιοι μυθολογοῦσι πίτυι θεὸς τετυχῆν, αἰνιττόμενοι τὴν ὑπὸ μιᾶς ὕλης τὸ πίτυι κίσσαι χθόνιον, ὃ ἢ τῷ παντὶ πίτυι μᾶλ ζώσαις ὁ περὶ γῆν τόπος, πίτυι ἢ κύκλοις ὁ ἀριθμὸς διάφασαι, δυσὶ ἀρχικοῖς καὶ δυσὶ τροπικοῖς, καὶ μέσῳ τῷ ἰσημερινῷ. &c.

8 ERANTQUE GIGANTES] Non diſtinguit à Gigantibus Titanas: quod tamen alii faciunt. Servius ad AEn. VI. vers. 580. *Titanas contra Saturnum* (Terra) *genuit; Gigantes poſtea contra Jovem. Et ferunt fabulae Titanes ab irata contra deos Terrâ ad ejus ultionem creatos; unde & Titanes dicti ſunt* ἀπὸ τῆς τίσεως, *id eſt, ab ultione. De his autem ſolus Sol abſtinuiſſe narratur ab injuriâ numinum; unde & coelum meruit.* Adde his, quae dixi ad Hyg. Mythol. pag. 3. MUNCK. De Titanibus ante Jovem natis vide Theon. ad Aratum pag. 3. Videtur & confundere Diod. Siculus L. V. p. 327.

9 TITAN, QUI ETIAM SOL DICITUR] Schol. Statii I. Theb. 717. *Dicit Apollinem a diverſis gentibus variis appellari nominibus: apud Achemenios enim TITAN, apud AEgyptios OSYRIS, apud Perſas, ubi in antro colitur, MITRA vocatur.*

lus in ſua deitate permanſit. Currus autem Cybeles [1] à leonibus trahitur, coronamque turritam in capite geſtare dicitur. Pingitur juxta eam in curru [2] Atys puer nudus, quem illa amaſſe dicitur, & [3] nimio zelo caſtraſſe: & ſic illi virilia pingitur amputare.

## XIII. *De AEolo.*

AEolus autem in deorum numero computatus, & qui ventorum deus dictus eſt. cujus talis erat imago depicta. Stabat enim in antro, linea veſte indutus & praecinctus, tenens ſub pedibus [4] flabra, inſtrumenta fabrilia. In manu autem utraque tenebat cornua: quae ori

1 A LEONIBUS TRAHITUR] In quos Atalanta & Hippomanes transformati dicuntur. Vide Hygin. Myth. cap. 185. Servius ad AEn. III. vers. 113. *Ideo autem mater deûm curru vehi dicitur, quia ipſa eſt terra, quae pendet in aëre. Ideo ſuſtinetur rotis, quia mundus rotatur & volubilis eſt. Ideo ei ſubjugantur leones, ut oſtendatur maternam pietatem totum poſſe ſuperare. Ideo Corybantes ejus miniſtri cum ſtrictis gladiis eſſe finguntur, ut ſignificetur omnes pro terrâ ſuâ debere pugnare. Quod autem turritam geſtat coronam, oſtendit ſuperpoſitas terrae eſſe civitates, quas inſignitas turribus conſtat. Hanc eandem Eram appellari, hoc eſt dominam, tradunt.* Scrib. *Heram.* Catull. carm. 64. *Dea, magna dea, Cybele, Dindymi dea, domina, Procul à meâ tuus ſit furor omnis, hera, domo.* Iſidorus, exſcriptor aliorum perpetuus, etiam heic Servium compilavit Lib. VIII. Orig. cap. 11. *Eandem Tellurem & magnam matrem fingunt, turritam cum tympano & Gallo & ſtrepitu cymbalorum. Matrem vocant, quod plurima pariat; magnam, quod cibum gignat: almam, quia univerſa animalia fructibus ſuis alit. Eſt enim alimentorum nutrix terra. Quod ſimulacrum ejus cum clavi fingitur, quia tellus hieme claudituv, vere aperitur, ut fruges naſcantur. Quod tympanum habet, ſignificari volunt orbem terrae. Quod curru vehitur, dicitur quia ipſa eſt terra, quae pendet in aere. Quod ſuſtinetur rotis, quia mundus rotatur & volubilis eſt. Quod leones illi ſubjiciunt manſuetos, ut oſtendant nullum genus eſſe terrae tam ferum, quod non ſubigi poſſit aut ſuperari ab eâ. Quod in capite turritam geſtat coronam, oſtendit ſuperpoſitas terrae civitates, quaſi inſignitas turribus conſtare* &c. quae ibi legere potes. Hauſta iſta fabulae illius explicatio ex Lucretii Lib. II. quem conferre erit operae pretium. MUNCK. A duobus leonibus, unde Eurip. Helen. 1326. Θηρῶν ὅτι ζυγίας ΖεὺΞασα διὰ σατίνου Τὰν ἀρπακτῆσιν κυκλίων χορῶν ἵξω παρθενίων. Philoſtrat. Lib. IV. Apoll. Tyan. cap. 34. Μῶλόν τι ἰὼν τῆ ἀκραιτοφίᾳ ἄδυσιν, ὡς λέων ὑπὸ γήρως τῆ ὑποζυγίᾳ πατὰ τῆ Ῥέᾳ. v. Broukh. ad Tibull. I. IV. 62.

2 ATYS PUER NUDUS] Braccatus exhibetur apud Laurentium Pignorium in magnae matris initiis, nec non cum pileo Phrygio, ut & in nummo apud Illuſtr. Spanhem. in de Numm. Praeſt. pag. 625. MUNCK.

3 NIMIO ZELO CASTRASSE] Auguſtin. C. D. Lib. VI. cap. 7. *Atys pulcher adoleſcens ab eâ dilectus & muliebri zelo abſciſſus.* Fulgent. Lib. III. cap. 5. *Tantum enim zeli ſuccenſa anus invidioſa flagravit, quae nec ſuis utilitatibus furioſa pepercit, ut unde fructum ſperabat libidinis, illud veterana ſuccideret meretrix.* Ad quem locum plura huc pertinentia à me dicta invenies. MUNCK.

## Ad CAP. XIII.

4 FLABRA, INSTRUMENTA FABRILIA] Duae poſtremae voces videntur à gloſſâ eſſe ejus, qui per flabra heic flabella eſſe intelligenda innuere voluerit. Gloſſ. Labb. *Flabrum*, φύσημα, ῥῖπις. *Flabellum*, ῥιπιδίσκιον, ῥεμαχίδιον, ῥιπίς. Sed qui caſtigatius loquuntur *flabra* pro ventis ponunt. Virgil. Georg. II. 293. *Ergo non hiemes illam, non flabra, neque imbres* &c. MUNCK.

5 SUFFLABAT] Rectius foret, *inflabat.* Virgil. Ecl. V. vers. 2. *Tu calamos inflare leves* &c. Vel *afflabat.* Auſon. Parent. XI. *Spiritus afflatis quod fugit è calamis*; niſi & ibi *inflatis* legendum eſt. MUNCK.

6 JUNO EI REGNUM DEDISSE FINGEBATUR] Unde ipſe ad Junonem AEneid. I. vers. 82. *Tu mihi, quodcunque hoc regni, tu ſceptra Jovemque Concilias.* Ubi Servius: *Redit ad Phyſicam rationem.*

ori admovens, ea [5] ſubflare, & ab unoquoque cornuum ſex ventos emittere videbatur. Et quia [6] Juno ei regnum dediſſe fingebatur, à dextris ei Juno ſtans ſepta nube, ejus capiti coronam inponebat. A ſiniſtra vero ejus [7] Nympha feminuda in aqua, quam ei conjugem eadem Juno dicitur dediſſe.

## XIV. *De Iano.*

Ianus vero in deorum numerum adceptus eſt: [8] cui omnis rei initium & finem tribuebant. Hic autem taliter figurabatur. Erat [9] rex homo, ſedens in throno fulgenti radiis circumquaque, [10] qui duas facies

*rem. Nam motus acris, id eſt Junonis, ventos creat, quibus AEolus praeeſt.* MUNCK.

7 NYMPHA] Deiopeia forte, de quâ Virgil. AEn. 1. vers. 76. ad quem Servius: *Non ſine ratione dicitur Juno Nymphas ſua poteſtate retinere. Ipſa eſt enim aer, de quo nubes creantur; ut eſt*: Atque in nubem cogitur aër. *Ex quibus aquae, quas Nymphas eſſe non eſt dubium. Ideo autem Nympham AEolo pollicetur, quia ventorum rex eſt, qui aquae motu creantur.* MUNCK. Unde AEoli fabula & imago ficta ſit, docebit Diodorus Siculus Lib. v. pag. 291. Cui adde Caſaub. ad Strabonem Lib. 1. pag. 42. & quae dixi ad Hygini fab. 125. ubi verba haec *hunc AEolum propter vinolentiam c. c. c. A. v. a. i. A. a. a. Athen. Lib. XII. cap.* 13. *pag.* 552. in ſpongiam ut abeant jubeo.

## Ad CAP. XIV.

8 CUI OMNIS REI INITIUM ET FINEM TRIBUEBANT] Atqui initia rerum ad Ianum, fines vero ad Terminum pertinere dixerunt. Vide Auguſtin. C. D. Lib. III. cap. 7. MUNCK.

9 ERAT REX HOMO] Vel τὸ *rex* delendum, vel poſt *homo* collocandum, ut ſit dictum, quemadmodum ἄνθρωπος βασιλεύς apud Graecos. MUNCK.

10 QUI DUAS FACIES HABEBAT] Auguſtin. C. D. Lib. VII. cap. 4. de Iano loquens: *Sed iſti in cultu deorum omnis dedecoris appetitores, cujus vitam minus turpem invenerunt, cum ſimulacri monſtruoſâ deformitate turpaverunt, nunc eum bifrontem, nunc etiam quadrifrontem tanquam geminum facientes.* Cur autem bifrons & quadrifons fingatur idem docet ejuſdem libri cap. 8. ubi inter alia habes: *Cum vero eum faciunt quadrifrontem, & Ianum geminum appellant, ad quatuor mundi partes hoc interpretantur.* Sed Florus Lib. 1. cap. 2. & Victor Illuſtr. cap. 3. *Ianum geminum* ſimpliciter pro bifronte poſuiſſe videntur; neque enim quatuor frontes Numae Ianus habuit, ſed duas tantum. Doceo ex Servio ad AEn. illa VII. vers. 607. Sunt geminae belli portae. *Sacrarium hoc*, inquit, *Numa Pompilius fecerat circa imum Argiletum juxta theatrum Marcelli; quod fuit in duobus breviſſimis templis: duobus autem propter Ianum bifrontem. Poſtea autem captis Phaleris, civitate Tuſciae, inventum eſt ſimulacrum Iani cum frontibus quatuor: propter quod in foro tranſitorio conſtitutum eſt illis* (leg. illi) *ſacrarium aliud, quod novimus hodieque quatuor portas habere. Ianum ſane apud aliquos quadrifrontem eſſe non mirum eſt. Nam alii eum diei dominum volunt, in quo ortus eſt & occaſus. Horatius*, Matutine pater, ſeu Iane libentius audis. *Alii anni totius, quem in quatuor tempora conſtat eſſe diviſum.* Idem ad AEn. XII. 198. *Poſtquam Romulus & Titus Tatius in foedera convenerunt, Iano ſimulacrum duplicis frontis effectum eſt, quaſi ad imaginem duorum populorum. Legimus etiam Ianum quadrifrontem fuiſſe. Unde Martialis ait*, Et linguâ pariter locutus omni. Auguſtinum exſcripſit Iſidorus Orig. Lib. VIII. cap. 11. *Ianum dicunt quaſi mundi vel coeli menſium januam: duas Iani facies faciunt propter orientem & occidentem. Cum vero faciunt eum quadrifrontem, & Ianum geminum appellant, ad quatuor mundi partes hoc referunt.* MUNCK. De hoc Jano vide G. Cuperum in Monum. Antiqu. p. 204. 205. 208. Plutarch. in Numa Tom. 1. pag. 72. rem ita, explicat: ὁ μὲν πρῶτος Ἰανικύλιος, ἀπὸ δὲ Ἰανοῦ, δοκεῖ δέ μοι τὸ Μάρτιον ὁ Νομᾶς ἐπώνυμον ἐᾶσαι δὲ Ἄρεος ἐν τῇ τοσούτῳ μετασχεῖν, βουλόμενος ἐν παντὶ τῆς πολεμικῆς δυνάμεως σεσημασμένον τὸν πολίτην. ὁ δὲ Ἰανὸς ἐν τοῖς παλαιοῖς πάνυ, εἴτε δαί-

cies habebat: quarum una ante se, altera post se respiciebat. Juxta illum quoque erat templum, & in manu ejus dextra [1] habebat clavem, qua templum ipsum aperire se monstrabat. In sinistra vero habebat baculum, quo saxum percutere, & ex illo aquam producere videbatur.

## XV. *De Vulcano.*

Vulcanus deus ignium, [2] pingebatur similitudine fabri deformis, & claudi, [3] malleum in manu tenentis, & [4] deorum impulsu de coelo in terram decidentis. Juxta eum plures dii eum inridentes pinguntur, qui eum de coelo expellere figurantur. Ipse quoque sic expulsus, [5] fulmina in terris Jovi parare dicebatur, quae ad coelum Jovis ipsius aquila deferebat. Ideoque juxta ipsum Vulcanum depicta erat officina, & aquila parata ad fulmina deferenda.

XVI.

μων, ὅτε βασιλεὺς χθονίων, πολιτικὸς καὶ κοσμικὸς, ἀπὸ δὲ θηλείας καὶ ἀγελίου λίγεται μεταβαλεῖν τὴν διαιταν, καὶ διὰ τοῦτο πλάττουσιν αὐτὸν ΑΜΦΙΠΡΟΣΩΠΟΝ, ὡς ἐτέρων ἐξ ἑτέρας τῇ δίκῃ ἀποκοσμοῦσθαι τὴν μορφὴν καὶ διάθεσιν. ἔστι δὲ αὐτῷ καὶ ναὸς ἐν Ῥώμῃ δίθυρος, ὃν πολέμου πύλας καλοῦσι. & in Quaest. Rom. Tom. II. p. 269. Διὰ τί τὸν Ἰανὸν ΔΙΠΡΟΣΩΠΟΝ εἴοντας γεγονέναι, καὶ γράφουσιν οὕτως καὶ πλάττουσιν. πότερον, ὅτι τῷ μὲν ὄντι Ἕλλην ὢν Πηλασγὸς ἦν, (ὡς ἱστοροῦσιν) ἀφικόμενος δὲ εἰς Ἰταλίαν, καὶ συνοικήσας τοῖς αὐτόθι βαρβάροις μετέβαλε καὶ γλῶτταν, καὶ δίαιταν· ἢ μᾶλλον, ὅτι τὸν περὶ τὴν Ἰταλίαν αὐτὸς ἀγελίοις καὶ ἀνόμοις χρωμένους ἔθεσιν εἰς ἕτερον βίου σχῆμα, πείσας γεωργεῖν καὶ πολιτεύεσθαι, μετέβαλε καὶ μετεκόσμησε.

1 HABEBAT CLAVEM] Arnob. Lib. VI. pag. 209. Ed. Leid. *Fronte Ianus ancipiti, aut dentata ilia, quod insignitus est, clave.* MUNCK. Ovidius Janum sinistra manu clavem tenere dicit I. Fast. 99. vide celeb. P. Wesseling. Lib. I. Obs. cap. 3. Macrobii loco, quem vir idem praestantissimus ibi citat, adde locum Servii ad VII. AEn. 610. de Jano, *Alii CLUSIUM dicunt, alii PATULEIUM, quod patendarum portarum habeat potestatem. Idem Junonius: inde pulchre Juno portas aperire inducitur.* Qui plura de Jano.

## Ad CAP. XV.

2 PINGEBATUR SIMILITUDINE] Mallem, *in similitudine*, vel *in similitudinem*. Cap. 7. *Pingebatur in specie unius dominae.* Cap. 8. *Pingebatur à poëtis in similitudinem unius dominae armatae loricâ.* Cap. 17. *Depicta erat ipsa Vesta in formam virginis.* MUNCK. In arca Cypseli Vulcani imago ita expressa, ὁ τὰ ὄπλα δίδους, ὅτι τὰς πόδας ἴσιν ἰῤῥωμένους, καὶ ὄπισθεν οἰκίτης ἵππαι οἱ τυφόγεως ἴχνη. V. Pausan. Lib. V. c. 19. p. 426.

3 MALLEUM IN MANU TENENTIS] Arnob. Lib. VI. pag. 197. *Cum pileo Vulcanus & malleo, manu liber sed dexterâ, & fabrili expeditione succinctus.* Nimirum ut medicina AEsculapio, ita fabrica sua Vulcano, divinitatem peperit. MUNCK. Schol. Sophocl. OEdip. Colon. vs. 56. Παιωνίαν δ', ὡς καὶ Λυσιμαχίδης φησὶν, ὁ μὲν ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ, πρῶτος καὶ πρεσβύτερος ἘΝ ΔΕΞΙᾼ ΣΚΗΠΤΡΟΝ ἔχων· ὁ δὲ ΗΦΑΙΣΤΟΣ, νέος καὶ δεύτερος. Dii nunc sinistra sceptrum tenentes pinguntur, e. g. *Jupiter.* Noster Albricus cap. 2. nunc vero dextra manu. ut Pluto cap. 10. ut & *Juno* cap. 11. Vulcanus in L. Caesii nummo spectatur cum forcipe teste G. J. Vossio II. Idol. 66. In aliis nummis Vulcanus pileatus sedet candentem massam supra incudem malleo percutiens. v. Spanh. ad Callim. H. Dian. 49.

4 DEORUM IMPULSU] A Jove de coelo praecipitatus fingitur. Unde ipse apud Homerum Iliad. A. Ἀργαλέος δὲ θεοῖσι κατηφορέεσκε. Ἥν γάρ μιν ἐς ἄκλητ' ἀλιξέμεναι μητιόωσα Ῥίψει ποδὸς τετάγων ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο. Ex illo casu claudus evasit. Firmicus: *Ardet apud OEtam Hercules, & AEsculapius alibi fulminatur; Vulcanus à patre praecipitatus pedem frangit.* Isidor. Orig. Lib. VIII. cap. 11. *Unde etiam Homerus dicit eum praecipitatum de aere in terras, quod omne fulmen de*

## XVI. *De Neptuno.*

Neptunus deus aquarum, & praecipue maris, depingebatur ad modum cujuſdam numinis mare gubernantis. Erat enim ejus imago, homo nudus [6] in mari natans, ab umbilico [7] ſupra aquas eminens, & [8] tridentem pro ſceptro regio manu tenens: quo ſaxum quoddam percutiens, aequor quoddam acerrimum producebat. De mari vero plurima flumina manare videbantur. Greges item illi Tritonum circa ſe è mari natantes prodibant, & regem aequoris honorabant. Sunt autem Tritones piſces, qui tubas ore portant, quibus intonare ſe oſtendunt: ideo aliqui gentilium ipſos marina quaedam monſtra dicebant.

## XVII.

*de aëre cadit. Idcirco autem Vulcanus de femore Junonis fingitur natus, quod fulmina de imo aëre naſcuntur. Claudus autem dicitur Vulcanus, quia per naturam nunquam eſt rectus ignis, ſed quaſi claudus ejuſmodi ſpeciem motumque habet. Ideo autem in fabrorum fornace eundem Vulcanum auſterem dicunt, quod ſine igne nullum metalli genus fundi extendique poteſt.* MUNCK.

5 FULMINA IN T. J.] Sceptrum fabricaſſe Jovi dicitur ab Homero, quod a Jove Mercurio, a Mercurio Pelopi, a Pelope Atreo, ab Atreo Thyeſti traditum fuit, unde pervenit ad Agamemnonem. v. Pauſan. Lib. IX. cap. 40. p. 795. De quo ſceptro idem teſtatur cap. 41. Ὅσοσα ὃ πίσσαι τ' Ἡφαίστῳ ποιητά τε ἄθυσι καὶ τ' ἀνθρώποις ἀκολλήσειν ἡ φήμη, τάδε ἔστιν ὅτι μὰ τὸ Ἀγαμέμνονος σκῆπτρον, ἄλλο γε ὐδὲν ἀξιοχρεὼν ἔστιν ἐς πίστιν. ubi & de aliis Vulcani operibus.

## Ad CAP. XVI.

6 IN MARI NATANS] Equis vehi aliter dicitur a Poëtis in mari Neptunus, ut ab Euripide in Andromache vs. 1010. —— Καὶ πόντιε Κυματίαις ἵπποις διφρεύων Ἅλιον πέλαγος. Homerum imitatus Iliad. N. vs. 23. Ἐκ δ' ἐλάων (nempe Αἰγὰς) ὑπ' ὄχεσφι τιτύσκετο χαλκόποδ' ἵππω Ὠκυπέτα, χρυσείησι ἰδὲ χαίτῃσι κομόωντε. In ſequentibus addit ἷε δ' ἐπιβήσετο δίφρου. Ut autem Homerus Neptuni equis aeneos dat pedes, ita ab Ariſtophane Equit. 549. dicitur Neptuno placere χαλκοκρότου ἵππου κίνησις. Quod epitheton ibi explicat Vet. Schol. Αἰολοπόδας, i. e. ταχεῖς, teſte Scholiaſte, hos equos vocat Apoll. Rhod. I. 1158. Quod epitheton reſpondet τῷ Homerico ὠκυπόδων. Philoſtratus Lib. I. Iconum cap. 8. Homerum perſtringens ait ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀπειράτων οἴμας τὸ ἵππου αἰόλαιν χαλκοποδάς τε καὶ αὐτὰς ἀξιαϊόσσας, καὶ ὠκυπέτας, καὶ μαχητὰς πλήθους. Ἐνταῦθα δ' ἱππόκαμπτοι τὸ ἅρμα, ἱφυεῖς τὰς ἕλικας, καὶ νόστιμοι καὶ γλαυκοί, καὶ ἡ Δίκη ὅτι ΔΕΛΦΙΝΕΣ. De his egi ad Hygini II. Aſtr. P. 17. Uni equo inſidens depingitur aliquando Neptunus. Pauſan. Lib. I. cap. 2. pag. 6. Ποσειδῶν ἐστιν ἐφ' ἵππου. Verum inſcriptio hunc eſſe Neptunum negat, teſte Pauſania ipſo. Neptuni ſtatuae etiam ſtantes conſpiciuntur. v. Pauſan. Lib. III. cap. 23. p. 269. In Elide fertur Neptuni ſtatua, οὐκ ἰχνοτός καθήσθαι, τόν τε ἵππειον τοῦ ποδὸς ἰσπαλίκου τὸ ἴχνος, καὶ ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις ἐπὶ δόρυ τι ἠρεισμένα. v. Pauſan. Lib. VI. c. 25. p. 517. Stantem Neptuni imaginem poëtae & artifices repraeſentarunt. Vide Celeb. P. Burm. ad Ovid. VI. M. 75. ubi pro emendatione Heinſii pro *ſtare* legentis *nare* noſter hic pugnat Albricus. In urbe Anticyra ſimulacrum Neptuni ὀρθὸν χαλκοῦ πεποιημένον, βέβηκε δὲ ἐπὶ δελφῖνι τῷ ἑτέρῳ τοῦ ποδὸς· καλοῦσι τοῦτο δὲ ἔχει καὶ τὴν χεῖρα ἐπὶ τῷ μηρῷ, ἐν δὲ τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ πτέρυξ ἐστὶ κύπρου. v. Pauſan. L. X. cap. 36. p. 892.

7 SUPRA AQUAS IMMINENS] Correxi *eminens*, ſenſu id flagitante. MUNCK.

8 TRIDENTEM] Priap. carm. XIX. *Fulmina ſub Jove ſunt: Neptuni fuſcina telum: Enſe potens Mars eſt: haſta, Minerva, tua eſt.* Cur autem tridens Vulcano tribuatur, dictum ad Fulgent. Lib. I. cap. 3. MUNCK. Hinc in nummis *tridens* notat Neptunum, populi, a quo cuſ ſunt,

## XVII. *De Veſta.*

Veſta [1] dea ignis, ſcilicet divini, in conlegio deorum adnumerabatur. Hanc [2] Jovis fuiſſe nutricem, & eum ſuo gremio ſubſtentaſſe, antiqui dicebant: quam etiam taliter figurat pictura. [3] Erat enim templum latum & ſpatioſum, cum ara in medio. circa quam ex utroque latere erat ignis adcenſus, [4] qui perpetuo ſervabatur, quem extingui nullatenus fas erat. Et ideo ad hujuſcemodi myſterium erant multae Veſtales virgines deputatae, quae & ipſae ibidem depictae ab utraque parte ignem fovere videbantur. [5] Supra pinnaculum autem templi depicta erat ipſa Veſta, [6] in formam virginis, infantem ipſum Jovem ſuo ſinu fovens.

## XVIII. *De Orpheo.*

[7] Orpheus vir fuit magnus ingenio, & eloquio perfulgens, eruditiſſi-

praeſidem, ac Deum tutelarem, ut de Troezeniis notat Plutarch. in Theſeo pag. m. 3. Ποσειδῶνα γὰρ Τροιζήνιοι σέβουσι μεγαλοφρόντως. καὶ Διὸς ἅπτός ἐστιν αὐτῆς πολιοῦχος —— καὶ ΤΡΙΤΑΙΝΑΝ ἅπασιν ἔχουσι δι' ὁμοίωμα. Pauſanias alt Lib. II. cap. 30. pag. 182. antiquiſſimam Troezeniorum monetam *Tridente* & *Palladis* facie fuiſſe ſignatam: ᾗ δὴ καὶ νόμισμα αὐτῆς τὸ ἀρχαῖον ἔχει ΤΡΙΤΑΙΝΑΝ, καὶ ΑΘΗΝΑΣ ΠΡΟΣΩΠΟΝ. quia Neptunum & Minervam colebant Troezenii, cauſſamque addit idem Pauſanias. & Neptunus inde ἑστιάτωρ dicitur. v. Spanh. ad Callim. H. Del. 31.

## Ad CAP. XVII.

1 DEA IGNIS, SCIL. DIVINI] Servius ad illa Virgil. AEn. II. vers. 295. Veſtamque potentem, AEternumque adytis effert penetralibus ignem. *Deam*, inquit, *ignis, quae, ut ſupra dictum eſt, Terra eſt: quae in medio mundi librata, niſi aſtet & ignem intra ſe habeat. Alii de igne divino hoc volunt dictum* &c. Pro *niſi aſtet* legerim *firma ſtet.* Firmicus vero in de E. P. R. pag. 19. *Veſta autem quid ſit diſcite, ne putetis antiquum aliquid, aut cum ſummo terrore inventum. Ignis eſt domeſticus, qui in focis quotidianis uſibus ſervit.* MUNCK.

2 JOVIS FUISSE NUTRICEM] Ennius apud Lactant. Lib. I. cap. 14. *Jovem clam abſcondunt, dantque eum Veſtae educandum.* Infr. pro *ad hujuſcemodi myſterium* leg. *miniſterium.* MUNCK. Veſtae Elei πρώτῃ θύουσι, δευτέρᾳ δὲ τῷ Ὀλυμπίῳ Διΐ, ὅτις ἐπὶ τῷ βωμῷ τῷ κοινῷ ἕδρυται. V. Pauſan. Lib. V. cap. 14. p. 411. Arcades vero dicunt, Jovis nutrices fuiſſe Nymphas, Thiſoam, Nedam & Hagno. Vide Pauſan. Lib. VIII. cap. 38. p. 678.

3 ERAT ENIM TEMP. LAT. ET SPAT.] Apud Hermionenſes juxta Pauſan. Lib. II. cap. 35. p. 194. erat templum τῆς Ἑστίας, in quo ἄγαλμα μὲν οὐκ ἔστιν οὐδέν, βωμὸς δέ, καὶ ἐπ' αὐτῷ θύουσι Ἑστίᾳ. Plutarch. in Numa pag. 66. ἔστιν μὲν οὖν οὐδὲν ἐν τοῖς ἱεροῖς παρθένων, ἀλλ' ἢ τὸ ἄσβεστον ἑκάστου φρουρεῖν πῦρ νομίζουσιν. p. 67. Νυμᾶς δὲ λέγεται καὶ τὸ τῆς Ἑστίας ἱερὸν ἐγκύκλιον σφαιρικῷ τῷ ἀσβέστῳ σχεδιάσαι. In urbe Pharis in medio foro ante Mercurii ſtatuam Veſtae ſtatua poſita eſt ex marmore, de qua Pauſan. Lib. VII. cap. 22. pag. 579. haec ſcribit: μολίβδῳ δὲ σφᾶς τὸν ἐπὶ τοῖς στοιχείοις ΛΥΧΝΟΙ ΧΑΛΚΟΥΣ. Ἀφικόμενον δὲ πρὸς ἱστορίας ὁ τῆς Θεᾶς χρόμιος, λιβανωτόν τι ἐπὶ τῆς ἑστίας θυμιᾷ, καὶ ὁμπλίσας τὰς λύχνους ἐλαίᾳ καὶ ἐξάψας, τίθησιν ἐπὶ τῷ βωμῷ δι' ἀγάλματος· οὐ γὰρ δίκαιον νόμισμα ἐκχώσειν. &c. v. Pauſan. L. VII. cap. 22. p. 579.

4 QUI PERPETUO SERVAB. Q. E. NULL. F. E.] Eodem modo in templo Cereris ac Proſerpinae apud Mantineenſes πῦρ ὃ σποδιᾷ κρύπτουσι, πυρὸς ἄλλου φερνίδα, μὴ λάθῃ σφίσιν ἀποβαθόν. Pauſan. Lib. VIII. cap. 9. p. 616. Apud Arcadas in honorem Panis πῦρ οὐκέτι ἀποβιπόμενοι κρύπτουσι. v. Pauſan. L. VIII. cap. 37. p. 677. ut & apud Eleos. v. Lib. V. cap. 15. pag. 415. Nec non in Jovis

tiſſimus philoſophiae, & artium diſciplinae: qui homines inrationabiliter viventes, ex feris & inmanibus fecit mites & manſuetos, & moribus compoſuit. Unde & beſtias quaſque, volucres, fluvios, ſaxa & arbores, citharae ſono dicitur moviſſe, qui & Eurydicen nympham eodem mulcens ſono, in conjugem habuit: quam à ſerpente percuſſam & occiſam, deſcendens ad inferos, citharae ſono dulciſſimo Plutone placato, dicitur redemiſſe: ea lege, ne eam averſus reſpiceret, donec ultimum limen inferni excederet. Quam legem ut praeteriit, uxorem retentam amiſit. Iſte igitur [8] in numerum deorum conſecratus, taliter pingebatur. Erat homo [9] habitu philoſophico, citharam manu pulſans. Ante eum erant diverſa animalia ferocia, quae pedes ejus lingebant, ſcilicet lupi, leones, urſi, ſerpentes, aves diverſae circa eum volitantes, montes & arbores deflectentes vertices ſuos: qui & uxorem ſe ſequentem converſus adſpicere videbatur, ſed eam inferi retinebant.

## XIX.

Jovis Ammonis templo. Conſule Cerdam ad Virgil. IV. AEn. 200.

5 SUPRA PINNACULUM] Πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ Matth. cap. IV. vers. 5. *Pinnaculum templi* tranſtulit etiam vetus interpres. Ambroſ. in Luc. cap. IV. *Supra pinnam templi.* MUNCK.

6 IN FORMAM VIRGINIS] Anus formam ei tribuit Artemidorus Lib. II. cap. 49. Παρθένος σημαίνει Ἑλπίδα, ἢ Ἄρτεμιν, ἢ Αὔραν. Ἑλπίδα μὲν γὰρ ὅτι ἀγαθόν, Ἄρτεμιν δὲ σωφροσύνην, Αὔραν δὲ γεγονὸς ἀμβλύτερον· γυνὴ δὲ νέα τύχην· ἀγαθὸν δὲ Ἐφίαν. Ita Aldus edidit. Sed legendum, γυνὴ δὲ νέα τύχη. ἀγαθὸν δὲ &c. Nec dubito, quin ita correxerit jam Rigaltius. Sed ejus editionem non poſſideo. Et rectè vetula fingitur Veſta. Servius ad illa Virgilii AEn. IX. vers. 259. Canae Veſtae. *Venerabilis, antiquiſſimae. Ipſa enim antiquiſſima dea eſt, è terra.* Lego, *& terra.* Virgo autem dici potuit, quia ex igne nihil generatur. Auguſtin. C. D. Lib. IV. cap. 10. *Ideo illi virgines ſolere ſervire, quod ſicut ex virgine, ita nihil ex igne naſcatur.* Lactant. Lib. I. cap. 12. *Idcirco virginem putant Veſtam, quia ignis inviolabile ſit elementum, nihilque naſci potuit ex eo.* Conſer Ovid. Faſt. Lib. VI. vers. 293. & quae ſupra ex Iſidoro ad cap. XII. adduxi. MUNCK.

## Ad CAP. XVIII.

7 ORPHEUS] Palladius in Allegoriâ Orphei Catal. Pith. Lib. IV. *Scilicet haud potuit, quae ſunt ſine permovere ſenſu: (Finxere docti fabulam poëtae). Sed placidis hominum dictis fera corda mitigavit, Doctaque vitam voce temperavit. Juſtitiam docuit, coetu quoque congregavit uno, Moreſque agreſtes expolivit Orpheus.* MUNCK. Pauſan. Lib. VI. cap. 20. p. 505. virum quemdam AEgyptium dixiſſe refert Αἰγυπτίους εἶναι μὲν Ἀμφίονα, εἶναι δὲ τὸν Θρῆκα Ὀρφέα μαγεύσαι δοκεῖν, καὶ αὐτοῖς ἐπάδουσι θηρία τι ἀφικνεῖσθαι πρὸς Ὀρφέα, καὶ Ἀμφίονι ἐς τὰς δὲ τείχους εἰσοδομίας τὰς πέτρας. De Orphei fabula & ſtatua latiſſime diſputantem conſule eumdem Pauſaniam Lib. IX. cap. 30. pag. 768. 769. Hic ſua eruditione ac myſteriorum ſcientia adeo elatus erat, ut in certamen muſicum in Ludo Pythico deſcendere detrectaverit. L. X. c. 7. p. 813. Orgia & Myſteria, quae primus in Graeciam invexit, quidam dicunt a Baccho profecta eſſe, Thraciâ expugnata, & per avi Tharopis & patris OEagri manus Orpheo fuiſſe tradita; alii adfirmant a Dactylis Idaeis Orpheum in inſula Samothrace didiciſſe. Confer Diodor. Sicul. L. III. p. 199. cum Libro V. p. 333.

8 IN NUMERUM DEORUM CONSECRATUS] Auguſtin. C. D. Lib. XVIII. cap. 14. *Ex quorum numero fuiſſe perhibentur Orpheus, Muſaeus, Linus. Verum iſti theologi deos coluerunt, non pro diis culti ſunt: quanquam Orpheum neſcio quomodo infernis ſacris vel potius ſacrilegiis praeficere ſoleat civitas impiorum.* MUNCK.

9 HABITU PHILOSOPHICO] Habitum ejus deſcri-

## XIX. *De Baccho.*

Bacchus filius Jovis inter deos connumeratus est, quem vinum, & vini deum esse dixerunt. Adtendentesque vini virtutem & proprietatem, illum uti deum in natura coluerunt, & eidem hujusmodi imaginem esse depinxerunt. Erat enim imago sua [1] facie muliebri, [2] pectore

describit Virgil. AEn. VI. Nec non Threicius longâ cum veste sacerdos. Ubi Servius: *Longam autem vestem aut citharoedi habitum dicit, aut longam barbam. Nam à contrario* (leg. è contr.) *imberbes investes vocamus. Sacerdos autem quia & theologus fuit, & orgia primus instituit. Ipse etiam homines de feris & duris composuit. Unde dicitur arbores & saxa movisse, ut deus.* MUNCK. A Polygnoto depicta Delphis Orphei imago teste Pausania L. X. cap. 30. pag. 873. hoc modo: ἐπὶ λόφῳ τινὸς Ὀρφεὺς καθεζόμενος, ἁψάμενος ἡ μὲν τῇ ἀριστερᾷ κιθάρας, τῇ δὲ ἑτέρᾳ χειρὶ ἑτέρας ψαύει. κλῶνες εἰσὶν, οἱ ψάλλει, τὸ δὲ ἄλσος ἔοικεν εἶναι τὸ Περσεφόνης, ἔνθα αὐτὸν ἄγουσι καὶ ἑτέραι δύο Ὁμήρου πεφύκασιν. Ἑλληνικὸν δὲ τὸ σχῆμά ἐστι τῆς Ὀρφέως, καὶ ὅτι ἡ ἐσθὴς, ὅτε ἐπίθημά ἐστιν ἐπὶ τῇ γαμήλῃ Θρᾴκιον.

## Ad CAP. XIX.

1 FACIE MULIEBRI] Priap. carm. XXXVI. *Phoebus comosus: Hercules lacertosus: Trabitque Bacchus virginis tener formam.* Ovid. de Baccho Lib. III. vers. 607. *Virgineâ puerum ducit per littora formâ.* MUNCK. Varie depingitur Bacchi facies. Tzetz. ad Lycophron. vs. 212. Ὅθι ὁ αὐτὸς σύνεσιν τὰ μέσα, οἵτινες τὸν Διόνυσον καὶ ΝΕΟΝ, καὶ ΓΕΡΟΝΤΑ γεγράφασι, πρὸς τὴν πόσιν δέ εἰσι, τὴν μιξίαν, καὶ ἄμικτον. &c. Consule Spanh. ad Aristoph. Ran. 397. Caussas varias docet Cuperus in Harpocrate pag. 77. 78. Audi etiam Plut. de EI apud Delphos pag. 389. haec de Baccho & Apolline notantem. Τῷ μὲν (Phoebo) παιδικὰ τεταγμένην, καὶ σώφρονα μῶσαν, ἈΓΗΡΩ ΤΕ ΤΟΥΤΟΝ ἈΕΙ ΚΑΙ ΝΕΟΝ, ἀκμῆτα δὲ (Bacchum) πολυειδῆ καὶ πολύμορφον ἐν γεγραφαῖς καὶ πλάσμασι δημιουργοῦσι. Philostratum adde Lib. I. cap. 15. Icon. Arabes depingunt Bacchum tonsum. Herodot. Lib. III. cap. 8. Διόνυσον μὲν θεὸν μάλιστα νομίζουσι τῶν Ἑλλήνων, καὶ τὸν τραγικὸν τοῦτον χειρῶνα φασὶ, κατάπερ αὐτὸν τὸν Διόνυσον κικλήσκειν. Plura dabit celeb. P. Burm. ad Ovid. III. M. 421. Hoc modo Bacchi imago depingitur in area Cypseli. Διόνυσος δὲ ἐν ἄντρῳ κατακειμένῳ ΓΕΝΕΙΑ ἔχων καὶ ΈΚΠΩΜΑ ΧΡΥΣΟΥΝ, εὐδιδυκὰς ἐχούσας ποδῆρη χιτῶνα· δινδύκη δὲ ἄμπτυλοι περὶ αὐτὸν, καὶ μαλίαι τινὲς εἰσὶ καὶ ῥάγες. V. Pausan. Lib. V. cap. 19. p. 426. Ceterum ut Bacchus, nunc *barbatus*, nunc *imberbis*, ita etiam Jupiter, Mars, AEsculapius, Hercules, qui vulgo *barbati*, aliquando *inberbes* depinguntur, ut apud AEgienses colitur Ζεὺς τις ἡλικίαν παῖς, καὶ Ἡρακλῆς οὐδὲν ἧττον ἔχων πω γένεια. V. Pausan. Lib. VII. cap. 24. p. 584. V. Spanh. ad Callim. H. Dian. vs. 26. 27. sic in Elide Jupiter, ἡλικίαν παῖς ἐστι exprimitur. V. Pausan. Lib. V. cap. 22. p. 435. In eadem Elide duae aliae statuae Jovis sunt οὐκ ἔχουσαι γένεια, de quibus idem Pausan. Lib. V. cap. 24. p. 440. unde inlustratur Juvenalis locus Satyr. VI. vs. 15. *Sub Jove, sed Jove nondum barbato*, quem locum debeo Neapoli ad Ovid. III. Fast. 448. & de Jove *puero*, *crescente*, ac *iuvene* consulendus celeb. P. Burm. ad Ovidii *l. l. vs.* 437. Apud Tegeatas ara Jovis τηλικοῦ exstructa est. V. Pausan. L. VIII. c. 48. pag. 698. Sed ut ad Bacchum revertar. Vetustissimum Bacchum sive Indum κατατάγωνα dici, quia Indi usque ad extremum vitae halitum barbam alunt, docet Diodorus Siculus Lib. III. p. 197. qui alias rationes περὶ Διονύσου διμόρφου profert Lib. IV. p. 213.

2 PECTORE NUDO] Quia secreta pectoris nudant ebrii. Basilius in Catal. Pithoei Lib. I. *Arcanum demens detegit ebrietas.* Horat. ad Amphoram Lib. III. Od. 21. *Arcanum joco so consilium retegis Lyaeo.* Et Lib. I. epist. 5. *Quid non ebrietas designat? operta recludit.* Zenob. Cent. IV. 5. Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια. Unde Tzetzes non invenuste ad Lycophr. p. 44. Οἷον ἀνθρώπους διαπτῦσον. Facit huc vel in primis, quod Fulgentius dicit Lib. II. *Ideo nudus* (Bacchus) *seu quod omnis ebriosus intervertendo nudus remaneat, aut mentis suae secreta ebriosus nudet.* MUNCK. Apud AEginetas juxta Pausan. Lib. II. cap. 30. p. 180. Ἀπόλλωνι μὲν δὴ ξόανον γυμνοῦ ἐστι, τέχνης δ' ἐπιχωρίας. τῇ δὲ Ἀρτέμιδί ἐστιν ἘΣΘΗΣ, καθ' ταὐτὰ ὁ καὶ ΤΩΙ ΔΙΟΝΥΣΩ. καὶ ΓΕΝΕΙΑ ΔΙΟΝΥΣΟΣ ἔχων πεποίηται.

3 CAPITE CORNUTO] Horat. Lib. II. Od. 19.

Te

ctore nudo, [3] capite cornuto, [4] vitibuſque coronato, qui [5] ſuper tigride equitabat. Juxta ipſum autem erant imagines trium animalium, ſcilicet ſimiae, porci, & leonis, quae pedem unius vitis circumire videbantur. Ob cujus umbram Bacchus equitabat, vitiſque racemis erat plena. Ipſe vero [6] una manu tenebat poculum, ſcilicet ſiniſtra: altera vero, ſcilicet dextra, in eo uvae [7] racemum extricabat.

XX.

*Te vidit inſons Cerberus aureo Cornu decorum.* Vide ibi Torrent. & Spanhem. in de Num. Praeſt. pag. 357. nec non Pier. Valer. Hieroglyph. Lib. LVI. pag. 410. ed. Baſ. Iſidor. Orig. Lib. VIII. cap. 11. *Quod idem Liber muliebri & delicato corpore pingitur: dicunt enim mulieres ei attributas & vinum, propter excitandam libidinem: unde & frons ejus pampino cingitur. Sed ideo coronam viteam & cornu habet, quia cum gratè & moderatè vinum bibitur, laetitiam praeſtat: cum ultra modum, excitat lites, id eſt quaſi cornua dat.* MUNCK. Antonin. Liberalis cap. X. Metam. Διόνυσ@ οἰκαθεὶς ΚΟΡΗ παρῆσαν αὐταῖς ——. Χαλιππίνας ὁ Διόνυσ@, ἀνὴρ κόρης ἐχθίστῳ ΤΑΥΡΟΣ, καὶ ΛΕΩΝ, καὶ ΠΑΡΔΑΛΙΣ. ΛElian. III. V. H. cap. 42. explicat hanc phraſin in hiſtoria eadem ὁ ὃ ἐγείζεται. Qui deinde irati Bacchi vindictam explicans addit, ἄφνω ὁ ΚΙΤΤΟΙ τι καὶ ΑΜΠΕΛΟΙ τὰς ἴσας ἀμπέρσαν, καὶ πᾶς ταλάσσης ἐνεφύλλων ΔΡΑΚΟΝΤΕΣ. Hiſce tribus coronatus Bacchus. Eurip. in Bacchis vs. 101. Ἕστικεν δ' ἄνακα Μοῖραι Τιλίσαν Ταυρόκιοφ θεόν, Στιφάνωσέν τε δρακόντων Στιφάνοις. De Baccho cornuto vide Tzetzen ac Meurſ. Lycophron. vs. 209. 212. 1238. & Olear. ad Philoſtrati Lib. I. Iconum cap. 15. Diodorus Siculus L. IV. p. 212. λέγεσι δ' αὐτὸν ἀγχινοίᾳ διενεγκεῖν, καὶ πᾶσιν ἐπιχειρῆσαι βροτοῖς ζηλωτόν, καὶ διὰ ταῦτα τῶν ἀπόρων τὰ καρπῶν ἐπιτελεῖν, ἀφ' ὧν ἐν κεφαλαίῳ αὐτὸν παρεισάγεσι. de Antiquiſſimo Baccho agens.

4 VITIBUS CORONATO] Gloſſ. Labb. *Haec vitis*, κλῆμα ἀμπέλου, κλῆμα. Item, κλῆμα, *palmes*, *pampinus*, *colis*. Alii hederâ eum coronant. Tertull. de Coron. Milit. cap. 7. *Liberum Harpocration induſtria hederatum argumentatur, quod hederae natura ſit cerebrum ab beluſco defenſare.* MUNCK. Hedera Bacchum coronavit antiquitas ſed varias ob cauſſas. Aliam hujus coronae rationem reddit Scholiaſtes Euripidis in Phoeniſſ. vs. 652. Aliam Ovidius III. Faſt. vs. 767. Aliam rurſus Theon ad Aratum pag. m. 11. Naturalem cauſſam diſcas e Plutarcho Quaeſt. Rom. Tom. II. pag. 291. & pag. 647. Ipſe Bacchus ΚΙΣΣΟΣ vocatur. (Pauſan. Lib. I. cap. 31.) & colitur in Atticae vico Acharnis, quia hederam ibi primum adparuiſſe dicunt. Non tamen erravit Albricus; in pompis enim Baccho inponebatur umbella ex vitis & hederae fronde contexta, quod ex Euſtathio Homeri interprete docet G. Cuperus in Harpocrate pag. 96. qui pluribus de hederacea corona agit. In oppidulo Phelloe τῷ Διονύσῳ ὑπὸ κισσοβάρους τὸ ἄγαλμά ἐστι ἐπηβολισμένον. Pauſan. Lib. VII. cap. 26. pag. 593. Innuitur vero Bacchus, qui Indiam debellavit, & primus Euphratem ponte junxiſſe ac ſune, vitigineis ac hederaceis ſarmentis contorto religaſſe dicitur. V. Pauſan. Lib. X. cap. 29. p. 869.

5 SUPER TIGRIDE EQUITABAT] In Argolide in diverſis templis Bacchi ſtatua ſedentis conſpicitur. v. Pauſan. Lib. II. cap. 37. p. 198.

6 UNA MANU TENEBAT POC.] Athenis depingitur Satyrus puer dans Baccho poculum. v. Pauſan. Lib. I. cap. 20. pag. 46. Apud Pelleneos eſt templum Διονύσου ΛΑΜΠΤΗΡΟΣ. — τούτῳ καὶ ΛΑΜΠΤΗΡΙΑΝ ἑορτὴν ἄγουσι, καὶ ΔΑΔΑΣ τι ἐς τὸ ἱερὸν κομίζουσιν οὐ νυκτί, καὶ ΟΙΝΟΥ ΚΡΗΤΗΡΑΣ ἐσάγουσιν ἀπὸ τῆς πόλεως πᾶσαν. v. Pauſan. Lib. VII. cap. 27. p. 595. Athenis conſpicitur Bacchus δᾷδα ἔχων. Lib. I. cap. 2. pag. 6. quomodo depingitur ab Euripide in Bacchis vs. 146. Ὁ Βακχεὺς δ' ἔχων Πυρσώδη φλόγα πεύκας. Soph. OEd. Tyran. 222. Τᾶς δ' ἰπόπωλον γᾶς οἰκέτορα Βάκχον ἴυιον μαινάδων ἁμίσολον ΠΕΛΑΣΘΗΝΑΙ ΦΑΕΓΟΝΤ' ΑΓΑΛΑΣΠΙ ΠΕΥΚΑ. Hinc a Tragicis & Comicis inducitur χορεύων ἐν πόλεσι Πέρσαισιν καταπεδᾶν. v. Spanh. ad Ariſtophan. Ran. 1243. & inde ἐν τῇς Λυκείοις ἀγῶσι δ' Διονύσου ὁ ἀκόλουθ@ κατίχων λαμπάδα, λέγει, Καλεῖτε θεόν, καὶ οἱ ὑπακούοντες βοῶσι, Σεμελῆ Ἴακχε πλουτοδότα. v. Schol. ad vs. 482. De Bacchi poculo fabulam vide apud Tzetzen ac Meurſ. ad Lycophron. vs. 273. In Arcadiae urbe Megalopoli Polycletus Argivus Jovis ſtatuam ad Bacchi imaginem hoc modo expreſſerat, teſte Pauſania Lib. VIII. c. 31. p. 665. Κάθηται τε δὴ ἐπὶ ὑποδήματος ἐπὶ αὐτῷ, καὶ ἔχει τῇ χειρὶ ἑκατέρᾳ, τῇ μὲν κέρας θύρσου. Κάθηται δὲ κἀτὸς ἐπὶ τοῦ θρόνου.

7 RACEMUM EXTRICABAT] Suſpecta mihi poſterior vox. Mallem, *exprimebat.* MUNCK. Praeterea Baccho datur haſta armata cuſpide & hederâ obvoluta, quam Thyrſum vocant. Vide

## XX. *De AEſculapio.*

AEſculapius dictus eſt filius Apollinis, [1] qui deus medicinae & medicorum putabatur. Ejus imago erat homo quidam [2] cum barba valde prolixa; indutus [3] habitu medici, [4] ſedens; in cujus ſinu erant pyxides unguentorum, & alia inſtrumenta ad medicum pertinentia. cujus manus dextra barbam tenebat, ſiniſtra vero [5] baculum cum ſerpente geſtabat intorto.

## XXI.

de G. Cuperi Harpocratem p. 122. Broukh. ad Propert. II. XXIII. 34. Unde Euripides in Bacch. v. 305. Bacchum depingit – ἐπὶ Δελφῖσιν πίτυσσι Πηδῶν᾽ ἐν πεύκαισι δικόρυφον (male citat Spanh. ad Ariſtoph. Ran. vs. 1243. δικορυφόων) πλάκα βάλλοντ᾽, καὶ ΣΕΙΟΝΤΑ ΒΑΚΧΙΟΝ ΚΛΑΔΟΝ, i. e. quatientem Baccho propriam haſtam cuſpide, hedera quam tegit, armatam, quam κλάδον vocat Euripides, quia οἱ θύρσοι ſunt κλάδοι, ὡς ϖῶς τοῖς ἐν Διονύσῳ τελεταῖς φέρεσιν. V. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. 310. Imo praeter Minervam, ut vidimus cap. VIII. & Bacchum, haſtis armati depinguntur etiam Dioſcuri. hinc enim Gonippum & Panormum juvenes Andanienſes ϖὸ ταῖς χερσὶ δόρατα ἔχοντας Lacones credebant eſſe Dioſcuros. v. Pauſan. Lib. IV. cap. 27. p. 344.

## Ad CAP. XX.

1 QUI DEUS MEDICINAE] Lege *quia deus Medicinae.* aut potius *qui* hic idem valet, quod *quia*, quem pronominis uſum jam oſtenderunt Munckerus ad Hygini fab. 73. & Elegantiſſimus Wopkenſius Lib. I. Lect. Tull. cap. 4. p. 19. & 20. Albricum inluſtrant Pauſaniae verba Lib. VII. cap. 23. p. 583. Ἐν πύτῃ δὲ Ἀσκληπιῷ ϖαῤ ἱερῷ ἐς ἀνθρωπολογίαν ἀφίκηϖαι ἀνήρ μοι Σιδώνιος, ὃς ἐγγυτέρω τὰ ἐς τὸ θεῖον ἔφασκε Φοίνικας καὶ τά τι ἄλλα Ἑλλήνων βέλτιον, καὶ δὴ καὶ Ἀσκληπιῷ ϖατρὸς μὲν σοφὰς Ἀπόλλωνα ἐπιφημίζουσι, θυηϖὸν δὲ γυναῖκα ἀθάνατον μητέρα. ΑΣΚΛΗΠΙΟΝ μὲν δὴ ἸΑΕΡΑ χθόνιόν τε ἀνθρώϖῳ εἶναι καὶ ϖᾶσιν ὁμοίως ζώοις ἐπιτήδειον ϖρὸς ὑγίειαν. ΑΠΟΛΛΩΝΑ δὲ ΗΛΙΟΝ, καὶ αὐτὸν ὀρθότατα ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ ΠΑΤΕΡΑ ἐνομίζομεν, ὅτι ἐς τὸ ἀρκοῦν ταῖς ἄλλαις ϖοικίλον καὶ ἥλιον καὶ θρόνον μεταδίδωσι τῇ ἀέρι ὑγιείας. Ἐγὼ δὲ ἀποδείξω μὲν τὰ εἰρημένα, ἔστιν δέ τι φυτὸν μᾶλλον, ἢ καὶ Ἑλλήνων οἶδα ϕησὶ λέγων ἔφη. ἐπεὶ καὶ ὁ Τιτᾶν τῆς Σικυωνίων τὸ αὐτὸ ἄγαλμα Ὑγείας τε νομίζεσθαι, καὶ παιδὶ εἶναι δῆλα, ὡς τὸν ἥλιακὸν θρόνον ἐπὶ γῆς ὑγιῆ ϖοιεῖντα ἀνθρώϖους.

2 CUM BARBA VALDE PROLIXA] Priap. carm. 36. *Intonſa ſemper AEſculapio barba eſt.* Apud Sicyonios tamen ſimulacrum ejus imberbe ex auro & ebore confectum fuiſſe Pauſanias tradit. Exhibet quoque caput ejus imberbe nummus Nicomedenſium apud Spanhem. p. 181. MUNCK. A Tithorenſibus AEſculapius Ἀρχαγέτας dictus, colitur χθόνια ἔχων, κλίνῃ ϖὸ δεξιᾷ κεῖται δὲ ἀγάλματος. Pauſan. L. X. c. 32. pag. 879. *In urbe Elatea Barbatus AEſculapius colitur.* Lib. cod. cap. 34. pag. 886. De AEſculapio puero, inberbi, G. Cuperus in Harpocrate pag. 78. 79. 80. Hinc AEſculapio (puero) dantur πλοκάμων εἵλικες, χάρισιν ῥόμβοι, οἱ μὲν ἐς ταῦρε τεθηλότες ἄφρῳ κέχυνται, οἱ δὲ ὑπὲρ μετώπου ϖρὸς τὰς ὀφρῦς ἐτιμῶντο τῆς ὁμωνυμίου εἱλῆσται. v. Calliſtrati ſtatuam X. Apud Phliaſios conſpicitur etiam AEſculapii ſtatua, ἐκ ἔχοντός ϖω χθόνια. v. Pauſan. Lib. II. cap. 13. pag. 141. qui Lib. VIII. cap. 25. p. 651. narrat in Thelpuſio agro Ἀσκληπιῷ ϖαιδὸς εἶναι ἱερὸν ad ſepulcrum Trygonis, quo AEſculapium expoſitum, & ab Autolao ſublatum nutrierat. Apud Arcadas in vico Gortyne AEſculapius conſpicitur ἐκ ἔχων ϖω χθόνια, καὶ Ὑγείας ἄγαλμα, ut legendum. cap. 28. p. 658. Apud Epidaurios cum barba aurea conſpiciebatur, quam demit Dionyſius Tyrannus, quia Apollo in omnibus finis imberbis erat. Vide Ciceron. III. N. D. 34.

3 HABITU MEDICI] Pauſan. Lib. II. cap. 26. p. 172. Τὸ δὲ ϖὸ Βαλακράγεως ταῖς Κυπαίραν ἐστὶν Ἀσκληπιὸς καλούμενος ΙΑΤΡΟΣ. quo titulo & ejus pater Apollo decoratur. v. Spanh. ad Callim. H. Apoll. 46. & in Del. 214.

4 SE-

## XXI. *De Perſeo.*

Perſeus etiam filius Jovis inter deos adnumeratus eſt: qui rex Aſiae dives & praepotens, qui & navibus multas regiones tranſivit, & Aphricam debellavit. qui & tres ſorores illud regnum tenentes ſua ſapientia occidit, quae Gorgones dictae ſunt: quae unum ſolum oculum habentes, homines ſe adſpicientes vertebant in ſaxa. [6] Hic enim tali imagine figurabatur. Erat homo [7] juvenis alatus & volans, quaſi navis diſcurrens, & alarum utens volatu. cui adſiſtebat Minerva, ſapientiae dea. Hic vero armatus, [8] cryſtallinum ſcutum ante oculos

4 SEDENS] Deorum ſtatuae & imagines ſaepe ſedentes exprimebantur. Sic Athenis Minerva ſedens ab Endoeo Daedali diſcipulo expreſſa eſt. Pauſan. Lib. I. cap. 26. p. 62. Prope Mycenas templum eſt, in quo ἄγαλμα τῆ Ἥρας ἐπὶ θρόνου κάθηται, μεγίθει μέγα, χρυσῦ μὲν τὸ ἐπιφανὲς, λιθοξοϊκῆ δὲ Πολυκλείτε ἔργον. Lib. II. cap. 17. pag. 148. Alia exempla dabit cl. Arnaldus cap. 12. de Dis paredris. Inprimis vero AEſculapius, ut recte notat Albricus, depingebatur ſedens. Pauſan. Lib. II. cap. 23. pag. 163. Τὸ δὲ ἐπιφανέστατον Ἀργείοις τῶν Ἀσκληπιείων ἄγαλμα ἐφ' ἡμῖν ἔχει ΚΑΘΗΜΕΝΟΝ ΑΣΚΛΗΠΙΟΝ, λίθου λευκοῦ, τέχνη πατρὸς αὐτὸν Ὑγιεία. AEſculapii thronum apud Epidaurios deſcribit Pauſan. Lib. II. cap. 27. p. 173. Apud AEginetas ſedens conſpicitur. vid. cap. 30. pag. 180. ſtantis tamen AEſculapii ſimulacrum eſt apud Epidaurios, quod deſcribit Pauſanias Lib. III. cap. 23. pag. 271. Item in Arcadiae urbe Megalopoli. v. Pauſan. L. VIII. c. 32. p. 667. Sed ſciendum eſt, Deorum ſimulacra, nunc ſtantia, nunc ſedentia, a ſtatuariis, fictoribus, & pictoribus, aut laſciviens Poëtarum ingenium ſecutis, aut ex propria libidine, eſſe expreſſa. Conſule Celeb. P. Burm. in Diſſ. de Jove Fulgurat. cap. 13. Sic apud AEgiratas plura AEſculapii ſtantis ſimulacra reperiuntur. V. Pauſan. Lib. VII. cap. 26. pag. 592. Solis pictoribus ac ſtatuariis etiam inputandum eſſe, quod Gratiae antea cum veſtibus, poſtea nudae depictae fuerint, ſtatuit idem L. IX. c. 35. pag. 781. 782.

5 BACULUM CUM SERPENTE INTORTO] Schol. Ariſtoph. in Plut. vs. 733. Κυπᾶς μὲν πᾶσι τοῖς ἄλλοις δράκοντες παρίδρυτο· ἑκατὸν δὲ τῷ Ἀσκληπιῷ. δρακόντιον δὲ λέγουσι ἀπὸ τῆς δίκης, ὅ ἐστι βλίτον. ἐχθρικὸς γὰρ τὸ ζῶον. ἀπίρυται δὲ τῷ Ἀσκληπιῷ, ἐπειδὴ τὸ γῆρας ἀποδύεται. Καὶ ὁ ἰατρικὸς δὲ φυλάττει φύσει τὸ ἔθος, ἐχιδνῶν τὰ τεκόμενα. Ibidem tradit ad vs. 685. & hoc idem interpres, fuiſſe τὸ Ἀσκληπιεῖον ἀπὸ σιφωνοφορίδος, ὡς ἐγκίων αἴτιον. Confer Spanhem. in de Numm. praeſt. p. 175. MUNCK. Pauſan. Lib. II. cap. 10. pag. 134. apud Sicyonios ὁ θεὸς ἔστι μὲν ἔχων ῥόπαλον, χρυσῦ καὶ ἐλέφαντος Καλάμιδος ἔργον. ἔχει δὲ καὶ στέφανον, καὶ ἐπὶ τῆς ἑτέρας χειρὸς ΠΥΤΟΣ καρπὸν τῆς ἡμέρας, φασὶ δὲ σφίσιν ΕΚ ΕΠΙΔΑΥΡΟΥ κομισθῆναι τὸν θεὸν ἐπὶ ζεύγους ἡμιόνων, ΔΡΑΚΟΝΤΙ εἰκασμένον. cap. 27. pag. 172. 173. de AEſculapio apud Epidaurios, κάθηται δὲ ἐπὶ θρόνου βασιλείου κεχρυσῶν, τὸν δὲ ἕτερον τῶν χειρῶν ἐπὶς κεφαλῆς ἔχει ΤΟΥ ΔΡΑΚΟΝΤΟΣ, καὶ οἱ κεῖται παραπλησίως στεφάνη. Adde cap. 28. p. 175. De AEſculapio autem Epidaurio & angue confer Plutarch. Quaeſt. Rom. Tom. II. p. 286. cum Pauſania Lib. III. cap. 23. pag. 270. De angue, AEſculapio qui ſacer dicitur, conſule etiam G. Cuper. in Harpocrate pag. 57. Vide de ſceptris AEſculapii & Hygiae, quae draconibus cincta ſemper exprimuntur, Pauſan. Lib. IX. c. 39. p. 789.

## Ad CAP. XXI.

6 HIC ENIM TALI &c.] Malim, *hic autem* &c. Sed & infr. cap. 22. *Centauri enim* pro *autem* invenies. MUNCK.

7 JUVENIS ALATUS ET VOLANS] In Arca Cypſeli ἀδελφὰ Μιδείας ἔχουσα πλοῖα, ΠΕΤΟΜΕΝΟΝ ΠΕΡΣΕΑ διώκουσα εἰκή. Pauſan. Lib. V. cap. 18. p. 423.

8 CRYSTALLINUM SCUTUM] AEneum ſcutum fuiſſe vult cum Apollod. Lib. II. tum & Zenob. Cent. I. 41. Πρὸς τοῦτο, inquit, ὁ Περσεὺς ἀπιὼν ἐφορμᾶται, ὃς βλέπων εἰς ἀσπίδα χαλκῆν, ὅτι ἂν τὸν αὐτὸν τῆ Γοργόνι ἴδηται, τὸν χρῶτα ἵστησι. Et Ovid. IV. Met. vers. 782. *Sed tamen horrendae clypei,*

los deferens, [1] telo falcato [2] tres foeminas virgines, ſcilicet ipſas Gorgones, decollabat, Sthenonem, Euryalem & Meduſam: & hae poſt habebant homines ſemiconverſos in lapides. Hic caput Meduſae ablatum in haſta deferre videbatur. [3] De ſanguine vero Gorgonum equus alatus, nomine Pegaſus, naſci videbatur: qui ungula terram fodiens, fontem erumpere faciebat, qui Caſtalius dictus, Muſis ad potum productus eſt.

## XXII.

*clypei, quod laeva gerebat, AEre repercuſſo, formam aſperiſſe Meduſae.* Cum Albrico loquitur Schol. German. *Quidam Perſeum à Minervâ miſſum dicunt, & ab eâ clypeum vitreum accepiſſe, per quem videre, nec videri ab Gorgonibus, poſſet.* MUNCK.

1 TELO FALCATO] *Harpe*, & quidem adamantinâ, ut eſt apud Apollodorum. *Falx* eſt Hygino Aſtron. Lib. III. cap. 11. Nimirum ἄρπην ὁρίσασαν interpretatur Heſychius. Schol. Hom. ad Iliad. T. vers. 350. Ἄρπη] Εἶδος ὁρίου. Τινὲς ἰκτῖνον καλοῦσιν, ἕτεροι δὲ φάλκα. λέγεται δὲ καὶ ὁρίσασαι. Heſychius: Ἅρπη, ἄκμων, ὁρίσασαι, ἢ ὁρία ζῴου καὶ λαβίνης. Lego, καὶ τινὰς ἰκτῖνος. Lucianus in Dialogo Tritonis & Nereidum. Ἡ Ἀθηνᾶ δὲ ἐπὶ τῆς ἀσπίδος ὑπεστιλβώσης, ὥσπερ ἐπὶ κατόπτρου, παρίσχει αὐτῇ ἰδεῖν τὸν εἰκόνα τῆς Μεδούσης. Εἶτα λαβόμενος τῇ λαιᾷ τῆς κόμης, ἑτέρᾳ δὲ τὸν εἰκόνα, τῇ δεξιᾷ τὸν ἅρπην ἔχων, ἀκίνητον τὸν κεφαλὴν αὐτῆς.* MUNCK. Falcatum enſem vocat Ovidius Lib. IV. M. 726. ubi vid. celeb. P. Burm.

2 TRES FOEMINAS VIRGINES DECOLLABAT] Pugnat hoc cum omnium veterum mythologiâ. Ut ſola mortalis erat Meduſa, ita ſola etiam capite truncata. Apollodorus: *Μόνη δὲ αὕτη θνητὴ Μέδουσα. Διὰ τοῦτο ἐπὶ ταύτης κεφαλὴν Περσεὺς ἐκόμισθη.* MUNCK.

3 DE SANGUINE GORGONUM] Immo ſolius Meduſae. Vide quae annotavi ad Lactant. Argum. Lib. IV. fab. 16. MUNCK.

## Ad CAP. XXII.

4 IN DEORUM COLLEGIO ANT. ADC.] A Minerva quae Herculi fuit *σύμμαχος*. v. Pauſan. Lib. VI. c. 19. p. 500. & Lib. VIII. cap. 18. p. 635. dicitur in coelum deductus eſſe, propter monſtra virtute domita. v. Lact. ad Statii VIII. Theb. 514. Hinc apud Laconas conſpicitur *Ἀθηνᾶ ἄγαλμα Ἡρακλέα συνεισποιοῦσα δὴ τούτῳ θεοῖς.* v. Pauſan. Lib. III. cap. 18. pag. 255. Quomodo Bacchus a Mercurio (conſer Lib. V. cap. 17. pag. 419. cum Pauſaniae loco laudato.) Hyacinthus a Parcis, Horis, Venere, Minerva ac Diana. Pauſan. Lib. III. cap. 19. p. 257. qui pag. 258. de noſtro Hercule notat: *πεποίηται δὲ ἐπὶ θρόνου καὶ Ἡρακλῆς ὑπὸ Ἀθηνᾶς καὶ θεῶν τῶν ἄλλων καὶ αὐτοῦ ἀγάλματος ἐς οὐρανόν.* Berenice a Venere Theocrit. Idyll. XV. 107.

5 INNUMERAS PRONITATES] *Τὰς ἀρετὰς* puta. *Virtutes* melius dixiſſet, cum fortitudo intelligi debeat, ſive fortia facinora. Juſtin. Lib. VI. cap. 3. *Porro Piſandrus pro conjunctione Ageſilai etiam virtutum ejus aemulator erat.* Et cap. 8. *Nec poſtea virtutibus, ſed cladibus inſignes fuere.* Ἄθλους Graeci vocant, vel etiam *ἆθλα*, unde & *athla* Hygínus dixit cap. 30. vel antiquarius aliquis, cum lemmata capitum ab alio quam Hygino concepta videantur. *AErumnae* ſunt Auſonio Eidyll. XIX. *labores* Senec. in Apolocynthoſi. Quia autem laborioſa Herculis vita *fuit*, & *ipſe* fortitudinis exemplar, inde *labor Herculeus* apud Horat. Lib. I. Od. 3. *virtus Herculea* apud Fulgent. Lib. II. cap. 5. pro Hercule ipſo, idque more Graecorum. Homer. Iliad. N. vers. 248. *Τὸν δὲ σθένος εἶδεν Ἰδομενῆος.* Non cepit elegantiam interpres, cum vertit: *Hunc autem alloquta eſt potentia Idomenei.* MUNCK. Recte Herculis imaginem depicturus Albricus, ejus labores nobis proponit; Herculis enim imago ſaepe exprimebatur variis ejus adpictis laboribus, cui imagini ne Herculis quidem adſcribebatur nomen, quia ex laboribus ejuſque habitu ſatis cognoſci poterat. Audi Pauſan. Lib. V. cap. 17. pag. 421. 422. de Herculis imagine Cypſeli arcae inſculpta: *Τὸν ὕδρᾳ δὲ, τὸ δὲ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τῇ Ἀμυμώνῃ θυρεόν, Ἡρακλεῖ τοξεύοντι Ἀθηνᾶ παρίστηκεν. ὅτι δὲ Ἡρακλῆς οὗτος οὐκ ἀγώνων τῶν ἆθλα χάριν, καὶ ἐπὶ τῇ χειρὶ, τὸ ὅπλον οὐκ ἔστιν ἐπ' αὐτῇ γεγραμμένον.* Hinc Pauſanias Lib. V. cap. 19. p. 426. *Τοξεύοντα δὲ ἄνδρα Κενταύρων, τὸν δὲ καὶ ἀπειθοῦντα ἐξ αὐτῶν, ἆθλα Ἡρακλέα τινὰ τῶν τοξεύοντα, καὶ Ἡρακλέους εἶναι τὸ ἔργον.* Confundit vero Herculeorum laborum ordinem Albricus, & athlis ejus parerga miſcet, ut patet ex Hygini fabula XXX. & XXXI. Sed deceptus eſt ab artificibus, qui non omnes Herculis labores ſimul,

## XXII. *De Hercule.*

Hercules Jovis filius dictus eſt, quem [4] in deorum conlegio antiqui adceperunt, propter ejus quaſi [5] innumeras probitates, quae inferius per ſingulas depictae ſunt. Hercules enim [6] herocleos, quod eſt virorum gloria fortium. Prima igitur ejus victoria notabilis fuit, quando in nuptiis Centauros ibidem exſiſtentes & inebriatos, qui [7] dominas invitatas volebant violenter obprimere, [8] clava pro majori parte mactamul, ſed quaedam ex athlis, quaedam etiam aliquando ex ejus parergis exprimebant, quod Hercules parerga perfecit, dum in duodecim laboribus occupatus erat. V. Diodorum Siculum Lib. IV. pag. 220. & ſeqq. Apud Thebanos de Praxitele haec narrat Pauſanias Lib. IX. cap. II. pag. 732. 733. Θηβαίοις ὃ τὰ ἐν τοῖς ἀστοῖς Πραξιτέλης ἐποίησε τὰ πολλὰ τῶν δώδεκα καλουμένων ἄθλων· καὶ σφίσι τὰ ἐς τὰς ὄρνιθας οὐδεὶ τὰς ἐπὶ Στυμφάλῳ, ᾗ ὡς οὐάθημεν Ἡρακλῆς τὴν Ἠλείαν χόρευε· ἀντὶ τούτων ὃ ἀγὼν Ἀσταῖον πάλης ἐποίησαν. Varii Herculis labores apud Laconas in Minervae templo, in quo ἐπέζωσαν τῇ χαλκῇ πολλὰ μὲν τῶν ἄθλων Ἡρακλῆς, πολλὰ δὲ ᾗ αὐτὸν Ἰολάοντες κατέρξασι. V. Pauſan. Lib. III. cap. 17. p. 250. Varii Apollinis Amyclaei throno erant inſculpti, quos recenſet Pauſan. cap. 18. p. 255. 256. Ut & in templo Jovi Olympio ab Eleis exſtructo. v. Pauſan. Lib. V. cap. 10. pag. 400. In Olympia donaria ſunt ab Heracleotis dicata, nempe Ἡρακλῆς τὸ ἔργον τὸ ἐς τὸ λέοντα τὸ ἐν Νεμέᾳ, ᾗ ὕδωρ τι ᾗ εἰς τὸ κύνα τὸ Ἅιδου, ᾗ τὸν ἐπὶ Ἐρυμάνθῳ ποδαγρὸν κάπρον. v. Pauſan. Lib. V. cap. 26. p. 447.

6 HEROCLEOS] Lego, ἡρώων κλέος. Fulgent. Mythol. Lib. II. cap. 5. *Hercules enim* ἡρακλῆς *Graecè dicitur, id eſt* ἡρώων κλέος, *quod nos Latinè virorum fortium famam dicimus.* MUNCK. Phurnutus de N. D. cap. 31. Ὠνόμασαν ὃ τάχα λέγοντες ἐς τὰς ἥρας, ὡς αὐτῷ ὄντος τοῦ κλείζοντος τὰς ἡσυχίας ποιοῦντος. &c. Propter dracones, quas Juno ei infanti inmiſerat, manibus necatos Argivi Ἡρακλέα ἀπεσηκόσαντο, ὅτι δὲ Ἥρᾳ ἦχε κλέος Ἀλκαῖον ἀπότροπον καλούμενον (v. Serv. & Burm. ad VI. AEn. 392.) Τοῖς μὲν ἀν ἄλλοις οἱ γονεῖς τοὔνομα ἐπέτιθεσαν. Τοῦτο δὲ μόνῳ ἢ ἀρετὴ τὴν ἐπωνυμίαν ἔθηκε. Vid. Diod. Siculus L. IV. p. 218. ſed tamen hunc honorem cum pluribus communem habuit Hercules, ut alibi docuimus.

7 DOMINAS INVITATAS] Uxores Lapitharum ad nuptias invitatas Pirithoi. Vide Hyg. Myth. cap. 33. MUNCK.

8 CLAVA PRO MAJ. P. M.] Centauros ſagittis ab Hercule interfectos eſſe docere videtur ejus imago in Cypſeli arca expreſſa apud Pauſan. Lib. V. cap. 19. pag. 426. Verum tam clava, quam ſagittae & arcus, perpetua Herculis arma erant, unde facile Centauros alii clava, alii ſagittis Herculeis percuſſos eſſe credere potuerint. Sic Albricus clava etiam leonem ab Hercule occiſum docet, quomodo in Heracleenſium nummo Hercules leonem adprehenſum clava conficiens exprimitur. v. celeb. Drakenburg. ad Silii Italici Lib. III. vs. 33. In Elide tamen Ἡρακλῆς δύο εἰσὶν ἀνδριάντες, γυμνοὶ, παῖδες ἡλικίαν· τὸν ὃ ἐν Νεμέᾳ ΤΟΞΕΥΟΝΤΙ ἔοικε λέοντι. teſte Pauſania Lib. V. cap. 25. p. 444. Cum alii allo modo hunc leonem ab Hercule necatum eſſe ſtatuant, ut docui ad Hygini fab. 30. Haec arma ſimul geſtabat Hercules, unde Sophocles in Trachin. vs. 521. de Hercule ait Ἥλθε παλίσφυρτα Θήβας τόξα καὶ λόγχας ῥοπαλόν τε τινάσσων Παῖς Διός. & Apoll. Rhod. I. Arg. vs. 1194.

> Ῥίμφα δ' ὀϊστεύσκε μάλ' ἐπὶ χθονὶ θῆκε φαρίτρην
> Αὐτοῖσιν τοξοισιν, ἔδυ δ' ἀνὰ δέρμα λέοντος,
> Τὴν δ' ὄγε χαλκείοιο ῥοπάλου ἀκαμάτοιο τινάξας.

Ubi Schol. de clava ex Piſandro notat, Πείσανδρος δὲ φησιν ἀδάμαντος εἶναι τὸ ῥόπαλον τοῦ ἡρακλέους. Hinc jam in Elide Herculis ſimulacrum a Thaſiis poſitum ΡΟΠΑΛΟΝ ἐν τῇ δεξιᾷ, τῇδε ἀριστερᾷ χεὶρ ἔχει τόξον. (Cur arcu, ſagittis, ac clava armatus fingatur Hercules, phyſicam docebitur Lector cauſſam a G. Cupero in Harpocrate pag. 56.) Unde, quod apud Laconas exſtat, Herculis ſimulacrum ὡπλισμένον, hiſce armis ornatum fuiſſe, certum eſt. v. Pauſan. Lib. III. cap. 15. pag. 244. Quamquam aliis, praeterquam his armis fuit inſignis Hercules. Diod. Siculus Lib. IV. p. 222. Ἐτίμησαν αὐτὸν δωρεαῖς οἰκείαις ἕκαστοι τῶν θεῶν, Ἀθηνᾶ μὲν πέπλῳ, Ἥφαιστος δὲ ῥοπάλῳ καὶ θώρακι καὶ οἱ ἄλλοι ἐφιλοτιμήθησαν οἱ προσήκοντες θεοὶ καθ' ἑαυτούς. -- Τῶν δὲ ἄλλων Ποσειδῶν μὲν ἵππους ἐδωρήσατο, Ἑρμῆς δὲ ξίφος, Ἀπόλλων δὲ τόξον τι ἔδωκε, καὶ τοξεύειν ἐδίδαξε. Exprimitur Herculis ſimulacrum apud Tegeatas cum cicatrice in femore ex vulnere, quod accepit in pugna cum Hippocoontis liberis, Pauſan. Lib. VIII. cap. 53. pag. 708.

mactavit; unde reliqui timore perculsi fugerunt. [1] Centauri enim, qui dicuntur esse semihomines & semiequi, denotantur homines carnali concupiscentia facti, ut bestiae, qui virtute animi superantur. Secunda victoria Herculis notabilis fuit, [2] quia ipse pugnasse [3] cum leone, ipsumque clava mactasse, & interempto pellem abstuliſſe dicitur. quo deinde spolio incessit semper indutus, in signum victoriae perceptae. In quo etiam ostentatur animi fortitudo, contra quam nulla vis corporea praevalet, quae semper spolium leonis, id est, vim virtutis defert. Tertia Herculis fortitudo est, de qua sic scribitur: Admetus Pheraeorum rex Alcestim habuit conjugem: & dum [4] infirmaretur ad mortem, Apollinis miserationem invocavit; [5] cui sic respondit, nil in hoc ei posse praestare; nisi aliquis de propinquis ejus se pro illo morti voluntarie obferret. quod uxor ejus libenti animo fecit, & se ipsam interemit. Quod Hercules prospiciens, & mulieris [6] tantae fidei compassus, ad inferos descendit, & [7] Cerberum tricipitem sibi ad ostium inferni resistentem, triplici vinctum catena, videlicet singula faucibus intorta, ab ostio abstraxit, & Alcestim ex inferno reduxit. In quo denotatur, quia ratio & virtus animi omnes cupiditates & vitia terrena devincit, & maxime vitium gulae, quod habet tria capita: eo quod gulositas tria exigit, scilicet abundantia quantitate, adsidua tempore, grata faucibus voluptate: quae omnia virtus superat. Et si quid ex infirmitate animi devictum fuerit, etiam ab inferis abstrahit. Quarta fortitudo Herculis scribitur, qua dicitur Hesperides spoliasse, quae fuerant Atlantis regis Aphricae filiae.

1 CENTAURI ENIM] Emenda, *Centauris.* MUNCK.

2 QUIA IPSE PUGNASSE] Lego, *quod ipse pugnasse.* Sic mox habes: *Quarta fortitudo Herculis scribitur, quod dicitur Hesperides spoliasse.* MUNCK.

3 CUM LEONE] Leo deinde Herculi videtur fuisse victoriae seu virtutis suae signum. Sic devictis Orchomeniis leonem e lapide factum dicavit Dianae Eucleae apud Thebanos. Pausan. Lib. IX. c. 17. p. 743.

4 INFIRMARETUR] H. e. aegrotaret. Saepe ita eum alii ecclesiastici scriptores, tum & vetus Bibliorum interpres. Joh. cap. VI. vers. 2. *Videbant signa, quae faciebat super bis qui infirmabantur.* Cap. XI. 2. *Cujus frater Lazarus infirmabatur.* Ergo *infirmari* est ἀσθενεῖν. MUNCK.

5 CUI SIC RESPONDIT] Illis verbis nempe, quae sequuntur. Illustravimus eam lectionem ad Hyg. Mythol. cap. 2. Caeterum pro *cui* reposuerim *qui* vel *qui ei.* Fulgentius in hac fabula Lib. I. cap. 27. *Apollinem deprecatus est. Ille vero dixit se ei aliquid non posse praestare, nisi quis de ejus propinquis ad mortem pro eo voluntarie se obtuliſſet.* MUNCK.

6 TANTAE FIDEI COMPASSUS] Συμπαθὴς. *Compatior, condoleo, congaudeo* verba sunt aliquoties à Cypriano usurpata. Vetus Interpres Heb. cap. X. vers. 34. *Vinctis compassi estis.* MUNCK.

7 CERBERUM TRICIP.] Serv. ad VI. AEn. 395. *Hercules a prudentioribus, mente magis, quam corpore fortis inducitur: adeo ut duodecim ejus labores referri possint ad aliquid: nam cum plura fecerit, duodecim tantum ei assignantur, propter agnita duodecim signa. Quod autem dicitur traxisse ab inferis Cerberum, haec ratio est: quia omnes cupiditates & cuncta vitia terrena contemsit, & domuit: nam Cerberus terra est, quae est consumtrix omnium corporum: unde & Cerberus dictus est, quasi κρεοβόρος, id est, carnem vorans: unde legitur:*

liae. Hae hortum habebant, in quo erant mala aurea Veneri conſecrata, ad quorum cuſtodiam draco numquam dormiens poſitus erat. Quae poma Hercules abſtulit, occiſo dracone. Nam virtus animi non poteſt fructum capere virtutum, niſi malitia prius interimatur, quae jugiter vigilat in cuſtodiam vitiorum. Quinta Herculis fortitudo eſt, qua hydram ſerpentem occidiſſe legitur. Fuit autem hydra, juxta fabulam, in Lerna palude: cui uno caeſo capite, duo excreſcebant. quam dum Hercules gladio vincere non poſſe ſe cerneret, occaſione jam dicta capitum excreſcentium, igne circa eam adpoſito illam exuſſit. In quo intelligitur, quod [8] lacus fuit AEmoniae, cujus aquae vicinas civitates vaſtabant: Hercules vero multa vicina loca in circuitu [9] exuſſit, & ſic aquae clauſit meatus. Nam & [10] Hydra ab hydor, quod eſt aqua, dicta eſt. Sexta victoria ejus eſt, quam obtinuit de Acheloo: de quo fabuloſe dicitur, quod hic Achelous filius fuit Thetidis deae aquarum: cui mater conceſſerat, ut cum adverſario pugnans, quamcunque formam vellet, ſumeret. qui contra Herculem ſecum pugnaturum formam [11] tauri ſylveſtris induit: cum quo diu Hercules pugnando, ei tandem cornu dextrum evulſit, quod & [12] Copiae deae divitiarum dedicavit. Sed cum Achelous ad fluvium bibiturus adceſſiſſet, videns in aquis ſibi ablatum cornu, ſe ipſum in flumine prae dolore ſubfocavit. In quo intelligitur, quod Hercules fluminis, qui dicitur Achelous, & cujus eruptiones non modice agros obruebant, dum [13] alterum ejus alveum exſiccaſſet, ſua induſtria fertilem reddidit regionem, & ſic fructuum copiam praeſtitit:

*tur: OSSA SUPER RECUBANS: nam oſſa citius terra conſumit.*

8 LACUS AEMONIAE] Forte *Laconicae* ſcripſerat Albricus. Strabo Lib. VIII. Argivorum & Mycenaeorum lacum facit. MUNCK.

9 EXUSSIT] Vide, quid ex Heſiodi Scholiaſte notet G. Cuperus in Harpocrate pag. 56.

10 HYDRA AB HYDOR] V. Serv. ad VI. AEn. 287. Alio modo explicat fabulam Palaephatus de Incredibilib. cap. 39.

11 TAURI SYLVESTRIS] I. e. feri. Firmicus in de E. P. R. pag. 14. ed. Lcid. *In porci ſylveſtris ſpeciem formamque mutatus. Ovis ſylvatica & ſylveſtris* eſt apud Apitium Lib. VIII. cap. 4. *De condimentis ovis ſylvaticae. Ius in oviferum, hoc eſt, carnem ovis ſylveſtris* &c. Gloſſ. Labb. Ἀγριόβις, *ſylveſter, ſylvaticus.* Ita & *porcus ſylvaticus* dicitur à Petronio Fragm. Trag. pag. 36. ed. Blav. *Etiam vide quam porcus ille ſylvaticus totam comederit glandem.* Lego, *totam comederit* h. e. lautam, delicatam. Praeceſſit enim, *ſecutum eſt bos repoſitorium, in quo poſitus erat primae magnitudinis aper, & quidam pileatus, e cujus dentibus ſportellae dependebant duae, palmulis textae, altera caryotis, altera thebaicis plena* &c. Atque haec lota illa glans erat, quam comederat aper. *Lotus* pro *lautus* archaicè dicitur, ut *coda* pro *cauda* p. 39. *Quotidie pejus colonia hac retroverſus creſcit tanquam coda vituli. Copo* pro *caupo* p. 49. *Tanquam copo compilatus. Codex* pro *caudex* p. 57. *Codex, non mulier.* Etiam O & Au promiſcuè in nummis invenit illuſtr. Spanhemius, ut *Foſtulus* pro *Fauſtulus*, & alia; de quibus ipſum conſule in de Numm. Praeſt. p. 80. MUNCK.

12 COPIAE DEAE DIVITIARUM] Vide quae notavi ad Hyg. Myth. cap. 31. MUNCK.

13 ALTERUM EJUS ALVEUM] *Tò ejus* delendum, ut ſana ſit oratio. MUNCK. Conſule Strabonem, qui fabulam explicat Lib. X. p. 703. 704.

tit: Septima Herculis fortitudo eſt, de qua ſic ſcribitur. Erat in Italia quidam latro, nomine Cacus, qui dum Hercules ad Italiam deveniſſet, & ab Euandro rege officioſe receptus eſſet, [1] bobus advectis [2] ex Hiſpania, Geryone peremto, dum Hercules boves in paſcuis cuſtodiret, & ſomno obpreſſus dormiret, Cacus eo dormiente ſecurus exiens de ſpelunca, in qua latebat, plures ex bobus rapuit: quos per caudam averſos capite traxit: ne ex rectis eorum veſtigiis humo preſſis, quo ducti eſſent, deprehendi poſſet: quin potius illos abiiſſe videretur. Verum excitatus Hercules, & furto comperto, veſtigia verſa decernens, eaque inſecutus, ad antrum pervenit, & Cacum ſuis cum bobus latitantem reperit: quem fumum & nebulam eructantem clava peremit, boveſque redemit. Moraliter autem [3] Cacus malus interpretatur: qui latet in ſpelunca, quia numquam malitia liberae frontis eſt. Hercules autem, id eſt virtus, malos interficit, & ſua vendicat: ſed Cacus fumum & nebulam emittit, quia viſui nocent: quia malitia ſemper occultas deceptiones molitur. Octava Herculis victoria ſcribitur, qua [4] alium malum nomine Diomedem mactavit: qui hoſpites advenas benigne recipiebat: & illis hilariter miniſtrabat, vinoque condito inebriabat: dumque gravi ſomno eſſent obpreſſi, illos occidebat: & equabus ſuis in paſtum praebebat. Quo comperto, illuc Hercules adceſſit, [5] & illum clava peremit, ipſumque in paſtum eiſdem ſuis equabus adpoſuit. In quo notatur, qualiter

& Diod. Siculum Lib. IV. pag. 241.

1 BOBUS ADVECTIS] Forte *avectis*. Ut *adducere* pro *abducere*, ita *advebi* pro *avebi* ſaepe dederunt nobis librarii. Hyg. Myth. cap. 8. *Is mulierem advectam domo matrimonio ſuo copulavit.* Puto rectius fore *avectam*; quanquam alterum explicare utcunque conatus ſum in notis meis ad eum ſcriptorem. Juſtin. Lib. XVIII. cap. 7. *Itaque adverſis tanto ſcelere numinibus.* Malim & ibi *averſis*. Virg. AEn. II. *Fractae vires, averſa deae mens.* Cic. ad Brut. epiſt. 16. *Deos averſos eſſe à ſalute Pop. Rom.* Flor. Lib. II. cap. 6. *Averſi à Carthagine dii.* Tib. Lib. III. el. 3. *Audiat averſa non meus aure deus.* Si quis tamen vulgatam lectionem aſſerere velit, adducere poſſit illud Propert. Lib. I. el. 1. *Cum tamen adverſos cogor habere deos.* MUNCK.

2 EX HISPANIA] Pauſanias, Lib. IV. cap. 36. p. 372. Ἐπανδίκασαι δ' ἄρα οἱ τότε πλοῦν τινα συμίγιοι τοῖσδε ἔπεσιν ἢ βοῶν ἀγέλας. — Καὶ Ἡρακλεῖ καλῶ δίκην Ἐρύθειαν βοῶν ἀφαίρεσιν Εὐρυσθέως ἐλάσαι τὴν Γηρυόνου βοῶν τὴν ἀγέλην. Φαίνεται δὲ καὶ Ἔρυξ τότε ἐν Σικελίᾳ δυνατώτατος, ἐξαμοῦ οὗτος ἔχων ἐς τὰς βοῦς ἐξ Ἐρυθείας ἵματα, ὅτι καὶ ἐπάλαιστε ἀφὸς τὸν Ἡρακλέα, ἔβλαπτε ἐπὶ τῇ πάλῃ καταλιμπάνων τάς τε βοῦς ταύτας καὶ ἐχθρὸν τὸν ἑαυτοῦ. Diodorus vero Siculus Lib. V. pag. 298. Balearium incolas deſcribens refert haec ὀργυιᾷ ὁ καὶ χρυσῷ νομίσματα τὸ παρόπαν ὁ χρῶνται, καὶ καθόλα ταύτῃ εἰσάγειν εἰς τὴν νῆσον κωλύουσιν· αἰτίαν δ' τούτου ἐπιφέρουσιν, ὅτι τὸ παλαιὸν Ἡρακλῆς ἐπιστόντων ἐπὶ Γηρυόνῃ, οὐδὲ ΧΡΥΣΑ'ΟΡΟΣ ΜΕ'Ν ΤΙΟ'Ν, ΠΛΕΙ'ΣΤΟΝ ΔΕ' ΚΕΚΤΗΜΕ'ΝΟΝ ΑΡΓΥΡΟ'Ν ΤΕ ΚΑΙ' ΧΡΥΣΟ'Ν. Qui ſecum ipſe diſſidet Lib. IV. p. 224. Χρυσὸν ἐλαβεν ἀπὸ τῆς πλούτου τὴν ἀφορμὴν, ὁ μίσχος τινῶν τιμάτων παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις.

3 CACUS MALUS INTERPRETATUR] Ἑρμηνεύει. Loquitur cum antiquo Bibliorum Interprete. Judic. cap. XII. vers. 6. *Dic Sibboleth, quod interpretatur ſpica.* Joh. cap. IX. 7. *Vade, lava in natatoriâ Siloe, quod interpretatur miſſus.* Caeterum dubium non eſt, quin reſpexerit Fulgentium Albricus, cujus illud eſt cap. 6. Lib. II.

Καικὸς

ter virtus [6] omnium maculam ſuperat, & eadem poena punit vitium, in quo delinquit. Nona Herculis hujuſmodi ſcribitur victoria: Antaeus erat gigas, filius Terrae: cui mater conceſſerat, ut, quotiens terrae proſtratus [7] obcumberet, viribus duplicatis exſurgeret. Cum hoc Hercules pugnat in lucta, eumque bis proſternens, comperit illum exſurgere fortiorem. unde illum brachiis adprehendens, elevatum à terra conſtrinxit ad pectus: & tam diu tenuit ſubſpenſum, donec deficiens exſpiraret. Ponitur autem [8] Antaeus ſub forma libidinis. nam ἀντίον Graece, Latine contrarium ſonat. Et naſcitur libido de terra, quia de carne concepta. Et tactu terrae fortior redditur: quia libido tactu validior excitatur. Sed à glorioſa ſuperatur virtute; quia denegato tactu ad altiora virtutum mens elevata, libidinis concupiſcentiam exſtinguit. Decima victoria eidem Herculi adſcribitur de apro. Erat enim aper terribilis in [9] regione Calydoniae, qui non ſolum ſegetes devaſtabat, ſed obcurrentes homines dentibus lacerabat. Contra hunc procedens Hercules, & diu cum eo pugnans, illum tandem clava mactavit: & quem plauſtrum jugatis bobus trahere nequivit prae magnitudine, ſubjectis humeris, ipſum in civitatem omnibus mirantibus detulit. In quo ſimiliter notatur animi virtus, quae omnia ſuperat & vincit. Undecima victoria eſt; [10] qua de Geryone rege Hiſpaniae triumphavit. De quo ſcribitur, quod ipſe Geryon habebat canem bicipitem, quo omnes ſuperabat. Hunc Hercules (ut fingitur) [11] olla

Καλὸν enim Graecè malum dicimus. MUNCK.

4 ALIUM MALUM ] Tollius ad Palaeph. p. 165. ex MS. Voſſ. *alium centaurum*; & mox *lautè*, pro *bilariter*. MUNCK.

5 ET ILLUM CLAVA] *Et centaurum clavâ* idem ex eodem MS. MUNCK.

6 OMNIUM MACULAM ] Etiam hunc locum ex MS. Voſſiano emendatum it Tollius: *Omnem malitiam ſuperat, & eadem poenâ punit iniquum, in quo delinquit.* Mihi praeterea in *quo* legendum videtur *in qua*. MUNCK.

7 OCCUMBERET] Malim *ſuccumberet*. MUNCK.

8 ANTAEUS SUB FORMA LIBIDINIS] Etiam iſta habet ex Fulgent. Myth. Lib. II. cap. 7. quem vide, ſi tanti putes. MUNCK.

9 REGIONE CALYDONIAE ] Immo *Arcadiae*. Vide quae annotavi ad Hygin. Myth. cap. 30. Alius fuit aper Calydonius, de quo idem Hyginus pag. 739. Anton. Liberal. cap. 2. & Ovid. Met. Lib. VIII. MUNCK. Hinc certe a Pauſan. Lib. IV. cap. 15. p. 317. Hercules dicitur ἔχειν ἐπὶ ΤΟΜΙΩΝ ΚΑΠΡΟΥ τοῖς Ἠλείοις ποιεῖσθαι ὄμνυσι μὴ λαβεῖν παρὰ ἐκείνου. quem jurandi morem imitati ſunt in Elide athletae, & gymnaſii magiſtri. v. Pauſan. L. V. c. 24. p. 441. Pro quibus Tyndareus equi extis utebatur apud eumdem Lib. III. cap. 20. p. 262. Τυνδάρεως δὲ θύσας ἑκατὸν ἵππους, τὰς Ἑλένης ἐξέρχεται μνηστῆρας ἰσὰς ἐπὶ δὲ ἵππῳ τῷ τομίῳ. Fabulam vero ita explicat Heraclides P. Alleg. Hom. p. 453. Οὐκ (Ἡρακλῆς) κάπρον μὲν ἔλαι, τὸν μὲν ἐπικαλέσασθαι ἀνθρώποις ἀκολασίαν. ubi plura. Dicitur etiam haud procul ab hoc loco Hercules latronibus infeſtum *ſatyrum* nomine interfeciſſe a Pauſania Lib. VI. c. 21. p. 506.

10 QUA DE GERYONE ] Prius *de* tollendum. MUNCK.

11 OLLA AEREA PUGNANS] Servius de Geryone ad AEn. VII. vers. 662. *Fingitur bicipitem canem habuiſſe, quia & terreſtri & navali certamine plurimum potuit. Hinc Hercules vicit: qui ideo ad eum fingitur ollâ aereâ transvectus, quod habuit navem fortem & aere munitam.* Χρύσειον δίφρον appellat Apollodorus Lib. II. p. 100. Ed Comm. MUNCK. De Geryonis fabula egi ad Hygin. fab. 30. & ad Albricum cap. 7. Χαλκείῳ λιβάδι, ab Alexandro Epheſio, & ab Euphorione χαλκείῃ ἀκάτῳ Hercules profectus dicitur ad inſu-

lam

la aerea pugnans devicit. [1] cui adhibito cane cum etiam diu pugnaſſet, canem occidit, & regnum Geryonis obtinuit. In quo notatur allegorice, quod dictus Geryon duorum capitum canem habuit, quia terreſtri & navali praelio plurimum potuit. At eum Hercules olla aerea vectus adceſſit, quia navem habuit fortem, qua navigavit, armis aereis munitam. cujus canem occidit, quia potentiam ejus comminuit terra & mari, ejuſque obtinuit regnum. Duodecima & ultima Herculis fortitudo legitur talis: Fuit quidam [2] gigas Atlas nomine, in Mauritania, in monte altiſſimo coelum ipſum contingente: qui coelum, ne caderet, humeris ſubſtinebat: & ſidera, ſi quae cadebant, malleo fixa, coelo reponebat. Quem cum adceſſiſſet Hercules, ille, qui audierat de fortiſſimis illius viribus, rogavit eum, ut, quia feſſus erat coelum ſubſtinendo, ipſum aliquanto juvaret, donec quieſceret. quod Hercules libenter adnuit, & humero ſubpoſito, coelum ſubſtinuit. In quo intelligitur, quia ipſe Atlas [3] aſtrologus peritus fuit: & ideo coelum dicitur ſubſtentaſſe, & ſidera cadentia coelo repoſuiſſe. Hercules etiam fuit aſtrorum artis mul-

lam *Erytheam*, ſive *Erythiam*, boum pulcherrimarum feraciſſimam. v. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 558. qui *ollam* iſtam *aeneam* etiam per genus navigii quoddam explicat. De inſula *Erythia* Herodot. Lib. IV. cap. 8. & quando Hercules ex *Erythia* has boves abegerit, docet Conon. narr. 3. apud Photium p. 425. Sed ad rem. Lebetem hunc aeneum, dictum ab aliis poculum ſive ſcyphum, navigii fuiſſe genus docebunt Athenaeus Lib. XI. Deipnoſoph. cap. 5. p. 469. H. Junius Lib. II. Animadv. cap. 3. pag. 82. 83. & Cl. Kuhnius ad Pauſaniae Lib. III. cap. 16. p. 248. Apud Erythraeos, Joniae gentem, Herculis Tyrii ſtatua colitur ſtantis in rate lignea, de qua pluribus agit Pauſan. Lib. VII. cap. 5. pag. 534. Conſule etiam Diod. Siculum Lib. IV. p. 224.

1 CUI ADHIBITO CANE ] Lego *qui*. Q & C confudiſſe haut raro librarios, diſces ex iis, quae ſcripſi ad Hyg. Myth. cap. 220. Caeterum canis hic *Orthrus* dictus fuit. Apollodorus: Εἶχε δὲ φοινικᾶς βόας, ὧν ἦν βουκόλος Εὐρυτίων, φύλαξ Ὄρθρος ὁ κύων δικέφαλος, ἐξ ἐχίδνης καὶ Τυφῶνος γεγεννημένος. *Gargittium* vocatum ait Pollux Onomaſt. Lib. V. cap. 5. Ὁ δὲ Γηρυόνου κύων, ὁ τὰς βοῦς φυλάττων, ἀδελφὸς ἦν Κερβέρου, ἀπηύδα δὲ ὑφ' Ἡρακλέους. Τὸ δὲ ὄνομα αὐτῷ Γαργίττιος. Καὶ ἔχει μνῆμα ἐν Ἰθακησίᾳ. Caeterum ut Q. & C, ita & Qu & K Graecorum inter ſe commutantur, cuu eadem illorum apud antiquos Latinos, ut hodie quoque apud Gallos, fuerit pronunciatio. Hilarius ſanè *Anquiram* dicit in Fragmentis pro *Ancyram*. Et in concilio Galliae Felicienſi *Niquinta* legi pro *Niceta*. Nec aliâ de cauſſâ *Quiricus* pro *Cyricus*, & *Quirinus* dicitur pro *Cyrinus*. Hinc ergo *Quillenius* pro *Cyllenius* etiam apud Ampelium cap. IX. invenitur ſcriptum, nec tentari forſan à me debuit. MUNCK. Hic canis *Orthus* ab Heſiodo & aliis Heſiodum ſequentibus nuncupatur. v. Schol. Apoll. Rh. IV. Arg. vs. 1399. & Schol. Pindari O. Iſthm. prima vs. 15.

2 GIGAS ATLAS NOMINE ] De hoc Atlante Servius ad AEn. I. vers. 745. *Hic Atlas Iapeti filius in Africâ natus dicitur.* At idem de eodem ad AEn. IV. vers. 247. *AEtheris & diei filius, cui poenae gratiâ coelum impoſitum dicitur, quod, ut quidam volunt, cum Titanibus ſteterit.* Confundit Atlantes. Etiam in Hygini Genealogiâ duo Atlantes ſunt, quorum alter Iapeti & Clymenes filius dicitur, alter AEtheris & Terrae. MUNCK. Apud Eleos in Jovis templo inter Panaeni picturas eſt ὑποκάτω τῆς γῆς Ἄτλας ἀνέχων. παρίστηκε δὲ τῷ Ἡρακλεῖ ὑπολῦσαι τὸ ἄχθος ἐθέλων ὁ Ἄτλαντος. v. Pauſan. Lib. V. cap. 11. pag. 402. Sic Atlas ὑποκάτω τῆς γῆς ἀνέχων & τὰ Ἑσπερίδων μῆλα φέρων caelatus eſt in arca Cypſeli. Cui adpoſitus eſt ἀνὴρ ἔχων τὸ ξίφος, & ἐπὶ τῷ Ἄτλαντι ἡρακλίσκος. I. e. Hercules. vid. Pauſan. L. V. c. 18. p. 423. Apud eoſdem Eleos, ut

multum edoctus, qui ſcientiae comprehendendae [4] plenus gratia ad ultimos terrae fines adceſſit: & cum eodem Atlante de ſcientia conferens, illum in aliquibus juvit, opemque inpendiſſe fertur ad coelum ſubſtentandum.

## XXIII. *De Cerere.*

Ceres dea inter omnes deos deaſque veterum [5] ultimo in ordine poſita eſt: eo quod ejus ſubfragium omni humanae vitae [6] potiſſime veterum eſſe videbatur. Dicitur enim [7] dea frumenti & ſegetum, ac generaliter omnium ſeminum ac frugum, quae terra producit, ſine qua ſpecialiter natura deficeret: ideoque taliter pingebatur. Erat enim in figura matronae praecinctae, & pannis & calceis admodum ruſticanae: [8] ſedens ſuper bovem, qui eſt animal culturae deputatum: quae manu dextra habebat ligonem, ad terram vertendam; & [9] brachio habebat adpenſum calathum cum ſeminibus. Ab ipſo quoque latere dextro habebat duos agricultores, quorum unus ligone terram ver-

ut Pauſan. Lib. VI. cap. 19. p. 499. Ὁ δὲ τρίτος τῶν Θεσπιῶν ἐς ὁ τέτταρτος ἀπὸ τοῦτον ἐποίησε τοὺς Ἐπιδαυρίους. ἔχει μὲν πόλεις ἀνιχόμενον ὑπὸ Ἄτλαντος· ἔχει δὲ Ἡρακλέα ἐς ὀνείρου τι παρὰ Ἐπιμενίδου, τὸν μαλλὸν, ἐς ἀπειλημμένον τῇ μηλέᾳ τὴν θράκισσαν.

3 Astrologus peritus fuit] Servius ad illa Virgil. AEn. IV. 745. Docuit quae maximus Atlas. *Hic* (Atlas) *quod annum in tempora diviſerit, & primus ſtellarum curſus vel circulorum, vel ſiderum tranſitum naturaſque deſcripſerit, coelum dictus eſt ſuſtinere, quia nepotem ſuum Mercurium & Herculem docuiſſe dicitur; unde & Hercules coelum ab Atlante ſuſceptum ſuſtinuiſſe narratur, propter coeli ſcientiam traditam.* MUNCK. Conſule Diodor. Siculum Lib. IV. pag. 233. 234. Pauſan. Lib. IX. cap. 26. p. 749. Inter primos philoſophos recenſetur à Diogene Laertio in prooem. §. 1. Hujus Atlantis imaginem expreſſam proponit Philoſtratus II. Icon. 20.

4 Plenus gratia] Lego, *plenioris gratiae.* MUNCK. Plut. de Iſide & Oſir. Tom. II. p. 367. Διὸ τὸν Τυφῶνα Σοῦ' ἀπὶ Λίγυπτίοις καλοῦσι, ἐπεὶ ἰσὶ καθαιρέσεων ἢ καταβιαζόμενοι, καὶ τὸν μὲν ἥλιον τὸν Ἡρακλέα μυθολογοῦσιν ἐπιλυμῶσι σαρκοβιωτοῦν.

## Ad CAP. XXIII.

5 Ultimo in ordine] Leg. *Ultima in ordine.* MUNCK.

6 Potiſſime veterum] Haec corrupta procul dubio. Fort. *Potiſſimum veteribus.* MUNCK.

7 Dea frumenti et seg.] Hinc apud Athenaeum Lib. III. cap. 26. pag. 109. legimus ἃ τάττε ἀν ὁ Ἄρτε ὁ τῶν καιρῶν ἦν, ἀλλὰ τὰ δημήτερος ὑπὸ τὸ ΣΙΤΟΥΣ καλυμένης ΔΗΜΗΤΡΟΣ, καὶ ΣΙΜΑΛΙΔΟΣ. ὅτως δὲ ὁ Θεὸς παρὰ Σοφοκλεῖ τιμᾶται, ὡς αὐτὸς Πολέμων ἱστορεῖ ἐν τῷ περὶ Μαντικῆς. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ τὸν τῶν Τίτωνος ἐν Σκώλῳ φησὶ τῷ Βοιωτιακῷ ΜΕΓΑΛΑΡΤΟΥ καὶ ΜΕΓΑΛΟΜΑΖΟΥ ἀγάλματα ἱδρύσθαι. Apud Tegeatas templum eſt Cereris ac Proſerpinae, quas deas ibi vocant Καρποφόρους. Pauſan. Lib. VIII. cap. 53. pag. 707. Vide Diodor. Siculum Lib. V. pag. 288. 289. 336. 337.

8 Sedens] Sedens depingitur Ceres. Sic in Argolide eſt, Δήμητρος Πρόσωπον καθήμενον ἄγαλμα ἐ μέγα. Pauſan. Lib. II. cap. 37. p. 198. Libro vero VII. cap. 21. pag. 577. de luco in urbe Patris: Τῶ δὲ ἄλσει ἱερὸν ἔστιν Δήμητρος· ΑΥΤΗ ΜΕΝ ΚΑΙ ΗΠΑΙΣ ΕΣΤΑΣΙ. τὸ δὲ ἄγαλμα τῆς γῆς ἐστὶ καθήμενον. Lib. VIII. cap. 37. pag. 675. conſpicitur apud Arcadas una cum Διονύσῳ Arcadibus propria Dea. Δίονυσον καὶ ἡ Δημήτηρ τὸν καὶ ὁ Θεός, ὃν ἐκ καλίζοντα, καὶ τὸ ὑπόλημμα τὸ ὑπὸ τοῖς ποσὶ ἔχει ἵππος ὁμοίως λίθε.

9 Brachio habebat adpen. calath. cum sem.] Athenaeus Lib. XIV. cap. 3. pag. 618. Σῖμος ὁ Δηλιὸς τὸ περὶ Παιάνων φησὶ, τὰ ἀγαλματα τῆς κεφαλῆς αὐτὰ καὶ αὐτὰ σφυγγόμενα,

vertebat, & alius femina ſpargebat. In manu vero ſiniſtra Ceres tenebat falcem meſſoriam, & baculum ad terendum frumentum: à quo etiam latere erant duo alii agricolae, quorum unus metebat, & alius frumenta baculo triturabat. [1] Erat ergo Ceres inter duas arbores pomis onuſtas. Latere vero dextro deſuper erat Juno dea nubium, imbrem ſpargens per ſata. A ſiniſtro vero erat Apollo, id eſt ſol, ſuis radiis ſegetes exſiccans metendas.

ἀμάλας· συναιρομένῃσι ὃ καὶ τοῖσιν ἐς μίαν ἀμάλην ἀμήσασι δίσμυας, ἄλλος καὶ ἄλλος, καὶ τὴν Δήμητρα ἀπὸ μὲν ΧΛΟΗΝ, ἀπὸ δὲ ΙΟΥΛΩ. ὥσπερ τοῖνυν καὶ τὴν Δήμητρα δύμωάτων τὰς τε καρπὰς, καὶ τὰς ὕμνους τὰς εἰς τὴν θεὸν ἄλους καλοῦσι καὶ ἀέλας. &c.

1 ERAT ERGO &c.] Simulacra Cereris varia fuere. Cereris in Oncio cultae, quae ab Arcadibus Ἐρμιὰς dicitur, ſtatua ita exprimitur juxta Pauſaniam Lib. VIII. cap 25. p. 649. Τὸ μὲν δὴ τῆ Ἐρμιόνῃ, τήν τε κίστην καλαμῶν ἔχει, καὶ σὺν τῇ δεξιᾷ δᾷδα. Apud eoſdem Arcadas Lib. VIII. cap. 37. pag. 675. 676. Ἡ μὲν δὴ Δημήτης δᾷδα σὺν δεξιᾷ φέρει, τὴν δὲ ἑτέρην χεῖρα ἐπιβέβληκεν ἐπὶ τὴν Δίππουσαν. Ἡ δὲ Δίππουσα σκῆπτρόν τε καὶ καλαμῶν κίστην ἐπὶ τοῖς γόνασιν ἔχει· τῇ δὲ ἵππος τῇ δεξιᾷ κίστης. Praecipue apud Phigalenſes cap. 42. p. 686. ajunt καθίζουσῆ μὲν ἐπὶ πέτρᾳ, γυναικὶ δὲ ἐοικυίᾳ τὰ ἄλλα πλὴν κεφαλήν· κεφαλὴν δὲ καὶ κόμην ἵππου ἔχει ἵππος, καὶ δράκοντες τε καὶ ἄλλα θηρία περὶ αὐτὴν ἕρπουσι περιπεφύκασιν τῇ κεφαλῇ. Χιτὼν δὲ διαφανὴς καὶ ἄκρης τὰς πέδας. ὀλφὶς δὲ ἐπὶ τῷ χειρὸς ἦν αὐτῇ, ἀφεστηκὼς δὲ ἡ ὄρνις ἐπὶ τῇ ἑτέρᾳ —— Μέλαινα δὲ ἐπονομάζουσι φασὶν αὐτὴν, ὅτι ἡ Θεὸς μέλαινα εἰδῶτα εἶχε. Cereris Θεσμοφόρου ſtatua Thebis eſt, ὅσοι δὲ ἐς τέρετα ἴσασι σὺν τῷ φωσφόρῳ. v. Pauſan. Lib. IX. cap. 16. p. 742. Cur faces Cereri in manus dentur, non eſt quod quaeras. Inſpice modo praeter caeteros Diodorum Siculum Lib. V. pag. 288. quibus etiam in urbe Phocidis Stiride colitur. Pauſan. L. X. c. 35. pag. 889. Δήμητρος δὲ ἐπίκλησιν Στιρίτιδος ἱερὸν ἔστι σὺν Στιρεῖ. —— δᾷδας δὲ θεὸς ἔχουσα.

FINIS.

# AUGUSTINI VAN STAVEREN

## IN

# MYTHOGRAPHOS LATINOS EXCURSUS VARII,

*Quibus etiam Typothetarum Sphalmata emendata continentur.*

Pag. 2. Lin. 31. A. Adde: Homerus vocavit somnum mortis fratrem Iliad. Ξ. 231. quem Homeri locum ad partes vocat Pausanias lib. III. cap. 18. pag. 253. Τῶν δ' ἀνδριάντων δ' Παυσανίᾳ πλησίον ἐστὶν Ἀμβολογέρως Ἀφροδίτης ἄγαλμα ἱδρυμένον καθ' μαστάκαν, ἄλλα δ' ὕπνου καὶ Θανάτου· καὶ σφᾶς ἀδελφὰς εἶναι καὶ τὰ ἔπη τὰ ἐν Ἰλιάδι ἔχοντα. Qui lib. V. cap. 18. pag. 422. de Cypseli arca, in cujus latere expressa est γυνὴ παῖδα λάθρᾳ καθεύδοντα ἀείρουσα τῇ δεξιᾷ χειρὶ, τῇ δ' ἑτέρᾳ μέλαιναν ἔχει παῖδα καθεύδοντ' ἐοικότα, ἀμφοτέρους διεσταλμένους τοὺς πόδας. Δηλοῖ μὲν δὴ καὶ τὰ ἐπιγράμματα, συνῳδὰ δὲ καὶ αὐτὰ τοῖς ἐπιγράμμασιν ἐστί, Θάνατόν τε εἶναι σφᾶς καὶ Ὕπνον, καὶ ἀμφοτέροις Νύκτα αὐτοῖς τροφόν.

Pag. 3. lin. 29. B. De hoc Atlante consule Diod. Siculum lib. III. p. 193. 194.

Pag. 4. lin. 36. A. Diod. Siculus lib. V. p. 334. de Titanibus: ὑπάρξαι δ' τὰ ἀριθμὸν ἐξ μὲν ἀνδρας, πέντε δὲ γυναῖκας, ὡς μέν τινες μυθολογοῦσι, Οὐρανοῦ καὶ Γῆς ὄντας, ὡς δὲ τοῖς φασὶν, ἐκ τοῦ τῶν Κρήτων καὶ μητρὸς Τιταίας, ἀφ' ἧς αὐτοὺς ταύτης τιτανίχιαν τὴν ἐπωνυμίαν· ἄρσενας μὲν οὖν γενέσθαι τόν τε Κρόνον, καὶ Ὑπερίονα, καὶ Κοῖον, ἔτι δὲ Ἰαπετὸν, καὶ Κρεῖον, καὶ τελευταῖον Ὠκεανόν. ἀδελφὰς δὲ τούτων τάς τε Ῥέαν καὶ Θέμιν, καὶ ΜΝΗΜΟΣΥΝΗΝ, ἔτι δὲ Φοίβην, καὶ Τηθύν. De qua Mnemosyne pag. 335. notat τοὺς δὲ Τιτανίδων φασὶ Μνημοσύνην λογισμὸν εἶναι, καὶ τὰς τῶν ἐνιαυτῶν θέσεις ἑκάστῳ τῶν ἐτῶν τάξαι, διὸ καὶ καλεῖσθαι ἕκαστα, καὶ αὐτὰς ἀλλήλας ἐμιλεῖσθαι. Consule de Titanibus eumdem lib. III. pag. 190.

Pag. 5. lin. 1. B. Post *consule* adde Diod. Siculum lib. IV. pag. 229.

Lin. 26. Post *Pausan. Lib. VIII. cap.* 14. adde, item lib. X. cap. 38. p. 896.

Pag. 6. lin. penult. A. in Munckeri nota pro *Phoeno* lege *Phaeno*. & lin. 3. B. adde; Pausanias lib. IV. cap. 30. pag. 354. Πρῶτος δ', ὡς οἶδα, ἐπεύξατο τοῖς ἵπποις Ὅμηρος Τύχης μνήμην. ἐπεύξατο δὲ τοῖς ἵπποις τοῦ ὕμνου τοῦ εἰς τὸν Δάμιππα, ἄλλας τε τῶν Ὠκεανοῦ θυγατέρας καταριθμούμενος, ἃς ἐμοὶ Κόιν τε Δάμιππος παίζοντι, καὶ Τύχην αἷς Ὠκεανὸς καὶ Ταύτην παῖδα εἶναι, καὶ οὕτως ἔχον τὰ ἔπη.

Ἡμῖς μὲν μάλα πᾶσαι ἀν' ἰμερτὸν λειμῶνα
ΛΕΥΚΙ'ΠΠΗ, ΦΑΙΝΩ' τε καὶ ΗΛΕ'ΚΤΡΗ καὶ ΙΑ'ΝΘΗ
ΜΗΛΟ'ΒΟΣΙ'Σ τε, ΤΥ'ΧΗ τε καὶ ΩΚΥΡΟ'Η
καλὰ κᾶπος.

Pag. 8. lin. 28. A. post v. 164. adde: *Melite* recte pro *Melie* in Apollodoro emendat Luc. Holstenius in notis ad Stephanum Byzantinum pag. 335. De Nereidum numero consulendus Doctiss. Valckenarius Animadv. ad Ammonium lib. III. cap. 1.

Pag. 10. lin. 16. A. post 150. adde, Consule & Diod. Siculum lib. V. pag. 335.

Lin. 23. pro 7. lege 26.

Lin. 30. B. Adde: ab Atlantiis Sol & Luna ex Hyperione & Baſilea Urani & Titaeae, ſive Telluris liberis progeniti eſſe dicuntur. V. Diod. Siculus lib. III. p. 190. 191. ubi plura de Sole ac Luna eorumque parentibus.

Pag. 11. lin. 19. A. poſt *ibi Schol.* adde, Eadem, quae Hyginus, refert Diod. Siculus lib. v. p. 336. Κρόνε ὃ καὶ Ῥέας Αἰγίτην γεννᾷ τὸν τε Ἑστίαν καὶ Δήμητρα καὶ Ἥραν, ἔτι δὲ Δία καὶ Ποσειδῶνα, καὶ Ἅιδην.

Lin. 11. B. poſt MUNCK. adde: Epimenides Cretenſis dicit, Stygem Oceani filiam non Pallanti, ſed Piranti nupſiſſe, & ex eo procreaſſe Echidnen, ſive Hydram. V. Pauſan. Lib. VIII. cap. 18. p. 635.

Pag. 12. lin 11. A. poſt vs. 119. adde: De Tritone plura dabit Pauſanias lib. IX. cap. 20. pag. 749. & de Tritonum forma cap. 21. pag. 750.

Lin. 3. B. Adde: De Arcadibus, qui Jovem & Minervam ſibi vindicant, haec refert Pauſanias lib. VIII. cap. 26. p. 652. 653. In urbe Aliphera Διός τι ἱδρύσαντο Λιχαίτῳ βωμὸν, ὅτι σύνεδρα τὴν Ἀθηνᾶν τιθέντο, καὶ κρίνειν καλοῦσι Τελετηίδα τε ἐπὶ τῷ πολέμῳ Τελέτῃσι οἰκειόμενοι λόγον. Vide omnino lib. IX. cap. 33. pag. 777. in fine. Cretenſes apud Diod. Siculum lib. v. pag. 339. Μυθολογοῦσι δὲ καὶ τὴν Ἀθηνᾶν καθ' ὃν τὴν Κρήτην οὐκ Διὸς εἰ ταῖς παγαῖς ἐκ Τελετηνῆς πεδιάδος γενέσθαι, ἀλλ' ἀπὸ ΤΡΙΤΟΓΕΝΕΙΑΝ ἐπωνυμιαζόντων &c.

P. 13. lin. 31. A. poſt v. adde, Pauſan. Lib. IX. cap. 35. pag. 780. 781. ubi de earum quoque nominibus ac parentibus.

Lin. 27. B. Adde: Mimnermus dicit antiquiores Muſas Coeli, juniores Jovis eſſe filias. v. Pauſan. lib. IX. cap. 29. pag. 766. Alcman Muſas e Coelo & Terra progenitas eſſe docet. vid. Diod. Siculus lib. IV. pag. 215.

Pag. 14. lin. 25. A. poſt *Leucoſiam* adde: Acheloi filias facit etiam Pauſanias lib. IX. cap. 34. pag. 778.

Pag. 15. lin. 10. A. pro hiſce, lege Harpyiis.

Lin. 33. B. poſt 1353. adde: Epimenides Cretenſis Echidnam Stygis & Pirantis filiam facit. v. Pauſan. lib. VIII. c. 18. p. 635.

Pag. 16. lin. 4. A. adde. Spuriam Laji filiam fuiſſe tradunt alii. v. Pauſan. lib. IX. cap. 26. pag. 760.

Lin. 18. poſt. 20. adde. Item Diod. Siculum lib. IV. p. 233.

Pag. 17. lin. 7. A. poſt *cap.* 18. Adde v. & Pauſan. lib. IX. c. 36. p. 783.

Lin. 11. poſt *Caſaubon.* adde; ſed conſule Pauſan. lib. IX. c. 37. p. 784. cum Diod. Siculo lib. IV. p. 218. & Apollod. lib. II. cap. 4. §. 11.

Lin. 18. poſt 1093. adde, & Pauſan. lib. IX. c. 36. p. 783. & deinceps lege *& plura de hac urbe Orchomeno.*

Lin. 23. poſt 130. adde, ſed Pauſanias l. l. appellatam fuiſſe ab Orchomeno Minyae filio refert.

Lin. 11. B. adde: De urbe Arne Boeotiae ac Theſſaliae vide Pauſan. lib. IX. cap. 40. pag. 793.

Pag. 18. lin. 26. A. poſt *creditur*, adde: Vid. Pauſan. lib. IX. c. 34. p. 779.

Pag. 20. lin. 47. poſt *p.* 492. adde: Plures interea Leucotheas fuiſſe finxit fabuloſa antiquitas. Sic Halia Telchinum ſoror, & Neptuni uxor, quae ſeſe in mare praecipitavit, Leucotheae nomine ab indigenis fuit culta. v. Diod. Siculus lib. v. p. 327. qui titulus tribui videtur inluſtribus feminis, quae vitam in mari extinxerunt.

Pag. 21. lin. 6. A. pro *variarant* lege *variarunt.*

P. 23. lin. 19. A. poſt v. 498. adde, Kuhnius ad Pauſaniam lib. I. cap. 24. pag. 56. Laphyſtium Jovem eumdem eſſe cum Jove φυξίῳ docet.

Lin. 48. poſt 200. adde: Varias variorum ſententias ante alios profert Diod. Siculus lib. IV. p. 250. 251.

Pag. 25. lin. 31. A. pro *quartus* lege *quintus.*

Pag. 27. Lin. 34. B. poſt 423. adde: De Liguribus Diod. Siculus lib. v. p. 315. de Curetibus p. 334. de Sardiniae incolis lib. IV. pag. 236.

Lin. 37. poſt *fecerunt* adde, V. Kuhn. ad Pauſ. lib. X. c. 38. p. 898.

Pag. 28. lin. 4. B. poſt 834. adde, *Diod. Siculus* lib. v. pag. 322. 323. *dicit*, Harmoniam Jovis & Electrae ex Atlante progenitae, non vero Martis filiam, Cadmo fuiſſe nuptam.

Pag. 33. lin. 31. A. poſt *Conſulendi* adde, Pluribus de hac fabula agit Pauſanias lib. VIII. cap. 2. p. 601.

Lin. 35. poſt *indicat* adde, item Pauſanias lib. VIII. cap. 53. p. 707. etiam viros Dianae telis interfectos memorat, ſed noſter ſequitur Diod. Siculum lib. IV. p. 275.

Fab. IX. in textu ejuſdem paginae lin. 1. ad *praeter Chloridem* haec obſerva. Duae filiae Chloris & Amycle Latonae beneficio ab aliis dicuntur ſervatae: Sed Pauſanias, Homerum imitatus, nullam e Niobes domo ſuperſtitem manſiſſe cenſet lib. II. cap. 21. p. 160. qui lib. v. c. 16. p. 417. haec adnotat, Μνημονεύουσι δὲ καὶ (Elei) ὅτι Χλωρὶς παίσασα Ἀμφίονι ἐννέα μὲν παῖδας ἐποίησε, σὺν δὲ καὶ ἴσα ἀριθμῷ θυγατέρας φασὶ ἐκ ἀρχῆς. Ἀλλ' ἐς τὰς Νιόβης παῖδας παρέσκαψε κύτταρος μοῖρα γενέσθαι, ὅτε τοῖς ἰχθυσὶ ἐς Ἀργείους ἐβάλοντο.

Pag. 34. lin. 14. A. poſt *Mopſus* adde, Amphionem hunc etiam alium fuiſſe ab Amphione Thebano docet Thomas Gale ad Apollodor. lib. I. cap. 9. §. 9.

Lin.

Lin. 29. Τοῖς *Lib. IX.* praepone: lib. IV. cap. 2. pag. 283. Ἀφροδὶς Νηλέα τ Κρηθέως ϑ Αἰόλης, Ποσειδῶνος ϑ ἱπποκράτει ἀνψιὸν ὄντα αὐτῷ φεύγοντα ἐξ Ἰωλκοῦ Πελίαν ἐδέξατο εἶναι κ τῆς γῆς οἱ ἐδωκε τὰ ἐπὶ ϑαλάσσῃ, ἐν οἷς ἄλλας τε ἔκτισαν πόλεις, καὶ ἡ Πύλος. ἔνθα κ ἔκτισε κ τὸ βασίλειον κατεσκεύασ ὁ Νηλεύς. Conſule & Diod. Siculum lib. IV. p. 270. 271. & adde, Idem Pauſanias.

Lin. 27. B. lege *ἐκείθι*. & lin. 28. adde poſt Μίλητος, Qui tamen ab Hercule in hac pugna interfectus eſſe dicitur. Audi Schol. Apoll. Rhod. I. 156. Ἀναιρεῖ ϑ αὐτὸν Ἡρακλῆς εἰς μονομαχίαν καταβληθέντα ἐν τῇ ἐφόδῳ Πυλίας πολέμῳ, καϑ' συμβουλὴν Ἀθηνᾶς, τῇ μοχλῷ πλήξας ἐμπαγέντα, ὥστε μίλιστον τῇ κίστῃ.

Pag. 37. lin. ult. B. adde, Diod. Siculus lib. IV. qui pag. 253. Amphinomen Jaſonis matrem vocat, ejuſdem nominis feminam inter Peliae filias enumerat p. 255.

Pag. 38. lin. 4. A. adde, De Jaſonis virtute Diod. Siculus lib. IV. p. 244. qui pag. 245. ſcribit quatuor & quinquaginta heroas fuiſſe in navi.

Pag. 39. lin. 26. A. poſt *familiare eſt* adde, v. Mureti lib. I. Var. Lect. cap. 3.

Pag. 42. lin. 22. A. Adde: Vidimus ſaepe antiquiſſimorum heroum confundi aetatem, adeo ut poſteri nihil certi de ea ſtatuere queant. Herculem expeditioni huic interfuiſſe omnes affirmant, & quidem, ut nonnulli volunt, quum jam aliquos labores ab Euryſtheo ſibi inpoſitos obiiſſet, ſaltim ut Valerius Flaccus, poſt confectum leonem Nemeum. Conſule celeb. P. Burm. ad Val. Flacc. I. 34. Si jam animum advertamus ad id, quod narrant Troezenii, Argonautis adeſſe non potuit Theſeus; nam ajunt, ut teſtatur Pauſanias lib. I. cap. 27. pag. 66. Herculem hujus leonis pelle jam indutum Troezenen veniſſe ad regem Pittheum, Theſeo vix ſeptem annos nato. Diverſa plane videtur docere Ptolemaeus Hephaeſtionis apud Photium pag. 485. narrans, ὡς Μενέδημος Ἠλεῖος, Βουΐα υἱὸς Ἀριδίκῃ Ἡρακλεῖ ἐβοήϑει τῆς καλάμης ϑ Λύγκῳ κέντρῳ, ὅτι λάσιος ἦν τ ποταμόν. Οἱ κ συμμαχῆσαι Ἡρακλεῖ ἐπὶ τῆς Λιγυϊκῆς πολέμῳ φασὶ, κ ἀναιρεθέντα ταφῆναι ἐν Λιγύῃ παρὰ λόφῳ δένδρα. ἀγῶνα ϑ ϑεὶς ἐπ' αὐτῷ Ἡρακλῆς ἐπάλαιστι ΘΗΣΕΙ. ἐπεπάλει ϑ ϑ ἀγῶνος χρόμιος, ἱμείρῳ παρὰ τ ϑεατῶν ἐβοᾶ ϑ ΘΗΣΕΩΣ, ἄλλος ἑτέρος Ἡρακλῆς. Qui labor praeceſſit victoriae de Amazonibus reportatae, Argonautica hac expeditione priori, in cujus gloriae ſocietatem inprimis ſeſe obtulit Theſeus. vide quae notamus ad noſtri Hygini fab. 30. quibus adde Pauſaniam lib. V. cap. 11. pag. 401. de Jovis throno a Phidia elaborato agentem ἐπὶ ϑ τ καινίαν τῶν λοιπῶν ὁ λόχος ἐστὶ, ὁ τὸν Ἡρακλεῖ μαχίμους πρὸς Ἀμαζόνας ἀεθλήσας μάλ' ἐν τοῖς ἀμφοτέροις ἐς ἐπίνια ἐπὶ κ ὕπνοι, τίνασσαι ϑ κ Θησεὺς ὁ τῶν συμμάχων τῷ Ἡρακλεῖ. Utinam & nobis Menedemus ille Buncae filius hic adeſſet, qui nos hujus Augeae ſtabuli purgandi rationem doceret.

Pag. 43. lin. 4. B. pro *filiam* lege *filium Telamonem* &

Lin. 5. poſt *pag.* 312. adde, Pauſan. lib. II. c. 29. p. 179. 180.

Lin. 13. poſt *ubi plura* adde, Pauſan. lib. II. cap. 29. pag. 179. narrat, Peleum ac Telamonem, ut matri ſuae, Phoci e Thetidis ſorore progeniti novercae, placerent, fratris ſui de medio tollendi conſilium iniiſſe, ideoque eum ad quinquertium provocaſſe, aſpero lapide pro diſco uſos, & Peleum, cum mittendi partes ei darentur, lapidem ita direxiſſe, ut fratrem Phocum uno ictu percuſſerit. Conſer & pag. 180. & lib. X. cap. 30. pag. 872. Sed quoniam tam Telamon, quam Peleus, huic caedi adfinis erat, uterque in fugam ſe dederunt, & Peleus Phthiam, Telamon vero Salamina petiit, ut praeter Pauſaniam, & Hyginum teſtatur Diodorus Siculus lib. IV. pag. 274.

Lin. 25. poſt B. adde; Litem dirimet Pauſanias lib. II. cap. 29. p. 177. 178.

Pag. 48. lin. 20. A. pro 23. lege 22. & adde: Hunc vero Neleum Codri filium cum Neleo Hippocoontis filio Pylio confundunt, quia juxta Pauſan. lib. VII. cap. 2. pag. 524. Codri filii erant Μεσσήνιος μὲν τῶν ἐν Πύλῳ τῷ πρὸς Κύφῳ καὶ Μιλήτου (ſorte Κύφου ϑ Μιλήτου) Ἀλευτάδαι ϑ ὄντες τῷ ἐσω μοίρᾳ.

Pag. 49. lin. 30. A. dele *tamen*, & lin. 31. poſt *vs.* 628. adde: Conſer de Borea Hismario dicto Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vs. 29. qui ad vs. 423. fabulam de Orythiae raptu explicat. hinc ipſi Thraces vocantur Aquilonis filii. Diod. Siculus lib. V. pag. 323. de inſula Naxo ſcribens ait, ἔκτισαν ϑ αὐτὴν πρῶτοι Θρᾷκες, ἀφ' τινος τοιαύτης αἰτίας μυθολογοῦσιν. Βορέᾳ χρείᾳ παῖδες Βόρης κ Λυκόργου, οὐχ' ὑμομήτριοι.

Pag. 51. lin. 18. B. adde poſt *jegq.* Pauſan. lib. II. cap. 29. p. 178. ait οἱ Μινύαι τὸ ἀνέκϑεν Ὀρχομενίους ὑμωνύμους, κ ἐπὶ Σκαφοῖαν τὴν Λοκρῶν κατάγαντι. Vide & lib. IX. c. 36. p. 783. & de Minyarum nobilitate p. 784.

Pag. 52. lin. 29. B. poſt MUNCK. adde: Diod. Siculus lib. IV. p. 248. ὁμοίως ϑ καὶ τ Ἡρακλέα τιμῆς παραδιδόναι ἐσω ἀϑλίαις ἐξελέσϑαι καϑ' τὸν Ἀτλαν ὑπὸ τῶν Ἀργοναυτῶν ἐπὶ τῆς χώρας ἀπολειφϑῆναι.

Pag. lin. 37. poſt MUNCK. adde. Illa *in Propontide* a maia manu profecta eſſe cum doctiſſimo Swindio ſtatuo, ex fab. 18. quippe tex-

tui adſuta, ubi Hyginus dicit *Lycus rex inſulae Propontidis.* Si & haec Hygini ſunt verba. De Mariandynis Schol. Apoll. Rhodii II. 140. 181. & Euſt. ad Dionyſ. Perieg. 787. & 791. & confer Cellarium lib. III. cap. 8. §. 3.

Pag. 54. Lin. 37. B. lege *qui*, *ut Hyginus paullo ante & fab.* 18.

Pag. 55. l. 43. A. poſt *auſim* adde: De Hercule vero haec adnotat Diod. Siculus lib. IV. p. 245. Τὰς δ' ἂν ἀμιςεῖς συνελθόντας ἑλλὰδ σφῶν αὐτῶν ςρατηγὸν Ἡρακλέα, ἀποκρίναντας κατ' ἀνδρείαν.

Pag. 56. lin. 34. A. Poſt vs. 687. Adde, Diod. Siculus lib. IV. p. 245. de hac navi conſulendus.

Lin. 19. B. Poſt pag. 69. adde, Tzetz. ad Lycophron. vs. 175. p. 24. & Diod. Siculum lib. IV. p. 256.

Pag. 59. Lin. 20. A. lege *ἀραιόν.*

Pag. 61. lin. 34. A. poſt v. 250. adde, Pauſan. lib. VIII. cap. 40. p. 682.

Pag. 62. lin. 36. A. Poſt *Ancaeus alter. Tiphys* ſcribendum eſſe aperte docet Pauſanias lib. IX. cap. 32. p. 774.

Lin. 16. B. poſt 255. adde: Arcadiae regem a quibuſdam dici docet etiam Servius ad III. AEn. 209.

Pag. 63. lin. 19. A. adde: Rem latius exponit Diod. Siculus lib. IV. p. 247. 248. ubi refutat eos ſcriptores, qui filios a patre excaecatos, & ipſum Phineum a Borea, ut is refert, non a Jove eadem calamitate adfectum eſſe finxerunt.

Lin. 17. B. Adde: Hos ἀδελφὰς Κλειτάρας vocat Diod. Siculus lib. IV. p. 247.

Pag. 67. lin. ult. B. adde, Diod. Siculum lib. IV. pag. 250. ἐξιβαλεῖν δ κὰι τῷ τιμῶν τῆς χώρας Φύλακας τοὺς ἐξεςῶτας τῶν ἐκ τῆς Ταυρικῆς, ἀφ' ὧν κ τετρακόσιοι ἀφῆκε τοῖς Ἕλλησι πλανᾶσθαι μόνους· ἀμφιβολῶς δ, ὅτι πυρίκτοιοι ταῦροι ἐπὶ τὸ τίμιον ὑπῆρχον, δεῖκνυσι δ' αὐτοῖς ἐτέρα τὸ δίκας· κὰι μὲν τῶν ταύρων μετειληφότας τῆς ἀκαυμασίας ἐπὶ τὰν τῶν βοῶν ἰχνῶν, κὰι δ τῆς κατὰ τὰν ξυκτοίαν ἀμάρτησιν, πῦρ πνεῖν μυθολογοῦντα.

Pag. 68. lin. 5. B. Pauſanias tamen lib. VIII. cap. 18. p. 636. vocat ἀδάμαστα λίθον εἰς ἰσχυρότατον. Unde quidquid domari ſive frangi nequit, ἀδαμάντινον dici videmus.

Pag. 69. lin. 30. A. adde, Diod. Siculum lib. IV. p. 251.

Pag. 72. lin. 40. A. De hac hiſtoria Diod. Siculus lib. IV. p. 249. 250. 253. 254. 255. 256.

Lin. 24. B. adde, Diod. Siculus lib. IV. p. 248. matrem vocat Hecaten Perſae filiam. vide & pag. 249.

Pag. 73. lin. 9. A. poſt MUNCK. adde, Pauſan. lib. II. cap. 3. pag. 118. 119.

Lin. 34. B. poſt pag. 560. Adde, Pauſan. lib. II. cap. 3. p. 118. & lin. ult. poſt *Apollinis uxor* adde, Vid. Pauſan. lib. I. cap. 28. pag. 68.

Pag. 74. lin. 1. A. pro Θ. lege O.

Lin. 8. B. Pro *Euripedem* lege *Euripidem.* &

Lin. 25. B. Poſt *conſule*, adde Diod. Siculum lib. IV. pag. 257. & 258. pluribus rem narrantem. Item

Pag. 75. lin. 19. A. Adde: Hinc a Pauſania lib. I. cap. 5. p. 13. forſan pingitur cum OEneo Pandionis filio notho, quamquam poſtea ab eodem natu maximus filiorum Pandionis ab eodem vocatur. De AEgeo Oiolyci filio vide Pauſan. lib. III. cap. 15. p. 245.

Lin. 2. B. Adde: Confer Diod. Siculum lib. IV. pag. 251. ubi plura de ejus reditu, de quo diſſentiunt veteres.

Pag. 77. in Textu lin. 6. ad illa Hygini verba fab. 27. REGNUMQUE AVITUM POSSEDIT haec adnota: Hiſtoriam confundit Hyginus, in Athenienſium gratiam a nonnullis confictam, tradentibus, AEetam eſſe in regnum reſtitutum a Medo nepote Perſen trucidante, qui Multis Aſiae, quae ſupra Pontum eſt, locis peragratis Mediam a ſe denominatam occupavit, ut narrat Diod. Siculus lib. IV. pag. 258. 259.

Pag. 78. lin. 15. A. adde: De Gigantibus conſule Diod. Siculum lib. III. p. 203. & lib. V. p. 338. 339.

Lin. 15. B. adde: Viri eruditionis fama inluſtres, Johannes Arntzenius & Thomas Wopkenſius, in literis ad me datis magno verborum honore pro utriuſque humanitate *hanc meam* laudant ac probant emendationem, *in eo tamen* conſentientes, ut *τὸ Naxi* ſubſtituant *τῷ Naxo.* Fateor de eadem emendandi ratione illud *Nathi* proſcripturo mihi in mentem veniſſe. Habebam enim in comperto, Nepotem dixiſſe *plurimum Cypri vixit*, & J. Caeſarem *Pompejum Cypri viſum*: alioſque ita locutos eſſe haud me fugiebat, quod ante cl. Davis. & Oudendorp. ad J. Caeſarem lib. VIII. de B. G. in prol. ad Balbum Voſſius jam in Grammatices inſtitutionibus obſervarat. Sed quia, quem tractabam, erat Hyginus, qui fab. 247. bis dixerat *Delo* pro in inſula Delo, & hunc caſum amare videbatur, *Naxi* reponere non ſuſtinui; credebam enim, ſi *Naxi* typis expreſſum fuiſſet, criticos in *τὸ Naxo* fuiſſe mutaturos. Sed ut, quod res eſt, fatear, nondum mihi diſplicet illud *Naxi*, quare jam perpenſis Artis criticae praeceptis, quae dictant, ut, quantum fieri poſſit, emendans literarum ductus ſequatur, pedibus in horum virorum ſententiam ire non dubito. Ceterum Diod. *Siculus* lib. V. pag. 324. 325. meam emendationem firmat. nam illa inſula, de qua agit, prius Strongyle, poſtea ab his Aloeidis Dia appellata. Deinde *Naxus* dicta fuit. Vide Not. ad fab. 47. ſed Diod. Siculus nullam cervae ab

Apol-

Apolline aut Diana inmiſſae facit mentionem.

Pag. 79. lin. 39. B. adde: Aſius poëta dicit Alcmenam ex Amphiarao & Eriphyle eſſe progenitam. v. Pauſan. lib. v. p. 17. p. 420. Sed quanta in veterum fabulis confuſio! Lyſidice enim Pelopis filia, quae Electryonis uxor, & Alcmenes mater dicitur, Eurymeda vocatur a Diod. Siculo lib. IV. pag. 217. ubi in margine ſcribitur, Εὐρυδίκη, in verſione *Lyſidice*, hujus verſionis auctore alios ſcriptores ſecuto. Denique in alia omnia abit Pauſanias, qui lib. VIII. cap. 14. pag. 627. Lyſidicen Pelopis filiam facit, non Alcmenes, ſed Amphitryonis Alcmenes mariti matrem, de Arcadum fabulis haec adnotans Γενέσ῀ δὲ Ἀμφιτρύωνα ὑὸν Λαοσόμης Ἀλκαίῳ τῆς Γόνυ γυναικὸς Φυσάδῳ῀, ᾗ ὑὸν ὃν τῆς Πέλοπ῀ Λυσιδίκης.

Pag. 80. lin. 28. A. Τῷ *Servius* praepone *Diod. Siculus Lib. IV.* p. 217.

Lin. 32. B. poſt. 147. adde: Conſule Pauſan. lib. IX. cap. XI. pag. 732.

Pag. 81. lin. 6. A. adde, Diodorus Siculus lib. I. p. 21. & lib. V. p. 342. duos Hercules confundi, prioris matrem ignorari, ſed Alcmenae filium, qui multa ſecula poſt Herculem priorem floruit, antiquiſſimi herois veſtigia aequis paſſibus preſſiſſe & ſibi quoque viam ad ſuperos muniiſſe, docet. Adde: De Iphicle plura ſunt memoranda, quibus & alia Herculis facinora ab Hygino omiſſa, inluſtrantur. Hic Iphicles, fertur periiſſe ὑὸ τῇ πρὸς Λακεδαιμονίους μάχῃ a Plutarcho de Frat. Am. Tom. II. pag. 492. quam pugnam latius deſcribit Quaeſt. Rom. pag. 285. Τῶ ΛΙΚΥΜΝΙΟΥ παιδὸς ΟΙΩΝΟΥ λεχθὲ ὑπὸ φυσιλίντ῀ ὑπὸ Τ῀ Ἱπποκοωντιδῶν, (Hercules) ἀναγκασθεὶς μάχην συνάψαι, Τ῀ τι ἄλλων φίλων πολλὰς ἀπέβαλε, ᾗ Τ῀ ἀδελφὸν Ἰφικλέα. Huic conſentit Apollodorus, qui lib. II. cap. 7. §. 3. pag. 131. de hac eadem pugna agens ait ᾗ καθ' ὃν μάχην, αὐτός τε (Κηφεὺς) ᾗ οἱ παῖδες αὐτῷ τελευτῶσι. ᾗ ὡσὰς τέτρις Ἰφικλ῀ ὁ Τ῀ Ἡρακλέους ἀδελφός. Lege Ἰφικλῆς. Ita eum vocat Schol. Pindari O. Nem. I. vs. 54. ipſe Theocritus Idyll. XXIV. 2. Pauſanias lib. III. cap. 15. pag. 244. qui Herculis pugnam cum Hippocoontis filiis propter OEonum occiſum adcurate deſcribit, nullam Iphiclis in hac pugna caeſi facit mentionem, imo in alia omnia diſcedit lib. VIII. cap. 14. pag. 629. Ἰφικλῆς ὃ ὁ Ἰολάου πατὴρ ἐπικα ἐμαχίσατο Ἡρακλῆ πρὸς Ἠλείους τι ᾗ Αὐγίαν τὸν πρωτέρῳ μάχῃ τότε ὑπὸ Τ῀ παίδων ἐπεμέη Τ῀ Ἄκτορ῀· - - - κάμοντα κομίζουσι οἱ περοίκοντες ἐς Φενεὸν ἐσταῦθα ἀπὸ Φενεάτης αὐτὸν Βορέᾳ῀ ᾗ ἃ Τ῀ Βορέᾳ γυνὴ Πρόμνη - - - λαβοῦσα ἐκ Τ῀ τραύματ῀ ἰᾶτο. Sed e Palmerio in Opt. Auct. Gr. pag. 418. Diodorum Siculum Apollodori ac Plutarchi verba firmare diximus. Hic *OEonus* Licymnii filius vocatur ἀνεψιὸς Ἡρακλεῖ a Pauſania, quia, ut teſtatur, Licymnius erat Alcmenae frater: ſed frater Alcmenae nothus vocatur a Pindaro Olymp. Od. VII. 50. ubi Schol. πῶς ὃ τὸν῀ ἀδελφὸς Ἀλκμήνης; Ἀλκμήνη μὲν ἐξ Ἠλικτρυόν῀ ᾗ Λυσιδίκης τῆς Πέλοπ῀ θυγατρὸς, γησίας γυναικός· Λικύμνι῀ ὃ ἐξ Ἠλικτρυόν῀ ᾗ Μιδέας γυναικὸς, Φρυγίας τὸ γένο῀. Vide de eo P. Leopard. IV. Emendat. 9. Jam de OEono Licymnii filio a caeteris diſſentiens haec praedicat Pindarus Olymp. Od. X. 76.

Στάδιον μὲν ἀείσομεν ἐνθένδε μοι,
Ποσὶ πέζαν παῖς ὁ Λικυμνίου
Οἰνῶν· ἔκτα ὃ Μιδέαν
Στεφθεὶς ἐλαίνῳ.

Hoc diſſidium vidit Scholiaſtes τὸν ὃ Οἰνῶν Πίνδαρος, ὡς ἴδιον ἐπεμβάλλον, ἱκέτας φησὶ γάδιον πρὸ τὴν πρώτην θέσιν Τ῀ Ὀλυμπίων, ἵνα οἱ παῖδες εἶεν αὐτὸν, ὑπὸ Τ῀ Ἱπποκοωντιδῶν διεργασθ. Inter eos eſt Pauſanias l. l. Οἰνῶν ἐλικίαν μὲν μικρὰν ἦν - - - ἀφίκετο ἐς Σπάρτην ἅμα Ἡρακλεῖ· πρὸ δὲ ᾗ Διοσκόρους τὴν πόλιν, ὡς ἐγένετο καθ' Ἑ Ἱπποκόων῀ τὴν ἡλικίαν, ἐστασίαζε οἱ κύων ἐπιφέρετο οἰκεῖος· ὁ δὲ τυγχάνει τι ἀφεὶς λίθον ὁ Οἰνῶν, ᾗ καταβάλλει τὸν κύνα· ἐπικθίσει δὲ Ἑ Ἱπποκόων῀ οἱ παῖδες, ᾗ ΤΟΠΑΛΟΙΣ τύπλοιτις κατειργάζονται Τ῀ Οἰνῶν. Apollodorus lib. II. cap. VII. §. 3. p. 130. Τὸν Λικυμνίου παῖδα ἀπέκτειναν, Διομήδ῀ μὲν αὐτῷ τὰ Ἱπποκόων῀ βασίλεια, ἐκδεχομένων κύνων τῶν Μολοσσικῶν ἐπ' αὐτὸν ἐφίεντ, ὁ ὃ βαλὼν λίθον ἐπέτυχε Ἑ κυνός. ἐκτοχάσκοντες ὃ οἱ Ἱπποκοωνίδαι, ᾗ τύπτουσιν αὐτὸν τοῖς ΣΚΥΤΑΛΟΙΣ ἀπέκτειναν. Recte σκυτάλοις utitur Apollodorus ῥοπάλοις, quia caedes haec fiebat a Laconibus, quibus σκύταλον & σκυτάλιον vocabatur ῥόπαλον, ſive βακτηρία ἀκροκαγής. Conſule Suidam & Schol. Ariſtophan. in Avib. vs. 1283. Ligneis autem clavis pro armis uſi fuere antiquiſſimi homines. Vide de Herculis ῥοπάλῳ Diod. Siculum lib. I. p. 21. De Periphetae & deinde Theſei κορύνῃ Plut. in Theſeo pag. 4. Unde Horatius lib. I. Satyr. III. vs. 101. *Unguibus & pugnis, dein fuſtibus atque ita porro Pugnabant armis, quae poſt fabricaverat uſus.* Ceterum de Hippocoontidis nihil addam, niſi quod unus ex Hippocoontis filiis a Plutarcho in Theſeo pag. m. 14. vocatur Ἐυάρεσφορος, cum a Pauſania l. l. p. 243. adpellatur Ἐυαιμοφόρος. Quomodo pro Ἐυάρεσφορος legendum eſt in Apollodoro lib. III. cap. 10. §. 5. Doctiſſ. Th. Gale legit Ἐυαρεσφόρος.

Lin. 2. B. poſt *vs.* 32. adde: Quae recte parerga vocantur, quippe ab Hercule in duodecim laboribus abſolvendis occupato confecta. Sic Antaeum Buſirim & Emathionem interfecit, ex Heſperidum hortis mala aurea petiturus. vid. Diod. Sicul. lib. IV. p. 233.

Lin.

Lin. 13. poſt *Conſule* pone Diod. Siculum lib. IV. p. 217. 219.

Lin. 25. Pro *Euryſthaeo* lege *Euryſtheo*.

Lin. 45. Adde Diod. Siculum, qui lib. IV. p. 260. omnes Euryſthei filios ab Heraclidis interfectos eſſe narrat, & quae notavi in Obſ. Miſc. Vol. X. Tom. III. p. 383. 384.

Pag. 82. lin. 12. A. adde. A Diodoro Siculo lib. IV. pag. 218. Juno inmiſiſſe dicitur, ut a noſtro Hygino.

Lin. 14. B. poſt *Heliconum*, adde: Qui Leo Parnaſius vocatur a Pauſania lib. I. cap. 27. p. 66.

Pag. 83. e textu lin. 4. *Exque ejus felle ſagittas tinxit.* v. Pauſan. lib. II. cap. 37. p. 199. (qui unum huic hydrae fuiſſe caput, ſed Piſandrum Camirenſem, ut miraculum augeret, plura ei dediſſe, cenſet.) & Diod. Sicul. lib. IV. p. 220.

Lin. 29. A. in notis, adde: Forte legendum *ad Treton.* Diod. Siculus lib. IV. p. 219. διέτριβε ὁ μάλιστα μεταξὺ Μυκηνῶν καὶ Νεμέας πρὸς ὄρος τὸ καλούμενον ἀπὸ τῆς συμβεβηκότος ΤΡΗΤΟΝ.

P. 84. lin. 32. A. adde: Herculem vivum hunc aprum in Euryſthei conſpectum adduxiſſe dicit Diod. Siculus lib. IV. p. 220.

Lin. 20. B. adde: Diod. Siculus lib. IV. p. 221. τὴν χρυσοκέρων ἔλαφον vocat, ubi plura de hoc opere.

Lin. ult. poſt *ſtatuunt*, adde: in quibus eſt Piſander Camirenſis. vide Pauſan. lib. VIII. cap. 22. pag. 640. qui pluribus de his avibus agit, ut & pag. 641. Item Diod. Siculus lib. IV. p. 221.

Pag. 85. lin. ult. A. poſt 178. adde, quae ad hunc locum inluſtrandum notavi in Obſ. Miſc. Vol. X. Tom. II. p. 297. 298. Doctiſſimus Wopkenſius mecum per literas communicavit locum Lactantii I. 9. 2. qui eodem modo *egeri ſtabulum* dixit, de quo ſimus egeritur.

Lin. 9. B. poſt 486. adde & Diod. Siculum lib. IV. p. 238. Verum Augeam non ab Hercule interfectum, ſed ſenio confectum e vita exceſſiſſe, docet Pauſanias lib. V. cap. 3. pag. 379. 380. ubi caetera de bello ab Hercule Eleis inlato, in quo etiam juxta quoſdam Dameon Phliuntis filius, qui Herculi opem ferebat, cecidit. v. lib. VI. cap. 20. p. 504.

Lin. 42. adde: Plures habuiſſe adjutores atque operum ſocios putat Diod. Siculus lib. IV. p. 256. qui pag. 221. dicens Augiae ſtabulum, nemine adjuvante, purgaſſe, monſtrat, ſe narrare fabulas de Hercule a poëtis fictas, quibus ipſe nullam fidem habet. Ceterum Jolaum equitandi peritiſſimum Herculis currum rexiſſe praeter citatos a me ſcriptores docet etiam Pauſanias lib. V. cap. 8. p. 393. Confer cap. 17. p. 421. De Jolai ara juxta Alcmenes aram apud Atticos Pauſan. lib. I. cap. 19. p. 44. De templo, quod Hercules Jolao exſtruendum curavit, & divinis honoribus in Sicilia eidem habitis, Diod. Sicul. lib. IV. p. 231. De populo in Sardinia ab hoc heroë Jolaeo dicto, pag. 235. 296. quocum confer Pauſan. lib. VII. cap. 2. pag. 524.

Pag. 86. lin. 38. A. adde: Conſule Pauſan. lib. I. cap. 27. p. 66. 67. & Diodorum Siculum. Lib. IV. pag. 222.

Lin. 5. B. poſt *videndi* adde, Diod. Sicul. lib. IV. p. 223.

Lin 43. lege ab Hercule ac Theſeo.

Lin. penult. adde: Diod. Sicul. lib. III. p. 188. & lib. IV. p. 224. 234.

Pag. 87. lin. 31. B. poſt *adnotavit* addé: Sed vide Diod. Siculum lib. IV. p. 224. 225. qui Herculem Geryoni templum poſuiſſe narrat p. 231.

Lin. 44. De Geryonae cadavere figmentum a Pauſania detectum vide lib. I. cap. 35. pag. 87.

Pag. 88. l. 3. A. ſcribe p. 232. 233.

Lin. 10. Hinc eidem templum Κυνόσαργες videtur Athenis dicatum. Pauſan. lib. I. c. 19. p. 44. De hoc labore Diod. Siculus lib. IV. p. 232. qui alio ordine hos labores enumerat.

Lin. 18. poſt *egere* pone, Diod. Siculus lib. IV. p. 225.

Pag. 89. lin. 8. A. poſt *vs.* 994. adde: Diod. Siculum lib. IV. p. 242.

Pag. 90. lin. 7. B. AEtolis—donaſſe ſcribit Diod. Siculus lib. IV. p. 241.

Pag. 91. lin. 5. A. Amaltheae etymon explicat Diodorus Siculus lib. IV. p. 241. qui latius de Amaltheae cornu agit lib. III. p. 201. 202.

Pag. 92. lin. penult. A. adde: Octo liberis Herculem vitam eripuiſſe dicit Tzetzes ad Lycophron. vs. 662. Pauſanias refert, Thebanos, qui Megarae liberorum ſepulcrum oſtentant, addere, Herculem etiam Amphitryonem de medio fuiſſe ſublaturum, niſi lapide a Minerva miſſo ictus in ſomnum incidiſſet. lib. IX. cap. XI. p. 731. qui lib. X. cap. 29. p. 870. negat Megaram ab Hercule interfectam, ſed dimiſſam eſſe poſt factam liberorum caedem ait, & Diodorus Siculus adjicit Megaram deinde Jolao in matrimonium ab Hercule datam eſſe, eumque deinceps Joles Euryti filiae nuptias ambiiſſe. v. lib. IV. pag. 219. 236.

Lin. 4. B. poſt 474. adde: A Medea Thebis fanatum eſſe Herculem docet Diod. Siculus lib. IV. p. 258.

P. 93. lin. 4. A. adde: Alia itidem Diod. Siculus lib. IV. p. 236. 237. Pauſan. lib. III. cap. 21. p. 265. & lib. X. cap. 13. p. 830. Hinc ab Arcadibus, ut idem lib. VIII. cap. 37. pag. 675. docet colitur Hercules πρόδρομος Ἀπόλλωνος ἀφαιρέτου.

Lin. 28. adde: Secundum Palaephatum cap. 42.

42. Laomeden, ſecundum Diod. Siculum lib. IV. p. 237. Lamum.

Lin. 9. B. poſt 263. adde, Diod. Siculus lib. IV. p. 272. Hippodamiam δ' Βίας vocat filiam.

Lin. 16. poſt *docent*, adde, Diod. Sicul. l. IV. p. 271.

Lin. 18. adde: De alia Lapitharum pugna vid. Diod. Siculus lib. IV. p. 242. qui p. 272. de hac pugna egit.

Pag. 94. lin. 32. A. adde, Pauſan. lib. X. c. 38. p. 895.

Pag. 95. lin. 40. adde: Conſer Diod. Siculum lib. IV. p. 241. 242.

Lin. antepenult. B. adde: Filii, de quibus Scholiaſtes Sophoclis agit, ſunt Toxeus, Molion, & Pytius. v. Diod. Sicul. lib. IV. pag. 243.

Lin. 96. A. Alio modo rem refert Diod. Siculus lib. IV. p. 236. 237. 243.

Lin. 25. B. adde: Lichan occidiſſe ſimpliciter narrat Diod. Siculus l. l.

Pag. 97. lin. 24. A. poſt *Philoctete* adde, Diod. Siculum lib. IV. p. 243.

Pag. 98. lin. 16. A. Herculis immortalitatem Argonautis praedixerat Glaucus. v. Diod. Sicul. lib. IV. p. 251. Ad inluſtranda vero cl. Munckeri, hunc Herculis cum Servatoris noſtri in coelos adſcenſu comparantis, verba in primis facit illa fabula, quam profert Diod. Siculus, qui poſtquam lib. IV. p. 243. de pyra a Philoctete accenſa, adnotaverat, quod ὑπὸ δὲ τῆς κεραυνῶσεως τὸ μὲν ἀθάνατον τοῦ σώματος πάντα καθιφλίχθη, p. 144 haec adjicit μισθὸν τῆς κατέσεως αὐτῷ, Ζεὺς Ἥρᾳ μὲν ἔπεισεν ὑποποιῆσαι τὸν Ἡρακλέα, καὶ τὸ λοιπὸν εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον μητρὸς ἔννοιαν παρέχειν. Denique haec ridenda ſuperius dictis adſuit: τὴν δὲ τέλεσιν αὐτῷ γοῖαι φασὶ τοιαύτην· τὸν Ἥραν ἀναβῆναι ἐπὶ τὴν κλίνην, καὶ τὸν Ἡρακλέα περιλαμβανόμενον πρὸς τὸ σῶμα, διὰ τῶν ἐνδυμάτων ἀφῆναι πρὸς τὴν γῆν, μιμεῖσθαι τὴν ἀληθινὴν γοῖσιν· ἔστι μίγμα δὲ ὕδατος καὶ τῆς βορβόρου, ὅταν Διὸς ὗσιν τοιοῦσαι βέλεσι. Ceterum quae de Hercule in coelos ſublato fabulati ſunt, eadem de aliis finxerunt Ethnici utriuſque ſexus heroibus, ut de Baſilea Solis ac Lunae filia, Diod. Siculus lib. III. pag. 191. πάντων δὲ τὸ μὲν αὐτῆς καθ' ἑλκύσαι, καὶ τινῶν ἀπολειφθέντων δ' ἐμπαθῶν ἐπιγοῖαι πλῆθος ὄμβρου καὶ συνεχοῦς κεραυνῶν πλῆξις. ἐνταῦθα δὲ τὴν μὲν Βασίλειαν ἀφανῆ γοῆσθαι, &c. Modeſtius de Ariſtaeo in coelum evecto loquuntur, ut lib. IV. p. 282. περὶ δὲ τὸ ὄρος τὸ καλούμενον Αἷμον εἰκάσαι τινὰ χρόνον ἄφαντον γοᾶσθαι· καὶ τυχεῖν ἀθανάτων τιμῶν &c. Verum de Romulo in deos relato eadem fuiſſe commentos Romanos quis ignorat? v. Plut. in Romulo p. 34. qui pag. 35. plura hujus mirae in coelum transmigrationis exempla e Graecorum fontibus hauſta profert. quae fabulae manarunt, ut opinor, ex hiſtoria vera Henochi & Eliae, quae puroribus ſacris initiatos non fugit, in primis vero ex Eliae in coelos introitu, de quo lib. II. Reg. c. 2. vs. 11. agitur.

Lin. 34. adde: De Deianirae ſepulcro v. Pauſan. lib. II. cap. 23. p. 164.

Lin. 5. B. Alio modo AEthrae & Neptuni concubitum referunt Troezenii, qui eam inde Minervam Apaturiam dici coepiſſe addunt. v. Pauſan. II. 33. p. 189.

Pag. 99. lin. 30. A. poſt ἀπίκεσθαι adde: Κερκύτην nomen eſſe appellativum ſive cognomen ab armis, quibus utebatur, deſumtum praeterquam ex Plutarcho patet etiam e Diodoro Siculo lib. IV. p. 262. quo cognomine eumdem ob cauſſam inſignitus fuit Areithous, de quo Pauſan. lib. VIII. cap. II. p. 621.

Lin. ult. adde: Hunc Epidaurium fuiſſe, aeque ac Plutarchus, docet Pauſanias lib. II. cap. I. p. 112.

Lin. 11. B. adde: De loco, quo is habitavit v. Diod. Sicul. lib. IV. p. 262. & Pauſan. lib. II. cap. I. p. 111. 112. ubi plura.

Pag. 100. lin. 31. B. Eadem, quae Hyginus, narrat de Procruſte Diod. Siculus lib. IV. p. 262. ubi de Sinnidis propinqui caede purgatus ſit Theſeus, docet Pauſanias lib. I. c. 37. p. 90.

Pag. 101. lin. 1. B. adde, Pauſan. lib. I. cap. 27. p. 66. Καὶ ὃς ἐκεῖ τε Καλυδῶνα καὶ Ἐρύμανθον, καὶ τὴ Κορινθίας τὸ Κρομμυῶνι. Sed in eodem Pauſania lib. II. cap. I. p. 111. ſcribitur τῆς δὲ Κορινθίας ἐστὶ γῆς καὶ ὁ καλούμενος Κρομμύων, ἀπὸ δὲ Κρόμμυ δῆμος Ποσειδῶνος. ubi Sylburgius Κρομμύων & Κρόμμυ legit, ut & Micyllus ad Ovidii locum. Hic aper multos etiam homines confecerat. v. Diod. Sicul. lib. IV. p. 262.

Lin. 8. B. adde: vivum taurum a Theſeo Athenas perductum, & ab AEgeo Apollini immolatum eſſe, docet Diod. Siculus lib. II. pag. 262.

Pag. 102. lin. 29. A. Plura a Talo inventa enumerat Diod. Siculus lib. IV. p. 277. adde: A Neptuno hunc taurum Minoi inmiſſum eſſe tradunt Cretenſes, quod Minos mari, Graeciam adluenti, longe lateque imperans Neptunum non, ut decebat, colebat. v. Pauſan. lib. I. c. 27. p. 66. qui lib. III. cap. 18. p. 255. ita ſcribit τὸν δὲ Μίνω καλούμενον Ταῦρον, οὐκ οἶδα, ἀφ' ὅτου πιστεύσει Βαυκαλῆς διδυμάων τι καὶ ἀγέλαστον ὑπὸ Θησέως ζῶντα. Diod. Siculus lib. IV. p. 277. in eo differt ab Hygino, quod narrat. μυθολογοῦσι γὰρ αὐτὸν τοῦτον τὸν ταῦρον Μίνωα κατ' ἐπιταγὴν συνήθως καθαρῶν τὰ κάλλιστα τῶν ζώων θυσιάζειν τῷ Ποσειδῶνι, καὶ θύειν τοῦτον τῷ θεῷ. ἐνομίζετο δὲ τότε ταῦρος κάλλει διαφέρειν, ἔτεροι δὲ ἵππους ταύρους θύσαι. Τὸν δὲ Ποσειδῶνα μηνίσαντα τῷ Μί-

καὶ ποιῆται τὴν γυναῖκα αὐτῷ Πασιφάην ἐγκοδῆναι ὑπὸ Ταύρου.

Pag. 103. lin. 33. B. adde, Pausan. lib. I. cap. 24. p. 56.

Pag. 104. lin. 7. A. lege *corpus*. & lin. 8. lege *incredibilib.* lin. 12. post. 19. adde : nec non Diod. Sicul. lib. IV. p. 277. item Pausan. lib. IX. cap. 11. p. 732. De Daedali aetate lib. X. c. 17. p. 837.

Lin. I. B. adde : Hîc vero Minos confunditur cum alio Minoe. fuit enim secundus Minos Lycasti & Idae Corybantis filiae filius, Minois primi nepos, qui ex Pasiphae solis filia susceptit Androgeum. Diod. Sicul. lib. IV. p. 263. lin. 12. lege *combustum*. lin. 13. post *dicebatur* adde, Pausanias lib. I. cap. 27. p. 67. Androgeum a Tauro hoc occisum tradit, sed dolo Atheniensium. lin. 20. adde: Quod pluribus verbis illustrat Diod. Siculus lib. IV. p. 263.

Pag. 105. lin. 15. A. adde, Diod. Siculus lib. IV. p. 263. hoc modo narrat συνέταξεν αὐτοῖς ὁ Μίνως δώδεκα κύνας ἐπῖ, καὶ τὰς ἴσας κόρας, δι' ἐτῶν ἐπῖ βορὰν τῷ Μινωταύρῳ, ὡς ὅσον ἂν χρόνον ζῇ τὸ τέρας. ubi plura, ut & p. 264.

Pag. 107. lin. 16. A. De Insula Naxo, & hujus Ariadnes fabula, consulendus Diod. Siculus lib. IV. p. 264. & lib. V. p. 313. Ex hac fabula Athenis picti sunt Ariadne dormiens, Theseus in patriam rediens, & Bacchus ad Ariadnem rapiendam descendens. v. Pausan. lib. I. c. 20. p. 47. quinam vero Bacchus fuerit, qui Ariadnen rapuit, docet lib. X. c. 29. p. 869.

Pag. 108. lin. 2. A. post MUNCK. adde, Pausanias lib. I. c. 22. p. 52. simpliciter rem ita narrat εὑτιῦθεν ἡ Θάλασσα ἐξῆς σύναπτος καὶ ταύτῃ ῥίψας Αἰγεὺς ἑαυτὸν ὡς λέγουσιν ἐτελεύτησεν. qui latius rem refert.

Lin. 22. post *consule*, adde Diod. Siculum lib. V. p. 345. lin. ult. adde : Alio modo rem narrat Diod. Siculus lib. IV. p. 279.

P. 110. lin. 28. B. Vide vero Pausan. lib. X. c. 4. p. 807.

P. 111. lin. 31. A. adde: Sic Termes Cycni filius novercae amore ardenti indulgere nolens falso crimine ab ea accusatus, patris iram sensit eodem fere modo, quo Hippolytus. Pausan. lib. X. c. 14. p. 831. & Diod. Sicul. l. V. p. 348. Semper novercae acerbissimo odio privignos fuere prosecutae, eorumque vitae insidiatae. De Croesi noverca vide Plutarch. de Pyth. Orac. Tom. II. p. 401. De Phoci noverca Pausan. lib. II. c. 29. p. 179. De pessima Tyrûs noverca Diod. Siculus lib. IV. p. 270. plura exempla dat Cerda ad Virg. III. Ecl. 33. De mulieribus libidinosis eos, a quibus spretae erant, calumniatis alia exempla profert M. A. Muretus lib. I. Var. Lect. cap. 12.

Lin. 36. B. post Heroic. adde : Hoc modo narrat Diod. Siculus lib. IV. p. 265. Ἱππόλυτον δ' ἀσμενίσαι, ὡς ἥκειν τὰ περὶ τὴν Ἀμφιτρίτης συνιχνεύειν τὴν ψυχήν, καὶ λαβεῖν τοῦτο τὸ ἵππον ταμαχθέντων, καὶ ἐπισπασαμένων αὐτῷ ταῖς ἐπίσαις, συνιέναι τὸν μὲν δίφρον συντριβῆναι· τὸν δὲ μιαρώτατον ἐμπλακῆναι τοῖς ἡμῶσιν ἑλκυσθῆναι καὶ τελευτῆσαι. Ἱππόλυτον μὲν οὖν ἀφροσύνῃ τὸν βίον καταστρέψας, παρὰ τοῖς Τροιζηνίοις ἔτυχεν ἐθείων τιμῶν. Θησεὺς δὲ μετὰ ταῦτα καταστασιασθεὶς καὶ φυγὼν εἰς τὴν πατρίδα ἐπὶ τὴν ξένης ἐτελεύτησεν.

Pag. 112. lin. 5. adde: Alio modo etiam refert Diod. Siculus lib. IV. p. 265.

Pag. 113. lin. 17. A. post 384. adde, rem ita narrat Diod. Siculus lib. IV. pag. 273. Μυθολογοῦσι τοίνυν Ἀσκληπιὸν Ἀπόλλωνος υἱὸν ὑπάρχειν καὶ Κορωνίδος. φύσει δὲ καὶ ἀγχινοίᾳ διενεγκαίτα ζηλῶσαι τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην, καὶ πολλὰς τῶν συντεινόντων πρὸς ὑγίειαν ἀνθρώπων ἐξεύρειν· ἐπὶ τοσοῦτο δὲ φθάσαι τῇ δόξῃ, ὥστε πολλὰς τῶν ἀπηγορευμένων ἀμέσως παραδόξως θεραπεύειν, καὶ λέγε τοῦτο πολλοὺς δεκαῖν τῶν τετελευτηκότων ποιῆσαι ζῶντας. διὸ καὶ τὸν μὲν Αἴδην μυθολογοῦσι ἐγκαλεῖσθαι τῷ Ἀσκληπιῷ, κατηγορεῖσθαι αὐτοῦ ποιεῖσθαι πρὸς τὸν Δία, ὡς τὸν ἐπαρχίας αὐτοῦ ταπεινομένης. ἐλάττους γὰρ ἀεὶ γίνεσθαι τοὺς τετελευτηκότας, θεραπευομένους ὑπὸ τοῦ Ἀσκληπιοῦ· καὶ τὸν μὲν Δία παροξυνθῆναι καὶ χειρωσάσθαι τὸν Ἀσκληπιὸν λέγεσθαι· τὸν δὲ Ἀπόλλωνα διὰ τὸν ἀναίρεσιν αὐτοῦ παροξυνθέντα, φονεῦσαι τοὺς τὸν κεραυνὸν τῷ Διὶ κατασκευάζοντας Κύκλωπας.

Lin. 33. B. post Κυκλώπων adde : Varias variorum sententias profert Schol. Euripidis in Alcest. vs. 2.

Pag. 115. lin. 17. A. Diod. Siculus lib. IV. p. 255. narrat Jasonem, postquam Pelias Medeae dolo interfectus erat, Alcestin elocasse Admeto Thessalo Pheretis filio.

Pag. 116. lin. 29. A. post MUNCK. adde, Pausanias unus instar omnium firmat Micylli emendationem lib. II. cap. 29. p. 177. qui pluribus de AEgina & AEaco agit.

Pag. 118. lin. 32. B. post Πηλέως adde: Hinc in arca Cypseli πεποίηται δὲ καὶ Θέτις παρὰν Θέτιδος λαμβάνεται δὲ αὐτῆς Πηλεύς, καὶ λαὸν ὑπὸ χωρὸς ὑπὸ Θέτιδος ὄφις ἐπὶ τὸν Πηλέα ἰὼν ὁρμᾶται. v. Pausan. lib. V. c. 18. p. 423.

Pag. 119. lin. 2. in textu: *Quemadmodum & ipse Saturno fecerat.* Nonnulli hoc negant. Consule Diod. Siculum l. V. p. 337.

Lin. 11. A. in notis adde : In Jovis templo apud Eleos inter Panaeni picturas est Προμηθεὺς ἔτι ἰχόμενος μὲν ὑπὸ τοῦ δεσμοῦ, Ἡρακλῆς δὲ αὐτὸν ῥᾴων. v. Pausan. lib. V. c. 11. p. 402. qui pergit λέγεται γὰρ δὴ καὶ τάδε ἐς τὸν Ἡρακλέα, ὡς ἀφικόμενος μὲν τὸν αἰετὸν, ὃς οἱ τῷ Καυκάσῳ τὸν Προμηθέα ἐλύπει,

πει, ἐξέλοιτο δὲ ᾗ αὐτὸν Προμηθέα ἐκ τῶ δεσμῶν. Pauſaniae phraſis ἐς αὐτὸν ὁρῶν continet expreſſam miſericordiae, qua erga Prometheum adfectus fuit Hercules, imaginem, quam facile ex picturae lineamentis cernere potuit Pauſanias, & verbis expreſſit Schol. Apoll. Rh. IV. 1396. ἐπελθὼν δὲ παρὰ Προμηθέα, ᾗ ὀφθεὶς ὑπ' αὐτῶ εἰκότως αὐτὸν ἐκετεύσεν. Fabulam explicare conatur Fulgentius lib. II. cap. 9. Sed quid AEgyptii referant, docet Diod. Siculus, lib. I. pag. 16. Τέτων δ' ὄντων οὕτω ταῦτα τ Νεῖλον φασὶ καθ' ὃν τὸν δ' Σειρίε ἄστρε ἐπιτέλλει (ὃ δ' καιρῶ μάλιστα εἴωθε πληροῦσθαι) μεγίστε καταχλύζεσθαι πολλὴν τῆς Αἰγύπτε· ᾗ μάλιστα τέτο τὸ μέρο ἐπιλαθεῖν, ὅ Προμηθεὺς οὐχὶ τὴν ἐπιμέλειαν, Ἡφαίστοιτον χιδὸν ἁπάντων τῶν καθ' ταύτην χώραν· τὸν δ Προμηθέα διὰ τὴν λύπην κινδυνεύειν ὑαλιπεῖν τὸν βίον ἐκστάντα. διὰ δ τὴν ἐξέτασιν ᾗ τὴν βίαν δ κατισχύοντο ῥεύματο· τὸν μὲν πεζῶν ἈΕΤΟ'Ν ὀνομασθῆναι· τὸν δ Ἡρακλέα μεγαλοπρέπειαν ὄντα, ᾗ τὴν ἀνδρείαν ἐζηλωκότα, τότε χρήσιμον ἡγεμόνα ταχέως ἐμφάξαι, ᾗ τὸν ποταμὸν ἐπὶ τὴν προϋπάρξασαν ῥύσιν ἀποστρέψαι. διὸ ᾗ τῶν παρ' Ἕλλησι ποιητῶν τινὰς εἰς μῦθον ἀγαγεῖν τὸ πραχθὲν, ὡς Ἡρακλέα τὸν ἀετὸν ἀνηρκότο·, τὸν δ Προμηθέως ἥπαρ ἐσθίοντα. Hinc forte orta fabula eſt, qua fingitur, ὅτι ΝΕΓΛΟΣ ὁ Ἡρακλῆς ὑπὸ χρόνου ἐκαλεῖτο· ἐπεὶ δ' Ἥρᾳ ἔπεσεν, ἐπιχείρησεν αὐτῇ ἁπλᾶν τὸν Ἀιώνυμον ᾗ πυρίπνοον γίγαντα, καλεῖσθαι διὰ τὸ ἀπαλαλκεῖν τῆς Ἥρας τὸν πόλεμον, μετίβαλε τὸν κλῆσιν. Vide Ptolemaeum Hephaeſtionis apud Photium pag. 474. 475. quamquam alii dicant Herculem prius Alcaeum fuiſſe nominatum. Vide, quae notavi ad Fulgentii II. 5.

Lin. 4. B. De Tityi magnitudine v. Pauſan. lib. X. c. 4. p. 806.

Pag. 121. lin. 30. A. ante *ſed* ſcribe Plut. in Numa p. 77. Ὡς γὰρ παρ' ἡμῶν οἱ ἰσχυροὶ γράφουσι τὰς πρώτας, ἢ φόνον ἐμφύλιον ἐργασαμένας, ἢ πολεμήσαντας ἀδελφοῖς, ἢ πατρὸς αὐτόχειρας, ἢ μητρὸς φονέας.

Pag. 126. lin. 11. B. adde, Diod. vero Siculus, lib. IV. p. 270. Salmoneum fuiſſe Hellenis filium, AEoli nepotem, & Deucalionis pronepotem, qui cum AEolibus peregre profectus in Elidem Alpheum adjacentem commigravit, & ibi urbem a ſe dictam Salmoniam condidit, qui locus inluſtrat Stephanum Byzantinum de urbe Σαλμώνη.

Pag. 127. lin. ult. B. De re vide Diod. Siculum lib. IV. p. 270.

Pag. 128. lin. 36. A. adde, In Scholiis Apollonii Rhodii pro Αἰτωνος legendum puto Ἀστίωνος. vide Diod. Siculum lib. IV. p. 272. ubi de Ixionis matre plura, & de ipſo Ixione Scholiaſtae verba inluſtrantia.

Pag. 129. lin. 3. A. poſt vs. 115. adde, Diod. Siculum lib. IV. p. 272. qui de eorum ortu etiam agit.

Lin. 28. Adde: Quamquam Diod. Siculus l. IV. p. 272. aeternam ejus fuiſſe poenam adfirmat.

Lin. 2. in textu *in muro lapideo incluſit*, ἐν χαλκῶ θαλάμῳ Acriſium in antro ſubterraneo habitantem clauſiſſe filiam docet Pauſanias lib. II. c. 23. p. 164. Sequitur deinde lin. 4. *Incluſam in arca cum Perſeo in mare dejecit.* Obſerva, Lector, poenam, qua patres antiquiſſimis temporibus filias, quae pudicitiam proſtraverant, & filios in pudicitiae legem peccantes adficiebant. Diod. Siculus lib. V. p. 331. 332. de Rhoecone Staphyli & Chryſothemidis filia ab Apolline ſtuprata haec adnotat: καὶ τῇ μὲν Ῥοικῶ τ Ἀπόλλωνα μιχθέντα, ὕγκυον γενέσθαι· τὸν δ πατέρα αὐτῆς, ὡς ὑπ' ἀνθρώπε τῆς φθορᾶς γεγονέναι, ὀργισθῆναι, ᾗ διὰ τέτο τὴν θυγατέρα εἰς λάρνακα συγκλείσαντα βαλεῖν εἰς τὴν θάλασσαν. ubi pag. 331. paullo ante hanc hiſtoriam, ubi de Triopae genere agitur, pro οἱ δὲ Λαπίθε δ Ἀπόλλωνο· ᾗ ΣΤΙΛΒΗΣ τ Πανοπῶ legendum eſt ΣΤΙΛΒΗΣ τ Πανοπῶ. Audi Diod. Siculum lib. IV. p. 271. de Peneo, ὃν ὁ μυθικὸς νόμφη τῇ προσαγορευομένῃ Κρέσση παῖδας ἐγγενέσθαι Ὕψιν καὶ Στίλβην. adde Celeb. P. Burm. ad Ovid. VIII. Met. vs. 751. De Stilbe Cetei uxore Calliſtus matre, vide Schol. Euripid. in Oreſte vs. 1648. p. 264. ſed ut ad rem revertamur. Idem Diod. Siculus lib. IV. p. 239. de Hercule agens, λαβὼν ὁ ταύτης τ στρατείας ἐπαινεῖ εἰς τὴν Ἀρκαδίαν, καὶ καλέσας παρὰ Ἄλεω τ βασιλεῖ, τῇ θυγατρὶ τότε λάθρᾳ μιγεὶς Αὐγῇ, ᾗ ταύτην πείσας ἔγκυον, εἰς Στύμφαλον ἐπανῆλθεν. Ἄλεως ὁ ἀγνοῶν τὸ πεπραγμένον, ὡς ὁ τ γαστρὸς ὄγκο· ἐμάνυσε τὴν φθορὰν, ἐζήτει τ φθείραντ· τῆς δ Αὐγῆς ἀποφαινομένης, ὅτι βιάσαιτ' αὐτὴν Ἡρακλῆς, ἀπιέναι πῖς ἐπὶ ταύτης λιγομένοις, ταύτην μὲν παρίδωκε Ναυπλίῳ φίλῳ καθιερῶσαι, ᾗ σωσόπολιν κατασκευάσαι. Plutarch. Parall. Tom. II. pag. 312. Τελαμὼν ὁ Αἰάκε ᾗ Ἐνδηίδο· ἐλθὼν εἰς Εὐβοιαν ᾗ γυναῖκ' ἔφυγεν (ubi in editione, qua utor, omiſſa ſunt, ἔφθειρε Πειρίβοιαν) ὁ δ πατὴρ αὐτοῦ φο· ᾗ τ πολιτῶν τινα ἐπιπέμψας ἐδικε τὴν κόρην καθαιρεθῆναί τινι τ δημοφόρων. Ibidem aliud ejuſdem poenae exemplum Λέκιο· Τρώζηνι· συγατέρα εἶχε Φλογίαν λαβὼν τ παῖδο· ταύτην ἔφθειρε Καλαύρι· Ῥαμνῆ· ὁ δ παρίδωκε τὴν κόρην καθαιρεθῆναι. Eodem modo Cycnus filium Tennen falſo intentati ſtupri crimine a noverca accuſatum cum ſorore in arcam incluſit, & in mare abjecit. Vide Diod. Siculum lib. V. p. 348. & Pauſan. lib. X. cap. 14. p. 831. Diod. Siculus lib. IV. p. 240. etiam refert, Ἱππόνοι δὲ Ὠλίνε παῖδες τὴν θυγατέρα Πειρίβοιαν, φάσκουσαν, αὐτὴν ἐξ Ἄρεο· ὑπάρχειν ἔγκυον, διωρυχίᾳ πέμψαι ταύτην εἰς Αἰτωλίαν πρὸς Οἰνέα, ᾗ παρακελεύσασθαι ταύτην ἀφανίσαι τὸν ταχίστην. & pag. 270. Τέτε δ (Αἰόλε)

Ἄρεη θυγάτης ὀλεσθῆναι Βοιωτοὶ ἐκ Ποσειδῶνος ἐχρήσαντο. Αἰολος δ' ἀπιεῖσι, εἰ τῷ Ποσειδῶνι ἐμάχη, καὶ τῇ φθορᾷ μεμφόμενος, παρίδωκε τὴν Ἄρεως Μεταποντίῳ ξένῳ, καὶ τύχῃ παρεπιδημοῦντι, ὡσπερεὶ ἀπαγαγεῖν εἰς Μεταπόντιον.

Pag. 130. lin. 28. A. poſt 242. adde, Pauſanias lib. II. cap. 18. p. 149. refert Athenis eſſe aram in Perſei delubro Δίκλου καὶ Κλυμένης σωτῆρων καλουμένων Περσέως.

Lin. 31. B. adde, Hiſtoriam latius exſequitur Pauſanias lib. II. cap. 16. p. 146.

Pag. 132. lin. 26. A. De Acriſio & Proeto. v. Pauſan. lib. II. cap. 25. p. 168.

Lin. 34. B. poſt vs. 879. adde: De Heſpero conſule & Diod. Siculum lib. III. pag. 193. 194.

Pag. 134. in textu lin. 3. *juſſit exponi.* Locum, quo expoſitus eſt, deſignare nequeunt. v. Pauſan. lib. IX. cap. 2. p. 714.

Pag. 135. lin. ult. A. Quidquid ſit, Polybus iſte Chthonophyles & Mercurii filius Sicyonum rex, de quo Pauſanias lib. II. cap. 6. p. 125. alius eſt ab hoc Polybo.

Lin. 21. B. adde Pauſan. lib. X. cap. 5. p. 808.

Pag. 136. lin. 6. B. Locum, ubi haec evenerint, docet Pauſanias lib. IX. cap. 2. pag. 714. 715.

Lib. X. cap. 5. p. 808. Plura de hac hiſtoria, item Sphinge, dabunt Diod. Siculus lib. IV. p. 266. 267. & Pauſanias lib. IX. cap. 26. p. 760.

Pag. 137. lin. penult. A. adde: Noſter ſequitur Diod. Siculum lib. IV. p. 267.

Pag. 138. lin. 21. A. Plura etiam de Oedipode narrat Pauſanias lib. X. cap. 5. p. 808. Alio modo rem narrat Diod. Siculus lib. IV. pag. 267.

Pag. 139. lin. 23. A. adde, Pauſan. lib. II. cap. 6. p. 125.

Lin. 10. B. Δηϊπύλαν vocat Diod. Siculus lib. IV. p. 267.

Pag. 141. lin. 28. A. poſt *hiſtoriam* adde: Sed vide Pauſaniam lib. II. cap. 6. p. 125.

Pag. 142. lin. 3. A. Hanc expeditionem deſcripſit Antimachus. v. Pauſan. lib. VIII. c. 25. p. 649 650. qui lib. X. cap. 10. p. 821. 822. Catalogum horum regum exhibet. adde Diod. Siculum lib. IV. p. 267. rem latius perſequentem.

Lin. 19. p. Pro *Pylius* lege cum doctiſſimo meo Swindio *filius*. Sic cap. 73. *filiae filius*.

Pag. 143. lin. 3. A. Celat nomen Pauſanias lib. X. cap. 10 p. 821.

Lin. 19. poſt MUNCK. adde: de equo Adraſti, Arione dicto, Schol. Statii VI. Theb. 300. Pauſan. lib. VIII. cap. 25. p. 650. 651. & Jac. Nic. Loenſis lib. II. Epiphyll. cap. 6.

Lin. 23. poſt 9. adde: Qui Pauſan. lib. II. cap. 20. p. 156. AEſchylum, & Argivos AEſchylum imitatos ſeptem modo duces numeraſſe, ſed plures Argivos, Meſſenios & Arcadas huic expeditioni adfuiſſe notat.

Lin. 3. B. adde: De Epigonis Pauſan. lib. IX. c. 9. p. 729. Diod. Sicul. lib. IV. p. 268. 269.

Lin. 23. B. Plura de AEgialeo Pauſan. lib. I. cap. 44. p. 107.

Pag. 144. lin. 10. A. Undecim epigonos enumerat Pauſanias lib. II. cap. 20. p. 156. AEgialeum Adraſti Promachum Parthenopaei filium, Talai nepotem: Polydorum Hippomedontis, Therſandrum, Alcmaeonem & Amphilochum Amphiarai filios. Diomedem & Sthenelum. Euryalum Meciſtei. Adraſtum & Timeam Polynicis filios. Septem tamen modo fuiſſe ſtatuerunt Argivi, ut ex horum imaginibus, quas Argivi poſuerunt, liquet. De quibus Pauſan. lib. X. cap. 10. p. 822. qui de pluribus epigonorum ſociis conſulendus lib. IX. cap. 9. pag. 729.

Pag. 146. in textu lin. 3. CONJUGEM PRODIDIT. Hinc apud Eleos Amphiarai imago conſpicitur hoc modo teſte Pauſania lib. V. cap. 17. p. 420. Ἀμφιαράῳ ὁ μὲν τοῦ ποδὸς ἐπιβέβηκεν ἤδη ἅρματος, τὸ ξίφος δὲ ἔχει γυμνόν, καὶ ἐς τὴν Ἐριφύλην ἐστὶν ἐπεστραμμένος, ἐκφοβούμενός τι τὸν ἐν θυμῷ, οἷόπερ ἂν ἀπορίᾳ.

In Notis lin. 26. A. poſt *docet* adde: Cum Lactantio a Vulcano hoc monile fabricatum eſſe narrante confer Pauſaniam lib. IX. cap. 40. p. 795. & cap. 41. p. 796. qui inter alia profert, quae explicant locutionem *monile aureum ex gemmis.* Ἐν Ἁρμονίᾳ μὲν γάρ ἐστι λίθων χλωρῶν σαρδίου χρυσῷ σφᾶς ὅρμος. Sed qui hoc ab Eriphyles monili diſtinguit, *quia Eriphyles monile*, teſte Homero, aureum duntaxat fuit. Quomodo Eriphyle cum iſto monili depingatur, vide eumdem lib. X. cap. 29. p. 870. Monile illud primum Harmoniae a Minerva Cadmi nuptias celebrante donatum fuiſſe docet Diod. Siculus lib. IV. p. 267. (ubi & p. 268. totam hanc Amphiarai hiſtoriam diſcimus.) & lib. V. p. 323. Alia de eodem monili dabit Pauſanias lib. VIII. cap. 24. p. 647.

Lin. 16. B. De Amphiarao plura quoque dabit Pauſanias lib. I. cap. 34. p. 83. 84. De loco, ubi terrae hiatus Amphiaraum abſorpſit lib. IX. cap. 8. p. 727. & cap. 19. p. 747. Aurigae nomen fuit Baton. v. Pauſan. lib. II. cap. 23. p. 163. qui totam rem in aperta luce poſuit. & de Batone etiam agit lib. V. cap. 17. p. 420. & lib. X. cap. 20. p. 822. De Alcmaeonis interitu lib. VIII. cap. 24. p. 646. 647.

Pag. 149. lin. 31. B. De Tireſiae morte ac ſepulcro Pauſan. lib. IX. cap. 18. p. 745. cap. 33. pag. 776. De Daphne Tireſiae filia Diod. Siculus lib. IV. p. 269.

Pag. 150. lin. 20. A. De ipſo Dioſcurorum genere materno non convenit inter antiquos. Pherecydes lib. II. in Schol. Apoll. Rhodii I.

146.

146. ait Ledam Theſtii filiam fuiſſe ex Laophonte Pleuronis filia. Apollodorus lib. I. cap. 7. §. 7. dicit Theſtium Ledae patrem eſſe filium Martis & Demonices ex Agenore Pleuronis filio & Epicaſte Calydonis filia progenitae. Pauſanias ex Aſio poëta Epico lib. III. cap. 13. pag. 239. Theſtium adſirmat Agenoris e Pleurone nati fuiſſe filium. Theſtium fuiſſe AEtolum conſtat, & inde facile perſpicitur cauſſa, cur Martis dicatur filius; nempe, quia Pleuron AEtoliae civitas Marti ſacra erat. v. Lact. ad Statii II. Theb. 727. hinc Helena etiam Pleuronia vocatur. vid. Tzetz. ad Lycophron. vs. 143.

Pag. 151. lin. 21. A. poſt *docet* adde: Sed item diſſimet Diod. Siculus lib. IV. p. 251. ſcribens, Glaucum Deum marinum Argonautis praedixiſſe Tyndaridas poſt mortem Dioſcuros adpellatum & divinis honoribus cultum iri.

Lin. 14. poſt *docet* adde: Omnes Graeci ſtatuunt, Jovem, non vero Tyndarcum, Helenae fuiſſe patrem. v. Pauſan. lib. I. cap. 33. p. 82.

Pag. 153. lin. 9. A. adde Diod. Siculum lib. IV. p. 265. qui hic quaedam omiſſa eſſe docet. Helenam Theſeo nupſiſſe, & inde apud Troezenios a Theſeo templum Veneris νύμφης exſtructum eſſe, docet Pauſanias lib. II. cap. 32. p. 188.

Lin. 7. B. lege lib. IV. p. 266.

Lin. 23. adde: Noſter Hyginus ſequitur Diod. Siculum lib. IV. p. 232. qui, Herculem utroſque ab inferis excitaſſe docet.

Lin. ult. Vide Diod. Siculum lib. IV. p. 266. & quae ſcripſi in Obſ. Miſc. Vol. X. Tom. III. pag. 381.

Pag. 154. lin. 1. in textu AEthram Thesei matrem. Hinc in Cypſeli arca conſpiciuntur Διόσκουροι, ὁ ἕτερος ὢν ἄχαν πωγώνια, μίαν δὲ αὐτῶν Ἑλένη. Λήθαν δὲ ἡ Πιτθέως ὑπὸ τῶ Ἑλένης τοῖς ποσὶν εἰς ἴδιαν καλαβιβλημένη, μέλαινα ἔχουσά ἐστι ἱδέαν· ἐπίχαραμα δ' ἐν αὐτοῖς ἔστω τὸ ἐξάμιτον καὶ ὁμοιάζει ἐστι, ἐνὲς ἐπὶ τῷ ἐξαμίτῳ ἐσφυδάκη Τυνδαρίδα Ἑλένην φίμετον, Λήθαν δ' Ἀθήναθεν ἄλκετον. ubi Ἀθήναθεν legitur, quia Aphidnae vicus erat Atticae. Vide Pauſan. lib. V. cap. 19. p. 424. 425.

Lin. 18. B. lege *Hilairam*. vide Sylburg. ad Pauſan. lib. II. cap. 22. p. 161.

Pag. 157. lin. 34. B. adde: Oſtenditur ſepulcrum hujus Tantali in Sipylo. v. lib. II. cap. 22. pag. 161. qui lib. V. cap. 13. pag. 408. de Tantalo, & Pelope haec ſcribit Πίλοπος δ' ἐς Ταντάλου τε παρ' ἀμῶν ἐπιτάσιος, σκεπτὸν ἔλαι καὶ ἐς τόδε λείπεται. Ταντάλου μὲν λιμός τε ἀπ' αὐτοῦ κολάσεως, καὶ ἐκ ἀφανὴς τάφος. Πίλοπος δ' ἐν Σιπύλῳ μὲν θρόνος· ἐν κεφαλῇ δ' ὄρους ἐστὶν ὑπὸς δ' Πλαταιάς μαζὸς τὸ ἀρχαῖον.

Pag. 158. lin. 24. A. Plutus filius vocatur forte Tantalus propter divitias. vide Diod. Siculum lib. IV. p. 275.

Lin. 5. B. Lege, cum Noſtro faciunt Diod. Siculus lib. IV. p. 275. Lactant. &c.

Lin. 9. De furto ac perjurio Tantali Pauſan. lib. X. cap. 30. p. 872.

Pag. 159. lin. 37. A. adde: Item Pauſan. lib. lib. X. cap. 31. p. 876.

Pag. 160. lin. 10. A. Alia de Pelopis oſſibus videnda in Pauſania lib. V. cap. 13. p. 407. 408. lin. 31. B. poſt *matre* adde, Pauſan. lib. V. cap. 22. pag. 436. lin. 33. lege *pag.* 347. lin. 34. poſt *filiae filius.* adde: Et ita legendum docet Pauſanias lib. V. cap. 10. pag. 399. Lin. 35. adde: item a Noſtro fab. 159. Verum Pauſanias lib. V. cap. 1. pag. 376. OEnomaum revera fuiſſe Alxionis filium, Martis vero a poëtis & fabularum auctoribus dici ſtatuit, & addit Pelopem Mercurio primum in Peloponneſo templo exſtructo ſacrificaſſe, ut iratum propter Myrtili caedem placaret numen.

Pag. 161. lin. penult. B. Quatuor OEnomao fuiſſe equos patet e Pauſania lib. V. cap. 10. p. 399. Bigis tamen vectos Pelopem & OEnomaum exprimunt artifices. vid. cap. 17. p. 420.

P. 162. lin. 4. in textu regnumque ei dimidium pollicetur. Alio modo hoc pactum refert Pauſanias lib. VIII. cap. 14. p. 629. nempe Ἱπποδαμείας δὲ ἄρα μὴ κῆ αὐτὸς ὁ Μυρτίλῳ, ἐς ᾧ ἐγῶτα ἀτέλμης ἔχων ὑπῆκε, κῆ ἐνίσχει τῷ Οἰνομάῳ· τίλῳ ᾧ κῆ ἀπαφαίῃ δ' Οἰνομάῳ ἐσβάτην φασὶν αὐτὸν, ὑπαχθίσα ἔρχοις, ἂς οἱ νύκτα ὁ Πέλοψ μίαν Ἱπποδαμείᾳ συγγινίᾳ παρέκτα ἀκαμιμοίσκοντα δι ᾧ ἔρχαν ὁ Πέλοψ ἐξέβαλαι ὠκ τῆς πάς.

Lin. 4. B. in Notis adde: De Gallis memorat Diod. Siculus lib. V. p. 306. Τῶν ᾧ τεθέντων πολεμίων τὰς κεφαλὰς, ἀφαιροῦντες περιάπτουσι τὰς αὐχένας τῶ ἵππων, κῆ τὰ ἀκροθίνια ταῦτα ταῖς οἰκίαις ἐσπηλοῦσι, ὥσπερ ἐν κυνηγίαις τινὲς κεχαρισμένα θηρία. Pauſanias de hac hiſtoria tantum memorat lib. VI. cap. 21. p. 507. Περιλεύκη ᾧ ἐ τελὺ γῆς χῶμά ἐστι ὑψηλὸν, ᾧ μνήματι ᾧ Ἱπποδαμείας τάφος. Οἰνόμαον μὲν δὴ ἐγγὺς ἀλλαι κρύπτειν γῆ φασὶν ὠκ ἐπιφανῆς αὐτοῦ.

Lin. 29. poſt *memoratur* adde: Troezenii dicunt, Sphaerum fuiſſe Pelopis aurigam. v. Pauſan. lib. II. cap. 33. p. 189. ut & lib. V. cap. 10. p. 399. qui addit, ὁ δὲ ἐξηγητὴς ἔφασκεν ὁ ἐν Ὀλυμπίᾳ Κίλλαν εἶναι.

Lin. 31. adde, Pauſan. lib. VIII. cap. 14. p. 629.

Lin. ult. Diod. Siculus paullo aliter rem referens dicit, OEnomaum a Pelope victum, & oraculi memorem, violentas ſibi manus intuliſſe.

Pag. 163. lin. 17. adde: Pelops Myrtilo interfecto poſtea ſacrificavit ut Heroi, nomine Taraxippo. v. Pauſan. lib. VI. cap. 20. p. 504. de quo Taraxippo egit Ptolemaeus Hephaeſtionis teſte Photio in Biblioth. p. 482. Myrtilum poſtea in littora ejectum, ac terrae mandatum eſſe docet Pauſan. lib. VIII. cap. 14. p. 629. 630.

Pag. 168. lin. 32. B. Hiſtoriam latius narrat Diod. Siculus lib. IV. p. 246. 247.

Pag. 169. lin. 29. A. Sex naves fuiſſe Homerus ait, alii octo numerant. v. Diod. Siculum lib. IV. p. 237. qui rem alio modo refert pag. 252.

Lin. 6. B. adde, Diod. Siculum lib. IV. pag. 238.

Lin. penult. Quaedam Priamidarum nomina vide apud Pauſan. lib. X. c. 25. 26. & 27.

Pag. 171. lin. penult. A. Ejus imaginem a Polygnoto expreſſam vide apud Pauſan. lib. X. cap. 31. p. 875.

Pag. 173. lin. 18. A. Hujus Jovis Hercei ſtatuam poſtea Sthenelus Capanei filius, excisa Troja, inter diviſa ſpolia abſtulit. v. Pauſan. lib. VIII. c. 46. p. 694.

Lin. 24. Primi celebrarunt Dii Cadmi & Harmoniae nuptias. vide Diod. Siculum lib. V. pag. 323. Pauſan. lib. III. cap. 18. p. 256. & quos laudat M. A. Muretus lib. IV. Var. Lect. cap. 4.

Pag. 174. lin. 35. B. Deas in judicium ad Paridem a Mercurio deductas eſſe, docet Pauſanias lib. III. cap. 18. p. 256. lib. V. cap. 19. p. 425.

Pag. 176. lin. 7. A. poſt MUNCK. adde, Diod. Siculus lib. IV. p. 276. etiam Capyos filium vocat.

Pag. 179. lin. 1. in textu MENELAUS F. E. MYCENIS NAVIBUS LX. Errat Hyginus. Lacedaemone adduxit naves Menelaus Laconum rex. Vide J. Meurſii Regnum Laconicum cap. 5. Hinc Pauſanias lib. III. cap 12. p. 236. de Hellenio vico Laconico ὁ δ' ἔτι ἐς τὸν λόγον τὸν Μενελάου χάριτι στρατεύσαντας ἐπὶ Ἴλιον βαλέσθαι φασὶ σύνταῦθα, ὅπως ἀνακλύσαντες ἐς Τροίαν, καὶ δίκας δυήσουσι παρὰ Ἀλεξάνδρου λαβεῖν τὰ Ἑλένης ἀρπαγῆς.

Lin. 35. A. in notis lege 312. & adde: Alio modo rem narrat Diod. Siculus lib. IV. p. 274. qui eam Eriboeam vocat. qui de Periboea Hipponoi filia OEneo nupta & Tydei matre pag. 240. agit.

Pag. 180. lin. 15. B. Cum noſtro facit & Diod. Siculus lib. V. p. 345. qui & de honoribus defuncto habitis agit, ut & pag. 346.

Lin. 16. poſt *de eo* adde, Diod. Sicul. lib. V. p. 345. qui & Sarpedonem Euandri & Deidamiae filium cum Agamemnone, Trojam eſſe profectum ait.

Pag. 181. lin. 5. in textu SCHEDIUS J. ET H. F. Pauſanias lib. X. cap. 30. p. 873. Σχεδίῳ ὁ Φωκεῦσιν ἡγησάμενος ἐς Τροίαν. qui de ejus morte cap. 36. p. 891. agit.

Lin. 9. B. in notis. vide Pauſan. lib. IX. cap. 37. p. 786.

Lin. ult. Pauſaniae locus, quem adducit Schefferus, adſcribi meretur. Exſtat lib. II. cap. 25. pag. 168. ἐκαλεῖτο ὁ ἀπὸ Ὀρείου δὲ Ἐριχθόνιος δὲ ὁ Ὀρείου δὲ τούτου Πιτθεύς, δὲ ὁ Μυκηθεύς, ὃς Ἀγαμέμνονι μετὰ Ἀθηναίων τὴν Πελοπίαν συγκατέλυσε δορί. Cui adde Diod. Siculum lib. I. pag. 25. de AEgyptiis τὸν μὲν Πίτταν τὸν πατέρα Μυκηθέως δὲ στρατεύσαντα εἰς Τροίαν, φασὶν οἱ Αἰγύπτιοι συμπράξαι τοῖς Ἕλλησι τὰ πολλὰ, τυχεῖν δ' ὕστερον Ἀθήνησι πολιτείας τε καὶ βασιλείας. ΔΙΦΥΟΥΣ δ' αὐτὸν γεγονότα τοὺς μὲν Ἀθηναίους μὴ δύνασθαι καθ' ὃν τὸν ἴδιον τρόπον ἀποδεῖξαι τοῦ τὴν φύσιν ταύτης τῆς ἀληθείας αἰτίας. ὁ μέσος πεμπτὸς πᾶσιν, ὅτι δυεῖν πολιτειῶν μεταχών, ἑλληνικῆς καὶ βαρβάρου ΔΙΦΥΗΣ ἀπομάσσῃ, τὸ μὲν ἴσχυε μέρος θηλυ, τὸ δ' ἀνδρώδες. Ad quae Diodori verba inluſtranda inprimis faciunt, quae profert Euſtathius ad Dionyſ. Periegeten 391. καὶ ἴσως συναμαχήσαι αὐτοὺς εἰς ὕφεις, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὸ εἰς θηλυδίαν μεταμιφθῆναι· τὸν μέντοι Κέκροπά φασιν οἱ μῦθοι τοιοῦτον ἀπὸ ὄφεως εἰς ἄνθρωπον ἐλθεῖν, ἐντεῦθεν δαίμονα ἐλθεῖν εἰς Ἑλλάδα, καὶ τὸ βάρβαρον Αἰγυπτιασμὸν ἀφεῖς χρηὸς ἀνελάβετο τρόπος πολιτικῆς. nec non Tzetzes ad Lycophron. vs. III. Cecropem δίμορφον γαγενῆ vocantem, qui poſtquam aliorum de hujus cognominis origine ſententias enumeraſſet, tandem non inepte ratiocinatur. ἐγὼ δ' ἔτας ἀληγορῶ, ὅτι ἀγαθὸς βασιλεὺς γεγονὼς, πᾶσαι θηλυδίαι ἰδίαν ἔτας ἐπέταξεν, ὡς μίαν σύμπνοιαν πάντας ἔχειν αὐτὸν, καὶ ἀγαθὸν ἡγεμόνα, καὶ αὐτοκράτορα· ἢ ὡς ἔνιοι ἐκ Ἰάκχης Ἀττικοῦ, ὅτι σοφώτερον αὐ καθ' Ἑλλάδα γυναῖκες θηλυδεῖς, ἄκρις τὰ ἄλογα, καὶ ἀ καθ' συζυγίαν ἐμίγνυντο· αἱ παῖδες τότε μονοφυεῖς ἦσαν, μητέρα μὲν, πατέρα δ' οὐκ ἐπιγίνεσθαι, βασιλεύσας δ' ὁ Κέκροψ τῆς Ἀττικῆς κατέπαυσε τὸ θηλυδὲς τῆς μίξεως, καὶ ἀνδράσι νομίμως ἐπιέσθαι τὰς γυναῖκας συνάπλεξε. &c.

Pag. 182. lin. 7. A. Pauſanias lib. VIII. cap. 5. p. 607. patrem ejus Ancaeum, avum Lycurgum vocat, ſed matrem celat.

Lin. 36. A. Quomodo rem narret Pauſanias, vide lib. V. cap. 3. p. 380.

Lin. 40. De eo & Pauſan. lib. X. cap. 25. pag. 860.

Lin. 10. B. De hoc Thoante vide Pauſan. lib. V. cap. 3. pag. 381.

Pag. 184. lin. 4. A. adde: Plures fuiſſe Pyrrhos vidimus in Obſ. Miſc. Vol. X. Tom. III. pag. 391. Quibus adde, Pyrrhum unum e Corybantibus. vide Grotium ad Imagines pag. 40. Pyrrhum Erythraeum ſive Lesbium, poëtam Epicum,

piſcum, de quo Schol. Theocriti Idyll. IV. 31. Pyrrhum Alcinoi ex Elide oriundum, de quo Pauſan. lib. VI. cap. 1. pag. 453. Pyrrhum Pantaleontis filium cap. 22. pag. 509. De Pyrrho paſtore apud Clazomenios lib. VII. cap. 5. p. 535. De Pyrandro, cujus mentionem feci in iiſdem Obſ. Miſc. p. 392. 393. Haec adjicio, me in eadem permanere ſententia, licet enim cogitemus de illo antiquiſſimo Pyrandro, de quo Plutarchus Parall. Tom. II. pag. 313. haec narrat Ἀθηναίων πόλεμον ἐχόντων πρὸς Εὐμολπον, καὶ τῆς εὐπατρίδου μὴ ἐπαρκούσης, Πύρανδρος ταμίας τῶν δημοσίων ὑποπτάσας τὸ μίσθωμα, φυσιωλᾶς χρώμενος, οἱ δὲ ἐγχώριοι, ὡς σφόδρα ὑποπτεύσαντες λιθίνους εἰσοίσαι, ὡς Καλλισθένης ὁ τρίτην Θρᾳκικῶν, unde Sycophanta iſte Pyrander poſterior ſine dubio nomen adeptus eſt, nondum tamen adduci poſſum, ut credam, Pythagoram eo inſaniae redactum fuiſſe, ut primum ſe proditorem fuiſſe finxiſſet. Ut vero ad noſtrum Neoptolemum revertar, Plutarch. in vita Pyrrhi Epirotarum regis pag. 383. Χρόνῳ δὲ ὕστερον Νεοπτόλεμος ὁ Ἀχιλλέως λαὸν ἀγαγὼν, αὐτὸς τὸν χῶρον κατέσχε, καὶ βασιλεύων, ἀφ' αὑτοῦ κατέλιπε Πυρρίδας ἐπικαλουμένους (καὶ γὰρ αὐτὸς Πύρρος ὑπὸ παιδικοῦ ἐπωνύμου.) καὶ τὴν γυναῖκα παῖδων ἐκ Λαοδάμας τῆς Κλειτοῦ τοῦ Ἄλκα γενομένην ἔσχε, Πύρρον υἱόμασεν. Pauſan. lib. X. cap. 26. pag. 863. Τῶ δὲ Ἀχιλλέως τοῦ παιδὸς Ὁμήρου μὲν Νεοπτόλεμον ὄνομα· ὁ δὲ πόντος οἱ τίθησιν τῆ ποιήσει. Τὰ δὲ Κύπρια ἔπη φησὶν, ὑπὸ Λυκομήδους μὲν Πύρρον, Νεοπτόλεμον δὲ ὄνομα ὑπὸ Φοίνικος αὐτοῦ τεθῆναι, ὅτι Ἀχιλλεὺς ἡλικίᾳ ἦτι νέος πολεμεῖν ἤρξατο. Ab hoc Pyrrho urbs Pyrrichus nomen habere creditur. Pauſan. lib. III. cap. 25. p. 274. Τῶ τοίχῳ δὲ ταύτης τετραγώνῳ ἄπεχει, Πύρριχος· ὁ μισόγαμος· τὸ δὲ ὄνομα τῆ πόλει φασὶν ἀπὸ Πύρρου τοῦ Ἀχιλλέως οἱ δὲ, εἶναι θεὸν ΠΥΡΡΙΧΟΝ τὸν καλούμενον Κυρήταν.

Lin. 14. B. In Aulide, quam urbem alii ab Aulide Ogygi filia dictam volunt, juxta Pauſan. lib. IX. cap. 19. pag. 747. 748. (id quod jam alibi me monuiſſe credo) propter tempeſtatem fuiſſe retentos Graecos docet Pauſanias lib. VIII. cap. 28. p. 659. Ὡς δὲ τῆς Ἑλλησιν οὐκ ἰσχύος ἐπίφορα ἐξ Αὐλίδος πλοῦμαι, ἀλλὰ ἄϊσιμος σφᾶς βίαιος ἐπὶ χρόνον εἶχεν ἐγκλείσας. Qui inter duces interea in hac urbe commoratos lites fuiſſe de principatu coortas, nempe inter Agamemnonem & Teuthin, ſive, ut alii volunt, Ornytum, etiam adjicit; in hanc urbem Ageſilaus poſtea Artaxerxi bellum inlaturus profectus eſt, ut Dianae ſacrificaret, quia hac Dea placata Agamemnon olim victoriam de Ilio reportaverat. Pauſan. lib. III. cap. 9. pag. 226. De Agamemnonis prudentia haec adnotant Graeci, teſte eodem lib. VIII. cap. 24. pag. 584. In Aegio Ὀμαγύριος ὁ ἐγγύθεν τοῦ Διὸς ἱδρύσεως, ἣν Ἀγαμέμνων ἔθετο ἐς τὸν τὸν χαλκοῦν τὸν λόγον μάλιστα ὑπὸ τῆ Ἑλλάδι ἀξίως μιᾶξοντας ὑπὸ κοινῶ βωμῶ, καθ' ὅτιπερ χρὴ πρέπον ἐπὶ ἀρχὴν τὴν Περσῶν στρατεύειν. Ἀγαμέμνονι δὲ καὶ ἄλλα ἔστι ἐς ἔπαινον, καὶ ὅτι τοῖς ἐξ ἀρχῆς ἀκολουθήσασι, καὶ ἀδίκως ἐπιλέξασι ὕστερον στρατιᾶς, τὰ τε Ἴλιον ἐπόρθησε, καὶ ὅσαι Αἰολικαὶ πόλεις ἦσαν. Quo animo Argivi Agamemnoni nomina dederint, patet ex iis, quae narrat lib. II. cap. 22. pag. 161. Λυκίοις δὲ οἱ ἐποίησε Μηχανὴς τὸ ἄγαλμα εἶναι Διὸς, καὶ Ἀργείων ἔφη τοὺς ἐπὶ Ἴλιον στρατώσαντας, σὺν αὐτῶ ὁμόσαι παραβήσειν πολεμοῦντας, ἢς τε αὖ ἡ τὸ Ἴλιον ἕλωσι, ἢ μαχομένους σιλοῦτὸ σφᾶς ἐπιλάβῃ.

Pag. 185. lin. 11. A. adde: Diana vero habebatur Dea, quae praeſenti ſupplicio in ſe peccantes adficiebat. Vide Diodorum Siculum lib. IV. pag. 229. alia exempla omitto.

Lin. ult. Euphorion Chalcidenſis, Alexander Pleuronius, Steſichorus Himeraeus & Argivi Helenam & Theſeum Iphigeniae parentes fuiſſe tradunt. v. Pauſan. lib. II. cap. 22. p. 162.

Pag. 186. lin. 31. A. adde, Alio modo etiam Abrahami hiſtoriam in Lycaonis fabulam vertiſſe videntur Graeci. Vide Pauſan. lib. VIII. cap. 2. p. 600.

Pag. 187. lin. 1. Hanc hiſtoriam debet Diodoro Siculo lib. IV. p. 239.

Pag. 191. lin. 30. A. adde, Pauſan. lib. VIII. cap. 33. p. 668. Λύκος γὰρ πλῶν ἀπεῖχεν ὀλίγον χρυσῆ νῆσος, ὃν ἡ κόρη τῆ Φιλοκτήτη χρῆσαι συμφορᾶς ἕνα ἔθηκε.

Pag. 192. lin. 3. A. adde, Pauſan. lib. V. cap. 13. p. 407. 408. ubi Tzetzae de Pelopis oſſibus verba inluſtrantur.

Pag. 195. lin. 9. A. E Cyprlis carminibus Palamedem, quum piſcatum exiret, a Diomede & Ulyſſe interfectum eſſe docet Pauſanias lib. X. cap. 31. pag. 874.

Lin. 14. B. poſt *Oſir.* adde, Diod. Siculum lib. I. pag. 25.

Pag. 200. lin. 1. B. poſt 55. adde Pauſan. lib. X. cap. 26. pag. 861.

Pag. 201. lin. 30. A. adde, Pauſan. lib. X. cap. 14. p. 831. & Diod. Siculum lib. V. pag. 348.

Pag. 203. lin. 4. A. poſt p. 52. adde, Pauſan. lib. X. cap. 25. p. 862.

Pag. 204. lin. 14. B. adde, Pauſan. lib. X. cap. 30. pag. 871. 872. & Plut. de Pyth. Or. Tom. II. pag. 405.

Pag. 205. lin. 32. A. poſt *Sed.* 11. adde: Cicero I. Tuſcul. Quaeſt. cap. 16. animos eſſe aeternos a Pherecyde Syrio didiciſſe Pythagoram, & poſtea Platonem in Italiam venientem Pythagorae ſententiam fuiſſe amplexum, docet.

Lin. 12. B. De Penthefilea vide Pauſan. lib. X. cap. 31. pag. 875. 876.

Lin. 15. poſt *parentibus* adde, Diod. Siculum lib. IV. pag. 276.

Lin.

Lin. 22. adde, Pauſan. lib. x. cap. 31. pag. 875.

Lin. 9. B. in notis poſt *Plura de eo* adde Diod. Siculum lib. v. p. 330.

Pag. 208. lin. 13. B. adde Pauſan. lib. II. cap. 23. pag. 164. Caſſandrae ad Palladium ſedentis imaginem vide lib. x. cap. 26. pag. 863. Propter nefarium hoc ſcelus Ajacem a Graecis lapidibus fuiſſe obruendum cenſuit Ulyſſes cap. 31. p. 874.

Lin. 25. adde Pauſan. lib. IV. cap. 36. pag. 372. 373.

Pag. 209. lin. 6. B. poſt WOPKENS. adde: Quomodo Argivi e naufragio ſervati domum redierint incolumes, docet Pauſanias lib. II. cap. 23. pag. 163.

Pag. 210. lin. 31. A. Pauſanias lib. II. cap. 16. pag. 147. ait, AEgiſthum Caſſandrae, ejuſque geminis, Teledamo ac Pelopi, adhuc infantibus vitam eripuiſſe. De caede ab AEgiſtho perpetrata conſule eumdem cap. 18. pag. 149.

Pag. 211. lin. 23. A. Octavo poſt Trojae excidium anno Menelaum in patriam rediiſſe docet etiam Pauſanias lib. III. cap. 22. pag. 266. ubi plura.

Pag. 212. lin. 31. A. Dele *& lib. II. cap. 31. qui de judicibus parum differt ab Hellanico.* & ſubſtitue & Edw. Simſonium Chronic. A. M. 2831. Idem Pauſanias lib. II. cap. 31. narrat lapidem eſſe ante aedem Dianae Lyceae in urbe Troezene, in quo novem viri de haec caede Oreſtem purgarunt, qui eodem capite nempe pag. 184. & 185. pluribus de hac Oreſtis purgatione agit. & lin. 37. poſt 509. adde, Pauſan. lib. III. cap. 22. pag. 265. docet, prope Gytheum eſſe lapidem, λίθον δίκης dictum, in quo ſedens Oreſtes inſania liberatus eſſe dicitur. Quid Arcades de Oreſte referant, conſule eumdem lib. VIII. cap. 34. pag. 669. 670.

Pag. 213. lin. 12. A. Apud Hermionenſes Diana colitur cognomine *Iphigenia.* Pauſan. lib. II. cap. 35. pag. 194. De inſtituti hujus ratione conſulendus Diod. Siculus lib. IV. pag. 248. 249. 250.

Pag. 214. lin. 10. B. adde, ſed confer Pauſan. lib. III. cap. 16. pag. 249.

Pag. 215. lin. 16. A. pro *improbat* repone *rejicit.*

Pag. 216. lin. 3. B. pro *Hermyone* lege *Hermione* & adde Pauſan. lib. II. cap. 18. p. 151. lib. III. cap. 1. pag. 205.

Lin. 6. adde: Juxta Hellanicum e Pylade & Electra nati ſunt Medon & Strophius. vide Pauſan. lib. II. cap. 16. pag. 147.

Pag. 217. lin. 2. B. poſt 33. adde, Pauſan. lib. x. cap. 24. p. 858. ubi & de ejus ſepulcro ut & p. 859.

Lin. 8. pro *quod jam viderat* lege quod & vidit.

Lin. 10. adde, Celeb. Burm. in Var. Lect. Servii ad VI. AEn. 840. e Neoptolemi caede natum eſt proverbium, de quo Pauſanias lib. IV. cap. 17. pag. 321. haec notat Ἡ ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΕΙΟΣ ΚΑΛΟΥΜΕΝΗ ΤΙΣΙΣ. Νεοπτολέμῳ γὰρ τῷ Ἀχιλλέως λαπτεόντων Πρίαμον ἐπὶ τῇ ἑρκείᾳ τοῦ Ἕρκειόν συνέπεσε καὶ αὐτὸν ἐν Δελφοῖς, ἀφ' οὗ τὸν βωμὸν Ἀπόλλωνος λατρεύουσιν· καὶ λόγῳ τοῦτο τοῖς παισὶν, ἐπεὶ τις καὶ ἔργοις ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΕΙΟΝ ΤΙΣΙΝ ἐπιμάζουσι. Quamquam Leſcheus negat in ſuis carminibus, Priamum ad Hercei Jovis aram fuiſſe occiſum, ſed ab ara abtractum & ante regiae fores a Neoptolemo interfectum docet. Vide Pauſan. lib. x. cap. 27. pag. 865.

Pag. 218. lin. 8. A. De aliis Argivorum regibus conſule Pauſaniam lib. II. cap. 16. pag. 145. 150. cap. 19. p. 152. & ſeqq. cap. 18. & 38. Diod. Siculum lib. IV. pag. 261. 271.

Pag. 219. lin. 24. A. poſt 57. adde: Ab hoc Marone urbs Maronea dicta eſt. v. Diod. Siculum lib. I. pag. 17.

Pag. 220. lin. 9. A. *Hunc AEolum propter violentiam & corporis craſſitiem Ἀσκὸν vocari ab Indigenis Antiphanes ait apud Athenaeum lib. XII. cap. 13. p. 552.* in ſpongiam incumbere jubeo.

Pag. 222. lin. 32. A. *arborem mali* legit Doctiſſ. Valckenarius lib. II. Animadverſ. in Ammonium cap. 8.

Pag. 223. lin. 4. B. lege *freto AEaeae.*

Pag. 224. lin. 5. in textu ALCINOUS. Diod. Siculus lib. IV. p. 274. Φαίακα δ' ἐγένετο Ἀλκίνοος, ὁ τὴν Ὀδυσσέα καταγαγὼν εἰς Ἰθάκην.

Lin. 19. B. poſt 917. adde: Cum hoc loco confer Diod. Siculum lib. v. pag. 323.

Pag. 226. lin. 23. A. Quomodo Icarius Penelopen Ulyſſi elocaverit, docet Pauſanias lib. III. cap. 12. p. 235.

Pag. 231. lin. 29. B. Fuit & Manto Melampodis & Iphianirae Megapenthus filiae filia. vid. Diod. Sicul. lib. IV. p. 271.

Pag. 232. lin. 32. B. Omnes olim fatidicae mulieres Graecae *Sibyllae* ſunt dictae, quia τὸ σιβδιάζειν καὶ γλώσσαν ἰσάρχειν σιβυλλαίνειν. & ideo Daphne Tireſiae filia fatidica etiam *Sibylla* dicta fuit. vide Diod. Siculum lib. IV. pag. 269. De mulieribus fatidicis, quae Sibyllae fuere cognominatae, integro capite 12. agit Pauſanias libri decimi pag. 825. 826. 827. 828.

Pag. 233. lin. 1. B. poſt 14. adde: De OEnopione v. Did. Siculus lib. v. p. 345.

Pag. 236. lin. 7. in textu, QUAE TRIETERICA DICUNTUR. De his Diod. Siculus lib. IV. pag. 211.

Lin. 15. A. Vide Diod. Siculum lib. I. p. 17. lib. IV. p. 210. 212.

Lin. 12. B. Alio modo hiſtoriam de Lycurgo & Baccho narrat Diod. Siculus lib. I. p. 17. & lib. III. pag. 199.

Pag.

Pag. 237. lin. 11. B. adde, Euſt. ad Dionyſ. vs. 211. Οἱ δὲ φασι τὸ ἐκεῖ ΔΙΑ ΤΟΝ ΑΜΜΩΝΑ κληθῆναι ἀπὸ τινος ὁμωνύμου ποιμένος, ὑποκατάξαντος τὸ δ ἱερὰ ἱδρύσασθαι. Pauſan. lib. IV. cap. 23. in fine Μάντικλος δὲ καὶ τὸ ἱερὸν Μισαηίοις τοῖς Ἡρακλείοις ἐποίησε, καὶ ἔστι ἐκτὸς τείχους ὁ θεὸς ἱδρυμένος Ἡρακλῆς καλούμενος Μάντικλος καθότι καὶ ΑΜΜΩΝ ὁ Λιβύη, καὶ ὁ ἐν Βαβυλῶνι Βῆλος ὁ μὲν ἀπὸ ἀνδρὸς Λίγυπτίου Βήλου δὲ Λιβύης ὄνομα ἔσχεν. ΑΜΜΩΝ δὲ ἀπὸ δὲ ἱδρυσαμένου ποιμένος. Alio modo de Ammone Diod. Siculus lib. III. pag. 206.

Pag. 244. lin. 11. Aliam fabulam ἐκεῖ Οὐρανὸν τὸ πάλαι βασιλεύσαντος ὑπ' αἰνιγμάτων narrat Diod. Siculus lib. V. pag. 319

Pag. 245. lin. 4. A. Antea pro Neptuno Rhea Saturno agnum edendum adpoſuerat juxta Arcadas. Vide Pauſan. lib. VIII. cap. 8. pag. 613. ſed alio modo Tzetzes ad Lycophron. vs. 644. e Theſeo lib. III. Corinthiac. Ἄργος πόλις Βοιωτίας ἀπὸ Ἄργους τοῦ Ποσειδῶνος τροφῆς, ὃν Κρόνος ζητῶν Ποσειδῶνα, ἀπηγόρευε μὴ ἔχειν αὐτόν, ὅθεν ἡ πόλις ἐκλήθη, ἐστὶν ἕτερον Συρίσκου λεγόμενον. Quid vero Arcades de Rhea Saturno pro Jove lapidem adponente fingant, vide Pauſan. lib. VIII. cap. 36. pag. 673. Ab hac fabula Plataeenſes in Junonis templi ingreſſu expreſſerunt Rheam τὸ πίτυον καταλημμένην σπαργάνοις, οἷα δὴ τὸ παιδίον, ὃν ἵππιος Κρόνῳ κομίζουσαν. Pauſan. lib. IX. cap. 2. pag. 715. de quo lapide & lib. X. cap. 24. p. 859.

Lin. 23. Hinc manavit Panchaeorum ſacerdotum figmentum, de quo Diod. Siculus lib. V. pag. 321. Sed conſule de hac fabula in primis pag. 337. Duo fuere Joves, de quibus Diod. Siculus lib. I. pag. 14. lib. III. pag. 194. 195. 206. 207. ubi inprimis de Jove Cretenſi plura, quae hic deſcribi nequeunt, videnda ſunt. De tribus Jovibus Cicero lib. III. de N. D. cap. 21. cum Daviſii nota. Sed antiqui omnes reges vocabant Joves, ut docet Tzetzes ad Lycophron. vs. 87. unde ſine dubio inter Cretenſes, Arcadas & alios orta eſt iſta de Jovis ſolo natali contentio.

Pag. 246. lin. 5. A. poſt 40. adde: Non enim, ut e Servii loco emendato patet, fuiſſe dicuntur Jaſionis filii, ſed Corybas Jaſionis filius τοὺς ἐπὶ τῆς τῆς μητρὸς ἱεροῖς εἰθυσιάσαντας ἀφ' ἑαυτῶ Κορύβαντας ὀνομαζομένους. Vide Diod. Siculum lib. V. pag. 323. Atlantii, qui duos Joves ſtatuunt, dicunt Curetas fuiſſe numero decem, e Jove non Saturni filio, ſed Coeli fratre, Cretenſium rege progenitos, teſte eodem Diod. Siculo lib. III. pag. 194. ab horum Curetum filia inſula Creta nomen adepta pag. 204. Cretenſes novem fuiſſe dicunt. de quibus lib. V. p. 334. quorum poſteri etiam Curetes dicti fuerunt. pag. 331. Cetterum *Curetas* & *Corybantas* non pro iiſdem habere videtur Pauſanias lib. VIII. cap. 37. pag. 676.

Lin. 22. B. adde Pauſan. lib. X. cap. 6. pag. 812.

Pag. 247. lin. 31. A. adde: Hoc debet Scholiaſtes ille Diod. Siculo lib. V. pag. 335. Θέμιν δὲ μυθολογοῦσι μαντικὴν καὶ θυσίας καὶ θεσμοὺς τοὺς περὶ τὸ θεῖον ἀρχὴν εὑρεῖν, καὶ τὰ περὶ τὴν δίκαιαν καὶ ὁσίαν κατασκεῦσαι. διὸ καὶ θεσμοφύλακας καὶ θεσμοθέτας ὀνομάζεσθαι τοὺς τὰ περὶ τοὺς θεοὺς ἔχοντας, καὶ τοὺς τῶν ἀνθρώπων νόμους ἀφυλάττοντας· καὶ τὴν Ἀστραίαν, καθ' ὃν δὴ καιρὸν τοὺς χρησμοὺς ἐδίδουν μέλλοντας, θεμιστεύειν λέγουσι, διὸ καὶ τὴν Θέμιν ὑμνῳδεῖν γεγενῆσθαι τοὺς χρησμούς.

Lin. ult. Pauſanias lib. V. cap. 14. pag. 413. de templo Jovis Olympici in Elide agens ſcribit: Ἐπὶ δὲ τῷ Γαίῳ καλουμένῳ βωμός ἐστιν ἐπ' αὐτῷ Γῆς, τίφρας δὲ ἐντός. τὰ δ' ἔτι ἀρχαιότερα καὶ μαντεῖόν τῆς Γῆς αὐτόθι εἶναι λέγουσιν. Lib. X. cap. 5. pag. 809. Φασὶ γὰρ δὴ τὰ ἀρχαιότατα Γῆς εἶναι τὸ χρηστήριον, καὶ Δάφνην ἐπ' αὐτῷ τετάχθαι προμάντιν ὑπὸ τῆς Γῆς. εἶναι δὲ αὐτὸν τοῦ περὶ τὸ ὄρος νυμφῶν. ἔστι δὲ ὁ Ἕλικος ποταμός, ὄνομα μὲν τοῖς ἐπιχωρίοις ἐστὶν Εὐμολπία, Μουσαίῳ δὲ τῷ Ἀντιοφάμου σχοινοῦσθαι τὸν ἵππον, πεποιημένοις οὐκ ἐστὶν ὁ τοιοῦτος, Ποσειδῶνος δὲ κοινῇ καὶ Γῆς εἶναι τὸ μαντεῖον. καὶ τὴν μὲν χρῆν αὐτὴν, Ποσειδῶνι δὲ ὑπηρέτην ἐς τὰ μαντεύματα εἶναι Πύθωνα, καὶ ἔτος ἔχειν τὸν ἵππον.

Αὐτίκα δὲ χθονίης σφῶν δὴ τανυτὸν φάτις μῦθον,
Σὺν δέ τι Πύθωνι ἀμφίπολον κλύτε Σπερχειῷ.

Χρόνῳ δὲ ὕστερον ὅσον ὀλίγῳ μετ' ἐκ δεδιότας Θέμιδι ὑπ' αὐτῆς λίγυσιν, Ἀστραίαν δὲ παρὰ Θέμιδος λαβεῖν δωρεάν. Ποσειδῶνι δὲ αὖθις δὲ μαντεῖον Καλαύρειαν ἀντιδόναι φασιν αὐτὸν τὸν περὶ Τροιζῆνος. Plura ibi notata omitto cap. 24. pag. 858. Ἐν δὲ τῷ ναῷ πεποίηται μὲν Ποσειδῶνος βωμός, ὃν τὸ μαντεῖον τὸ ἀρχαιότατον κτῆμα ἐν καὶ Ποσειδῶνος.

Lin. 40. B. poſt 5. adde: Inprimis Cretenſes vid. Diod. Siculus lib. V. p. 344.

Pag. 248. lin. 1. in textu ET DIANAM. Dianam AEgyptii dicunt Cereris eſſe filiam juxta AEſchylum. Vide Pauſaniam lib. VIII. cap. 37. pag. 676. unde hanc hauſerit ſententiam AEſchylus, docet Herodotus lib. II. cap. 156. 157. 158.

Pag. 249. lin. 7. A. poſt. 8. adde: Nam apud Pauſan. lib. II. cap. 29. p. 178. pro Κρίσος ſcribendum Κρίσος.

Lin. 21. Troezenii dicunt, Diomedem Troja reverſum primum Pythia Apollini inſtituiſ-

se. Vid. Pausan. lib. II. cap. 32. pag. 186.

Lin. 12. B. De Sirenum insula Pausan. lib. X. cap. 6. pag. 812.

Pag. 250. lin. 30. A. Alia fuit Pandora Coeli ac Telluris filia, Rheae soror. Diod. Siculus lib. III. pag. 190.

Pag. 252. lin. 32. B. Eadem jam de Niobe & Alcmena testatur Diod. Siculus lib. IV. pag. 223. lin. 34. Argum facit filium Jovis & Niobes Phoronei filiae Pausanias lib. II. cap. 22. p. 161. vide inprimis cap. 34. p. 191.

Pag. 255. lin. 10. B. adde Diod. Siculum lib. I. pag. 10. 11. 21. & seqq.

Lin. 18. adde: Summis honoribus culta fuit a Tithoreensibus. v. Pausan. lib. X. cap. 32. pag. 880. 881.

Lin. 36. adde: Sed Pamphus dicit, Proserpinam, dum raperetur, ἀπ' ἴτυς ἀπατηθῆναι, ἀλλὰ ταρκύσαις. Vide Pausaniam lib. IX. cap. 31. pag. 773.

Pag. 256. lin. 2. in textu VENERE ET DIANA. Diod. Siculus lib. V. pag. 287. Venerem excludit, scribens juxta Siculos Dianam & Minervam virginitati servandae cum Proserpina deditas flores legisse: quae consentiunt fabulae, quam narrat Lactantius lib. V. Explicat. Fab. 6.

Lin. 36. A. in notis post v. adde Diod. Siculum lib. V. pag. 286. 287. 288.

Lin. 41. post ταύτῃ adde: Prope Syracusas, ubi postea fons Cyane adparuit. Diod. l. l.

Pag. 257. lin. 41. A. adde: Diodorus Siculus lib. V. p. 323. Δήμητραι μὲν Ἰασίωνος ἐρασθῆναι τ' καρπὸν τῷ σιτῷ δωρήσασθαι, nempe in nuptiis Cadmi & Harmoniae qui pag. 336. 337. dicit, magnam inter antiquos esse litem de loco, cui Ceres prima hoc beneficium dederit. Quid Cretenses dicant, vide pag. 344.

Pag. 259. lin. 5. A. post 365. adde: Qui Triptolemo terrae Atticae conferendae provinciam inposuisse ab AEgyptiis dicitur. v. Diod. Sicul. l. I. p. 17.

Pag. 261. lin. penult. B. Alia de Titanum excidio memorant alii, quae videnda in Diod. Siculo lib. III. a pag. 204. ad finem usque libri.

Pag. 263. lin. 33. A. Alii dicunt Typhonem vocari Priapum Bacchi & Veneris filium. v. Diod. Siculus lib. IV. p. 214. Ab Iside sorore interfectum tradunt AEgyptii. v. Diod. Siculus lib. I. p. 18. qui de ejus parentibus p. 13. egerat.

Lin. 29. B. post *dabunt* adde: Diod. Siculus lib. V. p. 338. 339.

Lin. 36. post 376. adde Diod. Siculum lib. IV. p. 218. 219.

Pag. 264. lin. 13. A. De hominibus e diluvio servatis vide Doctissimi Viri dissertationem de priscis Graecorum & Latinorum sermonibus §. 12. quae legitur post Montefalconii Palaeographiam. Quid vero AEgyptii, Rhodii, ac Samothraces de suo diluvio memorent, docebit Diod. Siculus lib. I. pag. 16. 17. lib. V. pag. 322. 327.

Pag. 367. lin. 19. A. post *Scholiastes* adde: Hunc Euripidis locum jam occupatum postea deprehendi a Maussaco, Differt. Critic. post Harpocration. pag. 402. quem ejusdem fuisse sententiae lactor.

Lin. 4. B. adde, Pausan. lib. V. cap. 12. p. 406. De templo Jovis Olympii apud Eleos ait Τὸ δὲ ἡλικτὸν τοῦ, ὑπὸ Αὐγέᾳ πεποίηται τὸν οἶκον, ὅτου μὲν αὐτόματον ὁ Ἡφαιστος τοῖς ψάμμοις ἐφέρπυσεν, σπανίζεται τὰ μάλιστα ἐς ἀνθρώπου τίμιον ποιῶν ἐφεῖ ἕνεκα· τὸ δ' ἄλλο ἡλικτόν, ἀπαραπλησίως ἐφεῖ ἀργύρῳ χρυσός. De Electri fabula ac vera historia Diod. Siculus, quem hic citat Munckerus, est consulendus pag. 302. ubi plura de ipsa Phaëthontis fabula.

Lin. penult. Diodorus vero Siculus lib. V. p. 342. hoc inventum tribuit Baccho Jovis ac Proserpinae filio in insula Creta nato: sed aeque ac Hercules confunduntur. Vide Eundem lib. IV. pag. 211. 212. 213.

Pag. 268. lin. 39. A. lege *Amphion ab aliis M. f. d.*

Lin. penult. ante *videmus*. De duobus Sarpedonibus, quos antiqui saepius confuderunt, vide Diod. Siculum lib. V. p. 344. 345. Quorum alter Jovis & Europae, alter Euandri & Deidamiae Bellerophontis filiae filius.

Pag. 270. lin. 35. A. post *Diodoro* adde pag. 269. 270.

Lin. ult. adde: Quocum confer Pausan. lib. IX. cap. 12. p. 733. & cap. 19. pag. 747.

Lin. 36. B. Pro *Rhias* lege *Anthas* vel *Anthes*. & mox pro *Epboceus* restitue *Hyperes*. Hi erant fratres e Neptuno & Alcyone Atlantis filia nati, a quibus *Anthia* & *Hyperia* dictae. Vide Pausaniam lib. II. cap. 30. pag. 182. quas Plutarchus Quaest. Graec. Tom. II. p. 295. *Anthedoniam* & *Hyperiam* vocat, apud quem alia de his fratribus ex Mnasogithone videbis notata. Hunc Anthen cum Troezeniis facit Halicarnassi conditorem Strabo lib. XIV. pag. 970. Verum Pausanias l. l. tradit Aëtii Anthae filii posteros coloniam in hanc Cariae urbem deduxisse. Fuit & alius Hyperes, quem Melas Phrixi filius ex Euryclia suscepit, a quo fons Hyperia in oppido Pheris, vel juxta alios in Laconica, nomen habet. vid. Schol. Pindari O. Pyth. IV. vs. 222.

Pag. 275. in textu LINUS EX URANIA MUSA Pausanias lib. IX. cap. 29. p. 766. λίγιται δ' ὡς ὁ Λίνος ἐπὶ παῖς μὲν Οὐρανίας εἴη, ὑπ' Ἀμφιμάρου δ' Ποσειδῶνος. quem ab Apolline occisum addit. de cujus Lini parentibus pluribusque Linis vide, quae notavi in Obs. Misc. Vol. X. Tom. III.

III. pag. 388. & Doctiſſ. vir in Diſſ. de Priſcis Graec. ac Lat. literis §. 19. & ſeqq. De Lino Cliûs unius e novem Muſis & Magnetis filio Tzetz. ad Lycophron. vs. 831.

Lin. 35. in notis. Vide, quae dixi Obſ. Miſc. Vol. x. Tom. III. pag. 388. adde Diod. Siculum lib. IV. pag. 280. e quo Juſtinus a me emendatus inluſtratur. *Τὸν δ' ὑπὸ Ἀπόλλωνα καὶ ταύτην τὴν χώραν ὑπὸ Κυρήνης χρυσοπλόκαμον τὸν Ἀρισταῖον, τοῦτον μὲν νύμφαι ὑπὸ σοφίαν ἐκδέξασθαι παῖς νύμφαις πίφαυ, ταύτας δ' ὑπὸ παιδὶ πρῶτος ἐπιμελείας ἀξιοπίστως, καλῶν δὲ αὐτὸν, Νόμιον, Ἀρισταῖον, Ἀγρέα.* quamquam Schol. Apollonii Rhodii, quem ibi citavi, Ariſtaeum alia de cauſſa nomina ſua adcepiſſe tradat.

Lin. 2. B. Praeter Hyllum e Deianira ſuſcepit Gunéum, & Hoditem, teſte Diod. Siculo lib. IV. pag. 242. ubi legendum *Γλανία* & *Ὀνίτην*. Vide quae iiſdem in Obſ. notavi pag. 390. 391.

Lin. 9. Tlepolemum ſuſcepit Hercules ex filia Phylei regis Theſprotorum juxta Diod. Siculum lib. IV. p. 241.

Pag. 278. lin. 7. B. Minerva nihilo minus tibiam invenit. Vide Diod. Siculum lib. V. p. 323.

Pag. 280. lin. 34. B. Diod. Siculus lib. III. p. 193. addit Apollinem *ταχὺ δ' μισαποιλεθίνα καὶ βαρίνς ἐπὶ τῆς ὑπ' αὐτῶ ἀρχθέντι εἰέγκαιζε τ' χιλάρας ἐκρέξαι τὰς χορδὰς, καὶ τὴν δίρκιδρίν ἀρμονίαν ἀφανίσαι.*

Pag. 281. lin. 2. A. poſt 2. Fuit & alius Olympus, qui duxit uxorem Cybelen, Jovis e Saturno ac Rhea progeniti praeceptor. Vide Diod. Siculum lib. III. pag. 206. & lib. V. p. 323.

Lin. 7. De Sacada hoc vide Plutarch. de Muſica p. 1134. 1135.

Lin. 24. poſt 866. adde Pauſan. lib. X. cap. 30. pag. 873.

Pag. 282. lin. 5. in textu Liber Jovis &c. Fabulam explicat Diod. Siculus lib. III. pag. 196.

Pag. 283. lin. 17. A. adde Diod. Siculum lib. IV. pag. 211.

Lin. 23. B. poſt *docet.* adde, quocum confer Diod. Siculum lib. V. pag. 329. ubi & de tempore fugae.

Pag. 284. lin. 12. B. adde Pauſan. lib. X. cap. 10. pag. 812.

Pag. 285. lin. 21. B. adde Spanh. ad Callim. H. Pall. 47.

Pag. 286. lin. 13. A. Recte Apollodorus inter Danaidas numerat Scaeam & Automaten, quae poſtea nupſerunt Architeli & Archandro Achaei filiis, teſte Pauſania lib. VII. cap. I. pag. 522.

Lin. 17. pro cap. 155. lege pag. m. 150.

Pag. 287. lin. 1. B. pro duabus his lineis repone: Danaos Argivos eſſe dictos docet Spanhemius ad Callim. H. Pall. 142. Notandus vero hic eſt error ſive diſſidium Scholiaſtae Euripidis in Hecuba vs. 886. pag. 78. cum aliis ſcriptoribus, narrantis Lynceum Danai filias cum ipſo Danao occidiſſe, diram hanc ſuorum fratrum caedem ultum, & ita una cum Hypermneſtra Argorum imperio fuiſſe potitum. Pauſanias lib. II. cap. 16. pag. 145. Lynceum Argivorum facit regem, ſed qui patri Danao, non occiſo, ſed naturae debitum reddenti in regnum ſucceſſit. Imo Apollodorus lib. II. cap. I. §. 5. refert, Danaum ipſum Lynceo filiam Hypermneſtram elocaſſe & cap. 2. §. 1. Lynceum Danaum e vita decedentem excepiſſe, nulla Danai caedis mentione facta. ex quibus Apollodori ac Pauſaniae locis, ut & e cap. 18. & 19. ejuſdem Pauſaniae libri & Schol. Eurip. Oreſt. vs. 933. p. m. 205. patet Argivorum regum catalogum ab Hygino fab. 124. numquam fuiſſe profectum. Praeterea incognitos ſcriptores hic ſequitur Hyginus, nam referens Danaidas poſt patris Danai mortem viris Argivis nupſiſſe: (Nota interea phraſin Hygini *ducere viros Argivos* pro nubere) diſſentit ab Apollodoro lib. II. cap. I. §. 5. qui haec de Danao notat: *Τὰς δ' λοιπὰς θυγατέρας εἰς γυμνικὸν ἀγῶνα πᾶσι νικῶσιν ἔδωκεν.* quocum facit Pauſanias lib. III. cap. 12. p. 235. *Δαναῷ γὰρ τοῦτο ἐπὶ τοῖς θυγατράσιν ἄριθμὸς, καὶ ὡς γυναῖκας ἐδέξατο ἕλλην ἐξ αὐτῶν διὰ τὸ μίασμα ἀναγίζει, διάπυρα δὲ ὁ Δαναὸς ἔθηκεν ἀπὸ θύσεως, ἢ ἂν ἵκας ⊙ καὶ κάλλ ⊙ ἀρίστας, ἀφικομένοις δὲ ἀνδράσιν ἐν πολλοῖς ἀγῶσι κατέστησε.* &c. Praeterea filias Scaeam & Automaten Danaus poſt hunc caſum Architeli & Archandro Achaei filiis in matrimonium dedit teſte Pauſania lib. VII. cap. I. pag. 522. qui pag. 523. addit, Architele & Archandro Argis & Lacedaemone rerum potitis, Achaeos communi nomine ab eorum patre Achaco coepiſſe appellari tam Lacedaemonios, quam Argivos, ſed Argivos ſolos a ſocero Danao *Danaos.* Archandrum Danai generum vocat etiam Herodotus lib. II. cap. 98. ſed filium Pthii eum facit, Achaei nepotem, ſed plures Archandros fuiſſe idem cenſet.

Pag. 289. lin. 8. B. Pauſanias lib. VIII. cap. 45. p. 693. *Καὶ Θεσεὺς παῖδες, ἀδελφοὶ δ' Ἀλθαίας, Περίθους καὶ Κομήτης.*

Lin. 16. Pauſan. l. l. *Ἱππόλυτος ὁ Κιρκύνιος δ' Ἀγαμήδους δ' Στυμφήλιε.* Hic vero notandus Pauſaniae error pergentis *καὶ ὃς τὸν ἵππον Ἀγκαῖον ἴσχυσε πᾶσι πάνυ μαλλον, καὶ ἀφίκετο τ' πέλικνι ἀνίκατον ἐπὶ Ἔποχος.* At quomodo Epochus huic venationi interfuiſſe potuit, qui ante eam fato functus fuit, ut ipſe teſtatur Pauſanias cap. 4. pag. 606. *Γενομένου δὲ αὐτῷ (Λυκούργῳ τῷ Ἀλέως) Ἀγκαίῳ τε καὶ Ἐπόχῳ, τὸν μὲν ταυρόκολα ἐπιλαμβάνει τὸ χρεών. Ἀγκαῖ ⊙ δ' ἰάσιμά τε δ' πλῆ μα-*

τίχαι ἐς Κάλχας, καὶ ὕστερον ὁμοῦ Μιλήτῳ τὸ σὸ Καλυδῶνι κατεγκαζόμενοι θεῖον, ἐπίθωσιν ἐπὶ τὸ ὗς.

Pag. 290. lin. 19. B. Pauſanias lib. VIII. cap. 45. p. 693. ita Τὸν δὲ σὸν Καλυδῶνι ὑὸν Ἀγκαῖος ἀπέκτεινεν ὁ Λυκόργε πρωθεὶς, καὶ Ἀταλάντη τοξεύσει τὸν ὗν, καὶ ἔτυχε πρώτη θηρός.

Pag. 291. lin. 15. B. De Meleagri morte inprimis Pauſanias lib. X. cap. 31. pag. 874. 875. & Diodorus Siculus lib. IV. pag. 240.

Pag. 292. in textu QUAE MELEAGRIDES v. Has aves pauperes Tithoreenſes immolant deae Iſidi. Pauſan. lib. X. cap. 32. p. 880.

Pag. 294. B. lin. 6. B. Pauſanias lib. VIII. cap. 3. pag. 602. dicit oppidum conditum ac dictum eſſe a Trapezeo Lycaonis filio.

Lin. 16. adde Pauſan. lib. VIII. cap. 3. pag. 603. 604.

Pag. 297. lin. 28. A. lege cap. 5. & 10.

Lin. 23. B. Vide Diod. Siculum lib. I. pag. 20. & lib. IV. p. 210. 211.

Pag. 298. lin. 4. B. De Bacchi parentibus conſule Diod. Siculum lib. III. p. 195. 196. ubi cur Jovis & Cereris, Semeles ac Thyones filius dicatur, docemur. Eam, quam Romani *Bonam Deam* vocant, Graeci ajunt unam e Bacchi matribus eſſe, quam nominare nefas. Vide Plut. in Caeſare pag. 711. In inſula Naxo Bacchum Jovis ac Semeles filium natum refert Diod. Siculus lib. V. p. 325. ubi de tota fabula, qui de Thebano, variisque Bacchis egerat lib. IV. p. 210. 211. 212. 213. & lib. III. pag. 207. & lib. I. pag. 23.

Pag. 299. lin. 6. A. Duas rationes irae Dianae adferri docet Diod. Siculus lib. IV. p. 281.

Lin. 33. De hac fabula conſule tamen Pauſaniam lib. IX. cap. 2. p. 714.

Pag. 301. lin. 4. A. lege: conſule Diod. Siculum lib. V. p. 338. & poſt eum inl. Spanh.

Lin. 15. adde: Arcades, qui Jovem in Creta natum & educatum negant, dicunt Jovem eſſe nutritum in agro Cretea, qui in monte Lycaeo eſt, a Nymphis Thiſoa, Neda & Hagno. Pauſan. lib. VIII. cap. 38. pag. 678. & cap. 47. pag. 695.

Lin. 32. B. Nyſam Arabicam vocat Diod. Siculus lib. III. p. 199. & lib. I. p. 14. & 17.

Pag. 304. lin. 27. A. poſt *cap.* 18. adde: Sed locum in Cithaerone, ubi hoc ſit actum, exprimere nequeunt. vid. Pauſan. lib. IX. cap. 2. p. 714.

Pag. 312. lin. 12. B. Ipſe Pauſanias lib. X. cap. 29. p. 870. vocat Κίφαλον τ Δηίονος.

Pag. 314. lin. 53. A. adde Pauſan. lib. X. cap. 29. p. 870.

Pag. 316. lin. 16. B. Interſere: Niſi ſtatuendum ſit, Hyginum Phrygum fabulam eſſe ſecutum, qua, teſte Plutarcho in Caeſare p. 711. eam Deam, quam Romani Bonam vocant, Graeci γυναικείαν, Phryges ſuam vindicantes, Midae matrem eſſe dicunt.

Pag. 317. lin. 16. B. poſt 179. adde: De Silenis vide etiam Pauſan. lib. VI. cap. 24. p. 515. cum Kuhnii nota: nec non Diod. Siculum lib. III. pag. 205.

Lin. 17. pro *Manidas* lege *Panidas*.

Lin. antepenult. poſt pag. 115. adde, de Sileno Diod. Siculum lib. IV. pag. 212.

Pag. 320. lin. 40. B. Plures fuere Amazones. v. Diod. Sicul. lib. III. p. 185. plures Joves p. 194. 195. Plures Hercules p. 207. 208. & lib. V. p. 342.

Pag. 324. lin. 20. A. poſt 748. adde: Item Bacchi ac Lycurgi. vide Diod. Siculum lib. III. p. 199.

Pag. 326. lin. 18. De eo plura & alia habet Diod. Siculus lib. IV. pag. 284.

Pag. 330. lin. 36. A. lege qui refert lib. II.

Pag. 334. lin. 9. B. De Aeſculapio conſulendus Diod. Siculus lib. V. p. 341.

Pag. 339. lin. 1. B. poſt p. 284. adde Pauſan. lib. X. cap. 24. p. 857.

Lin. 2. De Epimenide Cretenſi Plut. in Solone pag. 84.

Pag. 340. lin. 31. A. Septem hae ſententiae ante fores templi Delphici erant ſcriptae; Pauſan. lib. X. cap. 24. jam ſaepius citato.

Lin. 31. B. poſt 3. adde: Alia de Muſarum numero refert Pauſanias lib. IX. cap. 29. pag. 765. 766.

Lin. 34. Adde Diod. Siculum lib. IV. pag. 215.

Lin. 43. Inter Graeciae miracula etiam Minyae aerarium recenſetur. v. Pauſan. lib. IX. cap. 38. p. 786.

Pag. 342. lin. 2. A. poſt V. pone Pauſan. lib. IV. cap. 31. pag. 357.

Lin. 36. pro λύθεν lege λίθου.

Lin. 40. De hoc ſepulcro vide Pauſan. lib. VIII. cap. 16. p. 633.

Pag. 344. lin. 2. in textu HERCULES. De honoribus divinis deinceps Herculi habitis Diod. Sicul. lib. IV. p. 244.

Pag. 346. lin. 13. A. Non tantum apud librarios, ſed priſci aevi Latinos O & U fuere confuſa. Vide virum doctiſſ. Differt. de priſcis Gr. & Lat. literis §. 37. ad B. Montfaucon.

Lin. 25. B. Pauſanias lib. X. cap. 28. pag. 867. Syracuſis Olympium Jovem etiam templo cultum fuiſſe docet. Hinc multi Ciceronem erroris convincere ſtudent, qui lib. III. de N. D. cap. 34. adnotat de Dionyſio, *Qui cum ad Peloponneſum claſſem adpuliſſet, & in fanum venſſet Jovis Olympii, aureum ei detraxit amictum grandi pondere, quo Jovem ornarat ex manubiis Karthaginenſium tyrannus Gelo: atque in eo etiam*

cavil-

*cavillatus eſt, aeſtate grave eſſe aureum amictulum, hieme frigidum, eique laneum pallium injecit. cum id eſſe ad omne anni tempus diceret.* Quaſi Dionyſius hanc injuriam feciſſet Jovi Olympio in Sicilia culto. Sed quid hi homines facient de loco Pauſaniae, qui ſcribit id, quod ipſe oculis adſpexit. lib. VIII. cap. 42. pag. 687. Καθ' ὃν τὴν πέριξ διάβασιν ἐς τὴν Εὐρώπην, Συρακουσῶν τε ἱτεργέται καὶ Σικελίας τῆς ἄλλης Γέλωνι ὁ Δεινομένους. ἐπεὶ ἢ ἐπιλάθοιτο Γέλων, ἐς Ἰθώμην ἀδελφὸν Γέλωνος ἔφευγεν ἡ ἀρχή. Ἰθώμῃ δὲ ἀπολωλότος πρότερον πρὶν ἢ παῖδ' Ὀλυμπίῳ Διὶ ἀναθῆναι τὰ ἀναθήματα, ἃ ἅρμασιν ἐπὶ τοῖς ἵπποις ταῖς νίκαις, οὗτοι Δεινομένης Ἰθώμῃ ἀπέδωκεν ὑπὲρ ἅπαντός. Ὁμοῦ τε καὶ ταῦτα ποιήματα. καὶ ἐπίγραμμα ἐν Ὀλυμπίᾳ τὸ μὲν ὑπὲρ ἁπάντων ἐστὶν αὐτῶν.

Σέο πάϊς νικήσας, Ζεῦ Ὀλύμπιε, σημὸν ἀγῶνα
Τεθρίππῳ μὲν ἄπαξ, μουνοκέλητι δὲ δίς,
Δῶρ' Ἰθώμᾳ τάδε σοὶ ἰχαρίσατο, παῖς δ' ἀπέθηκε
Δεινομένης πατρὸς μνῆμα Συρακοσίου.

Adde Pauſan. lib. VI. cap. 19. p. 490. Σικελιώτας δὲ Σελινουντίνης ἀπίστασαν μὲν Καρχηδονίοις πολέμῳ· περὶ δὲ ἢ τὴν συμφορὰν χθοιδαί σφιν, θησαυρὸν τὸν ἐς Ὀλυμπίᾳ Διὶ ἱπούσαν. Siciliotae igitur, & inprimis Syracuſani Jovem Olympium, cujus templum in Peloponneſo erat, coluerunt: & eadem de Olympii Jovis cultu, quae de divinis honoribus olim Hemitheae habitis adnotat Diod. Siculus lib. IV. pag. 332. ſtatui poſſunt. En ipſum Diodori locum. ἐν δὲ τοῖς ὕστερον χρόνοις ἐπὶ τυράννου ἔλαβε τὸ ἱερὸν αὔξησιν τῆς Ἡμιθέας, ὅτι μὴ μόνον παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις καὶ τοῖς ἀφικνουμένοις τιμᾶς ἀμφιλόγους, ἀλλὰ καὶ τοὺς μαχομένους οἰκέτας εἰς αὐτὸ φιλοτίμως φοιτᾶν, καὶ θυσίαις τε μεγαλοπρεπέσι καὶ ἀναθήμασιν ἀξιολόγοις τιμᾶν· τὸ δὲ μέγιστον Πέρσας ἡγεμόνας τῆς Ἀσίας, καὶ πάντα τὰ ἀπὸ Ἑλλήνων ἱερὰ συλήσαντας, μόνα δὲ τῆς Ἡμιθέας τιμώντας ἀπέχεσθαι. &c. Quamquam non inficias eo Syracuſis templum Jovis Olympii exſtitiſſe. Vide Pauſan. lib. X. cap. 28. p. 867. juxta morem antiquis populis uſitatum, qui Deos ex iſtis locis, quorum praecipuam curam agere videbantur, quaſi evocabant, & ut ad ſe deſcenderent, orabant: qui Dii invitati etiam ſuas ſedes relinquere, & ut aliis extraneis quoque opem ferant, aliquando peregre proficiſci finguntur. Hinc legimus apud Ciceronem lib. II. de N. D. cap. 27. Timaeum in hiſtoria dixiſſe *Qua nocte natus Alexander eſſet, eadem Dianae Epheſiae templum deflagraviſſe:* & adjunxiſſe, *minime id eſſe mirandum, quod Dianae, cum in partu Olympiadis adeſſe voluiſſet, abfuiſſet domo.* Nil mirum igitur, ſi hiſce Diis etiam templa, in quae velut ſuas domos recipi poſſent, in peregrinis ac longe diſſitis urbibus exſtructa, ſtatuaeque poſitae fuerunt. Sic Diana Epheſia culta fuit a Corinthiis, de qua Pauſanias lib. II. cap. 3. pag. 115. Ἔστι δὲ ἐπὶ τῷ ἀγορᾷ (σταδίοις γὰρ πλείοσιν ἦσι τῆς ἱερᾶς) Ἀρτέμιδός τε ἐπίκλησιν Ἐφεσίας. Cujus Deae templum eſt etiam in Arcadiae urbe Alea. Vide Pauſ. lib. VIII. cap. 23. pag. 642. qui de Megalopolitanis adnotat cap. 30. pag. 662. Μεγαλοπολίταις δὲ αὐτόθι ἀκοδομημένα ἐστὶ τὰ ἀρχαῖα, ἀριθμὸν οὐκέμαλα ἔξ, ἐν οἷς δὲ ἐστιν αὐτῶν Ἐφεσίας ἄγαλμα Ἀρτέμιδος. Sic in templo, quod exſtructum eſt in via ab OEtylo ad Thalamas ferente, Venus Paphia colebatur teſte eodem lib. III. cap. 26. pag. 276. qui lib. VIII. cap. 53. pag. 707. de templo in urbe Tegea a Laodice Veneri Paphiae poſito agit. Eodem modo Cereris Eleuſiniae templum reperitur prope montem Taygetum. lib. III. cap. 20. pag. 261. & apud Boeotios exſtat Δήμητρος ἐπίκλησιν Ἐλευσινίας ἱερὸν ἐν Πλαταιαῖς. lib. IX. cap. 4. p. 718. quae templa ſaepe etiam aedificata ſunt ab iis, qui patria expulſi in ea loca, in quibus rerum ac fortunarum ſuarum ſedem collocabant, ſacra ſua ac Deos penates transferre volebant. Sic Telchines Minervae Telchiniae aedem in Teumeſſo ſtatuiſſe creduntur. Vide Pauſan. lib. IX. cap. 19. p. 747. Iiſdem ſine dubio de cauſſis Jovis Ammonis cultus e Libyae deſertis in Graeciam fuit tranſlatus. Pauſanias lib. III. cap. 18. pag. 523. narrat Περιαλλὰ δὲ ἐστιν ἱερὰ ἐστιν Ἄμμωνος. Φάτιδα γὰρ ἀπαρχὰς Λακεδαιμόνιοι μάλιστα Ἑλλήνων χρώμενοι τοῦ ἐν Λιβύῃ μαντείου, λέγεται γὰρ καὶ Λυσάνδρου πολιορκοῦντα Ἄφυτιν τὸν ἐν τῇ Παλλήνῃ, τύχαις ἐπιφανείσαις Ἄμμωνα ἀπαγορεύειν, ὡς ἄμεινον εἴη αὐτῷ τε ἴσα ἔχειν καὶ τῇ Λακεδαίμονι, πολέμου παῦσαι δὲ Ἀφυταίους παυσαμένους. καὶ οὕτω τὸν πολιορκίαν διῆκεν ὁ Λύσανδρος. καὶ Λακεδαιμονίοις τὸν θεὸν σέβειν ἀπόγονοι ἐς πλέον· Ἀφυταῖοι δὲ τιμῶσιν Ἄμμωνα, ἄδυτον ἔστον, ἢ οἱ Ἀμμώνιοι Λιβύων. Non agam nunc de Ammonis ſtatua ante Alexandri domum a Megalopolitanis publice exſtructam, cum arietinis cornibus poſita, de qua Pauſanias lib. VIII. cap. 32. pag. 666. Scimus enim in Alexandri gratiam, (qui ex Ammone fatum ſe eſſe credi volebat, & Macedonibus perſuaſerat. vide Pauſan. lib. IV. cap. 14. pag. 314. quem faſtum deriſit Lucianus Dialogo XIX. Mortuor.) ſimulacrum illud fuiſſe dicatum. Sed Thebis Boeotiis ejuſdem Ammonis exſtat templum teſte Pauſania lib. IX. cap. 16. p. 741. quem locum adſcribam, quippe e quo apparet, Graecos ſua dona miſiſſe etiam ad iſta loca, e quibus ejus Dei, cui in ſua urbe jam templum dicaverant, cultum petierant. Οὐ πόρρω δέ ἐστι ναὸς Ἄμμωνος. καὶ τὸ ἄγαλμα ἀνέθηκε μὲν Πίνδαρος, Καλάμιδος δὲ ἐστιν ἔργον. ἀπέπεμψε δὲ ὁ Πίνδαρος καὶ Λιβύης ἐπ' Ἀμμωνίους

τοῦ Ἄμμωνι ὕμνος. Imo Athenis cultum fuisse docet G. Cuperus II. Obs. 17. Haec subficiant credo ad Ciceronis locum defendendum. Ut itaque ad Jovem Olympium revertar. Hic a nonnullis dicitur a praeceptore Olympo cognomen hoc adeptus esse. vide Diod. Siculum lib. III. p. 206. de quo praeceptore egit Ptolemaeus Hephaestionis apud Photium pag. 476.

Pag. 347. lin. 16. A. post *Eleutheris* adde, quae urbs a Baccho condita esse dicitur. vide Diod. Siculum lib. IV. pag. 211.

Lin. 21. post *dictus* adde, Eleutherii Bacchum apud se natum esse etiam jactitant. vide Diod. Sicul. lib. III. p. 199.

Pag. 354. lin. 32. A adde: Persei & Andromedae filium vocat Diod. Siculus lib. IV. pag. 217.

Pag. 355. lin. 18. A. post 885. adde: Maternum genus recenset Diod. Siculus lib. IV. p. 216.

Pag. 356. lin. 2. B. post cap. 3. adde: Hinc corrigo in Lactantio Explicat. Fab. XIII. 4. pro *Delphos venit*, *Delon venit*. Consule de hujus Anii parentibus ac fatis Diod. Siculum lib. V. pag. 331. 332. Idem quoque Anio vocatur. p. 345.

Pag 359. lin. 7. B. adde: Hic etiam Taraxippus dictus est. Pausan. lib. VI. cap. 20. pag. 505.

Pag. 363. lin. ult. B. adde: Audi & Palaephatum de Incredibilib. cap. 51. de hac historia ὁ δ' πέπων τῆς ἱερᾶς ἀμάξης βοῦς τὸ χρῶμα λευκὸν, λαὸν δ' τῆς ἀμάξης εἶναι δεῖ ἱέρειαν.

Pag. 364. lin. 6. post *ait* adde: Ast idem Plutarchus in Solone pag. 93. 94. secum ipse diffidens dicit: Πάλιν δὲ ὁ Σόλωνος εἰσάγοντος εἰδύλιον Κλείσθενι καὶ Βίττακα φιλοδίλφους καὶ φιλομάτορας ἀλφεσιβοίτας ἄνδρας, εἰ τὴν μαντείαν, ΤΩΝ ΒΟΩΝ βεβουνίοντων, ὑποδύντι αὐτοὶ τῷ ζυγῷ τὴν ἀμάξης εἰσῆλασαν πρὸς τὸ τῆς Ἥρας ἱερὸν, εὐδαιμονιζομένην λαὸν τῶν πολιτῶν καὶ χαίρουσαν· εἶτα θυσίαις καὶ πότοις ἐκ τῆς μιᾶς ἡμέρας ἀνίερασαν, ἀλλὰ τεθηκότες ἀναλγῆ καὶ ἄλυπον ἐπὶ δίκῃ τοσαύτῃ χάριτος θάνατον ἄφθησαν

Pag. 365. lin. 19. B. post 76. adde: De his latius egit Pausanias lib. X. cap. 29. pag. 870. 871.

Pag. 369. lin. 19. B. post 23. adde: Strabo lib I. pag. 43. Ἀτρέα δ' δὲ Ἠλεῖα τὴν ὑπωρείαν τοῦ ἀρκτῳου ὄρους (παραδείξαντα) ubi vide Casaub.

Pag. 370. lin. 23. B. adde: Diod. Siculus lib. IV. p. 230. προσκαλέσασθαι αὐτὸν Ἔρυκα εἰς πάλην ὡς μὲν ὑπ' Ἀφροδίτης καὶ Βυτᾶ, δ' τότε βασιλεύοντος τῶν τόπων (Historiam refert etiam Pausanias lib. IV. cap. 36. p. 372.) Idem Diod. Siculus pag. 282. Ἔρυκα φασὶν υἱὸν μὲν γενέσθαι Ἀφροδίτης καὶ Βυτᾶ βασιλέως τινὸς ἐγχωρίου.

Lin. 31. adde: De templo Veneris Erycinae latissime agit Diod. Siculus lib. IV. p. 282. 283.

Pag. 371. lin. 17. A. adde: Consule Pausan. lib. VIII. cap. 12. in fine pag. 625.

Pag. 372. lin. 43. B. post *Britomarti* adde: Diod. Siculus lib. V. pag. 342. 343. & post eum.

Pag. 373. lin. 44. a. adde: *Facelitis* legit etiam Kuhnius ad Pausan. lib. III. cap. 16. pag. 250. Καλοῦσι δὲ αὐτὴν ΟΡΘΙΑΝ μέντοι, ἀπὸ τοῦ ΛΥΓΟΔΕΣΜΑΝ τὸν αὐτὸν, ὅτι τὸ θάμνου λύγου ἐμπέσῃ, περιελθοῦσα δὲ ὁ λύγος ἐκείνῃ τὸ ἄγαλμα ἐφθόν. Derivatur a φάκελος, de qua voce Doctiss. Valckenaer lib. III. Animadv. in Ammonium cap. 16. De Diana Orthia Potter. ad Lycophron. vs. 1331.

Pag. 374. lin. 8. adde: ante alios Pausanias lib. III. cap. 16. pag. 249. 250. lib. VIII. cap. 23. pag. 642.

Lin. 23. Hoc institutum fuit Lycurgi teste Pausania l. l.

Lin. 34. adde: Praeterea Pausanias lib. III. cap. 16. pag. 249. 250. de Dianae Tauricae simulacro ab Oreste Ariciam delato nullam mentionem facit, licet plures alios enumeret populos, qui hoc simulacrum sibi vindicarunt. De Diana Aricina haud dissimili ritu culta agit, sed huic Dianae templum ab Hippolyto positum esse ipsos Aricinos jactare addit.

Pag. 375. lin. penult. A. Diodori locus est lib. IV. p. 276.

Lin. antepenult. B. post 19. adde, Davis. ad Ciceronem I. Tusc. Quaest. 38.

Pag. 376. lin. 34. A. post 1232. adde: Item Diod. Siculus lib. IV. p. 276.

Lin. 5. B. adde Pausan. *lib.* V. cap. 24. p. 440.

Pag. 377. lin. 22. A. post 342. adde: De fabula Narcissi consule omnino Pausaniam lib. IX. cap. 31. p. 772, 773.

Lin. antepenult. lege Ovid. IV. Met.

Pag. 379. lin. 28. B. Herculem jam pancratio vicisse ferunt. vid. Pausan. lib. V. cap. 8. pag. 393.

Pag. 380. lin. 23. A. adde Pausan. lib. V. cap. 8. pag. 393. de ludis Olympicis, eorumque victoribus agens narrat, ἐπέσης δὲ ἐφεξῆς (Ἡρακλῆς) νικῶντας, ἐστὶ Ἰόλαον τοῖς Ἡρακλείοις ἀθλοφόροις ἵππους — αὐτὸς δὲ ἅρμασι, καὶ Ἰάσιος υἱὸς Ἀρκὰς κέλητι εἰσῆγεν ἵππον ἄρμα. Τυνδάρεω δὲ οἱ παῖδες, ὁ μὲν ἅρμασι, Πολυδεύκης δὲ πυκτεύων. λέγεται δὲ καὶ ὡς Ἡρακλεῖ, ὡς πάλης τε ἀνέλοιτο, καὶ παγκρατίου νίκας.

Pag. 383. lin. 22. B. Vide Celeb. P. Burm. Var. Lect. in Serv. ad v. AEn. 602.

Lin. 33. Cum Plinio facit Diod. Siculus *lib.* V. pag. 332.

Pag. 385. lin. penult. B. post p. 119. adde: de quo titulo consulendi Diod. Siculus lib. V.

pag.

pag. 337. & Pauſanias lib. VII. cap. 21. pag. 577.

Pag. 386. lin. 19. B. poſt *cap.* 5. adde: Ignis uſum, & ferri, aeriſque naturam hi inveniſſe dicuntur ad montem Berecynthum. vid. Diod. Siculus lib. V. p. 333.

Lin. 24. ante εἰδὼς pone: De Theodoro ac Rhoeco conſule eumdem Pauſaniam lib. IX. cap. 41. pag. 796.

Pag. 387. lin. 38. A. poſt. 104. adde Diod. Siculum lib. V. p. 343. 344.

Lin. 41. adde: AEthiopes dicunt, ſe primos Diis ſacra feciſſe. Diod. Siculus lib. III. pag. 143. 144. Φασὶ δὲ παρ' αὐτοῖς πρώτους καθιδρυκέναι θεοὺς τιμᾶν, καὶ θυσίας ἐπιτελεῖν καὶ πομπὰς καὶ πανηγύρεις, καὶ τἆλλα δι' ὧν ἄνθρωποι τὸ θεῖον τιμῶσι, διὸ καὶ τὴν παρ' αὐτοῖς εὐσέβειαν διαβεβοῆσθαι παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ δοκεῖν τὰς παρ' Αἰθίοψι θυσίας μάλιστ' εἶναι τῷ δαιμονίῳ κεχαρισμένας. μάρτυρα δ' τούτων παρέχονται τὸ πρεσβύτατον καὶ μάλιστα τῶν ποιητῶν θαυμαζόμενον παρ' Ἕλλησι, τοῦτον γὰρ καθ' ὅλην τὴν Ἰλιάδα (Λ. 423.) παρεισάγειν τόν τε Δία καὶ τοὺς ἄλλους μετ' αὐτοῦ θεοὺς δεκαημερίδας εἰς Αἰθιοπίαν, ὡσεὶ τι τοὺς θυσίας τὰς λαμπροτάτας αὐτοῖς καθ' ἔτος, καὶ δεῖπνον κοινὸν παρ' αὐτοῖς Αἰθίοψι.

Ζεὺς γὰρ ἐς Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιόπηας
Χθιζὸς ἴβη μετὰ δαῖτα, θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο.

Pag. 388. lin. 22. A. lege. de AEſculapio Diod. Siculus lib. V. pag. 341. deque eodem & cereris.

Lin. 32. Orpheus in Thracia primus morbos ſanaſſe dicitur. Vide Pauſan. lib. IX. cap. 30. pag. 768.

Pag. 389. lin. 23. A. Imo a Rhodiis in AEgyptum haec ars prima delata dicitur. Vide Diod. Siculum lib. V. pag. 328.

Lin. 17. B. Veſtes e lana contexere Arcadas primus docuit Arcas Calliſtûs filius ab Adriſta doctus (ſed *Adriſtae* nomen ibi in mendo cubat) vide Pauſan. lib. VIII. cap. 4. pag. 604. qui cap. 1. pag. 599. memorat, Pelaſgum primum Arcadas nudos tunicas e corio ſuillo ſibi conficere docuiſſe. Pellibus olim primos homines corpora texiſſe certum eſt. Vide Diod. Siculum de Hercule lib. I. pag. 21. De Ozolis Pauſan. lib. X. cap. 38. pag. 895. & quae notavit Munckerus ad fab. 14.

Pag. 390. lin. 27. A. Σύριγγα πολυκάλαμον ab ipſa Dea Phrygia Cybebe inventam alii tradunt. vide Diod. Siculus lib. III. pag. 191. qui p. 192. de Marſyae tibia. qui μητρῷον αὔλημα inveniſſe dicitur a Pauſania lib. X. cap. 30. pag. 873.

Pag. 391. lin. 30. A. poſt *in fin.* adde: De Tyrrhenis tubae bellicae inventoribus vide Diod. Siculum. Lib. V. pag. 316. qui inter alia addit ὅτι τε ταῖς εἰκόσαις τὰ περίσσια ὡς τὰς τῶν Θεσσαλῶν ὄχλων ταρραχὰς ἰδιῶται διέχρησαν.

Lin. ult. B. Diod. Siculus lib. V. p. 334. dicit, Curetas inveniſſe gladios & armatas ſaltationes.

Pag. 392. lin. 7. B. poſt *traditur* adde: Hanc urbem AEgyptii Oſyrim a matris cognomine *Theben* adpellaſſe affirmant. vide Diod. Siculum lib. I. pag. 14. qui pag. 42. 43. latiſſime de portis ceteriſque urbis ornamentis agens dicit, Buſiridem ejus nominis ſecundum condidiſſe Διὸς πόλιν μεγάλην ſive Jovis urbem magnam, a Graecis Theben adpellatam.

Lin. 45. poſt 179. Plures feminae etiam Thebae dictae fuere. De Thebe Cilicis filia Corybanti Cybebes & Jaſionis filio nupta. Diod. Siculus lib. V. pag. 323.

Pag. 393. lin. 6. A. adde Mauſſaci Diſſertat. Critic. ad Harpocration. pag. 391.

Lin. 2. in textu APOLLO JOVIS FILIUS ARNAS Hic quaedam deeſſe opinor. Arne enim Boeotiae civitas ab Arne AEoli filia, ſive Neptuni nutrice dicta, a qua & Theſſaliae urbs Arne nomen mutuata eſt. vid. Pauſan. lib. IX. cap. 40. pag. 793. & Tzetz. ad Lycophron. vs. 644. poſtea *Chaeronea* adpellata à Chaerone Apollinis filio. Pauſan. l. l. & Stephanus Byzantinus in h. v. Hic interea notanda eſt differentia inter veteres. Schol. enim Thucydidis lib. I, cap. 12. §. 54. dicit Arnen Boeotiae nomen adcepiſſe a Theſſalis coloniam in Boeotiam deducentibus. Vide quae notavi ad fab. 1.

Lin. 20. B. ante *Hujus* pone: Cum Euſtathio confer Diod. Siculum lib. V. pag. 322.

Lin. 27. v. Diod. Siculus lib. V. pag. 323. de tempore, quo Cadmus Thebas condidit.

Pag. 396. lin. 4. B. De Corſica Pauſan. lib. X. cap. 17. pag. 838. 839. de qua urbe alia teſtatur Diod. Siculus lib. V. pag. 295.

Lin. 38. pro *Tenedos* lego etiam *Tenos*. Pro *Gyarus* forte *Cythnus*. Audi Pauſan. lib. V. cap. 23. pag. 437. Ἐκ δὲ Αἰγίνης καὶ τῶν Κυκλάδων, ἃ Τήνιοι μόνοι, ἄλλα καὶ Νάξιοι καὶ Κύθνιοι. De Cythno vide cl. Arnaldum cap. 30. Obſ. ad Herodotum.

Pag. 397. lin. 3. B. poſt §. 14. adde: In qua ſententia eſt Fl. Joſephus lib. I. §. 2. contra Apionem, qui ne Homeri quidem aevo literas exſtitiſſe ſtatuit. Sed ea dudum explosa eſt a viris doctis. vide Diſſertat. de priſcis Graecorum ac Latinorum literis §. 7. quae legitur poſt Montefalconii palaeographiam.

Lin. 6. poſt ναὶ adde, & lib. X. cap. 31. pag. 874.

Pag. 398. lin. penult. in textu BOVES DOMARE. Hoc alii Curetibus adſcribunt. v. Diod. Siculus lib. V. pag. 334.

Lin. 6. in notis A. adde: Sed vide eamdem Diſſert. de priſc. Gr. & Lat. lit. §. 46.

Lin.

Lin. 16. poſt 34. adde: Videatur interea Vir doctus in illa diſſertatione §. 45.

Lin. 22. Vide de Mercurio hoc Diod. Siculum lib. I. p. 14. 15.

Lin. 34. poſt. 445. ſed omnino conſulendus Diod. Siculus lib. III. pag. 200. 201. & lib. V. pag. 328. 329. & 340. & conferendus Perizonius ad AEliani lib. II. V. H. c. 32. §. 6.

Lin. penult. Vide diſſertationem ſaepius laudatam §. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

Lin. 34. B. Vide Eamdem Diſſertat. §. 32. 36.

Pag. 408. lin. penult. SPHAERA EST SPECIES QUAEDAM. Atlas Sphaeram inveniſſe dicitur a Diod. Siculo lib. III. pag. 193. 194. & lib. IV. pag. 233. 234. Cujus nomen divina coeleſtium cognitio ad errorem fabulae traduxit. Id quod teſtatur praeter Diodorum Siculum l. l. etiam Cicero lib. V. Tuſcul. Diſput. cap. 3. Turpiter ſe dedit Iſaacus Newtonus in priſcis Sphaerae inventoribus enucleandis, vide Obſ. Miſcell. Vol. III. Tom. III. pag. 346. & Actis Lipſienſ. M. Nov. 1739. pag. 638. Ubi Sphaeram hanc cum pila luſoria confudiſſe eum videmus, male intellecto Suidae loco adnotantis, ὃν τὴν τῶ σφαίρας εὕρεσιν Διαγόρας ὁ Κερκυραῖος γραμματικὸς, Ναυσικάᾳ τῇ Ἀλκινόου θυγατρὶ ἀναθεῖναι. De hac Nauſicaa haec refert Tzetzes ad Lycophron. vs. 819. pag. 90. 91. Τῆς δὲ Ἀλκινόου θυγατρὸς Ναυσικάας μιᾷ τῶν θεραπαινίδων αὐτῆς ἐλθούσης πάνυ, καὶ τερφθεῖσαι παιγνίοις, καὶ σφαιρίζουσαι ἀεὶς ἀλλήλας βοῆς χορεύουσης, ἐγείρῃ Ὀδυσσεὺς καὶ ἐκπλήσει αὐτήν. ubi Tzetzes tamen hujus pilae luſoriae inventionem Nauſicaae non tribuit, quam adſcribit Lydis Herodotus lib. I. cap. 94.

P. 413. lin. 13. in textu LACTEUS. unde circulus lacteus nomen habeat non convenit inter antiquos. Vide Diod. Siculum lib. V. p. 302. & Cioſanum ad Ovidii I. M. 168.

Pag. 422. lin. 10. B. poſt *pag.* 10. adde Diod. Siculum lib. IV. pag. 280.

Pag. 426. lin. 21. B. poſt *docebunt* adde: Diod. Siculus lib. V. p. 327.

Lin. 26. poſt §. 4. adde: Ubi colatur, docet Schol. Sophoclis in OEd. Tyr. 929.

Pag. 429. lin. 24. A. poſt *cap.* 13. pone nec non Plutarch. in Solone pag. 91.

Lin. ult. poſt αὐχμοῖς. adde Serv. ad VII. AEn. 286.

Pag. 430. lin. 34. B. De Eteſiis conſulendus Diodorus Siculus lib. I. p. 36. & lib. IV. pag. 281.

Pag. 431. lin. 13. B. poſt 422. adde: Nil niſi *Jovis* legendum. Nam Diod. Siculus lib. V. pag. 323. de Jaſione Jovis & Electrae filio (v. p. 322.) haec narrat, τὸ δὲ γάμου τοῦτου (nempe Cadmi & Harmoniae) πρῶτοι δαῖτας θεοὶς, καὶ Δήμητρα μὲν ἐρασθῆναι τὸ καρπὸν ζεῦξαι δυνάτας.

Lin. 37. poſt cap. XI. adde, & omnino Diod. Siculum lib. V. 323. 343.

Pag. 432. lin. 22. B. adde: In arca Cypſeli conſpicitur Θησεὺς ἔχων λύραν, καὶ παρ' αὐτὸν Ἀελπόδη κατέχουσά ἐστι σίφωνος. Pauſan. lib. V. cap. 19. pag. 424. vide Diod. Siculum lib. IV. pag. 264.

Pag. 437. lin. 8. B. adde: Hujus imaginem depinxit Polygnotus vid. Pauſan. lib. X. cap. 30. p. 873.

Pag. 439. lin. 8. in textu IN CYLLENE MONTE ARCADIAE. Vide Pauſan. lib. VIII. cap. 17. pag. 634. cap. 23. pag. 644. Lyram dedit Mercurius in nuptiis Cadmi & Harmoniae, quae lyra Lyrneſſum tranſlata, poſtea ab ejus expugnatore Achille ablata eſt. Diod. Siculus lib. V. pag. 323.

Lin. 4. B. in notis adde: Poſt χρηκὼς adde, vide Pauſan. lib. II. cap. 19. pag. 153. cui adde Diodorum Siculum lib. V. pag. 342. de Mercurio εἰσηγητὴν δ' αὐτὸν καὶ παλαίστρας χοροῖσι, καὶ τὴν Ἀπόλλωνος ἀπὸ τῶ χελώνης λύραν ἐπινοῆσαι. qua primus dextra uſus dicitur Apollo. Diod. Sic. III. p. 192.

Lin. 8. adde: Tres vero tonos in lyra inveniſſe dicitur Mercurius acutum, gravem & medium a tribus anni tempeſtatibus. v. Diod. Siculum lib. I. pag. 15.

Pag. 444. lin. 18. B. poſt. 20. adde Munck. ad Fulgent. I. 26.

Pag. 445. poſt *refert* adde: Conſer Schol. Pind. O. Pyth. XII. 25.

Pag. 452. lin. 9. A. poſt *conſulendus* adde: De Triopae parentibus iis eſt inter antiquos. vide Diod. Siculum lib. V. pag. 331. qui pag. 329. Phorbantem non Triopae, ſed Lapithae filium vocat, rem paullo aliter narrans.

Pag. 468. lin. 12. A. adde: Cur vero Ammon arietinis cornibus pingatur, docet Diod. Siculus lib. III. pag. 206.

Pag. 469. lin. 25. B. poſt *cap.* 12. Adde: Quae Thyone ab aliis Bacchi mater vocatur. vide Diod. Siculum lib. III. pag. 196. & Lactantium ad Statii V. Theb. 264. cauſſam hujus adpellationis docentes: ſed Diod. Siculus lib. IV. pag. 232. hoc nomen matri Bacchum inpoſuiſſe, poſtquam Acheronte redemtam inmortalitate donaverat.

Pag. 472. lin. 20. B. poſt *ſalutaria.* adde: Conſule omnino Diod. Siculum lib. IV. pag. 247.

Pag. 480. lin. 30. A. poſt *Panico* adde Pauſan. lib. X. cap. 23. pag. 855.

Pag. 488. lin. 14. B. Quid in columna ab Iſide notata ſit, vid. Diod. Siculum lib. I. pag. 24.

Lin. 27. Conſule ante alios Diod. Siculum lib. I. pag. 11. ubi τὸ ὃ παρ' Ἕλλησι παλαιᾶν μυθολό-

βολόγων τινὲς τ᾽ Ὄσιριν Διόνυσον ὑπονοοῦσι, καὶ ΣΕΙΡΙΟΝ παρωνύμως, ὃν Εὔμολπος μὲν ἐν τοῖς Βακχικοῖς ἔπεσι φησὶν·

Ἀστερόεν Διόνυσον ἐν ἀκτῖσιν πυρωπόν.

Pag. 489. lin. 8. B. adde: Sed duas hujus appellationis cauſſas profert Diod. Siculus lib. IV. pag. 245.

Pag. 490. lin. 30. A. Vid. Diod. Siculus lib. IV. pag. 245.

Pag. 491. lin. ult. A. Nec mirum, ſi hi confunduntur, quia uterque Herculis ſagitta caſu quodam in pedem prolapſa periit. v. Diod. Siculus lib. IV. pag. 221.

Pag. 539. lin. 8. A. poſt MUNCK. adde Pauſan. lib. V. cap. 5. pag. 387. Ἐλαίαν δ᾽ οἱ μὲν χοίρους, οἱ δ᾽ ἄλλον Κύπλωπα τελεῦ-ταῖον ὑπὸ Ἡρακλέους καὶ φυγόντα πανωλεθρίαν φασὶν ἐν τῇ ὕδατι κρύψαι τοῦτο τὸ ἕλος· καὶ λύει τ᾽ Ὕλαν ἐν ᾧ χοιρῷ δυσμενῆ τῷ Ἀνίγρῳ τὸν ὁσμήν.

Pag. 600. lin. 5. A. lege *navi jactatae tempeſtatibus* pro *navi jactam e tempeſtatibus.*

Pag. 627. lin. 12. B. adde: Ante Saturnum ac Rheam Vulcanus imperaſſe dicitur ab AEgyptiis. Vide Diod. Siculum lib. I. pag. 13.

Pag. 629. lin. 5. B. Quid AEgyptii dicant de Jove docet Diod. Siculus lib. I. pag. 11.

Pag. 631. lin. 2. A. adde: Qui Neptunus a nando primis paullum inmutatis literis dicitur juxta Ciceron. II. N. D. 26. & ibi Daviſ.

Lin. 16. B. Quia vero divitiarum deus eſt, hinc ejus imago exprimitur, quaſi a fortuna, utpote matre vel nutrice manu geſtetur infans. Vid. Pauſan. lib. IX. cap. 16. pag. 741. Χρυσίππου ᾄδης vocatur a Pindaro jam fatis functo. vide cap. 23. pag. 755. ſed ibi aliam epitheti reddit rationem. Hunc tamen etiam Ἀθηνᾶ Ἐργάνη παρισταμένη fecerunt. Vide cap. 26. pag. 761.

Pag. 633. lin. 25. A. poſt Θυγατρὶ adde: Derivatur ab ἱεπύειν, quod Arcadibus eſt θυμῷ χρῆσθαι, ut notat Pauſanias lib. VIII. cap. 25. pag. 649.

Pag. 635. lin. 11. A. poſt *Deorum* pone cap. 20.

Lin. 25. Per Cererem Terram intelligi docet Diod. Siculus lib. III. pag. 196.

Pag. 640. lin. 10. B. adde: De cauſſa, cur laurus Apollini ſit ſacra, conſule etiam Diod. Siculum lib. I. pag. 15.

Pag. 642. lin. 10. A. poſt pag. 203. Adde: Vide & Pauſan. lib. IX. cap. 35. pag. 780.

Pag. 643. lin. 6. B. adde: Quibus omnino addas Diod. Siculum lib. IV. pag. 215. 216.

Pag. 656. lin. 26 B. adde: Sed de Gorgonibus ac Perſeo Diod. Siculus lib. III. pag. 185. 188.

Pag. 661. lin. 1. B. lege *ἰχὼν.*

Pag. 666. lin. 13. B. Quid referant AEgyptii de Minerva e Jovis capite nata, & Tritogenia cur dicatur, audiamus e Diod. Siculo lib. I. pag. 12 Τὸν δ᾽ ἀπὸ τοσαύτης ἀρχαιότητος φασὶν Ἀθηνᾶν, μεσημβρινοῦ μὲν ὄντος τ᾽ λίξους, καὶ Διὸς θυγατέρα νομίσαι ταύτην, καὶ παρθένον ὑποστῆσαι. διά τε τὸ ἀφίκεσθαι εἶναι φύσει τ᾽ ἀέρα, καὶ τ᾽ ἀκρίβειαν ἰσχύειν τόπου τοῦ σύμπαντος κόσμου, διότι ἐκ τ᾽ κορυφῆς τοῦ Διὸς μυθολογεῖται συνίβη ταύτην γενέσθαι· ὀνομάσθαι δ᾽ αὐτὴν Τριτογένειαν διὰ τοῦ μεταβάλλειν αὐτῆς τὴν φύσιν κατ᾽ ἐνιαυτὸν, ἔαρος, καὶ θέρους, καὶ χειμῶνος.

Pag. 667. lin. 2. B. poſt MUNCK. adde: De voce ἀφρὸς vide Athenaeum lib. VII. cap. 21. pag. 325.

Pag. 670. lin. 15. A. De hac Terentii ſententia Daviſ. ad Ciceron. II. N. D. 23.

Pag. 671. lin. 2. B. Apud antiquiſſimos Graecos Gratiae cum veſtitu depictae ſunt. Vide Pauſan. lib. IX. cap. 35. pag. 781. 782.

Pag. 673. lin. 7. A. lege *facere juſſo narr.*

Lin. 14. A. Locus Diodori Siculi eſt lib. IV. pag. 236. qui *Cleolaum* eodem tempore e ſerva ab Hercule eſſe ſuſceptum addit.

Lin. 23. Confer, quae dixi in Addendis ad Hygini fab. 30. quibus adde Diod. Siculum lib. I. pag. 21. Τὸν δ᾽ ἐξ Ἀλκμήνης γεγόμενον ὑὸν αὐτοῦ πλείστοις ἔτεσι ἢ μυρίοις Ἀλκαῖον ὑπὸ γυναικὸς καλύμνου, ὕστερον Ἡρακλέα μεταπεποιῆσθαι, οὐχ᾽ ὅτι δὲ Ἥρᾳ ἔχει χόλον, ὡς φησὶν ὁ Μάντις, ἀλλ᾽ ὅτι τὴν αὐτὴν ἐξελαυνὸς σωτηρείαν ἐπληρούμενε, συμφωνεῖ δ᾽ τοῖς ὑπ᾽ αὐτοῦ λεγομένοις, καὶ τὴν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ὑπὸ πολλῶν χρόνων παραδεδομένην φήμην, ὅτι καθαρὸν τὴν γῆν τ᾽ θηρίων ἐποίησεν Ἡρακλῆς.

Pag. 676. lin. 6. B. adde: Sic Cenchreus Salaminis rex anguem ſtupendae magnitudinis in incolas horrendum in modum ſaevientem occidit. vid. Diod. Siculum lib. IV. pag. 274. Quid tamen de belluis ab Hercule occiſis ſentiat idem Diod. Siculus vide lib. I. pag. 21.

Pag. 681. lin. 41. B. Alio modo fabulam explicat Diod. Siculus lib. V. pag. 335.

Pag. 685. lin. 17. B. Adde omnino Pauſan. lib. IX. cap. 22. pag. 754.

Pag. 687. lin. 14. A. poſt *probemus.* adde: Pauſanias lib. IX. cap. 22. pag. 753. dicit urbem nomen ſuum adeptam eſſe ab Anthedone nympha, vel ab Anthane Neptuni & Alcyones Atlantis filiae filia.

Pag. 692. lin. 1. B. Diod. Siculus lib. III. pag. 196. Semelen hanc deam dictam docet ἀπὸ τ᾽ σεμνὴν εἶναι τ᾽ θεὸν ταύτης τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ τιμήν.

Pag. 693. lin. 7. A. poſt 1153. adde: De hoc Baccho conſule Diod. Siculum lib. III. p. 197. de tribus Bacchis agentem.

Pag. 694. lin. 20. A. poſt Λύσιον adde (quâ de cauſſa Λύσιος Bacchus a Thebanis colatur, docebit Pauſanias lib. IX. cap. 16. pag. 742.)

Lin. ult. Ω. De nomine ipſo Baccho, ejusque epithetis Lenaeo, Bromio, Diod. Sicul. lib. III. pag. 197. & lib. IV. pag. 213.

Lin. 22. A. adde: De Atticis metallis haec refert Diod. Siculus lib. V. pag. 313. Ἐκεῖνα μὲν οὖν οἱ μᾶλλον ἱστορικοὶ, καὶ σφόδρα ταῖς ἐργασίαις μεγάλας προσίεμεν ἀπάτας, ἃ μὲν ἥλπισαν εὑρεῖν λαβεῖν, οὐκ ἔλαβον, ἃ δ' οὐκ ἦν, ἀπέβαλον. ὅσοι δοκεῖν αὐτὰς, ὥσπερ αἰνίγματος πρόσωπον τυχεῖν.

Pag. 741. lin. 28. B. Conſule omnino Daviſ. ad Ciceron. lib. I. Tuſcul. Quaeſt. cap. 10.

Pag. 745. lin. 4. A. poſt δογμάτων. interſere (Non tamen Numa fuit auditor Pythagorae, qui demum floruit in Italia, Republica Romana regio dominatu a L. Bruto liberata. ſed plures tam hiſtorici, quam poëtae hunc errorem errarunt, licet a Cicerone diu detectum. Vide Ciceron. lib. IV. Tuſc. Diſp. cap. 1. pag. 264. 265. & ibi Daviſ. qui ad lib. I. cap. 26. pag. 65. 66. multa adduxit loca ad hunc Fuigentii inluſtrandum.)

Pag. 838. poſt *dabit* adde: Diod. Siculus lib. V. p. 326. 327.

Pag. 875. lin. 15. A. adde: Rhoeûs Staphyli & Chryſothemidis filiae & Apollinis filium facit Diod. Siculus lib. V. pag. 331. 332. qui mihi perſuadet hic pro *Delphos* legendum eſſe *Delon*.

Pag. 896. lin. 4. B. poſt p. 266. adde de Saturno ac Hercule, quorum ſtatuae capita habent velata, Serv. ad III. AEn. 407.

Pag. 898. lin. 19. A. ante *Pergit* interſere. Semiramis vero in templo Beli poſuerat Jovis ſimulacrum χρυσοῦν, σφυρήλατον, ὃ ἱστὰς ἦν, τὸ ἀγαλματοφόρον.

Pag. 900. lin. 30. A. poſt Λύκοι adde: Anubis & Macedo cum Oſiride militatum abierunt, quorum alter pelle canina, alter lupi corio tectus erat, unde lupi & canes ab Aegyptiis magno honore fuerunt culti. v. Diod. Siculus lib. I. pag. 15. 16.

Pag. 909. lin ult. A. poſt *armenta* adde: Quocum confer Diod. Siculum lib. IV. pag. 224. 226.

Pag. 913. lin. 1. B. adde Diod. Siculum lib. III. pag. 203. 204. ubi Amazonibus, quae cum Baccho, Saturno ac Titanibus bellum intulerunt, adfuiſſe Minervam videmus.

Pag. 914. lin. 18. adde: Hiſtoriam de AEgide omnino vide apud Diod. Siculum lib. III. pag. 203.

Lin. 25. B. adde: Diod. Siculus lib. I. pag. 12. AEgyptios ſtatuere ait, λέγειν δ' αὐτὸν τὸν γλαυκῶπιν, ὅτι, ὥσπερ ἴσως τὸν Ἐπαφὸν ὑπέλαβον, διὰ δὲ τὰς ὀφθαλμοὺς ἔχειν γλαυκὰς (τοῦτο μὲν γὰρ ἐν ὕδασι ὑπάρχειν) ἀπὸ δὲ τοῦ ἱέρακος τὴν ὀξύτητα ἔχειν ἄγλαυκον.

Pag. 919. lin. 11. A. adde, Semiramis in Beli templo poſuit Junoni ſimulacrum, ὃ ἱστὰς μὲν ἄγαλμα, τῇ μὲν δεξιᾷ χεῖρι κατέχει τὸ κιφαλῆς ὄφιν, τῇ δ' ἀριστερᾷ σκῆπτρον λιθοκόλλητον.

Pag. 920. lin. 9. B. De Aty puero, & de leonibus ac pardalibus Cybeles imagini a Phrygibus adpictis Diod. Siculus lib. III. p. 193.

Pag. 927. lin. 30. A. adde: De cornibus Bacchо Jovis & Proſerpinae filio adpictis Diod. Siculus lib. III. pag. 197. Παρέσημον δ' αὐτὸν κεῖσθαι κέρατα τοὺς κατακοσμοῦντας τὰς γραφὰς ἢ τοὺς ἀνδριάντας, ἅμα μὲν δηλοῦντας ἐπὶ τὴν Διονύσου φύσιν, ἅμα δ' ἀπὸ τοῦ σφόδρα τὸ ἄρρεν ὑβρίσαντας ἐμφαίνοντας τὸ μίγιστον τῶν ἐπιπολαίων τοῖς γεωργοῖς ὠφελείας. De Ammone pag. 206. παραδιδόασι δὲ τὸν Ἄμμωνα κριοῦ κεφαλὴν τετυπωμένον, παρέσημον ἰσχυρόν· αὐτῷ τὸ κράτιστον καὶ τὰς τροφὰς, εἰσὶ δὲ οἱ μυθολογοῦντες αὐτὸν σφόδρα ἀληθεῖαν φυσικῶς καθ' ἑκάστην μίξιν τὸ κρατοῦν κεράσαι. ἀφ' οὗ τὸν τοῦ Διόνυσον, υἱὸν αὐτοῦ γεγονότα τὴν ὁμοίαν ἔχειν πρόσοψιν, καὶ τοῖς ἐπιγονωτέροις τῶν ἀνδρῶν παραδιδόασι τὸ θεῖον τοῦτο γενεᾶς χαρακτῆρα. De Iſidis cornibus lib. I. pag. 11. Κέρατα δ' αὐτῇ σφενδόνην, ἀπό τε τῆς ὄψεως, ἣν ἔχουσα φαίνεται, καθ' ὃν ὁ καιρὸν ὑπάρχει μηνοειδὴς, καὶ ἀπὸ τῆς καθιερωθείσης αὐτῇ βοὸς παρ' Αἰγυπτίοις.

Lin. ult. poſt *dicunt* adde: Vide Diod. Siculum lib. I. pag. 15.

Pag. 937. lin. 15. A. lege: Conſule Diod. Siculum lib. III. pag. 193. 194. & lib. IV. &c.

# INDEX RERUM

ET

# VERBORUM.


A.

A cur prima ſit litera 397.
A longe 367.
A mari pro maritimus 314.
A pro ex 101.
Ab aliquo condere urbem pro. ex alicujus nomine 16.
Abantes plures 241, 286.
Abantes 270, 271.
Abderus 86.
Abducere & adducere confuſa 30, 131, 163.
Abjicere partum pro abigere 862.
Abjurgare quid 198.
Ablativus pro genitivo vel per ellipſin praepoſitionis *in* 256.
Abſcidere quid 713.
Abſconditus melius quam abſconſus 650.
Abſyrtus 69.
Abſyrtis 70.
Academicus Rhetor Cicero 599.
Acamas 200.
Acaſtus 51, 380.
*Accuſativus* primae delinationis Graecorum nominum in *Em* pro in *en* 242.
Accuſativus pro Dativo 609.
Accipere furiam 199.
Acer quidnam proprie 46, 48.
Achelous fl. 384.
Acheron 756.
Achilles a quo nutritus 491.
- - - - Thetidis & Pelei fil. 177.
- - - - Pyrrhus dictus 177.
Achillis flavi capilli 178.
- - - - haſta, Achilleum vulnus 190.
- - - - arma 197, 199.
- - - - mors & ſepulchrum 198.
Acoetes 239.
Aconitum herba, unde nata 841.
Acriſius 130.
Acropodium 166.
Actaeon Ariſtaei f. 298, 299.
Actaeones duo 298.
Actor 271.
Ad pro apud 221.
Ad eum pro contra eum 109, 272
Adactus in cuneum 40.
Adamantina pro Chalybea 68.
Ἀδαμαστὸν quid 942.
Adcurare i. e. diligenter curare 769.
Ἀδικεῖς quid 697.
Ἅδης a Graecis vocatur ſedes ſive ſepulcrum mortuorum 916.
Adfectare 596.
Adferre vim 466.
Adjectiva in *bilis* definentia active ſaepe ſumuntur 679.
- - - - tempus ſignificantia apud Graecos pro adverbiis ponuntur 717.
Adjectivum pro ſubſtantivo genitivi caſus 316.
Adludere cum Accuſativo vi praepoſitionis, quae eſt in verbo 803.
Admeto 6.
Admetus 40.
Adminiſtrare vitem pro colere, putare 427.
Admiſſum pro peccato 493.
Admittere & Admiſſum 816.
Admodum cum ſuperlativis 655.
Adonis 135, 357.
Adplodere terrae 228.
Adponere in epulis 294.
Adponere epulando 368.
Adpoſitio ut, ventus aquilo &c. 247.
Adraſtaeae variae 300, 301.
Adraſtus 139, 143.
Adraſtus 351.
Adſpirationes omittuntur a librariis, ubi deſiderantur, & adduntur contra, ubi nullus illis locus eſt 646.
Adverbia locorum pro relativis pronominibus ponuntur etiam ab optimis ſcriptoribus 21.
Ae pro aë 89.
Aea & Aeaea 230.
Aeacus 116. 268.
Aeacides 217.
Aeaea 223.
Aeetae mater 15.
- - - - pater 67.
Aegeas 337.
Aegeon 3.
Aegeſthus 382.
Aegeus 75, 112.
Aegialeus 70.
Aegina 115.
Aegipan 269.

Aegis quid 913.
Aegiſthus 165, 210, 354, 361.
Aellopus 49.
Aëna abſolute ſunt Graece χάλκεια 72.
Aenaria inſula 220.
Aeneas Anchiſae f. 361.
Aeneum genus hominum 478.
Aeolus ventorum dominus 190, 219, 220.
Aeoli fabula & imago unde ficta 921.
Aeolia 309.
Aepoli pro caprariis 419.
Aere pro ferro olim ſunt uſi 386.
Aerope 164.
Aeſacus 172.
Aeſculapius 180, 334.
- - - - - - a quo nutritus 491.
- - - - - - e quibus natus 493.
- - - - - - Medicinae Deus 928.
- - - - - - filius Apollinis dicitur: ei ſacer eſt anguis 929.
Aeſculapii mors 113.
Aeſtimare ſaepe pro exiſtimare 703.
Aeta pro Aeeta 67.
Aetas antiquiſſimorum heroum ſaepe confunditur 941.
Aethalides 40.
Aethalion 238.
Aether vocatur Jupiter 629.
Aethiopes nigri 417.
Aethiopes dicunt, ſe primos Diis ſacra feciſſe 959.
Aethlius 269.
Aethon 303.
Aethra 10, 98, 154.
Agamemnon 178, 210.
Ἀγαθὸς μάντις 666.
Agave 304.
Agenor 205, 270.
Aggredi pro ingredi 847.
Aglaurus 282.
Agloſthenes 421.
Agnodice 388.
Aheneus pro firmiſſimo 68.
Ajax Telamonis 179, 204, 209.
Ajacis mors 199.
Ajax Oilei 179, 208.
Λίθασις & αἰσθάνομαι quid 745.
Alabaſter 106.
Alae pro velis 122.
Albutia, quae 616.
Alceſtis 115.
Alceſtidis nomen unde 661.
Alcimede Jaſonis mater 37, 51, 52.
Alcinous rex Phaeacum 225.
Alcinous 60.
Alcmaeon 146.
Alcmenae mater 79.
Alcmena ex quibus progenita 943.
Alcon 43.
Alcyona 133.
Alcyonae plures 292.
Alcyone 133.
Alemone 5.
Aletides ſacrificium 429, 430.
Aleus 46.
Alexander Macedo ab Hercule genus trahens 337.
Aliquanti id eſt aliquot 681.
Alis ornantur Dii multi & Deae a poëtis 648.
Alius alium interfecerunt 69.
Allidere 100.
Alluere & Abluere confuſa 532.
Alope urbs 40.
Alope 309.
Alopecia 341.
Alterna mors 155.
Alterutrum 602.
Althaea 288.
Alucinari quid 782.
Amalthea 300.
Amaltheae etymon 944.
Amathea 8.
Amazones 86, 87.
Amazones plures fuerunt 956.
Ambegna ovis 771.
Ambracia 217.
Ambulare cum accuſ. 99.
*Ammonis* ſtatua ante Alexandri domum a Megalopolitanis publice exſtructa 957.
ejuſdem templum extat Thebis Boeotiis ibid. & etiam Athenis 958.
Amoris puerorum nefandi quis auctor 440.
Amphialus 216.
Amphiaraus 50, 145, 146, 231, 359.
Amphion 47.
Amphitrite 12.
Amphitryon 79.
Amplius ſex 470.
Ampycus 53.
Ἄμυκλαι 224.
Amyclaei pro Laconibus 377.
Amycus 60, 61, 231.
Amymone 284, 285.
Anacoluthon 366.
Anactoria urbs 854.
Anaſtrophe 607.
Anaurus 37.
Anaxabie 115.
Ancaeus Neptuni f. 47.
Ancaeus 271, 289.
Anchiſes Aſſaraci f. 176.
Anchiſae mors 176.
Anchiſis ſtemma 239.
Androgeus 104.
Andromeda 444.
Andromeda 131.

Angeronia Dea 601. 732
Angina eſt morbus omnium pecorum 60.
- - - - hominum ibid.
Anguicea quid 75.
Anii parentes ac fata 958.
Animae immortalitas 681.
Anius 356.
Antaeus 88.
Ἀντιθεὸς quid 676.
Anthedon unde nomen illud 686.
Anthi unde dicti 687.
Antia cujus uxor fuerit 704.
Anticlea & Anticlia 352.
Anticlia 129, 222.
Antigone 145, 353.
Antigonus 229.
Antilochus 156, 206.
Antioche 43.
Antiochus 286.
Antiope 28, 29, 43, 87.
Antiopa 350.
Antiphates 220.
Antiphus 183.
Antiphus 207.
Antipodae qui 598.
Antiptoſis 95, 385.
Antiſtare 777.
Antra olim domicilia hominum & Deorum templa 27, 28.
Ἀνυδροι multa loca dicta 429.
Aper Calydonius 288.
Aphareus 45.
Aphidnae 152, 153.
Aphirape 10.
Ἄφλαστον 64.
Ἀφροδίτη unde 669.
Aphrodite unde dicta 902.
Apidanus fl. 43.
Apis 252.
Apluſtra 64.
Ἀπόλλων v. ἀλεξίκακος.
Apollinis palla 32.
Apollinis crines ſemper intonſi 647.
Apollini ſacra eſt laurus 640.
- - - - - ſacri ſunt gryphes 646.
Apollo Actius 489, 490.
- - - - crinitus 32.
Cyzicenus 59.
Apollo νόμιος 114.
- - - - peſtilentiae auctor 215.
- - - - & Diana ubi nati 247.
- - - - unde dicatur 636, & 637.
- - - - ſol vocatur ibid.
- - - - ei ſacer eſt corvus 902.
- - - - - & cycnus 638.
- - - - cur Pythius dicatur 792
- - - - imberbis pingitur 901.
- - - - excellebat arte ſagittandi ibid.
Ἀρκαδία ſive Ἀρκάδες quid 697.
Appoſitiones Hygino familiares 63.
Aprineus 140.
Aquila Promethei 99.
Aquilae volatus 458, 459.
- - - - proſper volatus 654.
Aratra in fumo ſuſpendebant &c. 603.
Aratri inventores 258, 259.
Arbiter & Arbitrium quid 819.
Arbor malus 222.
Arcades 387.
Arcades dicunt Jovem eſſe nutritum in agro Cretea 956.
Arcas 269, 344.
Arcas primus docuit veſtes e lana contexere 959.
Arceſius 314.
Arceſſire 167.
Archaiſmus 868, & 871.
Archelaus 336.
Archemorus 146.
Archenor 36.
Arctos non occidit 420.
Arcturus 345.
Ardeae conditores 883.
Arene 45, 46.
Areſtor 44.
Aretias 25, 64.
Argivi variae urbes ita dictae 252.
Argiope 27.
Argivorum reges 217.
Argo poſt reditum Neptuno dicata 56.
- - - a Minerva aedificata 56.
- - - prima navis bellica 56.
- - - navis voce humana locuta 490.
- - - ubi aedificata 490.
Argonautae juventutis principes 51.
Argus 44, 252, 254.
Ariadnes corona 344, 432.
Aricina virgo, unde 613.
Arida pro littore vel terra ponitur 872.
Aries Phrixi 22, 23.
in Arietem verſus eſt Neptunus 612.
Ariethus 420.
Arion 322, 324.
Ariſtogiton 367, 368.
Ariſtonicus 485.
Ἄρμα 146.
Arma a quibus inventa 391.
Armarium & Armamentarium quid 782.
Armipotens & Armizona Minerva 666.
Armodius 367, 368.
Arne 270.
Arne Boeotiae civitas unde nomen habeat 959.
Artemon quis 640.
Articulare quid 732.
Articulus praepoſitivus ſumitur interdum pro interrogativis & infinitis 832.

Arvalis Deus Saturnus 628.
Asia 8.
Asini sidus 473.
Asininis auribus pingitur Midas 731.
Asininum caput imponebatur homini imperito 731.
Asopus 115.
Aspis in Argo 285, 286.
Asteriae plures 10, 45.
Asterie 117.
Asterius 39. 103.
Asteropaeus 205.
Astraea 11.
Astraeus 11.
Astricatia 35.
Astrologi primi 389.
Astyanax 202.
Astyochea 210.
Astyochae variae 190.
Astypalaea 272.
Atalantae duae 186.
Atalanta Schoenei 290, 306.
Athamantis opp. 17.
Athamas AEoli f. 16.
Athamas Minyae & Phanosyrae 16.
Athenae 393.
- - - - - soli siccitate laborant, sed puteis scatent 429.
Athenaeus pro Athenienſis 608.
Ἀθλῶ quid significet 667.
Athla quid 81.
Ἀθρόως πιεῖν i. e. ἀμυχὶ πιεῖν 822.
Atlas ex quibus natus 2, 10.
- - - quis 936.
- - - coelum dictus est sustinere 937.
- - - dicitur invenisse sphaeram 960.
Atramentum Afri conficiebant e sepiae succo, non e fuligine ut alii 612.
Atreus Pelopis filius 163, 165, 166.
Atrotos 78, 83.
Attica salsura 597.
Atticae mulieres dicuntur, non Atheneae 608.
Auge 186.
Augeas 73, 74, 85.
Aulis 184.
Auri inventor 386.
Αὐλάδεια 706.
Authenta quid 761.
Autolycus 333.
Automa quid 783.
Autonoe 298.
Autonous 206.
ὁ Αὐτὸς apud Graecos, ut apud Latinos ipse pro idem 700.
Avaritia comparatur cum hydrope 664.
Aversus i. e. facie aversa 658.
Aves sacrae olim pascebantur in templis 799.
Avitus 130.
Avocare & Advocare confund. 748.
Axenus Euxinus dictus 7.
- - - - Achelous dictus 575.
Axis 409, 410.
Axius fl. 6, 7.

B.

B & P. confund. 781.
B & V. confund. 881.
Babylonis murus 343.
Babylon a quo condita 395.
Bacchi varii 267.
- - - - nutrices 302, 469.
- - - - parentes 956.
Bacchus in Indiam profectus 236.
- - - - 298.
- - - - μωσιόφθαλμος vocatur 693.
comparatur cum leone, tauro & pardali ibid.
λύσιος & ἰλαόβιρος vocatur 694.
ei sacri fuerunt tripodes ibid.
ejus oraculum ibid.
Bacchus fuit primus mysteriorum doctor & emendator 862.
- - - - varie depingitur 926.
quare nudo pectore pingitur ibid.
cornuto capite & vitibus coronato 927.
ejus poculum ibid.
Bacis quis 770.
Βαίνειν cum compositis active sumitur 741.
Balteus Ulyssis 224.
Barathrum quid 625.
Berenicae duae 476.
Beli varii 270.
Bellatores comparantur cum lupis 900.
Bellerophon 270, 462.
Bellerophontes 704.
Bellica Dea Juno 668.
Belligerari 62.
Belligerare 104.
Bellum 391.
Beroe 8.
Bias 171.
Bibere in cornu 384.
Biblis 353.
Bimembris 16.
Bisaltus 311.
Biton 363, 364.
Bocas piscis unde dicatur 816.
Boeotia 270, 297.
Boeotus 270, 361.
Bonitas formae 29, 30.
Bovile pro bubile 85.
Bonus i. e. peritus 666.
Bootes 501.
Bosporus 255.

Bracteare, bracteamentum 740.
Breviare pro imminuere 774.
Brevis pro parvo 491, 774.
Briareus 3.
Briſeis 195.
Bullae quae 618.
Bullatus aether i. e. ſtellis, tanquam bullis, diſtinctus 618.
Buſiris 120.
Butes 53.
Byblos urbs 855.

C.

Cum g quod confuderint librarii, in cauſa fuit pronuntiatio 3, 109.
C & G permutantur 609.
Cacus unde dictus 674.
Cadere de ſideribus 533.
Cadmi genus 27.
Cadmus Phoenix 398.
- - - - condidit Thebas 959.
Caduceus pacis ſignum eſt 909.
Caeneus 40, 41, 50, 51.
Caerula pro pelago 617.
Caerula nox i. e. nigra 617.
Caerulei Dii qui 617.
Caeſtus 60, 61.
Cajeta unde dicta 762.
Calais & Zetes 49.
Calceare caligas 575.
Calciatus, calciamentum deterioris aevi 36, 355.
Calciope 24.
Caligare quid 761.
Callere carminibus ſatis Latine dicitur 226.
Callianaſſa 8.
Callirrhoae plures 253.
Calliſto ob iram Junonis in urſam verſa eſt 668.
Calliſto 269, 293, 294, 344.
Calypſo 11, 223.
a Canibus conſumi poena a Diana immiſſa 299.
Camirus urbs 394.
Canache 348.
Cancer ſidus 473.
Canes Scyllaei 331.
Canes pro adulatoribus 709.
cum Canibus impudentes comparantur ibid.
Canopus 483.
Canthus 42, 53.
Capaneus, 38.
Capharea ſaxa 208.
Capita occiſorum poſtibus adfigere 162.
Caprini generis libido 706.
Capys Anchiſae pater 239.
Carere effectu 595.
Carere vita i. e. mori 833.
Carmenta 398.
Caſſandra 175, 176, 210.
Caſſare, quid 611.
Caſſiepia 443.
Caſtor & Pollux 151, 153, 155.
Catejae i. e. haſtae 762.
Cathedra peſtilentiae, pro cathedra peſtifera, eſt Hebraica phraſis 664.
Catillare quid 776.
Catus id eſt doctus 611.
Caucaſus mons 251.
Caunus 353.
Cebriones 170.
Cecrops 112.
Cedere eleganter dicitur, quod nobis obtingit 872.
Cedria quid & unde dicta 243.
Celeuma 55.
Celeus 259.
Cellas 152, 447.
Cenchreis 124.
Centauri 94.
Centauri unde nati 128.
Centaurus 539.
Centauri unde dicti 698.
Centuplicatus fructus 636.
Cephalus 112, 312, 314, 350.
Cepheus 46, 131, 442.
Cephiſus 377.
Cerambus quis 836.
Cerberus 88, 262.
- - - - - unde dictus 932.
Cercyon 101, 309.
Ceres 10, 11.
Ceres 88, 635.
- - - unde dicta 908.
Cereris agon in Eleuſine 259.
Ceres eſt Dea frumenti & ſegetum 937.
ejus templum eſt apud Tegeatas ibid.
ſedens depingitur ibid.
ei faces in manus dantur 938.
Ceres cum Proſerpina confund. 635.
ſine Cerere & Libero friget Venus 669.
Certari 61.
Cerva pro Cervus 84.
Cervus fuit ſymbolum timiditatis 709.
Ceſſantes procellae Metaph. 600.
Ceyx 132.
Chalcodonius mons 40.
Chalcidicum 305.
Chaos 1.
Χαριδότης vocatur Bacchus 670.
Charybdis 222.
Χάσμα ὑδάτων 726.
Chelae 524.
Chias 35.
Chimaera 121, 122, 262, 263.

Chiron 490, 491.
Chironis haſta 189.
Χλαῦνα h. e. χλαμύς 801.
Chloris 33, 34.
Chloris unde dicta 661.
Choragium unde dicatur 716, 779.
gloriae i. e. apparatus ibid.
Chori Nympharum 910.
Χρῶμα quid ſit in re Muſica 625.
Chryſaor 263.
Chryſes 196, 214, 215.
Chryſippus 164, 377.
Chryſorrhoas 318, 350.
Chthonia 111, 348.
Cichyrus 339, 549.
Cicones 218.
Cinctus viri cultu 32.
Cinctus homo i. e. ſtrenuus 721.
Cinyras 351, 395.
Cios 5.
Circa pro circum 197.
Circae duae 269.
Circe 15, 221.
Circumdatus pro circumlitus 619.
Circus pro circulo 599.
Citheron pro Cithaeron 30, 31.
Citius pro cito 596.
Citius i. e. ocyus 610.
Cleio, Beroë, Oceanitides 18.
Cleobis 363.
Cleodoxa 36.
Cleonaeus leo 82.
Cleopatra 62.
Clitus 208.
Clonius 181.
- - - - inter Priamidas 206.
Clymene 39.
Clymeni varii 345.
Clymenus OEnei 348.
Clypeus & Clypeum 378.
Clytaemneſtra 210, 349.
Clytius 43, 157.
Cocalus 108.
Coepit velle pro voluit 26.
Coeranus 241, 361.
Coeus 4, 10.
Cogere h. e. colligere 847.
Cognomina ſaepe dantur ab artibus & moribus, quae aliquando in propria nomina ſunt mutata 641.
- - - - - - dare adoleſcentibus propter quamdam corporis proprietatem aut animi dotes, inprimis erat proprium Alexandrinis 660.
Cognomines heroes 320.
Collectivae voces cum pl. n. 68.
Collidere femur 615.
Coloſſus 342.
Columba ſacra Veneri 671.
Columbas Syri adorant 328.
Columba Argonautarum dux 63, 64.
Colyphemus 6.
Commeatus 366.
Cometa luctum portendit 321.
Cometes ſtella 471.
Commendatus ad ſororem 25.
Committere ſacra 627.
Communis res pro republica 872.
Comparativus pro ſuperlativo 71.
- - - - - - - pro poſitivo 669.
Compaſtor 310.
Compoſita verba pro ſimplicibus 621, & 756.
Compunctio generis humani 625.
Concha adſcribitur Veneri 903.
Conciliabulum i. e. conventus & ſchola 609.
Concurſus i. e. impetus 732.
Concutere i. e. turbare 696.
Condere urbem ab aliquo pro ex alicujus nomine 26.
Condictum 601.
Configere pro vulnerare 65.
Conflagrare olim etiam activae ſignificationis 297.
Confieri & confici confuſa 545.
Congraus i. e. conveniens 679.
Conjugium pro concubitu 41.
- - - - - - i. e. concubitus 817.
Conjunctio pro conjugio 719.
Conjungens & contingens confuſa 516.
Conlactaneus 345.
Conſiſtere ac confidere active ſumitur 741.
Conſtituere i. e. condere 803.
Continentia pro eo, quod continetur 737.
Continuus 160.
Cos inſula 459.
Cornucopia 90, 91, 851.
Coronus 40, 334.
Coronis quae fuerit 798.
Corona Sidus 503.
*Coronae Auſtrinae* ſidus ante ſagittarii pedes 559.
Corſica 396.
Corvus Apollini ſacer 638. & 639. 902.
Corybantes 245, 246.
Corynetes 99.
Crambis 62.
Creare de muliere pariente 124.
Crementa Lunae 700.
Crenare & Crena 724.
Creon Menoecei f. 73.
Creon 150.
Crepare 69.
Crepuſculum pro diluculo 601.
Creſcente luna verniculos paturiunt laetamina 701.
Creſphontes 242.
Cretenſes 387.
Creteus Minois f. 36.

Cretheus 36.
Creuſae variae 73, 74.
Criaſus 252.
Crimen pro criminatione 63.
Crimiſus fl. 382.
Criſſa 249.
Criſſus 249.
Crocalus 162.
Crommyone 101.
Cromyuſa 311.
Crotones Varii 356.
Crucifigere apud meliores ſcriptores non invenitur 324.
Cruor olearum i. e. oleum 705.
Ctimene 42.
Culpabilis, i. e. qui culpam admiſerat 624.
in Cuneum adactus 40.
Cupidines plures dicuntur eſſe 904.
Cupidinis imago 904.
Cupiditas i. e. amor 811.
Cura Dea 337, 338.
Curare prop. de funeribus 760.
Curetes invenerunt gladios & armatas ſaltationes 959.
- - - - qui fuerint 245, 246.
Currus & curſus confuſa 451.
Cyaneae petrae 66.
Cybele mater Deorum 920.
- - - - ejus currus a leonibus trahitur 921.
Cyclades 396.
Cycleus 322.
Cyclopes Jovis fulminum fabri 113.
Cyclopum triplex genus 219.
Cycni duo 88, 89.
Cycnus 271.
- - - - Apollini ſacer 638.
- - - - cur Apollini ſacer 441.
Cydippe 8.
Cylindrus 53.
Cymothoe 7.
Cyneum mare 204.
Cyniras 124.
Cynoſura 421, 424.
Cyparifſus quis 857.
Cypſele unde illud nomen 660.
Cyrrha urbs 248.
Cytiſorus 25.
Cyzicus 59, 60.

## D.

Δαίμονες pro Diis 712.
Damaſichthon 35.
Damnare voti 859.
Danaes ſtemma 120.
cum Danae rem habuit Jupiter in aureum imbrem converſus 129.
Danaides 284.
Danaus 283, 284.
Daphne 334, 335.
Dardania 393.
Dardanus 268, 320.
Dare cupiditatem h. e. ſatiare 860.
- - - & dedere confuſa 19.
- - - pro ablegare 723.
- - - ſepulturae 60.
Daſcylus 54.
Daſypodes 535.
Dativus pro accuſativo 53, 58, 59, 206.
Datum eſt ſequente infinit. 488.
De praepoſitio interdum abundat 653.
De praepoſ. ſignificat motum de ſuperiori in inferiorem locum 768.
Decachordon pſalterium 640.
Decidere pro cadere 53.
Decompoſitum ponitur apud Graecos pro compoſito 621.
Deferri tempeſtate 58.
Deficere cum dat. 437.
Deficit animus 460.
Defluere quid 126.
Deformatio 406.
Defraudare pro minuere 169.
Deidamia 94, 216.
Deimachus 169.
Deianira 90, 91, 95, 96, 98.
Deion 112.
Deiopea 8.
Deiphobus 349.
- - - - - - unde 757.
Deipyle 292.
Deipylus 59.
Delibare 235.
Delicatus i. e. mollis 672.
Delphi urbs 460.
Delphines hominum ſervatores 323, 324.
Delphinus cur in ſidera relatus 460.
- - - - - - hominum amantiſſimus 462.
Deltoton 464.
Delus 118, 247.
Deluſa fabula i. e. deſcripta 597.
Demandare, mandare quomodo interdum ſumantur 144.
Demophoon 112.
Denique ita i. e. ad ſummum 610.
Dentes & tergus apri ſunt dedicata in templo Apollinis a Tegeatis 847.
Depalare quid 683.
Deponentia paſſive uſurpantur, etiam ab optimis ſcriptoribus 188.
Deputare id eſt adſcribere, adſignare 640.
Dercetis 343.
Deſcendere pro in certamen deſcendere 378.
- - - - - - - pro in publicum prodire 768.
Deſpicere & deſpectio 750.
Deſtinare omnia pretio 688.

Desub & desuper 720.
Desudare succum 725.
Desultores 156.
Detexere pro texendo absolvere 126.
Deucalion ubi foteria solverit 23.
- - - - - - Argonauta 50, 265.
Deucaliones plures 288.
Deus unde 625.
Devirginare 70.
Dexamenus 91.
Δημήτης Graecis dicitur Ceres 635.
Δέμητερ pro Δήμητερ 257.
Dia Insula primitus Strongyle vocata 64, 107, 269.
Δια ut Za pronuntiatur 751.
Diana viri cultu cincta 32.
- - - - Aricina 360.
- - - - dicitur τριπρόσωπος 908.
- - - - quare Luna sit dicta. ibid.
- - - - habita fuit militaris Dea 910.
- - - - vocatur Ἑκάτη ibid.
- - - - dicitur ab AEgyptiis Bacchi & Isidis filia 911.
- - - - pro maris, fluviorum, paludum & fontium Dea fuit culta. ibid.
- - - - Ephesia culta fuit a Corinthiis 957.
- - - - ejus Deae templum est etiam in urbe Arcadiae Alea. ibid.
Dianae comes est canis 910.
Dico quod 104.
Dictys piscator 129, 130.
Dies solis fil. 1.
Diespiter idem qui Ditis pater 106.
Diffundere i. e. inundare 606.
Dignitas virorum, Venustas mulierum 164.
- - - - - etiam formae muliebri tribuitur 196.
Dignus cum genitiv. 433.
- - - - - - - - - - - Graecorum more 824.
Dii & Deae ornantur a poëtis alis 649.
Dii tecto capite pinguntur 650 & 896.
Diipyle 139.
Diluvium 264, 265.
Dino 9.
Dinoscere 597.
Diognetus Erythracus 482.
Diomedis equae 86.
Diomedes in bello Trojano 204, 292.
Dione Niobes mater 32.
Dionysus Bacchus 283.
- - - - - unde 690.
Diophantus, quis 622.
Dioscorias urbs 394.
Dioscuri 344.
Dioscurorum fraternus amor 472.
- - - - - - - & mors 472, 473.
Δίφρος notat prop. quamcumque sedem sive sellam 833.
Dirce 19.
Dirce unde dicta 684.
Discere lyra 437.
Discinctus homo id est imbellis 721.
Discordiarum Dea Juno 668.
Discus 378. 379.
Dithyrambus 282.
Ditis pro Dis 106.
*Diversae palmae*, quae in diversas partes tenduntur 436.
Divinitas id est ars vaticinandi 677.
Divinus i. e. μαντικός 14.
- - - - i. e. futurorum praescius 210.
Doctus augurio 41.
Dolichodromus 380.
Doliones 59.
Dolor 207.
Dominus est honoris & blanditiarum vocabulum 596.
Donificare, votificare 204.
Doryclus 170.
Dracones unde dicti 27.
- - - - - aerarii custodes. ibid.
Draco Hesperidum 16, 27, 425.
- - - - Castalii fontis 27.
- - - - custos aurei velleris unde natus 15, 16.
- - - - sacer fuit Minervae 689.
Drimo 8.
Driops 45, 170.
Δρέμειν quid 778.
Ducere viros pro nubere, est nota Hygini phrasis 955.
Dryantes varii 290.
Dynamene 8.

E.

E latinum ut i pronuntiatum in versu 341.
E & I permutantur 831.
E pro AE solemne erratum librariorum 816.
Ἐκδάμειν & Ἀποδάμειν dicuntur de partu 860.
E contra id est e regione, ex advorsum 641.
Echepolis 290.
Echidna 15.
- - - - - Stygis & Pirantis filia 940.
Echion 40, 297.
Edicere i. e. proloqui, indicare 622.
Edulium unde 779.
Eetion 216.
Effectus i. e. utilitas 827.
Efferre propr. in funeribus 768.
Effluere active 575.
Egerius unde dictus 662.
Ejectus naufragio 66.
Ejicere pro luxare 123.
Eionius 269.
Εἰλείθυια 13.



Digitized by Google

Ἐριούνιος, Mercurius dicitur 649.
Ἐλαύνειν de curru & navi 23.
Electra Oceani filia 49.
Electra 216.
Electrum 264, 267.
Elephenor 157, 181.
Eleusa 493.
Eleusinus 256.
Eleutheres varii 346.
Eleuthereus Bacchus 347.
Eleutherius Jupiter 347.
Ἐλευθέριος Bacchus 694.
Elidere 123.
- - - - i. e. dejicere 758.
Elisus senectute i. e. confectus, fractus 835.
Ellipsis copulativae particulae 25.
- - - - accusativi reciproci etiam politissimis usitata 69.
- - - - adverbii ibi, illic. 116.
- - - - nominativi 31, 63.
- - - - pronominis reciproci post verbum finitum 188.
- - - - adverbiorum, tamen 595, tam 613, magis 658, 677.
- - - - verb. parare 614.
Ellopius ensis 436.
Elogium, quid 623.
Elpenor 221.
Emirari 849.
Emittere spiritum 126.
Ἐμβαίνειν εἰς θάλασσαν 66.
Ἐμφύλιον αἷμα 121.
Emolumentum i. e. profectus vel lucrum 595.
Emphitus 5.
Emplastrum entaticum 723.
Ἐν pro εἰς solemne est sacris scriptoribus 664.
Ἐν Graecis pro εἰς 115.
Enallage modi 260.
Enicasse 137.
Enim succedit *ita, ista* 77.
Enipeus 37.
Enneados 125.
Enormis substantia 623.
Ἐντομίαις i. e. pollinctor 769.
Ἐντυλίχμα quid 741.
Enthecare, unde 611.
*Eo* ire vias 99, iter 100.
Epaphus 255, 261.
Epeus 183.
Ephesiae Dianae templum 342.
Ephyra 339.
Ephyre 395.
Ἐπὶ pro ἀνὰ 876.
Epicharmus 398.
Epicurei qui 665.
Epigoni 143, 144.
Epimetheus 250.
Epimsalium quid 674.
Epopeus 29, 239.
Epulari cum ablativo 850.
*Epulum*. ad deorum epulum admitti 158.
- - - - pro convivio 294.
Equi Marti sunt sacri 900.
- - - quare dexter equus victor inmolaretur Marti ibid.
- - - cum ventis comparati 161.
*Equus* quis primus domuerit 385, 386.
Erebus 1.
Erechtheus 49, 110.
Ἐργάζεσθαι γῆν 810.
Erginus 48.
Erichthonius 112.
Erichthonius Minervae paredros 282.
Eridanus 267.
Erigone 353.
Eripere pro abripere 291.
Eriphyle 146.
Eris 173.
Erymanthius aper 84.
Esse pro edere 244.
- - - - pro vivere. ibid.
Et pro at 23.
Eteocles 137, 138.
Etesiae venti 430.
Euadnae variae 271, 352.
Euagoras 170.
Euagoreis 5:
Euandrus 398.
Εὐδαίμονες qui 744.
Euemerus 449.
Euenus 350.
Euhenus 37, 94.
Eumaeus 226.
Eumelus 115.
- - - - - quis 838.
Eumolpus 111, 272.
Eupalamus 101.
Euphemus 47.
Eupynetus 35.
Euneus 159.
Euribates 42.
Euriclia 18.
Euripides 357.
Europa Tityi filia 47, 295, 296.
Euryale 9.
Eurydamas 182.
Eurydamas 41.
Eurydice 8.
Eurygane 137.
Eurypylus 179, 180, 205, 206, 207, 271, 459.
Eurystheus 81.
Eurytion 41.
Eurytus 5, 40, 91, 95, 96.
Euxinus per excellentiam dicitur Pontus & mater Ponti 7.
Ἐκάτη vocatur Proserpina 636.

Ἐκθεράζειν 66.
Ἐξηγητικὸν 738.
Exercitus & Exercitatus 405.
Ex gemmis aureum monile 146, 281.
Exhibere h. e. oſtendere & praeſtare 807.
Exire pro ire 52.
- - - - - - exiſtere, evadere 161.
- - - - - - exſilire 236.
Exſequi pro ulciſci 211.
Extendere id eſt provehere 612.
Exul cum gen. & Abl. caſu 74, 75.
Exulare active ſumtum 718.
Exulari pro in exilium mitti 75.
Exutus & exuſtus confuſa 191.
Eyrynomae variae 270.
Ἔφη, quae 629.

F.

Faces ſceleratae 358.
Facere ſacra Veneris 102.
Facere pro exercere 238.
Facio eſſe 255.
Facunditas 407.
Falcatus enſis 930.
Falcem fert Saturnus 628.
Falſidica ſigna 618.
Famoſus & formoſus confuſa 73.
Farſum vetuſtiſſimi dixerunt 227.
Faſtigare unde 619.
Fatigamentum tempeſtatum 602.
Fata 634.
Fatalis pro cauſa exitii 249.
Fatum aliquando idem quod vaticinium 673.
Femen & femur confuſa 504.
Ferae beſtiae 221.
Feriatae aurium ſedes i. e. vacivae aures 597.
Feriatus animus i. e. liber 752.
Ferire frontem eſt inpotenter indignantium 615.
Ferre funus i. e. efferre 715.
Ferrum quis invenerit 286.
Ferula & ſcutica 608.
Fides a Romanis pro Dea culta eſt 649.
Filius omiſſum 156.
Filii Jovis, Apollinis, Martis &c. quinam dicti 14.
Fiſtulae inventor Pan 389, 390.
Flabra pro ventis 910.
Flabrare pro flare 717.
ex Flamma praedam petere 467.
Florulenta purpura 605.
Fluctus v. procellae.
Fluere active 33.
Flumen Eridani & flumen Eridanum 533.
Forma prima i. e. pulchritudo princeps 857.
Formido ex Marte & Venere genita 13.
Fortuitu pro fortuito 467.
Fortunae ſtatua eſt apud AEgiratas 851.
Fragmen capitis 739.
Frater patruelis 198.
Frater mortis ſomnus 939.
Fructificare quid 656.
Fruſtro 188.
Fuga praeſidium parare 467.
Fugere pro celeriter navigare 64.
Fulmen tribuitur Jovi pro ſceptro 897.
Fulmen Jovis 458.
Fulminum Dea Juno 668.
Funus pro cadavere 769.
Furare pro furari 604.
Furia i. e. furor 625, 765.
- - - - accepta 199.
Furiae pinguntur indutae nigris veſtibus 633.
- - - - variis nominibus fuerunt inſignitae a Graecis 633.
Furiarum numerus 4.
- - - - - arma & ſacra 633.
Furatrinus Deus quis 648.
Furo pro furor 674.
Furo active ſumtum 188.

G.

G & C confuſ. v. C.
Gabaeorum nomina 5.
- - - - - - - - - ubi perierunt 78, 263.
Galerum eſt tegmen capitis 650.
Gallus pro homine, qui voce praecellit ibid.
- - - conſecratur Mercurio & aliis Diis ibid.
- - - ſacer Mercurio & Apollini 906.
Ganymedes 345.
Ganymedis raptus 653.
Ganymedes cujus filius 857.
Gargaphia 299.
Garrulare 613.
Gemmare 687.
Genitivus ſubintellecto ſubſtantivo 368.
Genitivi in is & idis 35.
Gentilis pro nobili & honorato ponitur 601.
Genus neutrum de eo, quod eſt in utero matris 98.
Generis duplicis ſubſtantiva 22.
Georgica 738.
Gerere bonum 665.
Germinare cum accuſandi caſu 639.
Geryon trimembris 16.
- - - - ab Hercule occiſus 87.
- - - - ejus canis Orthus ibid.
Getae 450.
Gigantes alii a Titanibus 14.
Gigantum pedes ſerpentes 79.
Gladios & armatas ſaltationes invenerunt Curetes 959.
Gladius a quibus inventus 391.
Glauce Jaſonis uxor 73.
Glauci varii 331.

Glaucoma quid 687.
Glaucus 104.
- - - - Sisyphi fil. 359, 112.
- - - - Minois f. 240.
- - - - quis 686.
Gnostice 732.
Gorgon unde 656.
Gorgones 9.
Gorgythion 170.
Gradi iter 99.
Graeae 445.
Graecia mendax 614.
Graeci producunt syllabam brevem ob sequentem duplicem consonantem 616.
Graecismus 614, 812, 828, 858.
Gratiae 13.
- - - - nudae 671.
- - - - earum numerus. ibid.
Grossus 492.
Gryphes Apollini sacri 646.
Gubernacula duo naves veterum habebant 57.
Guneus 157, 180.
Guttae i. e. lacrymae 645.
Gyges 3.
Gyrades petrae 209.

H.

Habentia pro divitiis 664.
Habere in conjugium 108.
Haemon 145.
Halia 7.
Haliaeetus 329.
Hamadryades Nymphae unde 911.
Hammon 237.
- - - - urbs 394.
Harmonia ex Marte & Venere genita 28, 260.
Harpalicae duae 322.
Harpalice 362.
Harpe quid 905.
Harpinna 160.
Harpyiae 15, 49, 63.
Hausus pro aqua, quae hauritur 605.
Hebe 852.
Hecatombe 211.
Hector 169, 197, 205.
Hecuba 171, 203.
Helena 151, 152, 168.
Helenae sidus 472.
Helenus 231.
Helice 448.
Helleborum i. e. veratrum 620.
Hellenismus 842, 852, 859.
Hellesponti adpellatio unde 22.
Hellespontum substantive sumtum & neutraliter prolatum 22.
Heniochus ibid.
Henna 256.
Herceus Jupiter 173.
Herculea virtus 672.
Hercules unde Τριέσπερος dictus 80.
- - - - - pro sole 88.
- - - - - furens 92.
- - - - - Thebanus 140.
- - - - - iter faciens per Ligurum fines 437.
- - - - - unde illud nomen 661.
- - - - - quis 673.
- - - - - pro fortissimo viro 673.
- - - - - dictus παλαίμων 673.
- - - - - unde dicatur 931.
Herculis parentes 80.
- - - - - athla 81.
- - - - - ars sagittandi 87.
- - - - - sagittae 191.
- - - - - arma erant, clava, sagittae, arcus. ibid.
- - - - - signum victoriae seu virtutis fuit leo 932.
- - - - - obitus 351.
- - - - - descensus ad inferos 360.
- - - - - pyra 97.
- - - - - immortalitas 97, 98.
Hermes unde dicatur 650, 727.
Hermione 216.
Hermippus 431.
Heroida pro Herois 598.
Herse 282.
Hesione 89.
Hesperia cur Hispania dicta 133.
Hesperidae 2, 3.
Hesperides quot fuerint 755.
Hesperidum mala 88, 307.
Hesperus & Lucifer idem 132, 133.
Hestyaea 5.
Hiera 190.
H in hanc Graecorum literam exeuntia nomina vertuntur a Latinis in *e* & *ia* 7.
Hippalcimus 50.
Hippasus 289.
Hippodamus 162.
Hippodamas 206.
Hippodamia 93, 160, 362.
Hippolyte 86, 87.
Hippolytus 111, 112, 359.
Hippomedon 142.
Hippomenes 307.
Hippothoon 311.
Hippothous 311, 361.
Hirundo & luscinia veris indices 109, 110.
Histria 70.
Hoedi inter sidera 448.
Homo unde dictus 339.
- - - - mulieri aliquando obponitur 249.
Horarum nomina 303.
Horoscopicus liber 639.
Ὑπερβάν 305.

Hyacinthus flos unde 713.
Hyades 302, 318, 319, 469. 470, 522.
Hyalina ſphaera i. e. vitrea 619.
Hygini error 124.
Hyginus vocum Graecarum interpres 225.
Hylas 45, 52, 377.
Hymenaeus 377, 378.
Hyperion 10.
Hypermeſtra 50, 142.
Hypermneſtra 284, 378.
Hypſipyle 58.
Hyrieus 270, 324, 325, 486.

I.

I pro E ſequioris aevi ſcriptores utuntur 89, 341, 352.
Jalmenus 181.
Jam pro tam 603.
Janus geminus 921.
- - - ſiniſtra manu clavem tenet 922.
Jaſon 36, 37, 38, 73, 74.
Jaſion 359, 431.
Jaſus 253.
Ibycus 340.
Icarius 233, 234.
Icarii canis 488.
Icaros inſula 234.
Icarus. Icarium mare 104.
Id eſt 351.
Id quod 420.
Idaea Deorum mater 316.
Idas 46.
Ideus 289.
Ἰδία pro domo v. οἰκία.
Idmon 45, 52, 53, 357.
Idomeneus 180.
Idyia 15.
Jecur libidinis ſedes 120.
Jemos Argus 5.
Ignarus pro ignotus 187, 381.
Igne obruebant matres recens natos infantes 258.
Ignem quis invenerit 387.
Ignivomus quadrupes 616.
Ignoſcere peccatis 76.
Iliona 352.
Ilus 358.
*Imber* aureus, in quem Jupiter mutatus cum Danaë rem habuit 129.
Inberbis quare Apollo dicatur 647.
Inperfectum ſubjunctivi pro pluſquam perfecto 601 & 611.
- - - - - - - Indicat. quartae Conjugationis a Poëtis ſine e ſcribitur 604.
Inpoſſibilis, & Inpoſſibilitas 675.
In Atticam pro in Attica 105.
In conjugio avehere 114, 115.
- - hoc pro propter hoc 103.
In Ida pro in Idam 174.
- - initio 422.
Incedere quid 620.
Inceſſabiliter i. e. indefinenter 599.
Inceſſans i. e. continuus 599.
Incidere cum Accuſat. ſine praepoſ. 793.
Incinere quid 727.
Indicare de Medea 67.
Indigeſtio i. e. cruditas 756.
Indigetes Dii qui 713.
Ineficax ſtudium i. e. inutile 597.
Infeſtare quid 61, 62.
Infinitivus modus pro ſubjunctivo 76.
- - - - - pro alio modo 258.
Inflamina buccarum 726.
Informare pro formare 132.
Infrendens quid 770.
Infundere 607.
Inire quid 679.
Initia pro primitiis 836.
Ino 18, 19, 20.
- - gen. Inus 19.
Inpudentes comparantur cum canibus 709.
Inrationabilis id eſt expers rationis 675.
Inſatiatus habendi i. e. Inſatiabilis 664.
Inſcientia 703.
Inſignia ingenuitatis 311.
Inſiſtere pro adſiſtere 596.
Inſtans tempus pro tempore praeſenti 494.
Inſtinctus h. e. adflatus 862.
Inſula pro peninſula 58.
Intercapedo 603.
Internecio 603.
Intrare mare 66.
Invidere fortunas 714.
Jo 254.
Jo ut zo pronuntiatur 751.
Jobates 121, 352.
Jocaſta 134, 136.
Jolaus 50, 85, 192.
- - - equitandi peritiſſimus 44.
- - - ejus ara, templum ibid.
Jole 96.
Jones faciunt ex maſculinis vel foemininis neutra 840.
Jonium mare 255.
Jovem nutritum eſſe in agro Cretea dicunt Arcades 956.
Jovis pro Jupiter 338.
- - - nutrices 245.
- - - - - - - - in urſas mutatae 422.
- - - - - - - - quaenam fuerint 924.
- - - imago varie pingitur 897 & 898.
- - - Olympii templum etiam Syracuſis fuit cultum 956.
- - - unde illud cognomen 958.
- - - Olympici templum apud Eleos 953, 954.
Iphianaſſa 185.

Iphicles & Iphiclus 192.
Iphiclus 39.
- - - - alter 48.
Iphides plures fuerunt 855.
Iphigenia 184, 185, 186, 212, 213, 214
Iphis 185.
Iphitus 49, 93.
ὁ Ἱππος 84.
Ἱππεσάσια 85.
Ipſe pro idem 700.
Iris 15.
Iſchys 334.
Iſis 255, 495.
- - vellincia prima invenit 912.
Iſmarus mons & urbs 6.
Iſmene 137.
Iſmenii Apollinis templum & oraculum 6.
Iſmenus Aſopi & Metopae filius 6.
- - - - Apollinis & Meliae f. ibid.
- - - - fluvius. ibid.
Iſthmia 147, 380.
Ita pro iis verbis 186.
Italia unde dicta 231.
Jubere quomodo conſtruatur 316, 327, 457.
Judaeorum ritus & origo falſa 468.
Jungi dicuntur, qui matrimonio copulantur 719.
Juno 10, 11.
- - - bellica dicitur 669.
- - - Dea partus adpellata 667.
- - - diſcordiarum 668.
- - - fulminum. ibid.
- - - regnis praeeſt 174.
Junoni arma ſacra 387.
- - - - quis primus ſacraverit ibid.
Junonis ſacra bubus vecta 363.
Jupiter ubi natus & educatus 245.
- - - - in cycnum mutatus 442.
- - - - λαφύστιος 22, 23.
- - - - φύξιος 226, 23.
- - - - ἰταμήνιος 38.
Juſtitia dea 477.
Ixion cum Nube coit 113. unde Centauri geniti 128.
Ixionis poena 129.
Jynx avis 834.

K.

K & Q permut. 936.
Καθαιρεῖσθαι prop. dicitur de illis, qui ſuſpenſi ſunt 845.
Κάθημαι proprie quid 730.
- - - - regium verbum eſt. ibid.
Καρποφορῆν quid 656.
Κρίθιμον 224, 775.
Κίβισις 444, 656.
Κλεῖσι, quid 641.
Κλεὼ quid ibid.
Κλωθὼ vocantur Parcae 916.
Κοιμᾶν & κοιμᾶσθαι pro feſtinare 512.
Κρεμαθρεῖς quis 625.
Κρίνειν eſt verbum augurum 598.
Κύζειν quid 803 & 804.
Κυνοκίτλου, quid 617.

L.

Labdacus 134.
Lacedaemon 268.
Lacte ferino nutriti 361, 362.
Lacrimae humor arboris 124.
Lacus gen. *laci* 61.
Laeſtrygones 220.
Laetamina vermiculos parturiunt creſcente luna 701.
Laetamen & laetare unde 700.
Lais 320, 321.
Lajus 134.
Lampadarum dies Cereri dedicatus 636.
Lana veſtes contexere primus docuit Arcas 959.
Lanam facere 810.
Lanifici quinam primi 389.
Lanii contemptim chirurgi dicuntur 610.
Laocoon 239.
Laodamia 193.
Laodicae variae 190.
Laomedon 168, 171, 358.
Laos 266.
Lapithae 93.
Lapidem pro Jove Saturnus devoravit 244.
Latona Coei filia 10.
Lares iidem qui Genii, & Genii qui indigetes 246.
Latiaris & Latialis permut. 761.
Latinus 230.
Laudatorius tactus 612.
Laurus adhibetur in luſtrationibus 640.
- - - - credebatur habere quamdam praeſenſionem futuri ibid.
- - - - ſacra Apollini ibid. & 754.
Lea pro leaena 307.
Learchus 18.
Lebes pro navi 123.
Lectus 181, 207.
Leda 150, 151.
- - - unde dicta 695.
Lemnadae 57.
Lenteſmophius 4.
Leo ſidus 475.
- - - videtur Herculi fuiſſe ſignum victoriae ſeu virtutis 932.
Leporis foecunditas 484.
Leporum venatio Dianae ſacra ibid.
Lepus dicatus Veneri 671.

Lernaea hydra 83.
Lernaeus fons 285.
Lerus insula 484.
Leucothea 19. 346. unde dicta &c.
Leucotheae plures fuerunt 940.
Levitae i. e. diaconi 737.
Liber pro filio apud veteres 32.
- - - pater 282, 283.
- - - - - - unde dicatur 692.
Liberato flumine i. e. superato 367.
Libere pro liberaliter 220.
Liberi patris descensus ad inferos 360.
Libya 261.
Licet cum acc. 455.
- - - cum Indicativo 616.
Lichas famulus 96.
Licium revolvere 106.
Ligneis clavis pro armis utebantur antiquissimi homines 943.
Λικμίτης 21.
Λίκνον ibid.
Λίκνον quid 911.
Linus 381.
Literae a quibus inventae 397. 398.
Livius Poëta quis 655.
Loquacitas pro loquela 620.
Lotos, Lotophagus 218.
Lucrari peccata 494.
Ludere dicuntur poëtae, cum scribunt carmina 597.
Luna a sole lumen adcipit 565.
- - - terrae proxima 566.
- - - minor sole 569.
Lunae curriculum 565.
Lupus est in tutela Martis 900.
Luscinia & hirundo veris indices 109, 110.
Luscioſi qui 773.
Λύσιος & Ἐλευθέριος Bacchus 694.
Luteum quid 782.
Lyaeus Bacchus unde 693.
Lycaoi 253, 293, 294, 347, 426.
Lycaeus Juppiter 426.
Lychnites lapis 342.
Lycopeus 293.
Lycorias 8.
Lycotherses 349, 350.
Lycurgus 226.
Lycius Apollo & Diana 426.
Lycus 59, 61, 272.
Lydii lanifici 389.
Lynceus 45, 46, 54.
- - - - - alter 284, 289, 328.
Lyra 439.
Lyrici septem 349.
Lyrificitia 6.
Lyrianassa 8.

M.

Madidus metaph. 606.
Macandrus 7.
Maera 8, 234.
Magis in Comparativis saepe abundat 655.
Magistrianus timor 760.
Maja 11.
Major meritis vocabatur ab inferiore 744. v. minor.
Male desideratus 688.
Malum unde 674.
Maliloquium 708.
Manare active 33.
Manare v. stillare.
Mandare pro amandare 25.
Manto 231.
Manum pati i. e. mansuetum, facilem & commodum esse 838.
Mariandyni 52.
Marmorare quid 687.
Maro 209.
Maroneum vinum 219.
Marrucinus i. e. insubidus, indoctus 621.
Mars 12.
- - - est Deus belli 900.
- - - ei inmolantur catuli. ibid.
- - - in vincula conjectus ab Oto & Ephialte 495.
Marsyas 3, 7.
- - - - - fluv. 281.
Marti dicavit vellus aureum Phrixus 23.
Martis simulacrum apud Spartianos 899.
Martius mensis pingebatur cinctus pelle lupina 900.
Mastusius 494.
Mater Dea 316.
Materia pro ligno 515.
Matutinus pro mane 810.
Medea 69.
Medeae nuptiae 70.
- - - - mater 15, 72.
- - - - patria 72.
- - - - scelera 74.
- - - - veneficia 75.
Medeor cum dativo 732.
Mederi cum Acc. 430.
Media urbs & regio 394.
Media terra 76.
Medici & quales primi 388.
Medicina ars pro ars Medica 189, 388.
Medicinae Deus Aesculapius 928.
Medicor cum accusativo 732.
Medito activum & Meditor deponens ut differant 188.
Medusa 9, 657.
Medusae caput ubi Minerva locaverit 446.

Me-

Megara 92, 349, 350.
Megareus 271.
Meges 182.
Melanippe pro Menalippe 87.
Melanippe 308.
Meleager 48, 291.
Meleagri mors 956.
Meliae quaenam 16, 608.
Melicerte & ejus fabula 18, 19, 20.
Melicertes 323.
Melite 8.
Melos dicitur etiam de profa oratione 605.
Μίλτος quid 642.
Μιλτοφόρα quae 642.
Melus 733.
Memnon 205.
Memor praecepti 96.
Memphis 261, 393.
Menalippe 463.
Menelaus 152, 199, 205, 211, 757.
Menephron 362, 363.
Meneftheus 181.
Menetus 40.
Menoeceus 134, 137, 139.
Menoetius 42.
Mens Dea dicitur 744.
Menftrua quid 742.
Mentiri Juvenem 187.
Mercurii talaria 131.
Mercurius Graece ἑρμῆς dicitur 251.
- - - - - - Ἀργιφόντης 254.
- - - - - - fur 333.
- - - - - - χθόνιος, ψυχοπομπὸς 361.
- - - - - - unde dictus 648.
- - - - - - dicitur πρωϊκὸς 649. ejus ftella Stilbon vocatur 651.
- - - - - - dicitur habere pennas 649.
- - - - - - facundiae Deus dictus 752.
- - - - - - virgam tenet 905.
- - - - - - cum farculo pingitur 906.
- - - - - - dicitur Deus lucri ibid.
- - - - - - ei facer eft gallus ibid.
- - - - - - eloquentiae Deus habetur 907.
- - - - - - Τετράκαλος dicitur ibid.
- - - - - - dicitur inveniffe tres tonos in lyra 960.
Merere & meritum quid 672.
Mermerus 72.
Meriones 180.
Merope 15, 242, 304.
Merops, Meropes 459.
Meropae plures 320.
Merulentus unde 606.
Meffenia 46.
Metabus 362.
Metio active 572.
Metire pro metiri 604.
Meton 407.
Μῆλα malae interdum 88.
Micos 396.
Midas 316, 317, 318.
Midas unde dicatur 688.
- - - - ejus opulentia & avaritia ibid.
Midas afininis auribus dicitur 731.
Migrare pro transferre 741.
Μίλαξ pro σμίλαξ 812.
Miletus Apollinis filius urbi nomen dedit 47, 48.
- - - - - quis 854.
Minerva 10, 11, 12.
- - - - - Colocafia 166.
- - - - - Fulminum Dea 208.
- - - - - in Vulcani templo 282.
- - - - - unde dicta 657, 666.
- - - - - Dea fingitur praeeffe bellantibus 666.
- - - - - victrix vocatur ibid.
Minervae eft facra noctua 667.
Minerva Sancta 690.
- - - - - μισογυμφος vocatur ibid.
- - - - - pingitur a poëtis in fimilitudinem unius dominae 912.
Minervae caput tectum erat galea 913.
Minerva dicitur καλλιπαρῆος h. e. pulchris oculis ornata 914.
Miniftéria pro Miniftris 213.
Minoi tributum ab Athenienfibus folutum 105.
Minos 104, 108.
Minyae 51.
- - - - aerarium recenfetur inter Graeciae miracula 956.
Mirabilia opera feptem 340.
Miferari aliquem & alicujus 185.
Miferéri cum dat. 124.
Mittere pro inmittere 82.
Mnafeas 701.
Moderatio verfuum 405.
Modorum variatio 20, 21, 31, 406, 407.
- - - - - - enallage 576.
Modus Infinitivus pro fubj. p. 76.
Modus Indicativus pro fubjunctivo 545.
Modus i. e. fimilitudo, imago 756.
Mola falfa 399.
Molorchus 82.
Molofia pars Epiri 216.
Moneta Graecis Mnemofyne 4.
Monile aureum ex gemmis 146.
Monocrepis quid 36.
Μῶλος quid 880.
Mopfus 41, 53, 231, 289.
Morari pro habitare 116.
Morbos primus in Thracia fanavit Orpheus 959.
Mordicus quid 380.
Μορμολύκεια 9.
Mortalitas 97.
Mortalis pro vulnerabilis 198.
Morus a Latinis rubus dicta 241.
Mos i. e. conditio 861.
Mulier oppon. virgini 69.

Multimodus 637.
Mundus pro coelo 408.
- - - - - pro parte mundi 696.
Muricati greſſus Metaph. i. e. formidoloſi 602.
Muſae novem Apollini adſignantur 640.
Muſaeus 470.
Muſaeus quis 760.
- - - - - de ejuſdem morte ac ſepulcro ibid.
Muſaeus dicitur habuiſſe filiam Helenam 760.
- - - - - ejus parentes ibid.
Muſaei duo 449.
Muſarum parentes 13.
Muſarum numerus 340.
Mutare pro adſciſcere 227.
Mutilus bos dicitur, qui cornua non habet 333.
Mycenae 178, 395.
Mycon 363.
Myrina 322.
Myrmidones 117.
Myrrha 124.
Myrtilus 162, 163, 346, 450.
Myrtoum pelagus 163.
Myſia Aſiatica & Europaea 52, 450.
Myſiae & Moeſiae vocabula poſterioris aetatis Scriptores confuderunt 187.

N.

Nactus paſſive 18.
Narciſſi fabula 958.
Narciſſus 377.
Naſtes eſt nomen Graecum unde 701.
Natura pro pudendis 475.
Nauſicaa 225.
Nauſithous 221.
Navis quaenam prima 56, 489.
- - - biprora 284.
Navigium pro navigatione 478.
Naufragum Judicium quid 663.
Naxus inſula 78, 107.
- - - - quomodo prius dicta fuerit 942.
Neaera 35.
Nebula 17.
Nebuloſum ſyrma 607.
Neceſſarii 408.
Nefrens quid 970.
Negativa duo fortius aliquando negant more Graecorum 567.
Neleus Pylius 34.
- - - - Codri f. 48.
- - - - Hippocoontis f. 50, 91, 272.
- - - - Codri filius cum Neleo Hippocoontis filio confunditur 541.
Nemea ſylva 82.
Nemaeus leo 82.
Nemia (ludi) 147.
Neoptolemus 217.
Neptunus equorum domitor 386.
- - - - - Delphino inſidens 461.
- - - - - verſus eſt in arietem 612.
- - - - - praeſtantiſſimus Deorum 630.
- - - - - tridentem tenet 923.
- - - - - ejus ſtatua ibid.
Neſaea 7.
Neſcio quis prov. 167.
Neſimachus 142.
Neſſus 94.
Neſtor 34, 35, 381.
Neutra verba pro activis 741.
Nicoſtrati varii 422.
Nicoſtratus 216.
Nihil agere 487.
Nimertis 8.
Ninguis & nix promiſcue dicebant veteres 620.
Ninus 349.
Niobae parentes 32.
Niobe in ſaxum verſa ibid.
Niobidae 35.
Niſus Martis fil. 328.
Niti & uti confund. v. uti.
Noctua Minervae ſacra 335, 667.
Nominativi Graeci in ει. a Latinis in εε. 421.
Nominativus pro accuſativo poſt verbum finitum 479.
Nomine pro a vel ex nomine indere nomen 296.
Nota pro ſigno 333.
Notare quid 688.
Nox 1.
Nubere obſcoene 41.
Nugae ſoporis 598.
Numen ſine numine dictum 379.
Numeri Enallage, Cadmus cum Harmonia ſunt converſi 28.
Nycteus 272, 362.
Nyctimene 335.
Nyſa 301.
Nyſus 236.

O.

O pro A ponitur 867.
O & Au promiſcue inveniuntur in nummis 933.
O & U confuſa 956.
O in Abl. pro U ὀχαικῶς 103.
Objicere caliginem 19.
- - - - - inſaniam 20.
Oblucere pro officere 615.
Obpoſitus auſtro 410, 412.
Obruere 224.
- - - - - igne 288.
Obſervatio inſidioſa 313, 496.
Obſorbere 222.
Obſtetricatio a quibus olim exercita 388.
Oceani filiae 301.
Ocypete unde 634.

Odo-

Odoramenta, quae 624.
Ὀδωδώς quid 624.
OE pro e 120.
OEagrus Orphei pater 38.
OEax 209.
OEaxis 248.
OEbalidae Caſtor & Pollux 45, 46, 151.
OEbalus 45, 46.
OEchalia 79, 95.
OEcleus 142.
OEdipus 135, 138.
OEnei varii 288.
OEneus 233, 293.
OEnoea inſula 58.
OEnomaus 160, 161, 272.
OEnone inſula 116.
OEnopia inſula ibid.
OEnopion 233.
OEſtrus 254.
OEta 97.
Ogygia 36, 223.
Οἰκῖα & οἶκα pro domo 840.
Oileus 42, 156.
Oleam tenuit Latona pariens 248.
Olenus urbs & heros 448.
Olympius Jupiter multis locis cultus 346.
Olympus quid 758.
Omnino pro tantum 474.
Omphale 93.
Ὀμφαλὸς quid 638.
Ὀνειροκρίτης i. e. ſomniorum interpres 597.
Oneirus 217.
Ὠδαὶ quid 642.
Ὠδὴ quid 624.
Opheltes 146, 147.
Ophion 4.
- - - - regnavit ante Saturnum 789.
Ophiuchus 450.
Ophiuſa 452.
Opis pro Ops 248.
Ὀφιοδορκὰς 658.
Ὀχλάζειν quid 782.
Opons 42.
Oppidum Gnoſſi 101.
Opponere & apponere confuſa 26, 27.
Ops 10, 11.
Ops unde 627.
Optatum dare 41.
Opus eſſe cum accuſativo 648.
Oracula quis primus Delphis ediderit 247.
Oraculum pro loco, in quo oracula eduntur 474.
- - - - - plures ſimul conſultum mittebant 493.
- - - - - i. e. templum 804.
Orchomeni varii 17.
Orci galea 445.
Orcus i. e. Pluto 241.
Oreſtes 211, 212.
Orion 324, 325, 326, 535.
Orionis enſis 535.
Orythus 62.
Orithyia 8.
Orithyiae raptus 49.
Orphei mors 438.
- - - - ſepulcrum 440.
- - - - fabula & ſtatua 924.
Orpheus 38, 55.
- - - - - in Thracia primus morbos ſanaſſe dicitur 959.
Ortygia 117, 118.
Ὅς, ἥ, ὅν pro ejus 22.
Os & on Graeca pro us & um 506.
Oſcillum, Oſcilla quid 235.
Oſſa mons Theſſaliae 78.
Otrera 87.
Otus 5, 75, 496.
Οὐρία, quid 622.
Oviparus foetus 639.
Ὀξυμάχης 687.

P.

P & B permut. V. B.
Paeones duo 465.
Pagani unde dicti 651.
- - - - unde 681.
Pagaſae 490.
Φάκελος 958.
Palamedes 194, 196, 396.
Palaemon 346.
Palaemonius 50.
Παλαίμων dictus Hercules 673.
Palladium 208.
Pallantes multi 354.
Pallas, Emphytus, Hippolytus, Gigantum nomina 4, 5.
Pan Mercurii & Penelopes fil. 345.
- - - fiſtulae inventor 389, 390.
- - - piſcatorum Deus 481.
- - - Deus eſt ruſticorum 915.
Panathenaea 447.
Pancratium 379.
Pandarus 204.
Pandion 112.
Pandroſos 282.
Pangaeus mons 438.
Panicus terror 480.
Panidas 317.
Panope 8.
Panyaſis 435.
Papyrus Niliacus 612.
Par pro conjuge item compar 242.
Παράσημον quid 654.
Parcae V. Fata. & 287.
- - - - vocantur καλλίχοροι 916.
- - - - tres 917.
Parcarum numerus 2.



Digitized by Google

Parcas & Furias eodem ritu colunt Sicyonii 634.
Paridis Judicium 173, 174.
Parion urbs 432.
Paris 171, 205.
Παρρησιαστὴς 625.
Ῥαψῳδία unde dicta 754.
- - - - - quid significet ibid.
Parthaon 48.
Παρθένοι quales pueri 187.
Parthenius fl. 47.
Parthenopaeus 143, 187.
Participium cum verbo substantivo pro modo finito 79.
Partile pro divisibile 707.
Pascens Admeti pecus 113.
Pasiphae 102, 270.
Passiva pro activis 62, 381.
Pastores olim reges 135.
Pater Epitheton fluviorum 267.
Patrimonium pro praemiis in militia quaesitis 323.
Patroclus 179, 197, 365.
Patronymica in is & as 15.
- - - - - - - dantur etiam nepotibus 192.
Pausare, 933.
Pauxillus i. e. parvulus 758.
Pavus sacer Junoni 668.
Pecus nigrum inmolatur Plutoni 916.
Pegasus 122, 123, 435, 453, 705.
Πηδὼ pro Dea colebatur 646.
Peleus 43, 118, 289.
- - - - & Pelias confusa 352.
Pelethronius 385.
Pellea gens i. e. Alexandrina 609.
Pellere 30.
Pellere, unde 615.
Pellis gestamen heroum, pastorum & venatorum 44, 45.
Pelias 51, 272.
Pelion Ossa 78.
Peloponnesi varia nomina 163.
Pelops 159, 160.
Peneleus 180, 207.
Penelopes proci 226.
Penelope 364.
Penitus abdicare h. e. repudiare 610.
Pennatos pedes & capita habebant Zetes & Calaus 49.
Penthesilea 205.
Pentheus 304.
Pephnus insula 472.
Pephredo 9.
Per vinum i. e. ebrietate 176.
Percutere quid 672.
Perdix serrae inventor 101, 355.
Periander 323.
Periboea 135, 139, 179, 434.
Periclymenus 34, 48.
Periclymene 40.
Perimele 115.
Periphetes 99.
Periphrasis οἱ περὶ Νικόστρατον pro ipso Nicostrato 422.
Perire ab aliquo 93.
Περισσολογία quid 749.
Perissologia 337.
Permaturesco 241.
Permittere h. e. concedere, committere 792.
Perpetuale i. e. perpetuum 623.
Perpetuus 160.
Perrhoebia 180.
Persequi injurias 125.
Perseis 6.
Perses pro Perseus 354, 355.
Perseus 130, 131, 132, 444, 445.
Perso 9.
Persona tertia pl. n. indefinita 69.
Persuadere alicui, ut 192.
Petax potentiae 668.
Petere cum duobus accusativis 659.
- - - - ut 835.
Phaedra 353.
- - - - - unde dicatur 684.
Phaenon 571.
Phaestos urbs 855.
Phaeton 264, 266, 267.
Phaetontides 15.
Phalaris 367.
Phanocles 797.
Φαρμακεία 72.
Phegeus 354.
- - - - - pro Phlegeus 854.
Pheomis 5.
Pheres 36, 72.
Phidias 342.
Philammon 50, 272, 332.
Philiscus 474.
Philistus ibid.
Philochorus quis 640.
Philoctetes 50, 96, 190, 191, 192, 205.
Philomela 109, 110.
Philonis 332.
Philtrum 95.
Philyra, Philyres 242, 243.
Phineus 62, 63, 132.
Phintias 363.
Phlebotomare quid 723.
Phlius 45.
Phocus 43, 183.
Phoebas 452.
Phocaea & Phocea 43.
Phocis 43.
Phoenix 290.
- - - - - unde Phoenices 196.
Phorcus Ponti & Terrae filius 5, 7, 9.
Phoroneus 250, 387.

Phrixi & Helles mater 17.
Phrixus & Jason Αἰολίδης nec tamen AEoli filii 24.
Phrontides 53.
Phylacus 39, 192.
Phylleum 39.
Phyllodoce 8.
Piecus 6.
Pielus 217.
Pigmentarius & Pigmentum 725.
Pila monumentum. 154.
Pingue & craſſum i. e. Invenuſtum & inſubidum 743.
Pinnae ac pennae confund. 809.
Pirata 314, 315.
Piſandrus 475.
Piſces cur AEgyptii, Syri &c. non eſitarunt 328.
Piſtrix 382.
Pitulus 55.
Pittheus 98, 352.
Pityocamptes 99.
Placitus & placidus confund. 600.
Planetae 496.
Plaſma quid 618.
Plaſtae qui 618.
Plato unde dictus 660.
Plebs populum deſignat Eccleſiaſticis Scriptoribus 903.
Pleiades 319, 320, 321.
Pleione 357.
Pleonaſmus 286, 791, 805.
Pleuron 291.
Plexippus 289, 292.
Plotae 63.
Pluſquam perfect. ſubjunctivi pro Imperfecto 600, 688, & 737.
Pluto f. 9, 157, 158.
- - - terrarum praeſul 631.
- - - divitiarum Deus ibid.
Πλάτων quis 631.
Pluto Cereris filius a Poëtis dicitur 915.
- - - eſt Deus Inferorum & regnorum ibid.
- - - ei nigrum pecus inmolatur 916.
- - - colitur ab Eleis, & poſuerunt ei templum, quod ſemel modo quotannis aperiebatur 917.
Plutus Cereris f. 431.
Podarcus 169.
Podarge 15.
Podargus 86.
Poenitere pro poenitudine duci 162.
Pola 71.
Polimina quae 69.
Polites 170.
Polus pro coelo 410.
Polliceo antiqui pro polliceor dixere 88.
Pollinctores qui dicantur 769.
Pollucibilis coena i. e. lauta 627.
Pollux unde dicatur 697.
Πολυμήλου quae 643.
Polyaena 169.
Polybotes 5.
Polybus 135.
Polydectes 130, 132.
Polydorus 169, 202.
Polyhymnus 433.
Polyidus 241.
Polymneſtor 201.
Polymnices 137, 138, 144.
Polyphemus 219.
Polyphetes 183.
Polyphontes 242.
Polyxena 203.
Polyxenus 182.
Polyzelus 452.
Polyxo 59, 319.
Pomum Veneri Sacrum 903.
Populoſitas id eſt multitudo 651.
Populus pro multitudine, Graecorum more 652.
Ponere i. e. facere 748.
- - - - pro dedicare 23.
- - - - praemium 172.
- - - - in templo pro dedicare 312.
Pontoporia Nereis 18.
Porcae quibus diis inmolantur 399.
Portae de una 141.
Portunus 20.
Poſſe arte, non artem 189.
Poſſibilitas id eſt potentia 675.
Potiri aliquando accuſativum regit 229.
Praelio pro praelior non dicitur 188.
Praeminiſtra i. e. ancilla 853.
Praenavigare, praelabi, in quibus prae idem valet quod praeter 331, 332.
Praepoſitionis pleonaſmus 65.
Praerogare & prorogare i. e. diſtribuere 626.
Praeſtare praeter caeteros 174.
Praeſul terrarum, Pluto 631.
Praeſumens i. e. occupans 604.
Praeſumtio & praeſumere 660.
Praeterita participia deponentium ſaepe paſſive ſumuntur 859.
Presbon 25.
Priamus 169.
Primi homines texerunt corpora pellibus 959.
Primitiae h. e. principium Juventutis 836.
Primores pedes 523.
Priolaus 54.
Priores i. e. majores 830.
Pro ſacerdote 315.
Πρό & πρὸ in compoſitione ſaepe abundant 621.
Pro i. e. propter 723, 830.
Problema quid 774.
Procellae, tempeſtates & fluctus metaph. 600.
Procne 109, 110.
Procris 312, 313, 314.
Procruſtes 100.
Proetus 121, 463.

Prodere pro perdere 358.
Projicere in mari 626.
Proinde i. e. perinde 835.
Proles generis 28.
Prometheus 10, 119, 251, 252, 455, 457.
- - - - - - - unde dictus 680.
Propositus belluae 442.
Propria v. sua.
Propter pro prope 540.
Proruere 601.
Proserpinae raptus 255, 256.
- - - - - - - quae 635. unde nomen habeat ibid.
- - - - - - - cum Cerere confund. 635.
- - - - - - - aeque ac Ceres numinibus agricolarum recensetur 636.
- - - - - - - Ἐκάτη vocatur ibid.
Protelare obitum i. e. memoriam per posteros extendere 609, & 633.
Protelare quid 765.
Protesilaus 192, 193.
Proteus 210.
Prothoenor 181.
Proto 8.
Protogenia 268.
Provectior vel Progressior aetas 850.
Proxime cum dativo casu 884.
Ptolemaei varii 476.
Puerperium i. e. foetus 861.
Pullulare foetus 639.
Pullus color 26.
Punire peccatum 76.
Πυθάνιος quid 136, 647.
Putatio a quo inventa 285.
Putei inventi Argis a Danai filiabus 258.
- - - Atticis peculiaribus Epithetis adpellabantur 429.
Pylades Strophii fil. 212, 365.
Pylos a Neleo condita 34.
Pyroeis 497.
Pyramides mensuram umbrarum egressae nullam habent umbram 343.
Pyrrha 268.
Pyrrhicha 183, 184.
Pyrrhus Achilles dictus 177, 183.
- - - - - poeta Lesbius 340.
Pythagoras 205.
Pythaules 380.
Pythia ludi 248.
Pythius Apollo ibid.
Python terrae filius 14, 246. urbs 246.

Q.

Qu & K permut. 369.
Quadriga 127, 359, 360.
Quadrigarum inventor 386.
Quaeque i. e. quaecunque 864.
Quam plures 420.
Quatenus id est quoniam 683, 742.
Qui pro si quis 100.
- - - pro quia 145.
- - - pro quis 435.
- - - post relativum pr. qui repetitur saepe praecedens substantivum 465.
Quid pro quid mali 202.
Quiescere pro quietum reddere 741.
Quirinalis collis unde dictus 886.
Quo pro ut 597, & 601.
Quod pro ob quod 21, 60.
- - - saepe παρέλκει 628.
Quos & eos 26, 96.

R.

Radere nomen i. e. eradere 715.
Ramus unde dictus 475.
Rancor quid sit 757.
Rarus id est egregius, insignis 677.
- - - - pro praecipuo ac summo ibid.
Re in compositione saepe producitur 605.
Redire pro venire 756.
Reges antiquitus multi etiam sacerdotes 195.
- - - - vocabantur ab antiquis Joves 953.
Regredi pro reverti 795.
Reluctare pro reluctari 604.
Repensus auro 197.
Reponere i. e. gratiam referre 710.
Reprobare pro probare 756.
Residere i. e. sedere 730.
- - - - - pro praesidere ibid.
Resopire i. e. sopire, soporare 756.
Respondere & responsum quid 806, & 828.
Reventus pro reditus 366.
Rhagades i. e. fissurae 724.
Rhenones quid 44.
Rigor 609.
Ῥίπλειν pro λικμίζειν 726.
Romulus dictus est Quirinus post mortem 885.
Romulidae i. e. Romuli filii, vocantur Romani 685.
Rorare V. stillare
Ros tepidus pro lacrymis 705.
Rugosa fabula 597.
Rustici dicuntur, qui sunt inperiti vivendi, & inconditis moribus 903.

S.

Sacra prima feciſſe dicuntur AEthiopes 959.
Sacrarium 491.
Sagittandi scientia praestantes vocantur Apollinis filii 901.
Sagittare 904.
Σαίνειν quid 829.
Salinacida, Salacia unde dicatur 11.
Sandapila quid 768.

Sangarius 451.
Sanguis uvarum i. e. vinum 705.
Saporare 597.
Saturantius i. e. abundantius 747.
Saturnus primus Deorum 896.
- - - - - Deus pluviarum ibid.
- - - - - quare ſenex fingatur ibid.
- - - - - velato capite pingitur ibid. & 628.
- - - - - ex ejus ſemine orta eſt Venus ibid.
- - - - - idem qui ſol habetur 627.
- - - - - unde dictus ibid.
- - - - - & Ops in eodem templo coluntur ibid.
- - - - - falcem fert ibid.
- - - - - dicitur Arvalis Deus 628.
- - - - - regnans 789.
Satis pro valde 635.
Στάζειν active 645.
Sceptrum fert Cybele 714.
Scholaris id eſt Scholaſticus 608.
Scironis Petrae 100, 101.
Scius artificii 175.
Sciaſis quid 722.
Sciſcitari 136.
Sculponea 776.
Scylla unde dicta 686.
Σχιστὸς Graecis lapis eſt 776.
Sedere equum, cathedram, formula loquendi 127.
Semimaſculus i. e. ſemivir 711.
Sempiternus 864.
Senior Deus, quis 614.
Senſatus vir id eſt prudens & ſapiens 628.
Senſus i. e. hiſtoriae & narrationes 842.
Senſus & ſentire 628.
Sententiae ſeptem ante fores templi Delphici erant ſcriptae 956.
Sentoſus i. e. ſpinoſus 603.
Sepioticon unde 612.
Serpentibus cincta erant trium ſororum capita 656.
Sicyonii colunt Parcas & Furias eodem ritu 634.
Sideribus quinam inpoſuerunt nomina 419.
Silicernium quis 772.
Simium facere i. e. inludere 780.
Simultas 67.
Siliquaſtrum 443, 444.
Silvius unde 660.
Simplicia verba ponuntur pro Compoſitis 607, & 715.
Simpulator unde 781.
Sirenitis regionis, Sirenides Inſularum nomen 249.
Sirius ſtella 488.
Σισύφε μηχανᾷ 126, 127.
Σίπυλος mons 133.
Σκύπους quid 686.
Sol Jupiter a Platone dictus 571.
- - unde dicatur 637.
Somniorum vocabula 2.
Somnus Lethi frater 2.
- - - - mortis frater vocatur 939.
Sopire 610.
Sparti quid 137.
Spectare & exſpectare confuſa 413.
Sperata pro uxore ſperata 93.
Sphaerae inventor Atlas eſt 960.
Spargere 607.
Sphincius 18.
Sphingis parentes 16.
Sphinx 136.
Σφόδρα & λίαν apud Graecos in ſuperlativis ſaepe abundant 655.
Spira & ſphaera confuſa 500.
Spiritalis meatus 641.
Sponte h. e. voluntate 809.
Stare pro commorari 30.
Stellatum peplum, quid 617.
Sterope 160.
Sternere pro proſternere 153.
Sthenelus 293.
Stheno 9.
Sthenoboea 120.
Stillare, rorare, manare cum quarto & ſextu caſu conſtruuntur 605.
In Stramentis cubabant veteres 53.
Strophades prius Plotae dictae 63.
Στίλβων vocatur ſtella Mercurii 651.
Stymphali aves 64, 85.
Styx palus unde dicta 917.
Sua vel Propria vocantur ſedes domeſticae 840.
Suavitas de vino 385.
Subare quid 781.
Subſtantia i. e. res familiaris 622.
Subſtantivum Genitivi caſus pro Adjectivo ponitur a Graecis 614.
Subtilis, a ſuo, unde ſutela 775.
Sudare quid 645.
Σύμβολα i. e. omina, portenta 4.
Συμβάλλειν 598.
Summoto incedere 799.
Σωφάλεια 628.
Suppeditare pro ſuppetere 670.
Suſpectio 703.
- - - - - pro reverentia & obſervantia 763.
Suſtine pro exſpecta 367.
Suus pro ejus 215.
Syneſis 805.
Syri cur piſcibus abſtinuerint 482.
Syria Dea 327, 328.
Syrinx quid 906.
Syrius pro Aſſyrius 395.
Syrma quid 603. unde derivetur ibid.

## T.

Ταγὸς i. e. rancidum 740.
Tactus dolore i. e. commotus 832.
Taenarus 153.

Ta-

Tages 769.
Talus 102, 355.
Tam additur ſuperlativis 655.
Tantalus 157, 158, 159.
- - - - - Pelopis f. 355.
Tanti pro tot 682.
Tanto & Quanto in his ſaepe ſubauditur magis 658.
Tantum & quantum cum Comparativo 651.
- - - - - pro tantopere 411.
Tauri acripedes 67.
Taurica inſula 58.
- - - - - Diana 212.
Taurus Cretenſis 86.
- - - - homo 102.
Taygete & mons Taygetus 268.
Tegea 291.
Tegmen, tegimen & tegumentum a tego 739.
Telchines qui ſunt 837.
Τικτοιεῖν de muliere pariente 24.
Telamon 43, 168.
Telegonus 221.
Telemachus 225.
Telemus 232.
Telephus 187, 189, 361.
Telis Dianae & Apollinis interfici 33.
Temenus 336.
Tempeſtas v. procellae.
Templa Graecorum vetuſtiſſima 346.
Temporum variatio 31.
Tempus praeſens infinitivi pro futuro 105.
Tenedus inſula unde nomen acceperit 201.
Tenedos inſula 396.
Tenerus 232.
Τιρτσικόρη quae 643.
Terram & terras confuſa 415.
Teſchinoeno 6.
Tethis interdum cum Tithye confund. 795.
Τιτεμμάδης quid 753.
Teucer 169.
Teuthras 187, 188.
Thales Mileſius 424.
Thalia 13, 596.
Θάλησα 643.
Θαλιρὸν ἄκρον 88.
Thamyris 437, 440.
Thaſus & Thaſius 356.
Thaumas 7.
Thearius Apollo 346.
Theano 308.
Thebae a quibus muro cinctae 140, 141.
Thebarum portae 141.
- - - - - - fata 143.
Thebae quot fuerint, & unde dictae 392, 393.
Thebas condidit Cadmus 959.
Thebae fuerunt dictae plures feminae 959.
Themiſto 17.
- - - - - Hypſei filia 25.
Thenerus 232.
Theoclymenus 231.
Theocritus hiſtoriographus quis 655.
Theodamas 45.
Θεόπομπος quis dicatur 691.
Theonoae duae 314.
Thera 35.
Therimachus 90, 91.
Θερμὸς 708.
Theſeus 42, 111, 153, 289.
- - - - - AEgei f. 288, 289, 377.
- - - - - an Neptuni filius 434, 435.
Theſſander 143, 199.
Thetis 118, 119, 177.
Thia 10.
Thiſadie 154.
Thoantes varii 213.
Thracia & Theſſalia confuſa 243.
Thraces vocantur Aquilonis filii 941.
Thraſymedes 179.
Threſſae Mulieres 58.
Θυμελίσσας adpellant poetae feroces 661.
Thyeſtes 166.
Tinguere pro tingere 722.
Tiphys 43, 54, 62.
Tireſias Eueris f. 139, 148, 149.
Titanes unde dicti 919.
Titanomachia 161.
Titanus, quis 653.
Τίθημι pro creo de magiſtratu 748.
Τίθημι i. e. ſtruo, aedifico 749.
- - - - pro infero, adficio ibid.
Titulus pro ipſo cippo 155.
Tityus 119, 120.
Tlepolemus 180, 207.
Tmolus 317.
Tonitruum 434.
εἰς Τοσῶτον 711.
Toto dativ. pro toti 27
Totus in aliqua re 204.
Toxeus 289.
Toxicare, quid 659.
Tractare & Tractator 722.
Tractus obponitur inſtantiae 740.
Trafugere, Tralucere pro transfugere, tranſlucere 64.
Τρέγω quid 820.
Transjectus pro perforatus 135.
Tranſigere & Tranſire confuſa 550, 571.
Tranſire hiemem 414.
Trapezos 294, 393.
Trepidi poetae, 680.
Tricca 180.
Tricerberus canis 632.
Tridens notat in nummis Neptunum 923.
Triopas 452.
Tripodes quare Apollini conſecrati 92.
- - - - - ſacri Libero patri 694.

Triptolemi parentes 257.
Tripus 646.
Triſmegiſtus Hermes 127.
Triton 12.
In Troadem dimicare 869.
Troades adpellantur Trojani contumelioſe 602
Trochilus 386.
Troja a Neptuno & Apolline muro cincta 168.
- - - luſus 353.
Trojae promontoria ſunt duo 865.
Trojana expeditio Graecorum quot annos duraverit 199.
Trojani equi inventor 200.
- - - - - male feriati 201.
in Trojano equo quot fuerint 200.
Tuba a quo inventa 390, 391.
Tubicinare quid 728.
Tubicines 178.
Tunicam levare, tollere 313.
Turbatus h. e. concitatus & iratus 905.
Tuſci 238.
Tutaſſet pro tutatus eſſet 188.
Tutulus quid 744.
Tydeus 139.
Tyndareus Oebali f. 45, 151.
Typhon 246, 263, 264, 327.
Tyrrhenus 390.
Tyrrhenum mare 238.
- - - - - - - melos 390.
Tyrrheni 238.

U.

Ultronietas 719.
Ululare aliquem 234.
Ulyſſes 684.
- - - - unde natus, 333, 334.
Ulyſſis pileum 176.
- - - - ſimulata ſtultitia 176.
Ulyſſis errores 225.
- - - - mors 229.
Umbilicum (ad) ducere i. e. abſolvere 638.
Umbilicus dici 638.
Unde pro a quo 204.
Unguere pro ungere 722.
in Unum convenire 488.
Unus i. e. quidam 899.
Urbicarius i. e. urbanus vel urbicus 698.
Urna. in urna peregre mortuorum oſſa in patriam ferebantur 211.
Urſa major 419.
Ut qui pro quoniam 145.
- - pro ſimulac 292.
- - pro Inf. 425.
Uti an recte conſtruatur cum acc. 427.
- - & Niti confund. 675.

V.

V & B permut. v. B.
Vacare pro concedi, licitum eſſe 596.
Vacare alicui 609.
Vacet commoditas i. e. Inutilis ſit 747.
Valgire & Valgiare quid 780.
Vaneſcere 674.
Vaporans 677.
Varius, qui varium habet colorem 342, 343.
Vates vocantur Apollinis filii 901.
Vel pro et 700.
Vectigal fieri 104.
Vegetare 679.
Velato capite fingitur Saturnus 618.
Velle uxorem 457.
Vellus aureum 23.
Venenis utebantur fagae in arte magica 71.
Venerans pro coïens a Venere deducto verbo 148.
Veneris cum Marte concubitus 260, 261.
- - - - ſimulacra ſertis roſeis coronabantur 903.
- - - - Erycinae templum 958.
Venia i. e. poteſtas vel χαρις 863.
Veniam dare pro concedere 108, 813.
Venire pro redire 366.
- - - - i. e. evenire 715.
Ventilans Metaph. ett a proluſionibus athletarum 596.
Ventorum parentes 11.
Venus Dea Syria 327, 328.
- - - - pingitur Concha 671.
- - - - nova dicitur formoſiſſima mulier 673.
- - - - terreſtris 715.
- - - - orta ex ſemine Saturni 897.
Verba i. e. fabulae 605.
Verbalia in io conſtruuntur, ut verba, unde derivantur 210, 218, 219.
Vernare dicitur de avibus 604.
Vernilitas & vernilis 596.
Verſus, ad cervicem verſus 516, 517.
Vervex quid 621.
Veſpillones 761.
Veſta 10, 11.
- - - Dea Ignis 924.
- - - ejus ſtatua ibid.
- - - - tanquam vetula pingitur 925.
- - - - quare virgo dici poſſit ibid.
Veternus 606.
Vicaria vita 143, 352.
Victimae humanae 212, 213.
Victoria 11.
Vincere certamina 172.
Vindicare 173, 174.
- - - - - - ſe 576.
- - - - - - in aliquem 716.
Vini inventio 233.
- - - inventores 233, 234.

Vinus etiam pro Vinum dixerunt Latini 233.
V interdum additur apud Graecos ſequente conſona 863.
Vir apud Latinos pro virilitate ponitur, ita & apud Graecos ἀνὴρ 225.
Vir eſt vocabulum honoris 746.
Virbius 360, 361.
Virga nexa ſerpentibus 642.
Virgam tenet Mercurius 935.
Virgo cum ſpicis 526.
Virtus pro robore corporis 672, 743.
Viſcera pro carne 831.
Vitalis ſuccus 678.
Vocabulum quid 717.
Volare pro equitare & navigare 122.
Volo, quid velit eſſe 548.
Vulcanus unde dictus 689.
- - - - - pro igne ibid.
- - - - - pater ignis vocatur ibid.
- - - - - quomodo pingatur 922.
- - - - - unde claudus dicatur 923.
- - - - - fingitur natus de femore Junonis ibid.

X.

Xantho 8.
Xiphius 321.
Ξύνος θάνε quis dicitur. 684.
Ξύλα i. e. arbores 837.

Z.

Z pro S ponitur 196.
Zelari ut deponens uſurpatur 685.
Zelus 331.
Zephyritis Venus 477.
Zetes 49.
Zethus 29.
Ζεὺς cur vocatur Jupiter 629.
Ζηλόω τινὰ pro Invidere 685.
Zmintheus Apollo 196.
Zmyrna 361.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Chimera p. 706.
Zeitschrift f. 706.
Arzo Lexicon : 490.
" Lexicon : 283. 399. 56.

Digitized by Google